

La - 5 - 19

Edifici	na
CRA	
Sala	1
Retorn	6
Tabla	48

2 400 50



MADE IN SPAIN



R: 5203

Diui Thomæ Aquinatis, ordinis præ

DICATORVM, VIRI ET VITAE SANCTIMONIA,
ac sacrarum literarum p̄ritia præclari, in omnes beati Pauli Apostoli episto-
las, commentaria adnotationibus illustrata, quibus antè nunquam: labore
F. Iacobi Alberti Castren. & à mendis non paucis repurgata ex vetustissimor-
um codicum collatione, ac sententiarum inspectione. Denuóque accuratè ex-
aminata, ac recentissimè ab omnibus quæ à chalcographis
còrrupta erant, emendata ac
restituta.


*ADDITA SVNT IN SVPER HVIC NOVISSIMAE RECO-
gnitioni, eiusdem D. Thomæ Aquinatis, in singulas Apostolorum Iacobi, Petri, Ioannis, &
Iudæ Canonicas epistolas, sincera & Theologica, superioribus seculis nusquam comperta, nunc
primum tenebris eruta commentaria, & in studioforum gratiam edita. Adiuu-
etisque est his index rerum scitu dignarum
copiosissimus.*



El Arte de la imprenta Salis a Luz año de 1562
PARISIIS,

Apud Ioannem de Roigny, in via Iacoba, sub infi-
gni quatuor elementorum.

1563



INDEX OMNIUM SENTENTIARVM IN HOC
 volumine obseruatu dignarum, triplici numero inscriptus: primus, ca-
 put: secundus, lectionem: tertius folium tibi indicat:
 a, verò paginam priorem: b, posteriorem
 ostendit.



A Aron seipsum non promovit, sed à deo vocatus in pontificatū, ad Hebræos quinto, lectione prima, folio 264.a
 Abba Hebraicè & Græcè idem est quod pater Latinè, ad Galatas 4. lectione 3. 162.a
 Abbatissæ nimis iuuentulæ eligi non debent, ne de incontinentia suspitio oriatur, primæ ad Timoth. 5. lectione 2. 231.b
 Abel plurimam hostiam obtulit fide, nō quāritate, sed præritate quā Cayn, ad Heb. 10. lec. 2. 282.b
 Abortivus dicitur aliquis fœtus qui nascitur extra tempus debitū, 1. Co. 15. lec. 1. 110.b
 Abrahæ dictæ re, pmissioes in plurali, sed in femine in singulari, ad Galatas 3. lec. 6. 159.a
 Abrahæ facta promissio in femine, non iustificabat ante legem gratiæ, sed in Christo, ideo dixit, In femine, non in feminibus & per fidē, ad Roma. 4. lec. 2. 17.b
 Abrahæ filios esse gloriabantur pseudo & nobiles, Et Corinthiis ignobilitatē improperabant. 2. Corinth. 11. lec. 5. 141.b
 Christus nō fuit in lumbis Abrahæ secundum feminalem rationē, sed solum secundum corpulentam substantiam, ad Hebræos septimo, lectione 2. 270.a
 Abrahā pmissioes habuit, sed nūquam passum pedis terræ possedit, a Heb. 6. lec. 4. 268.a
 Abrahā fuit primum exemplum fidei quia prius recessit à cōsortio infidelium, ad Hebræos sexto, lectione quarta. 267.a
 Abrahā duos habuisse filios Apostolus dicit, & Rebeca similiter, ad Roma. 9. lec. 2. 37.b
 Abrahā fuit iustificatus per fidē & non per circumcisionem, ad Roma. 4. lec. 1. 16.b
 Abraham dicitur pater omnium hominū credentium ex quocunq; femine. siue Gentili siue Iudæo, ad Roma. 4. lec. 3. 18.b
 Abrahā fuit septuaginta quinque annorū quādo exiit de terra sua, ad Galatas 3. lec. 6. 159.a
 Abraham nullam habitationē fecit in terra Chanaan, sed vsque ad mortē advena fuit, ad Hebræos 11. lectione tertia 273.b
 Abraham & sicū patre suo Thare terrā suā exiuerit, tamen postea reuertens fuit, ad Heb. 11. lec. 3. eod. b
 Abrahā & si riserit de pmissioe non tamen dubitavit sed admiratus fuit, ad Hebræos vndecimo, lectione 3. 284.a
 Abraham quia deus licitè sibi ut filiū occideret præcepit, obtēperare voluit quē resuscitandum credit, ad Heb. 11. lec. 4. 282.a
 Abrahā vacavit operi carnali nō propter concupiscentiam, sed propter prolem habēdam, ad Galatas 4. lec. 7. 164.b
 Abrahā 4. reges occidit, qui quatuor vitia cōtracardinales virtutes designant, ad Hebræos septimo, lectione 1. 268.b
 Abrahā dicitur patriarcha, id est princeps patrū. Quia etiā sibi promissio facta fuit gētium, ad Hebr. 7. lec. 2. 269.a
 Abstinerè Apostolus docet à carnalibus desideriis. Et quātum ad corpus & quātum ad bona fortunæ, 1. Thessa. 4. lec. 1. 215.a
 Accedere dicitur Christus ad deū nō de statu culpæ ad gratiā, sed per cōtemplationem intellectus & affectus, ad Hebr. 7. lec. 4. 271.a
 Acceptio personarum non debet esse secundum cōditionem status, sed secundum cōgruitatem officii, ad Galatas 2. lec. 2. 153.a
 Acceptio personarū cur prohibetur in operibus iustitiæ & nō misericordiæ 302.a
 Acceptæ fuerūt singulariter ante diluviū tres personæ, scilicet Abel, Enoc, & Noe, ad Hebræos vndecimo, lec. 2. 283.a
 Acrimoniā loqui est quādo quis cū confidentia impugnat veritatē, 2. ad Timo. 2. lec. 2. 238.b
 Actus virtutū ad tria reducitur, scilicet ad deum, ad se & ad proximum, ad Ephesi. quinto, lectione quarta, folio 189.b
 Adā dicitur factus de terra, ideo terrenus. Christus verò de cælo, ideo cælestis, primæ Corinthiorū 15. lec. 7. 115.b
 Adā fuit mortalis, quia de terra factus, primæ Cor. 15. lectione. 7 eod. b.
 Adā fuit causa peccati originalis quo concipimur, & nō Eva, primæ Corinthio, decimo quinto, lectione 3. 112.a
 Adam fuit principium vitæ naturalis, Christus autem vitæ spiritualis, primæ Corinthiorum 15. lectione 7. 115.b
 Christus non fuit in Adam sicut nos. Quia Christus solum secundū corpulentā substantiam: nos verò secundum feminalem propagatiōnē, ad Romanos quinto, lectione tertia, 21.b
 Adam si nō fuisset corruptus per inobedientiam renouatione non, indiguisset, nec etiā nos, ad Ephesios 4. lec. 7. 187.a
 Adam postquam peccavit extitit semper sunt insidiæ impellētes ad peccādum, ad Ephesios quinto, lectione 6. 190.a
 Adam cū dixit, & caro de carne mea quomodo intelligatur, ad Eph. 5. lec. 10. 191.b
 Adam nō fuisse seductū primò, sed mulierem quomodo intelligatur, 1. ad Timotheū 2. lec. 3. 226.b
 Adam non dicitur filius hominis, sed Christus, ad Hebræos secundo, lec. 2. 257.a
 Ad ambulandum in via dei oportet regulari tria, scilicet rationem, intellectū, & voluntatem ad deum, Ephesios quarto, lect. 5. 186.a
 Adoramus carnē & humanitatē Christi ut vnitam personā diuinę in verbo quod est suppositū, diuinum, ad Galatas quarto, lectione quarta, folio 162.a
 Advenas & peregrinos se tres vocauerunt, Abrahā, Isaac, & Iacob, ad Hebræos vndecimo, lectione 4. folio 284.b
 Advenæ & peregrini qui dicuntur folio 313.a
 Adventus domini est duplex. Vnus generalis, alius specialis, ad Hebræos decimo, lectione 4. 281.a
 Aduersa sunt pariēter toleranda, ad Colossenses tertio, lectione tertia folio 210.b
 Adulterantes dicuntur qui verbū dei non sanè exponunt, ut pseudo prophete, secundę Corinthiorum 4. lec. 1. 124.a
 Affectus hominis dicitur rectus quando seruit rationi & vitatur licitis delectationibus secundum rationem, ad Titum tertio, lectione prima, 248.b

INDEX.

Agnus paschalis post immolationem epulabatur cum azimis panibus, sic sacramentum sine fermento peccati sumi debet, primæ Corinth. quinto. 2. 76.a
 Agnus paschalis inter cætera sacramentalia & legalia erat calebrimum, primæ Corinthiorum quinto, lec. 2. 76.a
 Allegoria est tropus seu modus loquendi. Et dicitur ab alio quod est alienus, & goge ductio, ad Galatas 4. lec. 6. 163.b
 Alexander erat ærarius & erat de illis qui docebat legalia esse obseruanda de necessitate salutis, secundæ ad Timo. 4. lec. 3. 243.a
 Altitudinem sapientiæ & scienciæ dei commendat Paulus multipliciter, ad Romanos vndecimo, lectione 5. folio 47.a
 Altitudo dei profunditas & latitudo quæ sit, ad Ephesios tertio, lectione 5. 183.a
 Amari cum dulci cõmixtione cur efficiatur totum amarum & non dulce. 304.b
 Ambrosius scribendo super illud psalmum, Magnus dominus & laudabilis nimis mortuus est, secundæ ad Timo. 4. lec. 3. 243.a
 Admonere qui vult aliquem id faciat ex charitate & non ira, sed ex scientia veritatis, ad Romanos 15. lectione 2. 59.a
 Amor est vis vnitiua amatis cum amato, ad Hebræos decimo, lectione 2. 279.b
 Amor est duplex, scilicet quo diligitur deus, & quo diligitur mundus, 2. Cor. 7. lec. 3. 113.b
 Amor quo nos deus diligit causat in nobis bonitatem, ad Ephesios 2. lec. 2. 177.a
 Amor potest dici maior vel minor dupliciter, vno modo ex obiecto, alio modo ex intentione actus, ad Galatas 6. lec. 2. 170.b
 Anathema nomen græcum, & dicitur ab Ana quod est sursum & testis positio, ad Romanos nono, lectione prima. 36.b
 Anchora sicut in mari nauem immobiliter tenet & nauis alligatur, sic spes animam firmat, ad Hebræos 6. lec. 4. 268.a
 Angeli boni & mali puniunt iussu dei: & qui percusserint primogenita Aegypti, ad Hebræos vndecimo, lectione 6. 286.a
 Angeli quomodo desiderare dicuntur. 311.a
 Angelis subsumus in hac vita, vt sub tutoribus, primæ Corinth. 15. lec. 3. 112.b
 Angelus nec demon possunt cognoscere cogitationes hominum

sed solus deus, primæ Corinth. 2. lectione 2. 67.b
 Angelos loqui seu habere linguas, & quomodo angelus angelo loquitur, primæ Corinthiorum 13. lectione 1. 103.a
 Angeli manebunt distincti post extremum iudicium quantum ad eminentiam gloriæ, non autem quantum ad executionem, primæ Corinth. 15. lec. 3. 112.b
 Angeli mali non redimentur à Christo prout Origenes finxit, ad Ephesios primo, lectione tertia, folio 173.a
 Angelorum nouæ sunt ordines, & distinguuntur in tres Hierarchias, ad Eph. 1. lec. 7. 175.b
 Angelorum malorum cruciatus, folio 324.a
 Angeli vel beati à viatoribus non docentur licet demones informari de non scitis possint, ad Ephesios 3. lec. 3. 181.b
 Angeli non cognoscunt omnia in causis, sed in effectibus, ad Eph. 3. lectione 3. 82.a
 Angeli maiores à principio mundi cognouerunt mysterium incarnationis, non autem minores, ad Ephesios 3. lec. 3. eodem.a
 Angeli omnes ministrant sub vno archangelo ecclesiæ, primæ ad Thess. 4. lec. 2. 216.a
 Angeli dicuntur dii participatiue propter abundantissimam refulgentiam diuine claritatis, ad Hebræos in prologo 251.b
 Angelus Christus minor fuit quantum ad carnis infirmitatem, sed maior quantum ad gratiæ plenitudinem, ad Hebræos primo, lectione tertia, folio 253.b
 Angeli in quantum illuminant dicuntur nuntii, quia annuntiant quæ sunt in corde domini sui, ad Hebræos 1. lec. 3. eodem.b
 Angeli quidam exequuntur, quidam quasi præceptores præcipiunt quæ agantur, ad Hebræos primo, lectione 6. 255.b
 Angeli superiores, scilicet, Seraphin, Cherubin, Throni, & Dominationes nunquam secundum aliquos mittuntur, ad Hebræos primo, lectione 6. 256.a
 Angeli fortissimum nomina aliquando angelorum à quibus mittuntur, ad Hebræos primo, lectione sexta, folio eodem.a
 Ab angelis dicitur Christus minorat non quantum ad diuinitatem nec quantum ad animam, sed quantum ad corpulentam substantiam, ad Hebræos secundo, lectione secunda 257.a
 In angelis est duplex cognitio, ad

Hebræos. 8. lec. 3. 273.a
 Anima potest adherere deo dupliciter hic, scilicet & in patria, ad Phil. tertio, lec. 2. 200.a
 Anima Christi non fuit verbum, sed anima rationalis contra Arium & Appollinaré, ad Romanos primo, lec. 2. 2.b
 Anima in quantum intendit curam corporis, scilicet vegetare & nutrire dicitur anima: in quantum autem in redit cognitioni dicitur spiritus, primæ Corinth. 15. lec. 7. 115.b
 Anima quædiu est separata à corpore dicitur imperfecta secundum Augustinum, primæ Corinth. 15. lectione 9. 116.b
 Anima rationalis figuram corpoream non habet nec membra corporea prout Tertulianus hæreticus dicebat, secundæ Corinthio. quarto, lec. 5. 126.b
 Animas ponere pro fratribus qui tenentur 334.a
 Animæ proueniunt quatuor ex corpore, scilicet esse, conseruari, decorum habere, & moueri, primæ Corinth. 15. lec. 6. 115.a
 Animæ in homine non differunt secundum essentiam, sed secundum potentiam, & in homine idem est spiritus & anima primæ ad Thess. 5. lec. 1. 218.a
 Animæ beatorum non retardantur neque in atriis tenentur vsque ad diem iudicii, sed diuino conspectui presentantur, secundæ Corinth. 5. lec. 2. 128.a
 Animæ naturale desiderium est, esse vnite cum corpore, alioquin mors pœnalis non esset, secundæ Corinth. 5. lec. 1. 127.b
 Animæ in principio non sunt simul creatæ sicut Origenes dixit in periarcho, ad Heb. 1. lec. 4. 254.b
 Animales homines dicuntur quantum ad vim apprehensiuam, aut quantum ad vim appetitiuam, & isti non percipiunt quæ spiritus sunt, primæ Cor. 2. lec. 2. 68.b
 Ante annos quatuordecim dicit se Paulus raptum, quomodo aliqui diuersimode exponant, secundæ Corinth. 12. lec. 1. 143.a
 Antichristus quomodo dicatur filius perditionis, & quomodo posset esse peior quam erit, secundæ ad Thess. 2. lec. 1. 219.b
 Antichristus erit de tribu Dan, & secundum quosdam sub eo Iudæi reedificabunt templum, secundæ ad Thessalonicenses secundo, lectione prima 220.a
 Antichristus occidetur à Michaele archangelo in monte Oliuerti, secundæ ad Thess. 2. lec. 2. eodem.a
 Antichristus erit homo & habe

bit liberum arbitrium, sed dyabolus intrabit in illum sicut in Iuda, 2 ad Thess. 2. lec. 2. eodem.b
 Antichristus decipiet homines per potentiam secularem, & per virtutem miraculorum, & auri & argenti collationem, 2 Thessalonicenses 2. lectione 2. eodem.b
 Apparuit Christus aliquibus qui non nominantur in euangelio, primæ Corinthiorum 15, lectione prima, folio 10.b
 Apostolus dicit duo, scilicet altitudinem potestatis & charitatis sapientiam, 1. Timo. 1. lac. 1. 222.b
 Apostolatus commendatur ex tribus, vtilitate, amplitudine, & plenitudine, in præfatione, 297.a
 Apostolus est prima dignitas quæ fuit in primitiua ecclesia, primæ ad Corinth. 1. lec. 1. 62.b
 Apostoli sunt præferendi ceteris sanctis omnibus quacumque prærogatiua præfulgeant, propter spiritum sanctum qui datus fuit eis abunde, ad Roma. 8. lec. 5. 33.b
 Apostoli suam doctrinam habuerunt à spiritu sancto, hinc eorum mandatis subduntur fideles, primæ Corinth. 14. lec. 7. 109.b
 Apostoli dicuntur maiores ministri in Ecclesia. Eorum autem auctoritas erat gubernare, docere, miracula facere, primæ Corinthiorum 12. lectione 3. 102.b
 Apostoli dicuntur ministri Christi quantum ad sacramentorum ministracionem, 2. Cor. 1. in prologo, folio 118.b
 Apostoli consolantur, tribulantur & exhortantur accipiendo passiones, secundæ Corinthiorum primo, lectione 3. 119.a
 Apostoli sunt medii inter deum & populum, secundæ Corinthiorum 5. lec. 3. 128.b
 Apostoli maledicebantur & blasphemabantur, primæ Corinthio. 4. lec. 2. 74.a
 Apostoli post missionem spiritus sancti peccare poterant venialiter non autem mortaliter, ad Galatas secundo, lec. 3. 153.b
 Apostoli stulti reputati sunt à pseudo prophetis & malis Corinthiis, 1. Corinthiorum tertio, lectione secunda. 74.a
 Apostoli si prædicassent crucem cum legalibus nullam persecutionem habuissent, ad Galatas sexto, lectione tertia. 168.b
 Apostoli sunt vni sortibus in electione spirituali, ad Ephesios primo lec. 4. 170.b
 Apostoli dicuntur fundamenta in quantum eorum doctrina annuntiat

Christum, qui est firma petra huius edificij, ad Ephesios secundo lectione sexta. 179.b
 Apostoli suam doctrinam immedie habuerunt à Christo, non in figuris, & ipsi huius fuerunt exteriores, ad Ephesios tertio, lectione tertia folio 181.b
 Apostoli priuilegiati erant in omnibus donis Christi, ad Ephesios 4. lec. 4. 185.a
 Apostoli sunt pseudo satana qui sepe ad decipiendum transformant se in angelum lucis, secundæ Corinth. 11. lec. 3. 140.b
 Apostoli fuerunt nuntij missi ad promulgationem reuocatae damnationis, in præfatione. 297.a
 Apostolis nullus sanctus comparari potest, excepto sancto sanctorum & virgine gloriosa qui excellit. Et temerarium est quatenus sanctum eis comparari, ad Ephesios 1. lec. 6. 175.a
 Apostolis mysterium fidei clarius fuit demonstratum quam prophetis & patriarchis, ad Ephesios tertio, lectione 1. 180.b
 Apostolo imponebatur quod præfatus humilis foret, absens autem austerus, secundæ Corinthiorum 10. lec. 1. 137.a
 Apostolo imponebatur à pseudo, quod ideo non acciperet sumptus à Galatis, quia non diligeret eos, secundæ Corinthiorum vndecimo, lectione tertia. 540.b
 Apostolum se dixit Paulus, quia à Christo missus & fructum missionis, primæ Corinthiorum nono, lec. 1. 85.b
 Apostolorum prædicatione non deuenisse ad omnes dupliciter intelligi potest, ad Roma. decimo, lectione 3. 43.a
 Apostolorum tria sunt officia, scilicet gubernare, docere, miracula facere, primæ Corinthiorum duodecimo, lec. 2. 100.b
 Apostolorum doctrina commendatur in quatuor, scilicet antiquitate, cõmunitate, virtute, & vtilitate, primæ Corinthiorum decimoquinto, lec. 1. 109.b
 Apostolorum sapientia non fuit, vt sciret naturas rerum & syderum cursum, sed notum facere sacramenta, ad Ephesios primo, lectione tertia folio 173.b
 Apostolus scribens Romanis dixit se seruum. Scribens Corinthis se dicit apostolum, secundæ Corinth. primo. lec. 1. 118.a
 Apostolus prima sua epistola quam misit Corinthiis, quam nos non habemus promissit venire ad eos, quod tamen non fecit, secundæ Corinth. 1.

lectione 5. 120.a
 Apostolus non potuit metiri, quia Christus erat in eo & cum eo, 2. Corinthio. 2. lec. 3. 122.a
 Apostolus sciuit arte sceno facturiam & laborabat nocte in domo Aquilæ & Priscillæ, secundæ Corinth. 11. lec. 3. 140.b
 Apostolus dicebat se missum ad prædicandum à tota trinitate, ad Galatas. 1. lec. 1. 149.b
 Apostolus Paulus par erat Petro in auctoritate prædicationis, non autem auctoritate regiminis, ad Galatas. 2. lec. 3. 153.b
 Apostolus quando scripsit Ephesios erat in vinculis Romæ tentus, ad Ephesios 3. lec. 1. 180.a
 Apostolus gratis prædicauit Corinthiis, qui erant auari, vt expelleret pseudo qui questum questuerunt, secundæ Corinthiorum vndecimo, lec. 3. 140.b
 Apostolus & si infirmos multos sanauerat, & mortuos suscitauerat, Timotheum tamen cõsilio sanare curauit, primæ ad Timotheum quinto, lec. 3. 232.b
 Apostolus se nominauit prædicator apostolum, & magistrum, secundæ ad Timotheum primo, lectione 4. 137.a
 Apollo quidam fuit Iudæus, & doctor prædicauit que in Achaia, primæ Corinth. 16. lec. 2. 118.a
 Arca testamenti in se habuit tria, scilicet vnam auream, vitam Aaron, tabulas testis. ad Hebræos nono, lec. 1. 274.a
 Arca Noe ecclesiam significat folio 316.b
 Arcana que non licent homini loqui de quibus testatur Apostolus quomodo construatur ly homini, 2. Corin. 12. lec. 2. 144.a
 Argumenta 13. soluuntur à beato Thoma in epistola, primæ ad Cor. 8. lec. 2. 85.b
 Argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem vel quasi arguens metem, ad Hebræos vndecimo, lectione 1. fol. 281.b
 Aries harena cornibus inter vespres, Christi humanitas crucifixæ fuit, tamen diuinitas mortem euasit, que tamen eum neque mortuum neque sepultum dereliquit, ad Hebræos vndecimo, lec. 4. 285.a
 Armorum spiritualium est triplex effectus, destrunt rebelles, cõuertunt infideles, corrigunt peccantes, secundæ Corinthiorum decimo, lectione 1. 137.b
 Armorum spiritualium est triplex genus quibus nunc iubet apostolus pugnare, ad Ephesios sexto lectione quarta. 193.a

INDEX.

Artifices sunt in duplici genere, scilicet, manu exequentes & freni factiua praeipientes, ad Hebraeos 1. lectione 6. 255.b
 Artifex commendatur ab arte, & non potest coqueri opus de opifice, ad Romanos nono, lectione 4. folio 39.b
 Ascensio Christi & descensio quomodo intelligatur, ad Roman. 10. lec. 1. 41.b
 Ascendendo Christus captiuam duxit, dicitur captiuitate, ad Ephe. 4. lec. 3. 184.b
 Aspiciens a loge, hoc responsum quod cantatur in prima dominica aduentus sumptum videtur ex Esa. 30 & quare, ad Hebraeos vndecimo, lectione 4. 184.b
 Auaritia notatur in duobus, scilicet in tenacitate & cupiditate, ad Heb. 13. lec. 1. 292.b
 Auaritia comparat Apostolus idolatriam: quia quando honor soli deo debet impeditur creatura dicitur idolatria, & tamen vera idolatria tantum non est, ad Ephesios quinto, lectione 3. 189.a
 Auaritia execat 324.b
 Auditus est duplex, scilicet interior, & ille est a deo. Exterior, & ille est a docente, ad Romanos decimo, lectione 2. 42.b
 Auxilium diuinum non est implorandum vbi supplet humanum, 2. Corint. 11. lec. 6. 142.b

Balaam avaritia ductus populo a deo benedicto maledicere voluit 324.b
 Barbari dicuntur qui deficiunt in raione & sunt rigores in corpore, 1. Corinthiorum decimo quarto, lectione 2. 170.a
 Barnabas commendatur ab Apostolo quod pro ecclesia multum laborauerit, secundum Corinthiorum 8. lec. 3. 136.a
 Baptizabat apostoli in primitiua ecclesia in nomine Christi, quia non illud odiosum erat, vt sic in consuetudinem & reuerentiam veniret, primae Corinthiorum primo, lectione 2. 64.a
 Baptizabat Graecis modo: baptizet seruus Christi. N. in nomine, & c. primae Corinthiorum primo, lec. 2. 63.b
 Baptizati gloriabantur vnus de Petro, alius de Appollo, alius de Paulo primo Corinthiorum primo, lectione 2. eod. a
 Baptizatos omnes in nube fuisse & in Moyse Apostolus dicit, primae Corinthiorum decimo, lectione 1. folio 89.a
 Baptizauit Apostolus domum, id

est familia Stephanae cuiusdam matronae, primae Corinthiorum primo, lec. 2. 65.b
 Paulus non multos baptizauit, & agit gratias deo quod Corinthios non baptizauit, primae Corinthiorum 1. lec. 2. 64.a
 Baptizatus ordinatus & confirmatus si fuerit resuscitatus postea non est rebaptizandus, ordinandus & confirmandus, ad Hebraeos vndecimo, lec. 7. 285.a
 Baptizatus immergitur ter, quia Christus tribus diebus & tribus noctibus fuit sub terra in sepulchro, ad Colossenses secundo, lectione tertia, folio 208.a
 Baptismatum nouem sunt genera, accipiendos largi baptismum, primae Corinthiorum decimo, lectione 2. 89.b
 Baptismata calicum & vireorum seruabant Iudaei, ad Hebraeos, nono, lectione 2. 275.a
 Baptismi forma est, Ego te baptizo in nomine patris & filii & spiritus sancti, primae Corinthio, primo, lec. 2. 63.b
 Baptismum Christus instituit, & in nomine suo, patris, & spiritus sancti baptizari fecit, ad Romanos 6. lec. 1. 24.a
 Baptismus est triplex, scilicet fluminis, fluminis, & sanguinis, & non sunt tria sacramenta, sed vnum, ad Hebraeos sexto, lectione prima, folio 266.a
 Baptismus non reiteratur, quia est quaedam configuratio mortis Christi, ad Hebraeos sexto, lectione prima, folio eodem
 Baptismus Christi habet virtutem duplicem, vnam diuinam aliam humanam: & consistit in quatuor, primae Corinthiorum primo, lectione secunda. 64.a
 Baptismus non valet receptus pro alio sed solum pro seipso & si sit opus bonum, primae Corinthiorum 15. lec. 4. 113.a
 Baptismus habet efficaciam ex passione Christi, & ex virtute nominis eius, primae Corinthiorum primo, lec. 2. 64.a
 Baptismus a quocumque conferatur vniformem habet virtutem, ad Ephe. 4. lec. 2. 184.a
 Baptista virtus in baptizatis nihil operatur sed Christi, primae Cor. 1. lec. 2. 64.a
 Beati quomodo dicuntur isti, quorum deus tegit peccatum originale, actuale, mortale & veniale, ad Romanos quarto, lectione prima, folio 17.
 Beati dicuntur qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, prima

Corint. 13. lec. 1. 103.b
 Beati valent non gloriari corporibus, vt & ipsam gloriam perciperent, 2. Cor. 5. lec. 1. 127.a
 Beati a viatoribus non docentur, quia immediatè verbum conspiciunt quod est speculum sine macula, ad Ephesios tertio, lectione tertia, folio 181.b
 Beatitudo est operatio perfecta quae est suprema virtutis operatio, optimè disposita, & haec est nostra, primae ad Timotheum sexto, lec. 3. 234.b
 Benedicendo sacerdos eucharistiam, non benedicit corpus Christi, sed materiam sacramenti, ad Hebraeos 7. lec. 2. 269.b
 Benedicere est bonum dicere, enunciando, imperando & optando, ad Roman. duodecimo, lectione 3, folio 50.a
 Benedicere deum, & deum benedicere nobis quomodo intelligatur, 2. Cor. 1. lec. 2. 119.a
 Benedictio est factio bonitatis in nobis & est in praesenti vita imperfecta, & in futura autè perficitur, ad Heb. 6. lec. 2. 267.a
 Benedictio domini diuites facit & multitudinem filiorum & bonorum & malorum procurat, ad Hebraeos 6. lec. 4. 267.b
 Benedictioem pauperes de Lugduno mali sacerdotis iusto laico nihil prodesse aut manabunt, sed potius e conuerso similiter & bicardi, ad Hebr. 7. lec. 2. 169.b
 Benedictioem Abraham quando a Melchisedech recepit non mox habuit, sed per fide firmiter expectauit, ad Heb. 7. lec. 2. eod. b
 Benedictioem praestans Iacob duobus filiis Ioseph, Ephraim, scilicet & Manasse cancellatis manibus benedixit. Quia reges praeferenda sunt aliis hominibus, ad Hebraeos 11. lec. 5. 285.a
 Benedictioes in missa quare non fiant in vulgari, primae Corint. 14. lec. 3. 107.a
 Beneficium Christi est triplex, scilicet iustificationis, resurrectionis, & ascensionis, ad Ephesios secundo, lectione 2. 177.a
 Benignitas est amor interior profundus bona ad exteriora, ad Titum 3. lec. 1. 248.b
 Benignitas idè est quod bona ingneitas, ad Tit. 3. lec. 1. eodem
 Bestiae male dicebantur Cretae propter eorum crudelitatem & gulositatem, ad Tit. 1. lec. 3. 245.a
 Bigamia contra naturam Lamech septimus ab Adà qui pessimus fuit primus introduxit, ad Hebraeos 11. lectione 2. 283.a

INDEX.

Bicardi & pauperes de Lugduno dicunt quod omnis iustus est sacerdos, ad Heb. 7. lec. 2. 269.b
 Blasphemia quantuncumque fiat subito si percipitur est peccatum mortale, ad Colos. 3. lec. 2. 210.a
 Balaam avaritia ductus populo a deo benedicto maledicere voluit folio. 324.b
 Blasphemi reprehenduntur. 313.a
 Bona duo accepimus a Christo, scilicet spem vitae aeternae, & facultatem accedendi ad patrem, ad Ephe. 3. lec. 3. 181.b
 Bona facta in charitate mortificata per peccatum, per poenitentiam reuiuiscunt, primae ad Thessal. tertio, lectione 1. 221.b
 Boni in reprimitione significatur per stellas, mali verò per arenam, ad Hebraeos 11. lectione tertia folio. 284.a
 Boni operis principium non est ex nobis sed ex deo, ad Philip. primo, lec. 1. 194.b
 Boni sibi communicare debent bona spiritualia, ad Philip. secundo, lectione 1. 196.b
 Bonitas ministris non requiritur ad collationem sacramenti, quia nullus esset certus de salute, nec sciret se esse baptizatum vel absolutum, ad Heb. 7. lectione 2. 269.b
 Bonitas offerentis facit vt acceptetur oblatio non sacramentalis, ad Hebraeos 11. lec. 2. 283.a
 Bonum non potest totaliter destrui vel corrumpi a malo, secundum ad Thess. 2. lec. 1. 219.b
 Bonum tam perfectum nullus se extimare debet quam si nullum defectum habeat nec ita malum vt nihil sit in eo boni, ad Philip. secundo, lec. 1. 197.a
 Bonum nostrum consistit principaliter in fide & spe & charitate, ad Colos. 1. lec. 2. 203.b

Cadere nos multa faciunt atque in principium ponunt, primae Corinthiorum decimo, lectione 3, folio. 90.a
 Calix quot modis sumatur, & quid significet, primae Corint. decimo, lec. 4. 90.b
 Calix in consecratione (Hic est) cum dicitur, figura antonomica committitur, primae Corinthio. vndecimo, lec. 6. 98.a
 Cantare debemus vt deum mentem & voce ad misericordiam prouocemus, ad Ephesios quinto, lectione septima, 190.b
 Canonicarum epistolarum materia, in praefatione. 178.a
 Canonicarum ordo, in praefatio. folio 298.a

Canonicae septem quid indicat, in praefatio.
 Capiti inest perfectio, sublimitas, influenza, & conformitas, primae Corint. 11. lec. 1. 92.b
 Capitulum dicitur breuis copulatio continens multa. Alio modo dicitur capitulum a capite, ad Hebr. 8. lec. 1. 271.b
 Caput nostrum est Christus, & nos fumus eius membra; similiter & alterius, ad Ro. 12. lec. 2. 49.a
 Caput omnium dicitur Christus tam angelorum quam hominum, & ecclesiarum tantum, ad Ephesios primo, lec. 8. 176.a
 Caput gentium dicitur Christus & quomodo certae prophetiae de vocatione gentium intelligantur, ad Ro. 15. lec. 1. 58.b
 Caritas efficit vt bona quae homo habet non sibi soli retineat & quomodo facit abstinere a malo, & facere bonum, primae Corint. 13. lec. 2. 104.a
 Caritas in patria non cessabit sed perficietur cum apparuerit gloria, 1. Corint. 13. lec. 2. 103.a
 Caritas patiens est, benigna est, non emulatur, non inflatur, non cogitat malum, primae Corint. 13. lec. 2. 103.b
 Caritas a fide non separatur. 330.a
 Charitatis praecipuum nouum charitatem habens potest peccare cum non vitur ea. Si autem vitur peccare non potest, primae Corint. 13. lec. 4. 103.a
 Charitatem non habes etiam si loquatur lingua angelorum & distriberit omnem substantiam suam nihil prodest, 1. Corint. 13. lec. 1. 103.a
 Charitatem maiorem Christus ostendit in eo quod pro inimicis mortuus est, ad Ro. 5. lec. 2. 20.a
 Charitatem Christi scire, est scire omnia mysteria incarnationis & redemptionis, ad Ephesios tertio, lec. 5. 183.a
 Chaitatis vnitas consistit in duobus, scilicet interior in affectu, & exterior in effectu, ad Ephesios quarto, lectione 1. 183.b
 Charitate fraternitatis habere debemus si ad caeleste regnum peruenire volumus, ad Hebraeos 13. lectione 1. 192.a
 Chamaleontis conditio 311.b
 Carnalia peccata quid dicebant non esse peccata, vt facilius deciperent possent, ad Ephesios quinto, lectione 3. 189.a
 Carnem concupiscere aduersus spiritum & conuerso quomodo intelligatur, ad Gala. 5. lec. 4. 167.a
 Carnem sequere est sequi mortem, sequere spiritum est sequi vitam & pa-

cem, ad Ro. 8. lec. 1. 30.b
 Carnem non manducare & vinum non bibere dicit Apostolus ad vitium scandalum, & ad abigendam luxuriam, ad Ro. 14. lec. 3. 57.a
 Caro potest dupliciter considerari, scilicet in se & sic non est odiosa, vel prout est impeditiua salutis, ad Ephe. 5. lec. 9. 191.a
 Castitatem volens habere necesse habet laborare, vigiliis insistere, & macerare corpus per ieiunium, 2. Corint. 6. lec. 2. 131.a
 Castigationis verbum communiter accipitur in pueris & in concupiscentia, ad Heb. 12. lec. 2. 290.a
 Cautela diaboli in tentatione. 320.a
 Caeterum est corruptio in carne per ignem ex qua egreditur putredo, 1. ad Timo. 4. lec. 1. 229.a
 Cecilia conuertit virum suum ad fidem, 1. Cor. 7. lec. 2. 81.a
 Caelum tertium tripliciter potest accipi, scilicet secundum ea quae sunt in animam, aut secundum ea quae sunt supra animam. Et potest accipi caelum aereum, Sydereum, & Emphyreum, 2. Cor. 12. lec. 1. 143.b
 Cerimonialia in veteri lege erant quatuor, scilicet sacrificia sacra, sacramenta, & obseruantiae ad Colossenses. 2. lec. 3. 208.a
 Cibi aliqui in veteri lege erant prohibiti quia figurabant Christum, 1. ad Timo. 4. lec. 1. 229.b
 Cibus animae dicitur sacra doctrina quia cibatur intellectum & potat affectum, ad Hebraeos quinto lectione 2. 265.a
 Circumcisio post legem gratiae nihil prodest. Ante legem autem gratiae erat ordinata contra originalem, ad Ro. 2. lec. 4. 12.b
 Circumcisio fuit signaculum iustitiae per fidem in signum foederis vt que ad Christum, ad Romanos 4. lectione 2. 17.b
 Circumcisio quare fuerit instituta, quam vim habuerit & quare fuerit mutata, ad Roma. quarto, lectione 2. eodem
 Circumcisio spiritalis quomodo fiat a Christo in corpore & in anima, & quare per cultellum fiebat, ad Rom. 4. lec. 2. eodem
 Circumcisio erat signum iustitiae & non conferebat gratiam, sed auxilium gratiae ad rectè agendum. Nota satis pulchra, ad Roman. quarto, lectione 2. 18.a
 Circumcisio est duplex. Vna carnalis & illa fit manu, alia spiritalis, ad Ephesios secundo, lectione quarta, folio 178.a
 Circumcisionis Christus fuit minister ad confirmandum promiss-

INDEX.

fiones patrum, ad Galatas 3. lectio
ne sexta folio 159.a
Circuncisus fuit Timotheus ab
Apostolo. Et vtrū Paulus fecerit ad
obseruandum legalia, vel solum ne
scandalizaret cōuersos, est differen-
tia inter Augu. & Hieronimū ad
Galat. 5. lectio. 1. 165.a
Chirographus est scriptura ma-
nualis & proprie fit in cautione cō-
tractuū, ad Col. 2. lect. 3. 208.a
Ciuitas est ciuium vnitas. Et est
duplex vna terrena, alia cælestis,
ad Galatas 4. lectio 7. 194.a
Clamat Esaias propheta pro cō-
uersione Iudeorum, Osee autem
Gentilium, ad Romanos nono, lec-
tione quinta, 40.b
Clos est nomē vnus villę Co-
rinthiorum iurisdictioni subiecta,
vel est nomen vnus matronę 1.
Corint. 1. lectio 2. 63.b
Claritas Christi in trāsfiguratio-
ne sua nō fuit similis illi quę futu-
ra est in iudicio, 322.a
Cognitio dei est nobis necessaria
hic & in patria, ad Ephesios 3. lec-
tione quinta, 182.b
Cognitio qua homo intelligit
fit duobus modis. Per vim menta-
lem quę est intellectus, & corpo-
ralem quę est sensus, secundę Co-
rinthiorum 12. lectio 1. 143.b
Cognitio nostra in patria nō e-
quiparatur cognitioni dei, sed (ly-
sicut) importat similitudinem &
non æqualitate, primę Corinthio-
rum 13. lectio 4. 105.b
Cognitio nostra omnis ortū ha-
bet aut a supernaturali principio,
aut naturali lumine, primę Corin-
thio. 14. lectio 2. 106.b
Collectio pecuniarum quā Pau-
lus Corinthiis & Galatis imposuit
pro necessitatibus fratrum, primę
Corint. 16. lectio prima, 117.b
Collegium fidelium in scripturis
quandoq; vocatur domus, quādo-
que ciuitas, ad Ephesios 2. lectio 2.
lectio sexta. fol. 179.b
Colere debemus deū & nō ido-
la vt Hermes, Varro, poeta & se-
quaces, ad Romano. 1. lectio 7.
folio 8.a
Comedere quę idolis oblata sūt
propter scandalum prohibet Apo-
sto. primę Corinthiorum 10. lect.
quinta fol. 91.a
Comestiones dicuntur superflue
& nimis accuratę comestiones &
potationes, ad Romanos 13. lectio
ne 3. 54.a
Communicantes debēt esse ieiun-
ni. Et quid si biberint aquā solam,
aut aliquid quod sero dentibus in-
hæreat, & hora, primę Corint. 11.
lectio 4. 95.b

Complementum sanctorū est cō-
munis societas multorū miliū an-
gelorū assiduitas, ad Hebræos 12
lectio 4. 291.a
Comprehendere idē est quod cō-
cludere vel attingere, ad Philip.
3 lect. 2. 200.a
Comprehendere homo nō po-
test rationem diuinorū iudiciorū,
ad Roma. 11. lect. 5. 47.a
Comprehendere deū nemo po-
test quia transcendit quidquid in
creaturis est comprehensibile. 1. ad
Timo. 6. lect. 3. 235.a
Cōpunctio est duplex. s. pro pec-
catis ex qua aliquis dolet de bono
alterius, ad Ro. 11. lect. 1. 44.a
Comparatio abusiua 325.b
Cōceptus miraculosi in veteri te-
stamento conceptum Christi in-
fabilem, non tamen ex equo signi-
rabant, ad Hebræos 11. lect. 3. lectio
folio 284.a
Concordia consistit in hoc, vt ho-
mo doleat de malo alteri, & gau-
deat de prosperitate eius, ad Ro.
12. lectio 3. 50.b
Concordiam destruit superbia &
presumptio, ad Rom. duodecimo,
lectio 3. eodem
Concupiscentia praua se habet
communiter ad omnia peccata, ad
Romano. 7. lectio 2. 17.a
Concupiscentia manet in bapti-
zatis, vnde dicit Paulus. Accipiat
vnusquisq; vxorem suam, primę
Corinthiorum 7. lectio 1. 80.a
Confessio est triplex, scilicet ini-
quitatis, misericordię dei beneficia
præstantis, & diuinę veritatis, ad
Romano. 10. lectio 2. 42.a
Confessio in veteri lege cur tan-
tū deo fiebat 309.a
Confessionis condiciones eodem.
Confessionis expressa institutio
folio eodem 195.a
Confidere in aliū aliquis potest
dupliciter, vel quia ad eū pertinet
sua defensio, aut quia paratus est
quomodo cūque eum defendere,
ad Ephesios sexto, lectio 3. lectio
folio 192.b
Conscientia bona cōsistit in duo-
bus, scilicet vt quę facit sint bona,
& vt recta intētiō fiat. 2. Corin.
1. lectio quarta 120.a
Cōscientia erronea obligat ad ob-
seruatiōem eorum de quibus est cō-
scientia erronea in his in quibus ho-
mo non est perplexus, ad Gal. 5. le-
ctio prima 165.b
Conscientia erronea quomodo
oriatur ab actū volūtatis, quia volū-
tas fertur in id quo. l. ei vis apprehē-
sua representat siue bonū siue mā-
lum. Et quomodo conscientia erro-
nealiget. Nota pulcherrima. ad Ro-

manos 14. lectio 2. 54.b
Contendere est cū vnusquisq;
partiale bonum querit, primę Co-
rinthiorum 1. lectio 2. 63.b
Contentio est impugnatio veri-
tatis cum cōsidentia clamorum, ad
Roma. 13. lectio 3. 53.a
Contemunt peccatores deū, eo
quod nō immediatē puniunt eos, sed
suffert patieret, ad Romanos 2. le-
ctio prima 9.b
Cōuenire aliquid alicui potest in
telligi tripliciter, scilicet essentiali-
ter, participatiuē, & casualiter, ad
Colos. 1. lec. 4. 205.a
Corinthum erat ciuitas metropo-
lis maritima, vbi multi erāt merca-
tores qui auari esse solent propter
ea Apostolus ab eis sumptus nō ac-
cipiebat, secundę ad Corint. 11.
lectio 3. 104.b
Corona est duplex quę dā est prin-
cipalis, quę dā secundaria, 2. Timo.
4. lectio 2. 242.b
Corpora nostra sunt mēbra Chri-
sti & tēplum spiritus sancti, primę
Corinthiorum sexto, lectio 3. lectio
folio 78.b
Corpora duo simul esse in eodem
loco non contingit ex dote, sed ex
virtute diuina, & miraculosē, pri-
mę Corint. 15. lectio 6. 115.a
Corporale exercitacionē ad mo-
dicum esse vtilem quomodo intel-
ligatur, primę Timotheū quarto,
lectio 2. 230.a
Corporalis materia nō magis o-
bedit substātię intellectuali quā
qualitatibus actiuis & passiuis in
natura, cōtra Auicēnā, ad Galat. 3.
lectio prima 156.a
Corpus nostrū magnificatur per
Christum ministeria eius corpora-
liter exequēdo, vel corpus nostrū
exponēdo pro ipso, ad Philip. 1. le-
ctio 2. 195.a
Corpus naturale tria habet ad in-
uicem connexa, id est, cōpactionē
mēbroto, & c. ad Ephes. quarto,
lectio quinta 186.a
Corpus Christi sumitur indignē
dupliciter, s. in alio pane quā in tri-
ticeo, aut in alio liquore quā vino,
vt non confessus non contritus. 1.
Corint. 11. lect. 7. 98.b
Corpus Christi mysticum est to-
ta ecclesia, & hoc pbat per cor-
pus naturale, primę Corint. 12. le-
ctio 3. 101.b
Corpus factum propter animā
& nō econuerso, ad Ephe. primo,
lectio 8. 176.a
Corpus macerare docet Aposto-
lus, non occidere, suum & nō alie-
num, 1. Corint. 9. lect. 5. 88.b
Corpus nostrum exhibere debe-
mus iustitia sicut exhibuimus ini-

quitati, ad Roma. sexto, lectio 2.
lectio quarta. 25.b
Corpus naturale hominis nō est
vnum membrum, sed multa. Sic
de corpore mystico. 1. Cor. 12. lec-
tione 3. 101.b
Correptio diuina & humana sic
differunt quia humana est trāsito-
ria, & pro transitorijs & falli po-
test, diuina aut non, ad Hæbr. 12.
lect. 2. 289.a
Creatio est motus ex nihilo ad
esse, Et est duplex. s. natura & gra-
tia, secundę Cor. 5. lect. 4. 129.b
Creaturę dicuntur aliquando ho-
mines iusti, aliquando humana na-
tura, aliqui elementa huius mundi,
ad Rom. 8. lect. 4. 32.b
Credere homo debet quę perti-
nēt ad incarnationem, trinitatem,
mortem, sepulturam, resurrectio-
nem, & apparitionem xp̄i, primę
Corin. 15. lect. 1. 110.a
Credere nolentes peiores dicun-
tur demonibus ex specie operis
non aut quo ad effectum, ad Gala-
tas 5. lect. 2. 165.b
Credere triplex. 310.b
Credenti in deum si non habuit
tempus bonum operandi, quia fi-
des est primus actus iustitię quā
deus in eo operatur, illi sufficit ad
salutem, ad Roma. quarto, lectio 6.
lectio 2. 17.b
In fide duo sunt, scilicet in quo
creditur, & ille cui creditur, 2. ad
Timo. primo, lec. 4. 237.a
Christus est vna persona & hy-
postasis in vtraque natura consi-
stens, & non est nisi vna hyposta-
sis vtriusque, 1. Cor. 2. lect. 2. 67.b
Christus prædicauit Iudæis prin-
cipaliter, gentibus autē perfuncto-
riē, ad Galatas quarto, lectio 3.
lectio 1. 151.b
Christiani status dignitas. 313.a
Christianorum peccata grauiora
paganorum. 321.a
Christi passio fuit purissima, in
præfatione. 193.a
Christum sequi quomodo liceat
folio. 314.a
Christus agnus dicitur. 311.b
Christus alios reges in quatuor
excellit, in præfatione.
Christus armatus in cruce. 317.a
Christus author canonicarum, in
præfatione. 199.a
Christus lapis. 312.b
Christus per Affuerum regem
apertē figuratur, in præfatione. 53.a
Crucis scandalum euacuare per
circuncisionem quomodo intelli-
gatur, ad Galatas quinto, lectio 2.
prima. 165.b
Crux xp̄i quomodo dicitur stul-
ticia apud Iudæos, qui se in per si-

gna videre volebāt, & gentiles qui
in eloquentia gloriabantur. 1. Co-
1. lect. 3. 65.b
Crux xp̄i habuit latitudinem, lō-
gitudinem, sublimitatem & pfun-
ditatem, ad Ephe. tertio, lec. quin-
ta. 183.a
Cricifigi Christo dupliciter quis
potest. 317.a
Cupiditas sumitur tripliciter, sci-
licet p auaritia pro inordinato ap-
petitu, & put est quædam inordi-
natio animi, primę ad Timo. 6. le-
ctio 2. 234.a
Currere quomodo debemus vt
premiū accipiamus, primę Cor.
9. lect. 5. 88.b

INDEX.
D
Amnatorū pœna non finie-
tur, contra Origenem in peri-
archon, primę Corinthiorum 15.
lect. 3. 113.a
Damniati magis dolent de priua-
tione diuinę clementiæ quā de qua-
cunque alia pœna, ad Hebræos 4.
lectio 1. 261.b
Decimę sacerdotibus debentur
proprie, Leuitis autem ex ministe-
rio quia eis ministrare debent, ad
Heb. seprimo, lectio 2. 269.b
Decimas recipere nullus cogitur
si dans scandalizetur, ad Hebræos
7. lectio 2. fol. eodem
Decimas recepit Melchisedech
non alligatus legi, sed propria au-
thoritate, ad Hebræos 7. lectio 2.
lectio 2. ibidem.
Decimas dedit Abraham Mel-
chisedech pro se & Leuitis qui e-
rant adhuc in lumbis eius tamen
Melchisedech erat minor eis, ad
Hebræos 7. lectio 2. eodem.
Non docere proximum suū, sed
cognoscere deum minimū & ma-
ximum quomodo intelligatur, ad
Heb. 8. lec. 3. 273.b
Dæmones quare non comparen-
tur Cherubin & Seraphi sicut prin-
cipatibus & potestatibus, ad Eph.
6. lec. 3. 193.a
Dæmones non decipiunt in spe-
cie angeli si cognoscantur. 2. Cor.
11. lect. 3. 141.a
Dæmones propterea non salua-
bunt quod in nomine Iesu genua
curuare dicuntur contra Origenē,
ad Philip. 2. lec. 3. 199.a
Dæmones à nobis non sunt dili-
gendi quia non sunt amici, sed ho-
stes non diligibiles, ad Roma. 13.
lect. 2. 53.a
Dæmonem vincimus adiuti.
folio. 306.a
Dæmones vbiq; torqueri. 323.a
De demonibus qui sunt in aere
est duplex opinio, ad Ephesios 2.
lect. 1. 176.b

Dei dulcedo dupliciter deprehē-
ditur. 312.b
Detractio multis modis commit-
titur. eodem.a
Deū benedicere, quid est. 301.a
Deum negare contingit duplici-
ter. 323.a
Deus ad se accedētibus quatuor
bona largitur. 306.a
Deus est misericors multimodis
folio 308.a
Deus intentator malorum est.
folio 299.b
Deus charitas dicitur antonomas-
ticē. 146.b
Descendisse Christum primum
ad inferiores partes terrę quomo-
do intelligatur, ad Ephesios 4. le-
ctio 3. 184.b
Deus dicitur deus Abraham, deus
Isaac, & deus Iacob, & quare ad
Hæbr. 11. lect. 4. 284.b
Deus quomodo cognitus sit à sa-
pientibus gentilium, & quomodo
scriptum erat Athenis in quadam
ara, ignoto deo, ad Rom. 1. lect. 6.
folio. 6.b
Deus duobus modis manifestat
se homini. s. in infundendo lumē,
& per sensibiles creaturas, ad Ro.
1. lec. 6. 6.b
Deus cognoscitur tribus modis,
s. per causalitatem, per excellētiā,
& per negationem, ad Rom. 1. lec.
6. 6.b
Deus non solum est deus Iudæo-
rum, sed etiam Gentilium, quia di-
ues est in omnes, ad Rom. decimo,
lect. 2. 42.a
Deus dicitur principaliter corū
qui habent fidem & deuotionem
primę Corin. primo lectio 3.
prima. 63.a
Deus dicitur deus totius consola-
tiōis & quomodo cōsolatur suos,
2. Corinthiorum primo, lectio 2.
lectio 2. 119.a
Deus dicitur inuisibilis, quia nul-
lus intellectus creatus potest attri-
gere ad eius essentiam, ad Colos. 1.
lect. quarta. 204.b
Deum non esse acceptorem per-
sonarum declaratur, ad Rom. 2. le-
ctio 2. 11.a
Deus dicitur esse in omnibus re-
bus dupliciter. s. p participationē,
vel per amorem, ad Colos. 2. lec.
2. 207.b
Deus est tribus modis in rebus. s.
communis per gratiā & per singu-
laritatem, ad Colos. 2. lectio 2.
eodem.b
Deus dicitur tripliciter, scilicet
naturaliter opinatiuē & participa-
tiuē, 2. ad Thessa. secundo, lectio
1. 220.a
Deus aliquādo apparuit in visio-

INDEX.

ne corporali, aliquando in imaginaria, aliquando in intellectuali, ad Heb. 1. lect. 1. 251. b
 Deus est causa omnis substantiae, quia omnia efficit, gubernat, & conservat, ad Heb. 1. lect. 2. 252. b
 Deus dicitur esse in mundo per essentiam, praesentiam & potentiam, ad Heb. decimo, lectione prima. 278. b
 De deo potest haberi notitia multiplex, scilicet per Christum, Iudaeos & antiquos philosophos, ad Heb. 11. lectione 2. 282. b
 Dextera pars dicitur potissima in animali, & significat bona spiritalia, ad Heb. 8. lectione 1. 277. b
 Dextera dei non dicitur aliqua pars corporalis, sed similitudinaria, ad Col. 3. lectio 1. 209. b
 Diacones non debent esse litigiofi, nec vinolenti, nec bilingues. 1. ad Timo. 3. lect. 2. 228. a
 Diaconissa dicitur non quia ordine sacro fungatur, sed quia certo ministerio deputatur. 1. ad Timo. 3. lectione 2. eodem. a
 Dicere aliquid in spiritu sancto est dicere ex instinctu eius. 1. Corin. 12. lectio 1. 100. a
 Dies comparatur futura gloria, & quomodo nox eam praecesserit, ad Roma. decimotertio, lectione tertia. 53. b
 Dies domini dicitur venire in nocte, & quare dicatur dies domini. 1. ad Thef. 5. lect. 1. 216. b
 Dij multi dicuntur participative in caelo & in terra, in prologo, ad Habraeos. 251. a
 Dignitas Apostolatus est praecipua in ecclesia catholica, ad Rom. 1. lect. 1. 2. a
 Dilectio debet esse ad se, ad proximum & ad deum, ad Rom. 12. lect. 2. 49. b
 Dilectio qua homo se diligit debet esse vera, pura & honesta, ad Roma. 12. lect. 2. eodem. b
 Dilectionem parentum quare aliquando non sequatur longevitas vitae. 1. ad Tim. 4. lect. 2. 330. a
 Dilectio dei est duplex, scilicet, concupiscentiae & amicitiae, ad Philip. 1. lect. 2. 195. a
 Dilectio inimicorum quomodo requiratur a nobis, & quomodo debeat esse, ad Rom. duodecimo, lect. 3. 50. a
 Diligentes se solent quatuor consolari de quibus gloriabatur Apostolus, secunda Corinth. 7. lectione secunda. 133. a
 Diligere se dicebat Apostolus propter Corinthios quam Corinthios ipsum, & quam pseudo prophetas ipsos. 2. Corin. 12. lect. 5. 146. b
 Diligentes se invicem tria consueverunt habere, scilicet, mutuam societatis auxiliium, mutuam amorem, & beneficium ostendere, ad Gala. 4. lect. 4. 162. a
 Diligitur aliquando aliquis propter alium aliquando propter seipsum, ad Ephe. 1. lect. 2. 173. a
 Dimittere non debet fidelis indelem si sine periculo animae cohabitare possit, consiliu est non praecipuum. 1. Cor. 7. lect. 2. 81. a
 Dispensari contingit in diversis, temporibus diversis, ad Heb. 7. lect. 1. 269. b
 Distinctio personarum in divinis, & quare Paulus non fecit ibi mentionem de spiritu sancto, ad Gala. 1. lect. 1. 150. b
 Divisiones gratiarum diversae sunt, & quomodo differant & coordinatio earundem. 1. Corin. 12. lect. 1. 100. a
 Divus dicitur deus, quia miseretur omnium & dat largiter omnia, ad Ephe. 1. lect. 2. 177. a
 Divitiae sunt non habentibus tantio, habentibus autem laequeus. 1. ad Tim. 6. lect. 2. 233. b
 Divites tria mala pauperibus inferunt. 301. b
 Divitiae hominem deordinant folio. 305. b
 Diaboli in tentando cautela ardens. 320. a
 Diabolus continuè peccat. 323. a
 Dilectio Christi in quatuor manifestatur. 314. b
 Diligere proximum sicut seipsum multiphariam exponitur. 302. a
 Divisio epistolarum, in praefatione, &c. 309. b
 Donum gratu efficitur quatuor modis. 335. b
 Doctrina prophetica lucerna dicitur. 322. b
 Docens alium non debet esse fur, nec adulter, nec blasphemus, ad Ro. 2. lect. 4. 12. b
 Doctores dicuntur a docendo, quia proprium eorum officium est docere, ad Ephesios quarto, lectio quarta. 185. a
 Doctores duo sunt necessaria. scilicet, in quam acquiritur scientia, & exercitium in quo efficitur propter. 1. ad Timo. 4. lect. 3. 230. b
 Doctor sacrae scripturae potest vti autoritatibus quorumcumque pro elucidanda veritate. Titum. 1. lect. 3. 245. b
 Docuit scriptis aliquando oraculo vocis, sed non omnia quae docuit scripta fuerunt, secunda ad Thef. 2. lect. 3. 221. a
 Doctor non debet respondere ad omnes quaestiones, sed ad vitales, ad Titum. 3. lect. 2. 249. a
 Doctrina in veteri testamento est duplex vna aperta, alia sub velamine, ad Habraeos primo, lectio prima. 251. b
 Doctrina est triplex, scilicet angelorum philosophorum & evangelistarum, ad Gal. 1. lect. 2. 150. b
 Doctrina eadem est proponenda parvulis & prouectis, sed aliter, & aliter, ad Heb. 5. lect. 2. 295. a
 Doctrina est duplex, scilicet terrena, qua homo inhaeret terrenis, alia caelestis, quae docet caelestia, ad Heb. 6. lectio 2. 267. a
 Dominicam in memoria resurrexerunt seruamus, sicut Hebraei quietionis, ad Hebraeos 11. lectione secunda. 282. b
 Dominus dupliciter dicitur gratiare seruos suos, ad Coloss. tertio lect. 4. 211. a
 Domus nostrae habitationis dicitur corruptibilis quantum ad corpus non quantum ad animam. 2. Cor. 5. lect. 1. 127. a
 Domus spiritualis homo. 374. a
 Dona gratuita reducit Paulus ad tria, scilicet linguarum prophetiam & largitionem rerum temporalium. 1. Cor. 13. lect. 1. 103. a
 Dona gratiarum non dantur pro meritis, sed secundum voluntatem dei, ad Col. 1. lect. 3. 204. a
 Dona in homines non veniunt mediante separatis intermediariis, ad Coloss. 2. lectione prima. 207. b
 A donis gentiles denominabant deos, unde Apostolus dicit deus pacis, secunda Corinth. 13. lectione tertia. 148. b
 Donis magis vtilibus & fructuosis debemus vti, & non curare multa dona inutilia. 1. Cor. 14. lectio tertia. 105. b
 Donec intraverit plenitudo quomodo intelligatur, ad Roman. 11. lect. 4. 46. a
 Donec haec dictio potest intelligi duobus modis, scilicet pro tempore finito, & pro tempore infinito. 1. Cor. 15. lect. 3. 112. b
 Dotes corporum resurgentium sunt impassibilitas, claritas, agilitas, & subtilitas, prima Corinth. 15. lect. 6. 114. b
 Dubitavit sanctus Paulus, verum fuerit raptus cum corpore solus, vel anima & corpore. 2. Cor. 12. lectione 1. 143. a

E

Ebrietas est causa multorum malorum quam Apostolus vitare iubet, tamquam singulariter nocuentum, ad Ephesios quinto, lectione prima. 190. b

INDEX.

Ebrietas est peccatum mortale quando quis frequenter inebriatur. 1. Co. 5. lect. 3. 76. b
 Ecclesia habet praedatos, habet & subditos, qui se debent habere coadunati sicut membra in corpore. 1. Co. 12. lect. 3. 101. b
 Ecclesia comparatur castro, quae tripliciter impugnatur, i Prologo, ad Coloss. 203. a
 In ecclesia est triplex diuersitas. scilicet bonorum & malorum, bonorum & meliorum, malorum & peiorum. 2. ad Timo. 1. lect. 3. 239. a
 In ecclesia primitiua post verbum dei ex diuina dispensatione ut fides confirmaretur fiebant signa manifesta ab Apostolis per spiritum sanctum, ad Gal. 3. lect. 2. 157. a
 Ecclesiastica unitati duo sunt necessaria. scilicet, ut idem omnes sapiant per fidem & quod habeant pacem per dilectionem. 2. Corin. 11. lect. 3. 182. a
 Ecclesiam persecutus est diabolus aliquando manifestè per tyrannos & potestates. Aliquando occultè per haereticos. 2. Cor. vnde cimo, lect. 1. 139. b
 In edificio cuiuslibet quatuor requiruntur scilicet fundatio, constructio, augmentatio, & consummatio, ad Ephe. 2. lect. 6. 180. a
 Efficacia euangelij consistit in duobus, quia perficit & abbreviat. Et quomodo dicitur abbreviare veteris legis caerimonialia. ad Ro. 9. lect. 5. 40. b
 Effectui quae in sunt, virtutes prius in suis causis latebant, ad Eph. 3. lectione 2. 181. a
 Elatio est species superbiae, & sunt quatuor. 2. Tim. 3. lect. 1. 240. a
 Electio respicit tria, scilicet ordinem electorum, finem electionis, & modum consequendi finem. 2. ad Thef. 2. lect. 3. 220. b
 Electio & probatio consistit in duobus. Et quare deus quosdam in durat, & quorundam miseretur, ad Rom. 9. lect. 4. 39. b
 Elegit Christus non sapientes, neque potentes, sed stulti & ignobilis & de vocatione ad fidem. 1. Co. 1. lect. 4. 66. a
 Elementa dicuntur principia grammaticalia. Sic principia fidei elementa decalogi, ad Heb. 5. lectione secunda. 265. a
 Elementa quomodo dicuntur egenae & infirmae, ad Galatas quarto, lectione 1. 161. a
 Eleemosyna facta ab infidelibus dicitur imunda, & similiter alia bona opera, quia carent debito fine, ad Tit. 1. lect. 4. 246. a
 Eleemosyna debet dari cum hilaritate ut retributio fiat in dilectione. 2. Corinthiorum nono, lectio prima. 136. a
 Eleemosyna valet ex duobus, scilicet ex intentione bona & ex quantitate dati. 2. Corinthiorum octauo, lect. 1. 135. b
 Ad eleemosynam quatuor requiruntur secundum possibilitatem ut scilicet der pluribus, ut subueniat necessitati, &c. 2. Corinthiorum 9. lect. 2. 137. a
 Eleemosynam sabbatinis diebus Paulus Corinthiis, & Galatis iniunxit his qui in necessitate erant constituti. 1. Co. 16. lect. 1. 117. b
 Eleemosynam libenter dare debemus exemplo christi, qui omnia sua dedit propter nos, secunda Corinth. 8. lect. 2. 135. a
 Eleemosynam dans indigenti non egebit, sed lucrum inde habebit. 2. Co. 9. lect. 2. 137. a
 Empharica locutio est quae totum quod est in effectu dependet a causa ad Eph. 2. lect. 5. 178. b
 Empirio & redemptio hominis. folio. 311. b
 Empyreum caelum igne non purgabitur. 327. b
 Emulatio prout dicit zelum, est quidam motus causa boni vel mali. 2. Co. 11. lect. 1. 139. a
 Episcopalis dignitas excedit omnes alias dignitates, ad Heb. 5. lect. 1. 264. a
 Episcopi non consecrant papam, nec suffraganei archiepiscopum. Sed (hunc hominem) ut sit papa vel archiepiscopus, ad Heb. septimo, lect. 2. 269. b
 Episcopo non sufficit quod in sacra scriptura studeat sed oportet quod etiam instruat, ad Tit. 1. lect. 3. 245. a
 Episcopus canonici eligunt, sed seniores constituunt. Et multa de episcopis, ad Tit. 1. lect. 2. 244. b
 Episcoporum nomina & presbyterorum sunt praecipua. 1. ad Tit. 3. lect. 1. 237. a
 In consecratione episcoporum & si plures conveniant vnus tamen est principalis & alij dicuntur coassistentes. 1. ad Tim. 4. lect. 3. 230. b
 In primitiua ecclesia nullus assumebatur in episcopum, nisi esset electus a deo. 1. Tim. 4. lect. 3. eodem. b
 Episcopus debet esse irreprehensibilis, & de perfectione, & quomodo debent esse solliciti circa gregem. 1. Tim. 3. lect. 1. 227. a
 Episcopus debet habere honestam familiam & filios quos habuit ante praedaturam corrigere. 1. ad Tit. 3. lect. 2. eodem. b
 Episcopus debet esse benignus & pius, seipsum considerans ad Heb. 5. lect. 1. 264. a

264. a

Episcopus potest dimittere ecclesiam sibi commissam quando omnes sui subditi sunt mali & incorrigibiles, prima Corinth. 16. lectione secunda. 118. b
 Epistola ad Philip. est scripta primo anno incarnationis Apostoli, ad Phil. 1. lect. 2. 249. a
 Epistolam ad Heb. scripsit Paulus & non alius secundum Dionysium & Hieronymum in prologo, ad Hab. in prologo. 251. b
 Epistolarum omnium commemoratio & earundem subordinatio atque institutio, ad Ro. in prologo, lect. 1. 1. b
 Epistolam quam scripsit Paulus Romanis partim scripsit Athenis, & partim de Corin. in prologo, ad Rom. lect. 1. 1. b
 Equalitas est duplex. scilicet, absolutae quantitatis & proportionis. 2. ad Thef. 1. lect. 2. 219. b
 Errare aliquos permittit deus, & quare, secunda ad Timo. secundo, lect. 3. 239. a
 Error Manicheorum qui dicebant visibilia a malo deo creata, invisibilia vero a bono, ad Coloss. primo, lect. 4. 205. a
 Error Manicheorum per Paulum confutatur qui negabant deum veteris testamenti fuisse patrem christi, ad Rom. 1. lect. 2. 3. a
 Error Manicheorum afferentium Christum habuisse corpus fantasti cum, Valerini qui dicebat de celo Christum detulisse corpus suum, Nestorij qui aliam posuit esse filium dei, & filium hominis, Arrij qui posuit Christum esse minorem patre, ad Roma. nono, lectione prima, folio. 37. a
 Error Manicheorum qui diuersitatem eorum quae hominibus accidunt ascribunt horum naturae, ad Ro. 9. lect. 2. 37. b
 Error Arrij qui dicebat patrem praeprie esse invisibilem, filium autem visibilem, ad Coloss. primo, lectione quarta. 204. b
 Error Arrij qui dicebat Christum esse puram creaturam, ad Coloss. 1. lect. 4. eodem. b
 Error Arrij qui dixit christum non fuisse dei filium per naturam ad Galatas 4. lect. 3. 162. a
 Error Origenis qui dicebat aetas omnes esse cum angelis creatas, ad Ro. 9. lect. 2. 37. b
 Error Origenis qui dicebat a principio deum fecisse omnes creaturas spirituales, & omnes aequales, Postea vero meruisse vel demeruisse, ad Ro. nono, lect. 3. 38. a
 Error Nestorij qui dicebat verbum

INDEX.

folium habitasse in Christo, & non vnitum, ad Colossenses secundo, lect. 2. 207.b
 Error Nestorij qui dicebat beatam virginem non fuisse matrem dei, sed filij hominis, ad Galatas quarto lect. 2. 161.b
 Error Ebeonis qui dicebat Christum ex semine Ioseph natum, ad Gala. 4. lect. 2. eod.
 Error Valentini qui dixit xpm non sumpsisse corpus de virgine, sed attulisse illud de celo, ibidem lect. 2. eod. b
 Error Platonicorum qui dicebat in rebus diuersas esse perfectioes, & quomodo libet attribuebatur vni primo principio, ad Colossenses. 1. lectio. 4. 205.a
 Error quorundam dicentium deum non habere curam rerum humanarum, aut sufficere fidem sola, &c. primam Corinthiorum 6. lectione secunda. 78.a
 Error oritur ex duobus, scilicet, ex superbia & intellectu proprio prima ad Timotheum sexto, lectione prima. 233.a
 In esca non est regnum dei, sed in iustitia & pace & spuali gaudio, ad Rom. 14. lect. 2. 56.b
 Eternitas est mensura rei immobilis. Tempus autem rei mobilis, ad Hæb. 1. lect. 3. 253.b
 Eua seducta fuit per serpentem non violenter, sed astute. 2. Corint. 11. lectio. 1. 139.b
 Euangelicæ veritatis cognitio necessaria est omni homini, quia sine ea salus non est, ad Rom. 1. lect. sexta. 6.a
 Euangelista dicitur qui scripsit euangelium, vel qui docet seu annuntiat illud 2. ad Tim. 4. lect. prima. 242.b
 Euangelista dicitur ab euangelio, qui scripserunt & docuerunt euangelium, ad Ephesios quarto, lect. quarta. 185.a
 Euangelium illuminat, clarificat & seruū Christi declarat. 2. Co. 4. lect. 2. 125.b
 Euangelium dicitur quicquid de Christo dicitur, siue sit in nouo, seu in veteri testamento, ad Gala. 1. lect. secunda. 150.a
 Euangelium commendatur quadrupliciter. Antiquitate, firmitate, dignitate, & modo tradendi certitudine, ad Ro. 1. lect. 2. 2.b
 Euangelium adhuc viuentibus Apostolis dicitur diuulgatum per totum mundum saltem fama, ad Colof. 1. lect. 2. 203.b
 Non excusantur in syluis commorantes à peccato, euangelium non audientes, ad Ro. 10. lect. 3. 42.b

Euangelizandi auctoritatem dicit se Apostolus non habere ab homine, ad Gala. 1. lect. 3. 151.a
 Euangelium lex regalis dicitur. folio. 302.a
 Eucharistia debet sumi sine conscientia peccati mortalis. 1. Corint. quinto, lect. 2. 98.b
 Eucharistia vnit nos cum Christo Similiter & sanguis Christi. 1. Co. 10. lect. 4. 90.b
 Eucharistia instituta est sub duplici specie quia panis confortat, & vinum letificat, prima Cor. vndecimo lect. 5. 96.a
 Vtrum eucharistia nutrire possit, & sanguis inebriare pulcherrima declaratio. 1. Cor. vndecimo, lect. quarta. 95.b
 Eucharistia sacramentū Christus instituit in aliena specie, ne hoies abhorreret, ne infideles derideret & vt fides inanis non esset. 1. Cor. 11. lect. 5. 96.b
 Eucharistia sacramentum vocatur cœna, & quando fuerit institutum prima Cor. 11. lect. 5. eodem.a
 Nota differentiam inter sacramentalia, & sacramentum eucharistie, & quomodo ista verba. Accipite & manducate, non sunt de forma consecrationis. 1. Co. 11. lect. 5. eod. b
 Hoc est corpus meum, quomodo diuersimodè exposuerunt. Nota pulcherrima. 1. Corintiorū vndecimo, lect. 5. eodem.b
 Transubstantio panis & vini in corpus Christi & sanguinem differt ab omnibus conuersionibus quæ sunt in natura. 1. Corin. vndecimo, lectione quinta. 97.a
 Fractio huius sacramenti, quomodo fiat, & quid frangatur, & quid significantur. 1. Cor. vndecimo, lectione quinta. 97.a
 Corpus Christi, & si consecratur ante sanguinem, tamè sine sanguine non est. 1. Corintiorum vndecimo. lect. 6. 97.b
 Corpus Christi sumitur duobus modis, scilicet spualiter & sacramentaliter. 1. Cor. 11. lect. 6. eod. b
 Probare se homo debet antequam ad sacram communionem accedat. 1. Cor. 11. lect. 6. 98.b
 Forma consecrationis calicis, & expositio notabilis oim verborū, prima Corinthiorum vndecimo, lect. 6. eod. a
 Ponitur aqua ante consecrationem calicis, si aut post consecrationem sacerdos aduertat non ponat primam Corinth. vndecimo, lectione sexta. eodem.a
 Eucharistia & Sintibicè fuerunt duæ mulieres quæ ministrabant sanctis in ciuitate Philippensium, ad Phi. 4. lectio prima. 201.a

Excitare deum peccatores ad peccatum & bonos ad bonum operandum quomodo intelligatur, ad Roma. 9. lect. 3. 39.a
 Excōmunicari ab Apostolo, mox vexabatur à diabolo, prima ad Timoth. primo, lectione quarta. 229.b
 Excōmunicatio quam tulit Apostolos contra angelos & Apostolos quomodo intelligatur, ad Gala. 1. lect. 2. 150.b
 Excusationem nullam habuerunt Iudæi quod non crederent euangelio, ad Romanos decimo, lect. tertia. 43.a
 Excusat se Apostolus, ad Hæb. & nuntium quem misit & saluationes commendauit ad Hæb. 13. lect. 3. 294.b
 Exēplar primordiale omnium rerum & processiois, est filius fieri. 1. Cor. 11. lect. 1. 92.b
 Ex ipso, per ipsum, & in ipso, & quid per ex, & per, per & per in intelligatur, ad Rom. vndecimo, lect. quinta. 47.b
 Exire, separari, & mundū non tangere tripliciter exponitur. 2. Cor. 12. lect. 3. 132.a
 Expectare oportet hominem iustum humanam naturam, & sensibilem creaturam, in nouatione elementorum, ad Romanos octauo lect. 4. 32.b
 Extasis est quando diuinus amor non finit amorem esse sui ipsius, sed rerum amatarum, prima Corinth. 12. lect. 1. 143.b
 Extra seipsum efficitur homo per appetitiuam virtutem & cognitiuam, secunda Corinth. 12. lectione prima. eodem.b
 Exultatio sanctorum in multis. folio. 318.b

F

Fabula est quedam compositio ex miris ad inducendum hoies ad diligendum virtutes, prima ad Timotheum 4. lect. 2. 229.b
 Factus hoc participium quomodo intelligatur contra Fotinum Sabellium & Arrium, ad Romanos primo, lect. 2. 21.b
 Factus dicitur Christus ab Apostolo ex muliere & non natus, quia ex voluntate patris, ad Romanos 1. lect. 2. 21.b
 Factus dicitur Christus ex semine David secundum carnem, ad Rom. ibidem.
 Falsitestes sunt non solum qui aliqua vanæ, vel falsa contra aliquem hominem fingunt, sed etiam qui falsa cum deo testantur, prima Corinth. 15. lect. 2. 111.b

INDEX.

Fascinatō dicitur ludificatio sensus per artem magicam, ad Galat. 3. lect. 1. 156.a
 Fatuus ex vi nominis non est malum sed ex parte significatiōis est prohibitum, prima ad Tim. 4. lect. prima. 229.b
 Fabula quid. 322.a
 Fœminæ non mutabuntur in sexum virilem in resurrectione vltima, sed vtrique permanebunt, ad Ephesios. 4. lect. 4. 185.b
 Fermentum habet duo, scilicet saporem & corruptionem, prima Cor. 5. lect. 2. 75.b
 Fides Romanorum commendatur ex certis signis, quia prompti erant ad subaudiendum, ad Roma. 1. lect. 5. 322.a
 Fides importat quandam certitudinem ad id quod non videtur, ad Roma. 1. lect. 6. 6.a
 Propter incredulitatē vnus vel plurium prerogatiua Iudæorum non auferebatur, si nec fides nostra, ad Ro. 3. lect. 1. 13.a
 Ex fide remanet firma promissio propter virtutem diuinę gratiæ iustificantis, ad Ro. 4. lectione tertia folio. 18.b
 Fides sicut reputabatur Abraham ad iustitiam, ita & nobis si firmam habuerimus, ad Roma. 4. lectione tertia. eodem.b
 Fides si recipitur pro eo quod creditur non est virtus, si autem pro habitu sic quandoque est virtus, quandoque non, ad Ro. 1. lect. 6. 6.a
 Fides importat assensum quendam cum certitudine ad id quod non videtur, ad Ro. 1. lect. 6. ibidem.a
 Fides recipitur aliquando prout est virtus, aliquando prout dicitur conscientia, & differunt vt particulare & vniuersale, ad Roma. decimo quarto, lect. 3. 57.b
 Fides grano sinapis comparatur, & quomodo sancti cum maximi in fide fuerint nullum tamen legimus montes transulisse. 1. Corint. 13. lect. 1. 102.b
 Eides non est ex nobis nunquam credere sit in nostro arbitrio, ad Ephesios 2. lect. 3. 177.b
 Fides non datur nobis ex merito operum precedentium, ad Eph. 2. lect. 3. 178.a
 Fides primo annuntiata est in Iudæa, similiter fidelium persecutio ibi priquam est orta. 1. ad Thessa. 2. lect. 2. 214.a
 Fides est sperandarum substantiarum argumentum non apparentium notabilis expositio, ad Hæb. 11. lect. 1. 281.b
 Fides accipitur dupliciter. Vno modo propriè, alio modo commu-

niter. Prima est non vforum, alia excludit omnem certam conclusionem, ad Hæb. 11. lect. 1. 282.a
 Fides distinguitur ab opinione dubitatione & suspitione, ad Hæb. 11. lect. 1. ibidem.
 Per fidem saluatur homo sine meritis precedentibus, ad Eph. 2. lect. tertia. 177.b
 Fidem habes in vniuersali potest errare in particulari, ad Titu. 1. lectione 4. 246.a
 Post peccatum primi parētis nemopotuit saluari à reatu culpę originalis nisi per fidem, ad Hæb. 11. lect. 2. 283.a
 Fidem annuntiatam contemnēs in eodē genere peccati plus peccat quam ignorans, ad Hæb. 10. lect. tertia. 280.a
 Fide Enoch, & si transfatus à conuersione huius vitę, tamè aliquando morietur cum Helya, ad Hæb. 11. lect. 2. 283.a
 Fide Moyses magnus factus est, quia filium filia Pharaonis se negauit, ad Hæb. 11. lect. 5. 285.b
 Fidei actus est credere, & est actus fidei determinatio ad vnū ex imperio voluntatis, ad Hæb. 11. lect. prima. 281.b
 Fidelium & infidelium peccata distinguuntur, quia fidelis grauius peccat quā infidelis. 1. ad Timo. v. lect. 1. 231.b
 Fide certitudo debet esse in corde & in effectu, ad Roma. 10. lect. 2. 42.a
 Fide habentium intellectus non determinatur ad assentiendum veritati ex necessitate, ad Roma. 10. lect. 1. 42.a
 Ad fidem duo requiruntur, scilicet cordis inclinatio, & credibilis determinatio, ad Ro. decimo lect. secunda. eodem.a
 Ad fidem pertinentia in primitiua ecclesia non erant omnia determinata, ad Rom. decimo quarto, lectione 3. 57.b
 Difficile est ad fidem conuertere ignaros, scilicet propter doctrinam hæreticam, vel non plenam cognitionem, ad Roma, decimo quinto, lect. 2. 59.b
 Fidei fundamentū quid sit & per aurum argentum lignum & stipulam quid intelligatur, 1. Cor. 3. lect. 2. 70.b
 Per fidem firmam etiam sine charitate miracula fiunt. 1. Co. 13. lect. 103.b
 Fides non hæsitantis innotuit omnipotenti per quem miracula fiunt. prima Corinthiorum 13. lectione secunda. eod. b
 Fidei non subest falsum. 332.a
 Fides dæmonum qualis sit. 303.a

Fides quæ dicitur mortua. 302.b
 Fides quibus est necessaria cum operibus. 302.b
 Figura paucitatis saluandorum. folio. 316.b
 Finis legis & ministrorum. 313.b
 Figura & res figuratæ quomodo diuersimodè intelliguntur de xpo ad Hæb. primo, lectione tertia, folio. 253.b
 Filiationem Christi quomodo heretici expugnaverunt, videlicet Fotinus, Sabellius, & Arrius, ad Ro. 1. lect. 2. 21.b
 Filios non debere thesaurizare parentibus, sed econuerso quomodo intelligatur. 2. Corin. duodecimo, lect. 5. 146.a
 Filij dei adoptiui fuerunt non solum Iudæi, sed & Gentiles conuersi, ad Galatas quarto, lect. tertia, folio. 161.b
 Filios vocauit apostolus Galatas, quia puer in pueritio vocatur filiolus, ad Galatas quarto, lectione sexta. 163.a
 Filium esse filium patris si genitiuus designet habitudinem causæ efficiens est falsa, si aut formam, id est habens essentiam est vera, ad Col. 1. lect. 3. 204.b
 Filius dei dicitur assumpsisse naturam humanam, non autem hostem, ad Philppenses secundo, lectione secunda. 197.a
 Filius dicitur imago patris, & non econuerso, similiter & verbum, ad Colossenses primo, lectione quarta, folio. 204.b
 Filius meus cum dicitur, es tu hodie genui te, exponitur, ad Hæb. primo, lect. 3. 253.b
 Flagella quibus deus flagellauit filios Israel propter adorationem vituli prima Corinthio. decimo, lect. 2. 89.b
 Flectere genua ante tribunal xpi est rationem quęque reddere etiā de verbo otioso, ad Rom. decimo quarto, lect. 1. 56.a
 Fornicatio dicitur à fornice arcu triumphali iuxta quę erant lupanaria, ad Ephesios quinto, lectione secunda. 188.b
 Fornicationem fugere docet apostolus Corinthios multis rationibus: prima Corinth. sexto, lectione tertia. 78.b
 Fructus est duplex, scilicet acquisitus per laborem & productus naturaliter, ad Galatas quinto, lect. sexta. 168.a
 Fruiturum se dixit apostolus Romanis in aduentu eius, ad Roma. 15. lect. 3. 61.a
 Fruitio in duobus consistit, scilicet in visione intellectus, & dilectione,

INDEX.

affectus, ad Hebræos duodecimo, lectione quarta. 291.a
 Fraternitas amanda. 315.b
 Fundamentum ecclesie sunt Apostoli in quantum Christum annuntiauerunt, principale verò fundamentum est tantum Christus Iesus, ad Ephesios secundo, lectione sexta, 176.b
 Furari & rapere inter se differunt, quia primum latenter, secundum hostiliter. 2. Corinthiorum 1, lectione prima. 65.a

G
 Alata seducti à pseudo Apostolis dicebant Apostoli non habere tantam auctoritatem quam Petrus & ceteri Apostoli, ad Gal. 1. lec. 1. 149.b
 Galata vnde presumpserint originem & quam stulti fuerint & instabiles, ad Galatas 1. lectione prima. ibidem.b
 Galata dimiserunt spiritum sanctum & adhaeserunt legalibus, ad Galatas tertio, lec. 2. 156.b
 Galatia translatio dicitur, vnde Apostolus dicebat alludendo ad vocabulum, miror quod tam cito transferimini, ad Galatas primo, lectione secunda. 150.a
 Gaudium quandoque prouenit ex bona causa, quandoque ex mala, ad Phil. 1. lec. 2. 195.b
 Gaudium perfectum quod est. folio. 298.b
 Genealogia Christi, virginis gloriosa & aliorum Apostolorum, ad Galatas primo, lectione quinta, folio. 152.a
 Genealogia Christi non ponitur duplici ratione quia generatio eius est ineffabilis, quia non pertinet ad genus Leuiticum, ad Heb. 7. lectione prima. 269.a
 Gentiles & si non fuerunt Christo coniuncti secundum carnem, fuerunt tamen sibi, coniuncti secundum spiritum ad Galatas quarto lectione tertia. 161.a
 Gloria est clara cum laude notitia ad Romanos primo, lectione septima. 7.b
 Gloria dei mutatur cum cultu laetitia, non deo, sed creatura exhibetur, ad Romanos primo, lectione septima. ibid. b
 Gloria mundanorum amittitur septemplex secundum singula peccata mortalia, primæ Corinth. 9. lec. 3. 87.b
 Gloria dei est duplex, scilicet in quantum in se gloriosus est, & in quantum gloria ab eo deriuatur ad alios, primæ Corinth. vndecimo, lectione 2. 93.b
 Gloriarum se dicebat Apostolus non

in diuitiis, non in honoribus, sed in cruce domini, ad Galatas sexto, lec. quarta. 171.a
 Gloriarum Apostolus gentiles prouocauit de eo quod fuerint vocati, sed humiliter, ad Romanos vndecimo, lectione 3. 45.b
 Gloriarum potest homo de gloria dei, non autem tanquam pro merito habito. 2. Corinthiorum 12. lec. secunda. 144.b
 Gloriarum nemo debet quod sit minister Christi, sed potius humiliari. 1. Corinth. 2. lectione 1. 66.b
 Gloriarum in domino contingit tripliciter. scilicet amando, cognoscendo, & bona non à se, sed à deo habendo 2. Corinthiorum decimo, lectione tertia. 138.b
 Gloriarum Apostolus de fructu quem dicit non se fecisse, sed Christum ad Romanos decimo quinto, lec. 2. 59.b
 Gloriantur se aliqui esse cōuersos per Petrum, alij per Apollonem, alij per Paulum primæ Corinthiorum 1. lec. 2. 63.b
 Gloria interior in nouem reperitur. 299.a
 Gloria quadruplex. eod. a
 Gratia origo est dilectio, vocatio, & interior inspiratio, ad Roman. 1. lec. 4. 34.b
 Gratia est primū inter dei dona, quia per eam iustificatur impius, ad Roman. 1. lec. 4. eod. b
 Gratia dei per Iesum Christum nos liberat à corpore mortis, ad Roman. 7. lec. 1. 29.b
 Sine gratia dei homo non potest diu stare sine peccato, neque à peccato sine eo liberari, primæ Corinth. 12. lec. 1. 100.a
 Gratia facit hominem abstinere à peccato & facit operari bonum, primæ Corinthiorum 12. ibidem
 Gratia proueniens liberat nos à peccato, gratia subsequens administrat virtutes, scilicet Corinth. 6. lectione 1. 130.a
 Gratia propter duo datur scilicet ad vitandum malum, & operandum bonum, secundæ Corinth. sexto. lectione 1. ibidem.a
 Gratia & pax sunt principia omnium bonorum, ad Galatas primo, lec. 1. 249.b
 Gratia est duplex, gratis data, & est illa que datur sine meritis, & que gratos facit deo, ad Ephesios 1. lec. secunda. 173.a
 Gratia que est in homine non est ex homine neque ab homine, sed à dono dei ad Ephesios secundo, lec. tertia. 177.b
 Gratia non est data omnibus vni formiter, sed secundum formam do-

nationis Christi, ad Ephesios 4. lectione tertia. 184.a
 Differentia est inter gratiam gratis datam, & gratiam gratum faciem datam, quia prima facit inhabitare spiritum sanctum, secunda manifestat, 1. Corinthiorum duodecimo, lec. secunda. 100.b
 Gratiam dei non inuani accipere docet Apostolus. 2. Cor. 6. lec. prima. 130.a
 Gratiam nobis facere deum fit duobus modis, vel exaudiendo, vel adiuuando. 2. Cor. 6. lec. 1. eod. a
 Gratiam suam dixit dominus suscipere Paulo, neque cum eum rogaret exaudiuit, secundæ Corinth. duo decimo lectione tertia. 145.a
 Ad gratiam duo requiruntur, scilicet facultas exequendi & actualitas operandi, ad Ephesios tertio, lectione secunda. 181.a
 Gratiarum actio necessaria est omnibus qui ad vltiora beneficia tendunt, ad Romanos primo, lectione quinta. 4.b
 Gratiarum actio reddenda est deo mediatori & homini victori, ad Roman. 1. lectione 5. 4.b
 Gratiarum diuersitas consistit ex diuersitate donorum, ad Roman. 12. lec. 2. 49.a
 Gratiarum diuisiones sunt prophetia, operatio miraculorum, & cetera. 1. Corinth. 12. lec. 2. 101.a
 Gradus octo quibus in calum ascenditur. 321.a

H
 Habere spiritum sanctum potest intelligi dupliciter, scilicet receptiue, vel dispositiue, ad Ephesios 5. lec. 7. 190.b
 Habitus est quadruplex. Primus mutat habentem & ipse non mutatur, ad Phil. 2. lec. 2. 197.b
 Habitus cognoscitur per actum, & actus per obiectum, ad Hebr. 11. lec. prima. 281.b
 Habitu inuentus est Christus ut homo, ad Philip. secundo, lectione secunda. 197.a
 Hereditas debetur non solum filio naturali, sed etiam adoptiuo. Et quod sit hereditas, & quare differunt gloria, ad Roman. 8. lec. 3. 32.a
 Hereditas nostra consistit in fruitione dei, ad Ephesios quinto, lectione 3. folio. 189.a
 Hæres Christus non fuit in quantum fuit filius dei ab æterno, sed solum in quantum homo ex tempore, ad Heb. 1. lectione 1. 252.a
 Hæretici dicuntur secundum quosdam ab Abraham, quia ante eum hoc nomen inuenitur, sed tamen melius secundum alios ad Hebr. 2. Cor. 11. lec. 5. 141.b

INDEX.

Hereditas dei qualis sit. 310.a
 Hæreses esse necessarias in ecclesia quomodo intelligatur. 1. Cor. 11. lec. 4. 95.a
 Hæresis incipit tempore apostoli apud Iudæos quod serui dei in ecclesia ministrare non deberet, ad Tit. 2. lec. 2. 247.a
 Hæreticus est qui errat circa fidem cum pertinacia, non autem omnis errans est hæreticus, ad Tit. 3. lectione 2. folio. 249.b
 Hæreticus dicitur qui priuata doctrinam sequitur ex elatione, primæ Corinthiorum vndecimo, lectione quarta. 95.a
 Hæreticus seu seductor qui errat ex ignorantia non est excommunicatus, ad Galatas 1. lectione secunda. 150.b
 Hæretici in principio dicuntur quædam vera & vitia, in fine autem effundit mortifera. 2. ad Tim. 2. lec. tertia. 236.a
 Hæretici per vanas doctrinas non possunt totaliter fidem subuertere, secundæ ad Timotheum secundo lectione 3. eod. a
 Hæretici dicuntur simulacra. 139.a
 Hæretici fontes sine aqua. 325.a
 Hæretici irrationales. 324.a
 Hæretici pellicentes. eod. b
 Hæretici dicuntur astra erratica. folio. 343.b
 Hæreticorum doctrina caueda. folio. 331.b
 Hæreticorum prauitas. 324.a
 Hæreticus in tribus vitandus. folio. 340.a
 Hæreticus quid. 325.a
 Homicida multiplex. 134.a
 Homo fœnum. 312.a
 Homo est assumptus à verbo id est, humana natura est assumpta à verbo, ad Roman. 1. lec. 3. 3.b
 Homo iste semper fuit, est vera, quia homo supponit æternum suppositum, ad Roman. primo, lec. 3. folio. 4.a
 Homo tenet mediū locum inter deum & bruta animalia & cum vtroque comunicat, ad Roman. 1. lec. septima. 7.b
 Homo dicitur carnalis, quia eius ratio carnalis est, aut quia ratio à carne impugnatur, ad Roman. 7. lec. tertia. 28.a
 Homo non potest comprehendere rationem diuinorum iudiciorum, ad Roman. vndecimo, lectione quinta. 47.a
 Homo primus fuit productus sine viro & femina. Eva verò de costa Adæ, Abel ex Adâ & Eua, Christus solum ex Maria. 1. Cor. vndecimo lec. 3. 94.a
 Homo debet aliquid deo, aliquid

sibi, & aliquid proximo, ad Galat. 3. lec. 3. 157.a
 Homo miseretur alterius tripliciter, ad Ephesios secundo, lec. secunda. 177.a
 Homo malus propter malitiam dicitur demon non natura, sed imitatione, primæ ad Timotheum 4. lec. prima. 229.a
 Homo si non peccasset Christus (secundum mentem beati Thomæ) incarnatus non fuisset, primæ ad Timotheum primo, lectione quarta. folio. 224.a
 Homo ex sui creatione dicitur seruus dei & natura humana est forma serui, ad Philippenfes secundo, lec. secunda. 197.a
 Homines se invicem diligentes tria cōseruauerunt obseruare, ad Gal. 4. lec. 4. 162.b
 Homo est optimū animalium quando operatur secundum rationem, sed quando declinat ad malitiam est de ceteris milies peior quam mala bestia, ad Tit. 1. lec. 3. 245.b
 Homo post lapsum indigebat duobus, scilicet participatione cum diuina natura & depositione vetustatis, ad Titum 3. lec. 1. 248.a
 Homo qui nunquam peccauit potest esse sine gratia & culpa, ad Tit. 3. lec. 1. 249.a
 Hominum tria sunt genera, quidam sunt virtuosus & duo vitiosus, ad Titum 3. lec. 1. 248.a
 Honorare debet filii parentes per reuerentiam, obedientiam, & necessarium ministerium, ad Ephesios 6. lec. 1. 192.a
 Honorare parentes pertinet ad pietatem, primæ Timotheum quarto, lec. 2. 230.a
 Hostia quæ veteri lege offerebatur debebat habere quatuor, integritatē, sanctitatem à deo, odoris suavitatem, & salis condimentum, ad Roman. 12. lectione 1. 48.a
 Hostis stultus aut debilis non multum est timendus, sed potens nequam & callidus, ad Ephesios sexto, lec. tertia. 192.b
 De humanitate Christi fuerunt quatuor errores falsi, Fotiui, Arrii Nestoris, & Euticetis, ad Phil. 2. lec. secunda. 197.b
 Humilitati contraria sunt quæ oriuntur ex superbia, scilicet contentio & inanis gloria, ad Philippens. 2. lectione prima. 196.b
 Humilis est qui se subiicit alicui secundum suam mensuram, ad Philippenfes 2. lec. 1. eod. b

I
 Iacob dilexi, Esau autem odio habui & pulcherrima differentia de predestinatione & preficienda, ad

Romanos nono, lectione secunda. folio. 38.a
 Iacobus fuit episcopus hierosolymitanus, & dicebatur minor, frater domini. Nota multa de eo, ad Gal. 1. lec. 5. 152.a
 Iacobus confessionem à Christo institutam promulgauit. 309.a
 Idolum nihil esse demonstrat, & quomodo ea que idolis immolantur non inquinant. primæ Corinth. 8. lec. prima. 84.b
 Idolotita apostolus docet fugere propter demonis societatem, & de immolatis idolorum, primæ Corinth. 10. lec. 5. 91.a
 Ieiunium, & si sit exercitatio corporalis meretur tamen vitam æternam si pro obiecto habeat charitatem, primæ ad Timotheum quarto, lec. 2. 230.a
 Ignis in extremo iudicio dicitur consumere omnia, intelligi potest ex parte operantis vel ex parte operis, primæ Corinthio, tertio, lectione secunda. 70.b
 Ignis inter omnia elementa est maximè actiuus & efficacis ad agendum & semper mouetur, ad Hebræos 1. lec. 3. 254.a
 Ignorantia peccatum quomodo excusetur. primæ ad Timotheum 1. lec. 3. 223.b
 Ignorantia quid sit & quomodo excusetur à peccato & quando sit peccatum, ad Romanos primo, lectione septima. 7.a
 Ignorare deum contingit dupliciter, voluntarie ut quis liberius peccet, & malitiosè, ad Roman. primo, lec. 8. 8.a
 Ignorantia legis aliquando contingit ex defectu naturalis ingenii, aliquid quando ex defectu disciplina, aliquid quando verò ex defectu alicuius necessarii, ad Roman. 2. lec. 4. 12.a
 Illustratio mentis ad cognoscendum est de quatuor, scilicet diuinis, terrenis, euentibus, vel de agendis, primæ Corinthiorum decimo quarto, lec. 2. 106.b
 Impedimentum Pauli quod non potuit venire ad Roma, quomodo se excuset, ad Roman. primo, lec. quinta. 5.b
 Impietas dicitur quando aliquis directè peccat contra deum, ad Titum 2. lec. 3. 247.b
 Inanis gloria Iudæorum qua gloriabantur se esse preferendos gentibus ad Roman. 3. lec. 4. 16.a
 Incarnatione sacra scriptura non semel sed iterum atque iterum repetit Hebræos primo, lectione tertia, folio. 253.b
 Indurare dicitur deus non immittendo malitiam, sed non apponendo

INDEX.

gratiã, ad Romanos nono, lectio-
ne 4. 39.a
Infidelium mōtes dicitur deus ex
cecare non inducendo malitiã, sed
merito p̄cedēti subtrahēdo gra-
tiam. 2. Corin. 4. lec. 2. 125.a
Infideles damnabuntur sine iudi-
cio discutionis & examinationis.
1. Co. 5. lec. 3. 76.b
Infidelibus primi motus nō sunt
peccata mortalia, ad Romanos o-
ctauo, lec. 1. 29.b
Infirmi in fide cum Iudæis & hæ-
reticis conuersari non debent, ne
seducantur, primæ Corinthiorum
quinto, lec. 3. 76.b
Inimicis non debemus reddere
malū pro malo, vindex enim deus
est ad Roman. duodecimo, lectio-
ne tertia. 50.b
Iniuria sunt remittēda exemplo
Christi & apostoli, secundæ Cor. 2.
lec. 2. 121.b
Insensatus sit aliquis multis mo-
dis, vel quia veritatem acceptã de-
relinquit, vel nunquam eam acce-
pat, ad Galatas 3. lec. 1. 156.a
Intellectus noster dicitur in potē-
tia ad aliquid cognoscēdum: intel-
lectus autē angeli impletus est sciē-
tia intelligibilem, ad Colossenses
2. lec. 1. 207.a
Intellectus potest dupliciter acce-
dere ad cognitionē alicui⁹ naturæ
scilicet per cognitionem & cōpre-
hensionem, primæ ad Timotheum
6. lec. 3. 234.b
Intellectus perfectus iudicatur
quando rectē iudicat de his quæ si-
bi proponuntur, ad Hebræos quin-
to, lect. secunda. 265.b
Intellectus mouetur ad assentiē-
dum ex euidētia obiecti, quod est
per se cognoscibile, ad Hebræos
11. lectio. 1. 281.b
Intellectum nostrum duo impe-
diunt. scilicet debilitas & obscuritas, ad
Colos. 2. lec. 1. 207.a
Inter duos iudices scilicet inter
fidelem & infidelē, fidelis eligēdus
est, etiam si non sit tantæ prudētiæ
vt infidelis, primæ Corinthiorum
sexto, lec. 1. 77.a
Inter indulgentiam quæ est pro
peccatis, & eam quam dicebat Pau-
lus contrahere matrimoniū differē-
tiã est primæ Cor. 7. lec. 1. 80.a
Inuisibilia dei quomodo à viato-
ribus & quomodo ab electis cog-
noscuntur, & quare dicuntur in
plurali, ad Ro. 1. lec. sexta. 6.b
Inuocare debemus deum fide p̄-
cedente, ad Ro. 10. lec. 2. 42.b
Inobediētia vitium magnum.
folio 319.b
Inuidia quid. 305.b
Iram ante solis occasum Aposto-

lus iubet deponere, ad Ephe. quar-
to lec. 8. 187.b
Ira est triplex, in corde, in prola-
tione vaga, in cōtumelia, ad Ephe-
4. lec. 8. eodem.b
Ira est duplex scilicet quæ tendit
ad vindictã cōtra iustitiam, & quæ
exequitur quando oportet, & in
quibus oportet, ad Epheios quar-
to, lectio. 8. ibidem.
Ira viri iustitiã dei non operatur.
folio. 300.b
Ad iram tardus. eodem.b
Irregularitatem incurrit aliquan-
do aliquis sine peccato. 1. Timot.
3. lec. prima. 227.a
Iudæi non dicuntur à Iuda macha-
beo, sed à Iuda & Bēiamin, & aliis
qui se adiunxerūt, ad Romanos se-
cundo, lec. 4. 12.a
Iudæi nullam p̄rogatiuam habent
nunc in lege gratiæ, sed pacifi-
cantur gētilibus, ad Romanos ter-
tio, lec. 2. 15.a
Iudæi non possunt iustificari sine
lege Christi, sicut & gētilis, ad Ro.
3. lec. 3. 15.a
Iudæi dicuntur mortui cum sint
in peccatis, & non credūt, deus au-
tem viuificat per gratiã, ad Rom.
quarto, lec. 3. 19.a
Iudæi gloriabātur de duobus, scilicet
de Abraham & de Iacob, ad Ro-
manos 9. lec. 2. 37.b
Iudæi non omnes fuerunt repro-
bati, sed aliqui erant inter eos ele-
cti, ad Ro. 11. lec. 1. 44.a
Iudæi non omnes saluabūtur ne-
que maior pars, sed aliqui, ad Ro.
9. lec. 3. 40.b
Iudæis Christus in carne existens
predicauit principaliter, gentibus
autem perfunctoriē, ad Gal. quar-
to, lectio. 3. 161.b
Iudæorum status si considerentur
ante legem tūc propter beneficiū
legis erant digniores, nō autem in
lege gratiæ, ad Galatas tertio, lecti-
o. folio 160.b
Iudæorum casus fuit vtilis, & fuit
reparabilis per Christū, ad Roma.
11. lec. 2. 44.b
Iudæos commendauit Paulus ex
tribus, ex gente, ex beneficiis, & ex
cultu. Et quomodo Christus pro-
missus est eis, ad Romanos nono,
lectio. quinta. 40.a
Iudex ecclesiasticus gerit perso-
nam dei Christi, & angelorū, ideo
debet iustē iudicare. primæ ad Ti-
mo. quinto, lec. 3. 232.b
Iudex iudicare nullum debet, nisi
sit p̄sens, quamquam Paulus iu-
dicauerit in absentia cum qui vxorē
patris duxerat, primæ Corinthe.
quinto, lec. 1. 75.a
Iudices infideles à fidelibus eligi

non debent. primæ Corinthiorum
6. lec. 1. 77.a
Ante iudicē citatus primò debet
se examinare de factis suis, vt in iu-
dicio non confundatur, secundæ
Cor. 13. lec. 2. 147.b
Iudicare alium est cōdemnare sei-
psum & fir tripliciter iustē, iniustē
& temerariē, ad Romanos secun-
do, lectio. 1. 9.b
Iudicans alium in quo reus ipse re-
peritur à deo se verē punitur, ad
Ro. 2. lec. 2. eodem.b
Iudicii diuini veritas consistit in
hoc qd non punit in p̄senti secū-
dum meritum & æqualitatem, se-
cundū proportionē, quāquā æterna
p̄nam pro temporali dicatur
illatura, ad Ro. 2. lec. 2. eodē.b
Iudicare extra casum non conce-
sum alterū nullus p̄sumat, quia
deus iudex est, ad Ro. 2. lec. 1. 9.b
Iudicare dies, & annos, & menses
Apostolus prohibet, ad Rom. 14.
lec. 1. 55.a
Iudicare de occultis nemini licet,
hoc Christo commissum est in di-
stincto iudicio, qui iudicabit abscō-
dita ad Rom. decimoquarto, lec. 2.
folio 56.b
Iudicare de actibus exterioribus
quomodo potest fieri bene & ma-
lè, iudicare autem de occultis soli
cōmittitur deo, ad Ro. 14. lec. 1. 55.a
Iudicare debet quilibet sei-
psum iudicio discutionis, & similiter iu-
dicio cōdemnationis & reprehen-
sionis. 1. Cor. 4. lec. 1. 73.a
Iudicari sancti ab hominibus pro
maximo habere debent si iudican-
tur, vnde pusilli scandalizari pos-
sunt, quantum autē ad sei-
psos cura re non debent, ibidem.
Iudicandus vel excommunicandus
ter est ammonendus. secundæ Cor.
13. lec. 1. 147.a
Iudicium dei duplex. 326.b
Iuramenti vsus & appetitus iuran-
di quando mali sunt. 308.b
Iurare per creaturas cōtingit qua-
drupliciter. eodem.b
Iusti deprecatio quo pacto multū
valeat. 309.b
Iustitiæ duæ partes. 315.b
Iustus & iniustus dissimiliter pec-
cant. 303.b
Iustus vix saluabitur multis ratio-
nibus. 319.a
Iugum dicitur omne illud quod li-
gat plures ad aliquid faciēdum, &
est iugum dei, & iugum diaboli. 2.
Corin. 6. lec. 3. 331.b
Iurare deū per semetipsum quo-
modo intelligatur, ad Hebræos 6.
lectio. 4. 268.a
Iuratio sanctus Paul⁹ ostendit ver-
bum domini, & apostoli Iacobi nō


INDEX.

esse intelligēdum pro semper, sed
p̄ tēpore & loco. ad Ro. 1. lec. 5. 5.a
Iuradi duplex est mod⁹. scilicet per sim-
plicem attestatiōē vel execratiō-
nem, ad Heb. 6. lec. 4. 268.a
Iurauit deus per semetipsum, &
ideo iurare iustē nō est peccatum,
ad He. 6. lec. 4. 267.b
Iuris rigorem seruare est, quando
aliquis seruat ea quæ iusta sūt secū-
dum se, & tunc dicitur æquitas, ad
He. 1. lec. 4. 254.a
Iurat aliquando deus, iurat & an-
gel⁹ & cōmunitatē immobiliter iu-
rata permanēt, ad Hebræos 3. lect.
secunda. 260.b
Iustitia cōsistit in redditiōe deo-
biti, homo autē aliquid debet deo
aliquid sibi, & aliquid proximo, ad
Gal. 3. lec. 3. 157.a
Ad iustificatiōem cōcurrūt sex
quæ deus operatur iustificās, ad E-
phe. 1. Iustificatio non est ex lege,
sed per gratiam quæ datur à Iesu
Christo, ad Ro. 3. lec. 3. 15.a
Iustificari potest dupliciter acci-
pi scilicet pro iustitiã exequi, &
iustū fieri, ad Galatas tertio, lectio-
ne quarta. 158.a
Iusti iudicabūt angelos bonos in
eo qd eos excellunt, & malos in eo
qd eos condemnant. 1. Corin. 6. lec.
1. 77.a
Iustitia dei tēpore gratiæ, mani-
festata est per doctrinã Christi per
euidētia signa, ad Romanos tertio.
lect. 3. 15.a
Iustitia dei reuelatur in homine
credente euāgelio per fidem Iesu
Christi, ad Ro. 1. lec. 6. 6.b
Iustificatio nō est ex lege, sed per
gratiam quæ datur à Iesu Christo,
ad Ro. 3. lec. 3. 15.b
In iustificatione impii sunt duo
termini. scilicet à quo, & ad quem, ad Ti-
mo. 3. lec. 1. 248.b
Iustitia aliquando est virtus spiri-
tualis aliquādo generalis, ad Phil.
3. lec. 2. 199.b
Iustitiæ mod⁹ est duplex. scilicet legalis
& moralis, ibidem.
Iustis nō esse positam legem, sed
iniustus declaratio. 1. ad Timotheū
1. lec. 3. 223.b
Iustitia est duplex scilicet huma-
na & diuina, ad Hebræos 10. lectio-
ne quarta. 281.b
Iuuare deum dupliciter intelligi
potest, scilicet, vires ei dādo, vel
eis mandata exequendo, secundæ
Cor. 6. lec. 1. 130.a
Iuuenes sequuntur voluptates, quia
non sunt alia experti, & reputant
eas vt pro medicina labores. 2. ad
Tim. 2. lec. 4. 239.b
Imago tria in se includit, & sic ho-
mo dicitur esse imago dei propter

memoriam, intellectum & volūta-
tem. 1. Cor. 11. lec. 2. 93.b
Imago perfecta dicitur Christus
ex parte similitudinis, originis, &
æqualitatis. secundæ Corinthiorum
4. lec. 4. 125.b

L
Laborantium in vinea domini
sabaoth, quæ sit merces. pri-
mæ Corinthiorum tertio, lec.
1. 70.a
Lac concupiscendum. 312.a
Laudare se potest aliquis duplici-
ter, scilicet vt ostendat se non desi-
cere in tribulationibus. 2. Corin-
thio. 3. lec. 1. 122.b
Laudare debemus deū non solū
mentaliter, sed etiam vocaliter, ad
Eph. 5. lec. 7. 190.b
Legere potest aliquis aliquem tri-
pliciter, scilicet in persona, in fa-
ma, & in rebus. 2. Corinthiorū 7.
lec. prima. 132.b
Legem non habētes ipsi sibi sunt
lex, in quantum, scilicet, fungūtur
officio legis, ad Ro. 2. lec. 3. 11.b
Legem obseruare quomodo nos
debemus & obligamur ad certa le-
gis, ad Romanos sexto. lectio. 25.a
Sub lege factum si ly, sub, deuote
solum obseruantia legis, sic Chri-
stus fuit factus sub lege, si autē sup-
pressionem, tūc non est sub illa le-
ge, ad Galatas quarto, lectio. 161.b
Legem statuēs debet eam regula-
re secundū deum, vt fiat vtilis in
institutis. 1. ad Timotheum in Pro-
logo. 222.b
Legem non esse positã iustis, sed
transgressoribus, quomodo intelli-
gatur, ad Timotheū primo, lectio-
ne tertia. 223.b
Legalia cessare debebāt cessante
euāgelio, & quomodo apostolus
permittēbat, ad tēpus, ad Roman.
14. lec. 1. 54.b
Legalia vterius non esse seruanda
post euāgelicam institutionem
apostoli concluderunt, ad Galatas
2. lec. 1. 152.b
Legalia nō seruabat Petr⁹, sed cū
gētilibus edebat quæcunque appo-
nebantur, ad Galatas secundū, lecti-
o. tertia. 154.a
Legalia vtrum debebāt seruari le-
ge gratiæ data magna concertatio
Augustini & Hieronymi, ad Gala-
tas secundo. & capite. lectio. 154.b
Legis opera quædam erant lega-
lia, quædam moralia, ad Galat. se-
cundo, lec. 4. eodem.b
Aliud est esse sub lege, & aliud ser-
uare legē, ad Galatas quinto, lecti-
o. quinta. 167.b

A lege diuina nemo liber est, ne-
que homo, neque angelus, secundæ
Corinthiorum tertio, lectio. 122.a
Legē iustitiæ quomodo quidam
non habuerūt, iustitia enim est per
fidem Christi, ad Romanos nono.
lectio. 5. 41.a
Legis latoris intētiō debet esse, vt
faciat homines iustos, ad Roma.
10. lec. 1. eodem.a
Lex nō iustificat ex auditu, sed ex
opere operatē, ad Romanos 2. lec.
tertia. 10.b
Lex Moyfi fuit media inter legē
naturæ & gratiæ, ad Romanos quin-
to, lec. 6. 23.b
Lex humana respicit act⁹ exte-
riores diuina autē prohibet actus in-
teriores & exteriores nocuos, ad
Ro. 5. lec. 6. eodem.b
Lex aliquando recipitur pro tota
scriptura veteris testamēti, quādo
que pro quinque libris Moyfi, ali-
quādo pro decalogo, ad Romanos
ibidem. b
Lex fuit data peccatoribus in fla-
gellum, proficientibus in pedago-
gum, perfectis in solatiū, ad Roma-
nos 7. lec. 6. ibidem. a
Lex naturalis moritur in homine
quando ratio naturalis passionib⁹
succūbit, ad Romanos 7. lectio. 26.b
Lex durat quādiu homo viuit, po-
stea absoluitur homo à lege, ad
Ro. 7. lec. 1. ibidem. b
Lex nec docet peccare, neque le-
gis lator in hoc quod iustam legē
cōdit, ad Romanos septimo, lectio-
ne 2. 27.a
Legem prohibentē peccatū ope-
rari omnē concupiscentiam est lo-
cutio emphatica, ad Roman. septi-
mo, lec. 2. 27.b
Lex est bona, & facit cognoscere
peccatum & phibet, ad Romanos
7. lec. 2. 27.b
Lex spūs liberat hominem à pec-
cato & morte, & est causa spūalis
vitæ, ad Ro. 8. lec. 1. 30.a
Lex quomodo dicatur subintrā-
se ante legem gratiæ, & sub lege na-
turæ, ad Ro. 5. lec. 6. 23.a
Lex licet demonstret peccatum,
tamen concupiscentiã non aufert,
ad Ro. 5. lec. 6. 23.a
Lex antiqua fecit cognoscere pec-
catum, sed non p̄bebat auxilium
cōtra peccatum, ad Galatas tertio.
lec. 4. 157.b
Lex vetus comparatur ad nouam
sicut op̄ra naturæ ad op̄ra intel-
lectus, ad Gal. 3. lec. 4. 158.a
Lex antiqua fuit data propter qua-
tuor, scilicet malitiã, infirmitatem,
concupiscentiam & ignorantiam,
bb



INDEX.

ad Gal.3.lec.7. 159.b
Lex vetus proposita erat iudæis, per quam manuducerentur ad fidem & iustitiam, ad Gala. 4. lec. 1. 160.b
Lex vetus dicitur lex peccati & mortis & mutata fuit per Christum, & erat imperfecta, ad Hebræos 7. lec. 3. 270.
Lex vetus dicitur carnalis, quia promittebat carnalia præmia & temporalia supplicia, ad Hebræos 7. lectio. 3. 270.
Lex noua dicitur lex amoris, & ideo dicitur imago, vetus verò vmbra, ad Hebræos 10. lectione prima. folio 277.b
Lex datur vt inducat homines ad virtutem, & faciat abstinere à vitis, ad Hebræos decimo, lectione prima. 278.a
Latitia adimpletur homo in tribus. 340.a
Liber vitæ & prædestinatio sunt idem secundum rom, differunt autem ratione, ad Philippenfes 4. lectione prima. 201.b
Liber vitæ est firma notitia de prædestinatis, ad Philipp. 4. Colof. 1. Parapho. 3.
In libro vitæ aliqui sunt scripti simpliciter, & illi nunquam delentur, alii secundum quid, ad Philippenfes 4. lec. 1. ibidem.
Liber vitæ dicitur Christus, in quo scripta sunt omnia necessaria ad salutem, ad Hebræos decimo, lectione prima. 278.b
Liberum arbitrium habet multipliciter statum quia ante lapsum est in potestate nostra peccare mortaliter vel non peccare, ad Hebræos decimo. lec. 3. 280.a
Liberum arbitrium habet homo quo ad coactionem, non autem quo ad inclinationem, ad Romanos 6. lectione 4. 25.b
Per liberum arbitrium homo non potest saluari absque diuino auxilio ad Philip. 2. lec. 3. 198.a
Liberalitas Christi ostenditur ex muneribus quæ fidelibus contulit, ad Ro. 1. lec. 4. 4.a
Liberalitas ortum habet à duobus scilicet abundantia temporalium, & contemptu carum. 2. Corinthiorum 8. lec. 1. 134.b
Licitum aliquando est aliquid secundum se, quod efficitur illicitum propter erroneam conscientiam Ro. 14. lec. 2. 56.b
Licere sibi omnia cum dicit Apostolus, est distributio accommodata. i. quæ diuina lege non prohibetur. 1. Corinthiorum sexto, lectione secunda. 78.a
Lingua angelorum sunt homines officia angelica habentes, vt sunt prædicatores. 1. Cor. 13. lec. 1. 103.a

Lingua cessabit post resurrectionem vltimam quo ad diuersitatem qua aliqui in primitiua ecclesia loquebantur variis linguis. 1. Corint. 13. lec. 3. 104.b
Literas commendatitias accipere à personis famosis quousque; aliquis per facta sua in notitiam perueniat non est malum. secundum Corinthio. 3. lec. 1. 122.b
Litera legis dat solum cognitionem peccati, & occasionaliter auget. 2. Cor. 3. lec. 2. 123.b
Literas veteres Aman nouis epistolis corrumpi quid signat, in præfatione. a
Lumen gloriæ dupliciter merito in funditur, scilicet per modum formæ connaturalis factæ & permanentis aut per modum formæ transiens. secundum Corinthiorum 2. lectione duodecima. 143.b
Luxuria est filia desperationis, quia multi ex desperatione spirituali dant se totaliter carnalibus, ad Col. 3. lec. 1. 209.b
Lugendum quatuor de causis. folio 306.b
M
Mala quæ hic sustinemus possunt considerari vt sunt in patiente, aut vt sunt in agente, ad Ro. 8. lec. 7. 35.b
Mala propter duo consueuerunt commemorari, scilicet ad commendationem & correctionem. 2. Corint. 7. lec. 3. 133.b
Maledicere contingit tripliciter. scilicet annuntiando, imperando, & optando, ad Roman. duodecimo, lectione tertia. 50.a
Maledicere non est aliud nisi de re aliqua ex malitia malum dicere, ad Galatas tertio. lectione quarta. folio 157.b
Maledicendo Apostolus pseudo benedixit, quia de carnali abscisione & castratione, ac sterilitate intellexit, ad Galatas quinto, lectione secunda. 166.b
Maledictum est duplex, scilicet maledictum culpæ, & maledictum pænæ, ad Galatas tertio, lectione quinta. 158.a
Maledictus tamen in nostris quam in Hebræorum codicibus seu libris habebatur scilicet quæ pepererit in cruce, tamen prauitate iudæorum falsificatum est, ad Galatas. ibidem.
Mali non priuantur donis dei propter malitiam, sed in eis reprobatur quod ex eorum malitia procedit. prima Corinthiorum primo. lectione tertia. 61.a
Mandata diuina continentur in duabus tabulis. Prima ordinatur ad

deum alia ad proximum ad Ephe. 6. lec. 1. 192.a
Manducare se non velle carnes Apostolus dicit in æternum, si scilicet licetur aliquis, prima Corinthio. 8. lec. 2. 85.b
Manducare corpus Christi indignè dupliciter contingit, scilicet recipiendo alium panem quam triticeum, aut alium liquorè quam vinum, vel qui in peccato mortali accedit in contritus, & non confessus. 1. Corint. 11. lec. 7. 98.b
Manducans non manducans non iudicet, & contra, ad Roman. 14. lec. 1. 54.b
Manichæos Apostolus demones vocat, quia inter omnes hæreses plus dant diabolo de honore, primæ ad Ti. 4. lec. 1. 229.a
Manna dicitur filia spiritualis, quia miraculosè fuit filiis Israel preparata. 1. Cor. 10. lec. 1. 89.a
Mansuetudo est virtus cõpescens iram quæ perturbat iudicium rationis. 2. ad Ti. 2. lec. 4. 239.b
Manus Christus extendit in cruce & in miraculorum operatione, ad Ro. 10. lec. 3. 43.b
Mandata dei leuia. 340.a
Malorum angelorum cruciatus. folio 324.a
Maria salutis imploratrix, in præfatione. a
Maria & si fuerit cognata Elizabeth ipsa tamen fuit de stirpe Dauid, ad Hebræos septimo, lectione tertia. 270.b
Martyrem non facit pœna, sed causa, vt videlicet suscipiat propter Christum, ad Rom. octauo lectione septima. 36.a
Matrimonium est institutum propter tria, scilicet in officium naturæ, in remedium concupiscentiæ, in effectum sacramenti, primæ Corint. 7. lec. 1. 79.b
Matrimonium separari non debet propter infidelitatem, nisi esset periculum in cohabitatione. 1. Cor. 7. lectione secunda. 80.b
Matrimonium non est dissoluetum propter consensum præteritum, & propter carnalem copulam consummatam, primæ Corinthiorum 7. lec. 5. 82.a
Matrimonium spirituale inter Corinthios & Christum Apostolus gloriatur se fecisse secundum Corinth. 11. lec. 1. 139.b
Apostolus dicit beatus esse non nubere quam nubere tanquam doctus à spiritu sancto primæ Coria. 7. lec. 8. 83.b
Non recipere in vxorem patrem qui in vxorem habuit. 1. Cor. 5. lec. 1. 75.a

Mediator debet esse duorum, & sic Christus fuit mediator inter deum & hominè, ad Galatas tertio, lectio septima. 159.b
Meditari debemus de recta operatione, de diuina laudatione, de cælesti iocundatione, ad Ephefos quinto. lec. 7. 190.b
Melchisedech dicitur Hebræi quod ab Abraham occurrit fuisse annorum 390. Et erat dei summi sacerdos, ad Hebræos 7. lec. 1. 268.b
Melchisedech idem est quod res iustitiæ, & sine patre & matre & genealogia, & c. ad Heb. 7. lectione prima. 268.b
Membra Christi in Christo manentia possunt facere fructum bonum, ad Romanos septimo, lectione quarta. 26.a
Membra Christi dicuntur qui participat corpore & sanguine domini 1. Corinthiorum decimo, lect. 4. folio 90.b
Membra corporis mystici sunt si deos, scilicet prælati & subditi, & quomodo officia in ecclesia sunt diuersa, primæ Cor. 12. lec. 3. 101.b
De mendacio se excusat Apostolus, quia promiserat Corinthiis venire & non venit. 2. Corinthiorum 1. lec. 5. 120.b
Mesa peccatorum dicitur laqueus, & dicitur scandalum, ad Romanos 11. lec. 1. 44.b
Meritum consistit in hoc quod deus habet patientiam, & homo vtatur patientia dei, ad Romanos secundum, lec. 2. 10.b
Médax qui non diligit proximum. folio 337.a
Miles Christi, dicitur aliquis tripliciter in quantum, scilicet pugnat contra peccata, contra errores, & contra tyrannos. 2. ad Timotheum secundo, lectione 1. 237.b
Ministrare sacramenta debent episcopi & sacerdotes docere ignoantes & pascere famelicos, ad Ro. 12. lec. 2. 49.a
Ministri infideles Christi dicuntur hi qui in dispensationibus diuinis non intendunt vtilitatem populi sed suam, sed ministri Christi fideles eorum sunt. primo Corinthiorum quarto. lec. prima. 72.b
Ad dignitatem ministerii tria requiruntur, scilicet sapientia ne erret, profapia ne cõtemnatur & virtutis potentia, ad Heb. primo. lectione secunda. 252.b
Mirabatur Apostolus quod Galatæ tam cito fuerunt pseudo seducti, ad Gal. 1. lec. 2. 150.a
Miracula dicuntur de præsentibus quæ sunt virtute diuina, signum autem & prodigium de futuro & vir

tutes quomodo inter se differant. 2. Corinthiorum duodecimo. lectione quarta. 146.a
Miraculum falsum dicitur quando deficit à vera ratione facti vel à debito fine. 2. ad Thessalonicenses secundo. lec. 2. 220.b
Mirari homines tria solent. 334.a
Missam vt audiret & comunicaret demon quædam induxit, & cum postea vicit quod damnatum fuit. 2. Corin. 6. lec. 3. 139.b
Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuero, ad Ro. 9. lec. 3. 38.b
Miserebor homo tripliciter, & ponit terminum & limitationem in miseratione, ad Ephe. secundo. lectione secunda. 177.a
Misericordia, clemens, & venia differunt, ad Hebræos 10. lectione tertia. 280.a
Deus est misericors vsque ad extremum iudicium, sed post iudicium horredum est incidere in manus eius, ad Heb. 10. lectione 3. eodem. b
Missio est duplex. Vna quæ totum localem importat. Alia applicatio nē nouam demonstrat, ad Hebræos primo, lectione 6. 256.a
Miserit deus filium suum in prædificatione tempore factum sub lege, ad Gal. 4. lectione 2. 161.a
Mysteria non omnia reuelata sunt angelis, neque sanctis, sed quædam sunt in deo occultata, ad Eph. tertio. lec. 3. 181.b
Misericordia duplex, liberans & relaxans. 302.a
Misericors dominus multipliciter folio 308.a
Missio solennis tria requirit in mitterente, in præfatione. a
Modestia est virtus per quam aliquis in omnibus exterioribus modum tenet, vt nulli offēdat aspectum ad Tit. 3. lec. 1. 248.a
Modestia & mansuetudo docent modum seruandū ad agendum. 2. Corin. 10. lec. 1. 137.b
Moniales quado velantur tondentur, quia promouentur in dignitate virilè liberata à viris, primæ Cor. 11. lec. 2. 93.b
Mons Syna quomodo significat duo testamenta. Nota pulchra, ad Gala. 4. lec. 9. 164.a
Mors Christi fuit sufficiens causa nostre salutis, similiter & sacramentum quæ efficaciam habet ex passione ad Galatas primo, lectione prima. folio 149.b
Mors depositio tabernaculi dicitur folio 322.a
Mortem timere non debemus, quia quandiu sumus in corpore peregriti

namur à deo. 2. Corin. 5. lec. 2. 128.a
Mortui dicuntur tripliciter, scilicet morte peccati in Adâ, veteri vita, & sibiipsis. 2. Co. 5. lec. 3. 129.a
Mortui esse debemus peccato, sicut enim dicimur viuere Christo, ad Romanos 14. lec. 1. 55.b
Mortuum esse Christum peccato secundum mel, ad Ro. 6. lec. 2. 24.b
Mortuus est Christus pro inimicis & quomodo mors Christi potest considerari tribus modis, ad Ro. 5. lec. 2. 20.a
Mulier non est formata de pedibus viri tamquam ancilla, nec de capite, sed de latere. primæ Corinthiorum 7. lec. 1. 80.a
Mulier in sacra scriptura aliquando designat sexum naturalem, & sic dixit Adam, Mulier quæ dedisti mihi, quæ tamè virgo erat, ad Gal. 4. lec. 2. 161.b
Mulier propter peccatum salutem neque corporalem, neque æternam totaliter amisit, primæ Timoth. 3. lec. 3. 231.a
Mulierum ornatus. 315.a
Mulier data est viro ad adiutorium generationis, & secundum hoc differunt vis generatiua à nutritiua. 1. Corin. 7. lec. 1. 79.b
Mulier non debet cõtrahere nisi mortuo marito, si autem mortuus fuerit libera est à vinculo viri. 1. Corin. 7. lec. 8. 84.a
Mulier non debet orare neque prophetizare nisi velato capite, & quod velum significet, primæ Corinthio. 11. lec. 3. 94.b
Mulier dicitur etiam ad imaginem dei facta, quia magis attenditur imago secundum spiritum quam secundum carnem. 1. Cor. 11. lec. 3. eodem. b
Mulierem sanctam vitium malum bonum facere contingit. 1. Corin. 7. lec. 2. 81.a
Mulieres Apostolus noluit loqui in ecclesia, sed in priuato. 1. Cor. 14. lec. 7. 109.b
Mulieres sequebantur Apostolos & ministrabant necessaria. 1. Corin. 9. lec. 1. 86.a
Mudum dicebat Origenes in infantu renouari & recuperari, sed Apostolus dicit semel ad Hebræos. 12. lectio. 5. 292.a
Musicalia instrumenta comparat Apostolus linguæ humanæ & vocis. 1. ad Cor. 14. lec. 2. 105.b
Mundana delectatio non omnino prohibetur. 331.a
Mundi causæ vniuersales tres post iudicium remanebunt. eod.

Natura diuina dicitur plena humana autem est in potentia ad plenitudinē, ad Phi. 2. lec. 2. 197.a
bb ij

INDEX.

Natura diuina consideratur duobus modis prout, scilicet ratio cognoscendi, vel est principii essendi, ad Ro. 1. lec. 3. 3.a

Naturale desiderium dedit nobis deus conueniens naturae, spirituale autem animae, secundum Corinthiorum. 5. lec. 2. 12.8.a

Naturale desiderium animae est esse cum corpore aliis mors non esset poenalis. 2. Cor. 5. lec. 1. 12.7.b

Naturalium rerum differentia, est corruptibile & incorruptibile. 1. ad Ti. 1. lec. 4. 22.4.b

Natus est Christus temporaliter sine patre, & eternaliter sine matre, ad Heb. 7. lec. 1. 26.9.a

Nocere possumus proximo tripliciter, scilicet factis, verbo, & desiderio, ad Ro. 13. lec. 2. 53.a

Nocere non possunt plus neque homines, neque demones, quam deus eis permittit, secundum ad Timotheum tertio. lectione secunda. 241.a

Nocti comparatur vita praesens propter ignorantiam, diei autem futura propter claritatem, ad Ro. 13. lectione 3. 53.b

Noe de quinque commendatur, scilicet quod dictis dei credidit, quod ex fide timuit, quod mandatum dei impleuit, quod a deo salutem sperauit, & quod destructionem praedicauit, ad Hebraeos. 11. lec. 2. 283.b

Nomen Iesu Christi in primitiua ecclesia erat odiosum, ideo apostoli ut veneretur baptizabant in nomine Christi ex ordinatione spiritus sancti, primus Corin. primo, lectione secunda. 63.b

Nomen est Christo datum super omne nomen, ad Phil. 2. lectione tertia. 197.b

Nomen suum Apostolus cum scripsit Hebraeis non preposuit propter tres causas, in prologo, ad Hebraeos. folio 251.b

Notitia quae habetur per scientias humanas illuminat intellectum solum, sed quae habetur per fidem, intellectum & affectum. 2. Corinthiorum secundo lec. 3. 122.a

Notitia de deo multipliciter haberi potest, scilicet per Christum, per Iudaeos & antiquos Philosophos, ad Hebraeos. 11. lectione 2. 283.b

Nouum testamentum non ordinatur, ad verum, sed e conuerso, sicut figura ad veritatem, ad Gal. 1. lectione secunda. 150.a

Nouus homo dicitur Christus propter nouum modum suae conceptionis, ad Ephes. secundo, lectione quinta. 179.a

Nouus homo est animus interius renouatus, ad Col. 3. lectione secunda. 210.a

Nouissimum tempus dicitur vltima aetas mundi. 1. ad Timotheum. 4. lectione prima. 229.a

Nouissimi dies dicuntur qui sunt propinqui nouissimis diebus. 2. ad Ti. 3. lec. 1. 240.a

Nouit dominus notitia practica bonos. 323.b

Obedientia includit omnes virtutes, & reddit eas meliores, ad Philipenses secundo, lectione tertia. 198.a

Obedientia dat meritum passionibus sanctorum, ad Philipp. 2. lec. secunda. 197.b

Obedientia dicitur magna quando sequitur imperium alterius contra motum proprium, ad Philipenses 2. lectione 2. ibidem. b

Inobedientia quando fit propter aliquid quam contemptum, tunc non est spirituale peccatum, ad Hebraeos. 2. lec. 1. 256.a

Inobediencia fuit iter peccata alia magis punita & similiter tentatio dei, ad Hebraeos tertio, lectione secunda. 260.b

Obiectum vnius virtutis finis est alterius. 1. ad Timotheum primo lectione secunda. 223.a

Obliquitas est triplex scilicet in affectu, in operatione. & intellectu, ad Hebraeos 12. lec. 3. 289.a

Obseruare idem est quod diligenter considerare vel cauere, & potest sumi in bono & in malo, ad Roma. 16. lec. 2. 61.b

Obseruare dicebat Apostolus galatas dies, menses & annos quos cor rigeat, ad Gal. quarto, lectione quarta. 162.b

Obsecrat Apostolus Romanos ad ostendendam humilitatem, amorem & reuerentiam, ad Romanos 12. lectione 1. 48.a

Obstaculum non ponere procedit ex gratia dei liberè datis, ad Hebr. 12. lec. 3. 290.a

Oblatio nostra qualis esse debeat. 303.a

Obiurgatio acerba quando licita. folio 314.a

Oculca scire contingit tripliciter scilicet per gratiam per predicationem, per scripturatum lectionem. 1. ad Cor. 14. lec. 5. 108.b

Otiolae mulieres esse non debent ne incurant incotinentiam. 1. ad Timotheum. 5. lec. 3. 232.a

Offert se homo deo tripliciter per sufferentiam mortis, per macerationem carnis, per opera iustitiae, ad Ro. 12. lec. 1. 48.a

Officia in ecclesia sunt diuersa propter multas rationes. 1. Corinthior. 1. lec. 3. 65.b

Olus comedere debet qui luxuria fugare cupit, ad Romanos decimo quarto, lec. 1. 54.b

Omnia sibi licere dicebat Apostolus & est distributio accommoda, id est quae diuina lege non prohibentur. 1. ad Cor. 6. lec. 2. 78.a

Onera quomodo alter alterius portare debent, & a superbia quae hoc impedit caueamus, ad Galatas 6. lectione 1. 169.b

Opera bona facta pro mortuis profunt eis propter intentionem, & charitatem faciatis. 1. Co. 15. lec. 4. 113.b

Opera tenebrarum dicuntur opera peccatorum, quia comparantur peccatis, ad Ro. 13. lec. 3. 53.b

Opera sex dierum quomodo diuersimodè exponuntur, ad Hebraeos 4. lec. 1. 261.b

Opera nostra sunt ad beatitudinem ordinata quae est finis vltimus, & dicuntur viua vel mortua secundum fidem, ad Hebr. 6. lec. 1. 266.a

Operari dicitur deus aliquando illum iuuando intellectu aliquando mouedo ad opus. Hebr. 1. lec. 3. 254.b

Operibus humanis non debetur vita aeterna ex condigno nisi ex impulsu dei fiant, sed de congruo, ad Ro. 4. lec. 1. 17.a

Opus manuale propter tria impeditur, scilicet propter necessitatem victus ad vitandum otium, & ad carnis macerationem, ad Ephes. 4. lec. 9. 187.b

Operari non prohibet Apostolus seruos dei. 2. ad Thessaloni. tertio, lectione secunda. 221.b

Opera quae iustificent. 303.a

Oratio debet fieri in secreto & sine intermissione coram deo & in spiritu, ad Ro. 1. lec. 5. 52.a

Oratio redditur exaudibilis ex humilitate orantis, ad Ephesios. 5. lec. septima. 119.a

Oratio ut exaudiat debet habere conditiones septem, ad Ephesios 6. lec. 5. 193.b

Oratio est ascensus mentis in deum, postulatio est rerum petitio, ad Col. 1. lec. 3. 204.a

Oratio in quatuor distinguitur, scilicet in orationem, obsecrationem, postulationem, & gratiarum actionem. 1. ad Ti. 2. lec. 1. 225.a

Orate semper & non deficere quomodo intelligatur. 1. ad Thes. 5. lec. prima. 214.b

Oratio pro aliquo non cessare intelligitur ut debito tempore vel in affectu habitualiter, ad Ephesios 1. lectione 6. 174.a

Orationes multorum non exaudiri dicit Apostolus impossibile, ad Hebraeos decimo tertio, lec. 3. 294.a

Orationis fructus duplex est, vnus

INDEX.

hominis prouenit, alius cum reficit, prima. Cor. 14. lec. 3. 107.a

Orationis attentio, alia est ad verba, alia ad sensum, alia ad finem. 1. Cor. 14. lec. 3. eodem. b

Oras aut prophetans haec facere iubetur disciperto capite. 1. Corinthiorum vndecimo, lectione secunda. 93.a

Oratio vocalis an omnis mente fieri debeat. 318.a

Orationis conditiones. 305. b. & 309.a

Orationis virtus in quatuor elementis offensa. 309.b

Ordines in ecclesia sunt tres, scilicet episcoporum, presbyterorum, & diaconorum. 1. ad Timotheum 3. lec. prima. 224.b

Originale peccatum & actuale, quomodo intelligatur subintrasse ante legem & post, ad Ro. 5. lectione sexta. 24.b

Originale peccatum non imputatur paruulis apud homines, sed bene a deo, sic etiam post legalia reputantur, quae antea non reputabatur, ad Roma. 5. lec. 4. 23.a

Originale peccatum non intrauit per Euam, sed per Adam, prima Corinthiorum decimo quinto, lectione tertia. 112.a

Ornatus mulierum vitatur ex tribus ex praua intentione praeter consuetudinem, & c. 1. Timotheum secundo, lec. 2. 226.a

Oslatum dicebat se habere Apostolus, quia latitudo oris latitudo mens cordis demonstrat. 2. Corinthiorum 6. lec. 3. 131.b

Osculum pacis, datur in signum pacis & vnitatis spirituum. secunda Corinthiorum 13. lec. 3. 148.b

Paci peccata contraria Apostolo pulchre docet (quia multum nocet) vitare, ad Hebr. 12. lectione tertia. 290.a

Patientia habere debemus cum proximo, sicut deus habet cum omnibus, ad Ro. 15. lec. 1. 58.b

Patientiae conditiones sunt constantia in aduersis, & gaudium in tribulationibus, secundum ad Corinthios 8. lec. 1. 134.b

Pares dicitur lex mandatorum, ad Ephes. 2. lec. 5. 178.b

Participatio Christi est duplex, vna est imperfecta quae est per fidem, alia perfecta quae fit per presentiam, ad Heb. 3. lec. 3. 261.a

Participare idem est quod partem capere, ad Hebraeos sexto. lectione prima. 266.b

Paruulū nihil differre a seruo quodiu paruulus est, quomodo intelligatur, ad Galatas quarto, lectione prima. 160.b

Passio Christi nobis profuit ex duobus, quia nos liberavit ex potestate diaboli, & debitum nostrum soluit, ad Heb. 12. lec. 2. 295.b

Passio Christi debet frequenter cogitari, ad Hebraeos duodecimo, lec. prima. 286.a

Passio Christi fuit nobis salutifera non solum per modum exempli, sed etiam per modum meriti, primus Corinthiorum 1. lec. 2. 64.b

In passione Christi tria consideranda sunt, scilicet quid contempserit, quid sustinuerit, & quid promeruerit, ad Hebraeos duodecimo, lectione prima. 289.a

Per passionem Christi ablata fuit potestas diaboli, ad Hebraeos secundo, lec. 4. 258.b

Pastor ecclesiae proprium officium est docere, ad Ephesios quarto, lec. quarta. 185.a

Pater in diuinis non dicitur sapiens per Iesum Christum, sed Christus est gloria & reuelatio sapientiae patris, ad Romanos decimo sexto, lec. secunda. 62.a

Pater noster dicitur tota trinitas. 2. creatione & gubernatione. 2. Co. 1. lec. 1. 118.b

Patres debent instruere filios in moribus, ad Ephesios sexto, lectione prima. 192.a

In patria manere fidem, spem, & charitatem, & non alia dona, quomodo intelligatur, primus Corinthiorum 13. lec. 4. 105.b

Dei patris, & carnalis haec est differetia. Homo enim generat hominem quantum ad corpus, sed deus quantum ad virtutem, ad Hebraeos duodecimo, lectione secunda. 289.a

Paternitas est solum in viuētibus & cognoscētibus, ad Ephes. 3. lec. quarta. 181.b

Paulo quando fuerit impositum hoc nomen Paulus. Similiter hoc nomen, Saulus, ad Romanos 1. lectione prima. 11.b

Paulus quare primo precipiat seruare praecipua negatiua quam affirmatiua, cum tamen affirmatiua respiciat deum, alia verò proximam ad Romanos decimo tertio, lectione secunda. 52.b

Paulus se plāstasse apollo rigasse, deum autem incrementum dedisse dicebat, prima Corinthiorum tertio. lec. 70.a

Pax nostra dicitur Christi & quomodo fecit vtraque vni, ad Ephes. 2. lec. 5. 178.b

Pax est tranquillitas ordinis sibi a deo instituta, ad Colossens. tertio. lectione 3. 210.b

Pax consistit in duobus ut scilicet homo concordet ad seipsum, & ad alios. 2. ad Tes. 3. lec. 2. 222.a

Pastor est forma gregis. 319.b

Pastorem qualē deceat esse, eo. a Patientium tria genera 316.b

Paupertas Christo perplacet. folio 301.b

Peccamus modò grauius in nouo testamento quam in veteri testamento peccabāt, quibus non tot beneficia collata erant, ad Hebraeos decimo, lec. 3. 280.a

Peccas si in malo perseueret, tunc deus omnes iustitias eius obliuiscitur, ad Hebraeos 6. lec. 3. 267.b

Peccans non immediate punitur a deo, sed expectatur ad poenitentiam primus ad Timotheum quarto. lectione secunda. 230.a

Peccas publicè debet eiici ne suis prauis moribus alios corrumpat, prima Cor. 5. lec. 2. 75.b

Peccatum quidam sunt qui peccant ex malitia, quidam ex consuetudine, quidam ex omissione, ad Galat. 6. lec. 1. 169.a

Peccandum non est ut superabundet gratia, ad Romanos sexto, lectione prima. 24.a

Ad peccandum duo inducunt efficacissimè, scilicet praesentium bonorum amor malè inflammans & timor malè humilians, ad Hebraeos secundo, lec. 4. 258.b

Peccare cum dicit Paulus in corpore suo qui fornicatur, quomodo intelligatur, primus Corinthiorum sexto, lec. 3. 79.a

Peccasse Christum pro nobis quomodo intelligatur, 2. Cor. 5. lec. quinta. 130.a

Peccata contra naturam, quomodo sanctus Paulus in masculis, & quomodo in feminis reprehendit, ad Roma. 1. lec. 8. 8.b

Peccata carnalia dicuntur quae consumunt in delectatione carnis, vel quantum ad radicem concupiscentiae, ad Gal. 5. lec. 5. 167.b

Peccati fructus mors est, iustitiae autem vita aeterna, ad Romanos 6. lec. 4. 26.a

Peccati contra naturam poena non minatur merces, & quomodo aequiparat peccato ydolatriae, ad Rom. 1. lec. 8. 8.b

Peccator maximus dicitur Paulus fuisse iter saluatos. 1. Timotheum. primo, lec. 4. 224.b

Peccator natura est diligendus, vitium verò odiedum, ad Galat. 6. lectione 2. 170.b

Peccator omnīs dicitur preuaricator legis lege data, ad Roma. 4. lec. secunda. 18.a

Peccatores reputat deum esse vltorem malorum, cum tamè digni- bb iij

INDEX.

sint morte quæ est stipedium peccati, ad Ro. 1. lec. 8. 8.b
 Peccatores & excōmunicati sunt cōsolandi ne in desperationem cadant. secūdē Corinthiorum 2. lec. secunda. 121.b
 Peccatorum carnalium sufficiētia, & quomodo differūt, ad Ephe. 5. lec. 2. 188.b
 Peccatorum grauitas attenditur penes duo scilicet ex subiecto, primæ Corinthiorum vndecimo, lectiōne septima. 98.b
 Peccatum dicitur iniquitas duobus modis, intensiue & extensiue, ad Romanos. 1. lec. 8. 9.a
 Peccatum est volūtarium, pœna autem cōtra voluntatem & coniuētam peccato, quomodo intelligatur, ad Romanos primo, lectiōne septima. 8.a
 Peccatum est auersio ab incōmutabili bono ad cōmutabile, & exire nō potest nisi auxilio dei, ad Roma. 2. lec. 2. 10.b
 Peccatum per Adam intrauit nō solum per imitationē, sed etiā per propagationem cōtra pelagium, ad Romanos quinto, lectiōne tertia. 20.b
 Peccatum sicut intrauit per Adā in omnes, sic & per gratiā Christi liberamur & iustificamur, ad Ro. 5. lec. 5. 21.a
 Peccatū siue corpus peccati quomodo destrui debet, ad Romanos 6. lec. prima. 24.a
 Peccatum regnat in homine per interiorē cōsensum mētis, & per actū exteriorē corporis, ad Romanos sexto, lectiōne tertia. 25.a
 Peccatum potuit cognosci sine lege quātum ad inhonestū, nō autem quātum ad offensam diuinam ad Romanos septimo, lectiōne secunda. 27.a
 Peccatum aliquis operatur quando nō vult victus suggestione, vel pāssione, vel inclinatione aut habitu malo. Rom. 7. lec. 3. 28.b
 Peccatum malum operatur in homine, quādo non liberatur à Christo cōtra Manichæum, ad Rom. 7. lec. 3. eodem.
 Peccatum in spiritum sanctū quomodo dicitur irremissibile hīc & in futuro, ad Romanos secūdo, lectiōne secunda. 10.b
 Peccatum notorium publicè est puniendum vt alii respiciāt. 1. Co. 5. lec. 1. 75.a
 Peccatum omne quod consumitur in delectatione carnis dicitur carnale, quod autē in delectatione spiritus dicitur spirituale. 2. Corinthiorum 7. lec. 1. 132.b
 Peccatū est triplex. scarnis, ope-

ris, & originis, ad Ephe. secūdo, lectiōne 1. 176.b
 Peccatum omisionis committitur in parētes, in se & in æqualem, ad Romanos 1. lec. 8. 8.b
 Peccatum quod per pœnitētiā non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit & quomodo peccatū dicatur pondus, ad Heb. 12. lectiōne prima. 288.a
 Peccatū omisionis est duplex, scilicet quando quis omittit bona facere, & mala aduersa nō vult tollerare, ad Heb. 12. lec. 3. 290.a
 Peccatum ad mortem quid. 371.a
 Peccatum consuetudinis generat mortem. 300.a
 Peccatum non ad mortem quid. folio 371.a
 Peccatum originale cur vetus dicitur. 321.b
 Peccatum pōdus grauisimum. folio 312.a
 Peccata quatuor vocem habēria. folio 307.b
 Peccatorem quemlibet an vitare sit p̄ceptum. 340.b
 Sine peccato nullus est. 329.a
 Personarū acceptio an sit peccatum. 301.a
 Petri Lombardi error. 336.b
 Petrus quibus scribit. 309.a
 Pœna reprobōrū erit acerba, diuturna, & iusta, secūdē ad Thef. 1. lectiōne 2. 219.a
 Pœnitētia est duplex. interior & exterior, & quæ sit differētia inter baptismum, pœnitētiā, & alia sacramenta. ad Romanos vndecimo lec. 4. 46.b
 Pœnitentia facit deū mutare postū punitiōnis, ad Heb. 6. lectiōne quarta. 268.a
 Pœnitētiā duo causant, s. meritum pāssionis Christi, & act⁹ Christi ad Hebræos sexto, lectiōne secunda. 266.b
 Pennulla dicitur codex legis scriptus per modum rotule vel vestis. 2. ad Tim. 4. lec. 3. 243.a
 Pœnitere in alia vita est impossibile, ad Hebræos sexto, lectiōne secunda. 267.a
 Pœnitere est possibile cuiunque de quibuscūque, & maximis criminibus, ad Heb. 6. lec. 1. 266.a
 Pœnitere potest quis quandiu in hac vita est, ad Hebr. duodecimo, lectiōne 3. 290.b
 Perfectus in doctrina dicitur aliquis dupliciter. s. secūdum intellectum & secūdum voluntatem, primæ Cor. 2. lec. 1. 66.b
 Pericula quæ sustinuit Paulus multa nomināt. 2. Corinthiorum 11. lec. 5. 142.a
 Persequēbatur Ismael Isaac, &

quomodo Iudæi persecuti sunt Apostolos in primitiua ecclesia, ad Gal. 4. lec. 8. 165.a
 Personis diuinis appropriatur aliquid dupliciter, scilicet essentialiter & casualiter. 2. Corinthiorum 13. lectiōne 3. 149.a
 Petra dicitur Christus non per naturam. sed per interpretationē. 1. Corin. 10. lec. 1. 89.a
 Petr⁹ p̄dicauit Iudæis solum, & Paulus gentibus, postea Paulus Iudæis & Petrus Gentibus, ad Gal. 2. lec. 2. 155.b
 Philosophi dupliciter deū cognouerūt, scilicet vt sicut omnibus supererminentiam, & sicut omnium bonorū causam, ad Romanos primo, lec. 7. 72.a
 Piē sumitur dupliciter, vno modo pro virtute pietatis, quādoque pro misericordia. secūdē ad 1. Thimo. 1. lec. 3. 241.a
 Pietas est per quā parentibus patrique beniuolentię officiū impēdimus, primæ ad Timot. 4. lectiōne secunda. 229.b
 Pign⁹ differt in hoc à re propria, quia illa possidetur, altera autē vt aliena custoditur. secūdē Corin. 5. lec. 2. 127.b
 Placere nobis non debemus, sed Christo in adificationē, ad Rom. 15. lec. 1. 58.a
 Placere quæ faciūt hominib⁹ multa sunt, primæ Corinthiorū 10. lectiōne 7. 92.a
 Pōtēfex est princeps sacerdotum & dispensator alicuius testamēti, & mediator inter deum & populum, ad Heb. 9. lec. 3. 275.a
 Pontificalis dignitas excedit omnes alias dignitates, ad Heb. quinquēto, lectiōne 1. 264.a
 Portare nomen Christi in corpore suo Paulus gloriabatur, ad Ro. in prologo. 1.b
 Portētum dicitur quasi lōgē p̄tētum, & est cōtra naturam, signū verò est præter naturā, ad Heb. 2. lectiōne 1. 256.b
 Possessiones vendebāt conuersi ex Iudæis non autem ex Gentibus, ad Galatas secūdo, lectiōne secunda. 153.b
 Postulare dicitur spiritus sanctus gemitibus pro nobis inenarrabilibus contra Arium & Macedoniū, ad Ro. 8. lec. 5. 34.a
 Potestas regia & cuiuscūque alterius est à deo & cōsideratur quantum ad potestare, quantum ad modum adipsēdū, & quātū ad vsum, ad Ro. 13. lec. 1. 51.a
 In potestate alicuius aliquod esse potest dupliciter, scilicet quātum ad authoritatem, & quantum ad

INDEX.

executionē, ad Hebræos primo, lectiōne sexta. 255.b
 Potestati non est resistendū, quia cesset resistere dei ordinationi, ad Romanos 13. lec. 1. 51.b
 Postulandi modus. 209.a
 Prædicatores tantum verbo sunt similes Vriæ, in præfatione. b
 Præcepta moralia Christi non soluit, cerimonialia autem soluit quātum ad substantiam, ad Ephe. secundo, lec. 5. 278.b
 Præcipere aliquid intelligi potest dupliciter, scilicet absolute vel cōditionaliter. 2. ad Thefalo. tertio, lec. secunda. 222.a
 Prædestinatio & præsciētia differunt in hoc, quia prædestinatio de bonis salutaribus, præsciētia autē de peccatis, ad Romanos 8. lec. sexta. 34.b
 Prædestinatio idem est quod præscitatio, & quomodo Christi dicitur prædestinatus, vide pulcherrima, ad Romanos primo, lectiōne tertia. 3.a
 Prædestinatio filii dei, quomodo pluribus doctoribus exponatur, ad Romanos 1. lec. 3. eodem.a
 Prædestinationis causa ex parte creature assignari nullo modo potest, sed solū ex parte dei, ad Ephe. 1. lec. 1. 172.b
 Prædestinationis causa non est necessitas ex parte dei, nec debitu ex parte prædestinatorū, sed magis est secundū propositum suæ voluntatis, ad Eph. 1. lec. 1. ibidem.
 Prædicatio principaliter fuit à Christo, figuratē à prophetis executiue ab Apostolis. primæ ad Thef. 2. lec. 2. 214.a
 Prædicationem suam Apostolus dicebat cursum quia modico in tēpore multis in regionibus prædicauit, ad Gal. 2. lec. 1. 152.b
 Prædicare maius est quā baptizare. Vnde Apostolus multis prædicauit & paucos baptizauit, primæ Corinthiorum primo, lectiōne secunda. 63.b
 Prædicare non debent plures, sed meliores. primæ Corinthiorū 14. lec. 6. 109.a
 Prædicator qui est peccator notorius non debet publicè prædicare aliās peccat. secunde Corinthiorū 6. lec. 1. 130.b
 Prædicator potest dupliciter gloriari de prædicatione sua. secunda Corinth. 10. lec. 3. 138.b
 Prædicator non debet curare eloquētiā ne fides videatur rationibus humanis probari. primæ Corinthiorum 1. lec. 3. 64.b
 Prædicator debet prædicare adificationem, fructuosā, & non vanā. executionē, ad Hebræos primo, lectiōne sexta. 255.b
 Prædicator qui ardentibus prædicat maiorem mercedē habebit. 1. Cor. 3. lec. 2. 70.a
 Prædicator neminem debet contemnere, exēplo apostoli qui dicebat se factum Iudæis Iudæū, Samaritanis samaritanū, gentibus gentilem. primæ Corinthiorū nono, lectiōne quarta. 88.a
 Prædicator debet pot⁹ pauca prædicare & vtilia quā multa & inutilia. primæ Corinthiorū decimoquarto, lec. 4. 108.a
 Prædicator veritatis sēper bonis est opportun⁹, malis verò importunus. secūdē ad Timotheum quarto, lec. 1. 234.a
 Prædicator in prædicando nō debet ostendere pāssiones neque irā secūdē, ad Timotheum quarto, lectiōne 1. eodem.a
 Prædicatores duo debēt facere. s. exhortari in doctrina sacra, & contradicentem vincere. secūdē Cor. 2. lec. 3. 122.a
 Prædicatores simplices elegit de⁹. primæ Corinthiorū primo, lectiōne quarta. 66.a
 Prædicatores sūt dei adiutores. 1. Cor. 3. lec. 2. 70.a
 Prædicatores posse recipere victū à quibus prædicāt, Apostolus multis rationibus ostēdit. 1. Corinthiorum 9. lec. 2. 86.b
 Prædicatores si prædicāt propter quæsum principaliter peccāt, primæ Cor. 9. lec. 5. 89.a
 Prædicatores assimilantur angelis in eo quod diuina annuntiat, & quomodo linguis angelorū loquuntur. primæ Corinthiorū 13. lectiōne prima. 103.a
 Prædicatores in primitiua ecclesia erāt pauci, ideo donū linguarū erat eis necessariū. primæ Corint. 14. lec. 1. 106.a
 Prædicationi tria sunt necessaria, scilicet vt os aperiat, ad prædicandū se præparet, & gratia ei detur, ad Ephe. 6. lec. 5. 193.b
 Officiū prædicatorū & doctorū est officium militum inquantū cōsurgunt contra hostes fidei & vitiā mundi. secūdē ad Timotheum 2. lec. 1. 237.b
 Prælati non habēt potestatem nisi in eos qui eorū iurisdictioni sub sunt & illos coercere debent ne cū infidelibus cōmunicēt. primæ Cor. 5. lec. 3. 76.b
 Prælati subditis dare debent spiritalia prædicando & exempla mōstrādo, & tēporalia exponēdo, primæ Corinthiorū duodecimo, lectiōne tertia. 102.b
 In prælato debet esse integritas

sensus per prudentiam, &c. ad Tit. 2. lec. 2. 247.a
 Prælati debent sibi cauere ab omnibus defectibus, & maxime ab impatiētia. primæ ad Thef. 5. lectiōne secunda. 217.b
 Præmium sanctorū est admirabile & desiderabile, & quomodo anime desiderant indui corporibus. 2. Corin. 5. lec. 1. 127.b
 Præmia quæ deus diligētibus se preparauit non ascēdere ad cor neque ad alios sensus. primæ Corinthiorū secundo, lectiōne secunda, folio 67.b
 Ista præpositio, per, denotat causam act⁹, & quomodo intelligatur per quæ fecit & secula, ad Hebræ. primo, lec. 1. 252.a
 Præbyteri duplici honore digni sunt scilicet & ministratiōne necessariorū & exhibitione reuerentiæ. 1. ad Timo. 5. lect. 4. 132.a
 Præbyteri accusati facilliter condemnari non debēt. 1. ad Timoth. 5. lec. 3. eodem.b
 Principes & potestates sunt duo ordines & p̄eminētiā in operā do designāt, ad Ephe. tertio, lectiōne tertia. 181.b
 Principes hui⁹ seculi possunt intelligi reges & principes & ab istis velut sapientiā humanarum legū. Vel demones vel philosophi. 1. ad Cor. 2. lec. 1. 67.b
 Principes huius seculi dei sapientiā nō cognouerūt, quia si cognouissent dominum gloriæ nō crucifixissent. 1. Corinthiorum secūdo, lec. 2. eodem.a
 Principes Iudæorū, scilicet Pyllatus & Herodes interfecerūt Christum, similiter & demones primæ Cor. 2. lec. 67.b
 Principes Iudæorum sciuerunt Christū esse qui promissus erat in lege, nō tamen quod filius dei erat similiter & demones. primæ Cor. 2. lec. 2. ibidem.
 In his quæ à deo procedunt duo sunt considerāda, scilicet ipse processus rerum & consiliū dei, à quo talis process⁹ causatur, ad Hebr. 9. lec. 1. 274.a
 Prius quadruplex. 328.a
 Prophetia triplex genus. 322.b
 Productæ sunt res visibiles ex invisibilibus rationibus, idealibus, in verbo dei, ad Hebræos vndecimo, lec. 2. 282.b
 Proficere se dicebat Paulus vltra multos cograneo, ad Galat primo, lec. 3. 151.a
 Proficere volētis necessarium est spirituale gaudiū, ad Philippen. 4. lec. 1. 201.a
 Proficere hominem faciunt duo

INDEX.

scilicet facere bonum & sustinere
 patieretur malum. 2. ad Theſ. tertio,
 lec. 1. 221. b
 Prohibitio est duplex, scilicet a-
 ctionis & præcepti. 1. Cor. sexto.
 lect. secunda. 78. a
 Prohibitio facit ardentius cõcu-
 piscere quod prohibetur triplici-
 ter, ad Romanos quinto, lectiõne
 sexta. 23. a
 Promissio dei facta David com-
 plèda erat in Christo, & quomodo
 deus iustificabatur in suis sermoni-
 bus, ad Romanos tertio, lectiõne
 secunda. 13. b
 Prope esse dominum dicitur pro-
 pter præsentiam maiestatis, propter
 in habitantem gratiam, propter ex-
 auditiois clementiam, ad Philip.
 4. lec. 1. 201. b
 Prophetia dicitur quædam appa-
 ritio ex reuelatione diuina eorum
 quæ sunt procul, ad Romanos duo
 decimo. lec. 2. 49. b
 Prophetia in patria cessabit, quia
 nihil erit futurum, enigmata cessa-
 bunt similiter, primæ Corinthiorum
 13. lec. 3. 104. b
 Prophetia quid sit, quot modis di-
 catur, & quid sit loqui lingua. pri-
 mæ Corinthiorum decimoquarto,
 lect. prima. 106. a
 Prophetia dicitur quæ aliis annũ-
 tiat quæ diuinitus sunt sibi reuelata
 & in quantum profert ea quæ sunt
 aliis manifestata. 1. Corinthiorum
 11. lec. 2. 93. a
 Prophetæ aliquando locuti sunt
 solum ex instinctu spiritus sancti si-
 ne gratia, aliquando ex gratia, & isti
 fuerit veri prophetæ. 1. Corinthio-
 rum 13. lec. 1. 103. a
 Prophetæ falsi habent triplicem
 defectum, scilicet scientiæ, iustitiæ,
 & fidei, ad Colossenses secundo. le-
 ctiõne quarta. 209. a
 Prophetis nõ semper adest spiri-
 tus prophetiæ, quia nõ est habitus
 primæ Corinthiorum 14. lectiõne
 sexta. 109. a
 Propriũ nullus habuit in primi-
 tiua ecclesia, sed omnia habebat in
 communi, primæ Corinthiorum 16.
 lec. prima. 117. a
 Profeliti dicebantur qui venerunt
 ex gètibus ad Iudæos quos nos ca-
 thecuminos dicimus, ad Ephesios 2.
 lec. 4. 178. a
 Proximum diligere sicut seipsum
 tripliciter scelligitur, ad Roma. 13.
 lec. 2. 52. b
 Proximus dicitur non solum ho-
 mo, immo & angelus ac sanctus di-
 cuntur proximi, ad Romanos 14.
 lectiõne 2. ibidem.
 Prurire dicitur qui semper nouis
 delectatur, secunda ad Timotheũ

quarto, lec. 1. 242. a
 Psalmus ad laudem dei de promi-
 tur. 308. b
 Pseudo propheta ideo crucẽ prin-
 cipaliter prædicauerunt propter
 quæstũ & ne persecutionẽ patere-
 tur, & de Galatis gloriarentur, ad
 Galatas 6. lec. 3. 170. b
 Pseudo propheta componebat
 vnam sectã ex iudaismo & euangi-
 lio, secunda Corinthiorum vndeci-
 mo, lec. prima. 139. b
 Pseudo nõ fuit missus neque me-
 liorẽ Christo prædicauit, neq; spi-
 ritum meliorem Apostolo habuit
 2. Corin. 11. lec. 2. 140. a
 Pseudo vt attraheret & decipe-
 rent populum, prædicabat subtilia
 ornata & exquisita, & quia Aposto-
 lus erat balbus, ideo deridebat eũ.
 secunda Corinthiorum 11. lec. 2. eodem. a
Quatuor reges quos Abraham
 interfecit sunt quatuor vitia
 principalia opposita quatuor
 virtutibus cardinalibus, ad Hebræos
 septimo, lec. 1. 268. b
 Quæstiones multæ vtrũ scilicet
 prælati & prædicatores teneantur
 laborare manibus, & aliæ primæ
 Corinthiorum nono. lectiõne secunda.
 folio 87. a
 Quæstiones quas mouet sanctus
 Thomas super toto capitulo. 1.
 col. 9. lect. 5. 89. a
 Quæstiones de legalibus & simi-
 litudinibus, quæ cõparantur Chri-
 sto, primæ Corinthiorum deci-
 mo, lect. 4. 90. b
 Quæstiones ex decimo capitulo.
 primæ Corinthiorum decimo. lec.
 septima. 92. a
 Quæstiones sultæ mouendæ nõ
 sunt, secunda ad Timotheum secu-
 do. lec. 4. 239. b
 Quæstiones sunt amadæ in quan-
 tum inducunt veritatem, secunda
 ad Timotheum secundo, lect. quar-
 ta. eodem. b
 Quæstuarii prædicatores. 323. a
Regimen tyrannicum differt à
 regimine regis, quia tyrannus pro
 utilitate sui, rex causa subditorum
 laborat, ad Romanos decimoter-
 tio, lectiõne 1. 52. b
 Renouari debemus fugiendo
 mundum recoligendo animum ha-
 bendo affectum sanum, ad Roma-
 nos decimo secundo, lectiõne prima
 folio 48. b
 Remissio peccatorũ est à deo, &
 expositio pulcherrima, beati quo-
 rum remissa, ad Romanos quarto,
 lectiõne prima. 17. a
 Reques est duplex, vna est in
 temporalibus alia in spiritualibus,

dum naturam in id quod est supra
 naturã in vi superioris naturæ ele-
 uatio. secunda Corinthiorum duo-
 decimo. lec. 1. eodem. b
 Raptus vsque ad tertium calum
 & in paradysum est vnus raptus, quia
 per primũ intelligitur summa cla-
 ritas, per paradysum summa iocundi-
 tas in vno tamen. secunda Corinthiorum
 12. folio 144. a
 Reconciliari sumus deo patri per
 Iesum Christum vt nos ipsos reco-
 cilemus deo, secunda Corinthiorum
 5. 129. b
 Reddere statim cui quis obligat
 quia peccatum est in mora docet
 Apostolus ad Romanos decimoter-
 tio, lec. 2. 52. b
 Reddere æquiualens non possu-
 m deo & paratibus, ad Romanos
 13. lec. 2. eodem. a
 Reddere rationẽ oportet præla-
 tos pro subditis, nõ in omnibus, sed
 in his in quibus subditos ex officio
 neglexerunt, ad Hebræos decimo
 tertio, lec. 3. 284. a
 Reddere debet vir debitum mu-
 lieri, & mulier viro, primæ Corin-
 thiorum septimo, lectiõne prima.
 folio 79. b
 Reddere debet vir debitum vxo-
 ri nisi fiat ex cõsensu vtriusque, vel
 ad certum tẽpus, vel causa oratio-
 nis, primæ Corinthiorum septimo,
 lec. 1. eodem. b
 Redempti sumus à Christo à cul-
 pa & à pena per mortem, ad Ephe-
 sios primo, lectiõne secunda. 173. a
 Redimi solent aliqui aliquando
 ab extraneis: aliquando pecuniis, ali-
 quando aliis. ad Ephesios quinto, le-
 ctiõne 6. 190. b
 Referre omnia actualiter in deũ
 non est necessarium, sed habituali-
 ter, ad Colossenses tertio, lectiõne
 tertia. 210. b
 Regnum dei in homine confide-
 ratur secundum actum interiorem
 prout iustitiam parit & gaudiũ, ad
 Romanos decimoquarto, lectiõ-
 ne secunda. 56. b
 Regimen tyrannicum differt à
 regimine regis, quia tyrannus pro
 utilitate sui, rex causa subditorum
 laborat, ad Romanos decimoter-
 tio, lectiõne 1. 52. b
 Renouari debemus fugiendo
 mundum recoligendo animum ha-
 bendo affectum sanum, ad Roma-
 nos decimo secundo, lectiõne prima
 folio 48. b
 Remissio peccatorũ est à deo, &
 expositio pulcherrima, beati quo-
 rum remissa, ad Romanos quarto,
 lectiõne prima. 17. a
 Reques est duplex, vna est in
 temporalibus alia in spiritualibus,

INDEX.

ad Hebr. quarto, lectiõne prima,
 folio. 261. b
 Requieuisse dicitur deus in septi-
 mo die ab omni opere quod patra-
 rat, ad Hebr. quarto, lectiõne pri-
 ma. 262. a
 Requiem nos ingredi iubet Apo-
 stolus propter multa, ad Hebr. 4. le-
 ctiõne 2. eodem. b
 Resurrectionem mortuorum, pa-
 bat Apostolus à simili de resurre-
 ctiõne Christi, primæ Corinthiorum
 15. lectiõne 2. 111. a
 Resurrectio est duplex, vna ad
 miseriam, alia ad gloriam, & sic xps
 dicitur resurrexisse prior, primæ
 Corinthiorum 15. lec. 3. 112. a
 In resurrectione non erit ordo tẽ-
 poris, sed excellentia dignitas, 1.
 Corinthiorum 15. lec. 3. ibidem. a
 Resurrectio non erit vt fruamur
 bonis tẽporalibus, sed delectemur
 æternis, 1. Ro. 15. lec. 3. ibid. b
 Resurrectionem mortuorum cõ-
 parat Apostolus baptizatis, primæ
 Corinthiorum 15. lec. 4. 113. a
 Errores dicentium resurrectionẽ
 mortuorum nõ esse, vel ad priora
 officia hominẽ redire, primæ Cor.
 15. lec. 5. 114. a
 Resurrectionem mortuorũ Apo-
 stolus comparat semen in pullula-
 tione, primæ Corinthiorum 15. lectiõne
 5. 114. a
 Resurgens hominis caro est se-
 dem secundum speciem cum car-
 ne morientis, sed tamẽ erit alia se-
 cundum qualitatẽ, primæ Corin-
 thiorum 15. lec. 6. 115. a
 Resurgentium corpora nõ vertẽ-
 tur in spiritum, neque aerẽ, neque
 ventum, primæ Corinthiorum 15.
 lec. 6. 115. a
 Resurrectione perfecta cessabunt
 operationes animales à corpore. 1.
 Corinthiorum decimoquinto, lectiõne
 sexta. ibid. a
 De hoc quod dicit Apostolus, om-
 nes quidem resurgemus, non autẽ
 omnes immutabimur, nota diuer-
 sitatẽ in scripturis grecis & latinis,
 primæ Corinthiorum decimoquin-
 to, lec. 8. 116. a
 Error Lactantij qui dixit quod
 martyres mille annis ante resurre-
 ctiõne generalẽ resurgent, primæ
 Corinthiorum 15. lec. 8. eodem. a
 Resurrectionẽ fieri in instanti vel
 in momento quomodo intelligitur,
 primæ Corin. decimoquinto,
 lec. 8. ibidem. a
 Resurrectio erit in mẽbris æqua-
 lis quo ad bonos & quo ad malos
 quãtum ad ea quæ pertinent ad na-
 turam, non autẽ ad ea quæ prinẽt
 ad gloriam, primæ Corinthiorum 15.
 lec. 8. ibidem. a

Resurrectione facta incorruptio
 nõ erit ex virtute corporis, sed ex
 gloria animæ à qua deriuabitur,
 primæ Cor. 15. lec. 9. 116. a
 Resistit Paulus in facie Petro, quia
 reprehensibilis erat, ad Galatas 2.
 lectiõne 3. 153. b
 Resurrectio Lazari & aliorũ mor-
 tuorũ non erat ad immortalitatẽ,
 sed ad mortalitatẽ, ad Colos. 1. le-
 ctiõne 5. 205. b
 Resurrectio nostra erit in pfecta
 ætate Christi, ad Ephesios quarto,
 lec. 4. 185. b
 Ad resurrectionem tria concurrunt
 scilicet virtus diuinitatis, virtus xpi
 & mysterium angelorum, primæ
 ad Thessalonicenses quarto, lectiõ-
 ne secunda. 216. a
 Resurrectio erit simul oim tam
 viuorum quàm mortuorum, prime
 ad Thessa. quarto, lectiõne se-
 cunda. eod. a
 Resurrectionem iam factam di-
 cebant quidã heretici, secunda ad
 Timotheum secundo, lectiõne ter-
 tia, folio. 239. a
 Religio quæ est. 300. a
 Remissio peccatorum quãdo fit.
 folio. 312. a
 Roma Babylõ à Petro nuncupa-
 ta est. 320. a
 Romanis quis Apostolorũ prius
 prædicauerit, in prologo, ad Rom.
 folio. 1. a
 Paulus orauit & memoriã habuit
 sine intermissione pro Romanis
 vt deus eos conuerteret, ad Rom.
 1. lec. 5. 51. a
 Rogauit Paulus vt stimulus sibi au-
 ferretur & nõ exauditur, quia me-
 dicus emplastrum mordax issemo
 apponit, rogatus nequaquam vt in
 firmus sanetur deponit, 2. Corint.
 12. lec. 3. 145. a
 Romani imperij destructio erit
 ante extremũ iudiciũ & quomodo
 temporale commutatum sit in spi-
 rituale, secunda ad Thessalonicen-
 ses 2. lec. 1. 220. a
Sacerdos est medius inter deum
 & populũ, & de translatione sa-
 cerdotij, ad Hebr. septimo lectiõ-
 ne prima. 268. b
 Sacerdos debet habere quatuor,
 scilicet sanctitatem, innocentiã, pul-
 chritudinem & bonorũ societate,
 ad Hebr. septimo, lectiõne quar-
 ta. 271. b
 Sacerdotes veteris testamẽti quo-
 liber die mane & vespere intrabat
 in sancta. Summus verò sacerdos
 semel in anno in sancta, sanctorũ,
 ad Hebr. nono, lectiõne secunda,
 folio. 274. b
 Sacerdotes in veteri lege q̄ pro

peccatis obtulerunt non comede-
 runt, sed extra castra combusserunt,
 ad Hebr. decimotertio, lectiõne
 secunda. 293. a
 Sacerdotiũ regale Christiani, non
 regnum sacerdotale. 313. a
 Sacra scriptura quatuor rotis in-
 nuitur, in præfatione. b
 Sacramenta magna dicuntur ba-
 ptismus, extrema vnctio, eucharis-
 tia, & matrimonium, ad Ephe. 5.
 lectiõne 10. 191. b
 Sacramenta sunt instituta propter
 necessitatẽ vitæ spiritualis, primæ
 Corinthiorum primo, lectiõne quin-
 ta. 96. a
 Sacramenta veteris legis & nouæ
 in hoc differunt, quia sacramenta ve-
 teris testamẽti figurabant, nostra
 autẽ continet gratiam, ad Galatas
 2. lec. 4. 154. b
 Sacramenta nouæ legis licet sint
 elementa materialia, non tamẽ sunt
 elementa egena, ad Galatas secũdo,
 lec. 4. eod. b
 Sacramentum intrantium ad fidẽ
 fit per manuũ impositionem, & est
 duplex, quædam est miraculorum
 operatio, quædam sacramenti or-
 dinis collatio, ad Hebr. sexto, lect.
 1. 266. a
 Sacra scripturæ effectus est qua-
 druplex, scilicet docere veritatem
 arguere falsitatem & cætera, secũda
 ad Timotheũ tertio, lectiõne ter-
 tia. 241. b
 Sacrificiũ & holocausta quomo-
 do in veteri lege fiebant, & in no-
 uo quid significant, ad Hebr. 10. le-
 ctiõne 1. 278. b
 Sacrificiũ visibile offertur infi-
 gnũ inuisibilis sacrificij, quo se ho-
 mo & sua deo offert, ad Romanos
 12. lec. 1. 48. a
 Salus hominis cõsistit in duobus
 scilicet, vt consteatur fidẽ, & quod
 recedat à peccato, secũdũ ad Timo-
 theum secundo, lectiõne tertia,
 folio. 239. a
 Salutatio Apostolus prius salutat
 minores quàm maiores, ad Philip. 1.
 lec. 1. 194. b
 Salutis p̄pinqutas duobus mo-
 dis intelligitur: vna tẽporis, & alia
 dispositionis, ad Roma. 13. lectiõ-
 ne 3. 53. b
 Samuel nõ fuit sacerdos, sacerdo-
 tali tamẽ officio vsus fuit, quia cũ
 reges vnxit sacrificium obrulit, ad
 Hebræos septimo, lectiõne tertia,
 folio. 270. b
 Sanctificatio duo requirit 332. b
 Sanctificare hominẽ est propriũ
 dei per collationem spiritus sancti,
 ad Romanos primo, lectiõne ter-
 tia, folio. 4. a
 Sanctis non est necessaria conti-

INDEX.

nua tribulatio exterior, cū iterius affligantur ex mala cōuersatione peruerforum, ad Hæbr. 12. lectione secunda. 289.a
 Sanctus necessaria est triplex vni-
 tas, scilicet amoris, cōcordiæ & co-
 operationis, ad Philippen. secundo,
 lec. 1. 196.b
 Inter sanctos qui connumerentur
 ab Apostolo, ad Hæbr. 11. lectione
 7. 286.b
 Sanguinis Christi effusio figura-
 ta fuit in effusione sanguinis oīm
 iustorum qui ab origine mūdi fue-
 runt, ad Hæbr. duodecimo, lectio-
 ne prima. 288.b
 Sanguis Christi quomodo differat
 à sanguine hircorum & animalū
 carcerorum, ad Hæbr. decimo, lec.
 prima. 278.a
 Sapientia octo cōditiones 305.a
 Sapientia huius mūdi dicitur, quæ
 principaliter mundo innititur, &
 quomodo deus comprehendit eos,
 primæ Corinthio. tertio, lectione
 tertia. 72.a
 Sapiētia est diuinarum rerum co-
 gnitio. Prudentia verò rei particu-
 laris est prouidentia, ad Ephē. 5. le-
 ctione 6. 190.a
 Sapientia inutilis est si intellectu
 caret, ad Colossē. primo, lectione
 tertia. 210.b
 Sapiētia Christi est triplex vsus,
 scilicet instructionis, deuotionis,
 & directionis, ad Colossē. tertio,
 lec. 3. 210.b
 Sapiēs dicitur qui cognoscit cau-
 sam altissimam, sapientia carnis &
 prudentia est mors, ad Roman. 8.
 lec. 2. 30.b
 Sapiētem perfectum demonstrat
 hoc, quod sciat se ordinare in omni
 statu, ad Philippen. quarto, lec.
 secunda. 202.b
 Sarra & si sterilis fuerit & ppter
 vetustatem concipere non potue-
 rit, tamen quia deo credidit ex re-
 pmissione Isaac cōcepit, ad Hæbr.
 11. lec. 3. 284.a
 Sarra exemplum mulierum 315.a
 Satan transformat se aliquādo vi-
 sibiliter sicut legitur de Ictō Mar-
 tino, ideo necessaria est discretio
 spirituum, secunda Corinthio. 11. lec.
 3. 140.b
 Scandalum in habente gratiā nul-
 lum. 330.a
 Scandalum actiuum & passiuum
 quid sit, ad Romanos decimo quar-
 to, lec. 2. 57.a
 Scandalum est dictum vel factū
 minus rectū alicui præbēs causam
 ruinæ, ad Romanos decimo quar-
 to, lec. 3. eodem b
 Scientia humana consistit in duo-
 bus, scilicet in locutiōe ornata & i-

distinctione rerū, ad Colossē. 2. lec. 1. 207.a
 Scientia est duplex, scilicet simpli-
 cis notitiæ & experiētiae, ad Hæbr.
 5. lec. 2. 265.a
 Scisma quantum malum sit in cō-
 munitate Apostolus ostendit, primæ
 Corinthio. vndecimo, lectione qua-
 rta. 95.b
 Scythia est versus septētrionem,
 barbaria autem dicitur extra me-
 tas, ad Colossē. tertio, lectione
 secunda. 210.b
 Quæcunque scripta sunt siue in
 veteri siue in nouo testamēto siue
 de Christo siue de membris, ad Ro-
 manos doctrinā scripta sunt, ad Ro-
 manos decimo quinto, lectione pri-
 ma. 58.a
 Scrutare dicitur deus corda non
 quia ignoret, ad Romanos octauo
 lec. 4. 105.a
 Segregatum se dicit Apostolus in
 euangelium dei per conuerſionē
 ab infidelibus, ad Rom. primo, lec.
 prima. 2.a
 Semē Abrahæ se esse gloriabatur
 Apostolus, & de multis aliis vbi ta-
 men non peccauit iactantia, secun-
 dæ Corinthio. 11. lec. 5. 141.b
 Seminare in carne est operari p
 corpore. In spiritu autem est viuifi-
 care, ad Galatas sexto, lectione se-
 cunda. 170.a
 Senes quando non habent spiri-
 tuales delectationes quæ corpora-
 les, quia sunt inuerecundi, ad Ti-
 mo. 2. lec. 1. 246.b
 Senex propter excedentem mali-
 tiam pdit honorem senectutis &
 tunc dicitur puer, primæ Timotheo. 4.
 lec. 3. 231.a
 Senectus habet in se duo, scilicet,
 contemptum delectationum, & p-
 fectionem sapientia, primæ ad Ti-
 mo. 4. lec. 3. 230.b
 Sēibile potest videri tripliciter,
 aut per sui præsentiam suæ similitu-
 dinis, & c. primæ Corinthio. 13.
 lec. 4. 105.a
 Sentētia est duplex, vna pertinet
 ad iudicium intellectus circa spe-
 culabilia, alia circa agenda ad Ro-
 ma. 12. lec. 3. 50.b
 Separari petit Paulus à corpore
 mortis, non autem à corpore natu-
 rali, ad Roma. septimo, lect. quar-
 ta. 29.b
 Separare à Christo electos nemo
 potest nec terribilia nec appetibi-
 lia, & c. ad Romanos octauo lec. se-
 prima. 35.b
 Sepultus est Christus vt ostende-
 ret se verè mortuum, verè resurre-
 xisse, & ex hoc fidem inducere, pri-
 mæ Corinthio. decimo quinto, lec.
 prima. 110.b

Sermonum Apostolorū & pro-
 phetarum quis firmior. 322.a
 Sermo viuus dicitur verbum dei
 quod est Christus, ad Hæbr. quar-
 to, lec. 2. 262.b
 Seruire maiorē minori quomo-
 do dixit Apostolus de Iacob & E-
 sau, ad Romanos nono, lectione se-
 cunda. 38.a
 Seruitus est duplex, vna timoris
 & illa non competit sanctis, alia a-
 moris quæ eis conuenit, ad Roma.
 1. lec. 1. 2.a
 Seruus est nomen hypostasis vel
 suppositi quod non est assumptū à
 xpo, ad Philippen. secundo, lec. se-
 cunda. 197.a
 Essentia diuina non videbitur per
 similitudinem cum nulla eam re-
 presentare possit, primæ Corinthio. 13.
 lec. 4. 105.a
 Sodomitarum pœna temporalis,
 initium fuit æterna. 323.b
 Solicitudine triplex. 319.b
 Solicitudinem cōtrahendi in tri-
 bus Apostolus distinet, primæ Co-
 rinthio. septimo, lectione sex-
 ta, folio. 83.a
 Solicitudine aliquādo importat di-
 ligentiā quærendi quod deest, quā-
 doque anxietatem animi, ad Phil.
 4. lec. 1. 201.b
 Sors est exquisitio prouidētiæ di-
 uinæ de aliquo contingenti huma-
 no, ad Ephē. primo, lectione quar-
 ta. 173.b
 Sortibus inesse potest peccatum
 triplex, scilicet superstitio, dei tēra-
 tio, & vanitas, ad Ephesios primo,
 lec. quarta. 174.a
 Species intelligibiles sunt in in-
 tellectu possibili quando nō intel-
 ligit actum, ideo scientia acquisita
 hic, non destruetur totaliter in pa-
 tria, primæ Corin. decimo tertio,
 lec. tertia. 104.b
 Spectaculū fuerunt Apostoli mū-
 do, angelis & hominibus, primæ
 Corinthio. quarto, lectione secun-
 da. 74.a
 Sperans maxima libenter suffert
 difficilia & omnia mala libeter pa-
 ritur, ad Romanos quinto, lec. pri-
 ma. 19.b
 Sperare vel desperare de aliquo
 potest cōtingere dupliciter vel ex
 parte hominis, vel ex parte diuine
 gratiæ, ad Ephesios secundo, lect.
 prima. 176.b
 Spes viua quæ sit. 310.a
 Spes importat certā expectatio-
 nem & quandoque oritur ex causa
 humana, quandoque diuina, ad Ro-
 manos quarto, lectione tertia, fo-
 lio. 18.b
 Spes consideratur ex magnitudi-
 ne rei speratæ cū futura gloria ex-

pectatur, ad Romanos quinto, lec.
 prima. 19.b
 Spes habet duplicē certitudinē,
 vna, ex spiritu sancto, alia ex mor-
 te Christi, ad Romanos quinto, lec.
 prima. eod. b
 Spes est motus appetitus in bonū
 arduum, ad Philippen. primo, lec.
 2. 195.b
 Spes animam firmat in deo i hoc
 mūdo, qui est quasi quoddam ma-
 re, ad Hæbr. sexto, lectione quar-
 ta. 268.a
 Spiritum sanctum habere potest
 intelligi dupliciter, scilicet, rece-
 ptiuē vel dispositiuē, ad Ephē. qui-
 to, lec. 7. 190.b
 Spiritus sanctus seu spiritus Chri-
 sti nos iuuat contra infirmitatem
 præsentem & liberat à morte cor-
 porali, ad Romanos octauo, lec. se-
 cunda. 31.a
 Spiritus sanctus inquantū dicitur
 spiritus patris resuscitauit Christū
 à mortuis, ad Roma. octauo, lec. se-
 cunda. eod. b
 Spiritus sanctus docet nos & cor-
 nostrū quid agere in terris bebeamus
 vt filij dei simus, ad Roma. 8.
 lec. 3. eodem b
 Spiritus sanctus facit nobis omnia
 cooperari in bonum & quomodo
 etiam malum cedat in bonum, ad
 Roma. 8. lec. 6. 34.b
 Spiritus sanctus est nexus patris &
 filij & intellectus ex ambobus, pri-
 mæ Corinthio. primo, lec. prima.
 63.a
 Spiritus sanctus reuelauit Apосто-
 lis sapientiam & dicitur scrutator,
 primæ Corinthio. secundo, lectione
 tertia. 68.a
 Spūs sanctus est Christi 318.b
 Spiritus sanctus totus in Christo,
 in nobis per partes 336.a
 In spiritu sancti datione tria con-
 currūt. scilicet spiritus sanctus inhabitās,
 donum gratiæ & charitatis, sacra-
 mentū nouæ legis, ad Galatas ter-
 tio, lec. 2. 156.b
 Spiritus sancti fructus enumerat
 duodecim cōtra opera carnalia, ad
 Gala. 5. lec. 6. 168.a
 Spiritus sanctus dicitur signum &
 spiritus promissionis & pignus hē-
 reditatis, ad Ephesios primo, lectio-
 ne 5. 174.b
 Spiritus sanctus dicitur cōtristari
 quando contristatur ille in quo est
 spiritus sanctus, ad Ephesios quar-
 to, lec. 10. 188.b
 Spūs sanctus potest moueri ad
 tria, scilicet ad cognoscendum, lo-
 quendum, & faciendum, ad Hæbr.
 11. lec. 7. 286.a
 Spiritus quieti & modesti 315.a
 Spiritus mundi dicitur tres, scili-

INDEX.

cet inanis gloria, iracundia, & inui-
 dia, ad Galatas quinto, lectione se-
 ptima. 169.a
 Stadium dicitur à stādo, quia Her-
 cules currebat 125. passus & postea
 respirabat, primæ Corinthio. 9.
 lec. 5. 88.b
 Stare multi videntur qui cadunt.
 Et qui cadere vidētur stant, ad Ro-
 ma. 14. lec. 1. 55.a
 Stimulus carnis qui datus fuit A-
 postolo intellectionaliter de infirmi-
 tie, quæ dicitur iliaca vel concupis-
 cencia, secunda Corinthio. 12. le-
 ctione 3. 145.a
 Subditi sequuntur prælatum suū
 in duobus, in dictis & in factis, 1.
 Corin. 11. lec. 1. 92.b
 Subditus potest prælatū suū am-
 monere charitatiuē, ad Colossē.
 4. lec. 1. 212.a
 Subiectio est duplex, vna est volū-
 taria, alia inuoluntaria, ad Philip.
 2. lec. 3. 198.a
 Superbia notatur in quatuor, quā-
 do aliquis quod habet, à se & non
 à deo gloriatur se habere & cate-
 ra primæ Corinthio. quarto, le-
 ctione secunda. 73.b
 Superbia est appetitus inordina-
 tus & est radix oīm malorum, se-
 cunda Corinthio. duodecimo,
 lec. 3. 145.a
 Superborum est proprium sequi
 propriam voluntatem, quia semp
 quarunt altitudinem, ad Philip. 2.
 lec. 2. 197.a
 Surgere à dormitione & à morte
 Apostolus ammonet, ad Ephesios
 5. lec. 5. 190.a
 Surgere debemus à peccatis sicut
 Christus à mortuis, vt ulterius nō
 peccemus, ad Romanos sexto, le-
 ctione 2. 24.b
 Surgere ammonet nos Aposto-
 lus à somno, quomodo intelligatur
 de somno culpæ, ad Romanos 13.
 lectione 3. 53.b
 Suscepit Christus Iudæos & gē-
 tiles quantum nō fuisset gentibus
 promissus, tamen à prophetis fuit
 vaticinatum in quatuor locis, ad
 Ro. 15. lec. 1. 58.b
 Superfluum habere quando sit pec-
 catum. 307.b
 Superfluum naturæ & personæ
 quid eodem

T

Tabernaculum ponere in me-
 dio, quatuor modis exponi-
 tur, secunda Corinthio. sexto
 lec. tertia, 132.a
 Tabernaculi dispositio quod præ-
 cepit deus edificari in deserto, ad
 Hebræos 9. lec. 1. 273.b
 Talmuth nō q̄ Moyſes tradidit,
 sed stultas fabulas finxit, scilicet,

quoddam Adam ex alia muliere quā
 Eua demones pcreauerit, Tim.
 1. lec. 2. 223.a
 Temporalia prædicantibus debēt
 tur. 341.a
 Tempus redimere propter mul-
 ta pericula docet Apostolus, ad E-
 phesios quinto, lectione sexta, fo-
 lio. 189.a
 Tēpus differt ab æternitate, quia
 tempus variatur sicut motus. Acter-
 nitas autem est mensura rei immo-
 bilis, ad Hæbræos primo, lectione
 tertia. 253.b
 Templum dei violatur per ma-
 lā doctrinam vel per p̄ctm morra-
 le, primæ Corinthio. tertio, le-
 ctione 3. 72.a
 Tēplum dei sunt fideles & illos
 inhabitat spirituali modo, 1. Cor. 3.
 lec. 3. ibidem
 Tenebræ duplices 325.a
 Tentatur qui Christi sunt 318.b
 Tentatio probans & decipiens,
 folio. 299.b
 Tentatio omnis an sit à carne, fo-
 lio. eodem b
 Tēratio est triplex, scilicet, carnis
 demonis & vitæ præsentis, ad Hæ-
 bræos 4. lec. 3. 293.b
 Tentare est experimentum de ali-
 qua re de qua dubitatur sumere,
 primæ Thesalonicensis tertio, le-
 ctione 1. 214.b
 Tentatio humana dicitur dupli-
 citer, scilicet interior & ista est ma-
 la, & exterior quæ est bona, primæ
 Corinthio. decimo, lectione tertia
 folio. 90.a
 Tentari supra vires dupliciter cō-
 tingit, scilicet, naturaliter vel su-
 pra virtutē gratiæ, secunda Corinthio.
 1. lec. 3. 119.b
 Tentationibus qualiter congaui-
 dendum. 298.b
 Terra aquis consistit. 326.a
 Terra potest dupliciter distingui,
 scilicet in elementū & in naturam
 corporalē, ad Hæbr. primo, lectio-
 ne 5. 255.a
 Terrā fundasse in principio deū
 quomodo intelligatur, ad Hæbr. 1.
 lec. 5. ibidem
 Terrā stare in æternum & cælos
 moueri quomodo intelligatur, ad
 Hæbræos primo, lectione quinta,
 folio. ibidem
 Terror est quædam trepidatio cū
 formidine cōtrarij & differt à mo-
 ueri, secunda ad Thesalonicenses
 2. lec. 1. 219.b
 Testamentū sumitur aliquando
 pro quolibet pacto, aliquando p
 dispositione hereditatis, primæ
 Corinthio. 11. lec. 6. 97.b
 Testamentum vetus legimus ad re-
 stimonū, non ad vsum, ad Colos.

INDEX.

2. lectione 4. 208.a
 Timor habet obiecta, scilicet ma-
 lum quod quis timet fugit & illud
 à quo quis sibi malum imminere
 videt, ad Romanos octavo, lectio-
 ne tertia. 32.a
 Timor quadruplex. 337.a
 Timorem habuit Christus natu-
 ralem, non initialem. eod.a
 Timotheum commendat Apo-
 stolus in multis vbi etiam eum in-
 struit de ceteris, prima ad Timo-
 theum 1. lec. 2. 223.a
 Tradere dicitur deus aliquos ad re-
 probum sensum in quantum subtra-
 hit gratiam, ad Romanos primo, le-
 ctione 7. 8.a
 Tradidit Apostolus publicū for-
 nicarium satanę vt eum vexaret in
 corpore, primę Corinthiorum 5.
 lectione 1. 75.b
 Transgressor & præuaricator dif-
 ferunt 302.a
 In Tribulationibus peregrinari,
 folio. 318.
 Tribulatio potest considerari du-
 pliciter, vel secundum se, & sic est
 tediosa, vel comparatione ad finē,
 secundæ Corinthiorum primo, le-
 ctione tertia. 116.b
 Tribulationes Apostoli & si pro-
 pter deum sustinuerunt nō minus
 tamen ad excitandum fideles ad pa-
 tientiam, pro eis se passos dicebat, se-
 cundæ Corinthiorū primo, lectio-
 ne tertia. ibidem
 Tribunali consueverunt homines
 in quatuor, secundæ Corint. 4. le-
 ctione 3. 126.a
 Tribunal Christi dicitur eius iudi-
 ciaria potestas, & quomodo ante
 eum sistentur omnes gentes, ad
 Roma. 14. lec. 1. 55.b
 Tributa damus in signum subie-
 ctionis & quare sacerdotes non de-
 beat dare, ad Romanos decimoter-
 tio, lectione 1. 52.a
 Tristitiam habuit Apostolus pro-
 pter ruinam Iudæorum & quomo-
 do tristitia est in sapientibus, ad Ro-
 manos 9. lec. 1. 36.b
 Tristitia est duplex, scilicet qua a-
 liquis totaliter absorbetur & iero-
 to modo tristatur, secundæ Corin-
 2. lec. 2. 121.b
 Tristari pro mortuis quis potest
 moderatè tamen, primæ ad Theff.
 4. lec. 2. 215.b
 Tronus est sedes regalis, sed ca-
 thedra magistralis tribunal iudicis
 ad Heb. 1. lec. 4. 254.a
 Tronus est duplex, scilicet iustitię
 in futuros & gratiæ in presentibus, ad
 Heb. 4. lec. 3. 263.b
 Tuba dicitur xps, quia omnibus
 erit manifestum ad iudicium & clā-
 gitur ad solennitatem, ad pugnam,

& ad mouendum castra, primæ Co-
 rint. 15. lec. 8. 116.a
 Turpido consistit in tactibus
 turpibus & amplexibus & oscu-
 lis libidinosis, ad Ephesios quinto,
 lectione secunda. 189.a

V

V Anum dicitur quod nō habet
 firmitatē, & quomodo aliqui
 euauerūt in cogitationibus suis,
 ad Romanos primo, lectione se-
 ptima, folio. 7.a
 Vasis homines comparatur pro-
 pter quatuor causas, in prologo,
 ad Romanos 1. 1.
 Vestigal dicitur à vehēdo, quia
 hæc de quibus datur vehuntur, ad
 Roma. 13. lec. 1. 52.b
 Velamen debet habere mulier
 quando orat propter angelos, pri-
 mæ Corint. 11. lec. 3. 94.a
 Vel tamen scripturarum dicitur
 obscuritas figurarum quę per xpm
 euacuata est, secundæ Corinthio. 3.
 lec. 3. 124.a
 Velamen dicitur dupliciter appo-
 ni, scilicet rei visę vt nō possit vi-
 deri, aut apponitur videnti ne vi-
 deat, secundæ Corinth. tertio, lec-
 tione tertia. eodem a
 Velle deum omnia propter boni-
 tatem suam non intelligitur, ad Ephe-
 sios 1. lec. 1. 172.b
 Velle aliquid deum dupliciter po-
 test intelligi videlicet de volūtate
 beneplaciti, aut de volūtate signi,
 primæ ad Timotheū secundo, lec-
 prima. 224.b
 Velle habet aliquid de tuo, quia de
 potestate tua est velle vel nolle, i-
 deo dicitur meritorū vel demeri-
 toriū ad Colossen. tertio, lectione
 quarta. 211.a
 Venialia quando quę consistenda,
 folio. 309.a
 Venti quatuor mundo afflantes,
 folio. 304.a
 Verbum inritum, creatum & in-
 creatum. 300.b
 Verbo portare virtutis suę om-
 nia, quomodo dicitur deus, ad He-
 braeos 1. lec. 2. 252.b
 Verbum exterius loquentis nō est
 causa sufficiens fidei nisi hominis
 cor attrahatur virtute dei loquen-
 tis, ad Romanos decimo, lectione
 secunda, folio. 42.b
 Verbum crucis pereuntibus stul-
 titia est credentibus dei sapiētia &
 virtus, primæ Corinthiorū primo,
 lec. 3. 65.a
 Verbum dicitur quod procedit vt
 conceptus ab intellectu, & sic spiritus
 sanctus non dicitur verbū quia
 non procedit vt conceptus ab intel-
 lectu, ad Heb. primo, lectione se-

cunda. 251.b
 Verbum carnem factum cogno-
 scere per simplicem fidem est satis
 facile, sed verbū apud deū excedit
 omnem sensum, ad Heb. 5. lec. se-
 cunda. 262.b
 Verbū dei est ipse conceptus dei
 quo seipsum & alia intelligit, ad
 Heb. 1. lec. 2. 252.b
 Veritatem dicentes ab hominib⁹
 odio habentur, quia veritas odium
 parit, ad Galatas quarto, lectione 4.
 folio. 163.a
 Veritas importat adæquationem
 rei ad intellectū & diuersimodē ad
 intellectum nostrū & intellectum
 diuinū, ad Romanos tertio, lectio-
 ne 1. 13.b
 Verum in rebus diuinis dupliciter
 aliqui percipiunt, scilicet aut per si-
 dem aut per lumen sapientię, ad Ti-
 tum 3. lec. 1. 248.b
 Vetus dicitur macula seu reatus
 peccatorum actualium seu consue-
 tudo peccandi, ad Romanos sexto,
 lec. 2. 24.b
 Vetus homo dicitur interior & ex-
 terior, qui subiicitur vetustati quan-
 tum ad animam & quantum ad cor-
 pus, ad Ephesios quarto, lectione se-
 prima. 187.a
 Videbunt in extremo iudicio san-
 cti diuinitatem, mali solū gloriā
 carnis, 1. ad Timotheū sexto, lectio-
 ne tertia. 234.b
 Videre hęc, vt Apostolus dicit in
 speculo & in enigmate quomodo
 intelligat, vide pulchra, primę Co-
 rinth. 13. lec. 4. 105.a
 Vir debet diligere vxorem qua si
 diligit eam ipsa plus amat eum, ad
 Ephe. 5. lec. 8. 191.a
 Vir tripliciter coniungitur vxori,
 scilicet per dilectionē, cōuersatio-
 nem, & carnalem cōiunctionē, ad
 Ephesios 5. lec. 10. eodem b
 Vir est perfectior muliere, non so-
 lum quantum ad corpus, sed etiam
 quantum ad animę vigorem, 1. Co-
 rint. 11. lec. 1. 93.a
 Vir non debet dimittere vxorem
 nisi causa fornicationis quomodo
 excipiantur septem cause, 1. Corin-
 7. lec. 2. 81.a
 Vir non debet velare caput suum,
 sed mulier, primæ Corinthiorū. 11.
 lec. 2. 93.b
 Vir non debet nutrire comā, sed
 mulier, primæ Corinthiorum. 11. le-
 ctione. 2. eodem b
 Viri debēt docere mulieres & nō
 econuerso, primæ ad Timotheū. 2.
 lectione 3. 226.b
 Virga vtitur pastor non gladio,
 vtitur etiā ea infirmus, ad Hebra-
 1. lec. 4. 254.a
 Virginitas nō cadit sub præcepto

INDEX.

sed cōmēdatur & dignificatur ex
 auctore & dignitate, 1. Corinthio.
 7. lec. 5. 82.a
 Virginitas commendatur & ma-
 gnis rebus comparatur & angelis
 parificatur, primæ Corinthio. 7. le-
 ctione 5. ibi. b
 Virtutes Theologicę quę sunt &
 quomodo subordinentur, & de a-
 liis virtutibus, primæ ad Timor. 1.
 lectione 2. 223.
 Virtutes quatuor sunt quę necesse
 sarię sunt ad bene viuēdum, & ad
 æternam vitam promerendam, 2.
 Corint. 6. lec. 2. 131.a
 Virtutes diuinę, proprium est per
 collationem spiritus sancti & sancti-
 re homines, ad Romanos primo,
 lectione 3. 4.a
 Visio est multiplex, scilicet cor-
 poralis, spiritualis, æternalis, mo-
 mentanea, primæ Corinthiorum
 nono, lectione 1. 86.a
 Visio est eorum quorum effectus
 aliquando sunt occulti, sed quādo
 cum visione habetur significatio,
 tūc est reuelatio, secundæ Cori. 12.
 lect. 1. 143.a
 Visio est triplex, scilicet, corpora-
 lis, spiritualis & intellectualis secū-
 da Corinthiorum duodecimo, le-
 ctione 1. eodem b
 Visio dei per essentiam fit per lu-
 men aliquod, scilicet, p lumen glo-
 rię, secundæ Corinthiorum duode-
 cimo, lec. 1. eodem
 Visio in fruitione. 332.b
 Visus est dignior aliis sensibus &
 nobilior, spiritualior, & plura de-
 monstrat, primæ Corinth. 12. lectio-
 ne 3. 101.b
 Via veritatis in duobus consistit,
 folio. 323.a
 Videns & credens fit ne beator
 credente & non vidente 328.a
 Vigilandum multis 318.a
 Vincere mundum dupliciter cō-
 tingit. 337.b
 Vita præfens & futura, vt statere
 dua. 306.b
 Vita i homine est duplex, scilicet
 vita naturę & vita iustitię, prima
 est ab anima, scđa verò per deum,
 ad Galatas 3. lec. 4. 158.a
 Vitare aliquādo aliquos iubet ec-
 clesia ne infirmi seducantur, vel vt
 peccantes corrigantur, 2. ad Theff.
 tertio, lec. 1. 221.b
 Viuere neminem nosse secundū
 carnem ait Apostolus, & quomo-
 do xpm secundum carnem noue-
 rit, pulcherrima valde, 2. Corin. 5.
 lec. 4. 129.a
 Viuere proprię dicuntur illa quę
 mouentur à principio inritinico,
 ad Galatas scđo, lectione sexta, fo-
 lio. 155.b

Viuere quomodo dicebatur, qui
 spiritualiter viuēbāt i lege, ad Ga-
 latas 3. lec. 4. 158.a
 Viui non prius forridentur conso-
 lationem ex aduētū Christi quam
 mortui, primę ad Theffaloniceſes
 4. lec. 2. 216.a
 Vnctio extrema à meliori p̄stita
 sacerdote efficacior dicitur, 308.b
 Vnctionis sacramētum iterabile
 folio. 305.a
 Vnctionis sacrę & baptismi que
 fit aliud & aliud oleum eodem a
 Vnctionis sacrę ortus eodem a
 Vnctas est Christus vnctione spi-
 rituali qua vnctione repletus est
 spū sancto, ad Heb. primo lectio-
 ne 4. 254.b
 Vnitas est duplex, scilicet ad faci-
 endū malum & illa est carnis, alia
 est spūs, ad Ephesios quarto, lectio-
 ne prima. 184.a
 Vnum esse dominum, vnam fidē,
 vnum baptisma, & vnum deū, quo-
 modo intelligatur, ad Ephesios 4.
 lec. 2. ibidem a
 Vnus deus dicitur, ppter naturā
 diuinitatis, vnus creator propter
 infirmitatem potestatis, & multa
 pulchra de vnitate notantur, 1. Co-
 rint. 8. lec. 2. 85.b
 Vnix te deus deus tuus, quare re-
 petatur deus, ad Hebraeos primo,
 lectione 4. 254.b
 Vocat deus hominē exterius per
 prædicationem, interius per mētis
 reuocationem, ad Romanos 8. le-
 ctione 6. 35.a
 Vocat deus gratis homines & si-
 ne pœnitentiā laluar, ad Romanos
 11. lectione 4. 46.b
 Voluit Paulus omnes homines ef-
 fe sicut ipse erat volunrate antee-
 denti & non cōsequenti, 1. Corint.
 7. lectione 1. 81.a
 Voluntas dei duplex. 327.a
 Voluntas dei consequēs quid est
 folio. eodem a
 Voluntas dei non habet causam,
 sed est prima causa omnium, ad Ephe-
 sios 1. lec. 1. 172.a
 Volūtas & intellectus distinguū-
 tur penes distinctionem veri & bo-
 ni, ab Hebraeos vndecimo, lectio-
 prima. 282.a
 Voluntatis humanę mor⁹ ad duo
 tēdit, scilicet, ad vitam & honorē,
 ad Philip. 2. lec. 2. 197.b
 Voluptas in rebus cur humanum
 appetitum non fatiat 310.a
 Effectus sunt causę voluntatis di-
 uinę ex parte voliti, ad Ephesios 1.
 lec. 1. 172.a
 Vnūque vnum Christum fecisse,
 scilicet populum Iudaicum & Gē-
 tilem, nota pulcherrima, ad Ephe-
 2. lec. 5. 178.b

Vxor diligenda est sicut propria
 caro, qui eam odit facit contra na-
 turam ad Ephesios quinto, lectio-
 ne nona. 191.a
 Vxori suę adherere & patrem &
 matrem relinquere, quomodo in-
 telligatur, ad Ephesios quinto, le-
 ctione decima. eodem b

X

Quomodo intelligatur Chri-
 stus scđm quod homo, est si-
 lius dei, ad Romanos primo,
 lectione tertia. 3.b
 Vtrum Christus secundum quod
 est, sit persona, & quomodo intel-
 ligatur quę suscepit & quod susce-
 pit esse vnam personam, ad Roma-
 1. lec. 3. eodem b
 Christus factus dicitur sub lege
 ceremoniali & morali, nos autem
 solū morali, ad Romanos sexto,
 lectione 3. 25.a
 Christus significat personam præ-
 dicatiuē ratione humanę naturę
 1. Corin. 11. lec. 1. 92.b
 Christi inimici dicuntur esse sub
 potestate eius in quantum p ipsum
 conuertuntur, primę Corinthiorū
 15. lectione 3. 112.b
 Christus non statim subiicit sibi
 inimicos suos, sed facit cum scđo
 apparuerit, primæ Corinthiorū 15.
 lectione 3. eodem b
 Christus dicitur nouissimus, quia
 Adam iduxit primum statum qui
 dicitur culpa, Christus aut glorię,
 primæ Corinthiorū decimoquin-
 to, lec. 7. 115.b
 Christus dicitur celestis, quia di-
 uina natura fuit vnica humanę na-
 turę, primæ Corinth. 15. lectione
 7. ibidem b
 Christo debemus nos conforma-
 re quantum ad gratiam, & quantum
 ad gloriam certo modo, primę Co-
 rint. 15. lec. 7. eodem b
 Christū venisse secundum carnē
 quomodo Apostolus primò intel-
 lexit, postea autē se correxit.
 2. Corint. 5. lec. 4. 129.a
 Christus nō habuit corpus fanta-
 sticū vt Manichęus dicebat ad Ro-
 manos 9. lec. 1. 37.a
 Christus nō attulit corpus suū de
 cęlo vt Valentinus dicebat. ibidē
 Christus fuit idem filius dei qui
 & filius hominis cōtra Nestoriū,
 folio. eodem
 Christus fuit minor patre quātū
 ad humanitatem. eodem
 Christus maximam charitatem
 ostendit in eo quod pro inimicis
 mortuus fuit, ad Romanos quinto,
 lec. secunda. 20.a
 Christus est caput nostrū & nos
 sumus eius membra, ad Romanos
 12. lec. 2. 49.a

INDEX

Christus dicitur caput gēitum & quomodo certā pphetiā de voca-
tione gētilium intelligatur, ad Ro-
manos 15. lec. 1. 58. b

Christus est vna persona & hypo-
stasis in vtraque natura cōsistēs, 1.
Corint. 2. lec. 2. 67. b

Christus dicitur vir vnus, quia sin-
gularis quātum ad modum conce-
ptionis, natiuitatis & gratiā pleni-
tudinis fuit, secundā Corinthiorū
11. lectione 1. 139. b

In Christo esse contingit duplici-
ter, aut per fidei sacramentum aut
per charitatē, secundā Corinthio-
rum 12. lec. 1. 143. a

Christo quantō quis plus tribu-
latur, tantō pximior sibi vt vincat
existimatur, secundā Corinthiorū
12. lec. 3. 145. b

Christus fuit minister circuncisio-
nis ad confirmandas patrū pmissi-
ones, ad Galatas 3. lec. 6. 159.

Christus est deus & homo & est
compositus ex anima & corpe se-
cundum autem quod deus est, pa-
trem habet, ad Ephesios primo, le-
ctione sexta, 172. a

Christus tripliciter fuit exaltatus
super omnia, ad Ephesios primo, le-
ctione 7. 175. a

Christus deus omnia subiecit pe-
dibus eius & dedit eū caput eccle-
siæ, ad Ephesios 1. lec. 8. 176. a

Christus dicitur verbum dicitur
filius, & dicitur imago, ad Philip. 2.
lectione 2. 197. a

Christus humanatus non euacua-
uit se diuinitate, sed nouo modo
incepit esse in humanitate, ad Phi-
lip. 2. lec. 2. 197. a

In Christo est duplex natura & v-
num suppositum & est verus deus
& non est sibi data eminentia crea-
tura, & similitudo diuinitatis con-
tra Fotinum, ad Philippenfes 2. le-
ctione tertia. 297. b

Christo subiicimur duobus modis
in executione operis & in cōfessio-
ne oris, ad Philip. 2. lec. 3. ibid.

Christus semper habuit notitiam
de omnibus nō autem alii sancti,
ad Philip. 2. lec. 4. 198. a

Christus dicitur primogenitus,
quia est principium creaturæ, ad
Coloss. 1. lec. 4. 204. b

Christus & ecclesia est vna perso-
na mystica cuius caput est Christus,
ad Colof. 1. lec. 6. 206. a

Christus nō venit in mundum vt
rolleret seruitutem temporālē, ad
Titum 2. lec. 2. 248. a

Ante Christum, quantumcūque
essent iusti, omnes erant sub dāna-
tione, ad Tit. 2. lec. 3. 147. b

Christus docuit nos abiicere im-
prietatem & secularia desideria, ad
Titum 2. lec. 3. eodem. b

Christus dicitur deus magnus su-
per omnes deos, quia splendor, qa
verbum & dominus, ad Hæbræos
in prologo, 251. b

Christus commendatur à cōsub-
stantialitate cōternitate & equali-
tate, ad Hæbræos primo, lectione
secunda, 252. b

Christus quod habuit ex natura
qua deus est meruit per passionē
in natura assumptam, ad Hæbræ. 1.
lec. 2. 252. b

Christus fuit minor angelis quā-
tum ad carnis infirmitatem, maior
autē quantum ad gratiā plenitudi-
nem, ad Hæbræos primo, lectione
tertia, 253. b

Christum esse deum excedit om-
ne meritum, sed per passionē me-
ruit, & quod manifestaretur vbiq;

esse deū, ad Hæbræos primo, lectione
quarta, 254. b

Christus est causa salutis & pater
est consummator ipsius & p pas-
sionem nos adducit ad æternā hæ-
reditatem, ad Hæbræos secundū, le-
ctione 3. 258. a

Christus fuit dignior Moyle &
Aaron, quia fuit pontifex & sacer-
dos, ad Hæbr. 3. lec. 1. 239. b

Christus ab instanti cōceptionis
suar fuit perfectus & cōsummatus
quantum ad animam, ad Hæbr. 5.
lectione 2. 265. a

Christus dicitur sacerdos in æter-
num, quia nūquam finietur neque
succesorem patietur, ad Hæbr. 7.
lectione 1. 268. b

Christus dicitur minister, qa mi-
nistrat sacramēta gratiæ in præsen-
ti & gloriæ in futuro, ad Hæbr. 8.
lectione 1. 272. a

Christus seipsum p nobis obtu-
lit qui est agnus sine macula, nō a-
liena, ad Hæbræos octauo, lectione
prima, eodem a

Christus dicitur pontifex & quo-
modo semel intrauit per sanguinē
in sancta sanctorum, ad Hæbr. 9
lectione 3. 275. a

Ad Christum accedere ab Apo-
stolo iubemur extra castra, & ei of-
ferre oblationem quo ad deū, mi-
serationem quoad proximum, ad
Hæbr. 13. lectione 2. 293. a

Z Elari & amulari significant a-
morem alicuius rei & quomo-
do charitas non amulatur, 1. Cor.
14. lectione 1. 105. b

Zelus quadruplex, 305.

FINIS.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ET
domino, domino Ioanni de Bus, Antistiti Meldensi, conseruatorique
priuilegiorum Parisina academia dignissimo, ac mæcenati
suo liberalissimo F. Iacobus Al-
bertus Castrensis
S. D.



Antiquitas antistes præstantissime quod cunctis venerandum esse vo-
lebat numini cuidam dedicabat, vt vel religio hoīm petulantiam de-
terreret ab iniuria. Et hoc tandem demigravit ad studia, vt si quid no-
ui operis pararetur editioni celebri cuidam personæ dedicaretur. Et
id tot iam seculis receptum est, vt aduersus rationis exactores sola sufficiat per-
scriptio. Hoc medio deterrentur inuidi, & res celebrior amabiliorque redditur.
Hoc me mouet vt omnes meos labores quos foues in studiis tibi cōsacrem, sub
tua protectione ab inuidorum caninis morsibus tuendos. At vt dicit Ecclesia.
Cū nil sit sub sole nouum & scribendorum librorum nullus sit finis, (vt factō
hoc nostrum testatur seculum) mihi perclarius esse fascinus videtur veterum au-
thorum monumenta scribarum temeritate colapsa restituere, quā noua cude-
re volumina. Inter antiquos autem Latinos orbis doctores, vix alium digniorē
arbitror esse, quā diuum Thomam Aquinatem, circa cuiusquam contumeliā
dixerim. Sit linguarum, peritior Hieronymus. Sit in quæstionum nodis explicā-
dis, & scripturis interpretandis, extēsiō Augustinus. Sit in sermonibus, dulcior
Bernardus. In moribus suadendis, copiosior Gregorius. Excelluerint alii multi
suis quique singularibus dotibus, sed quem mihi dabis? Qui pari sinceritate sa-
crarū scripturarum, & omnium pene scientiarum difficiles tractarit, ac resolu-
erit quæstiones? Qui pari sinceritate sacras tractant literas? Qui cautius vitarit su-
specta dogmata? Ipsaque tam apparenter impugnaverit errantium hæreticorū,
argutias soluerit. Lege eum in summa, in qua quæstiones de deo, de angelis, de
hoīe de anima, de moribus, de Christo, de sacramentis, de statu futuro. Tum bo-
norū, tum malorum, lege eum in sacris, & in aliis eius scriptis. Certē omnia oīm
hæreticorum etiā modernorum reperies soluta argumenta, ita vt spiritu diuino
prophético illustratus fuisse videatur futuros præueniens hæreticos. Lege eum
in epistolis Paulinis, in quibus verē Thomas, id est, abyssus fuit & post illum le-
gito alios modernos, siue Erasmus, quem valde amas propter eloquentiā qua
pollet, & linguæ ornatum, siue alios modernos quosque, videbis, si quid boni di-
cant hoc antē dixisse Thomam. Fucce quodam verborum nouum apparere fa-
cientes, quod nec nouum, nec aliud est. Hunc igitur dignissime præsul in Paulū
accipe Thomam, cum nouellis scholiis ad facilem certarum materiarum memo-
riam nouiter adiectis à te enutrito labore, & mihi crede quantum te delectarunt
humanarum scripturarum studia, tantum ea abhorrebis, à sacris (quibus iam al-
lectus es & in illis studiosus effectus) diuina & superna delecta-
tione soporatus. Accipe igitur tui Alberti studia, & quem
fouisti & amasti, foue & ama.
Vale.

Angelici doctoris sancti Tho-

MÆ DE AQVINO IN EPISTOLAS SANCTI
PAVLI COMMENTARIA FOELICITER
INCIPIUNT.



VAS ELECTIO^{nis}, &c. Act. 9. Homines in sacra scriptura inueniuntur vasis comparati propter quatuor, scilicet, propter constitutionē, repletionē, vsum, & fructum. Primo enim quantum ad constitutionem: vas enim artificis arbitrio subiacet. Hieremię 18. Fecit illud vas alterum sicut placuerat ei, &c. Sic & constitutio hominum subiacet dei arbitrio de quo in Psal. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Vnde Esa. 45. dicit: Nunquid dicit lutum figulo suo quid facis? Et infra 9. capite ad Rom. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Et inde est quod secundum voluntatem dei artificis diuersa inuenitur vasorum constitutio. 2. Thimo. 2. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea, & fictilia. Beatus autem Paulus quia vas electio^{nis} nominatur in verbis propositis quale vas fuerit patet, q̄ dicitur. Eccles. 5. Quali vas auri solidum ornatū omni lapide pretioso. Aureū quidē vas fuit p̄pter fulgorē sapientię: de qua potest intelligi quod dicitur Prouer. 3. Pretiosior est cunctis opibus. Vnde & beatus Petrus testimonium perhibet ei, dicens. 1. Petr. 3. Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Solidum quidem fuit virtute charitatis: de qua dicitur Cant. vlt. Fortis est vt mors, dilectio. Vnde & ipse dicit Rom. 8. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita: &c. poterunt nos separare à charitate Dei. Ornatū autem fuit omni lapide pretioso, scilicet, omnibus virtutibus de quibus dicitur prima Corinth. 3. Si quis superedificat supra fundamentum hoc aurum, argentū, lapides pretiosos, &c. Vnde & ipse dicit 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est testimoniu^m conscientiarū nostrarū, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mūdo. Quale autē fuit vas talia propinavit: docuit enim excellentissimē diuinitatis mysteria, quæ ad sapientiam pertinent, vt patet, 1. Cor. 2. Sapientiā loquimur inter perfectos. Commendauit etiā excellentissimē charitatē, 1. Cor. 13. Instruxit homines de diuersis virtutibus, vt patet Col. 3. Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordię, &c. Secūdo etiā ad vasa pertinere videtur, vt liquore aliquo impleatur secundū illud. 4. Reg. 4. Illi offerrebāt vasa & illa infundebat. Inuenitur etiā inter vasa diuersitas quarū ad huiusmodi plenitudinē. Nam quædam inueniuntur vasa vini, quædam olei, & diuersa diuersi generis, sic etiam & homines diuersis gratiis quasi diuersis liquoribus replentur diuinitus. 1. Corin. 12. Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij, &c. Hoc autē vas de quo nūc agitur plenu^m fuit pretioso liquore, scilicet, nomine Christi, de quo dicitur. Cāti. 1. Oleum effusum nomen tuum. Vnde dicitur. Vt portet nomen meum. Torus enim videtur fuisse hoc nomine plenus: secundum illud Apoca. 3. Scribam super eum nomen meum. Habuit enim hoc nomen in cognitione intellectus secundū illud. 1. Corin. 2. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos nisi Christum. Habuit etiam hoc nomen in dilectione affectus secundum illud Roma. 8. Quis nos separabit à charitate Christi. 1. Corin. vlti. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum sit anathema: habuit etiam ipsum in tota vitæ suæ conuersatione. Vnde dicebat Gal. 2. Vivo autem iam non ego, viuunt verò in me Christus. Tertio quantum ad vsum considerandum est q̄ omnia vasa alicui v^{su} deputantur, sed quædam honorabiliorem quædam ad vilio^{rem} secundū illud Roma. 9. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidē vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Sic etiā homines secundum diuinam ordinationem diuersis v^sibus deputantur: secundū illud Eccl. 33. Omnes homines de solo & ex terra: vnde & creatus est Adam. In multitudine disciplinæ domini separauit eos, & immutauit vias eorū, ex ipsis benedixit & exaltauit, maledixit & humiliauit. Hoc autem vas ad nobilem vsum est, deputatū est enim vas portatorium diuini nominis. Dicitur enim vt portet nomen meum, quod quidem nomen necessariū erat portari, quia longē erat ab hominibus secundū illud Esa. 30. Ecce nomen domini venit de longinquo. Est autem nobis longinquum propter peccatum secundū illud Psal. 118. Longē à peccatoribus salus. Est etiam longinquum nobis propter intellectus obscuritatē. Vnde & quibusdā dicitur. Heb. 11. quod erant à longē aspicientes. Et Nume. 24. dicitur. Videbo eum, sed non modò, intruebor illum, sed non prope. Et ideo sicut angeli diuinas illuminationes ad nos deferunt tanquam à Deo distantes, ita apostoli euāgelicam doctrinā ad nos detulerunt, & sicut in veteri testamento post legem Moy^{si} legūtur prophete, qui legis doctrinā populo tradebant secundum illud. Mat. vlti. Memento te legis Moy^{si} serui mei, ita etiā in nouo testamento post euāgelium legitur apostolorū doctrina, q̄ ea q̄ à domino audierūt tradiderūt fidelibus secundū illud. 1. Cor. 11. Accepi à domino quod & tradidi vobis. Portauit autē beatus Paulus nomen Christi. Primo quidē in corpore, conuersationem & passionem eius imitando secundum illud Gal. vlt. Ego enim stigmata Christi Iesu in corpore meo porto. Secundo in ore, quod patet in hoc q̄ in epistolis suis frequentissimē Christum nominat. Ex abundantia enim cordis os loquitur, vt dicitur Mat. 12. Vnde potest significari per columbā, de qua dicitur Gene. 8. Quod venit ad arcam portās ramum oliuæ in ore suo. Quia enim oliua misericordiam significat, congruē per ramum oliuæ accipitur nomen Iesu Christi, quod etiā misericordiam significat, secundum illud Mat. 1. Vocabis nomē eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. Hunc autē ramum vitentibus folijs detulit ad arcā, scilicet, ecclesiā: quando eius virtutem & significationē multipliciter expressit, Christi gratiā & misericordiā ostendendo. Vnde iste dicit. 1. Thimo. 1. Ideo misericordiā consecutus sum, vt isti me primū ostendēret Iesus Christus omnem patientiam. Et inde est q̄ sicut inter scripturas veteris testamenti, maximē frequentantur in ecclesia psalmi Dauid, qui post peccatum veniam

obtinuit: ita in nouo testamento frequentantur epistolę Pauli qui misericordiam consecutus est, vt ex hoc peccatores ad spem erigatur, quauis possit & alia ratio esse, quia in vtraque scriptura ferē tota theologia continetur doctrina. ¶ Tertio portauit non solum ad presentes, sed etiā ad absentes & futuros scripturę ipsum tradendo: secundum illud Esaię. 8. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. In hoc autem officio portandi nomen dei, ostenditur eius excellentia quantum ad tria. ¶ Primò quidem quantum ad electionis gratiam: vnde dicitur vas electionis, Ephe. 1. Elegit nos in Christo ante mundi cōstitutionem. ¶ Secundò quantum ad fidelitatem, quia nihil sui quassuit, sed Christi: secundum illud. 2. Corin. 4. Non enim nosmetipsos predicamus, sed Christum Iesum. Vnde dicit vas electionis est mihi. ¶ Tertio quantum ad singularem excellentiā: Vnde ipse dicit. 1. Cor. 15. Abundantius illis omnibus laboraui. Vnde signanter dicit. Vas electionis est mihi, quasi prę aliis singulariter. ¶ Quantum ad fructum cōsiderandum est q̄ quidam sunt quasi vasa inutilia, vel propter peccatū vel propter errorem, secundum illud. Hierem. 51. Reddidit me quasi vas inane. Sed beatus Paulus fuit purus à peccato & errore: vnde fuit vas electionis vile secundum illud. 2. Tim. 2. Si quis emūdauerit se ab istis: scilicet erroribus & peccatis erit vas in honorem sanctificatum vile domino. Vnde vtilitas siue fructus huius vasis exprimitur cum dicitur, Coram Gentibus, quarum doctor fuit secundum illud. 1. Tim. 2. Doctor Gentū in fide & veritate. Et regibus quibus fidē Christi annunciauit sicut Agrippę, vt habetur. Act. 16. Et etiam Neroni & eius principibus. Vnde dicit Phil. 1. Quę circa me sunt magis ad profectū venerunt euāgelij: ita, vt vincula mea manifesta fierēt in Christo in omni pretorio. Esa. 49. Reges videbūt & confurgent principes. Et filii Israel: contra quos de Christo disputabat. Act. 9. Saulus autem magis conualefcebat & confundebat Iudęos qui habitabāt Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. ¶ Sic igitur ex verbis pręmissis possumus accipere quatuor causas huius operis, scilicet, epistolarum Pauli, quas prę manibus habemus. Primò quidem auctorem in vase. Secundò materiam in nomine Christi quę est plenitudo vasis: quia tota doctrina hęc est de doctrina Christi. Tertio modū seu formā in vsu portationis. Traditur enim hęc doctrina per modum epistolarum quę per nuncios portari consueuerunt secundum illud. 2. Para. 30. Perrexerunt cursores cum epistolis ex regis imperio, &c. Quarto distinctionem operis in vtilitate prędicta. Scripsit enim. 14. epistolas quarū nouem instruant ecclesiam Gentium: quatuor pręlatos & principes ecclesię. i. reges: vna populum Israel, scilicet, quę est ad Hebrę. 1. Est enim hęc doctrina tota de gratia Christi, quę quidē potest tripliciter considerari. Vno modo secundum q̄ est in ipso capite, scilicet Christo, & sic commendatur in epi. ad Heb. Alio modo secundū q̄ est in membris principalibus corporis mystici, & sic cōmendatur in epistolis quę sunt ad pręlatos. Tertio modo secundum q̄ in ipso corpore mystico quod est ecclesia: & sic cōmendatur in epistolis quę mittuntur ad gētiles: quarum hęc est distinctio. Nam ipsa gratia Christi tripliciter potest considerari. Vno modo secundū se & sic commendatur in epistola ad Ro. Alio modo secundum quod est in sacramentis gratiæ: & sic cōmendatur in duabus epistolis ad Cor. In quarum prima agitur de ipsis sacramentis. In secunda de dignitate ministrorum. Et in epi. ad Gala in qua excludūtur superflua sacramenta contra illos qui volebant vetera sacramenta nouis adiungere. Tertio cōsideratur gratia Christi secundum effectū veritatis quem in ecclesia fecit. ¶ Agit ergo Apostolus primò quidem de institutione ecclesię vnitatis in epistola ad Ephe. Secūdò de eius cōfirmatione & profectu in epi. ad Phi. Tertio de eius defensione contra errores quidem in epist. ad Col. Contra persecutiones vero presentes in 1. ad Thes. cōtra futuras vero, & pręcipuē tēpore antichristi in 2. Pręlatos vero ecclesię instruit & spirituales & tēporales. Spirituales quidē de institutione, instructione & gubernatiōe ecclesiastica vnitatis in primā ad Tim. de firmitate cōtra persecutores in secūda. Tertio de defensione cōtra hæreticos in epist. ad Tit. Dominos verò tēporales instruit in epistola ad Philemonē. Er patet ratio distinctionis & ordinis omniū epistolarum. ¶ Sed videtur q̄ epistola ad Ro. non sit prima: prius enim videtur scripsisse ad Cor. secundum illud Ro. vlti. Cōmendo vobis Pheben quę est Chenctris, vbi est portus Corinthiōrū. Sed dicendum q̄ epistola ad Cor. prior est tēpore scripturę, sed epistola ad Ro. pręmittitur tū propter dignitatē Romanorū q̄ aliis gētibz dominabatur, quia hic cōfutabatur superbia, quę est initiū omnis peccati, vt dicitur Eccle. 10. Tum quia etiam hoc exigit ordo doctrinę vt prius gratia consideretur in se quā in sacramētis. ¶ Item quęritur vnde Apostolus hanc epistolam scripsit. Aug. dicit quod de Athenis. Hieronimus quod de Corintho. Nec est contradictio, quia fortē Athenis incepit eam scribere, sed Corinth. cōsummavit. Item obiicitur cōtra id quod in glōsa dicitur quod aliqui fideles antequam Petrus Romanis prædicauerunt. In ecclesiastica verò historia dicitur quod Petrus primus prædicauit eis. Sed intelligēdum est primus inter apostolos, & cum sequela magnificus: ante vero prædicauerat Romę Barnabas: vt habetur in itineraio Clementis. Cap. 1.

Quatuor causas epistolarum Pauli.

Distinctio omnium epistolarum Pauli ex diuerso modo de se habendi gratia Christi.

Gratia Christi tripliciter consideratur.

Paulus seruus IESU CHRISTI, vocatus Apostolus segregatus in euangelium Dei. ¶ Hęc epistola in duas partes diuiditur. s. in salutationē, & epistolarem tractatū, qui incipit ibi. [Primū quidem gratias, &c.] Circa primū tria facit. Primò describitur persona salutans. secundò salutarię, ibi [Omnibus qui sunt Romę.] tertio salus optata, ibi [Gratia vobis &c.] Circa primum duo facit. Primò enim describitur persona authoris. secundò cōmendatur eius officium, ibi [Quod antē promiserat, &c.] Persona autē scribentis describitur à quatuor. primò quidem ex nomine cum dicit, Paulus. Circa quod tria cōsideranda sunt. primò quidē proprietates eius. Hoc enim nomē serui, quod his literis describitur nō potest Hebraicū esse: quia apud Hebræos non inuenitur hoc elementum P. Sed potest esse Gręcū & Latinum, si tamen aliquod elementum ei propinquū sumatur id quod est P, potest esse Hebræum. ¶ Secundò cōsideranda est eius significatio: secundū enim q̄ potest Hebręum esse, idē est quod mirabilis vel electus: secundū autem quod est Gręcū, idē est quod quietus: secundū vero quod est Latinū, idē est quod modicus. Et hęc quidem ei cōueniunt. Electus quidē fuit quantum ad gratiā. Vnde Act. 9. Vas electionis est mihi iste. Mirabilis fuit in opere. Eccl. 43. Vas admirabile opus excel. Quietus in cōtemplatione. Sapi. 8. Intrans in domum meā conuiescā cum illa. Modicus per humilitatē. 2. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorum. ¶ Tertio cōsiderandū est quādo sit hoc nomē apostolo impositum cum tamē ante Saulus vocaretur, vt habe-

tur. Act. 9. Circa hoc triplex est opinio. Hier. dicit q̄ cū prius vocaretur Saulus, postmodum voluit vocari Paulus propter quoddā insigne suū quod fecit. s. quia conuertit Sargiū Paulū proconsulē: vt habetur Act. 9. Sicut & Scipio dicitur esse africanus quia deiecit Africā. Alij verò dicunt q̄ hoc nomen impositū est sibi propter profectū virtutū, qui ex hoc nomine signatur: vt dictū est. Imponūtur enim diuinitus quibusdā nomina à principio natiuitatis ad designandū gratiam quā à principio consequuntur, sicut patet de Ioanne Baptista. Luc. 1. Quibusdā verò mutatur nomina ad designandū pfectū virtutis eorū, vt Chryf. dicit. Sicut patet de Abraham. Gene. 17. Et de Petro Mat. 16. ¶ Alij verò dicūt & melius q̄ Paulus fuit à principio binomius. Consectū enim erat apud Iudęos, vt simul cū nominibus hebræicis assumerent sibi nomina illarum Gentū quibus seruibant, sicut sub Cracis exeuntes nominabantur nominibus Gręcorum: vt patet de Ia sone & Menelao. 2. Machab. 4. Hoc autē nomen Paulus ab antiquo celebre fuit apud Romanos: & ideo cum diceretur Saulus secundum Hebr. vocatus est etiā Paulus secundū Rom. quo nomine nō videtur vsus, nisi postquā cōpit Gentibus prædicare. Vnde Act. 13. dicitur Saulus, qui & Paulus. Et hoc magis approbat Aug. ¶ Secundò describitur persona scribentis ex conditione cum dicit, Seruus Christi, videtur autē esse abiecta cōditio seruitutis si absolute consideretur. Vnde & sub maledictō pro peccato infligitur. Genes. 9. Maledictus Canaan puer, seruus seruorū erit fratrum suorū. Sed redditur cōmendabilis, ex eo q̄ additur Iesu Christi. Iesus enim interpretatur saluator, Matt. 1. Ipse enim saluū faciet, &c. Christus interpretatur vnctus, secundū illud Psa. 44. Vnxit te deus deus tuus, &c. Per quod designatur dignitas Christi, & quantum ad sanctitatem: quia sacerdotes vngebantur, vt patet Exo. 28. Et quantum ad potestatem: quia etiā reges vngebantur, vt patet de Dauid 1. Reg. 19. & de Salomone 3. Reg. 1. Et quantum ad cognitionē, quia etiam propheta vngebantur, vt patet de Heliā 3. Reg. 19. vnctio gratiæ laudabile est, quia tantū aliquid est perfectiū quantum magis suę perfectioni subiicitur: sicut corpus animę, & aer luci. Psa. 115. O domine quia ego seruus tuus sum. ¶ Sed contra est quod dicitur Ioan. 15. Iam non dicam vos seruos: sed amicos. ¶ Sed dicendum quod duplex est seruitus. Vna timoris quę non cōpetit sanctis, Rom. 8. Non accepistis spiritū seruitutis. Alia humilitatis & amoris quę sanctis cōuenit secundum illud, Luc. 17. Dicite serui inutiles sumus. Cū enim liber sit qui est causa sui, seruus autē qui est causa alterius: sicut ab alio mouēte, motus si quis sic agat causa alterius sicut ab alio motus, sic est seruitus timoris, qui cogit hominē operari cōtra suā voluntatem. Si verò aliquis agat causa alterius, sicut ppter finē, sic est seruitus amoris, quia amicorū est benefacere, & obsequi amico ppter ipsum, vt Philo sophus dicit in nono Ethicorum. ¶ Tertio cōmendatur à dignitate cum dicitur vocatus apostolus. Dignitas Apostolatus est præcipua ecclesię: secundum illud. 1. Cor. 12. Quosdā quidē posuit deus in ecclesia, primum Apostolos. Apostolus enim idē est q̄ missus, secundum illud Io. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. i. ex eadē dilectione & cum eadē auctoritate. Dicit autē: vocatus Apostolus ad designandū gratiā. i. vocatus ad hoc quod sit apostolus. Hebr. 5. Nemo assumit sibi honorem. Vel ad designandū excellentiā, vt sicut vrbis anthonomatice vocatur ipsa Roma, ita Apostolus vocatur Paulus secundū illud. 1. Cor. 15. Abundātius illis omnibus laboraui. Vel ad designandū humilitatē, vt sit sensus, nō audeo me dicere apostolum, sed homines me vocant: sic 1. Cor. 15. Non sum dignus vocari Apostolus. ¶ Quarto describitur persona scribentis ex officio cum dicit, Segregatus in euāgelium dei. Segregatus inquam vel per cōuersionē ab infidelibz: secundum illud Gal. 1. Cū autē placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meę. s. synagoga, vel segregatus p electionem ab aliis discipulis: secundum illud Act. 13. Segregate mihi Saulū, &c. Euangelium autem idem est quod bona annuntiatio. Annuntiatur enim in ipso cōiunctio hominis ad deum, quę est bonum hominis, secundum illud. Psa. 71. Mihi autē deo adherere bonum est. Triplex autem cōiunctio hominis ad deum annuntiatur in euangelio. Prima quidem per gratiam vnionis, secundum illud Io. 1. Verbum caro factum est. Secūda per gratiam adoptionis prout inducitur in Psa. Ego dixi dii estis & filij excelsi omnes. Tertia per gloriam fruitionis. Io. 17. Hęc est vita æterna. Esa. 42. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis: hęc autem annuntiatio non humanitus, sed à deo facta est. Esaia 21. Quę audiui à domino exercituum deo Israel, annuntiaui vobis. Vnde dicit, in euāgelium dei. Lectio 2.

Quod antē promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem.

¶ Descripta persona scribentis. Hic cōmendatur negotium sibi commissum, scilicet euangelium, cuius in præmissis duplex cōmendatio posita est, quarum vna pertinet ad vtilitatem quam habet ex materia quę significatur ex ipso euangelij nomine, ex quo datur intelligi quod in eo bona annuntietur. Alia verò ex auctoritate quam habet ex parte authoris, quę est expressa in eo quod dictum est, dei. Vtranq; ergo cōmendationem prosequitur Apostolus. Primò quidem illam quę est ex parte authoris. Secūdò illam quę est ex parte materię, ibi [De filio suo] Circa primum cōmendatur euangelium quadrupliciter. Primò quidem ex antiquitate quod fuit necessarium cōtra Paganos qui euangelio detrahebāt, quasi post lōga tēpora subito eius prædicatio esset exorta & ad hoc excludendum dicit. Quod antē, quia licet ex tempore certo prædicari incēperit: antē tamen pronuntiatum fuit diuinitus. Esa. 10. Antēq; venirent indicaui tibi. Secūdò ex eius firmitate quę designatur in hoc quod dicit, Promiserat, quia ipse antē promissit qui non mentitur. Act. 13. Nos vobis annuntiamus eam q̄ ad patres nostros repromissio facta est. Tertio ex dignitate ministrorū siue testifū cum dicit: Per prophetas: quibz antē fuerant reuelata quę sunt cōpleta circa verbū incarnatum. Amos 3. Non faciet dominus deus verbum, scilicet, incarnari nisi reuelauerit secretum ad seruos suos prophetas. Act. 10. Huic omnes prophetę, &c. Signanter autem dicit suos: sunt enim aliqui prophetę spiritu humano loquentes: secundum illud Hiere. 23. Visionem cordis sui loquuntur non de ore domini. Vnde dicit Titum 1. Dixit quidam ex illis proprius illorum propheta. Sunt etiam quidam prophete demonum qui immundo spiritu inspirantur, sicut prophete quos interfecit Helias, vt dicitur 3. Reg. 18. Sed prophete dei dicuntur qui diuino spiritu inspirantur. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo, &c. Quarto ex modo tradendi, quia non solum sunt huiusmodi promissā verbo edita, sed literis scripta. Vnde dicit. In scripturis Abac. 2.

Dignitas apostolatus est præcipua.

Euangelium bona annuntiatio.

Triple cōiunctio hominis ad deum annuntiat in euangelio.

Commendatur euangelium.

Cōmendatur euangelium ex parte authoris.

Multiplices sunt prophete.

Scribe vifum & explana illud. Non autem cofueuerunt scribi nifi magna quae funt digna memoria & quae oportet ad pofteros deuenire. Et ideo vt Aug. dicit r8. de ciuitate dei, tunc inceperunt scribi prophetae de Chrifto per Efa. & Ofeam, quando Roma eft adita, fub cuius imperio Chrifto erat natus & fides eius Gentibus praedicanda. Io. 3. Scrutamini fcripturas, &c. Addit autem fcripturas ad differentiam fcripturarum gentilium. Dicitur autem fcripturae primò quide, quia vt dicitur, 2. Pet. 1. Spiritu fcripturae in fcriptura. 3. Omnis fcriptura diuinitus in fcriptura. Secundò quia fcripturae continent, ps. Confitemini memoriae fcripturae tionis eius. Tertio quia fcripturae continent, ps. Confitemini memoriae fcripturae tionis eius. Tertio quia fcripturae continent, ps. Confitemini memoriae fcripturae tionis eius.

Incaperunt scribi prophetae de Chrifto per Efa. & Ofeam. Roma primò fuit conftituta. Commendatur euangelium ex materia quae est Chrifto.

Materia omnium fcripturarum literarum est Chrifto.

Errores circa filiationem Chrifto.

Filius dei est a patre ficut verbum ab intellectu.

Error Nestorij.

Reiectur Nestor.

Refoluitur error ponitum in Chrifto duas hypoftafes fuis fuppositas non tamè duas personas.

Error Eutice si refoluitur.

Secundò profequitur commendationem quae fumitur ex bonis in euangelio denuntiatis, quae pertinent ad materiam euangelij quae est Chrifto, quem quidem commendat tripliciter. Primò quidem ex origine. Secundò ex dignitate fuae virtute, ibi [Qui praedestinat.] Tertio ex liberalitate, ibi [Per quem accepimus] Originem autem Chrifto describit duplicem. Primò quide aeternam cum dicit [De filio suo] In quo excellentiam euangelij designauit. Nam myfterium generationis aeternae ante erat valde abfconditum. Vnde Salomon dicit. Quod nomen eius & nomen filij eius si nofti. Sed in euangelio patris testimonio est declaratum. Matth. 3. & 17. Hic est filius meus dilectus. Conuenienter autem filius dei materia fcripturarum esse dicitur, quae diuinam fapientiam exponunt, fecundum illud Deutero. quarto, Haec est fapientia veftra & intellectus coram populis. Filius autem dicitur esse verbum & fapientia genita. Primò Corinthio. primo, Chrifto dei virtutem & dei fapientiam.

Sed circa hanc filiationem tripliciter aliqui errauerunt. quidam enim dixerunt eum filiationem habere adoptiuam: ficut Fotinus qui pofuit Chrifto initium fumpfiffe ex Maria virgine quafi hominem purum, qui per vitae meritum ad hanc celfitudinem peruenit, vt praeter fcripturas filius dei diceretur. Sed fecundum hoc Chrifto non compereret defensus ad humanitatem, sed magis afensus ad diuinitatem contra id quod dicitur. Ioan. sexto, Descendi de caelo. Quidam verò pofuerunt huiusmodi filiationem folummodo nuncupatiuam, ficut Sabellius qui dixit ipfum patrem incarnatum, & ex hoc filium nominari, ita quòd eadem fit perfona & folum nomina funt diuifa, sed fecundum hoc non compereret filio mitti à patre, quòd falsum est cum ipse dicat Ioan. sexto, se descendiffe vt faciat voluntatem eius qui mifit eum. Alij verò pofuerunt ficut Arrius huiusmodi filiationem esse creatam, ita quòd filius dei fit excellentiffima creatura, ex nihilo tamen producta poftquam prius non fuerat, sed fecundum hoc omnia non effent per ipfum facta, còtra id quod dicitur Io. 1. Oportet enim esse non factum per quem facta funt omnia: & haec tria excluduntur per hoc quod fignater addit fuis, id est, proprio & naturali. Dicit enim Hilarius, hic verus & proprius est filius origine & non adoptione, veritate non nuncupatione, natiuitate non creatione: procedit enim à patre ficut verbum à corde, quòd pertinet ad eandem naturam, praefertim in deo in quo non potest aliquid accidentaliter aduenire. Vnde ipse dicit Io. 10. Ego & pater vnus fumus. Quòd dicit vnus, liberat te ab Arrio: quòd dicit fumus, liberat à Sabellio, vt Aug. dicit. Secundò tagit temporalem originem cum dicit, Qui factus est, vbi statim videtur patrociniũ fuis erroris afumere tres praedicti errores: per hoc quòd dicit, Qui factus est ei, non enim confitentur aeternum, sed factum: sed per ea quae adduntur tollitur eorum intentio: quia enim dicit, Qui factus est ei: excludit dictum Sabellij: nò enim potest esse filius factus patri, si fit eadẽ perfona cum ipfo, sed per incarnationem erit filius virginis. Quòd verò fubdit, Ex femine Dauid: tollit intentionem Fotini. Si enim per adoptionem efflet factus dei filius: non diceretur factus ex femine Dauid: sed magis ex fpiritu, fcilicet, qui est fpiritus adoptionis filiorum: vt dicitur Roma. 8. Et ex femine dei: vt dicitur, 1. Ioan. 3. Quòd verò fequitur fecundum carnem: tollit intentionem Arrii: qui ponit eum factum non folum fecundum carnem, sed etiã fecundum diuinam naturam. Est etiam confiderandum vltierius quod circa ipfum incarnationis myfterium multipliciter aliqui errauerunt. Nestorius enim pofuit vnionem verbi ad hominem esse factam folum fecundum inhabitationem, fcilicet, prout filius dei hominem illum inhabitauit excellentius ceteris. Manifestum est enim quòd alia est fubstantia inhabitantis, & inhabitati: ficut hominis & domus: fecundum hoc ponebat aliam esse personam vel hypoftafim verbi & hominis, ita quòd alius efflet fecundum personam filius dei & alius filius hominis. Sed hoc manifestè apparet falsum esse per hoc quod Apoftolus Phil. 2. vnionem huiusmodi vocat exinanitionem: pater autem & fpiritus sanctus inhabitant homines fecundum illud Io. 14. Ad eum veniemus, & apud eum manfionem faciemus. Sequeretur igitur quòd pater & fpiritus sanctus efflent exinaniti: quòd est absurdum. Hoc ergo excluditur per hoc quòd Apoftolus dicit, Qui fcilicet filius dei est factus fecundum carnem, id est habens carnem ex femine Dauid: qui modus loquendi locum non haberet, si haec vnio facta efflet folum fecundum inhabitationem. De alijs enim quos verbum inhabitat, nò dicitur quòd verbum factum est hic vel ille: sed quòd factum est ad Hieremiam vel Efaiam. In hoc ergo quòd Apoftolus cum dixit, Dei filio suo, addidit, qui factus est ei ex femine Dauid: manifestè excludit errorem praedictum. Rurfus aliqui alii, licet duas personas non cõcedant in Chrifto: concedunt tamen duas hypoftafes vel duo fupposita, quòd in idẽ redit, quia nihil aliud est perfona quam hypoftafis & fuppositum rationalis naturae: cum ergo fit vna folum hypoftafis, & vnus fuppositus in Chrifto: quòd est fuppositum vel hypoftafis verbi aeterni: non potest dici quod illa hypoftafis fit facta filius dei quia non inceperit esse filius dei. Sed tamen si inueniatur ab aliquo doctore dictum exponendum est, fic factum est vt homo efflet deus. Secundum hoc proprie dicitur, dei filius factus est homo: quia femp nò fuit homo. Et ideo legendum est quòd hic dicitur: vt ly, qui accipiat ex parte fubiecti vt fit fensus, qui filius dei factus est ex femine Dauid, non autem ex parte praedicti: quia fensus efflet quòd aliquis exiffet ex femine Dauid, factus est filius dei, non dicitur verè & proprie ficut dictum est. Fuerunt autem alij qui pofuerunt vnionem esse factam fecundum conuerfionem verbi in carnem: ficut dicitur aer fieri ignis. Vnde Eutices dixit quòd etiam ante incarnationem fuerunt duae naturae: poft incarnationem vna. Sed hoc est expreffè falsum quia cum deus fit immutabilis, fecundum illud Malach. tertio, Ego deus & non mutor: non potest in aliquid aliud conuertii. Vnde cum dicitur factus est, non intelligitur fecundum conuerfionem, sed fecundum

vnionem absque diuina mutatione. Potest enim aliquid de nouo dici relatiuè de aliquo absque eius mutatione: puta aliquis non immobiliter fedens fit dexter per mutationem eius qui transfertur. Et fic deus dicitur ex tempore dominus vel creator per mutationem creaturae. Et eadem ratione dicitur de nouo factus homo, id est vnitus in perfona humana natura. Fuerunt enim & alij qui dixerunt animam Chrifto non habuiffe: sed ibi fuisse verbum loco animae, fcilicet Arrius & Apolinarius: Contra quos est illud Ioan. 10. Nemo tollit animam meam. Quòd ergo dicitur fecundum carnem non excluditur à Chrifto anima, sed caro ponitur pro toto homine, fecundum illud Efa. 40. Videbit omnis caro, &c. Queritur autem cum nos confitemur Chrifto natum ex virgine, quare Apoftolus dicat eum esse factum ex muliere. Et dicendum quòd illud nascitur quòd naturali ordine producitur, ficut fructus ex arbore, vel proles à parente: quòd autem ex voluntate agentis producitur, non fecundum naturae ordinem, [ficut domus ab artifice] non potest dici nasci, sed factum. Quia igitur Chrifto ex virgine processit naturali ordine quatum ad aliquid, fcilicet quòd conceptus est ex femina fpatio nouem mensium dicitur natus. Quia verò quantum ad aliquid non naturali ordine, sed sola virtute diuina processit absque virili femine, dicitur factus. Eua autem dicitur ex Adam facta, non nata. Isaac autem ex Abraham natus, non factus. Item quare fpecialiter dicitur ex femine Dauid, & non ex femine Abraham, cui promiffio facta fuit de Chrifto, fecundum illud Galat. 3. Abraham dicitur sunt promiffiones. Et dicendum est quòd factum est ad dandam spem veniae peccatoribus: quia Dauid peccator fuit: ex cuius femine nascitur Chrifto. Abraham verò iustus, ad cõmendandam etiam dignitatem regiam Chrifto, Romanis, regnum gentium tenentibus. Excluditur etiam per verba ista triplex error Manicheorum. Primò quidem quòd dicunt non eundem esse deum veteris testamenti: & qui est pater domini nostri Iesu Chrifto, quòd excluditur per hoc quòd dicit Apoftolus, Quòd deus ante promiferat per prophetas suos de filio suo in fcripturis fcriptis, fcilicet veteris testamenti. Secundò verò quod damnat fcripturas veteris testamenti: quas Apoftolus hic dicit factas. Nò enim alia fcripturae fuerunt factae ante euangelium. Tertio quòd dicunt Chrifto habuiffe carnem fantasticam: quòd excluditur per hoc quòd dicit Chrifto factum ex femine Dauid fecundum carnem eius, id est ad gloriam patris, fecundum illud Ioan. 8. Ego gloriam meam non quero, sed gloriam eius qui mifit me.

Arrius & Apolinarius refoluitur.

Cur Chrifto dicitur factus liter ex femine Dauid, & non Abraham.

Triplex Manicheorum error refoluitur.

LECTIO 3.

Qui praedestinat est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.

Comendata origine Chrifto, hic comendat virtutem ipsius, & ponit tria. Primò praedestinationem cum dicit [Qui praedestinat est.] Secundò dignitatem seu virtutem cum dicit, [Filius dei in virtute.] Tertio fignum fuae effectum cum dicit, [Secundum spiritum sanctificationis.] Circa primum confiderandum est quòd nomen praedestinationis à definatione fumitur. Dicitur enim praedestinat quafi ante definatus. Definatio autem dupliciter fumitur: quandoque pro miffione. Dicuntur enim definati, qui ad aliquid mittuntur, fecundum illud 1. Machab. 1. Definauerunt aliqui ex populo, & abierunt ad regem. Quandoque verò definare idem est quòd proponere, fecundum illud 2. Machab. 6. Definauit Eleazar non admittere illicita. Haec autem fecunda fignificatio à prima deriuari videtur. Sicut enim nuntius qui mittitur, ad aliquid dirigitur, ita quòd proponimus ad finem aliquem ordinamus. Secundum hoc igitur praedestinare nihil aliud est quàm ante in corde difponere quid fit de re aliqua faciendum. Potest tamen aliquis de futura re seu operatione difponere. Vno modo quantum ad ipsam rei cõstitutionem, ficut artifex difponit qualiter debeat facere domum. Secundo modo quantum ad ipsam vsum, vel gubernationem rei: ficut aliquis difponit qualiter debeat vti suo equo, & ad hanc fecundam praedifpofitionem pertinet praedestinat, non ad primam. Id enim quòd aliquis vitur refert in finem: quia vt Auguftinus dicit in libro de doctrina Christiana, vt, est referre aliquid in finem quo fruendum est. Sed cum res in feipfa cõstituitur, nò dirigitur ex hoc ipfo in aliud. Vnde praedifpofitio cõstitutionis rei, proprie praedestinat dici non potest. Ergo idem est negare praedestinationem quòd negare praedifpofitionem diuinam ab aeterno de his quae funt fienda in tempore, sed quae omnia nati. ralia pertinent ad cõstitutionem rei ipsius, quia vel funt principia ex quibus res cõstituitur, vel ex huiusmodi principijs confequuntur: confequens est quòd naturalia proprie fub praedestinatione non cadunt, ficut non dicimus proprie quòd homo est praedestinat habere manus. Relinquitur ergo quòd praedestinat dicatur proprie eorũ folum quae funt fupra naturam in quae rationalis creatura ordinatur. Supra autem naturam rationalis creaturae est deus folutus, cui vnitur rationalis creatura per gratiam. Vno modo quantum ad actum ipsius dei, puta per gratiam prophetiae, cõmunicatur homini praecognitio futurorũ, quae est propria deo. Et huiusmodi dicitur gratia, gratis data. Alio modo quantum ad ipsum deum, cui vnitur rationalis creatura, communiter quidem fecundum effectum dilectionis, fecundum illud 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Quòd quidem fit per gratiam gratum facientem, quae est gratia adoptionis. Alio modo quae est fingularis Chrifto per vnionem in esse personali. Et haec dicitur gratia vnionis. Sicut ergo hominem esse vnitum deo per gratiam adoptionis cadit fub praedestinatione, ita etiam esse vnitum deo per gratiam vnionis in perfona, fub praedestinatione cadit: & quantum ad hoc dicit, Qui praedestinat est, fcilicet esse filius dei. Et ne hoc referatur ad filiationem adoptionis additur, In virtute: quafi diceret, praedestinat est, vt fit talis filius, vt habeat aequalem imò eandem virtutem cum deo patre: quia vt dicitur Apocalip. 5. Dignus est agnus qui occifus est accipere virtutem & diuinitatem, quinimo ipse Chrifto est dei virtus, fecundum illud 1. Corinth. 1. Chrifto dei virtutem & dei fapientiam. Vnde Ioan. 5. Quaecunque pater fecerit, haec & filius fimiliter facit. Refpectu verò gratiae gratis datae non dicitur aliquis praedestinari fimiliter, quia gratia gratis data non ordinatur directe ad hoc quòd ille qui eam recipit, ad finem vltimum dirigatur, sed vt per eam alij dirigantur, fecundum illud prima Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio fpiritus ad vtilitatem. Manifestum est autem quòd id quòd est per fe, est mēfura & regula eorum quae dicuntur per aliud, & per participationem. Vnde praedestinat Chrifto, qui est praedestinat vt fit filius dei per naturam, est mēfura vi-

Quid praedestinare.

Praedestinat est praedifpofitio in corde de re uei.

Praedestinat proprie factum est eorum quae funt fupra naturam in quae creatura rationalis ordinatur.

Sicut omne vnitum deo per gratiam adoptionis cadit fub praedestinatione, ficut vnitum deo per gratiam vnionis in perfona. Refpectu gratiae gratis datae non dicitur aliquis praedestinari proprie.

te & ita prædeterminationis nostræ qui prædestinatur in filiationem adoptiuam, quæ est quædam participatio & imago naturalis filiationis, secundum illud Rom. 8, Quos præsciuit & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui. Sicut igitur homo Christus prædestinatus nõ est propter merita præcedentia, sed ex sola gratia, vt sit filius dei naturalis, ita & nos ex sola gratia, nõ ex meritis prædestinamur, vt simus filij dei adoptiui, secundum illud Deut. 9, Ne dicas in corde tuo cū deleuerit eos dominus deus tuus in conspectu tuo, propter iniquitatem meam introduxit me deus, vt terram hanc possiderem. Est igitur manifestum ad quid sit ista prædestinatio. Sed hoc quod aliquis sit dei filius in virtute. Sed restat inquirendum quis est iste qui est ad hoc prædestinatus. Cū autem prædestinatio antecessione importet, videtur quod ille qui est prædestinatus vt sit filius dei in virtute, non semper fuerit filius dei in virtute. Non enim videtur esse prædestinatio de eo quod semper fuit, quia hoc non potest antecessione habere. Si igitur poneremus secundum Nestorium quod persona filij hominis esset alia à persona filij dei, nulla esset dubitatio: quia possemus dicere quod persona creata filij hominis quæ non fuit ab æterno, ex tempore incepit esse filius dei in virtute. Et simile est si quis dicat quod est alia hypostasis vel suppositum filij dei & filij hominis. Sed hæc aliena sunt à fide vt supra dictum est. Cū igitur nõ solum sit eadem persona filij dei & filij hominis, sed etiam hypostasis & idẽ suppositum, ratione cuius nõ potest dici verè & proprie quod filius hominis est factus filius dei, ne aliquod suppositum creatum intelligatur esse de quo de nouo prædicatur filius dei: pari ratione videtur quod non potest dici filius hominis esse prædestinatus filius dei, quia filius hominis supponit suppositum æternum, quod fuit semper filius dei. Vnde antecessio quæ importat prædestinatio locum non habet. Propter hoc igitur Origenes dicit quod litera non debet esse qui prædestinatus est: sed qui destinatus est filius dei in virtute vt nulla antecessio designetur: & secundum hoc planus est sensus, quia Christus destinatus. i. missus est à deo patre in mundum tanquã verus filius dei in virtute diuina. Sed quia cõmuniter omnes libri latini habent, qui prædestinatus, aliter alij hoc exponere voluerunt secundum consuetudinem scripturæ, in qua dicitur aliquid fieri quãdo innouescit: sicut dominus post resurrectionem dicit Mat. vl. Data est mihi omnis potestas, quia post resurrectionem innouit talem potestatem sibi esse datã ab æterno. Sed secundum hoc quod dicit prædestinatus, nõ proprie accipitur, quia prædestinatio est de eo quod pertinet ad gratiã, non autem in hoc gratia Christo facta est, quod eius virtus diuina innouit, sed potius nobis. Et ideo etiã in glos. dicitur quod secundum hunc sensum prædestinatus largè ponitur pro præscito, vt sit sensus, Christus prædestinatus est. i. ab æterno præscitus. vt innouesceret ex tempore esse filius dei in virtute. Vnde quidam alij prædestinationem ad ipsam vniõnem referentes non attribuerunt eam personæ, sed naturæ, vt sit sensus, Qui prædestinatus est filius dei in virtute. i. cuius natura prædestinata est vt sit ei vnita, qui est filius dei in virtute. Sed hæc etiam expositio impropria est & extorta. Cū enim prædestinatio importet ordinẽ in finem, eius est prædestinari cuius est per suã operationem ordinari in finem. Agere autem propter finem, non est natura, sed personæ. Ideo si proprie accipitur, oportet quod prædestinatio attribuatür ipsi personæ Christi. Sed quia persona Christi subsistit in duabus naturis, humana scilicet & diuina, secundum vt ranque potest aliquid dici de eo: sicut enim de homine potest aliquid dici secundum corpus, vt tangi & vulnerari, aliquid autem secundum animam vt intelligere & velle, ita & de Christo potest aliquid dici, & secundum diuinã naturam, sicut ipse de se dicit Ioan. 10, Ego & pater, vnũ sumus: aliquid secundum humanã naturam, sicut cū dicimus eum crucifixum & mortuũ, & hoc modo dicitur esse prædestinatus secundum humanã naturam. Quamuis enim ipsa persona Christi semper fuerit filius dei, tamen non semper fuit vt existens in humana natura esset filius dei, sed hoc fuit ineffabilis gratia. Est autem alia ratio de hoc participio Factus, quod designat actum realem, & de hoc participio Prædestinatus, quod designat actũ animæ. Anima enim secundum suum intellectum & rationem potest distinguere ea quæ sunt secundum rem cõiuncta: potest enim aliquid de pariete albo cogitare, & loqui: seorsum quidem quantum ad hoc quod est paries, seorsum autẽ ex hoc quod est albũ. Ita etiã prædestinatio potest attribui personæ Christi secundum quod subsistit in humana natura, licet non attribuatür ei secundum quod subsistit in diuina. Vnde & Apostolus prius filium dei incarnatum esse præmiserat, & postea ei prædestinationem attribuit, vt intelligatur prædestinatus esse secundum quod factus est ex semine David secundum carnẽ, & sic à filio dei explicãdo incarnationis mysteriũ descendit ad carnem, & à carne secundum prædestinationem ascendit ad filium dei, vt ostendatur quod neque gloria diuinitatis impediuit infirmitatem carnis, neque infirmitas carnis dimiuit maiestatem dei. Queritur autem in glos. primò quidem vtrũ Christus secundum quod homo, sit filius dei: & videtur quod sic: quia hic est Christus qui prædestinatus est vt sit, sed secundum quod homo, est prædestinatus, vt sit, ergo secundum quod homo, est filius dei. Et dicendum quod si ly secundum quod denotat vnitatem suppositi, verũ est quod secundum quod homo, est filius dei, quia vnũ est suppositum dei & hominis. Si autem designat conditionem naturæ vel causam, falsum est: nõ enim ex natura humana habet vt sit filius dei. In argumento autem est falsitas compositionis & diuisionis, ex eo quod ly secundum quod potest determinare participiũ Prædestinatus, & sic verũ est quod secundum quod homo est prædestinatus, vel potest determinare ipsum esse filium dei, ad quod ordinatur prædestinatio: & sic falsum est. Non enim prædestinatus est, vt secundum quod homo sit filius dei, & in hoc sensu procedit ratio. Secundò queritur vtrum Christus secundum quod homo, sit persona. Et dicendum quod si ly secundum quod referatur ad ipsum suppositum hominis, est persona diuina. Si verò de signet naturæ conditionem vel causam, sic Christus secundum quod homo non est persona, quia humana natura, non causat nouã personalitatem in Christo. Ad id igitur enim digniori in cuius personalitate trãsit. Item obiicitur de hoc quod glos. dicit quod qui susceptus, & quod susceptus est vna persona. Id autem quod susceptus filius dei est humana natura, ergo humana natura est persona. Et dicendum est quod huiusmodi locutiones sunt exponendæ, vt sit sensus, quod ille qui susceptus, & natura quam susceptus, vniantur in vna persona. Quartò queritur vtrum hoc sit verum, homo est assumptus à verbo: & videtur quod sic, secundum illud Plal. 64, Beatus quem elegisti & assumpsisti. Et dicendum est quod cū homo supponat suppositum æternum, non potest proprie dici quod homo sit assumptus à verbo, non enim assumitur

Opiniones de prædestinatio ne Christi q̄ referuntur.

Eius est prædestinatio cuius est ordinari in finem per suã operationem.

Modus quo Christus pro prædestinatio.

Primum Christi secundum quod homo, sit filius dei.

An Christus secundum quod homo, sit persona.

An hoc sit vera, homo est assumptus à verbo.

idem à seipso: sed exponendum est sibi inueniatur homo assumptus. i. humana natura. Quintò queritur vtrum hæc sit vera. Iste homo semper fuit. Et dicendum est hanc esse veram, ppter hoc quod homo supponit æternũ suppositũ. Vnde Heb. vli. dicitur, Iesus Christus heri, & hodie ipse & in secula: nõ tamen cū reduplicatione est vera huiusmodi propositio. Nõ enim ille homo secundum quod homo est, semper fuit, sed secundum quod est filius dei. Sic igitur patet & de præordinatione & de virtute filij dei. Restat tertium scilicet de signo quod tangitur in eo quod subditur, Secundum spiritum, &c. Est enim proprium virtutis diuinæ per collationem spiritus sancti sanctificare homines. Leuit. 20, Ego dominus qui sanctifico vos. Ipse etiam spiritum sanctum solus dare potest, secundum illud Esa. 42, Hæc dicit dominus deus creans cælos. Et infra, Dans statim populo qui est super terram, & spiritum calcantibus eam. Ex hoc igitur apparet Christum habere virtutẽ diuinam, quia ipse dat spiritum sanctum secundum illud Ioan. 15, Cū venerit paraclætus quem ego mittam. Eius etiam virtute sanctificamur secundum illud 1. Cor. 6, Sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi & spiritui dei nostri. Dicit ergo quod sanctus sit filius dei in virtute, apparet secundum spiritum sanctificationis. i. secundum quod dat spiritum sanctificantem, quæ quidem sanctificatio incepit ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, i. ex mortuis, secundum illud Io. 7, Nondum erat spiritus datus, quia nõdum Iesus fuerat glorificatus, quod non est sic intelligendum quod nullus ante Christi resurrectionem spiritum sanctificantem accepit: sed quia ex illo tempore quo Christus resurrexit incepit copiosius & cõmunius spiritus sanctificationis dari. Potest etiam intelligi quod hic designentur duo signa virtutis diuinæ in Christo. Primum quidem ex hoc quod dicitur secundum spiritum sanctificationis, siue intelligatur secundum sanctificantem spiritum, sicut dictum est: siue intelligatur secundum hoc quod ipse per spiritum sanctum est in vtero virginali conceptus, quod est signum diuinæ virtutis in ipso, secundum illud Luc. 1, Spiritus sanctus superueniet in te. Et postea sequitur, Ideo que & quod ex te nascetur, sanctum vocabitur filius dei. Secundum autem signum virtutis diuinæ est resuscitatio mortuorum, secundum illud Ioan. 5, Sicut pater suscitauit mortuos, sic & filius. Est ergo sensus quod apparet Christum esse filium dei in virtute ex resurrectione mortuorum. i. ex hoc quod mortuos fecit secum resurgere, secundum illud Mat. 27, Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, & tandem facit omnes resurgere, secundum illud Ioan. 5, Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei, & qui audierint viuent. Vel potest intelligi de spiritali resurrectione mortuorum, quæ est à peccatis, secundum illud Ephes. 5, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Dicuntur autem mortui Iesu Christi, qui ab ipso resuscitantur, sicut & infirmi alicuius medici à quo sanantur. Possunt autem hæc duo signa ad duas præcedentes clausulas referri hoc modo, qui factus est ei ex semine David: & hoc secundum spiritum sanctificationis, ex qua scilicet caro eius concepta est, qui prædestinatus est filius dei in virtute, & hæc apparet in resurrectione mortuorum, &c. Sed prima expositio est melior. Lectio 4.

Signum quod Christus sit prædestinatus filius dei in virtute.

Primum quem accepimus gratiam & Apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis dei vocatis sanctis, Gratia vobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo.

Postquam commendauit Christum ab origine & virtute, hic commendat ipsum ex liberalitate quæ ostenditur ex muneribus quæ fidelibus contulit. Ponitur autem duplex munus. Vnum quidem commune omnibus fidelibus, scilicet gratia per quam reparamur, quam quidem à deo per Christum accepimus. Vnde dicit, Per quem accepimus omnes fideles gratiam. Ioan. 1, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et hic infra Rom. 5, Per quem accessum habemus in gratiã istam in qua stamus. Conueniens est enim, vt sicut per verbum dei omnia ista facta sunt, vt habetur Ioan. 1. Ita per ipsam sicut per artem omnipotentis dei omnia instaurarentur, sicut & artifex eadem arte reparat domum quam condidit. Colof. 1, Per eum placuit deo reconciliare omnia, siue que in cælo, siue quæ in terra sunt. Aliud autem est munus spirituale collatum Apostolis quod tãgit subdens. Est Apostolatam quod est præcipuum inter ecclesiasticos gradus. 1. Corint. 12, Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primũ quidem Apostolos. Apostolus autem idem est quod missus. Sunt enim à Christo missi, quasi eius autoritatem & vicem gerentes. Ioan. 20, Sicut misit me pater, & ego mitto vos. i. cum plenitudine autoritatis. Vnde ipse Christus Apostolus nominatur Heb. 3, Considerate Apostolum & pontificem Iesum Christum. Vnde & per ipsum tanquam principalem apostolum siue missum alij sunt secundario Apostolatam consecuti. Luc. 6, Elegit duodecim quos & Apostolos nominauit. Præmittit autẽ gratiam Apostolatam, tum quia non ex meritis, sed ex gratia Apostolatam sunt consecuti. 1. Cor. 15, Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, gratia autem dei sum id quod sum, tum etiã quia Apostolatam dignè haberi non potest, nisi præhabita gratia sanctificante. Ephes. 4, Vnicuique nostrum data est gratia, &c. Describit autem hunc Apostolatam. Primò quidem ex vtilitate cūm subdit, Ad obediendum fidei: quasi diceret, ad hoc sumus missi, vt faciamus homines fidei obedire. In his obedientia locum habet quæ voluntariè facere possumus, his autem quæ sunt fidei voluntate consentimus non ex rationis necessitate, cum sint supra rationẽ. Nullus enim credit nisi volens, vt dicit Aug. Et ideo circa fidem locũ habet. Infra 6, Obedistis ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis. De hoc fructu dicitur Ioan. 15, Posui vos vt eatis, &c. Secundò describitur ex amplitudine cūm subditur, In omnibus gentibus, quia non tantũ in vna gente Iudæorũ, sed ad inductionẽ omnium gentium sunt directi. Mat. vlt. Eũtes docete omnes gẽtes. Specialiter Paulus in omnes gẽtes Apostolatam acceperat, vt ei cõuertendas, dedi te in lucẽ gentiũ. Tamẽ ab eius Apostolatam exclusi nõ erãt Iudæi, præsertim qui inter gẽtes habitabant. Infra 11, Quãdiu quidem ego sum Gentiũ Apostolus, ministeriũ meum honorabo si quo modo ad emulandum prouocẽ carnẽ meam, & saluos faciã aliquos ex ipsis. Tertio ex plenitudine potestatis cūm subdit, Pro nomine eius. i. vice & autoritate ipsius. Sicut enĩ Christus in nomine patris venisse dicitur Io. 20, Quasi plenã patris autoritatẽ habẽs, ita & Apostoli in nomine Christi venisse dicuntur quasi in persona Christi 2. Cor. 2, Nã & ego quod donauĩ, siquid donauĩ, ppter vos in persona Christi. Vel p hoc describitur ex fine

Gratia est munus commune omnibus fidelibus.

Apostolatam præcipuum gradus ecclesiæ.

Apostolus idem quod legatus ambasciator missus.

vt sit sensus pro nomine eius dilatado, nō pro aliquo terreno fructu sibi querēdo. Aēt. 9. Vas electionis est mihi iste vt portet nomen meum. Vnde ad hoc fideles hortabatur. Colof. 3. dicens, Omnia in nomine Iesu Christi agite. Quartō ex potestate super illos quibus scribebat qui prādicto Apostolatu erāt subiecti. Vnde subdit, In quib⁹ id est inter quas Gētes nostro Apostolatu subiectas. Estis & vos, scilicet Romani quauis sublimes. Efa. 26. Ciuitatem sublimen humiliabit, cōcubabit eam pes pauperis, scilicet Christi, gressus egenorum. i. Apostolorum specialiter Petri & Pauli. 2. Corint. 10. Vique ad vos peruenimus in euangelio Christi. Subdit, vocati Iesu Christi, id est à Iesu Christo, secundum illud Osee 1. Vocabo non populum meum, vel vocati vt sitis Iesu Christi. Infrā 8. Quos prādestinauit, hos & vocauit. Vel vocati Iesu Christi, id est dicti à Iesu Christo Christiani. Aēt. 11. Ita vt cognominaretur primum Antiochiæ discipuli Christiani. ¶ Consequenter describuntur personæ salutatae, & primò ex loco cum dicit [Omnibus qui sunt Romæ] signanter omnibus scribit, quia omnium salutem cupiebat. 1. Corint. 7. Volo omnes homines esse sicut me ipsum. Aēt. 23. dictū est ei, Oportet te & Romæ testificari. Secundò describuntur personæ salutatae ex gratia dilectis dei. Circa quod primò ponitur gratiæ origo, quod est dei dilectio. Deu. 33. Dilexit populos omnes, sancti in manu illius sunt. 1. Io. 4. Non quasi nos dilexerimus deum, scilicet prius, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Dei enim dilectio non pronocatur ex bono creaturę sicut dilectio humana, sed magis ipsum bonum creaturæ causat, quia diligere est bonum velle dilecto: voluntas autem dei est causa rerum, secundum illud Psal. Omnia quecumque voluit, fecit. Secundò ponitur vocatio cū subdit [Vocatis] Quę quidem est duplex. Vna exterior, secundum quam vocauit Petrum & Andræam, Matt. 4. Alia est vocatio interior, quę est secundum interiorem inspirationem. Pro. 1. Vocauit & renouit. Tertiò ponit gratiam iustificationis, cum dicit [Sanctis] id est, per gratiam, & sacramēta gratiæ sanctificatis. 1. Corint. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, vt sitis dilecti à deo, vocati ad hoc quod sitis sancti. ¶ Deinde ponuntur bona quę eis optat: Quę sunt, gratia & pax. Quorum vnum. scilicet gratia, est primum inter dei dona, quia per eam iustificatur impius. Infrā 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Aliud autē, scilicet pax, est vltimū quod in beatitudine perficitur. Psal. Qui posuit fines tuos pacem. Tunc enim erit perfecta pax, quando voluntas requiescet in plenitudine omnis boni cōsequens immunitatē ab omni malo. Efa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et sic per hæc duo bona, tria media intelliguntur. Ostendit etiam consequenter vnde fit huiusmodi bona expectada, cum subdit, A deo patre nostro. Iacob. 1. Omne datum optimū, & omne donum perfectū desursum est descēdens à patre luminum. Psal. 83. Gratiā & gloriā dabit dominus. Addit autem, & domino Iesu Christo: quia dicitur Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ipse etiam dicit Ioan. 1. 4. Pacē meam do vobis. Quod autem dicit, Deo patre nostro, potest teneri essentialiter pro tota trinitate, quę dicitur, pater, quia nomina importātia relationē ad creaturam cōmunia sunt toti trinitati: sicut creator, & dominus. Addit autem, Domino Iesu Christo. Nō quod sit alia persona à tribus, sed propter humanam naturam, per cuius mysterium ad nos dona gratiarum perueniunt. 2. Pet. 1. Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit. Vel potest dici, quod hoc quod dicit, deo patre nostro, tenetur pro persona patris, quę secundum proprietatem dicitur, pater Christi, sed secundum appropriationem, pater noster. Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum. Tangitur autem persona filij, cum dicitur, Et domino Iesu Christo. Persona autem spiritus sancti non ponitur, quia intelligitur in donis eius, quæ sunt gratia & pax. Vel etiam quia intelligitur in duabus personis, patris & filij, quarum est vnio & nexus.

Origo gratiæ est dei dilectio

Duplex vocatio.

Gratiā est primum donum dei, pax vltimum.

Primū quidem gratiā ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in vniuerso mundo. Testis enim est mihi deus, cui serui in spiritu meo in euangelio filij eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos, ut aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos, id est, simul consolarī in vobis per eam quæ inuicem est, fidem vestram atque meam. Nolo autem vos ignorare fratres, quia sepe propositū uenire ad vos & prohibitus sum vsque adhuc, ut aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in cæteris gentibus. Graecis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quod in me promptum est, & vobis, qui Romæ estis, euangelizare. Non enim erubescō euangelium.

In omnibus indigemus dei beneficio.

Deus dicitur specialiter dominus iustorum tripliciter.

¶ Præmissa salutatione, hic Apostolus epistolarem tractatum incipit. In quo primò ostendit affectū suum ad eos quibus scribebat, vt reddat auditores beneuolos. Secundò instruit eos de veritate quę pertinet ad virtutem gratiæ Christi, ibi [virtus enim dei est] Ostendit autē affectū ad eos tripliciter. Primò quidem ex gratiarum actione qua de earum bonis gratias agit. Secundò ex oratione quam pro eis ad deum fundit, ibi [Testis enim est mihi deus] Tertiò ex desiderio visitationis eorum, ibi [Obsecrans si quo modo]. Circa primum tria oportet cōsiderare. Primò quidem gratiarum actionis ordinem, cum dicit, Primū quidem gratias ago deo meo. Necessē est enim vt in omnibus gratiarū actionem præmittamus secundum illud 2. Thess. vlti. In omnibus gratias agite. Non enim est dignus beneficiū consequi, qui de acceptis beneficiis gratias nō egit. Sapient. 16. Ingrati spes tanquā hybernalis glacies tabescet. Et Eccle. 1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, quia ad principium vnde proueniūt beneficia, reuertuntur. s. per gratiarum actiones, vt iterum fluāt. scilicet per iteratam beneficiorum exhibitionem. In omnibus autem quæ perimus vel agimus diuino beneficio indigemus, & ideo ante omnia debet gratiarum actio præmitti. Secundò, designat personas tres, quarū vna est persona cui fit gratiarum actio, quam designat, dicens, Deo meo. s. cui debetur gratiarū actio de omnibus bonis, quia ab eo fluunt. Iaco. 1. Omne datum optimum & omne donum perfectū desursum est &c. Et quauis sit deus omnium per creationē & gubernationem, secundum illud infrā 4. Dominus omnium, specialiter tamē dicitur esse deus iustorum tripliciter. Primò quidem secundum specialē curam quam de eis gerit. Psal. Oculi domini super iustos. Et alibi, dicit, Dominus illuminatio mea. Secundò, per specialē cultum. Exod. 13. Iste deus meus & glorificabo eum. Tertiò, quia eorum præmiū. Gen. 14. Ego dominus merces tua magna nimis. Secūda persona est mediatoris, quam tãgit, dicens, Per Iesum Christum. Eodem enim ordine debet gratiarum actio in deum recurrere quo gratia à deo in nos deueniūt. quod quidē est per Iesum Christum. Infrā 5. Per quem accessum habemus per fidē in gratiam qua stamus. Tertia est persona illorum

pro quibus gratias agit, quam designat subdens, Pro omnibus vobis: quia scilicet eorū gratias quasi suas reputat propter vinculum charitatis. 1. Ioan. 2. Maiorē horum non habeo gratiam quā vt audiam, &c. Signatē autem dicit, Pro omnibus vobis: quia. s. omnibus placere desiderat. 1. Corint. 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Et omnium salutem cupit: secundum illud. 1. Corint. 7. Volo omnes homines esse sicut me ipsum. Tertiò, ponit materiam gratiarum actionis, cum subdit, Quia fides vestra annuntiat in vniuerso mundo, quod agit quidem gratias de fide, eo quod est bonorum omnium spiritualium fundamētum. Hebr. 11. Est autem fides sperandarum substantiarum rerum. Cōmendantur autē Romani de fide: quia fidē de facili susceperāt & in eadē firmiter permancbāt. Vnde & vsq; hodie apud eos plurima fidei signa ostēduntur in visitatione sanctorū locorum: vt Hieronymus dicit super epistolā ad Gal. Nondum tamen perfectam fidem habebāt: quia aliqui eorū præuerti erant à Pseudoapostolis, vt crederent legis ceremonias euāgelio iungēdas. Gaudet autem & gratias agit de eorum fide, non solum propter eos, sed propter vtilitatem inde consequentem: quia scilicet eorum exēplo qui erant domini Gentium, alie Gentes prouocabantur ad fidem: quia vt dicit Glo. prōptē facit inferior, quod videt fieri à superiori, propter quod admonentur prælati, vt hanc formam gregis ex animo. 1. Pet. vltim. ¶ Consequenter cum dicit (Testis enim &c.) ostendit affectum suum ad eos ex oratione quam pro eis fundit. Et quia orationis negotium in secreto agitur coram deo secundum illud Matth. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum & clauso ostio ora patrem tuum. dei testimonio probat se pro eis orare. Primò ergo inducit testem. Secundò, manifestat supra quod testimonium inducat, quod sine intermissione. Testem autē inducit, cum dicit. Testis est mihi deus sub cuius testimonio omnia aguntur. Hier. 19. Ego sum index & testis. Et vt iustum testē non frustra inuocare ostendat, ponit cōsequenter quomodo sit ei coniuuētus. Primò quidem quātum ad seruitium, cum dicit, Cui seruius, scilicet per patrię cultum. Deu. 6. Dominū deum tuum adorabis, & illi soli seruiens. Secundò, quātum ad modū seruiendi, cum dicit, In spiritu meo. Quasi dicit non solum in exteriori seruitio corporali, sed præcipuē interius secundum spiritum. Io. 4. Spiritus est deus, & eos qui adorāt eum in spiritu & veritate adorare oportet. Vel in spiritu. i. in spiritualibus obseruantis, non in carnalibus, sicut Iudæi. Philip. 3. Nos sumus circuncisio, qui spiritu dei seruius deo. Tertiò, quātum ad officium in quo seruit, scilicet in euangelio filij eius secundum illud supra eodē, Segregatus in euāgelium. Quod quidē est filij dei tripliciter. Vno modo, quia est de ipso. Luc. 2. Euāgelizo vobis gaudiū magnū. Alio modo, quia est ab ipso p̄dicatū ex proprio officio. Luc. 4. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. Tertiò, quia est ab eo iniunctum. Marc. ult. Predicare euāgelium omni creaturæ. Sed secundum Aug. cum idem sit, testis est mihi deus, quod iuro per deum, videtur Apostolus facere contra id quod dominus dicit Matt. 5. Ego dico vobis non iurare omnino. Iac. vlti. Ante omnia autem fratres mei nolite iurare. Sed sicut dicit Aug. lib. cōtra Manicheos, Intellectus sacrę scripturę ex actibus sanctorū intelligitur. Idem enim spiritus quo sacrę scripturę sunt edita, secundum illud 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines, sanctos viros ad operādum inducit. infrā 8. Qui spiritu dei agūtur, hi sunt filij Dei. Ex hoc ergo quod Paulus iurasse inuenitur, ostenditur verbū domini & Apostoli Iacobi non sic esse intelligendum quasi iuramētū sit omnino illicitū, sed quia ad hoc homo niti debet, vt quātum ex ipso est iuramētū, nō vtatur tanquā quodā bono & per se appetibili, tum propter periculum quod imminet ex frequēti iuratione, ne homo labatur in periurium, ppter labilitatē humanę linguę, secundū illud Eccle. 23. Iurationi nō assuecat os tuum, nam multi &c. Tum etiā quia cōtra reuerētiā dei facere videtur qui ipsum absq; necessaria causa testē inducit. Vnde, Eccle. 23. Nominatio dei nō sit assidua in ore tuo, Vnde nec Apostolus iurasse inuenitur nisi scribēdo: quādo homo cū maiori deliberatione & cautela loquitur. Est autem quādoq; necessarium iuramētū, vt fides verbo dicētis adhibeat, quod quādoq; vile est etiam ei qui audit. Et sic Apostolus iurat propter vtilitatem auditorū quibus erat vile vt ei crederēt, quasi nō quærens quod sibi vile est, sed multis, vt salui fierent. Vnde quod dominus dicit Mat. 5. Quod amplius est, scilicet quod simplex verbum, à malo est, nō est intelligēdum à malo eius qui iurat, sed eius qui exigit iuramētum: nō quidē à malo culpæ, nisi in casu quando existimat quis eū à quo exigit iuramētum esse falsum iuraturum: tunc enim est graue peccatū, vt dicit Aug. Sed intelligit esse à malo pœnæ, scilicet ignorātia qua nescimus an sit verum quod dicitur nobis. Est autem duplex modus iurandi. Vnus quidem per simplicem attestationem, sicut cum dicitur, per Deum, vel, testis est mihi deus, & hoc modo Apostolus iurauit hic. Alius autem per execrationem, quādo scilicet aliquis implorat diuinū testimonium secundum pœnam sibi infligēdam si mētitur, secundum illud Psal. Si reddidi retribuētibus mihi mala, &c. Et hoc etiam modo Apostolus iurat 2. Corint. 1. Testem deum inuoco in animam meam. ¶ Consequenter ponit id supra quod eum testem inuocat, dicens, quod memoriam vestri facio semper in orationibus meis quæ sunt sine intermissione, scilicet, quia semper in orationibus suis pro eis orabat propter vtilitatem cōmunem quæ ex eorum conuersione proueniebat. 1. Reg. 12. Absit hoc peccatum à me in domino, vt cesset orare pro vobis. Quod autē dicit, Memo. vest. facio, dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, Memoriam vestri habeo, secundum illud Psal. 21. Adhæret lingua mea faucibus meis si nō meminero tui. Alio modo, Memoriam vestri facio, scilicet, coram deo qui respicit orationes humilium. Et sic dum sancti pro aliquibus orāt, quodāmodo diuino aspectui proponuntur. sicut & cetera sanctorum facta Vnde 3. Reg. 17. dixit mulier ad Heliam, Ingressus es ad me, vt rememorētur iniquitates meæ. Quasi illud sit in memoria & in oculis dei quod cōtra iustos agitur. Quod autem dicit orationes sine intermissione se habere, congruit ei quod dicit 2. Thess. vlt. Sine intermissione orate. Et Luc. 18. Oportet semper orare & nunquā deficere. Quæ quidē possunt intelligi tribus modis, Vno modo, quātum ad ipsum actum orādī, & sic semper vel sine intermissione orat, qui statutis temporibus & horis orat. Aēt. 3. Petrus & Ioānes ascēdebant in templum ad horam orationis nonam. Alio modo, quātum ad finem orationis qui est, vt intellectus noster ascēdat in deum. Et sic tanquā orat, quādiu agit corde, ore, vel opere, vt in deum tendat. Et sic semper orat qui totam vitam suam in deum ordinat. 1. Corint. 10. Siue manducatis siue bibitis &c. Tertiò, quātum ad causam, dum enim aliquis agit vnde alij pro eo orant, ipse orare videtur, vt patet in his qui dant elemosy

Fides est firmamentū omnium bonorum spiritualium.

Euāgelizatio dicitur esse filij dei tripliciter.

Iurat Paul⁹.

Quod intelligatur nolle iurare omnino iuramētum non esse omnino illicitum.

Duplex iuramentum.

Triplex dicitur quia semper orare.

nas pauperibus qui pro eis erant. Eccle. 29. Conclude elemosinam in sinu pauperis &c. Sic ergo continuanda est littera, gratias ago pro vobis, quia bona vestra reputo quasi mea, quod patet ex hoc quod pro vobis oro, sicut pro meipso. Deinde cum dicit [Obsecrans &c.] probat affectum suum ex desiderio visitationis. Et primo ponit desiderium. Secundo propositum exequendi, ibi [Nolo autem vos ignorare &c.] Circa primum, duo facit. Primo ponit desiderij signum. Secundo desiderij causam, ibi [Desidero enim.] Signum autem desiderij est oratio quam faciebat: ex hoc autem signum ostenditur desiderij huiusmodi, primo quidem incensum per hoc quod dicit, Obsecrans, quasi ob sacra cõtestans, sicut pro aliquo magno, quod mea merita excedit. Prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigidè. Quod autem intencè desideratur, magnum desiderari videtur. Secundo ostenditur esse anxium, cum dicit, si quomodo, quare enim anxie aliquis desiderat, querit adipisci quocumque modo, siue facili, siue laborioso. Phil. 1. Quid enim dum omni modo prediceretur, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur. Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Tertiõ ostenditur diuturnum in hoc quod dicit, Tandem aliquando. I. post longa desideria. Iustitiam enim nõ ad horam, sed perseueranter afficiuntur. Prou. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Quarto ostenditur esse rectum ex hoc quod est diuinae voluntati cõforme. Vnde subdit, Prosperum iter habeam, & hoc in voluntate dei. I. secundum voluntatem eius, secundum quam solum aliquid reputo prosperum, sicut & dominus dicit Matt. 26. Nõ mea voluntas, sed tua fiat. Deinde cum dicit [desidero enim &c.] Ostendit desiderij causam, quare quid est duplex. Vna utilitas eorum qui erant visitandi. Vnde dicit, Desidero enim videre vos: Phil. 1. Cupio oes vos esse in visceribus Christi. Et hoc nõ in vanum, sicut est in amicitia seculari, sed vt impartiar, id est, tradam vobis aliquid gratiæ spiritualis nõ tanquam actor gratiæ, sed sicut minister. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. & hoc ad cõfirmandos vos, scilicet in fide qua suscepistis. Luc. 22. Et tu aliquando cõuersus, cõfirma fratres tuos. Impartitur autem gratia minister multipliciter. Tum p administrationem sanctorum gratiæ. 1. Petr. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrans &c. Tum per exhortationem sermonum. Eph. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ pcedat, sed si quis bonus est ad adificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Secunda causa est mutua consolatio quare cõsideratur in conuictu amicorum. Vnde subdit, Id est consolari in vobis, hoc est, me videre vos & impartiri gratiam, & me simul consolari cum vobis, per eam quare inuicem est fidem vestram atque meam. Ad mutuam enim consolationem redit, si vnanimes in fide reddamur. 2. Cor. 7. Qui consolatur humiles, consolatus est nos, deus, in aduentu Titi. Non solum &c. Deinde cum dicit [Nolo autem vos ignorare] ne videatur esse vanum desiderij, subdit propositum prosequendi. Et primo proponit propositum. Secundo causam propositi, ibi [vt aliquem fructum]. Tertiõ cõcludit propositi propertitudinem, ibi [Ita quod in me] circa primum, duo facit. Primo ponit propositum. Secundo impedimentum, ibi [Et prohibitus sum &c.] Dicit ergo primo, Nõ solum desidero vos videre, sed etiam propositum ad hoc operari dare: & hoc nolo vos ignorare, quia saepe propositum venire ad vos, vt dilectionem meam ostenderem nõ solum verbo & lingua, sed etiam opere & veritate, vt dicitur 1. Ioan. 3. Secundo tangit obstaculum impediens cum ab isto proposito exequendo, dicens, Prohibitus sum vsque adhuc, & hoc vel à diabolo qui nititur impedire prædicationem ex qua prouenit salus hominum. Prou. 25. Verus aquilo dissipat pluuiam. I. doctrinas prædicatorum. Vel etiam ab ipso secundum cuius autum dispensantur itinera & verba. Job 37. Nubes. I. prædicatorum spargunt lumen suum quare lustrant cuncta per circuitum quocumque eas, voluntas gubernatis duxerit. Vnde & Act. 16. dicitur, Trãseuntes autem Phrigiam & Galatiæ regionem verati sunt à spiritu sancto loqui. Et iterum tentabatur ire in Bithiniam, & nõ permisit eos spiritus Iesu. Vtrunque autem horum vult Apostolus eos non ignorare propter eorum utilitatem, vt scilicet cognoscetes affectum Apostoli, deuotius eius verba suscipiant, & impedimentum visitationis eius impudent suae culpa, & sic corrigantur. Nam in poenam culpæ dicitur, Esa. 5. Mandabo nubibus meis ne pluam super eam imbrem. Deinde ponit causam duplicem propositi. Quarum prima est utilitas. Vnde dicit, Vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut in ceteris Gẽtibus, quibus I. prædicaui, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo quasi dicat, Vt faciam aliquem fructum in vobis per meam prædicationem. Ioan. 15. Vt eatis & fructum afferatis. Alio modo quasi ex eorum cõuersione ei fructus accrescat, secundum illud Ioan. 4. Qui meret, mercedem accipit, & fructum cõgregat in vitam æternam. Alia autem causa est debitum quod debuit sibi imminere ex suscepto officio. 1. Corint. 9. Si non euangelizauero, vobis mihi est, &c. Et quia vniuersalem Gentium Apostolatam susceperat omnibus se asserit debitorem, secundum illud 1. Cor. 9. Cum essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci. Et ideo duplicem diuersitatem ponit. Vnam quidem secundum Gentem, cum dicit, Græcis ac Barbaris dicitur autem aliquis Barbarus dupliciter. Vno modo secundum quid, qui. I. est extraneus quoad aliquem, secundum illud 1. Corint. 14. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar Barbarus. Alio modo simpliciter, qui scilicet est extraneus à communitate hominum, in quantum ratione non regitur. Vnde proprie Barbari dicuntur, qui ratione non reguntur, secundum quod dictum est 2. Mach. 15. Ne ita ferociter ac Barbarè feceris. I. inhumanè. & quia Græci fuerunt primi legum inuentores, omnes Gentes, qui humanis legibus reguntur, nominat Græcos. De Iudæis autem, qui diuinis legibus regebantur, mentionem nõ facit: quia non erat institutus Apostolus Iudæorum, sed Gẽtium. Gal. 2. Ita vt illi in circuncisione, nos autem in Gẽtibus. Ex vtraque autem causa concludit promptitudinem voluntatis, cum subdit, Ita quod in me. I. quantum ad me pertinet, dummodo aliunde non impediatur, promptum est, & vobis qui Romæ estis euangelizare. Exod. 35. Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, si obtulit mente promptissima atque deuota. Et excludit impedimentum promptitudinis. I. erubescens, propter quam multi ea prætermittunt, que aliàs facerent promptè, & hoc est quod subdit, Non enim erubescens euangelium, quod quidem infidelibus apud quosdam erubescibile videbatur, propter id quod dicit 1. Corint. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum. Gẽtibus autem stultitiam. Nõ est autem secundum rei veritatem erubescendum propter id quod sequitur, Ipsius autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam. Vnde dicitur Luc. 9. Qui erubuerit me & meos sermones, hunc filius hominis erubescet. Et inde est quod baptizati liniuntur chrismate in fronte signo crucis,

Barbarus quis dicitur dupliciter. Qui proprie Barbarus. Qui à Paulo dicuntur Græci.

vbi est sedes verecundiæ, ne scilicet euangelium erubescant.

Lectio. 6.

Virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudæo primò & Græco. Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide uiuit. Reuelatur enim ira dei de celo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui ueritatem dei in iniustitia detinent, quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.

Postquam Apostolus Romanos fideles quibus scribebat, sibi bene uolos reddidit, ostendendo affectum suum ad eos, hic incipit instruere eos de his quae pertinent ad euangelicam doctrinam, in qua se segregatum prædixerat. Et primo ostendit virtutem euangelicæ gratiæ. Secundo exhortatur ad executionem operum huius gratiæ. 12. cap. ibi [Obsecro itaque] Circa primum, duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi [Reuelatur enim.] Circa primum, tria facit. Primo proponit virtutem euangelicæ gratiæ. Secundo exponit, ibi [Iustitia enim.] Tertiõ expositionem cõfirmat, ibi [Sicut scriptum est.] Dicit ergo primo, Ideo euangelium nõ erubescens, quia quis ut dicitur 1. Cor. 1. Verbum crucis per uobis quid est stultitia sit, nobis tamen virtus dei est. Virtus enim dei est, quod potest intelligi vno modo, quia virtus dei in euangelio manifestatur, secundum illud Psal. 90. Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. Alio modo, quia ipsum euangelium in se dei virtutem cõtinet, secundum illud Psal. 67. Dabit uocem suam uocem uirtutis. Circa quam uirtutem tria sunt cõsideranda. Primo quidem ad quid se ista uirtus extendat, & hoc designatur, cum subdit, In salutem. I. a. In maiestudine suscipite in se uirtutem uerbum quod saluare potest animas uestras. Quod quidem fit tripliciter. Vno modo in quantum per uerbum euangelij remittuntur peccata. Io. 15. Iam mundi estis, propter sermonem quem locutus sum uobis. Secundo in quantum per euangelium homo cõsequitur gratiam sanctificatam. Io. 17. Sanctifica eos in ueritate, sermo tuus ueritas est. Tertiõ in quantum perducit ad uitam æternam. Luc. 6. Verba uitæ æternæ habes. Secundo per quem modum euangelij salutem cõferat, quia tripliciter. Primo per fidem. Mar. 16. Prædicate euangelium omni creaturae, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Secundo per cõfessionem, infra 10. Oris cõfessio fit ad salutem. Tertiõ per scripturam. Vnde etiam uerba euangelij scripta uirtutem salutiferam habent, sicut beatus Barnabas infirmos curabat, euangelium superponendo. Cauenda sunt tamen superstitiones characterum, quia hoc est superstitionum. Vnde Eze. 9. Illi saluati sunt, in quorum frontibus est scriptum, thau, quod est signum crucis. Tertiõ quibus euangelium fit in salutem: quia Iudæis & Gẽtibus. Nõ enim Iudæorum tantum deus est, sed & Gẽtium, infra 3. Et ideo subdit, Iudæo primò & Græco. Per Græcos, omnem Gẽtitem intelligens, eo quod à Græcis Gentium sapientia est exorta. Sed cum infra 10, dicatur, Non est distinctio Iudæi & Græci, quomodo hic Iudæo primò? Dicendum est ergo quod quantum ad salutem finem consequendum nõ est distinctio inter eos. Equale enim cõsequuntur mercedem utriusque, sicut pro labore etiam in uinea priores & posteriores eundem denarium acceperunt, vt dicitur Matt. 20. Sed quantum ad ordinem salutis, Iudæi sunt primi, quia eis promissiones sunt factae, ut infra 15. Et in eorum gratia sunt Gẽtites assumpti, ac si ramus oleastri inseratur in bonam oliuam, ut infra 11. Ex his etiam saluator noster natus est. Io. 4. Salus ex Iudæis est. Exponit cõsequenter quomodo euangelij sit in salutem, cum dicit, Iustitia enim dei reuelatur in eo ex fide in fidem, quod quidem dupliciter potest intelligi. Vno modo de iustitia qua deus iustus est, secundum illud Psal. 10. Iustus deus & iustitias dilexit. Et secundum hoc sensus est, quod iustitia dei qua iustus est seruandam pmissa, in eo reuelatur. I. in homine credere euangelio: quia credit deum implese quod promittit de Christo mittendo: & hoc ex fide. I. dei promittentis. Psal. 144. Fidelis deus in omnibus uerbis suis. In fide. I. hominis credentis. Vel alio modo ut intelligatur de iustitia dei qua deus homines iustificat. Nã iustitia hominis dicitur, qua se homines propriis uiribus iustificare presumunt. infra 10. Ignorantes dei iustitiam & suam querentes statuerunt, iustitia dei nõ sunt subiecti. Quare quidem iustitia reuelatur in euangelio, in quantum per fidem euangelij homines iustificatur secundum quod dicitur, rēpus. Vñ subdit, Ex fide in fidem. I. ex fide ueteris testamenti procedendo in fidem noui testamenti, quia ab utroque homines iustificatur, & saluatur per fidem Christi, quæ eadem fide crediderunt ueterum, quem nos uenisse credimus. Et ideo dicitur 1. Cor. 3. Habentes eadem spiritum fidei, credimus, propter quod loquimur. Vel potest intelligi ex fide prædicatorum in fidem auditorum, infra 11. Quomodo credet ei que nõ audierunt. Vel ex fide unius articuli in fidem alterius, quæ ad iustificationem requiritur omnium articulorum fides. Apo. 1. Beari qui legit & audit uerba prophetiæ huius. I. omnia nõ uñ tantum. Alio modo potest intelligi ex fide prædicti in fidem futuram. I. in plenam uisionem dei: quare quidem dicitur fides ratione certæ & firmæ cõditionis. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Probat autem hæc expositionem, cum subdit, Sicut scriptum est: Iustus autem meus ex fide uiuit. Quod quidem accipitur secundum litteram 70. Nam in littera nostra quæ est secundum hebraicam ueritatem dicitur, Iustus ex fide sua uiuit. Dicitur autem meus. I. a me iustificatus, & apud me iustus reputatus. infra 4. Si autem Abraham ex opibus legis iustificatus est haber gloria, sed nõ apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham deo & reputatus est ei ad iustitiam. Vñ ex hoc subditur, Ex fide uiuit. I. uita gratia. Gal. 2. Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei. Quatuor autem hic cõsiderare oportet circa fidem. Primum quidem quid sit fides. Importat enim assensum quædam cum certitudine ad id quod nõ uidetur ex uoluntate, quia nullus credit nisi uolens, ut Aug. dicit. Et secundum hoc differt à dubitate, qui in neutram partem assentit. Differt etiam ab opinione, qui per certitudinem assentit ex necessitate rationis. Et secundum hoc fides est media inter scientiam & opinionem. Secundo cõsiderandum est an fides sit uirtus, & manifestum est quod nõ est uirtus, si accipiat pro eo quod creditur, secundum illud, Fides catholica hæc est, ut uñ deum in trinitate. Si autem accipiat pro habitu quo credimus, sic quædam est uirtus, quædam quæ nõ est. Est enim uirtus, principium actus perfecti. Actus autem ex duobus principijs dependens nõ potest esse perfectus, si alteri principiorum desit sua perfectio, sicut equitatio nõ potest esse perfecta, si uel equus bene nõ vadat, uel sessor equum ducere nesciat. Actus autem fidei, qui est credere, dependet ex intellectu, & uoluntate mouete intellectu ad assensum. Vnde actus fidei erit perfectus, si uoluntas perficiatur per habitum charitatis, & intellectus per habitum fidei, nõ autem si habitus charitatis fuerit, & idem fides formata charitate est uirtus, nõ autem fides informis. Tertiõ cõsiderandum est quod idem numerum pro habitu fidei qui sine charitate erat informis, adueniente charitate fit uirtus.

Quid euangelium. Ostendit fidei in qua fides. in qua fides. eos salua re non potuit.

Profertur illa particula Reuelatur ira dei de celo etc. ubi in uerbis. P. su. tractare de euangelica gratia, & ex ea confundere Iudæos & Gẽtites, domum strudo eos patres quo ad re euangelicam gratiam euangelij. tamē præfata uerba Iudæos in prerogatiuis multis ipsi Gẽtibus. & declarat per reuelationem iustitiae euangelicæ. Quæ est iustitia in scriptis. ex re uelatione primi uisus cõuersionis. I. in iustitia.

Quatuor con sideranda circa fidem.

An fides sit uirtus.



Que sit fides
iustificans seu
iustificans.

rus quia cum charitas sit extra essentiam fidei, per eius aduentum vel recessum nō mutatur substantia eius. ¶ Quarto considerandum est quod sicut corpus uiuit per animam naturali uita, ita anima uiuit per deum uita gratia. Primò autem deus animam inhabitat per fidem. Eph. 3, Habitat e Christus per fidem in cordibus uestris, nec tamē est perfecta habitatio nisi fides per charitatē sit formata, quæ per uinculum perfectionis nos unit deo: ut dicitur Colof. 3, Et ideo quod hic dicit, Ex fide uiuit, intelligendum est fide formata. ¶ Deinde cum dicit [Reuelatur enim ira dei] probat quod dixerat, i. uirtutem euangelicæ gratiæ esse omnibus hominibus in salutem. Et primò ostēdit quod est necessaria ad salutem. Secūdo q̄ est efficax siue sufficiens. 5. cap. ibi [Iustificati igitur ex fide] Circa primū duo facit. Primò ostēdit uirtutē euangelicæ gratiæ siue necessariam ad salutē Gentibus: quia, i. sapientia de qua confidebāt, saluare eos nō potuit. Secūdo ostēdit q̄ fuit necessaria Iudæis, quia, i. circuncitio & lex & alia in quibus cōfidebant, eis salutē non attulerunt. Secūdo cap. ibi [Propter quod inexcusabilis es]. Circa primū duo facit. Primò proponit quod intēdit. Secūdo manifestat propositum, ibi [Quia quod notum est dei]. Proponit autē tria. Primò quidem pœnā dicēs, rectē dico q̄ in eo iustitia dei reuelatur. Reuelatur enim in eo ira dei. i. uindicta ipsius, quæ dicitur ira dei secundum similitudinem hominum irascentium, qui uindictam querunt, tamen deus uindictā infert ex animi tranquillitate. Sapient. 12, Tu autem dominator noster cum tranquillitate iudicas. Et de hac ira dei dicitur Ioan. 3, Qui incredulus est filio, nō uidebit uitam: sed ira dei manet super eum. Hoc autem dicitur quia quidam philosophi dicebant, à deo nō esse pœnas peccatorum: cōtra id quod dicitur in Psal. 93, Qui corripit gentes nō arguet, Vnde additur, De celo, quia credebant circa cælestia eius prouidentiam occupari, ita quod ad res terrenas nō se extēderet. Iob 22, Circa cardines cæli perambulāt, nec nostra cōsiderat. Sed sicut etiā in Psal. 101 dicitur, de celo in terrā prospexit. Vel dicitur de celo eorū iniquitatē demonstrare, quia maxime ex magnitudine cæli creatoris uirtutem intelligere debuerunt. Iob 20, Reuelabit cæli iniquitatē eius. Vel de celo uēturi ad iudicium. A. Et. 7, Quem admōdum uidistis eum ascēdentem in cælum, ita ueniet. Secūdo ponit culpam, pro qua pœna infligitur. Et primò quidem quæ contra deum committitur cum subdit, Super omnem impietatem. Sicut enim pietas dicitur cultus qui deo exhibetur, tāquam summō parētī, sic impietas dicitur peccatum quod est contra cultum diuinum. Ezech. 18, Impietas impij super eum erit. Secūdo ponit culpam quæ cōmittitur in homine, cum dicit, [Et iustitiam] Nam iustitia est per quam homines inuicem ratione cōueniunt & cōmunicant. Iob 35, Filium hominis adiuuabit iustitia tua. Tertio ponit cognitionem quam de eo habuerunt, cum subdit [Homines eorum qui ueritatem dei] id est, uerā de deo cognitionem detinent in iniustitia quasi captiuatam. Nam uerā dei cognitio quātum est de se, inducit homines ad bonum, sed ligatur quasi captiuitate detenta per iustitiæ affectum, per quam, ut Psal. 11, dicitur, Diminuta sunt ueritates à filiis hominum. ¶ Deinde cum dicit, [Qui quod notum est] manifestat propositum, ordine tamē retrogrado. Primò enim consētit quod sapientes Gentilium de deo cognouerunt ueritatem. Secūdo ostēdit quod in eis impietas & iniustitia fuerit, ibi [Ita ut sint inexcusabiles]. Tertio quod iram dei incurrerunt, ibi [Qui cum iustitiam dei]. Circa primum tria facit. Primò ostēdit quid de deo cognouerūt. Secūdo ostēdit à quo huiusmodi cognitionem acceperunt, ibi [Deus enim illis]. Tertio ostēdit per quem modum, ibi [Inuisibilia enim]. Dicit ergo primò, rectē dico q̄ ueritatem dei detinuerunt. Fuit enim in eis quantum ad aliquid uerā dei cognitio, quia quod notum est dei, id est, quod cognoscibile est de deo ab homine per rationem, manifestum est in illis, id est, manifestum est eis ex eo quod in illis est. i. ex lumine intrinseco. ¶ Sciendum est ergo quod aliquid circa deum est omnino ignotum homini in hac uita. I. quid est deus. Vnde & Paulus inuenit Athenis, aram inscriptam, ignoto deo, & hoc ideo quia cognitio hominis incipit ab his quæ sunt rei cōnaturalis, scilicet a sensibilibus creaturis, quæ non sunt proportionata ad repræsentandam diuinam essentiam. Potest tamen homo ex huiusmodi creaturis deū tripliciter cognoscere, ut Dionysius dicit in libro de diuinis nominibus. Vno quidem modo per causalitatem, quia enim huiusmodi creaturæ sunt deflecebiles & mutabiles, necesse est eas reducere ad aliquod principium immobile & perfectum, & secundum hoc cognoscitur de deo an est. Secūdo per uiam excellentiæ. Non enim reducuntur omnia in primum principium, sicut in propriam causam & uniuocam, prout homo hominem generat, sed sicut in causam communem & excedentem, & ex hoc quod est super omnia. Tertio per uiam negationis, quia si est causa excedens, nihil eorum quæ sunt in creaturis potest ei competere, sicut etiam neque corpus cæleste propriè dicitur graue uel leue, aut calidum aut frigidum. Et secundum hoc dicimus deum immobilem & infinitū, & si quid aliud huiusmodi dicitur: huiusmodi autem cognitionem habuerunt per lumen rationis. Psal. 4, Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? signatum est super nos lumen uultus tui domine. ¶ Deinde cum dicit [Deus illis manifestauit] ostēdit à quo auctore huiusmodi cognitio eis fuerit manifestata, & dicit quod deus illis manifestauit, secundum illud Iob 35, Docet nos super iumenta terræ. Vbi considerandum est quod uerus homo alteri manifestat, explicando cōceptū suum per aliqua signa exteriora, puta per uocem uel scripturam. Deus autem dupliciter aliquid homini manifestat. Vno modo infundendo lumen interius, per quod homo cognoscit, Psal. 42, Emitte lucem tuam & ueritatem tuam. Alio modo proponendo suæ sapientiæ signa exteriora, scilicet sensibiles creaturas. Ecclesiast. primo, Effudit illam, scilicet, sapientiam super omnia opera sua. Sic ergo deus illis manifestauit, uel interius infundendo lumen, uel exterius proponendo uisibiles creaturas, in quibus, sicut in quodam libro dei cognitio legeretur. ¶ Deinde cum dicit [Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, & cetera.] ostēdit per quem modum huiusmodi cognitionem acceperunt. Vbi primò considerandum est quæ sunt ista quæ de deo cognouerunt. Et ponit tria. Primò quidem inuisibilia ipsius per quæ intelligitur dei essentia, quæ, sicut dictum est, à nobis uideri non potest. Ioan. 1, Deum nemo uidit unquam, scilicet per essentiam uita mortali uiuens. 1. Tim. 1, Regi seculorum immortalis inuisibili. Dicit autē pluraliter inuisibilia, quia dei essentia non est nobis cognita, secundū illud quod est. I. prout in se est uia. Sic erit nobis in patria cognita, & tunc erit dominus uerus, & nomen eius uerū, ut dicitur Zacharia. ult. Est autē manifesta nobis per quasdam similitudines in creaturis repertas, quæ id quod in deo unum est, multiplicitèr participat, & secundum hoc

Quid est deus?
est omnino
ignotum in
hac uita.

Deus triplici
ter cognoscitur
ab hominibus
creaturis.

Deus manifesta
stat homini
quid dupliciter.

intellectus noster considerat unitatem diuinæ essentiæ sua ratione bonitatis, sapiētia, uirtutis, & huiusmodi quæ in deo non sunt. Hæc ergo inuisibilia dei dixit, quia illud unum quod his nominibus seu rationibus in deo respondet, non uidetur à nobis. Hæb. 11, Ut ex inuisibilibus inuisibilia fierent. Aliud autem quod de deo cognoscitur, est uirtus ipsius: secundum quam res ab eo procedūt, sicut à principio. Psal. 146, Magnus dominus, & magna uirtus eius. Hanc ergo uirtutem philosophi perpetuam esse cognouerūt. Vnde dicitur, Sempiterna quoque uirtus eius. Tertium cognitum est quod dicit, Et diuinitas, ad quod pertinet quod cognouerunt deum sicut ultimum finem, in quem omnia tendunt. Diuinum enim bonum dicitur bonū commune quod ab omnibus participatur: propter hoc potius dixit diuinitatem, quæ participationem significat, quàm deitatem, quæ significat essentiam dei. Col. 1, Et in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. Hæc autem referuntur ad tres modos cognoscendi supradictos. Nam inuisibilia dei cognoscuntur per uiam negationis: sempiterna uirtus per uiam causalitatis: diuinitas per uiam excellentiæ. ¶ Secūdo considerandum est per quod medium illa cognouerunt, quod designatur, cum dicit, Per ea quæ facta sunt. Sicut enim ars manifestatur per artificis opera, ita & dei sapiētia manifestatur per creaturas. Sapient. 13, A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator harum uideri. ¶ Tertio ostēdit quomodo per ista cognoscatur deus, cum dicit, Intellecta cōspiciuntur. Intellectu enim cognosci potest deus nō sensu uel imaginatione, quæ corporalia non transcendent, deus autem spiritus est, ut Io. 4, dicitur. Etsi. 52, Ecce intel liget seruus meus. ¶ Quarto potest designari à quo per hunc modum deus cognoscatur, cum dicitur, A creatura mundi per quod uno modo potest intelligi homo. Mar. vlti, Prædicatē euāgelium omni creature, uel propter excellentiā hominis, quæ ordine naturæ minor est angelis: sed excellit inter inferiores creaturas, secundum illud Psal. 8, Minuisti eum paulominus ab angelis: omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & bo ues, &c. Vel quia cōmunicat cum omni creatura: habet enim esse cum lapidibus, uiuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis, ut Greg. dicit. Alio modo potest intelligi de uniuersali creatura. Nulla enim creatura ex proprijs naturalibus potest dei essentiā in seipsa uidere. Vnde & de Seraphin dicitur Etsi. 6, q̄ duabus alis uelabat caput: sed sicut homo intelligit deum per creaturas uisibiles, ita angelus per hoc q̄ intelligit propriā essentiam. ¶ Potest autē aliter intelligi per creaturā mundi nō ipsa res creata, sed rerū creatio: ac si diceretur, à creatione mundi, & tūc potest dupliciter ordinari. Vno modo, q̄ intelligitur q̄ inuisibilia dei intelligūt per ea quæ facta sunt à creatione mudi, non solum per ea quæ facta sunt tēpo re gratia. Alio modo q̄ intelligatur q̄ à creatione mudi homines incēperunt deū cognoscere per ea quæ facta sunt. Iob 26, Omnes homines uidēt eum. Glo. autē dicit q̄ per inuisibilia dei, intelligitur persona patris, 1. Tim. vlti, Quem nullus hominū uidit, &c. Per sempiternam uirtutem, persona filij, secundum illud 1. Cor. 1, Christū dei uirtutem. Per diuinitatē, persona spiritus sancti, cui appropriatur bonitas, nō q̄ philosophi ductu rationis potuerint peruenire per ea quæ facta sunt in cognitionē personarū, quantū ad propria quæ non significant uirtutem causæ ad creaturas, sed secundum appropriata. Dicuntur tamen defecisse in tertio signo, id est, spiritu sancto: quia nō potuerūt aliquid respondere spiritui sancto, sicut posterūt aliquid respondere patri, scilicet ipsū primū principū, & aliquid respondere filio, scilicet primā mentē creatā, quam uocabant paternū intellectū, ut Macrobius dicit in libro super somnium Scipionis. Lectio. 7. ¶ Ita ut sint inexcusabiles, quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis: & obscuratum est insipientis cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uoluerūt & quadrupedum & serpentium, propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Quia commutauerunt ueritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creature potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Amen. ¶ Postquam Apostolus ostēdit ueritatem dei fuisse à Gētibus cognitam: hinc ostēdit eos fuisse obnoxios culpa impietatis & iniustitiæ. Et primò ostēdit hoc quantū ad culpam impietatis. Secūdo quantum ad culpam iniustitiæ, ibi [Et sicut non probauerunt, &c.] Poffer autē aliquis credere eos à culpa impietatis excusari propter ignorantiam, sicut Apostolus de se dicit infra 1. Tim. 1, Miam consecutus sum, quia ignorās es. Primò ergo ostēdit Gentiles nō esse excusabiles. Secūdo ponit eorū culpā, ibi [Et mutauerunt gloriā]. Circa primum considerandū est q̄ tunc ignorantia culpam excusat: quando sic procedit & causat culpam quod nō causatur à culpa, sicut cū aliquis adhibita diligentia debita dum credit pcutere hostē percutit patrem. Si uero ignorantia causetur ex culpa, non potest subsequētē culpā ignorantia excusare. Vnde si quis per ebrietatē homicidiū cōmittit nō excusatur à culpa, quia peccauit se inebriando. Vnde secundū philosophū, meretur duplices multationes. Primò igitur pponit quod intēdit dicēs, Ita quod est dei, notū est eis, ut sint inexcusabiles. i. ut per ignorantiam excusari nō possit. Ia. 4, Sciētī bonū & nō operanti peccatū est illi: infra. 2, Propter quod inexcusabilis es. Secūdo [Quia cū cognouissent, &c.] Probat quod dixerat, & primò ostēdit q̄ prima eorū culpa ex ignorantia nō pcessit: secūdo q̄ ex hac culpa est ignorantia subsecuta, ibi [Sed euauerunt]. Quod autē prima eorū culpa nō fuerit ex ignorantia ostēditur, per hoc quod dei cognitionē habentes ea nō sunt uisi ad bonum. Dupliciter autem deum cognouerunt, uno modo sicut omnibus super eminentem, & sic ei debebant gloriā & honorem quæ super excellentibus debetur: isti ideo dicūt inexcusabiles, quia cū cognouerunt deum, nō sicut deum glorificauerunt: uel quia ei debitū cultum nō impēderunt, uel quia uirtuti eius & scientiæ terminū imposuerunt, aliqua potētia & scientiā subtrahētes, cōtra id quod dicitur Eccl. 43, Glorificantes dominum quantūcumq̄ poteritis. Secūdo cognouerunt eum sicut omnium bonorū causam, unde ei in omnibus gratiarum actio debebatur, quā tamen ipsi non impēdebāt, sed potius suo ingenio, & uirtuti suæ bona sua ascribebant. Vnde subdit, Gratias nō egerunt. I. domino. 1. Thessal. vlti. In omnibus gratias agite. ¶ Deinde cum dicit, [Sed euauerunt.] ostēdit quod in eis culpa est ignorantia subsecuta. Et primò ponit intentum: secundū manifestat propositum, ibi [Dicentes]. Primo ergo proponit culpā quæ est ignorantia causa cum dicit, Euauerunt. uanum enim dicitur quod non habet stabilitatem seu firmitatem: solus autem deus de se est immutabilis. Malachiæ tertio. Ego

Essentia dei
pro hoc statu
est nobis nota
per similitudi
nes in creatu
ris repertas.

Declaratur
modus quo
deus per crea
turas cognos
citur.

Quando igno
rantia excusat
culpam.

Philosophi
dupliciter deū
cognouerunt.

Quid uanū.

deus & nō mutor. Et tunc solū mēs humana est à vanitate libera quādo deo innititur, cū autē pratermissio deo innititur cuiusq; creaturæ incurrit vanitatem. Sap. 13, Vani sunt omnes homines in quibus nō subest sciētia dei, &c. Psal. 93, Dominus scit cogitationes hominū quoniam vane sunt. In cogitationibus suis euanuerunt iniquitatem in seipsis, & nō in deo: fiducia habebat sibi, & nō deo bona sua ascribētes, secūdū illud Psal. 11, Labia nostra, &c. Secūdō ponit ignorantia subsecuta dicens. Et obscuratū est. i. per hoc quod obscuratū est factū est cor eorū insipiens. i. lumine sapiētiae priuatū, p quā homo verē deū cognoscit. Sicut enim q̄ oculos corporales à sole materiali auertit, obscuritatē corporalē incurrit, ita ille q̄ à deo auertitur de seipso p̄sumptuosus, & nō de deo spiritualiter obscuratur. Prou. 11, Vbi humilitas p quā scilicet homo fe deo subicit, ibi sapientia: vbi superbia, ibi cōtumelia. Mat. 11, Abscondisti hæc à sapientibus, secūdū q̄. s. eis videbatur, & reuelasti ea paruulis. i. humilibus. & de his habetur Ephes. 4, Gētes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratū habētes intellectum. ¶ Deinde cū dicit, [dicētes] exponit quod dixerat, & primō qualiter in cogitationibus suis euanuerunt, cū dicit, [dicētes] esse sapiētes, stulti facti sunt. ¶ Dicētes. i. sapiētia sibi à seipsis ascribētes. Esa. 5, Væ qui sapiētes estis in oculis vestris. Esa. 19, Quomodo dicens Pharaoni, filius sapiētū ego filius regū antiquorum, &c. Secūdō exponit quod dixerat, & obscuratū est insipiens cor, cū dicit, stulti facti sunt quasi cōtra diuinā sapiētia ag. Hier. 10, Stultus factus est omnis sciētia sua de qua. s. præsumebat. ¶ Deinde cū dicit, [Et mutauerūt gloriā] ponit peccatū impietatis Gentiliū. Et primō quantum ad hoc q̄ peccauerūt cōtra veritatē naturæ ipsius, ibi [Quia cōmutauerunt veritatē.] Circa primū duo facit. Primō ponit impietatis culpā, secūdō p̄nā, ibi [Propter quod tradidit.] Culpa quidē eorū fuit quod quātum in ipsis erat, honorē diuinū in alium trāstulerunt: secūdō id in quod mutauerunt, ibi [In similitudinē.] Circa primū tria sunt attendenda ex parte dei. Primō quidē ipsius gloria quā tangit dicēs, Et mutauerunt gloriā, quod potest intelligi dupliciter. Vno modo de gloria qua homo deum glorificat, ei cultum patriæ exhibēdo. 1. Tim. 1, Soli deo honor. Hanc igitur mutauerūt cum cultū deo debitum exhibuerūt aliis. Alio modo potest intelligi de gloria qua deus in se gloriosus est, quæ est incōprehensibilis & infinita. Pro. 25, Persecutor maiestatis opprimetur à gloria. Quæ quidē gloria nihil est aliud q̄ ipsa claritas diuinæ naturæ. Lucē enim habitat inaccessibilē. 1. Tim. vlt. Hæc autē mutauerunt dum eā aliis attribuerunt. Incōmunicabile enim nomē lignis & lapidibus impofuerunt, vt dicitur Sap. 14. Secūdō notatur incorruptibilitas cū dicit, Incorruptibilis ipse em solus perfectē incorruptibilis est, qui est oino immutabilis. Omnis em mutatio quædam corruptio est. Vnde dicitur 1. Tim. vlt. Solus habet immortalitatē. Tertiō notatur naturæ sublimitas cū dicitur, dei: vt enim in Psa 47. dicitur, Deus magnus dominus. Ex parte verō eius in quod mutauerunt, tria correspondētia ponuntur. Nā cōtra gloriā dicit, in similitudinē imaginis. i. in similitudinē alicuius rei per modum imaginis ab aliquo expressæ. Manifestum enim est q̄ similitudo imaginis est posterior illa re cuius est imago. Gloria autem siue claritas dei est principium omnis speciei & formæ. Et sic qui dei gloriā in similitudinē imaginis mutant, cōuertunt primum in vltimum. Sap. 14, A cerbo luctu dolēs pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem. Cōtra id quod dixerat incorruptibilis, dicit corruptibilis. Psal. 29, Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionē? s. quod est amplius iā corruptū siue mortuū Sap. 15, Cum sit mortalis, mortuū fingit manib⁹ iniquis. Cōtra id quod dixit dei, ponit hominis. Iob 32, Nō accipiā personā viri & deum homini nō æquabo. Et quod est abominabilis, homo gloriā dei transtulit nō solum in hominē qui est ad imaginē dei: sed etiā ad ea quæ sunt infra hominem. Vnde subdit, Et volucrū quantum ad volarilia Et quadrupedum quantum ad gressibilia. Et serpentum quātum ad reptilia. Prætermittit autem pisces tanquam magis ab humana cōuersatione sciunctos. Hæc autem omnia sunt à deo homini supposita. Psal. 8, Omnia subiecisti sub pedibus eius. Ezech. 8, Ingredere & vide abominationes p̄sisti mas quas isti faciunt hīc. Et ingressus vidi: & ecce omnis similitudo reptilium & animalium, &c. ¶ Est autem notandum quod sicut dicit glos. ab aduētū AENEÆ confueuerunt in Italia imagines hominum coli, puta Iouis, Herculis & similia. Sed tēpore Cæsaris Augusti deuicta AEGYPTO eorū cultum Romani assumpserunt: qui imagines animalū colebant propter figuras animalū quæ norantur in cælo, quibus tanquam astrologia dediti, cultū diuinitatis impendebāt. Vnde & dominus filios Israel in AEGYPTO nutritos, ab huiusmodi cultu remouet dicens, Deut. 4, Ne fortē oculis eleuatis in cælum videas solem & lunam & omnia astra cæli, &c. ¶ Deinde cū dicit, [Propter quod tradidit,] ponit p̄nā huiusmodi culpæ respondentem. Circa quod cōsiderandum est quod homo mediū locum obtinet inter deum & animalia bruta, & cum vtroq; extremorum cōmunicat: cū deo quidem secūdū intellectū, cū animalibus verō brutis secundum sensualitatē. Sicut igitur homo id quod est dei mutauit vsque ad bestias: ita deus id quod est diuinum in homine secundum rationē, subdit ei quod est brutale in ipso. s. desiderio sensualitatis: secundum illud Psal. 48, Homo cum in honore esset. s. diuinæ imaginis propter rationem cōparatus est iumentis insipientibus. Hoc est quod dicit, Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis, vt eorū ratio subderetur desiderii, scilicet sensualis affectus, de quibus dicitur infra 13, Carnis curā ne feceritis in desiderii, &c. Quod quidem est cōtra naturalem ordinē hominis secundū quod ratio appetitui sensibili dominatur. Ge. 4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Inducit ergo homines in desideria cordis eorum, sicut in manū dominorum crudeliū. Esa. 19, Tradam AEGYPTŪ in manu dominorum crudeliū. Præcipuē tamē circa appetitum sensitiuum bestialis quædam deordinatio pertinet ad peccata carnalia. Nam delectationes tactus, circa quas sunt gula & luxuria, manifestē sunt cōmunes nobis & brutis. Et ideo sunt magis exprobrabiles quasi magis brutales, vt dicit Philosophus in tertio Ethico. Et hoc designatur cū subdit, In immunditiā quæ ad peccata carnalia pertinet: secundum illud Ephes. 5, Omnis fornicator aut immundus: quia scilicet homo per huiusmodi peccata maximē cōuertitur & trahitur ad id quod est infra ipsam: vñ quodque enim dicitur esse impurū hinc immundum ex coniunctione villoris, sicut argentū ex coniunctione plumbi. Vnde exponens subdit, Vt contumelias. i. turpibus & immūdis actibus, afficiant. i. inficiant. Corpora sua in semetipsis. i. non quasi ab aliis coacti, puta à Barbaris, sed à semetipsis hoc agunt propria spōte. infra 9,

Dupliciter dicitur populi mutasse gloriam dei.

Cum nō dicit gloriam dei mutatā in imagines p̄sisti sicut hōis & volucrum.

AENEAS inceptor idolatriæ Italia.

Homo medius est inter dei & bruta. Quia homo quod est diuinum in homine secundum rationem, subdit ei quod est brutale in ipso. s. desiderio sensualitatis. Delectationes tactus & gustus magis exprobrabiles aliis.

Aut non habet potestātē sigulus luti ex eodē luto facere aliud vas in honorē, aliud in contumeliā. s. in turpem vsum. Sed cū huiusmodi immunditia sit peccatū, videtur quod deus in eam homines non tradat: quia vt dicitur Iaco. 1, Deus intētator malorum est. Dicēdum est quod deus non dicitur tradere homines in immunditiā directē inclinādo affectū hominis ad malum, quia deus ordinat in seipsum. Pro. 16, Vniuersa propter se operatus est dominus. peccatum autē est aliquid per auersionē ab eo. Sed indirectē tradit homines in peccatum inquantū subtrahit gratiā per quā homines continebātur ne peccarēt, sicut si aliquis alicuius sustentaculum tolleret, diceretur facere casum eius. Et per hunc modum, primū peccatum est causa sequenti peccati, sequens verō est p̄na prioris. ¶ Ad cuius euidentiam sciendū est quod vnū peccatum potest esse causa alterius indirectē & directē. Directē quidem inquantū ex vno peccato inclinatur ad aliud, quod fit tripliciter. Vno modo secundum rationē causæ finalis, sicut cū quis ex auaritia incitatur ad homicidium cōmittendum. Secundo, secundum rationē causæ materialis, sicut gula inducit ad luxuriā ministrando materiam. Tertio, secundum rationem causæ mouētis, sicut cum ex multis actibus alicuius peccati generatur habitus ad simile peccatū inducens. Indirectē autem, sicut primū peccatum meretur exclusionē gratiæ, qua subtrahit homo ruit in aliud peccatū. Et sic primū peccatū est causa secundi indirectē siue per accidens, sicut remouens prohibens. ¶ Sed notandum est quod peccatum inquantū huiusmodi nō potest esse p̄na, quia p̄nam contra voluntatē patimur, peccatū autē est voluntarium, vt Aug. dicit: sed quia peccatum habet quædam adiuncta quæ sunt contra voluntatē peccantis, ratione eorum peccatū dicitur p̄na precedentis peccati. Hoc autem est vno modo aliquid præcedēs peccatū, sicut subtrahit gratiā ex qua sequitur vt homo peccet. Alio modo est aliquid adiunctum ipsi peccato vel interius, sicut est inordinatio animi, vnde Aug. dicit in primo confes. Iussisti domine, & sic est vt p̄na sibi sit omnis inordinatus animus, siue quantum ad exteriores actus quibus difficultates ac labores adiunguntur, secundum illud quod dicitur impij, Sap. 5, Ambulauimus vias difficiles, &c. Tertio, quātum ad id quod sequitur peccatū, sicut est remorsus conscientiæ, infamia & similia. ¶ Deinde cū dicit, [Commutterunt, &c.] Ponit culpam impietatis quam cōmiserunt contra veritatē diuinæ naturæ. Et primō ponit culpam, secūdō p̄nā, ibi, [Propterea tradidit.] Diuina autē natura potest considerari dupliciter. Vno modo secundū quod est ratio cognoscendi, vt veritas prima, & quantum ad hoc dicit, Quia cōmutauerunt veritatē dei in mēdaciū, quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia veram cognitionē quam à deo acceperunt peruersa ratione ad falsa dogmata conuertunt, sicut cum dixerunt idola esse deos, vel deum non esse omnipotentē, vel omniscientem. Hier. 9, Docuerunt linguas suas loqui mēdaciū. Alio modo veritatē dei in mēdaciū mutauerunt, quia diuinitatis naturam, quæ est ipsa veritas attribuerunt idolo quod est mēdaciū in quantum non est deus, vt dicitur Hier. 19, Verē mendaciū possederunt patres nostri, vanitatē quæ eis non profuit. Nunquid faciet homo sibi deos, & ipsi non sunt dii? Alio modo potest cōsiderari diuina natura, secundum quod est principium essendi omnibus per creationē, & sic debetur ei ab homine interius quidem cultus secundū pium affectum. Ioan. 9, Si quis cultor est dei, &c. exterius verō debetur ei seruitus patriæ, secundum illud Deut. 6, Dominum deū tuum adorabis, & illi soli seruius. Vnde & subdit cōtra eos. s. Coluerunt & seruierunt creaturæ potius, &c. colebant enim cælestia corpora, & aerem & aquā, & alia huiusmodi, secundum illud Sap. 13, Aut ignē aut spiritum, aut citatum aerē, &c. Et in hoc improbat sapientes gentilium, qui quantum nunquā in imaginibus aliquid numinis esse crederent, sicut sectatores Hermetis credebāt, neque ea quæ à poetis fabulose dicebantur de diis crederent esse vera, creaturis tamen aliquibus cultum diuinitatis impēdebant ex quibus rationē fabularum alsignabant, sicut Varro posuit totum mundum esse deū propter animā eius, dicens quod toti mundo, & omnibus partibus eius, diuinitatis cultus impendi potest, scilicet aeri, quem vocabant Iunonem, & aquæ quā vocabant Lieum, & sic de aliis. Platonici etiā posuerunt quod omnibus substantiis rationalibus quæ sunt supra nos cultus diuinitatis debetur: puta dæmonibus animabus cælestium corporū intelligentiū, i. substantiis separatis. Quāuis autē his que supra nos sunt aliqua reuerentiā exhibere debeamus, non tamen cultu patriæ, quæ præcipuē in sacrificii oblatione consistit, per quod homo proficitur omnium honorum deū esse authorē, sicut & in quolibet regno aliquis honor supremo domino exhibetur, quē non licet transferre in aliū. Et ideo subdit, Qui est benedictus, i. cuius bonitas est manifesta. Sicut enim dicimur benedicere deū, inquantū eius bonitatē corde recognoscimus & ore cōfitemur. Eccle. 43, Benedicētes deū exaltate illū quātum potestis. Addit autē, In secula, quia eius bonitas est sempiterna ab alio nō depēdēs, sed est omnis boni principium. Et ex hoc sibi debetur omnis patriæ cultus. Addit autem Amen, ad omnimodā certitudinē asserendā. Esa. 65, Qui benedictus est super terrā, benedicetur in deo amē, quod idē est quod verū, vel fiat. Videtur autē Apostolus triplicē theologia tangere gentiliū. Primō quidē ciuilem quæ obseruabatur à pōtificibus in adoratione idolorū in tēplo, & quātum ad hoc dicit, Et mutauerūt gloriā incorruptibilis dei. Secūdō theologiā fabularē, quam poeta trahebāt in theatris, & quātum ad hoc dicit, Qui cōmutauerunt veritatē dei in mēdaciū. Tertiō theologiā naturalem quam obseruauerunt philosophi in mūdo partes mundi colentes, & quantum ad hoc dicit, Et coluerūt & seruierunt creaturæ potius quam creatori. Lectio. 8.

Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam femina eorum immutauerunt naturalem vsu in eum vsu qui est contra naturam. Similiter autem & masculi relicto naturali vsu femine exarserunt in desiderii suis in immunditiā. masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem quā oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobū sensum vt faciant ea que non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuidentes malorum parentibus non obedientes, insipientes, incompósitos, sine affectione, absque federe, sine misericordia. Qui cum iustitiā dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

¶ Posita culpa impietatis secundum quā contra naturā diuinā peccauerunt, hic ponit p̄nā qua. s. ad hoc reducti sunt, ut cōtra suā naturā peccarēt. Et primō ponit p̄nā, secundō exponit, ibi [Nā femina,] tertiō

Quomodo de dicitur tradere hoies in immunditiā & in cetera p̄clā. Duob⁹ modis vnū peccatū est causa alterius. s. directē & indirectē. Vnū peccatū inclinatur ad aliud tripliciter. Quomodo potest dici p̄na alteri peccati.

Triplex theologia gentiliū.

eius cōuenientiā ostendit, ibi [Et mercedē.] Dicit ergo primò [propterea] scilicet quia dei veritatē in mendacium mutauerunt [tradidit illos deus] nō quidē impellendo in malum, sed deserēdo [In passionē ignominiaē] .i. peccatum cōtra naturā, quā dicuntur passiones secundum q̄ propriē passio dicitur, ex eo quōd aliud trahitur extra ordinē suā naturā, puta cum, aqua calefit, aut cum homo infirmatur. Vnde quia per huiusmodi peccata homo recedit ab ordine naturali, conuenienter dicuntur passiones infra 7. Passiones peccatorum. Dicuntur autem passiones ignominiaē, quia nō sunt nomine digna, secundum illud Ephes. 5. Quā aguntur in occulto ab eis turpe est dicere. Si enim peccata carnis cōmuniter exprobrabilia sunt, quia per ea homo deducitur ad id quod est bestiale in homine, multo magis peccatum contra naturā per quod etiā homo à natura bestiali decidit. Osee 4. Gloria eorū in ignominia cōmutabo. Deinde cum dicit, [Nā fœminā eorum, &c.] exponit quod dixerat. Et primò quātum ad fœminas, secundum quātum ad masculos, ibi [Similiter autē & masculi.] Dicit ergo primò, Ideo illos dico in passionē ignominiaē traditos. [Nā fœminā eorum mutauerunt naturalē vsum in eum vsum qui est contra naturā.] Corint. 11. Nec ipsa natura docet vos. Esa. 24. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. i. ius naturale. Est autē cōsiderādum quod dupliciter est aliquid cōtra naturā hominis. Vno modo cōtra naturā differentiaē cōstitutūq̄ hominis quā est rationale, & sic omne peccatum dicitur esse cōtra naturā hominis, in quātum est contra rationē reētā. Vnde & Dam. dicit in 2. lib. q̄ angelus peccās versus est ex eo quod est secundum naturam in id quod est prater naturā. Alio modo dicitur esse aliquid cōtra naturā hominis ratione generis quod est animal. Manifestum est autē q̄ secundum naturā intentionē cōmixtio sexuum in animalibus ordinatur ad actum generationis. Vnde omnis cōmixtionis modus ex quo generatio sequi nō potest, est cōtra naturā hominis in quātum est animal. Et secundū hoc dicitur in glōf. naturalis vsum est vt vir & mulier in vno cūcubitu coeant. cōtra naturā verò, vt masculus masculum polluat, & mulier mulierē: & eadē ratio est de omni actu coitus ex quo generatio sequi nō potest. Deinde, cum dicit [Similiter autē] exponit quātū ad mares qui scilicet relicto naturali vfu fœminā exarserunt. i. extra terminos naturā arserunt, secundum illud Psal. 105. Exarserunt sicut ignis in spinis. Et hoc [in desiderijs suis] scilicet carnalibus [inuiē carnalibus] turpitudine operātes. [Ezech. 15. Nudabo ignominiaē tuam coram eis, &c.] Deinde cum dicit, [Et mercedem] ostēdit hāc pœnā cōuenientē esse culpę, dicēs, [Recipiētes in femetipsis]. i. in deformatione suā naturā [mercedē erroris sui]. s. quo dei veritatē in mendacium cōmutauerunt, mercedē. i. retributionē quā oportuit. s. eos recipere, secundum iustitiā ordinē ex qua debitum erat, vt qui in dei naturam iniuriosi fuerāt, id quod est propriū sibi creaturis attribuēdo, in sui natura cōtumeliosi existerēt. Et quāuis merces propriē videatur in bonum sonare, tamē hic sumitur cōmuniter pro quacunq; retributione etiā in malis secundum modum quo dicitur infra 9. Stipendia peccati mors. Mich. 1. Mercedes eorum igni cōburentur. Et est notādum q̄ satis rationabiliter Apostolus vitia cōtra naturā quā sunt grauissimā inter peccata carnalia ponit idolatria pœnam, quia simul cum idolatria incepisse vidētur. s. tēpore Abrahā quādo creditur idolatria incepisse. Vnde & tunc primò legūtur in Sodomitis punita esse, vt Gen. 19. Similiter etiā idolatria crescēte huiusmodi vitia creuerunt. Vnde dicitur 2. Machab. 4. q̄ Iason ausus est sub ipsa arce optimos quosq; ephēborum in lupanaribus ponere. Erat autē hoc nō initium sed incrementum quoddam & profectus gentilis, & alienigenā cōuersationis. Deinde cum dicit, [Et sicut nō probauerunt] ostendit eos iustitiā fuisse subiectos. Et primò ostendit ex qua priori culpa in hęc deuenerunt. Secundò enumerat horum peccatorum differentias, ibi [Repletos omni iniquitate.] Culpā autem præcedentem ponit cum dicit, Et sicut nō probauerunt deum habere in notitia, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, quia quāuis lumine rationis, & per creaturas visibiles verā dei cognitionē habere potuerunt, tamen vt liberius possent peccare nō probauerunt. i. nō approbauerunt, vt ipsi haberent Deum in sui notitia. Job 22. Dixerunt deo, Recede à nobis scientiā viarum tuarum nolumus. Alio modo potest intelligi quod ipsi nō probauerunt quod deus in sua notitia haberet facta humana, secundū illud Psal. 93. Dixerūt, nō videbit dominus, nec intelliget deus. Et secundum hunc sensum cōuenienter huic culpā respōdet pœna cum subditur, Tradidit illos deus in reprobū sensum: dicitur autem hic sēsus hominis nō exterior quo sensibilia cognoscūtur, sed interior secundum quem iudicat de agēdis, secundum illud Sap. 6. Cogitare de illa sensus est cōsummatus. Dicitur autem [sensus reprobus, quo aliquis reprobādum iudicium habet de agēdis, secundum illud 2. Tim. 3. Homines mente corrupti reprobī circa fidem. Hierē. 9. Argentum reprobū vocate eos. Et ideo subdit, Vt faciāt ea quā nō cōueniunt. i. ea quā à recta ratione discordant. Sap. Inutilia opera eorum sunt. Est autem cōueniens, vt qui cōtra dei notitiā peccauerunt vel eum cognoscere nolentes, vel eum cognoscere nō arbitantes in petueritatem sensus traderentur. Vnde & Sap. 14. dicitur, Peccantium pœna perābulat semper in iustorum præuaricationem. Deinde cum dicit, [Repletos, &c.] enumerat huiusmodi inconuenientia opera: & primò ponit id quod est generale, dicēs, Repletos omni iniquitate, quia vt dicitur 1. Ioan. 3. Omne peccatum est iniquitas. Sicut enim omnis virtus in quātum exequitur præceptum legis habet rationem iustitiā: ita etiā omne peccatum in quātum à regula legis diuinā discordat, habet rationem iniquitatis. Et sic in sacra scriptura præcipuē peccata arguuntur. Dupliciter autem eorum culpam exaggerat. Primò quidem intensuē, per hoc q̄ dicit, repletos. Ille enim videtur repleri iniquitate, cuius affectus est totaliter ad peccandum dispositus, secundū illud Psal. 13. Quorū os maledictionē & amaritudine plenum est. Secundò extensuē, quia scilicet nō tantum in vno peccauerunt, sed in omnibus. Sap. 14. Infandorū idolorum cultura omnis mali causa est. Consequēter cum dicit, [Malitia] enumerat peccata in speciali. Et primò quantum ad transgressionē quā opponitur præceptis negatiuis. Secundò quantum ad omissionē quā opponitur præceptis affirmatiuis, ibi [Superbos.] Circa primum duo facit. Primò ponit peccata quibus aliquis deterioratur in seipso. Secundò peccata quibus aliquis fit nocuus proximo, ibi [Nequitia.] Circa primū ponit quidem id primo quod est generale cum dicit, [Malitia] quā est habitus vitiosus virtuti oppositus. Vnde ex malitia peccare dicuntur qui ex habitu peccant. Psal. 51. Quid gloriaris in malitia? In speciali ponit peccatū quo quis deordinatur circa appetitū corporalium delectationū cum dicit, [Fornicationē.] Quāuis enim

Quomodo deus tradit hominem in peccatum.

Vitiū peccati est in pœna aliteris peccati.

Vitia contra naturā sūt pœna idolatrie.

Ex derelictione dei sequuntur vitia contra naturā ex illis autē tan dē oīs pēti abundantia.

Vitia quibus quis in seipso deordinatur.

uis enim fornicatio propriē sit cum meretricibus, quā iuxta fornices. i. arcus triūphales se publicē prostituēbant, tamen hīc sumitur pro omni illicito cōcubitu. Thob. 4. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione. Secundò ponit vitium per quod quis deordinatur circa appetitū rerum, exteriorū, cum dicit [Auaritia] quā est immoderatus appetitus habēdi. Heb. vlti. Sint mores sine avaritia, contēti presentibus. Deinde ponit vitia cōtra naturā quā tendit ad nocumētum proximi. Et primò ponit id quod est generale, cum dicit [Nequitia] dum. s. attētat aliquid quod nequit implere, quod maxime contingit circa nocumēta proximorū quibus non potest aliquis aliquando pro voto nocere. Psal. Consumetur nequitia peccatorum. Consequēter ponit radicem horum peccatorum, dicēs [Plenus inuidia] quā est dolor de alieno bono: ex quo aliquis incitatur ad nocēdum alteri. Sap. 2. Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Postea ponuntur nocumēta, & primò manifesta, & quātum ad facta, cum dicit [Homicidiū] quē sunt præcipua nocumēta. Osee 4. Maledictū mēdacium, & homicidium, furtum, & adulteriū inundauerūt. Dicit autē pluraliter, homicidiū quia homicidium, nō solum cōsistit in opere, sed etiam in voluntate. 1. Io. 3. Qui odit fratrem, homicida est qui. s. odit ad occidēdum. Et quātum ad verba, cum dicit [Contētiōne.] Est autem contētiō, impugnatio nequitatis cum confidētia clamoris. Prou. 20. Honor est homini qui se separat à contētiōnibus. Deinde ponit nocumēta occulta, & primò illud quod est generale, cum dicit [Dolo] quando, scilicet, aliud simulatur, & aliud agitur. Hic. 9. Sagitta vulnerans, lingua eorum, dolus locuta est in ore suo, pacem cum amico suo loquitur, & occulte ei quasi insidias. Post hæc ponit radicem interiorē horum nocumētorum, cum dicit [Malignitate] quā importat malū ignem. i. malum affectū in corde, secundum illud Psal. 27. Loquūtur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus. Psal. 51. Non habitabit iuxta te malignus. Consequēter ponit nocumēta occulta quā præcipuē fiunt verbis, cum dicit [Sufurrones.] Qui. s. occultē susurrant in auribus hominū ad seminādum inter eos discordias. Ecclē. 18. Sufurro & bilinguis maledictus in populo: multos enim turbauit, pacem habētes [Detrahētes] qui. s. detrahunt famā alicuius occultē. i. eo ignorante, mala dicētes de eo Ecclē. 10. Si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet qui occultē detrahit. Et ne putentur ista peccata esse leuia, quia solo ore cōmittuntur, subdit [Deo odibiles] Impugnant enim id maxime quod deus in hominibus amat. s. mutuū amorem. Io. 15. Hoc est præceptū meum vt diligatis inuicē. Vnde dicitur Prouer. 6. Sex sunt quæ odit deus, & septimū detestatur anima eius. s. qui seminat inter fratres discordias. Addit autē [Contumeliosus] qui. s. mala in faciem inferūt. 1. Tim. 1. Qui prius sui blasphemus & persecutor & cōtumeliosus. Sic ergo tria vitia in materia cōueniūt, quia omnes mala dicūt de proximo. Dicit autē in fine, nam sufurro intendit discordiam, detrahētor infamiam, cōtumeliosus iniuriam. Consequēter ponit peccata quā pertinet ad omissionem: & primò ponit radicem horum peccatorū, cum dicit [Superbos.] Dicitur enim superbi quasi super se euntes per inordinatū appetitū excellētia: volūt enim præfesse, nō subesse alienā regulā: & ideo præcepta omittunt. Ecclē. 10. Initium omnis peccati, superbia. Quod verum est quātum ad auersionem à deo, nō quātum ad cōuersionem ad bonū cōmutabile. Dicit enim, 1. Tim. 6. q̄ radix omnium malorū est, cupiditas. Secundò ponit processum superbiæ: ex quo primò in corde nascitur elatio, vt. s. homo se sup alios effert. Luc. 18. Nō sum sicut ceteri hominū. Vnde dicitur cōtra elatos illud Psal. Neq; elati sunt oculi mei. Secundò ex superbia in ore nascitur nouitatū presumpcio. Et quātum ad hoc subdit, Inuētores malorū, quia em bona iam à deo & ab hominibus sunt instituta, cōsequēs est vt ipsi de nouo adinueniant mala. Esa. 3. Adinūctioes eorū cōtra dominum. Consequēter ponuntur ipse omissiones. Et primò respectu superiorum. Vnde quātum ad parentes dicit [Parētibus non obedientes.] Contra id quod dicitur Ephē. 6. Filii obedite parētibus vestris in domino. Quātum autem ad deum, dicit, Insipientes. i. contra diuinā reuerētiā agētes. Job. 18. Ecce timor domini, ipsa est sapiētia: & recedere à malo, intelligētia. Secundò ponit omissionē, quantum ad seipsum, cum dicit [Incompositos] in habitu & in incessu. Ecclē. 19. Amictus corporis & risus dētium & ingressus hominis enūtiāt de illo. Quidā tamen inculpātur Esa. 3. de hoc q̄ cōposito gradu incedebāt, quia illa cōpositio excedebat modū cōmunem hominū inter quos cōuersabatur. Tertio ponit omissionē quātum ad pares, ad quos debemus habere primò affectū in corde, cōtra quod dicit [Sine affectione] Prou. 12. Viscera impiorū crudelia. 2. Tim. 3. Erūt homines seipsos amātes. s. & non alios. Secundò debet homo eis exhibere socialē cōuersationem, cōtra quod subdit [Absq; fœdere] quo. s. aliis socialiter nō cōuiuūt. Iudic. 18. Percusserūt eos in ore gladii, eo q̄ cū nullo hominū haberēt quicq; societatis ac ne gotii. Ecclē. 4. Væ soli, qm̄ cūm ceciderit &c. Quarto quātum ad inferiores, subdit [Sine misericordia] quā debemus miseris exhibere. Iac. 2. Iudiciū sine misericordia fiet illi qui nō facit misericordiā, &c. Deinde cū dicit [Quia cū inuitiā] ostēdit eos esse obnoxios iræ siue vindictæ diuinæ. Circa quod tria sunt cōsiderāda. Primò naturalis eorū affectus: quā cū cognoscerēt deum iustū & oēs alias pfectiones habentē, nō crederūt q̄ pro peccatis pœnā inferret. Sopho. 1. Dicunt in cordibus suis, nō faciet dñs malē. Et hoc est q̄ dicit [Qui cū iustitiā dei cognouissent, nō intellexerūt] Secundò pœna peccatis eorū debita, cū dicit, Digni sūt morte. infra 8. Stipēdia peccati, mors est. Dignū est enim q̄ anima quā deserit deū, à corpore suo deseratur p mortem corporalē & finaliter deseratur à deo p mortem eternā, de qua dicitur in Psal. 33. Mors peccatorū pēsi ma. Et Apoc. 2. In his mors secūda nō habebit potestatem. Tertio cōsiderādum est quibus talis pœna debetur. Et primò his qui talia agūt. s. prædicta peccata, secundum illud Psal. 5. Odisti oēs q̄ operātur iniquitatem, perdes omnes qui loquūtur mendacium, & nō solum illis qui faciūt, sed etiā his qui cōsentiant faciētibus. Et hoc dupliciter. Vno modo directē vel laudādo peccatū, secundum illud Psal. 9. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. Vel etiā præbēdo cōsiliū & fauorē, secundum illud. 2. Paral. 19. Impio præbes auxiliū. Alio modo indirectē, quādo nō reprehēdit aut impedit quocūq; modo si potest, & præcipuē si ex officio incūbat, si cōt peccata filiorum imputantur Hely: sicut pater 1. Reg. 4. Hæc etiam specialiter Apostolus dicit propter quosdam sapientes Gentilium: qui & si idola non colebant, tamen colentibus non resisteabant. Cap. 2.

Vitia idolorum in nouum mentum proueniunt.

Non cogitauerunt philosophi deum punitorem malorum esse.

Pariter puniuntur agones & consentientes. Qui dicuntur consentientes.

Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, reipsum condemnas. Eadem enim agis que iudicas. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum ueritatem, in eos qui talia agunt. Excusimas autem o homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuinas bonitatis eius & patientia nō iustificas

Hoc est ostēditur Iudæos nō iustificari

ex lege, sed pri-
mo arguitur
tā iudici quā
Gentiles, eo
quod mutua-
se indicarent,
et ostendit
vrosq; con-
dēnabiles esse.

longanimitatis eius contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit? secundum autem duritiam
tuam & impenitens cor, thesaurizasti tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicij dei.

Postquā Apostolus ostendit q̄ Gētilēs iustificati nō sunt ex veritatis cognitione quam habuerūt, hīc ostēdit q̄ neq; etiam Iudaei iustificati sunt ex his in quibus gloriabatur. Et sic vtrūq; est necessaria ad salutem virtus euāgelicę gratiæ. Primò ergo dicit q̄ Iudaei nō sunt iustificati ex lege. Secūdo q̄ nō sunt iustificati ex genere, de quo gloriabatur. 3. cap. (Quid ergo est amplius?) Tertio q̄ nō sunt iustificati ex circuncisione, 4. cap. (Quid ergo dicemus?) Circa primum considerādum est q̄ Iudaei & Gētilēs ad fidem conuersi se in uicem iudicabant de priori vita. Iudaei enim Gētilibus obiiiciebant, q̄ sine dei lege uiuentes, idolis immolabāt. Gentes autē obiiiciebāt Iudaeis, q̄ lege dei accepta, eam nō seruabāt. Primò ergo vtroq; arguit de inordinato iudicio. Secūdo specialiter ostēdit q̄ Iudaei non erāt digni p̄mio: quia ea in quibus gloriabātur nō sufficiebant ad salutem, ibi (Non enim audiores legis.) Circa primum duo facit. Primò confutat humanū iudicium. Secūdo astruit & cōmendat diuinum, ibi (Scimus enim.) Circa primum duo facit. Primò proponit mutū se iudicātes inexcusabiles esse. Secūdo assignat rationem, ibi (In quo autē) Primò enim concludit ex p̄missis, dicens, Propter quod Gētilēs veritatem de deo cognitam in iniustitia detinuerunt. O homo qui iudicas alium hominem inexcusabilis es, sicut suprā 1. dixit, ita vt sint inexcusabiles. Addit autem, o-mnis. Quasi dicat, quicunq; sis, siue Gētilis, siue Iudaeus, quia etiam Gētilis de quo magis videbatur, non potest excusari per ignorantiam, sicut suprā ostensum est. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare. Deinde cum dicit (In quo enim) assignat rationem, excludendo causam excusationis. Primò quidem ignorantiam. Secūdo innocentiam, ibi [Eadem enim] Ignorātia quidem excluditur per iudicium: quicunq; enim iudicat aliquem quasi malè agētem, demonstrat se agnoscere illud esse malum, & ex hoc ostēdet esse eodēmodo tale: & hoc est q̄ dicit, Ideo inquam es inexcusabilis. In quo enim iudicas alterum quasi male agentem te ipsum eodēmodo. i. ostēdis te esse condēnabilem. Mat. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nō tamen credēdum est q̄ omne iudicium sit condēnationis causa. Est enim triplex iudicium. Vnum quidem iustum quod. i. fit secūdo regulam iustitiæ. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Aliud est iudicium non iustum, quod. i. fit cōtra regulam iustitiæ. Sap. 6. Cū essetis ministri regni eius, nō rectè iudicastis. Est autem tertium iudicium temerarium, contra quod dicitur Eccle. 5. Ne temerè quid loquaris. Quod quidem dupliciter cōmittitur. Vno modo quādo aliquis procedit circa id quod est sibi cōmissum iudicium absq; de bita veritatis cognitione: cōtra id quod dicitur Iob 29. Causam quam ignorabam diligentissimè inuestigabam. Alio modo quādo aliquis vsurpat sibi iudicium de occultis, de quibus solus deus iudicare habet. Cōtra id quod dicitur 1. Cor. 4. Nolite ante tēpus iudicare quoadūque veniat dominus qui illuminabit, &c. Est autem aliquid occultum, non solum quod ad nos, sed secundum sui naturam, ad solam dei cognitionem pertinens. Primò quidem cogitatio cordis, secūdo illud Hier. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscerit illud? Ego dominus scrutās corda, probans renes. Secūdo contingens futurum, secūdo illud Esa. 51. Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & dicemus quia dī estis vos. Et ideo sicut Augu. de sermone domini in monte. Duo sunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus vel cū incertum est qualis quisque futurus est, qui nunc vel bonus vel malus apparet. Primum ergo iudicium non est condēnationis causa, sed secundum & tertium. Deinde cū dicit [Eadem enim] excludit aliam excusationis causam. Innocentiam, quasi dicat, ideo tu qui iudicas alios, te ipsum eodēmodo, quia tu agis: & ita videtur quod contra conscientiam agis. Mat. 7. Qui autem vides festucam in oculo &c. Est tamen sciendum quod cū aliquis alium iudicat de peccato quod ipse committit, non per hoc ipsum semper sibi condēnationem acquirit, quia nō semper mortaliter peccat sic iudicādo: semper tamē suam dānationem manifestat. Si enim publicè sit in peccato de quo alium iudicat, videtur scandalizare iudicādo, nisi fortè humiliter se simul cū illo reprehēdat pro suo peccato ingemiscens. Si verò sit in eodē peccato occultè, nō peccat iudicando alium de peccato eodē, maximè cū humilitate & conatu ad resurgendum: vt Augu. dicit in libro de sermone domini in monte. Primum cogitemus cū aliquem reprehendere necessitas nos cogit, vtrum tale sit vitium, quod nūquam habuimus: & tunc cogitem⁹ nos etiam habere potuisse, vel tale quod habuimus, & iam non habemus: & tunc tagat memoriam fragilitas communis, vt illam correctionem nō odium, sed misericordia p̄cedat. Si autem inuenimus nos in eodē vitio esse, nō obiurgemus, sed cōgemiscamus, & ad pariter condolendum inuitemus. Deinde cū dicit (Scimus enim) astruit & commendat diuinum iudicium, & circa hoc tria facit. Primò ponit diuini iudicij veritatem. Secūdo excludit contrariā opinionem, ibi (Existimas.) Tertio manifestat veritatē, ibi [Qui reddet vnicuique.] Dicit ergo primò. Ideo dico quod te ipsum condēnas, cū eadem agis quæ iudicas. Scimus enim. i. pro certo tenemus quoniam iudicium dei est in eos qui talia agunt. i. imminet eis diuinum iudicium. Iob 19. Vltor iniquitatis est gloria tua. & scitote esse iudicium. Eccle. vlt. Cuncta quæ fiunt, adducet deus in iudicio. Item scimus q̄ hoc iudicium est secundum veritatem. Psal. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate. Hominis autem iudicium, etiam si iuste iudicet, non semper est secundum veritatem negotij, sed secūdo dicta testium, quæ quādoque dissonāt à veritate. Sed hoc non est in diuino iudicio: quia vt ipse dicit Hier. 19. Ego sum iudex & testis. Non etiam fallitur falsis allegationibus, secūdo illud Iob 41. Non parcam ei quasi verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Deinde cū dicit [Existimas autem] excludit opinionem contrariam. Et primò ponit eam. Secūdo assignat causam, ibi [An diuitias] Tertio improbat, ibi [Ignoras] Dicit ergo primò. Ita dixi quod iudicium dei est secundū veritatem in eos qui talia agunt. Sed nunquid dō homo quicūque es qui iudicas eos qui talia agunt, & tamen facis ea, superioris iudicium non times, existimas quia tu effugies iudicium dei? Quasi dicat, Si hoc existimas falsa est æstimation tua. Psal. 138. Quod ibo à spiritu tuo: & quod à facie tua fugiam? Iob 5. Effugium peribit ab eis. Deinde cū dicit [An diuitias] ostendit causam huius falsæ æstimationis. Quia enim homo non statim punitur à deo pro peccato, æstimat se non esse puniendum. Contra id quod dicitur Ecclesiast. 5. Ne dixeris in corde tuo, Peccaui, & quid accidit triste? Altissimus enim est patiens auditor. Er. eccle. 5. Et enim quia non profertur citò contra malos sententia, absq; vllō ri-

Triplex iudicium.

Iudicium temerarium dupliciter committitur.

An iudicās alium de peccato in quo est ipse iudex semper peccat mortaliter.

Iudicium dei semper est cū veritate negotij. Et tamen iudicium etiam iustum non semper est secundū veritatem negotij.

more filij hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quod erit bonum timentibus eum, Et ideo hīc dicit, An contemnis. secūdo illud Prou. 18. Impius cū in profundum peccatorum venerit, contemnit diuitias, id est abundantiam. Eph. 2. Deus qui diues est misericordia bonitatis eius, per quā scilicet in vos pfundit bona: secundum illud Psal. Aperis tu manum tuā, & omnia imple bonitate. Nam bonum diffusiōis rationem importat secundum Dionysium. Treñ. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum. Et patientia per quam, scilicet, sustinet grauer, & ex malitia peccantes. Psal. Dominus iudex iustus & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? Et longanimitatis, per quam. i. diu sustinet homines ex infirmitate peccantes, diu tamen in peccato permanentes. 2. Pet. vl. Longanimitatem domini nostri Iesu Christi, salutem arbitramini. Deinde cū dicit [Ignoras] importat prædictā causam. i. contemptum diuinæ patientiæ, & primò fructum diuinæ patientiæ, demonstrat: secūdo periculum contēptus, ibi [Secundum duritiam autē.] Dicit ergo primò, mirum est q̄ contemnis. Nunquid igitur ignoras quoniam benignitas dei differentis p̄nā. 2. Pet. 3. Nō tardat dominus p̄missis, sed patienter agit propter vos nolens aliquos perire, sed ad penitentiam reuerti. Esa. 3. Expectat vos deus vt miseretur vestrī. Videtur autē Apostolus, vt in glo. dicitur, tres gradus peccatorum tetigisse. Primò qui dē impunitatē sibi promittētium. Secūdo contēntiū dei bonitatē. Tertio verò ignorātiū. Vnde dicit glo. Peccas dō homo dū tibi impunitatē promittis, grauius peccas, quia contēnis, & grauiusimè peccas, quia ignoras. Sed videtur hoc esse falsum, nam ignorātia alieuiat peccatū magis q̄ aggrauat. Est igitur secūdo quosdā intelligēdum grauiusimè. i. periculosè, quia qui ignorat peccatum, nō quærit remediū. Vel grauiusimè p̄pter ignorātiā speciei, quæ ad infidelitatē pertinet, q̄ est grauiusimū peccatum. Vnde dicitur. 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Vel grauiusimè in genere ingratiudinis. Magis enim est ingratus qui beneficiū nō cognoscit, q̄ qui diminuit, quod est contēnere. Deinde cū dicit (Secundum duritiā) ostēdit periculum contēptus, dicens, secūdo autē duritiā, quia. i. ob beneficia diuinæ bonitatis nō emolitur. Eccle. 3. Cor durū malè habebit in nouissimo, & cor impenitens, quod. i. ad p̄nitentiā nō inflectitur ex dei patientia & longanimitate. Hier. 8. Nullus est qui agit p̄nitentiā super peccato suo. Theaurizasti tibi iram. i. multiplicas tibi reatum p̄næ. Iac. 1. Theaurizasti vobis iram in nouissimis diebus. Vnde & hīc sequitur, In die iræ. i. in die iudicij: de qua dicitur Sopho. 1. Dies illa, dies iræ, quia. i. nunc deus vindictam non infert, quā tunc inferet, secūdo illud Psal. Cū accipero tēpus, ego iustitias iudicabo. Et reuelationis iusti iudicij dei, quia tunc reuelabitur iustitia diuini iudicij, quod nūc nō creditur esse, aut nō videtur esse iustum. Esa. 56. Iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia meo reueletur. Et quia glo. hīc dicit, q̄ per duritiā & cor impenitens significatur peccatū in sp̄i sanctū quod est irremissibile: ideo oportet videre quid est peccatū in sp̄i sanctū, & quomodò sit irremissibile. Est igitur sciendū q̄ secundū antiquos doctores ecclesiæ q̄ fuerit ante Augustinū. i. Athanasū, Hylarium, Ambrosiū, Hieronymū, & Chrysostrum, peccatum in sp̄i sanctū dicitur blasphemia qua opera spiritus sancti spiritui immūdo attribuitur, vt patet Mat. 12. quod qui dē dicitur irremissibile & in hoc seculo & in futuro, quia pro hoc peccato puniti sunt Iudaei, etiā per Romanos, & in futuro p̄ demones. Vel quia nō habet aliquā rationem excusationis, sicut habebat blasphemia quā dicebant in Christum inquantū erat filius hominis: secundum illud Mat. 2. Ecce homo vorax & potator vini. Ad quod poterāt iudici p̄ infirmitatē carnis, sicut & in veteri testamēto, quia filij Israel murmurauerūt pro defectu panis & aquæ: vt legitur Exo. 16. Quasi humanū fuit & facile remissibile, sed quod postea dixerunt corā idolo: vt Exo. 22. Isti sunt diij tui Israel qui te eduxerunt de terra Ægypti: peccauerunt in spiritum sanctū. i. opus dei demonibus attribuentes. Vnde & eodē peccatum dicitur irremissibile, cū dominus subdit, Ego autē in die vltionis visitabo peccatum eorum. Augusti. autem dicit, peccatū in spiritum sanctū esse verbū vel blasphemiam, quam quis dicit cōtra spiritum sanctum, per quē fit remissio peccatorū, secūdo illud Ioan. 20. Accipite spiritum sanctū, quorum remisistis peccata, &c. Et hoc quidem corde. i. ore & opere, dum aliquis perseuerat vsq; in finē vltimum. Et sic finalis imp̄nitētia est peccatum in spiritum, de qua manifestum est esse irremissibile. Magistri verò sequētes dicunt peccatū in spiritum sanctū. i. quod committitur ex certa malitia quæ cōtrariatur appropriato spiritui sancto. i. bonitati, sicut & peccatum in filium dei quod est ex ignorātia quæ opponitur sapientiæ, quæ appropriatur filio. Et similiter peccatum in patrem potest dici quod fit ex infirmitate, quæ cōtrariatur potentia, quæ est appropriata patri. Sic ergo peccatum quod est in patrē, vel in filium, dicitur remissibile, quia ex hoc ipso peccatū videtur aliquā excusationem habere, quod ex ignorātia, vel ex infirmitate committitur. Quod autē ex certa malitia committitur, nullam in se habet excusationis causam: & ideo dicitur irremissibile, quia nō habet in se, vnde remittatur, licet quādoq; deus illud ex sua bonitate remittat, sicut quādoq; ex sua virtute curat morbum qui est de se incurabilis. Et secundum hoc assignantur sex species peccati in spiritum sanctum excludētes ea per quæ peccatum remittitur, quorum prima duo accipiuntur per respectum ad eam quæ se tenent ex parte dei. i. spes diuinæ misericordiæ, cui opponitur desperatio: & timor diuinæ iustitiæ, cui opponitur præsumptio. Alia verò duo accipiuntur ex parte hominis. i. contēptus boni cōmutabilis, cui opponitur obstinatio, quæ hīc duritia dicitur, per quam. i. aliquis obfirmat animum suum ad peccatum: & destinatio auersionis à deo, cui opponitur cor impenitēs, quod scilicet nunquam proponit per p̄nitentiā reuerti ad deum. Alia verò accipiuntur ex parte donorum dei, quorum vnum est fides, secundum illud Prouer. 5. Per fidem purgantur peccata. & huic opponitur impugnatio veritatis agnitæ. Aliud autem est charitas, secundum illud Prouer. 10. Vniuersa delicta operit charitas. & huic opponitur inuidētia fraternæ gratiæ. Lectio. 2.

Vi reddet vnicuique secundum opera eius, iis quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem querunt, vitam æternam. His autem qui sunt ex contentione & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum & Graeci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudaeo primum & Graeco. Non enim est accessio personarum apud deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

Tetigit Paulus tres gradus peccatorum.

Quid peccatū in sp̄i sanctū, & quomodò sit irremissibile.

Deum in pre-
fenti non red-
dit semper se-
cundum ope-
ra.

Quomodo sit
iustitia cum
peccatum pu-
nitur pena
aeterna.

Quomodo
deus dicatur
reddere secun-
dum opera.

Ad meriti-
tris concu-
runt.

In premio bo-
norum tria.

De diuino iu-
dicio in ma-
lis.

In culpa ma-
lorum tria.

Postquam Apostolus proposuit veritatem diuini iudicii, exclusa contraria opinione, hic manifestat diuini iudicii veritatem, & primo proponit quod intendit, secundum manifestat propositum, ibi (His quidem qui secundum pa.) Propositum autem primo veritatem diuini iudicii quantum ad duo. scilicet quantum ad opera, & quantum ad personas. Quantum ad opera quidem, quia in presenti non redditur secundum opera, sed quandoque male agentibus gratia largitur, sicut ipse Paulus apostolo, qui prius blasphemus persecutor misericordiam consecutus est: ut dicitur. 1. Tim. 1. Sed hoc non erit in die iudicii, quando erit tempus, secundum iustitiam iudicandi. Psal. Cum accipere tempus, ego iustitiam iudicabo. Et ideo alibi dicitur in Psal. Secundum opera manuum eorum tribuet illis, quantum ad personas attenditur veritas diuini iudicii, quia retributionis aequalitas seruabitur quantum ad omnes. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet. Videtur autem quod non sit secundum opera retributio futura, quia peccato temporali poena aeterna retribuetur. Sed dicendum est quod sicut Angu. dicit. 2. de ciuitate dei. In retributione iustitiae non consideratur aequalitas temporis inter culpam & poenam, quia etiam secundum humanum iudicium pro culpa adulterij quae breui hora committitur, infligitur poena mortis in qua non attendit legislator moram occisionis, sed potius quod per mortem perpetuo excluditur a societate viuentium. Et sic etiam suo modo homo pro culpa temporaliter poena aeterna. Et ideo non est mirum si peccata commissa contra charitatem, per quam. scilicet est societas inter deum & homines, carnaliter diuino iudicio puniuntur. Et hoc quidem esse iustum ex tribus apparet. Ex infinita dignitate dei in quem peccatur, in tanto enim quis grauius peccat, quanto maior est dignitas personae in quem peccatur: sicut plus peccat qui percutit principem, qui qui percutit priuam personam. Et sic cum culpa peccati mortalis sit quodammodo infinita, oportet quod ei infinita poena respondeat. Et sic cum non possit esse infinita secundum intentionem relinquatur quod sit infinita secundum durationem. Secundum apparet ex voluntate per quam peccatur. Quicumque enim mortaliter peccat auersus ab incommutabili bono finem constituit in bono commutabili, sicut fornicator in delectatione carnis. auarus in pecunia. Et quia finis per se appetitur, quicumque appetit finem, fertur in illud. volens illud semper obtinere, si aliquid aliud non obstat. Unde ille qui peccat mortaliter voluntatem habet perpetuo in peccato manendi nisi forte per accidens, sicut quando timet poenam, vel aliquid aliud impediendum. Unde conueniens est, ut ex quo homo secundum suam voluntatem peccatum perpetuo obtinendum appetit, quod aeternaliter pro illo puniatur. Deus enim qui est inspector cordis precipue ad voluntatem peccantis attendit. Tertio ex parte effectus peccati quae est subtractio gratiae, ex qua sequitur quod homo quantum est de se perpetuo maneat in peccato a quo exire non potest nisi per auxilium gratiae. Non est autem conueniens ut durante culpa cesset poena & ideo in perpetuum durat poena. Quod autem dicitur reddere unicuique secundum opera sua, non est intelligendum secundum aequalitatem operum, quia praemium excedit meritum, sed secundum proportionem, quia bonis retribuet bona, & melioribus meliora. Et eadem ratio est de malis. Deinde cum dicit (His quidem qui secundum patientiam) manifestat propositum, & primo quantum ad opera, secundum quantum ad personas ibi (In omnem animam.) Quantum autem ad opera ostendit veritatem diuini iudicii, primo quidem in bonis: secundum in malis, ibi (His autem qui ex contentione.) Circa primum duo consideranda sunt, scilicet meritum & praemium. Ad meritum tria concurrunt. Primo quidem patientia, quod potest intelligi vno modo de patientia dei, de qua supra dictum est. An diuitias bonitatis & patientiae, ut intelligatur illi esse secundum patientiam boni operis. scilicet dispositi qui bene patientiam dei vtuntur bene operando. Alio modo potest intelligi de patientia hominis quod etiam intelligi potest dupliciter. Vno modo secundum quod patientia importat tolerantiam aduersorum cum aequanimitate cordis. Hoc autem necessarium est quod aliquis a bono opere non desistat propter mala quae patitur, & hoc est quod dicitur, secundum patientiam boni operis. Lac. 1. Patientia opus perfectum habet. Luc. 21. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Secundum potest intelligi patientia pro longanimitate siue pro perseuerantia, ut. scilicet aliquis a bono opere propter tedium non recedat: Lac. vlti. Patientes estote fratres vsq; ad aduentum domini. Ad Hab. 10. Patientia vobis necessaria est. Secundum est bonitas operis quod quidem dicitur bonum secundum ordinem ad debitum finem, & secundum quod conuenit regulae debitorum quod est lex dei & ratio humana. Gal. vlti. Bonum facientes non desiciamus, secundum tangitur rectitudo intentionis quaerentibus vitam aeternam. ut. scilicet in malis quae homo patitur, vel in bonis quae agit non quarat aliquid temporale sed aeternum. Mar. 6. Primum quaerite regnum dei. Ex parte etiam praemij tangitur tria, quorum primum est gloria quae significat claritatem sanctorum etiam intrinsecam qua replebuntur in mente, secundum illud Esa. 58. Implebit splendoribus animam tuam, & exteriorum qua splendebunt in corpore. Mat. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum, Psal. Exultabunt sancti in gloria. Secundum tangitur honor per quem significatur sanctorum dignitas, & reuerentia quae eis exhibetur ab omni creatura. Erunt enim reges & sacerdotes. Apoc. 5. Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Et vltimum computabuntur inter filios dei, secundum illud Sap. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei. Psal. Nimis honorati sunt amici tui deus. Tertio tangitur incorruptio, quia scilicet illa gloria & honor non erunt transitoria, sicut ea quae sunt in hoc mundo. 1. Corinth. 9. Illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Deinde cum dicit (His autem) ostendit veritatem diuini iudicii in malis, in quibus etiam tangitur culpa & poena. Et quantum ad culpam tanguntur tria, quorum primum est, contentiois pertinacia, quae quidem primo potest intelligi hominis ad deum beneficiis ad se vocantem, contra quem homo contendere videtur diuinis beneficiis resistendo. Deuter. 31. Adhuc viuente me & ingrediente vobiscum semper contentiose egistis contra dominum. Secundum potest intelligi de contentione hominis contra fidem. 2. Tim. 2. Noli verbis contentere. Tertio potest intelligi de contentione hominum adinuicem, quae contrariatur charitati, quae est mater virtutis. Lac. 3. Vbi zelus & contentio, ibi, incostantia & omne opus prauum. Tertio ponitur duritia eorum, scilicet qui non acquiescunt veritati. Quod potest vno modo intelligi de veritate fidei. Ioan. 8. Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Alio modo de veritate diuinae iustitiae, cui non acquiescunt, veritatem diuini iudicii non credentes. Ezech. 18. Dixistis, non est aequa via domini. Tertio potest intelligi de veritate vitae, cui non acquiescunt, qui peruersae viuunt. Io. 3. Qui facit veritatem, venit ad lucem. Tertio autem tangitur malitia in hoc quod dicit, Credunt autem iniquitati, vel quia consentiunt persuadentibus iniquitatem. Prou. 22. Malus

obedit linguae iniquae. Vel quia creditur impunitate peccatorum quae in diuina iniquitatem redudaret. Eccl. 5. Ne dixeris peccavi, & quid mihi accidit tristite? Vel creditur iniquitati. i. infidelitati. scilicet doctrinae quae est contra fidem. 2. The. 2. Iudicetur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Ex parte autem poena quatuor ponitur, quae quidem dupliciter distingui possunt. Vno modo vt ira. i. poena & vindicta corporalis intelligatur esse post iudicium. Sopho. 1. Dies illa, dies irae. Indignatio autem in iudicio quando impij sibi ipsi in dignabuntur fit ex peccatis quae commiserunt. Sap. 5. Errauimus a via veritatis. Tribulatio autem & angustia pertinet ad animam separata a corpore ad resurrectionem. Prouer. 1. Quando venerit super vos tribulatio & angustia. Vel alio modo possunt distingui vt prima duo accipiatur ex parte dei, cuius ira dicitur dispositio ad puniendum quae est malis horribilis. Apoc. 6. Dicet motibus & petris cadite super nos, &c. Indignatio eius refertur ad hoc quod peccatores indignos reputabit vita aeterna. ps. Quibus iuravi in ira mea si introibunt. Alia vero accipiuntur ex parte hominis. Et tribulatio quidem dicitur a tribulo quae pugit, vnde ad tribulationem potest pertinere omne quod doloze ifert. Sopho. 1. Vox dicitur dñi amara tribulabitur ibi fortis. Angustia autem dicitur ex hoc quod animus hominis angustiat non valens inuenire remedium contra mala quae timet, vel iam patitur. Dan. 13. Angustia mihi sunt vndique, & quid eligam ignoro. Iob. 17. Nunquid clamorem illius audiet deus cum venerit super illum angustia. Deinde cum dicit (In omnem animam.) ostendit veritatem diuini iudicii quantum ad personas. Et primo proponit huius aequalitatem. Secundum rationem assignat, ibi (Non est enim personarum.) Tertio rationem manifestat, ibi (Quicumque enim.) Veritatem quidem diuini iudicii quantum ad personas ostendit primo in malis cui dicit (In omnem animam hominis operatis.) id est contra omnem animam, quia sicut gloria sanctorum ab anima ad corpus deuenit, ita reproborum poena primo & principaliter est in anima, & secundum in corpore, quod propter defectum vel culpam animae refurget passibile. Ezech. 18. Anima quae peccauerit ipsa morietur. Dicit autem (Iudaei primum & Graeci.) quia Iudaeis maior poena debebatur tanquam cognoscentibus dei voluntatem per legem. Luc. 12. Seruus sciens voluntatem dñi sui dignè plagis vapulabit multis. Et similiter christiani quantum ad idem peccatum, puta adulterium vel furtum, grauiori poena puniuntur quam infideles. Heb. 10. Quanto magis putatis maiora mereri supplicia quae filij dei, &c. Sed quantum ad totam poenam grauior est poena infidelium propter peccatum infidelitatis, quod est grauius simum. Vnde dicitur. 1. Pet. 3. quod super incredulos ira dei manet. Secundum manifestat in bonis, & ponit primo duo, quae supra dixit gloria & honor. Tertium vero. scilicet pacem ponit loco incorruptionis quae includit pax & multa alia comprehedit. Non enim potest esse pax hominis perfecta quadiu aliquis timet se amissurum bona quae habet, sed tunc aliquis habet veram pacem cordis quando habet omnia quae concupiscit, & ea perdere non timet. Esaia. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et in his etiam primatum Iudaeis attribuit, quia eis sunt primo promissa, & in eorum promissiones getes introierunt. Ioanis quarto. Alii laborauerunt & vos in labores eorum introistis. Deinde cum dicit, (Non enim est.) assignat rationem dictorum, quia scilicet non est personarum acceptio apud deum. Act. 10. Non est personarum acceptor deus. Opponitur autem personarum acceptio iustitiae distributivae, per quam aliquis distribuit unicuique secundum dignitatem personarum, ergo acceptio est quando praeter dignitatem datur alicui plus vel minus. Tunc autem hoc fit praeter dignitatem quando hoc fit non propter conditionem personae quae facit ad causam. Hoc est enim causam accipere. scilicet quasi regulam operandi, sed propter personam quasi ipsa persona accipiat ut causa aliquid facienda, puta si aliquis det alicui propter consanguinitatem plus de bonis patrimonialibus, non est acceptio personarum, quia consanguinitas est conueniens causa propter quam in talibus bonis debeat habere. Si autem propter consanguinitatem aliquis praeratus det alicui plus de bonis ecclesiasticis, potest hoc ad acceptioem personarum pertinere, si aliam idoneam non concurret. Non enim consanguinitas est ratio conueniens distributionis bonorum spiritualium, quia igitur deus omnia conuenientissima ratione facit non cadit in ipsum personarum acceptio. Dicitur enim Sap. 8. Quod disponit omnia suaviter: sed videtur acceptio personarum, quia peccatorum quosdam in suis peccatis relinquit, quosdam ad se vocat. Sed dicendum quod personarum acceptio opponitur iustitiae. Vnde locum habet in his quae datur ex debito, quod attendit iustitia: deus autem non ex debito, sed gratis peccatores ad poenitentiam vocat. Si enim ex operibus, iam non ex gratia, ut dicitur infra. 11. Et Tit. 3. Non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. In talibus autem beneficiis gratis datis non solum deo, sed etiam homini liberum est dare cui voluerit. Mat. 20. An non licet mihi facere quod volo? Deinde cum dicit (Quicumque enim.) expoint praedictam rationem, quod enim non sit personarum acceptio apud deum patet per hoc quod omnes qui peccat puniuntur. Vnde primo loquitur quantum ad illos qui legem non susceperunt dicens, quod quicumque peccauerit sine lege. scilicet Moyse accepta a deo, sine lege peribit. i. condempnabitur non propter legis transgressionem Iob. 4. Quia nullus intelligit in eternum peribit. Secundum loquitur quantum ad illos qui legem scriptam acceperunt, & dicit quod quicumque peccauerit in lege. i. post legem scriptam iudicabitur per legem. i. propter hoc quod transgressi sunt praecipua legis. Io. 12. Sermo quem locutus sum vobis ille iudicabit eum in nouissimo die. Quidam autem ex hoc modo loquendi occasione erroris sumpserunt. Quia enim Apostollus non dicit, quicumque in lege peccauerit per legem peribit, dixerat autem de his qui sunt sine lege quod sine lege peribit, crediderunt quod illi qui post legem susceptam peccat, iudicentur aequaliter. scilicet in presenti, non tamen peribit. Sed sicut dicit glo. quis Christianus dicat non perire Iudaeum si non credat in Christum, cum dñs dicat quod tolerabilis erit Sodomae in die iudicii quae sit, vt habetur Mat. 12. Vnde Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. Vtitur autem tali diuersitate in loquendo, quia vt Greg. dicit in moralibus super illud Iob. 36. Indiciu pauperibus tribuit. Quidam in futuro iudicio peribit, sed non iudicabitur. i. impij, qui sunt sine fide & lege dei. ps. Non resurgent impij in iudicio, quia scilicet non est locus disceptandi contra eum qui totaliter alienus est a deo. Io. 3. Qui non credit iam iudicatus est. Alij vero qui legem dei & fide susceptam peccata ita peribit, quod etiam iudicabuntur, quasi quadam disceptatione cum eis facta. Vnde Ezech. 34. dicitur, Ecce ego iudico inter pecus, & pecus arietu & hircoru. Sicut & rex (vt Gregorius dicit) hostes condempnat absque audientia, ciues autem cum diligenti audientia. Lectio. 111.

Ex parte poe-
nae malorum
quatuor.

Iudaei pro-
uincitur gra-
uius gentili-
bus, & dicitur
grauius iudaeis
& gentilibus
ceteris pari-
bus.

Quid acce-
pio persona-
rum.

Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes quae legem non habent, naturaliter ea quae legis faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum.

Postquam Apostolus cofutauit humanum iudiciū quo se Gentiles & Iudæi mutuo iudicabāt, & diuinū iudiciū cōmendauit, hīc procedit ad ostēdendum ea quibus Iudæi gloriabātur eis nō sufficere ad salutē: & primō ostendit ppositum, secūdō soluit ea quæ in contrariū dici possent. 3. cap. ibi [Quid ergo amplius, &c.] De duobus Iudæi gloriabātur. s. de lege & circūcisione quæ nō erat ex lege Moyſi, sed ex patribus, vt dicitur Ioan. 7. Primō ergo ostendit q lex audita siue recepta nō sufficiebat ad salutem. Secūdō ostendit idem de circūcisione, ibi [Circūcisio quidē, &c.] Circa primum duo facit. Primō proponit quod intendit. Secūdō manifestat propositū, ibi [Cum enim Gētes.] Circa primum proponit duo. Vnū excludendo, alterū afferēdo. Excludit enim quod Iudæi opinabātur. s. se per solum legis auditū iustificari. Vnde dicit, ita dictū est: peccantes in lege, iudicentur p legem. Nō enim auditores legis ex hoc ipso q legē audiūt, iusti sunt apud deū, & si apud homines iusti reputantur. Mar. 7. Qui audit verba mea & nō facit ea, similis est viro stulto. Ia. 1. Si quis auditor est verbi & nō factor, &c. Secūdō astruit q factores legis sunt iusti, cū dicit, sed factores legis iustificabūtur. Mar. 7. Omnis qui audit verba mea & facit ea, assimilabitur viro, &c. Ia. 1. Estote factores verbi & nō auditores tantū, & Psal. Intellectus bonus oibus faciētibus eū. Sed circa secūdū videtur esse quod infra. 3. dicitur, Ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro coram eo. Nō ergo aliquid ex hoc q opera legis faciunt, iustificatur. Sed dicendum est q iustificari tripliciter accipi potest. Vno modo potest accipi quantum ad reputationē, vt tunc aliquis iustificari dicitur, quādo iustus reputatur. Eze. 16. Iustificasti sorores tuas. s. per reputationem. Et secundum hoc potest intelligi hoc, Factores legis iustificabuntur. i. iusti apud deum & homines reputabuntur. Secūdō per executionē iustitiæ inquantū. s. opera iustitiæ exequuntur. Luc. 18. Descendit hic iustificatus in domum suā, quia scilicet publicanus opus iustitiæ fecerat cōfitendo peccatū. Et hoc modo verificatur quod hīc dicitur, Factores legis iustificabūtur. s. legis iustitiā exequendo. Tertio modo potest accipi iustificatio quantum ad causam iustitiæ, vt. s. ille dicitur iustificari qui iustitiā de nouo accipit, sicut infra 5. Iustificati igitur ex fide, &c. sic autē nō intelligitur hīc q factores legis iustificētur quasi p opera legis iustitiā acquirāt. Hoc quidē esse nō potest, neq; quātum ad opera cerimonialia quæ gratiā iustificatē nō cōferebāt, neq; etiā quātum ad moralia ex quibus habitus iustitiæ nō acquiritur, sed potius p habitum iustitiæ infusum huiusmodi opera facimus. Deinde cū dicit [Cum enim Gētes,] manifestat ppositum. Et primō ostendit q factores legis etiā si nō sint auditores, iustificātur. Secūdō q auditores legis sine legis obseruantia nō iustificantur, ibi [Si autē Iudæus.] Circa primū tria facit. Primō pponit dignitatē eorum qui legē absq; auditu obseruant. Secūdō manifestat quod dixerat, ibi [Qui ostēdunt opus legis.] Tertio pbat, ibi [Testimonium reddēte illis.] Circa primum tria tāgit quātum ad Gētiles. Primō carentiā legis dicens, Cū enim Gētes que legem nō habent. s. diuinam, quā nō acciperunt: nō enim Gētib; data est lex, sed Iudæis, secundum illud Eccl. 24. Et in Psal. Nō fecit taliter omni nationi. Deut. 33. Legē præcepit nobis Moyſes hereditatē multitudinis Iacob. Ex quo patet q Gētilēs nō peccabant: nō obseruādo cerimonialia legis. Secūdō cōmandat in eis legis obseruantia cū dicit, Naturaliter faciunt quæ sunt legis. i. quæ lex mādāt. s. quantum ad præcepta moralia quæ sunt de dictamine rationis naturalis, sicut & de Iob dicitur q erat iustus & rectus ac timens deum & recedēs à malo. Vnde ipse dicit. 23. Vestigia eius secutus est pes meus, vias eius custodiui. Sed q dicit, naturaliter, dubitationē habet: videtur enim patrocinari Pelagianis, qui dicebāt q homo per sua naturalia poterat omnia præcepta legis seruare Vnde exponēdum est naturaliter. i. per naturā gratiā reformatā. Loquitur enim de Gētib; ad fidem cōuerſis, qui auxilio gratiæ Christi ceperāt moralia legis seruare. Vel potest dici naturaliter. i. per legē naturalē ostendētē eis quid sit agēdum, secundum illud Psal. Multi dicunt quis ostendit nobis bona, signatum, &c. Quod est lumē rationis naturalis, in qua est imago dei, & tamen nō excluditur quin necessaria sit gratia ad mouēdum affectum, sicut etiam per legē est cognitio peccati, vt dicitur infra 3. & tamē vltērius requiritur gratia ad mouēdum affectum. Tertio ostēdit eorum dignitatē in hoc. s. q huiusmodi legē nō habētēs ipsi sibi sunt lex, inquantum. s. funguntur officio legis ad seipſos, instruendo se & inducendo ad bonū: quia vt Philosophus dicit. 10. Ethic. Lex est sermo coactionem habens ab aliqua prudentia & intellectu procedens. Et ideo dicitur. 1. Timo. 1. Quōd iusto lex nō est posita. i. exteriori lege nō cogitur, sed posita est iniustus, qui indigent exteriori cogi. Et iste est supremus gradus dignitatis in hominibus, vt. s. nō ab aliis, sed à seipſis inducantur ad bonum. Secundus verō gradus est eorum qui inducuntur ab alio, sed sine coactione. Tertius autē est eorum qui coactione indigent ad hoc q fiant boni. Quartus est eorū qui nec coactione ad bonum dirigi possunt. Hier. 2. Frustrā percussisti filios vestrōs, disciplinam nō receperunt. Deinde cū dicit, [Qui ostendunt.] ostendit quomodo ipsi sunt sibi lex, quod quidē accipere possumus ad similitudinē legis quæ ab exteriori homine proponitur, quæ. s. confueuit ad infirmitatē & memoriā scripto tradi, & similiter illi qui legē obseruant absq; exterioris auditu legis, ostendunt opus legis scriptum, nō quidem atramento, sed primō quidē & principaliter spiritu dei viuī, vt dicitur. 1. Cor. 3. Secūdō etiam humano studio. Prouer. 3. Describe ea in tabulis cordis tui. s. præcepta sapientiæ. Vnde & hīc sequitur, In cordibus suis: nō pergamenō aut tabulis lapideis siue æreis. Hier. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum superſcribam eam. Deinde cum dicit [Testimonium reddente.] pbat quod dixerat. s. quōd opus legis sit in cordibus eorum inscriptum per quædā opera quæ huiusmodi scriptum annuntiat. Et primō ponit illa opera, quorum vnū est testimonium conscientiæ, quod tangit dicens, testimonium reddente illis conscientia, quæ quidem nihil aliud est q applicatio cognitionis habitæ ad iudicādum de aliquo vtrum sit bene vel malē factum. Vnde huiusmodi cōscientia quādoq; testimonium phibet de bono, secundū illud. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est testimonii cōscientiæ nostræ. Quādoq; autē de malo. Eccl. 7. ca. Scit cōscientia tua, quia & tu crebro maledixisti aliis. Nō autē potest aliquis phibere testimonii de aliquo opere q sit bonum vel malū, nisi p hoc q habet legis notitiā. Vnde hoc ipsum q cōscientia testimonii reddit de bono vel malo, est euidēs signū q in corde hoīs sit opus legis descriptū. Aliud autē opus est accusatio & defensio quæ sine notitiā legis esse nō possunt. Et quātum ad hoc dicit, Et cogitationū. i. cogitationibus, accusantiū aut etiā defendentiū. i. accusantibus vel defendētib; more Græcorū, qui genitiuis loq; ablatiuorū vtuntur, & hoc

Gloria Iudæorum.

Falsè putabam Iudæi se iustificari solo auditu legis.

Qui dicitur iustificari tripliciter. Iustificatur qui apud homines per opera legis, & hæc iustitia dicitur iustitia operum, & hæc iustitia nō iustificat apud deum, nisi sola sit. Alia est iustitia qua quis dicitur iustus apud deū, & dicitur iustitia fidei non quæ per solā sit fide, sed quia illius principium est fides. Quomodo verū sit quod quis natura liter agat que legis sunt.

Quid lex. Quatuor gradus in hominibus.

Duo ostendunt opus legis scriptum in cordibus hominum. s. conscientia & cogitationes accusantes. Quid conscientia.

inter se inuicē. Inſurgit etiā homini circa aliquod factū aliqua cognitio accusans, dū ppter rationē aliquā cogitat se malē fecisse. Psal. Arguā te & statuā cōtra faciē tuam. Esa. 3. Agnitio vultus eorū respōdebit eis. Quādoq; etiā inſurgit aliqua cognitio defendēs dū per aliquā rationē cogitat se fecisse bene, secundum illud Iob 27. Nō reprehēdet me cor in omni vita mea. Et inter hæc accusationē & defensionē locū habet testimonii cōscientiæ cui statur. Potest & aliter legi, vt dicatur testimonii reddēte illis cōscientiā ipsorū, quæ. s. cōscientia nō solum est operū, sed etiā cogitationū, de quibus. s. homo cōscientiam habet, sed primū melius est. Sed quia testimonii, accusatio & defensio in iudicio locū habēt, agit secūdō de huiusmodi iudicio, ostēdēs tēpus, cū dicit, dic, quod dicit nō ad designādum tēporis qualitātē, sed absconditorum manifestationem. 1. Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum. Quādoq; tamen dicitur nox propter incertitudinē horæ illius. Mart. 25. Media nocte clamor factus est. Dicitur autē cogitationes accusantes vel defendētes in die iudicij, nō illē quæ tunc erunt, quia tunc vniciq; manifesta erit salus vel dānatio, sed defensio vel accusatio cogitationum quæ nunc sunt, & testimonium conscientiæ quod nunc est, representabitur homini in illa die virtutē diuinā faciente, vt dicit Aug. 2. de ciuit. dei, Notitia autē illarum cogitationum quæ remanēt in anima, nihil esse aliud vidētur, vt dicit glo. q reatus pænæ vel meritum ex eis cōsequens. Ostēdit etiā authorem iudicij, dicens, Cū iudicabit deus. Psal. Iudicabit orbem terrarum in æquitate. Determinat etiam de quibus erit iudicium, cū dicit, Occulta hominum, ex qua habetur fides de hoc iudicio, cū dicit, secūdum euāgelium meū. i. à me prædicatū. Mat. 12. Omne verbū otiosum, &c. Dicit autem, euāgelium meū, quōs nō possit dicere baptisimū suū, & sit vtriusq; minister, quia in baptisimo nihil operatur industria hominis, sed in euāgelio prædicando, industria prædicatoris operatur. Ephe. 3. Prout potestis legētes intelligere prudentiā meam in ministerio. Postea ponit cui datum est iudiciū, cū subdit, Per Iesum Christum, qui. s. est cōstitutus à deo iudex viuorū & mortuorū, vt dicitur Act. 10. & Ioan. 5. Pater omne iudiciū dedit filio, qui. s. in iudicio apparebit bonis & malis: sed bonis secūdum gloriam diuinitatis. Esa. 33. Regem in decore suo videbunt. Malis autem secundum naturam humanitatis. Apoc. 1. Videbit eum omnis caro. Lectio 4.

Si autem tu Iudæus cognominaris & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora inſtructus per legem, confidit teipſum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipſum non doces? Qui predicat non furandum, furaris? Qui dicit non machandum, macharis? Qui abominaris idola, sacrilegium facis? Qui in lege gloriaris, per præuicationem legis deum inhonoras? Nomen enim dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut si igitur præputium iustitiæ legis custodiat, nōne præputium illius in circūcisionem reputabitur? Et iudicabit id quod ex natura Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est, circūcisio: sed qui in abscondito Iudæus est, & circūcisio cordis in spiritu, non in litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.

Ostēso quōd factores legis iustificantur etiam sine hoc quōd sint auditores, quod pertinebat ad Gentiles, hīc ostendit quōd auditores nō iustificantur nisi sint factores, quod pertinet ad Iudæos. Primō ergo ostendit prærogatiuam Iudæorum quantum ad legis susceptionem. Secūdō ponit eorum defectum quantum ad legis transgressionem, ibi [Qui ergo alium.] Ponit autem eorum prærogatiuam tripliciter. Primō quantum ad Gentem cui data est lex. Secūdō quantum ad legem, ibi [Et requiescis in lege.] Tertio quantum ad legis effectum siue factum, ibi [Et nosti voluntatem eius.] Quantum autem ad Gentem dicit, Si autem tu Iudæus cognominaris, quod est nomē honorabile, secundum illud Psal. Facta est Iudæa sanctificatio eius. Ioan. 4. Salus ex Iudæis est. Dicitur autem Iudæi, nō à Iudæ Machabæo, vt quidā dicunt, fortē propter hoc q Iudas Machabæus gentem illā in dispersione existentem congregauit & protexit, secundum illud 1. Mach. 3. Præliabatur prælia Israel cum Iudæa, & dilatauit gloriam populo suo. Inuenitur enim nomen Iudæorum ante Iudam Machabæum, secundum illud Hester 8. Iudæis noua lux oriri visa est. Et ideo dicēdum est quōd Iudæi denominātur à Iudæ patriarcha. Gen. 49. Iudæ te laudabunt fratres tui. Cū enim tempore Roboam, 10. tribus ab eius regno se segregātes vitulum aureum adorarent in trāsmigrationem sunt ductæ ab Asiriis, vt habetur 4. Reg. 17. Nec de eorum reuerſione facit mentionem scriptura, sed potius terra remāsit occupata ab alienigenis, qui postmodum Samaritani sunt dicti. Duæ autē tribus. s. Iudæ & Benjamin adherentes regno Roboam perseuerauerūt in cultu dei. Et quis in captiuitatem Babylonis fuerunt ductæ, postmodū tamen per Cyrū regem Persarū sunt reducti in terrā suam, vt dicitur 1. Esdr. 1. Et quia tribus Iudæa maior erat, ab ea gens tota illa denominabatur. Et nō solum illi qui erant ex tribu Benjamin, sed etiā de aliis tribub; reuertentibus qui se illis adiunxerunt. Consequēter cū dicit [Et requiescis in lege] ponit eorū prærogatiuā quātum ad legē. Et primō quidē quātū ad ipsam legē, cū dicit, & requiescis in lege, quasi per eam certificatus in credendis & in agēdis. Dubitans enim intellectu nō quiescit, sed vtrinq; sollicitatur: qui autē sapiētia certitudinē accipit, mente quiescit. Sapie. 8. Intrans, in domum meā cōquiescam cū illa. Secūdō quātum ad legillatōrē, cū subdit, & gloriaris in deo. i. in cultu & notitia vnus dei. Hie. 9. In hoc gloriatur qui gloriatur seire & nosse me. 1. Cor. 1. & 2. Cor. 10. Qui gloriatur, in domino gloriatur. Deinde cū subdit [Et nosti] ponit prærogatiuam eorū quātū ad fructū legis: primō quātum ad hominem respectu sui ipsius: secūdō respectu aliorum, ibi [Confidit] Ponit autem duplicē fructum. Primum quidem respondentem gloriæ quam de deo habebant, cū dicit, nosti voluntatem eius, qui. s. deus velit vos facere. infra 12. Vt probetis quæ sit voluntas dei. Secūdum fructū ponit, qui respōdet quiescētī in lege dei, cū dicit, & probas vtiliora. i. scis approbare eligēdo nō solum mala à bonis, sed etiā meliora à minus bonis. Vnde querebat quidā. Mat. 22. Quod est mandatum magnum, & hoc instructus per legem. Psal. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Consequēter ponit fructus per respectū ad alios, qui quidem tripliciter se habent ad notitiā legis. Quidā enim sunt omnino in legis ignoratiā cōstituti. Vno quidē modo per defectū naturalis ingenij, sicut & homo corporaliter dicitur cæcus per defectū interioris

Quid sunt cogitationes que remanent in anima post hanc vitam, que nunc sunt in ea, & cum accipibunt.

Iudæorum prærogatiua. Iudæorum de factis in transgressionelatione.

Vnde dicitur Iudæi, omnes filij Iacob opinio. Ifradite dicitur Iudæi à Iudæ patriarcha.

potentia visua. Esa. 59, Palpauimus caeci parietem. Huiusmodi autem hominibus non potest homo lumen scientiae praeberere, ut ipsi per se videre possint quid sit agendum, sed praebet eis homo ducatum ut caecis mandando eis quid facere debeant: quoniam mandatorum ratione non cognoscant. Iob. 29, Oculis tui caecus de quibus tamen dicitur Mat. 15, Caeci sunt, & duces caecorum. Alio modo sunt in ignorantia per defectum disciplinae qui sunt quasi in tenebris exterioribus non illuminati per doctrinam quibus lapsi sunt in tenebris sunt. Lu. 1, Illuminare his qui in tenebris. Secundum autem tangit illos qui sunt in via pueniendi ad scientiam, quam nondum attigerunt, & hoc uno modo per defectum plenae instructionis. Et hoc est quod dicit, Eruditorum in scientiam. i. eorum qui nondum sapientiam acceperunt, qui dicuntur erudiri quasi erui ad ruditate quam ad principium inest omnibus cum primo instruuntur. Eccl. 7, Filij tibi sunt, erudi eos. Alio modo per defectum aetatis sicut sunt pueri. Et quantum ad hoc magistrum infantium. Esa. 33, Vbi est doctor paruulorum. Tertium verum sunt qui iam sunt in scientia, pueri. Et isti indigent ad sapientibus informari ut habeant sapientiam dictam in auctoritate quasi quandam regulam seu formam. Et quantum ad hoc dicit habentem formam scientiae. 2. Thim. 1, Formam habere bonorum verborum quae ad me audisti. Et Phil. 3, Obseruate eos qui ita ambulat sicut habetis formam nostram. Oportet autem eos qui sic informantur auctoritate maiorum instrui ut sciant quid sit in lege traditum. Et ideo dicit, scientia. Sapient. 10, Dedit illi scientiam sanctorum. Et etiam ut sciant quid sit verus intellectus eorum quae traduntur in lege. Et quantum ad hoc dicit, veritatis, ps. Emitte lucem tuam & veritatem tuam. ¶ Deinde cum dicit (Qui ergo alium doces.) ostendit defectum eorum secundum transgressionem legis. Et primo hominis ad seipsum cum dicit, Qui ergo alium doces, dirigendo ipsum ad bonum, teipsum non doces dirigendo. Et potest legi vel interrogati, quasi cum quadam indagatione, vel remissionem quasi asserendo eorum malitiam, & simile est in sequentibus. Iob 4, Ecce docuisti plurimos. Et infra, Nunc tetigit plaga & defecisti. Secundum tangit defectum quantum ad proximum. Primum qui dem quantum ad res quae furto subtrahuntur, cum dicit, Qui praedicas non furandum furaris. Esa. 1, Principes tui infideles socij furum. Secundum quantum ad personam coniunctam, quae per adultentium polluitur. Et quantum ad hoc dicit, Qui doces non machandam macharis. Osee 7, Omnes adulterantes quasi clibanus. Hier. 5, Vnusquisque ad uxorem proximi sui. Tertium autem ostendit eorum defectum per comparationem eorum ad deum, & primo quidem quantum ad hoc quod peccabant contra ipsius cultum. Et quantum ad hoc dicit, Qui abominaris idola, cognoscens. f. ex precepto legis ea non esse colenda. Sacriligiū facis, abutendo. f. his quae pertinent ad diuinum cultum. Quod quidem primo fecerunt in statu legis. Malac. 1, Dicitis mensa domini cotaminata est. Et postmodum blasphemando Christum. Mat. 12, In Beelzebuth principe, &c. Secundum quantum ad ipsam gloriam cum dicit, Qui in lege gloriaris per prauaricationem legis deum in honores, sicut enim legis obseruatio in bonis operibus est occasio videntibus ut honorent deum, ita etiam transgressio legis per mala opera occasio est videntibus blasphemandi. 1. Pet. 2, Ex bonis operibus vos considerantes glorificent deum. Ecce contra autem dicitur. 1. Thim. 6, Quicūque sunt sub iugo seruitutis dominos suos omni honore dignos arbitretur, ne nomen dñi & doctrina fidei blasphemetur. Et ideo in Psal. dicitur, Vidi prauaricantes & tabescere. Et ad hoc inducit auctoritatem subdens, Nomen enim dei per vos blasphematur inter Gentes, quia. f. Gentes videntes Iudeorum malam conversationem, reputabant hoc prouenire ex mala instructione legis ad deum tradite. Dicit autem, sicut scriptum est. f. Esa. 52, Dominatores eius inique agunt, & iugiter tota die nomen meum blasphematur, & Ezech. 36, secundum aliam litteram ubi nostra sic habet, Non propter vos faciam domus Israel, sed propter nomen sanctum meum quod polluitis in Gentibus. ¶ Deinde cum dicit (Circumcisio.) ostendit quod nec circumcisio sufficit ad salutem eadem ratione qua nec lex, quia. f. obseruantia legis sine circumcisioe valet, sine qua tamen circumcisio non prodest, sicut similiter dictum est. Et circa hoc tria facit. Primum comparat circumcisionem ad Iudeos circumcisos. Secundum ad Gentes incircumcisas, ibi (Si igitur praeputium) Tertium manifestat quod dixerat, ibi (Non enim qui in manifesto.) Circa primum duo facit. Primum ostendit qualiter circumcisio prodest. Secundum dō qualiter non prodest, ibi: (Si autem prauaricator, &c.) Dicit ergo primum, Circumcisio quidem prodest quantum ad remissionem peccati originalis. Vnde dicitur Gen. 17, Masculus cuius praeputij caro circumcisa, &c. Sed tibi adulto tunc finaliter prodest, si legem obserues: sicut religionis prodest professio si regulam obseruet. Circumcisio enim erat quasi quaedam professio obligans homines ad obseruantiam legis. Gal. 5, Testificor omni circumcidenti se quonia debitor, &c. Quod autem Apostolus dixit, si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit: loquitur quantum ad tempus post gratiam euangelij diuulgatam: hic autem loquitur quantum ad tempus ante passionem Christi in quo circumcisio statum habebat: secundum, ibi (Si autem prauaricator.) ostendit quomodo circumcisio non prodest dicens, Si tu Iudae adulte prauaricator es legis, circumcisio tua praeputium facta est. i. non plus valet tibi quam praeputium, quia non seruas quod per circumcisionem profiteris. Hie. 9, Omnes Gentes praeputium habent, domus autem Israel incircumcisa sunt corde, quoniam ex hoc sunt magis rei, quia non seruauit quod promiserunt. Displicet enim stulta & infidelis promissio, ut dicitur. Eccl. 5. ¶ Deinde cum dicit (Si ergo praeputium.) comparat circumcisionem ad Gentiles, & hoc dupliciter. Primum quidem quantum ad hoc quod eius fructum habent Gentes obseruando legem, vnde dicit, Si circumcisio prodest cum obseruatione legis, non autem sine ea: igitur si praeputium. i. Gentilis incircumcisus custodiat iustitias legis. i. iusta praecepta legis. Psal. Omnia mandata tua veritas. Nonne praeputium illius in circumcisioe reputabitur? quasi dicat, Fructum veram circumcisionis habebit. Ad hoc enim homo exterius circumciditur in carne, ut. f. se circumdat in corde. Hie. 4, Circumcidimini dño & auferte praeputia cordium vestrorum. Secundum ibi (Et iudicabit, &c. comparat circumcisionem Gentilis ostendens propter obseruatiam legis Iudaeo praeferrere: vnde dicit, Et praeputium. i. Gentilis incircumcisus, consummans. i. implens mandata legis, ex natura. i. per naturalem rationem ut supra dictum est quod naturaliter quae sunt legis faciunt. Iudicabit per comparationem re. f. Iudaeum circumcisum qui es prauaricator legis transgrediendo praecepta eius per litteram, id est, habentem legem litteris descriptam & circumcisionem. f. carnem. Vnde de hoc comparationis iudicio dicitur Mat. 12. Viri Niniuitae, &c. ¶ Deinde cum dicit (Non enim qui in manifesto, &c.) assignat rationem dictorum. Et primo ponit rationem. Secundum probat eam, ibi (Cuius laus.) Circa primum duo facit. Primum assignat rationem quare circumcisio vel Iudaismus sine legis obseruatione non prodest. Secundum assignat

Defectus In-
deorum quo
ad legis trans-
gressionem.

Ostenditur
circumcisione
non inestificare
sine lege.

Quomodo p-
dest circumci-
sio. Circumcisio
erat quasi
quaedam pro-
fessio obser-
uandae legis.
Cum in tota
hac epistola
est mentio de
circumcisione,
est de ea in sta-
tu suo ante pas-
sionem christi.

Cum circum-
sio sine legis
obseruantia
non prodest.

rationem, quare obseruantia legis prodest sine iudaismo & circumcisioe, ibi (Sed qui abscondit.) Dicit ergo quod ideo circumcisio prauaricantis legem sit praeputium, & iudicatur ad praeputium custodiente legem. Non enim est verus Iudaeus ille qui in manifesto est Iudaeus, secundum carnalem generationem. Infra 9, Non enim oēs qui ex circumcisioe sunt Israel, hi sunt Israelitae, sed qui filij sunt promissionis: & similiter etiam non est vera circumcisio illa quae est manifesta in carne. Illa enim est signum, ut dicitur Gen. 17, Circumcidetis carnem praeputij vestri, ut sit in signum foederis. Non autem est signum verum, nisi ei respondeat signatum. Vnde si quis Iudaeus esset transgressor foederis, non esset eius vera circumcisio. Et ideo reputatur in praeputium. ¶ Deinde cum dicit, (Sed qui in abscondito,) assignat rationem quare praeputium custodientis legem reputetur in circumcisioe & iudicet circumcisioe carnalem, quia. f. ille verum est Iudaeus qui est in abscondito. i. qui habet in affectu cordis mandata legis quae Iudaei profitentur. Mat. 6, Pater tuus qui videt in abscondito, &c. & similiter circumcisio vera est, quae est cordis in spiritu. i. per spiritum facta, per quam superfluae cogitationes a corde praeduntur. Vel in spiritu. i. per spirituale intellectum legis non literalem. Philip. 3, Nos sumus circumcisio qui spiritu deo seruiamus. ¶ Deinde cum dicit, (Cuius laus, &c.) probat praemissam rationem, manifestum est enim quod in omnibus iudicium diuinum praefendum est humano. Ea verum quae exterius apparent, siue sit iudaismus siue circumcisio laudatur ab hominibus, sed ea quae sunt in abscondito laudatur secundum iudicium diuinum, quia ut dicitur 1. Reg. 16, Homines vident quae pariter, deus autem intuetur cor, &c. Vnde relinquitur quod interior iudaismus & circumcisio praeualet exteriori: & hoc est quod dicit, cuius scilicet interioris circumcisionis, laus non est ex hominibus, sed ex deo. 2. Corinth. 10, Non enim qui seipsum commendat.

Cum praeputi-
um reputaba-
tur in circumci-
sione obser-
uanti legem.

Ab hoc loco
vsque ad 5. c.
tractat reue-
lationem iusti-
tiae ex parte
iustitiae: quae
est tractatus
ex parte
obseruarii, sin-
iustitiae, &
prosequitur
primam q.
hic positam.

Caput 3.

Vid ergo amplius Iudaeus est, aut quae utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum sufficit ad euacuandum? Absit. Est autem deus verax: omnis autem homo mendax: sicut scriptum est, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat, quid dicemus, nisi quid iniquus est deus qui infert iram? Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? Si enim veritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc ego tanquam peccator iudicor, & non sicut blasphemamus, & sicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala ut veniant bona? Quorum damnatio iusta est. ¶ Postquam Apostolus ostendit quod iudaismus ad quem pertinet legis susceptio & circumcisio non sufficit ad salutem sine legis custodia, per quam Gentilis, sine interiori iudaismo & circumcisioe, fructum vtriusque consequitur. Hic obicit contra praemissa, & primo quidem proponit obiectionem, secundum soluit, ibi (Multum quidem.) Obicit ergo primo sic, Si ita esset, sicut dictum est, quod non est verus Iudaeus, nec vera circumcisio in manifesto, sed in occulto cordis, quid ergo amplius est Iudaeo. i. quid amplius datum est quam ceteris? videtur quod nihil. Et hoc est inconueniens, cum dominus dixerit Deuter. 7, Te elegit dominus deus tuus, ut sis ei populus peculiaris. Aut quae utilitas circumcisionis. f. exterioris? Videtur ex praemissis quod nulla, quod est inconueniens, cum sit ad deo tradita, qui dicit Esa. 48, Ego dominus docens te vtilia. ¶ Deinde cum dicit, (Multum quidem,) soluit praemissam obiectionem: & primo quantum ad praerogatiua iudaismi, secundum quantum ad utilitatem circumcisionis. 4. cap. ibi [Quid ergo dicemus.] Circa primum duo facit. Primum ostendit Iudaeorum praerogatiua. Secundum excludit eorum gloriam, quae se Gentibus superbe praeferebant, ibi [Quid ergo praecellimus.] Circa primum tria facit. Primum proponit quod intendit. Secundum manifestat, ibi [Primum quidem.] Tertio excludit obiectionem, ibi [Quid enim si quidam.] Dicit ergo primum, Quae situm est quid amplius sit Iudaeo. Est autem ei amplius, & quantum ad quantitatem, quae significatur cum dicit, Multum. Et quantum ad numerum, quae significatur cum dicit, Per omnem modum. Habent enim amplius aliquid, & in contemplatione diuinorum, secundum illud Psal. Notus in Iudaea. Et secundum dispositionem temporalium. Psal. Non fecit taliter omni nationi. Habet etiam amplius quantum ad partes, quantum ad promissiones, & quantum ad prolem. Infra 2, Quorum est adoptio filiorum dei, & gloria & testamentum: & in quolibet eorum non est parua excellentia, sed magna & preciosa, quod pertinet ad id quod dicit, multum. Maximum enim bonum hominis est in dei cognitione, in hoc quod deo adhaereat, & a deo instruat. Psal. Beatus homo quem tu erudieris domine. ¶ Deinde cum dicit, [Primum quidem, &c.] manifestat quod dixerat dicens, Primum quidem. i. praecipue amplius est Iudaeis, quia eloquia dei sunt credita illis quasi amicis. Io. 5, Vos dixi amicos. Et hoc est multum, quia eloquia dei sunt honesta. Psal. Eloquia dñi vera, iustificata in semetipso. Sunt delectabilia. Psal. Quae dulcia faucibus meis eloquia tua. Sunt etiam vtilia ad non peccandum. Psal. In corde meo abscondi eloquia ut non peccet tibi. ¶ Deinde cum dicit, [Quid enim si quidam,] excludit obiectionem. Et primo ponit eam. Secundum excludit ipsam ducendo ad inconueniens, ibi [Numquid incredulitas.] Tertio ostendit esse inconueniens ad quod inducitur, ibi [Est autem deus verax.] Posset aliquis praerogatiua Iudaeorum derogare, opponendo ingratitudinem eorum, per quam viderent dignitatem eloquiorum dei amisisse. Vnde dicit, Quid autem si quidam illorum non crediderunt: numquid per hoc concluditur quod nihil amplius sit Iudaeo? secundum illud 2. Pet. 2, Melius erat eis non cognoscere viam iustitiae, quam post cognitam retrorsum conuerti. Non crediderunt autem primo quidem legislatori. Psal. Non crediderunt verbis eius. Secundum non crediderunt prophetis. Ezech. 2, Increduli & subuersores sunt tecum. Tertio non crediderunt ipsi filio. Ioan. 8, Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? ¶ Deinde cum dicit, [Numquid incredulitas] excludit dictam obiectionem ducendo ad inconueniens, quia si propter incredulitatem aliquorum praerogatiua Iudaeorum tolleretur, sequeretur quod incredulitas hominis fidei dei euacuet, quod est inconueniens. Et hoc est quod dicit, Numquid incredulitas eorum, scilicet qui non crediderunt euacuauit fidem dei, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo de fide qua creditur in deum. Non enim per hoc quod quidam non crediderunt, euacuatur fides illorum qui crediderunt. Malum enim quorundam in societate existentium, non euacuat bonum aliorum. Eccl. 33, Ex ipso benedixit & exaltauit, sanctificauit & ad se applicauit, &c. quod est contra illos, contra quos Augustinus dicit in epistola ad plebem Hyponensem. Ad quid aliud sedent isti, & quid aliud tractant, nisi ut cum episcopus vel clericus, vel monachus, vel sanctimonialis ceciderit oēs tales esse credat, sed non omne posse manifestari. Alio modo potest intelligi de fide qua deus fidelis

Tria bonorum operum principia.

Psalmista, & primò inducit authoritatē, secūdò manifestat eā, ibi (Scimus autē. ¶ Circa primū duo facit Primò ponit peccata omisionis, secūdò peccata cōmissionis, ibi (Sepulchrū patens) Peccata autē omisionis tangit dupliciter. Primò quidē remouendo principia bonorū operū. Secūdò remouēdo ipsa bona opera, ibi (Omnes declinauerūt.) Sunt autē tria bonorum operū principia quorū vnū pertinet ad ipsam operis re cōtitudinem, & hoc est iustitia quam excludit dicens, sicut scriptum est, scilicet in Psal. Quia non est iustus quisquam. Mich. 7, Et perit sanctus de terra, & rectus in hominibus nō est, quod quidem dupliciter potest intelligi. Vno modo quòd intelligatur, nullus est iust⁹ in se ex seipso, sed ex se quilibet est peccator, ex solo autem deo habet iustitiam. Exod. 34, Dominator domine deus misericors & clemens qui auferis iniquitatem, atque peccata, &c. Nullus apud te, per se innocens est. Alio modo quòd nullus est quantum ad omnia iustus quin aliquod peccatū habeat secundum illud Prou. 20, Quis potest dicere, Mundum est cor meum. Eccles. 7, Nō est homo iust⁹ in terra qui faciat bonū, & nō peccet. Tertid etiā potest intelligi, vt referatur ad populū malorū, inter quos nullus est iustus. Est enim cōsuetudo scripturæ, vt quādoque loquatur de toto populo ratione malorum, quandoque ratione bonorum, vt patet Hier. 16, Vbi dicitur quòd cum com plesset Hieremias loqui omnia quæ præceperat ei dominus vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eū sacerdotes & propheta, & omnis populus dicentes, morte moriatur. Et postea subditur, dixerunt principes & omnis populus, non est viro huic iudicium mortis. Sed primi duo sensus magis sunt secundum intentionem. Apostoli. ¶ Et hoc idem dicendum est in sequentibus. Secūdum autem principium boni operis est discretio rationis. Ethoc excludit subdēns, non est intelligens. Psal. Nescierunt neque intellexerunt. Et alibi, Noluit intelligere. Tertiu principiu est re cōtudo intentionis quā excludit subdēns, Nō est requirens deum, intentionem suam, scilicet dirigendo ad ipsum Osca 10, Tempus inquiredi dominū qui cum venerit docebit iustitiam. ¶ Consequenter excludit ipsa bona opera. Et primò quidem quantum ad offensionem diuinæ legis cum dicit, Omnes declinauerunt, scilicet à regula diuinæ legis. Esa. 59, Omnes in viā suā declinauerunt. Secūdò quantum ad offensionem finis, vnde subdit, Simul inutiles facti sunt. Hoc enim inutile dicimus quod nō consequitur finem suū. Et ideo cum homines à deo declinant propter quē facti sunt redduntur inutiles. Sap. 4, Impiorū multitudo non est utilis. Tertid excludit ipsa bona opera cum subdit, Nō est qui faciat bonū. Hier. 4, Sapientes sunt vt faciāt mala, bene autem facere nescierūt. Subdit autem, Vsq̄ ad vnū, quod potest vno modo intelligi exclusiue, quasi diceret, præter vnum, qui scilicet solus fecit bonū redimendo humanū genus. Eccles. 7, Virum de mille vnum reperi, mulierem non inueni. Vel potest intelligi inclusiue quasi dicat, nec etiam vnus est purus homo qui faciat bonū, scilicet per se cōtum. Hier. 7, Querite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudicium & quarentem fidem. ¶ Deinde cum dicit, [Sepulchrū patens] ponit peccata cōmissionis. & primò peccata oris. Secūdò peccata operis, ibi [Veloce pedes eorum.] Peccata verò cordis ex his peccatis deprehēduntur. ¶ Circa peccatum oris quatuor ponit. Primò prōptitudinem, seu turpitudinem, cum dicit, Sepulchrū patens est guttur eorum. Sepulchrū enim patēs duo habet. Et enim paratū ad recipiēdum mortuū, & secundum hoc, guttur hominis dicitur esse sepulchrū patens, quando est paratum ad dicendum mortifera, per quem modum dicitur Hier. 5, Pharetra eius quasi sepulchrū patens. Secūdò exaltat fœtorem. Mat. 23, Similes sunt sepulchris de albatis quæ à foris patent hominibus speciosa, intus sunt plena ossibus mortuorū & omni spurcicia. Eorum ergo guttur est sepulchrū patēs, ex quorū ore ipsorum procedit turpiloqui fœtor. Apoc. 9, Et de ore ipsorum procedit ignis & fumus & sulphur. Secūdò tangit circa peccatum oris fraudem cum dicit, Linguis suis dolose agebant. Aliud scilicet habendo in corde, aliud in ore. Hierem. 9, Sagitta vulneris lingua eorum dolose locuta est. Tertid ponit verborum noxietatē cum dicit, Venenum aspidum sub labiis eorum: quia scilicet talia verba eueniunt quæ insanabiliter proximos occidunt, vel spiritualiter vel corporaliter. Deut. 32, Fel draconum vinum eorum & venenum, &c. Quartid designat abundantiam horum peccatorum, cum dicit, Quorum os maledictione plenum est & amaritudine, quia scilicet in talibus semper abundat maledictio, quia scilicet maledicunt de aliis detrahendo, contra id quod dicitur infra 12, Benedicite & nolite maledicere. Et amaritudine, in quātum. s. non veretur in faciem proximi dicere iniuriosa verba quibus ad amaritudinem prouocatur, contra id quod dicitur Ephes. 4, Omnis amaritudo tollatur à vobis. ¶ Deinde cum dicit [Veloce pedes eorū] tangit peccata operis, circa quæ tria tangit. Primò quidem prōptitudinem ad malè agendum. Vnde dicit, Veloce pedes eorū. Prompti sunt pedes. i. affectus eorum ad effundendum sanguinem. i. ad faciendum quæcunque graua peccata, quia inter cetera quæ committimus in proximū homicidium est grauius. Prou. 1, Pedes eorum in malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Secūdò tangit multitudinem nocentorū, quæ aliis inferunt, cum subdit, in viis eorum. i. in operibus eorum est contritio, quia. s. alios conterunt opprimendo eos. Esa. 50. Ad conterendum cor eius, & in fœlicitas, in quantum scilicet priuant homines bonis suis ad miseriam eos deducēdo. Iob 23, Nudos dimittunt homines indumenta tolentes, &c. Possunt tamen hęc duo intelligi esse posita ad designādum pœnam potius quæ culpā, vt sit sensus, in viis eorū est contritio & infœlicitas. i. opera eorum quæ per vias designatur, ducunt ad eos contritionem & infœlicitatem, ita quæ contritio referatur ad oppressionē pœnæ qua pro peccatis punientur. Esa. 30, Cōminuentur sicut conteritur lagena figuli. Infœlicitas autem referenda est ad pœnam damni, quia fœlicitate æterna priuabuntur. Sap. 12, Infœlices autem sunt, & inter mortuos spes eorum. Tertid ostendit eorum culpā obstinationē ad malum, à qua quidē aliqui reuocatur dupliciter. Vno modo per hoc quod volunt ab hominibus pacem habere, sed contra hoc dicitur, [Et viā pacis non cognouerunt.] Ji. nō n̄ acceptauerūt. Psal. Cū his qui oderunt pacē. Alio modo intuitu diuini timoris, sed isti nec deū timent, nec hominem reuerentur, vt dicitur Luc. 18. Vnde subditur, nō est timor deante oculos eorum. i. ante ipsorum considerationem. Eccles. 1, Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Potest autem & hoc specialiter contra Iudaos Christo non credentes quod non cognouerunt viam pacis. i. Christum de quo dicitur Ephes. 2, Ipse est pax nōstra. ¶ Deinde cum dicit, (Scimus autem quia quæcunque [manifestat authoritatem inducām tripliciter. Primò quidem exponendo sensum eius

Secundò exponendo intentionem ipsius, ibi (Vt omne os. Tertid assignādo rationem dictorū in ipsa, ibi (Quoniam ex operibus) ¶ Circa primū considerandum est quòd Iudæi, contra quos Apostolus hic loquebatur poterant ad sui exculpationem peruertere sensum authoritatis inducām, dicēdo quod præmissa verba sunt intelligēda de Gentibus nō de Iudæis. Sed hoc excludit Apostolus dicēs. Scimus quod quæcūque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur. i. ad quos lex datur, & qui legem profitentur. Legem præcepit nobis Moyses. Gentiles autem non erant sub lege & secundum hoc prædicta verba pertinent ad Iudæos. Est hęc autem duplex obiectio. Prima quidem, quia verba supra inducta non sunt assumpta de lege, sed de Psal. Sed ad hoc dicendū est quod quādoque nomen legis sumitur pro toto veteri testamento, nō pro quinque libris Moyfi tantum, secundū illud Ioan. 15, Vt impleatur sermo qui in lege corū scriptus est, quia odio habuerunt me gratias. quod scriptū est in veteri testamento, non in quinque libris Moyfi, qui propriè lex dicitur. Et sic etiam lex accipitur hęc. Quādoque autē totum vetus testamentū diuiditur in tria. s. in legem, psalmos, & prophetas, secundum illud Luc. vult. Necessè est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moyfi, psalmis & prophetis de me. Aliquando verò totum vetus testamentum diuiditur in duo, scilicet in legem & prophetas, secundum illud Matth. 22. In his duobus mandatis pendet omnis lex & propheta. Et secundum hunc modum Psalteriū sub prophetis continetur. Secunda obiectio est quia in lege. i. in veteri testamento multa dicitur pertinentia ad alias gentes, sicut patet in pluribus locis Esa. & Hierem. Vbi dicuntur multa contra Babylonē, & similiter cōtra alias nationes. Nō ergo quæcūque loquitur lex loquitur his & de his qui in lege sunt ¶ Sed dicendū quod quæcūque in determinatē loquitur ad eos pertinere videtur, quibus lex datur, quādo verò scriptura de aliis loquitur, specialiter titulo designat alios, sicut cū dicitur onus Babylonis, & onus Tyri, &c. Quæ cōtra alias gentes in veteri testamento dicitur aliquo modo ad Iudæos pertinebat in quantum eorū in fortuna ad eorum consolationem vel terrorem prænantabatur, sicut etiā prædicatōr ea debet dicere quod pertinent ad eos quibus prædicat, non autem quæ pertinent ad alios. Esa. 58, Annuntia populo meo peccata eorū, quasi diceret, non quæ sunt aliorum. ¶ Deinde cum dicit, (Vt omne os, &c.) assignat intentionē prædictæ authoritatis: propter duo enim scriptura omnes de iniustitia arguit. Primò quidē ad reprimēdū eorum iactantiam quæ se iustos arbitrabantur, secundum illud Luc. 18, Ieiuno bis in sabbato. Et quantum ad hoc dicit vt omne os obstruatur, quod sibi iustitia præsumptuose, ascribebat. Psal. Obstructum est os loquentium iniqua. i. Reg. 2, Nolite multiplicare loqui sublimia gloriātes. Secūdò vt suā culpam recognoscētes, se deo subiciant, sicut infirmus medico. Vnde subdit, [Et subditus fiat omnis mūdus deo.] i. non solum Gentilis sed etiā Iudæus culpam suā recognoscētes. Psal. Nōne deo subiecta erit anima mea. ¶ Deinde cum dicit (Quoniam ex operibus legis) assignat rationem præmissorū verborum. Et primò ponit rationem. Secūdò manifestat eam, ibi) Per legem, &c. ¶ Dicit ergo primò, ideo non est iustus quisquam, quoniam omnis caro. i. omnis homo non iustificatur coram illo. i. secundum eius iudiciū ex operibus legis, quia vt dicitur Cal. 2, Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est. Et ad Tit. 3, Nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiā suam saluos nos fecit. Est autem duplex opus legis, quoddā quidem est propriū legis Mosaica, sicut obseruatio ceremonialiū præceptorum: quoddā est opus legis naturæ quia pertinet ad legem naturalem, sicut nō occidas, non furtum facias. Quiddā ergo hoc intelligunt dictū esse de primis legis operibus. s. quod ceremonialia gratiā non cōferbant per quā homines iustificatur: nō tamen ista videtur esse intentio Apostoli, quod patet ex hoc quod statim subdit (Per legem enim cognitio peccati.) Manifestū est autem quod peccata cognoscuntur p prohibitionē moralium præceptorū, & ita Apostolus intēdit quod ex omnibus operibus legis, etiā quæ p præcepta moralia mandantur nō iustificatur homo. ita quod ex operibus in eo causetur iustitia, quia vt dicitur infra 12, Si enim gratia, iam non ex operibus. ¶ Deinde cum dicit, (Per legem) probat quod dixerat. s. quod opera legis nō iustificēt. Lex enim datur vt homo cognoscat quid debeat agere, quid vitare. Psal. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Prou. 6, Mādatur lucerna est, & lex lux & via vitæ. Ex hoc autem quod homo cognoscit peccatum quod vitare debet tanquā prohibitum, non statim sequitur quod illud vitet quod pertinet ad rationem iustitiæ, quia concupiscentia subuertit iudicium rationis in particulari operabili. Et ideo lex non sufficit ad iustificandum, sed est necessarium aliud remedium per quod concupiscentia reprimatur. Lectio 3. ¶ Vnde autem sine lege iustitia dei manifesta est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesus Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus & iustificans cum qui est ex fide Iesu Christi. ¶ Postquam ostendit Apostolus Iudæos & Gentiles aequales esse quantum ad statum culpæ præcedentis, hic ostēdit eos aequales quantum ad statum gratiæ subsequentis. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit propositum. Secūdò ostendit quoddam quod imposuerat, ibi (An Iudæorum deus tantum.) Tertid responderet obiectio, ibi) Legem ergo destruiamus. ¶ Circa primum tria facit. Primò proponit quod intendit. Secūdò manifestat propositum, ibi (Non est distinctio.) Tertid infert conclusionem intentam, ibi (Vbi est ergo gloria tua?) ¶ Circa primum tria facit. Primò proponit habitudinem iustitiæ ad legem. Secūdò assignat causam iustitiæ, ibi (Iustitia autem dei.) Tertid assignat huiusmodi iustitiæ communitatem, ibi (In omnes, &c.) ¶ Ponit autem primò duplicem cōparationem seu habitudinem iustitiæ ad legem. Primò quidem qui non est ex lege causata. Et hoc est quod dicit, dictum est quod olim per opera legis non poterat esse iustitia dei, vel quia ipse iustus est adimplens promissa de iustificatione hominum. ¶ Infra 13, Dico enim Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei. Vel potius iustitia dei, qua aliquis iustificatur à deo, de qua dicitur infra 10, Ignorates dei iustitiam. Hęc inquam dei iustitia nunc, id est tempore gratiæ manifestata est, tum per Christi doctrinam, tum per eius miracula, tum etiam per facti euidentiam in quantum iustitia dei tum euidentis est multos esse diuinitus iustificatos. Et hoc sine lege, scilicet causante iustitiam. Galat. 5, Eua cuati estis à Christo, qui in lege iustificamini à gratia excidistis. Esa. 56, Propè est salus mea vt veniat, & iu-

Aliguidō lex capitur pro toto veteri testamento. Quinque libri Moyfi dicitur lex vetus.

Aliquando testamento vetus diuiditur in legem psalmos & prophetas. Aliquando solum in legem & prophetas. Quomodo lex quæcumque loquitur his qui in lege sunt loquitur.

Nullis operibus legis sue Mosaicae iustitiam causatur homo in ordine ad deum.

Ostēdit hic Iudæos & Gentiles esse aequales quantum ad statum gratiæ ostendit de sola fide Christi fieri iustificationem.

Duplex cōparatio iustitiæ ad legem.

Quomodo iustitia dei nunc manifestata.

rum ab eis deo exhibitū. Vnde in Psal. dicitur, Notus in Iudæa deus. erat tamen deus omnium per comune regimen vniuersorū, secundū illud Psal. Rex omnis terræ deus. ¶ Secundò proponit quæstionē ex parte Gentiliū dicēs, Nōne & Gentiliū. Lest deus? & respōdet, Immo & Gentiliū quas. I gubernat & regit, secundū illud Hier. 10, Quis nō timebit te ò rex Gentium? ¶ Tertiò, ibi Quoniā quidem, manifestat per signū quod dixerat, quasi dicat, ex hoc manifestū est q̄ deus est non solum Iudæorū, sed & Gentiliū, quoniā quidē vnus est deus qui iustificat circumcisionem. i. Iudæos ex fide, vt enim dicitur Gal. 3, In Christo Iesu neq; circumcisio neq; præputiū. Quod autē dicit ex fide & per fidem secundū, glōsam est omnino idē. potest tamen ali qua differentia attēdi. Nam hæc præpositio, ex, designat aliquādo causam remotā, hæc præpositio, per, pro pinquam. Iudæi ergo iustificari dicuntur ex fide, quia fides fuit prima causa ex qua processit circumcisio & cætera sacramēta legalia: & ita Iudæos iustificat fides, sicut quædā causa primaria per quāsdā medias causas, sed Gētiles per ipsam fidem immediatē iustificantur. ¶ Deinde cum dicit, (Legem ergo) excludit quādam obiectiōnē, posset enim aliquis dicere q̄ prædictā legem destrueret, & idēdē quærir dicens, (Legē ergo destruiimus per fidē) ex hoc, s. q̄ dicimus homines iustificari sine operibus legis. Et respōdet (Abstine) secundū illud Mat. 5, Non præteribit iota vnum, aut vnus apex, &c. Subdit autem, sed legem statuimus, i. per fidem legē perficimus, & adimplemus, secundū illud Mat. 5, Non veni soluere legem, sed adimplere. & hoc quārum ad præcepta ceremonialia, quæ cum essent figuralia per hoc statuuntur q̄ veritas signi ficata per ea, in fide Christi exhibetur, & etiam quantū ad moralia: quia fides Christi auxiliū gratiæ cōfert ad implēda moralia præcepta legis. Addit etiam quādam consilia per quæ præcepta moralia tutius & fir mius conseruantur.

Cap. 4.

Vid ergo dicemus, Inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriam, sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura? Creditit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Et autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Et vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ dei: sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus, Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum reuera sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantum manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est fides Abrahe ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circumcisione an in præputio? Non in circumcisione sed in præputio.

Hoc caput ostendit per circumcisioem non esse iustitiam, solummodo q. secundū in principio præcedit carnis motū.

Postquam Apostolus excludit Iudæorum gloriā quam habebāt in lege per eam se Gentibus præferētes, hic excludit eorum gloriā quantum ad circumcisionem. Et circa hoc duo facit. Primò refertur quæstionem quā supra posuerat dicens, Quæ est vtilitas circumcisionis? Et quia Abraham primus mandatū de circumcisione accepit, vt dicitur Gene. 17. Idēdē quæstionē iterat in persona ipsius Abraham dicens, Si ita est q̄ deus iustificat præputium sicut & circumcisionē, quid ergo dicemus inuenisse vtilitatis Abraham patrem nostrum secundum carnē? secundum circumcisionē carnalem & secundū alias obseruantias carnales. videtur esse inconueniens si dicatur q̄ nihil vtilitatis inuenit cum dicitur Esa. 48. Ego dominus docens te vtilia. ¶ Secundò, ibi [Si enim Abraham, &c. respondet propositæ quæstioni. Et duo facit. Primò ostēdit q̄ Abraham non hoc inuenit per circumcisionē & cætera legis opera q̄ per eam iustificaretur, sed magis per fidem. Secundò cōmendat fidem ipsius, ibi Qui cōtra spem, &c. ¶ Circa primum duo facit. Primò ostēdit propositum ratione accepta ex parte diuinæ acceptationis. Secundò ratione diuinæ promissionis, ibi Nō enim per legem, &c.] ¶ Circa primum duo facit Primò proponit quādam conditionālē. Secundò probat destructiōnem cōsequenti, ibi (Quid enim dicit scriptura, &c.) Tertiò probat ipsam conditionālē, ibi [Sicut & David, &c.] ¶ Circa primum intendit Apostolus sic argumentari. Si Abraham iustificatus esset ex operibus legis, nō haberet gloriam apud deum, ergo nō ex operibus iustificatus. Proponit ergo conditionālē dicēs, Quæritum est quid Abraham inuenit secundum carnalem circumcisionē. Et manifestum est q̄ hoc nō inuenit vt iustificatus sit ex operibus legis, ita. s. q̄ eius iustitia in operibus legis cōsistat, habet quidem gloriā, scilicet apud homines qui exteriora facta vident, sed nō apud deum qui videt in occulto, secundū illud. 1. Reg. 16, Deus autem intuetur cor. 1. Cor. 3, Nemo vestrū gloriatur in hominib⁹, &c. Vnde cōtra quosdam dicitur Ioan. 12. Dilexerunt magis gloriā hominum q̄ dei. ¶ Sed contra hoc potest obiici, quia ex consuetudine operum exteriorum generatur interior habitus secundū quem etiam cor hominis bene disponitur, vt sit promptum ad bene operandum, & in bonis operibus delectetur, sicut Philosophus docet in 2. Ethic. ¶ Sed dicendum est q̄ hoc habet locum in iustitia humana, per quam. s. homo ordinatur ad bonum humanū. Huius enim iustitiæ habitus per opera humana potest acquiri, sed iustitia quæ habet gloriā apud deum ordinatur ad bonum diuinitatis. s. futuræ gloriæ quæ facultatē humanam excedit, secundum illud. 1. Cor. 2, In cor hominis non ascendit quæ præparauit deus diligentibus se. Et ideo opera hominis non sunt proportionata ad huius iustitiæ habitū causandum, sed oportet prius iustificari interius cor hominis à deo vt opera faciat proportionata diuinæ gloriæ. ¶ Deinde cum dicit, [Quid enim, &c.] destruit consequens quod fuit negatiuū, probando affirmatiōnē oppositam, s. q̄ Abraham habebat gloriā apud deum. Et hoc probat per auctoritatem scripturæ, quam primò Apostolus ponit: secundò exponit, ibi [Ei autem, &c.] Dicit ergo primò, Dico Abraham sic iustificatum esse q̄ habet gloriā apud deum. Quid enim scriptura dicit? Gene. 15, Creditit Abraham deo, promittenti sibi seminis multiplicatiōem. Eccl. 2, Crede deo & recuperabit te. Et reputatum est illi. s. à deo ad iustitiam. 1. Mach. 2, Abraham in tentatione inuentus est fidelis. Et sic patet q̄ apud deum, a quo est ei reputatum ad iustitiam q̄ creditit, gloriā habet. Est autem considerandū quod iustitia quam deus reputat, scriptam expressit non in aliquo exteriori opere, sed in interiori fide cordis quam solus deus intuetur. Cum autem dicatur triplex esse actus fidei, scilicet, credere deum, deo, & in deū, posuit hunc actum qui est credere deo, qui est proprius actus fidei, eius speciem demonstrans. Nam credere in deum, demonstrat ordinem fidei ad finē, qui est per charitatem credendo in deum ire quod charitas facit. Et sic sequitur speciem fidei. Credere autē deum, demonstrat fidei materiam, secundū q̄ est virtus theologica habēs deum pro obiecto. Et ideo hic actus nondum attingit ad speciem fidei, quia si aliquis credit

Triplex actus fidei.

credat deū esse per aliquas rationes humanas & naturalia signa, nōdū dicitur fidē habere de qua loquimur, sed solum quando ex hac ratione credit quod est à deo dictū, quod designatur per hoc q̄ dicitur credere deo & ex hoc fides specificatur, sicut & quilibet cognoscitiuus habitus speciem habet ex ratione per quā assentit in aliquid. Alia enim ratione inclinatur ad assentiendū habēs habitū sciētiæ, scilicet per demonstratiōnē & alia ratione habēs habitū opinionis, scilicet per syllogismū dialecticum. ¶ Deinde cum dicit, [Ei autē qui operatur, &c.] Jexponit prædictā auctoritatē quantū ad hoc q̄ dicit, reputatū est illi ad iustitiā, & tægitur in glo. duplex horū verborū expositio. Prima est secundū q̄ referūt ad finalē mercedē de qua primò ostēditur qualiter se habeat ad opera, secundū qualiter ad fidē, ibi, [Ei verò qui nō, &c.] Dicit ergo primò q̄ ei qui operatur, scilicet opera iustitiæ, merces æternæ retributionis de qua dicitur Esa. 4, Ecce merces eius cū eo, non reputatur secundū gratiā tantū, sed secundū debitū. secundū illud Matth. 20, Nōne ex denario cōuenisti mecum? ¶ Sed cōtra est q̄ dicitur infra. 6, Gratia dei vita æterna. Et infra. 8, Non sunt condignæ passiones huius tēporis ad futurā gloriā. Sic igitur illa retributio non fit secundū debitū sed secundū gratiā. ¶ Sed dicendū est q̄ opera humana possunt cōsiderari dupliciter. Vno modo secundū substantiā operū, & sic nō habēt aliquid cōdignū vt eis merces æternæ gloriæ reddatur. Alio modo possunt cōsiderari secundū suum principii prout. s. ex impulsu dei aguntur secundū propositū dei prædestinatiōis, & secundū hoc eis debetur merces prædicta secundū debitū, quia vt infra. 8. dicitur, Qui spiritu dei agūtur, hi sunt filii dei: si autē filij, & hæredes. ¶ Deinde cum dicit, [Ei verò, &c.] ostēdit qualiter se habeat merces æterna ad fidē dicēs, ei verò qui non operatur. s. exteriora opera, puta quia nō habet tēpus operādī, sicut patet in baptizato statim mortuo credenti in eum qui iustificat impium. s. in deum, de quo dicitur infra. 8. Deus qui iustificat, reputabitur fides eius. s. sola sine operibus exteriorib⁹ ad iustitiā, id est vt per eam iustus dicatur & iustitiæ præmium accipiat, sicut si opera iustitiæ fecisset. secundum illud infra. 10, Corde creditur ad iustitiā. & hoc secundum propositū gratiæ dei, id est secundū q̄ deus proposuit ex gratia sua homines saluare. infra. 8, His qui secundum propositū vocati sunt sancti. Ephe. 1, Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Alia expositio est vt hoc referatur ad hominis iustificationem. Dicit ergo, Ei autē qui operatur, id est si aliquis per opera iustificetur, ipsa iustitia imputaretur quasi merces non secundum gratiam, sed secundum debitum. infra. 11, Si autē gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Ei vero qui non operatur, vt scilicet per sua opera iustificetur, credenti autē in eum qui iustificat impium, cōputabitur hæc eius fides ad iustitiā secundum propositum gratiæ dei, non quidem ita quod per fidem iustitiā mereatur, sed quia ipsum credere est primus actus iustitiæ quam deus in eo operatur. Ex eo enim quod credit in deum iustificantem, iustificationi eius subiicit se, & sic recipit effectum. Et hæc expositio est literalis, & secundum intētiōnem Apostoli qui facit vim in hoc quod in Gene. 15, dictum est, Reputatum est illi ad iustitiā, quod confuevit dici, quando id quod minus est ex parte alicuius reputatur ei gratis, ac si totum fecisset. Et ideo Apostolus dicit quod hæc reputatio locum nō haberet si iustitia esset ex operibus, sed solum habet locum secundum quod est ex fide. ¶ Deinde cum dicit, [Sicut & David, &c.] Jprobat conditionālē præmissam ex auctoritate Psalmi. Cuius primò præmittit sensum. Secundò ponit verba eius, ibi, [Beati quorum.] Tertiò excludit falsum intellectum, ibi, [Beatitudo, &c.] Dicit ergo, Sicut & David dicit, id est asserit beatitudinem hominis esse illius, scilicet cui deus fert, id est dat iustitiā. Accepto, id est gratis sine operibus præcedentibus. Ad Titum. 3, Non enim ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. Beatitudo autem hominis est à deo, secundum illud Psal. Beatus vir cuius est dominus deus spes eius. Sic igitur manifestum est illum habere gloriā apud deum qui non ex operibus legis iustificatur, vt dictum est. ¶ Deinde cum dicit, [Beati quorum, &c.] Jponit verba David prædictam sententiā continentia, & dicit eos esse beatos quorum remittuntur peccata, de quibus patet quod nō habuerunt prius bona opera ex quibus iustitiā seu beatitudinem consequerentur. Est autem triplex peccatum, scilicet originale, actuale mortale, & actuale veniale. Primò ergo quantum ad originale dicit, Beati quorum remissa sunt iniquitates. Vbi considerandum est q̄ peccatum originale iniquitas dicitur, quia est carentia originalis iustitiæ, per quam secundum æquitatem ratio hominis subiciebatur deo, inferiores vires rationi, & corpus animæ, sed per peccatum originale hæc æquitas tollitur: quia postq̄ ratio desit esse subiecta deo, inferiores vires rationi rebellant, & corpus ab obediētia animæ subducitur per corruptionē & mortem. Vnde in ps. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Vtrobique autē peccatū originale pluraliter significatur. Vel propter plures homines in quibus multiplicatur originale peccatum. Vel potius quia virtute cōtinet in se quodāmodo omnia peccata. Huiusmodi autem peccatum originale remitti dicitur, quia transit reatus superueniēte gratia: sed remanet actu remanēte fomite siue cōcupiscentia, quæ non tollitur totaliter in hac vita, sed remittitur siue mitigatur. Secundò quantum ad actuale mortale, dicit, Et quorū reuera sunt peccata. Dicitur autē peccata tegi diuino conspectui in quantum nō inspiciat ea punitēda. Psal. Operuisti omnia peccata eorū. Tertiò quantum ad veniale dicit, Beatus vir cui nō imputauit domin⁹ peccatū. vt. s. per peccatū intelligātur peccata venialia: quæ licet leuia sint, tamen per multa homo elōgatur à deo. 2. Paralipo. 3, Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirunt illū, & non imputabitur illis q̄ minus sancti sunt. ¶ Possunt autem & hæc tria aliter distingui. Sūt enim in peccato tria. Quorū vnum est offensa dei. Et quantum ad hoc dicit, Beati quorū remissa sunt iniquitates. secundū q̄ homo dicitur remittere offensam sibi. Esa. 4, Dimissa est iniquitas illius. Aliud est ipse actus inordinatus culpa, qui nō potest nō fuisse factus ex quo semel perpetratus est, sed tegitur manu misericordiæ diuinæ: vt quasi pro nō facto habeatur. Tertiū est reatus pœnæ, & quantum ad hoc dicit, Beatus vir cui nō imputauit dominus peccatū. s. ad pœnam. ¶ Deinde cum dicit, [Beatitudo ergo hominis, &c.] Jexcludit falsum intellectū auctoritatis prædictæ. Posset enim Iudæus sic intelligere q̄ prædicta gratia remissio nis peccatorū non fieret nisi circumcisus. ¶ Ad hoc ergo excludendum primò Apostolus quæstionem mouer dicens, Beatitudo hæc qua scilicet deus, dat iustitiā sine operibus, manet tantū in circumcisioe, id est, habet locū solum in circumcisus. An etiam & in præputio. i. in Gentibus? Manifestum est quod in vtrifq; secundum illud quod dicit infra. 10, Idē dominus diues in omnes, &c. ¶ Secundò, ibi, [Dominus enim.] ad hoc ostēden-

Opera humana dupliciter considerantur

Triplex peccatum originale dicitur iniquitas.

In peccato sunt tria.

dum assumit autoritatē scripturæ, quasi dicat, hoc ideo quæro. [Dicimus enim, &c.] Quod reputatur fides Abrahæ ad iustitiã. Gene. 15. ¶ Tertio hac autoritate concludit solutionē præmissæ quæstionis sub interrogacione tamen, dicens, Quomodo ergo reputata est scilicet fides Abrahæ ad iustitiã in circumcissione, id est, quado erat circumcissus, an in præputio, id est, quado erat incircucissus? Et respondet, Non in circumcissione, sed in præputio. Et hoc manifestum est ex serie narrationis scripturæ. Nam Gene. 15, legitur q̄ fides: reputata est Abrahæ ad iustitiã: circumcissionem autem accepisse legitur Gene. 17. Si igitur Abraham adhuc incircucissus existens iustificatus est per fidem, manifestum est quod iustitia fidei per quam gratis remittitur peccata, non est solum in circumcissione, sed etiam in præputio, id est in gentilitate. Lectio. 2.

Ostendit circumcissionem esse solum signum iustificationis & non causã.

¶ Signum accepit circumcissionis, signaculum iustitiæ fidei que est in præputio, ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad iustitiã. Et sit pater circumcissionis, non his tantum qui sunt ex circumcissione, sed & his qui sicutur vestigia fidei que est in præputio patris nostri Abrahæ. Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius ut hæres esset mundi, sed per iustitiã fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaticatio.

Circumcissio habet expressam similitudinem ad fidei Abrahæ quo ad duo. Sub signo circumcissionis claudebatur secretum incarnationis.

¶ Ostendo q̄ beatitudo remissionis peccatorum nõ solũ est in circumcissione, sed etiã in præputio, exẽplo Abrahæ qui tẽpore præputij est iustificatus, hinc respõdet cuidã obiectioni. Posset enim aliquis dicere, si Abrahã iustificatus est ante circumcissionẽ: ergo sine causa & frustra circumcissus est. Ad hæc ergo obiectionẽ excludẽdã primò pponit q̄ circumcissio nõ erat causa iustitiæ sed signũ. Secũdò ostẽdit quid ex hoc signo cõsequatur, ibi, [Vt sit pater, &c.] Tertio ostẽdit modũ quo hoc cõsequatur, [Nõ his tantũ, &c.] Circa primũ duo facit. Primò pponit circumcissionẽ esse signũ. Gene. 17, Circũcidetis carnẽ præputij vestri ut sit in signũ fœderis in ter me & vos. Secũdò ostẽdit cuius rei sit signũ dicẽs, quod sit signaculũ iustitiæ fidei. i. quæ est per fidẽ, quæ quidẽ fides est in præputio. i. quã Abrahã habuit adhuc incircucissus existẽs. ¶ Dicitur autẽ signaculũ dupliciter. Vno modo quasi expressum signũ habẽs similitudinẽ rei signatæ, secũdũ illud Ezec. 28, Tu signaculũ similitudinis, &c. Habet autẽ circumcissio expressam similitudinẽ cum fide Abrahæ. Primò quidẽ quantum ad rem creditã Credidit em̄ multiplicacionẽ sui seminis, & cõgruenter accepit signũ in mẽbro generatiõis. Secũdò quãtum ad effectũ huius fidei, qui est remotio culpæ, quæ signatur per remotionẽ superflic pelliculæ. Alio modo signaculũ dicitur signũ aliquid occultas, quod reuelandũ est amicis sicut patet de sigillo: & secũdũ hoc dicitur Apo. 5, Dignus est agnus qui occisus est accipere librũ & aperire signacula eius. Claudebatur ergo sub signaculo circumcissionis secretũ incarnationis Christi ex femine Abrahæ. Cõsequẽter ostẽdit quid cõsequatur ex dictis. Cõsequitur enim ex hoc q̄ Abrahã in præputio iustificatus per fidem postea circumcissionẽ accepit ut sit pater nõ solũ circumcissorũ: sed etiã credentium in præputio: & hoc est q̄ dicit, Vt sit pater. i. ex prædictis cõsequitur q̄ Abrahã sit pater omnium credentium per præputiũ. i. qui sunt in statu præputij. Vel Abrahã sit pater per præputiũ. i. per id quod habuit in præputio ut reputetur & illis ad iustitiã, hoc. s. quod credũt sicut reputatũ est Abrahæ. Et de hac paternitate dicitur Matth. 3, Potẽs est deus de lapidibus istis, &c. Et sit pater circumcissionis. i. circumcissorũ qui ex eo originẽ ducũt. Vnde Io. 8, Pater noster Abrahã est. ¶ Deinde ostẽdit per quẽ modũ sit pater etiã incircucissorũ, quia per imitationẽ. Et hoc est q̄ dicit, [Vt sit inquam pater nõ his tantũ qui sunt in circumcissione,] id est qui sunt circumcissi. [sed etiã his qui sicutur vestigia fidei patris nostri Abrahæ quæ est in p̄putio,] id est quã Abrahã habuit adhuc incircucissus. Ioã. 8, Si filij Abrahæ estis, opera eius facite. ¶ Et quia hinc de circumcissione fit mẽtio, oportet circa ipsam tria considerare. s. quare sit instituta, quã vim habuit, & quare sit mutata. ¶ Circa primũ considerandum q̄ circumcissio sicut & aliæ legis cerimonie sunt propter duo instituta. Primò quidẽ propter cultũ diuinũ ad quẽ homines secũdũ huiusmodi cerimonialia disponebãtur. Et secũdũ hoc circumcissio habet triplicem institutionis causã, quarũ prima est ad significandũ fidẽ & obedientiã qua Abrahã se deo subiecit. vt. s. illi qui circumcissionẽ acciperẽt Abrahæ, traditã fidẽ & obedientiã ipsius obseruaret. Dicitur enim Hæb. 11, Fide Abrahã circumcissus est, & ideo facta est circumcissio in mẽbro generatiõis ad significandũ fidẽ ipsius circa prole futurã, ut dictũ est. Secũda est ad exprimendũ in signo corporali id quod spiritualiter erat faciendũ: vt. s. sicut a mẽbro generatiõis, quod principaliter cõcupiscẽtiã deseruit, abscindebatur superflic pelliculã: ita etiam a corde hominis omnis superflic cõcupiscẽtiã tolleretur, secũdũ illud Hic. 4, Circũcidimini domino, & auferte præputiũ cordiũ vestrorũ, &c. Tertia est, vt per hoc signũ populus ille deũ colẽs ab omnib⁹ aliis populis distin gueretur. Et inde est q̄ Iosue. 5, Madauit dominus circumcidi filios Israe, qui inter aliãs nationes erãt habitaturi, qui prius in deserto solitarij manẽtes circumcissi nõ erant. Alia autẽ ratio circumcissionis & omnium cerimonialium accipitur per cõparacionẽ ad Christum ad quẽ cõparatur, sicut figura ad veritatẽ & mẽbra ad corpus secũdum illud Col. 2, Quæ sunt vmbra futurorum, corpus autẽ Christi. Sic igitur per circumcissionem corporalẽ significatur circumcissio spiritualis fidẽ per Christũ. Primò quidẽ in animã, quãtũ per ipsum peccatõrẽ reatus & cõcupiscẽtiã præscindũtur. Colof. 2, In quo. s. Christo, circumcissi estis circumcissione nõ manu facta in expoliacione corporis carnis, sed in circumcissione domini nostri Iesu Christi. Secũdò verò quãtum ad corpus, quãdo. s. etiã in resurrectione ab electorum corporib⁹ omnis passibilitus & mortalitas aufertur: & ideo circumcissio fiebat octauo die, qui significat octauã atate resurgentiũ: nam septima est quiescentium in Christo. Sex autẽ atates sunt quib⁹ seculum currit. Vnde & circumcissio facta legitur cultellis petrinis. Iosue. 5, Ad significandũ q̄ spiritualis circumcissio, fienda erat per petrã q̄ est Christus, ut dicitur. 1, Cor. 10. Non tamẽ hoc generaliter obseruabatur q̄ necesse esset circumcissionẽ fieri cũ petrã. ¶ Circa secũdũ verò est sciendũ q̄ sicut hinc glo. dicit & est Bedã. Idem salutare curatiõis auxiliũ circumcissio in lege cõtra originalis peccati vulnus præbebat, quod baptismus agere tẽpore reuelata gratiã cõsuevit. Ex quo patet q̄ virtus circumcissionis se ostẽdebat ad delerionẽ originalis peccati. Quidã tamẽ dicit q̄ gratia in circumcissione nõ cõferebatur: nõ em̄ potest esse dei gratia sine iustitiã. Argumẽtatur autẽ Aug. Gal. 2, Si iustitia est p̄ legẽ ergo Christi gratis mortuus est. i. sine causa. Et eodẽ modo argumẽtari possum⁹. Si ex circumcissione est gratia iustificas, Christus gratis mortuus est, sed hoc nõ potest esse: nõ remissio peccati nunq̄ fit sine gratia infra. s. iustificati igitur gratia ipsius, &c. Et ideo alij dicit q̄ in circumcissione dabatur gratia quãtũ ad effectus pri-

Circumcissio & alie legis cerimonie sunt propter duo instituta. Triplex causa institutiõnis circumcissionis.

Per circumcissionem corporalem significabatur circumcissio spiritalis per christum fienda & in anima & in corpore. Non necesse erat fieri circumcissionem cultro lapideo Per circumcissionem fiebat delerio originalis peccati.

uatiuos. s. remotiois culpæ, nõ autẽ quãtũ ad effectus positiuos, puta operationẽ iustitiæ. Sed hoc etiam cõueniens nõ videtur: effectus enim positiuus alicuius formæ ordine naturæ præcedit effectus priuatos. Nõ enim lumen pellit tenebras, nisi per hoc q̄ illuminat. Et ita gratia per hoc culpã pellit q̄ iustificat. Remoto autẽ priori remouetur posterius. Et ideo melius dicendũ est q̄ circumcissio ex ipso opere operato non habeat virtutẽ effectiua, neq; quãtũ ad remotionẽ culpæ, neq; quãtũ ad operationẽ iustitiæ: sed erat solum iustitiã signũ, vt hinc Apostolus dicit, sed per fidẽ Christi cuius circumcissio signũ erat, auferebatur peccatum originale & cõferebatur auxiliũ gratiæ ad rectẽ agendũ. ¶ Circa tertiuũ verò manifestum est iam ex dictis, quare oportuit circumcissionẽ mutari. Nam circumcissio erat signũ futuri. Non autẽ idẽ signũ cõuenit præsentis siue præteriti & futuro, & ideo baptismus est signũ præsentis gratiæ qui copiosiorẽ & vtiliorẽ effectũ habet gratiã, quia quãto agẽs est propinquius & præsentius, tanto efficacius operatur. ¶ Deinde cum dicit, [Non enim per legẽ, &c.] ostendit propositũ. s. q̄ circumcissio siue quodcũq; opus legis nõ iustificet ex diuina promissione. Et circa hoc duo facit. Primò proponit quod intẽdit. Secũdò probat propositũ, ibi, [Si enim qui ex lege, &c.] Supponit ergo Apostolus primò ex autoritate Gene. promissionẽ factã Abrahæ & femini eius, vt hæres esset mudi, id est, vt omnes gẽtes mundi in ipso benedicerẽtur, secũdũ illud Gene. 12, In te benedicetur, &c. Dicit autẽ, ac femini eius: quia huiusmodi promissio & si in ipso non est cõpleta, cõpleta tamẽ erat in femine eius. Dicitur enim Gene. 22, Benedicetur in femine tuo omnes gẽtes terræ: hoc autem quidẽ autẽ semem principaliter intelligitur Christus, secũdum illud Gal. 3, Abrahæ dicta sunt promissiones & femini eius. Nõ dicit, in feminibus quasi in multis: sed in femine quasi in vno, &c. Quia. s. in vno in quo cõpletur, ostenditur vt sit hæres mundi, secũdum illud ps. Postula a me & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã. Secũdario autem cõpletur in illis qui per gratiam Christi sunt spiritualiter semen Abrahæ: infra. 9, Qui filij sũt promissionis æstimantur in femine. Qui etiã per Christum sunt hæredes mundi inquantũ omnia in gloriam electorũ cedunt. 1, Corin. 3, Omnia vestra sunt, &c. Circa hanc promissionẽ vnum negat & vnum asserit. Negat huiusmodi promissionẽ factã per legẽ. Quod quidẽ non dicitur propter ipsam promissionem, quia tẽpore promissionis lex data erat: sed propter promissionis impletionẽ, vt sit sensus, q̄ talis promissio facta erat Abrahæ, nõ quæ sit implenda per legẽ, quia vt dicitur Hæb. 7, Nihil ad perfectũ adduxit lex. Aliud autẽ asserit, q̄. s. huiusmodi promissio sit implẽda per iustitiã fidei, quia Sancti per fidem vicerũt regna. Heb. 11, ¶ Deinde cum dicit, [Si enim, &c.] ostẽdit propositũ. Et primò quãtum ad hoc q̄ promissio non sit implẽda per legẽ. Secũdò quãtum ad hoc q̄ sit implẽda per iustitiã fidei, ibi, [Ideo ex fide, &c.] Circa primũ ponit talẽ rationẽ. Si promissio facta Abrahæ esset implenda per legẽ, fides Abrahæ credentis promissiois esset inanis, quia promissio ei facta aboleretur: sed hoc est incõueniens, ergo & primum. Circa hoc duo facit. Primò proponit conditionalẽ. Secũdò probat eam, ibi, [Lex enim, &c.] Destructio autẽ consequẽtis est manifesta. Dicit ergo primò q̄ promissio nõ est facta per legẽ. Si enim qui ex lege sunt, hi sunt hæredes, id est, si ad hoc q̄ aliqui hæreditatẽ promissam participẽt, requiritur q̄ ex legis obseruatiã hoc cõsequantur, exinanita est fides. i. vacua facta est fides qua Abrahã credidit deo promittẽti, vt dicitur Gen. 15, Ex hoc, est iniconueniens secũdum quod dicitur. prima: Corinthiorũ decimo quinto, Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, &c. Et quare sit inanis ostẽdit subdẽs, Abolita. i. cassata est promissio, quia nõ cõsequitur suum effectũ. cõtra id quod dicitur Hebr. 11, Fidelẽ credidit eum esse qui reprõmiserat. Et hinc infra in præsentĩ cap. dicitur, Quæcumq; promissit deus potẽs est, &c. Deinde cum dicit, [Lex enim,] probat cõditionalẽ præmissam per effectũ siue euentũ legis. Et primò proponit legis effectũ siue euentũ. Secũdò probat, ibi, [Vbi enim nõ est lex, &c.] Probat autẽ cõditionalẽ sic, Si aliqua promissio sit impẽda per id quod impletionẽ promissionis impedit, talis promissio aboletur, & fides credẽtis exinanitur: sed lex impedit cõsecutionẽ hæreditatis. Lex enim irã operatur: ergo si per legẽ sit adimplẽda promissio, exinanita est fides, abolita est promissio. Dicitur autẽ lex operari irã. i. vindictã: quia per legẽ facti sunt homines digni dei vindictã. 4, Reg. 22, Magna ira domini succensa est cõtra nos, quia non audierũt patres nostri verba libri huius, scilicet legis, &c. Postter autem aliquis intelligere q̄ lex iram operatur quãtum ad cerimonialia tempore gratiæ obseruata, secũdum illud Gal. 5, Si circumcidimini Christus nihil vobis proderit. Sed quod hinc dicitur intelligendum est etiam quantum ad moralia, non quidem quod legis præcepta moralia præcipiant aliquid quod qui obseruant dignos ira dei efficiat, sed occasionaliter, quia præcipit & gratiam adimplendi non præbet, secũdum illud. 2, Cor. 3, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Quia scilicet interius adiuuat infirmitatem nostram, ut dicit infra. 8. ¶ Deinde cum dicit, [Vbi enim non est lex, &c.] ostendit qualiter iram operatur, dicens, Vbi non est lex, non est præuaticatio: quia & si aliquis lege non data peccare possit contra id quod naturaliter iustum est faciendõ, non tamen præuaticator dicitur nisi legem transgrediens. Psal. Vidi præuaticantes & tabescebam, &c. Et tamen omnis peccator potest dici præuaticator in quantum legem naturalem transgreditur. Psal. Præuaticantes reputaui omnes peccatores terræ. Grauius est tamen transgredi simul legem naturæ & legem scriptam, quã solam legem naturæ. Et ideo lege data sine gratia adiuuante, præuaticatio creuit, & maiorem iram promeruit. Lectio 3.

Circumcissio non remittebat peccatum ex opere operato effectiue, sed erat signum remissionis, i. erat signum quod tunc deus remittebat per fidem que protestabatur per circumcissionem & est quod alij dicitur. quid autem erat causa sine qua non remissio nis originis.

Lex tam nate quãtũ mosuicã iram operatur, vide hic quomodo. Quomodo reuificatur illud. Litera occidit spiritus viuificat.

Deo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini. Non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est. Ostenditur Abrahæ, qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentium posui te ante deum, cui credidi. Abrahæ impleti disti qui viuificat mortuos, & vocat ea que non sunt tanquam ea que sunt. Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est ei. Si erit semen tuum sicut stella celi & arena maris. Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuã mulierẽ Sarã. In repromissione eius dei non hesitauit dissidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam deo, plenisimè sciens quia quacũque promissit deus potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiã. Non est autem scriptum tantum propter ipsum quia reputatum est illi ad iustitiã, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. ¶ Ostẽso q̄ promissio facta Abrahæ & femini eius nõ sit implẽda per legẽ, hinc ostẽdit q̄ sit implenda per fidẽ. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit per quid sit huiusmodi promissio adimplẽda. Secũdò ostendit

Ostenditur promissio Abrahæ implẽda per fidem. Magna fides Abrahæ, Laudatur fides Abrahæ ex eo quod credidit in reprobatione.

in quib⁹ sit adimplenda, ibi, [Omni semini, &c.] Tertio à quo sit implēda, ibi, [Qui viuificat mortuos, &c.] Primo ergo cōcludit propositū quasi ex diuisione. Videtur enim necessariū esse q̄ promissio adimpleatur vel per fidē, vel per legem: nō autē per legē, quia promissio aboleretur. Vnde cōcludit, Ideo ex fide. I. confestimur promissionē, vt heredes simus mundi. i. Io. 5. Hęc est victoria quę vincit mundum, &c. Et hoc confirmat per cōtrariū mediū ei quod supra assumpserat. Dicitur enim q̄ si iustitia ex lege esset, promissio aboleretur: sed si sit ex fide, remanet firma promissio propter virtutē diuinę gratię iustificantis hominem per fidē. Et hoc est q̄ dicit, Vt promissio dei sit firma, non quidem per operationes hominum quę possunt deficere, sed secundū gratiam quę infallibilis est. 2. Corinthiorum. 12. Sufficit tibi gratia mea, &c. 2. Corinthiorum. 1. Quotquot sunt promissiones in illo, scilicet Christo est, id est, veritate habet. ¶ Deinde cū dicit, [Omni semini, &c.] ostēdit in quibus impleatur prędicta promissio. Et primò proponit quod intendit, & dicit quod prędicta promissio sic implenda per fidem, est firma per gratiam. Omni semini, id est, omni homini qui fuerit qualitercūque semen Abraham. Ecclēsiast. 44. Cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum. ¶ Secundò ibi, [Non ei, &c.] exponit quod dixerat, omni semini. Est enim quoddam semen carnale, secundū illud Io. 8. Semen Abraham sumus. Est aliud semen spirituale, secundū illud Matth. 3. Potēs est deus de lapidibus his. i. de gentibus suscitare filios Abraham. Semen autē Abraham carnalē legem seruauit, sed fidem eius etiam imitatur semē spirituale. Et sic si per solam legem esset promissio, non impleatur in omni semine, sed solum in carnali. Quia verò impletur per fidē quę est omnibus communis, planum est, q̄ impletur in omni semine. ¶ Tertio ibi, [Qui est pater, &c.] probat quod supponerat, scilicet q̄ semen Abraham sit, non solum quod est ex lege, sed etiam quod ex fide per auctoritatē scripturę, cuius primò ponit sensum, dicens, Qui scilicet Abraham est pater omnium nostrum, id est, omnium credentium, siue Iudeorum, siue Gentilium. Supra eodem, vt sit pater omnium credentium. Esaię. 51. Attendite ad Abraham patrem vestrum. Secundò inducit auctoritatē, dicens, Sicut scriptū est. Gen. 17. Quia patrem multarum gentiū posui te. Litera alia habet, Constitui te. quod sensum non variat. Ecclē. 44. Abraham magnus pater multitudinis gētrium. Tertio ibi, [Ante deū, &c.] exponit quod dixerat, Sic enim dictum est, posui te, quasi iam esset impletum quod lōgē postea erat implendum: sed quę sunt futura in seipsis, in dei prouidentia sunt presentia, secundū illud Ecclē. 23. Domino deo nostro anteq̄ creatur omnia sunt agnita, sicut & post perfectū respicit omnia. Et ideo Apostolus dicit q̄ hoc quod dictū est, posui te, intelligēdū est ante deū. i. in eius presentia cui credidisti. Crediderat enim Abraham deo futura pręsentiant ac si videret presentia: quia vt dicitur Heb. 11. Fides est sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium. ¶ Deinde cū dicit, [Qui viuificat mortuos, &c.] ostēdit à quo sit implēda huiusmodi promissio, dicens, Qui. i. deus viuificat mortuos, id est, Iudeos qui erant mortui in peccatis cōtra legem agentes, viuificat per fidem & gratiam, vt promissionē Abraham cōsequantur. Ioā. 5. Sicut pater suscitauit mortuos & viuificat, &c. Et ea quę non sunt, id est, gentiles vocat, scilicet ad gratiam tanquam ea quę sunt. i. tanquā Iudeos, infra. 9. Vocabo nō plebem meā, &c. Significat autē gētiles per ea quę non sunt, quia erant omnino alienati à deo. sicut. i. Cor. 13. dicitur. Si charitatē nō habuerō nihil sum. Et sic per huiusmodi vocationē implebitur promissio Abraham etiā in gētilibus. Vel q̄ dicit, vocat ea quę non sunt, non intelligitur de vocatione tēporali, sed de vocatione prędestinationis eterne, qua vocatur & eligitur etiam qui non sunt ac si essent. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mūdi constitutionē. Et de hac vocatione dicitur infra. 9. Non ex operibus sed ex vocante dictū est, quia maior seruiet minori. Vel vocationē hęc dicit simplicē dei notitiā vel cognitionē qua cognoscit futura quę nō sunt in actu sicut presentia. Et hoc modo vocatio in Psal. accipitur cū dicitur, Qui numerat multitudinē stellarū, &c. Et secundū hęc sensum q̄ hic dicitur, inducitur propter id quod supra dictum est ad deū cui credidisti, duo enim videbantur obflare ei quod dictū est, patrem multarum gentium posui te, quorū vnū erat quia ipse idem Abraham erat quasi emortuus prę senectute, ut infra dicitur, Et cōtra hoc dicit, qui viuificat mortuos. Aliud autem est, quia illa multa gētes nondū erant. Et cōtra hoc subdit, Et vocat ea quę nō sunt tanquam ea quę sunt. ¶ Deinde cū dicit, [Qui cōtra spem.] commendat fidem Abraham. Et primò ostēdit magnitudinē fidei eius. Secundò efficaciam vel fructū eius, ibi, [Ideo & reputatū est, &c.] Circa primū duo facit. Primò ostēdit magnitudinē fidei Abraham quantum ad promissionem seminis multiplicādi. Secundò quantum ad repromissionem seminis exaltādi, ibi, [In repromissione, &c.] Circa primū duo facit. Primò ostēdit fidem eius fuisse magnam. Secundò ostēdit eam fuisse firmam ibi, [Et nō infirmat⁹ est in fide, &c.] Circa primū duo facit. Primò proponit magnitudinē fidei Abraham, dicens, qui scilicet Abraham in hanc spem credidit vt fieret pater multarum gētrium, sed contra aliam spem, Circa quod considerandū est q̄ spes importat certam expectationem boni futuri, quę quidē certitudo est quandoq; ex causa humana siue naturali, secundū illud. i. Cor. 9. Debet in spe qui arat, arare. quandoque verò certitudo expectatis est ex causa diuina, secundū illud Psal. In te domine speravi, &c. Hoc ergo bonū quod Abraham fieret pater multarum gentium, certitudinem habebat ex parte dei promittētis. Sed cōtrariū apparebat ex causa naturali siue humana. Ideo dicit, Qui contra spem causa naturalis vel humana, credidit in spem diuinę promissionis. Quā quidē secundò ponit dicens, secundū quod dictum est ei, scilicet Gene. 22. Sic erit semē tuum sicut stellę cęli, & sicut arena maris. Vtrumq; autē horū inducitur propter similitudinē innumerabilis multitudinis, Nam quantum ad stellās dicitur Deute. 1. Dominus deus vester multiplicauit vos & estis hodie sicut stellę cęli. Quantum ad arenam dicitur. i. Regum. 4. Iuda & Israel innumerabiles sicut arena maris sunt. Potest tamen aliqua differentia inter vtrumque attendi vt stellis comparentur iusti qui fuerunt ex semine Abraham. Danie. 12. Qui ad iustitiā erudiunt plurimos, quasi stellę in perpetuas aternitates. Arena autem comparantur peccatores, quia fluctibus mūdi quasi cuiusdam maris opprimuntur. Hierē. 5. Posui arenam terminum maris. ¶ Deinde cū dicit, [Et nō infirmatus est.] ostēdit firmitatē Abraham quam primò proponit dicens, & nō infirmatus est. sicut enim tempēstatiā ostēditur non esse infirma quę magnis cōcupiscibilibus non vincitur, ita fides ostēditur non esse infirma, sed fortis quę à magnis difficultatib⁹ nō superatur. i. Per. 5. Cui resistite fortes in fide. Secundò ibi, [Nec cōsideraui, &c.]

Duplex semē
Abrahę.

Quid spes in
potest.

Ponit difficultates ex quibus ostenditur fides eius non fuisse infirma. Et primò quidē ex parte ipsius Abraham cū dicit, Non cōsideraui, scilicet ad discredēdum promissionem corpus suum emortuū, scilicet quia iam mortificata erat in eo vis generatiua propter senectutem. Vnde cū dicit, Cū iam ferē centum annorū esset, Abraham enim centenarius existenti natus est Isaac. vt habetur Gene. 21. Per annum autem antē fuerat sibi filius promissus, secundum illud Gene. 18. Reuertens veniam ad te tempore illo, & erit Sara filius. ¶ Sed videtur quod non fuit corpus eius emortuum quantum ad vim generatiuam, quia etiam post mortem Sara duxit Cethuram vxorem, quę genuit ei filios: vt dicitur Gene. 25. ¶ Dicitur ergo quidam quod mortua erat in eo vis generatiua quantum ad hoc quod ex muliere antiqua generaret, non quantum ad hoc quod generaret filium ex iuencula. Solent enim senes ex iuueculis mulieribus prolem gignere, nō autem ex antiquis quę sunt minus aptę ad concipiendum. Sed melius dicēdum videtur quod Abraham miraculose restituta erat vis generandi, & quantum ad Satam, & quantum ad omnes mulieres. Secundò ponit difficultatem ex parte vxoris cum dicit, Et emortuam vuluam Sarę, scilicet non considerauit vt discredere. Dicit autem emortuam quantum ad actum generandi, tum propter sterilitatem, tum propter senectutem. Iam enim desiderant ei fieri muliebria, vt dicitur. 18. Et ideo Esaię 51, vbi dicitur, Attendite ad Abraham patrem vestrum & ad Saram quę vos peperit, vt ostenderet vtriusque mortificationem: & frigiditatem pręmisit, dicens, Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cavernam loci de quo pręcisio estis. ¶ Deinde cū dicit, [In repromissione etiam dei, &c.] commendat fidem Abraham quantum ad iteratam promissionem de feminis exaltatione. Et primò ponit fidei firmitatem. Secundò firmitatis causam, ibi, [Dans gloriam deo.] Dicit ergo primò, In repromissione etiam dei. i. in iterata eius promissione vel de feminis multitudine quam promittit. Primò quidem Gene. 15. dicens, Suscipe cęlum & numera stellas si potes, & infra. 17. Eris pater multarum gentium. & iterū infra. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli. Vel intelligendum est in repromissione dei. i. in iterata promissione de exaltatione seminis eius: quia cū dixisset, multiplicabo semen tuum, statim subdit, Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrę. In hac quidem dei repromissione non hesitauit. i. non dubitauit diffidentia scilicet quod diffideret de veritate diuinę promissionis. Iaco. 1. Qui hesitat similis est fluctui maris, &c. sed confortatus est fide, id est fortiter fidei adhęsit. i. Pet. vlt. Cui resistite fortes in fide. ¶ Consequēter cū dicit, [Dans gloriā deo.] assignat rationē firmitatis fidei eius, dicens, Confortatus est inquam fide dans gloriā deo in quantum. i. cōsiderauit omnipotentiam eius. ps. Magna virtus eius, &c. Vnde & hic subditur, Plenissimē scies quia quęcumq; promittit deus potēs est facere. Sap. 12. Subest tibi enim cū vuleris posse. Ex quo patet q̄ quicūq; nō est firmus in fide dei, quantum est in se diuinę glorię derogat, vel quantum ad eius veritatē, vel quantum ad eius potētiam. ¶ Deinde cū dicit, [Et reputatū est ei.] commendat fidem Abraham quantum ad eius effectū. Et primò ponit effectū quē in ipso habuit, dicens, Ideo. i. quia Abraham tam perfectē hoc ipsum credidit, reputatū est illi ad iustitiā. i. Mach. 2. Et reputatū est ei ad iustitiā. Secundò ostēdit effectum quē fides eius habet etiā in aliis. Et circa hoc tria facit. Primò ponit similitudinē effectus, dicens, Nō autē scriptum est propter ipsum quia reputatū est illi ad iustitiā, vt. i. reputemus quod soli Abraham fides ad iustitiā reputata sit: sed scriptū est propter nos quib⁹ reputabitur. i. fides ad iustitiā. infra. 15. Quęcumq; scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt. Sic ergo scriptum est propter eum ut sit nobis in exemplū, & propter nos vt sit nobis in iustificationis spem. Secundò ibi, [Credētibus in eū,] ostēdit similitudinē fidei. Reputata est enim ad iustitiā fides Abraham credēti q̄ corpus suum emortuum, & emortua vulua Sarę posset viuificari ad filiorū procreationē. Reputabitur & nobis credentibus in eū qui suscitauit dominum nostrū Iesum Christum à mortuis: & in deum patrē cui ipse dicit in Psal. Tu autē domine miserere mei & resuscita me. Et quia eadem est virtus patris & filij, ipse etiā in propria virtute surrexit. Quod autem hęc fides iustificet, habetur infra. 10. Si cōfitearis in ore tuo dominū Iesum, & in corde tuo credideris q̄ deus illū suscitauit à mortuis, saluus eris. Tertio ibi, [Qui traditus est, &c.] assignat causam quare fides resurrectionis Christi iustificet, dicens, qui. i. Christi traditus est. i. in mortē à deo patre. infra. 8. Proprio filio suo nō pepercit deum, sed pro nobis omnibus tradidit illū. Et à seipso Eph. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Et à Iuda. Io. 19. Qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Et à Iudæis Matth. 20. Tradēt eum gentibus ad illudendū. Et resurrexit propter iustitiā nostrā. i. vt nos resurgendo iustificaret. infra. 6. Quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus, Et quod propter delicta nostra sit traditus in mortē, manifestū videtur ex hoc q̄ sua morte meruit nobis deletionē peccatorū, sed resurgendo nō meruit, quia in statu resurrectionis nō fuit viator sed cōprehēsor. Et ideo dicendū est q̄ mors Christi fuit nobis salutaris, nō solum per modū meriti, sed etiā per modū cuiusdā efficiētia. Cum enim humanitas Christi esset quodāmodo instrumentum diuinitatis eius, vt Damascē. dicit, omnes pāsiones & actiones humanitatis Christi fuerunt nobis salutarē, vt pote ex virtute diuinitatis prouenientes. Sed quia effectus habet aliquā similitudinē causę, mortē Christi qua extincta est in eo mortalis vita, dicit esse causam extinctionionis peccatorum nostrorum: resurrectionem autem eius qua rediit ad nouam vitā glorię, dicit esse causam iustificationis nostrę per quam redimus ad nouitatem iustitię. Caput 5.

Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus & gloriamur in spe glorię filiorum dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiā operatur: patientia autem probationem. probatio verò spem. spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Postq̄ Apostolus ostēdit necessitatē gratię Christi, quia sine ea nec cognitio veritatis Gētribus, nec circuncisio & lex Iudæis profuerūt ad salutē, hęc incipit cōmēdare virtutem gratię. Et circa hoc duo facit. Primò ostēdit quę bona per gratiam cōsequamur. Secundò à quibus malis per eam liberemur, ibi, [Propterea sicut per vnū hominē, &c.] Circa primū duo facit. Primò proponit modū perueniēdi, seu viam qua venimus ad gratiam. Secundò ostēdit bona quę per gratiā cōsequimur, ibi, [Et gloriamur in spe glorię, &c.] Circa primū duo facit. Primò exhortatur ad debitū gratię vsum. Secundò ostēdit nobis gratię aditū, ibi, [Per quē

Quomodo ve
nimis quid
corpus A-
brahe esset
mortuū, eum
post ex alius
generit.

A quibus
est traditus
Christus in
mortem.

Mors Christi
non solum per
modum meri-
ti, sed etiā per
modum effi-
cientia.

Ab isto ca-
pitulo ad 9.
tractat aliā
particulā in
1. cap. postea
s. euāgelium,
virtus dei est
in salutem om-
ni credenti.
Firmitas ex
dono.

accessum, &c.] Dicit ergo primò, dictū est q̄ fides reputabitur omnibus ad iustitiā credētib⁹ resurrectionē Christi, quæ est causa nostræ iustificationis. Iustificati igitur ex fide in quantum, s. per fidem resurrectionis effectum eius participamus, habeamus pacē ad deū. s. subiicēdo nos & obediēdo ei. Iob. 22. Acquiesce igitur ei & habeto pacē. Iob. 9. Quis restitit ei & pacem habuit. Et hoc per Iesum Christū dominū nostrum qui nos ad istā pacē p̄duxit. Eph. 2. Ipse est pax nostra. Vnde subdit, per quē Christū accessum habemus. s. tanq̄ per mediatorē. 1. Thi. 2. Mediator dei & hominū, &c. Ephe. 2. Per ipsum accessum habemus ambo in vno spiritu ad patrē. Accessum inq̄ in gratiā istā. i. in statu gratiæ. Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christū facta est. In qua. i. per quā gratiā nō solū resurreximus à peccatis, sed etiā stamus fixi & erecti per affectū in cælestia. ps. Stātes erāt pedes nostri. Idē. Nos autē surreximus & erecti sumus, & hoc per fidē per quā. s. gratiā cōsequamur, nō quia fides p̄cedat gratiā, cū potius per gratiā sit fides. Ephe. 2. Gratia estis saluati per fidem. s. quia primus effectus gratiæ in nos est fides. ¶ Deinde cum dicit, [Gloriamur in spe gloriæ, &c.] ostendit quæ bona nobis per gratiā prouenerūt. Primò dicit q̄ per gratiā habemus gloriā spei. Secundò quòd per gratiā habemus gloriā dei, ibi, [Non solū autē.] Circa primum tria facit. Primò ostēdit magnitudinē spei in qua gloriamur. Secundò eius vehemētiā, ibi, [Non solū autē, &c.] Tertio eius firmitatē, ibi, [Spes autē nō cōfundit, &c.] Magnitudo autē spei cōsideratur ex magnitudine rei speratæ quā ponit, dicēs, Et gloriamur in spe gloriæ filiorū dei. i. ex hoc q̄ speram⁹ nos adepturos gloriā filiorū dei. Per gratiā enim Christi adepti sumus spiritū adoptionis filiorum dei, ut dicitur Sap. 4. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios dei. Filiis autē debetur hæreditas patris, infra. 8. Si autē filij & hæredes. Hæc autem hæreditas est gloria quam deus habet in seipso. Iob. 4. Si habes brachiū ut deus, &c. & huiusmodi spes indita est nobis per Christū. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuā per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis in hæreditatē incorruptibilem, &c. Et hæc gloria quæ in futuro in nobis cōplebitur, interim nunc in nobis inchoatur per spem, infra. 8. Spe salui facti sumus. ps. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomē tuum. ¶ Deinde cum dicit, [Non solū autē, &c.] ostendit vehemētiā huius spei. Qui enim vehementer aliquid sperat, libetē sustinet propter illud, etiam difficilia & amara, sicut infirmus si vehementer sperat sanitatem, libetē bibit potionem amaram ut sanetur per ipsam. Signum ergo vehemētis spei quam habemus propter Christum est, quòd non solū gloriamur ex spe futura gloriæ, sed etiam de malis quæ pro ipsa patimur, vnde dicit, Nō solū autē gloriamur. s. in spe gloriæ, sed etiā gloriamur in tribulationibus per quas ad gloriā peruenimus. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnū cælōrū. Iac. 1. Omne gaudium exi stimate fratres mei cū in tērationes varias incideritis. Et causam ostēdit cōsequenter, dicens, Sciētes, &c. Vbi quatuor per ordinē ponit, quorū primum est tribulatio, de qua dicit q̄ tribulatio patientiā operatur. Non quidē sic q̄ tribulatio sit eius causa effectiua, sed quia tribulatio est materia & occasio exercēdi patientiæ actum, infra. 12. In tribulatione patientes. Secundò ponit patientiæ effectū dū dicit, Patientia probationem Eccle. 2. In igne probatur aurū & argentum: homines verò receptibiles in camino humilitationis. Manifestum est q̄ detrimentū alicuius rei de facili sustinemus, propter rem quam magis amamus. Vnde si aliquis in rebus corporalibus & tēporalibus patienter sustinet propter bona cōsequenda æterna, sufficēter ex hoc cōprobatur q̄ talis plus amet bona æterna q̄ temporalia. ¶ Sed cōtra id quod hic dicitur Iac. 1. Probatio fidei vestræ patientiam operatur. Dicēdum est autem q̄ probatio dupliciter potest intelligi. Vno modo secundum q̄ est in probato, & sic probatio est ipsa tribulatio per quam homo probatur. vnde idem est dictum quòd tribulatio patientiam operatur, & q̄ tribulatio probat patientiam. Alio modo accipitur probatio pro probatum esse. Et ita accipitur hęc q̄ patientia probationem operatur, quia ex hoc q̄ homo patienter tribulationem sustinet redditur iam probatus. Tertio subdit tertium, dicens, [Probatio verò spem] scilicet operatur: quia. s. per hoc q̄ aliquis iā probatus est, potest de eo spes haberi & ab ipso & ab aliis, q̄ ad hæreditatē dei admittatur. Sap. 3. Deus probauit illos & inuenit illos dignos se. Sic igitur de primo ad vltimum patet quòd tribulatio viam parat ad spem. Vnde si aliquis gloriatur de spe, consequens est vt de ipsis tribulationibus gloriatur. ¶ Deinde cum dicit, [Spes autē nō cōfundit.] ostendit huiusmodi spei firmitatem. Et primò ponit eam, dicens, Spes autem hæc qua speramus gloriā filiorū dei, nō cōfundit. i. non deficit nisi homo ei deficiat. Ille dicitur à spe sua cōfundi qui deficit ab eo quod sperat. ps. In te domine speraui non cōfundar in æternum. Eccle. 2. Nullus sperauit in domino & cōfusus est. Secundò ibi, [Quia charitas dei, &c.] ponit certitudinis spei duplex argumētū, quorū primū est ex dono spiritus sancti, secundū ex morte Christi, ibi, [Vt quid enim Christus, &c.] Dicit ergo primò ex hoc possumus scire q̄ spes nō cōfundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis, Charitas dei autē dupliciter accipi potest. Vno modo pro charitate qua diligit nos deus. Hic. 31. Charitate perpetua dilexi te. Alio modo potest dici charitas dei qua nos deū diligimus, infra. 8. Certus sum q̄ neque mors neque vita se parabit nos à charitate dei. Vtraq; autē charitas dei cordib⁹ nostris diffunditur per spiritū sanctū qui datus est nobis. Spiritū enim sanctū qui est amor patris & filij dari nobis, est nos adduci ad participationē amoris qui est spiritus sanctus. A qua quidē participatione efficiamur dei amatores. Et hoc q̄ ipsum amamus, signū est q̄ ipse nos amet. Prouer. 8. Ego diligētes me diligo. Nō quasi nos primò dilexerimus deū, sed quoniam ipse prior dilexit nos, vt dicitur. 1. Io. 4. Dicitur autē charitas qua nos diligit in cordib⁹ nostris diffusa esse, quia est in cordib⁹ nostris patētē ostēta per donum sancti spiritus nobis impressum. 1. Io. 3. In hoc scimus quoniam manet in nobis deus, &c. Charitas autē qua nos deū diligimus dicitur in cordibus nostris diffusa. i. quia ad omnes mores & actus animæ p̄ficiēdos se extēdit. nā vt dicit. 1. Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est, &c. Ex vtroq; autē intellectu horū verborū cōcluditur q̄ spes nō cōfundit. Si enim accipitur charitas dei qua nos diligit deus, manifestum est q̄ his quos diligit seipsum non negabit. Deut. 33. Dilixit populos, omnes sancti in manu illi⁹ sunt. Similiter etiā si charitas dei accipitur qua nos deū diligim⁹, manifestū est q̄ se diligitibus bona æterna preparauit. Ioan. 14. Si quis diligit me, diligeret à patre meo, &c. Lectio 2.

Probatio dupliciter intelligitur.

Duplex argumētum certitudinis spei.

Charitas dei dupliciter accipitur.

Spei firmitas ex morte Christi.

Vt quid enim Christus cum adhuc infirmus essemus secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori? Commendat autem eam charitatem suam deus in nobis, quoniam si

cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. multo ergo magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed & gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum per quem nunc reconciliationem recepimus.

¶ Postquam Apostolus ostendit firmitatem spei per donum spiritus sancti, hic ostendit idem per mortem Christi. Et primò proponit quæstionem. Secundò ostendit difficultatē, ibi, [Vix enim pro iusto, &c.] Tertio determinat quæstionis veritatem, ibi, [Commendat autem suam charitatem, &c.] Dicit ergo primò, dictum est, quòd spes non confundit, quod quidem apparet hoc consideranti. Vt quid enim Christus cum adhuc infirmus essemus. s. infirmitate peccati. Psal. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Nam sicut per corporalem infirmitatem dissoluitur humorum debita harmonia, ita etiam per peccatum debitus ordo affectionū excluditur. Cum ergo adhuc infirmus essemus Christus mortuus est, p̄ impiis. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis. Et secundum tempus. i. vt certo tēpore in morte moraretur, die. s. tertia surrecturus. Marthæ 12. Sicut fuit Ionas in vētre ceti trib⁹ diebus, & trib⁹ noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ. Hoc ergo magnum est si consideremus quid sit. Magnum etiam est si consideremus pro quibus est mortuus. Non potest autem esse tam magnum quid, nisi fiat propter aliquem certum fructum. secundum illud Psal. Quæ utilitas in sanguine meo dum descēdo in corruptionem? Quasi dicat. Nulla si non sequatur humani generis salus. ¶ Deinde cum dicit, [Vix enim pro iusto, &c.] ostendit prædictæ quæstionis difficultatem ex parte eorum pro quibus Christus mortuus est, scilicet pro impiis, dicens, Vix enim quis. i. aliquis moritur pro homine iusto liberādo, quinimmo vt dicitur Esa. 57. Iustus perit & non est qui recogitet in corde suo. &c. ideo dico, vix moritur. Nam forsitan quis, id est aliquis rarus ex zelo virtutis audeat mori pro bono homine. Rarum enim est propter hoc quod est maximum: vt enim dicitur Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. Illud autem quòd Christus fecit vt quis moriatur pro impiis & iniustis nunquam inuenitur. Et ideo merito admirandum est quare Christus hoc fecerit. Potest autem & aliter legi, vt pro iusto intelligamus aliquem in virtute exercitatū, per bonum autem hominem innocentem. Et secundum hoc iustus sit præstantior bono, tamen pro iusto vix aliquis moritur. Cuius ratio est, quia innocens qui per bonum intelligitur magis miserandus videtur propter defectum ætatis vel alicuius huiusmodi. Iustus autem quia perfectus est & absque defectu nō habet in se misericordiæ malitiam. Quòd ergo aliquis moriatur pro innocente, potest ex compatiōne misericordiæ prouenire. Sed quòd aliquis moriatur pro iusto prouenit ex zelo virtutis qui in paucioribus inuenitur quàm misericordiæ passio. ¶ Deinde cum dicit, [Commendat autem, &c.] respōdet præmissæ quæstioni. Et primò ponit respon sionem. Secundò ex hoc arguit propositū, ibi, [Multo ergo magis.] Tertio ostendit necessitatem consequentia, ibi, [Si enim cum inimici, &c.] Dicit ergo primò, Quæsitū est quare Christus pro impiis mortuus est. Et ad hoc est responsio, quia per hoc deus suā charitatem cōmendat in nobis. i. per hoc ostendit se nos maxime diligere, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus mortuus est pro nobis, & hoc secundū tempus sicut supra expositum est. Ipsa autē mors Christi pro nobis charitatē ostendit dei qua dedit filium suum, vt pro nobis satisfaciens moreretur. Io. 3. Sic deus dilexit mundum, &c. Et ita sicut charitas dei patris ad nos ostēditur per hoc q̄ spiritum suum dedit nobis vt supra dictum est, ita & per hoc quòd dedit filium suum vt hic dicitur. Sed in hoc q̄ dicit, cōmendat, immensitatem quandam diuinæ charitatis assignat, quæ quidem ostēditur, tum ex ipso factō, scilicet filium suum vt moreretur pro nobis, tum ex parte nostræ conditionis, quia hoc non fecit prouocatus nostris meritis cum adhuc peccatores essemus. Ephe. 2. Deus qui di ues est in misericordia propter nimiam charitatem qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis conuulsifcavit nos Christo. &c. ¶ Consequēter cum dicit, [Multo ergo magis, &c.] cōcludit propositū ex præmissis, dicens, Si Christus pro nobis mortuus est cum adhuc peccatores essemus, multo magis viuificati nunc in sanguine ipsius sicut supra tertiò habitum est: quem proposuit deus propitiorem per fidem per sanguinem ipsius salui erimus ab ira, id est à vindicta damnationis æternæ quam propter peccata homines incur runt. Marthæ 3. Gemmina viperarū quis demonstrabit, &c. ¶ Deinde cum dicit, [Si enim cum inimici, &c.] ostēdit necessitatē prædictæ consequentiæ quæ procedit à minori ad maius affirmādo. Et est ibi obseruāda duplex cōparatio minoris ad maius. Vna quidē ex parte nostra. Alia ex parte Christi. Ex parte quidem nostra comparat inimicos recōciliationis. Minus enim videtur q̄ aliquis benefaciat inimicis q̄ iam recōciliatis. Ex parte Christi comparat mortem vitæ. Potentior enim vita eius videtur q̄ mors, quia vt dicitur, 2. Corin. vlt. Mortuus est ex infirmitate. s. carnis nostræ, sed viuit ex virtute dei. Et ideo dicit ratione conclusum est quòd multo magis viuificati, salui erimus per ipsum. Si enim cum inimici essemus recōciliati sumus deo, & hoc per mortē filij eius: multo magis iam nos recōciliati salui erimus, & hoc in vita ipsius. Est autem considerandū q̄ homo dicitur inimicus deo dupliciter. Vno modo quia cōtra deum inimicitia exercet dū eius mandatis renititur. Iob. 15. Cōcurrit aduersus deum erecto collo. Alio modo per hoc q̄ deus homines odio habet, non quidem secundum ipsum quod fecit, quia quantum ad hoc dicitur Sapient. 11. Dilixisti omnia & nihil odisti, &c. sed quantum ad hoc quòd in homine inimicus homo, id est diabolus fecit. i. quātum ad peccatum. Sap. 14. Similiter odio sunt deo impius, &c. Et Eccle. 13. Altissimus odio habet peccatores. Subtracta inimicitia causa scilicet peccato per Christum sequitur recōciliatio per ipsum. 2. Cor. 5. Deus erat in ipso mundum recōcilians sibi. Peccatū autē nostrū sublātū est per mortē filij eius. Circa quod considerandū est q̄ mors Christi tripliciter considerari potest. Vno modo secundum ipsam rationem mortis. Et sicut dicitur Sap. 1. Deus mortē non fecit in humana natura, sed est per peccatum inducta. Et ideo mors Christi ex cōmuni mortis ratione non fuit, sic deo accepta vt per ipsam recōciliaretur, quia deus non latetur in perditione viuorū, vt dicitur Sap. 1. Alio modo potest mors cōsiderari secundum q̄ est in actione occidētiū quæ maxime deo displicuit. Vnde cōtra eos Petrus dicit Act. 3. Vos sanctum & iustum negastis & petistis homicidiam, &c. Vnde mors Christi sic considerata non potuit esse recōciliationis causa, sed magis indignationis. Tertio modo potest considerari secundum quòd processit ex volūtate Christi patientis

Maxima charitas Christi in nobis.

Formo dicitur dupliciter inimicus deo.

Mors Christi tripliciter consideratur.

que quide voluntas informata fuit ad mortem sustinendam: cum ex obedientia ad patrem. Phil. 2. Factus est obediens patri usque ad mortem, tum etiam ex charitate ad homines. Ephe. 5. Dilexit nos & tradidit se pro nobis. Et ex hoc mors Christi fuit meritoria & satisfactoria pro peccatis nostris, & intantum deo accepta quod sufficit ad reconciliationem omnium hominum etiam occidentium Christum ex quibus aliqui sunt saluati ipso orante quando dixit Luca. 23. Ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. ¶ Deinde cum dicit, [Non solum autem, &c.] ostendit quae bona iam in re consequimur per gratiam, dicens, Non solum autem gloriamur in spe gloriae quam in futuro expectamus, sed in deo, id est in hoc quod sumus etiam nunc deo coniuncti per fidem & charitatem. 1. Corin. 13. & 2. Corin. 10. Qui gloriamur in domino, &c. Et hoc quidem per dominum nostrum Iesum Christum, per quem etiam nunc in presenti tempore reconciliatiorem accepimus, ut de inimicis facti sumus amici. Collossen. 1. Per eum placuit reconciliari omnia, &c. Postquam autem & cōtinuari cum eo quod dictum est, salui erimus in vita ipsius à peccato & à pœna, & nō solum salui erimus à malis, sed etiam gloriemur in deo, id est per hoc quod erimus idem in futuro cum ipso. Io. 17. Ut sint vnum in nobis sicut & nos vnum sumus. ¶ Lectio III.

Progressus peccati in hunc mundum.

Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

Postquam Apostolus ostendit quae bona per gratiam Christi consecuti sumus, hic consequenter ostendit à quibus malis per eam liberemur. Et circa hoc tria facit. Primum enim ostendit quod per gratiam Christi liberati sumus à seruitute peccati. Secundò ostendit quod per gratiam eius sumus liberati à seruitute legis. 7. cap. ibi, [An ignoratis fratres, &c.] Tertio ostendit quod per gratiam Christi liberamur à damnatione. 8. cap. ibi, [Nihil nunc damnationis, &c.] Circa primum duo facit. Primum ostendit quod per gratiam Christi liberamur ab originali peccato præterito. Secundò ostendit quod ea tui regimur contra peccata futura: ibi, [Quid ergo dicemus, &c.] Circa primum duo facit. Primum agit de procellu peccati. Secundò de processu gratiae destruentis peccatum, ibi, [Sed non sicut delictum, &c.] Circa primum duo facit. Primum proponit processum peccati. Secundò ostendit eius vniuersalitatē, ibi, [Et ita in omnes, &c.] Circa primum duo facit. Primum ostendit peccati originem. Secundò originem mortis, ibi, [Et per peccatum mors, &c.] Dicit ergo primum quod per Christum reconciliationem accepimus. Ita enim à Christo reconciliatio procedit in mundum sicut per vnum hominē, scilicet per Adam peccatum intravit in hunc mundum. 1. Corin. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Est autem hic considerandū quod hæretici Pelagiani peccatum originale in parulis esse negantes, hæc verba apostoli dicebant esse intelligenda de peccato actuali. Quod quidem secundum eos in hunc mundum intravit per Adam inquantū omnes peccantes peccatum Adæ imitantur, secundum illud Osæ. 6. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, &c. Sed sicut dicit Aug. contra eos, si de introitu peccati actualis qui est per imitationem hinc Apostolus loqueretur, nō diceret peccatum per hominem in hunc mundū intrasse, sed magis per diabolum quem peccantes imitantur, secundum illud Sap. 2. Inuidia diaboli mors est, &c. Est ergo intelligendum quod per Adam peccatum in hunc mundum intravit, non solum imitatione sed etiam propagatione. i. per carnis originem vitiatam, secundum illud Ephe. 2. Eramus natura filij iræ, & in ps. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. Sed videtur hoc esse impossibile quod per originem carnis, peccatum ab vno in alium traducatur. Peccatum enim est in anima rationali quæ non traducitur per originem carnis, tum quia intellectus non est alicuius corporis actus, & ita non potest per virtutē corporalis feminis causari, ut Philosophus dicit in libro de generatione animalium. tum etiam quia cum anima rationalis sit quædam res subsistens, ut puta per se operationem habens & corpore corrupto non corrumpatur, cōsequens est quod non generetur corpore generato sicut aliæ formæ quæ non possunt per se subsistere, sed potius causatur à deo. Consequens igitur videtur quod nec peccatum quod est accidens animæ possit per carnis originem traduci. Ad hoc autem rationabiliter respondetur, quod licet in semine non sit anima: est tamen in semine virtus dispositiua corporis ad animæ receptionem, quæ cum corpori infunditur etiam ei suo modo conformatur, eo quod omne receptum est in recipiente per modum recipientis. Et exinde videmus quod filij simulantur parentibus nō solum in defectibus corporalibus, sicut leprosus generat leprosum, & podagricus podagricū, sed etiam in defectibus animæ, sicut iracundus iracundum, & amentes ex amentibus nascuntur. Quauis enim pes qui est subiectum podagræ non sit in semine, nec anima quæ est subiectum iræ vel amentia, est tamen in semine virtus formatiua corporalium membrorum & dispositiua ad animam. ¶ Sed adhuc remanet dubitatio quia defectus qui ex vitiatâ origine trahuntur non habent rationem culpæ. Non enim merentur pœnam, sed magis misericordiam, sicut Philosophus dicit de eo qui nascitur cæcus, vel quocunque alio modo aliter orbatu. Et hoc ideo quia de ratione culpæ est quod sit voluntaria & in potestate hominis cui culpa imputatur. Sic igitur si aliquis defectus in nos peruenit per originem primi parentis, non videtur in nobis habere rationem culpæ, sed pœnæ. Et ideo dicendum est quod sicut peccatū actuale est peccatum personæ, quia per voluntatem personæ peccantis committitur: ita peccatum originale est peccatum naturæ quod per voluntatem principij humanæ naturæ commissum est. Est enim considerandum quod sicut diuersa corporis membra partes sunt personæ vnius hominis, ita omnes homines sunt partes & quasi quædam membra humanæ naturæ. Vnde & Porphyrius dicit, quod participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Videmus autem quod actus peccati exercitus per aliquod membrum, puta per manū vel pedem, non habet rationem culpæ ex voluntate manus vel pedis, sed ex voluntate totius hominis à qua sicut à quodam principio deriuatur motus peccati ad singula membra. Et similiter à voluntate Adæ qui fuit principium humanæ naturæ tota inordinatio naturæ habet culpam rationem in omnibus ad quos peruenit quantum ad hoc quod susceptiui sunt culpæ. Et sicut peccatum actuale quod est peccatum personæ trahitur ad singula membra per aliquem actum personalem, ita peccatum originale trahitur ad singulos homines per actum naturæ qui est generatio. Et ita sicut per generationē humana natura trahitur, ita etiā

Error Pelagianorum negantium originale in pueris.

Quomodo sit possibile quod per originem peccatum traducatur ab vno in alium.

Bona difficultas de originali.

Declaratio quomodo originale sit peccatum in nobis.

per generationē traducitur defectus humanæ naturæ qui est cōsecutus ex peccato primi parentis. Est autem hic defectus carētiq̄ originalis iustitię, quæ erat primò homini diuinit⁹ collata: nō solum ut erat persona quædam singularis, sed etiam ut erat principium humanæ naturæ, ut. sciam simul cū natura in posteros traduceret. Et ideo simili modo amissionē huius originalis iustitię per peccatum ad posteros transmittit habere in eis rationem culpæ ratione iā dicta. Et ideo dicitur q̄ in processu originalis peccati persona infecit naturam. f. Adam peccās vitiauit humanā naturam: sed post modum in alijs natura vitiatâ infecit personā, dum f. genito imputatur ad culpā naturæ vitium propter voluntatē primi parentis, ut dictū est. Ex hoc autē patet q̄ licet primū peccatum primi parentis per originē traducatur in posteros, alia tamen eius peccata, vel etiā aliorum hominū in filios non traducuntur, quia per solum primū peccatum sublatum est bonum naturæ, quod erat per originem naturæ traducendum. Per alia verò peccata subtrahitur bonum gratiæ personalis quod non transit ad alios posteros: & inde etiā est q̄ quauis peccatum Adæ deletū fuerit per suā pœnitentiam, iuxta illud Sap. 10. Eduxit illum à delicto suo, non tamen eius pœnitentiā delere potuit peccatum posteriorum, quia eius pœnitentiā fuit per actū personale, quia vltra eius personā non se extendebat. Et propter hoc est vnum tantū originale peccatum, quia solus defectus consequens primū peccatum originaliter deriuatur ad posteros. Et ideo Apostolus singulariter dicit, per vnum hominē peccatum in hunc mundum intravit: non autē dixit pluraliter peccata: quod fuisset dicendū si de actualibus loqueretur. Dicitur autem quādoque pluraliter peccata originalia, sicut in Psal. In peccatis concepit me mater mea: quia cōtinet virtualiter multa peccata, in quātum ex corruptione fomitis inclinamur ad multa peccata. Sed videtur q̄ peccatum originale nō intrauerit in hunc mundū per vnum hominē. f. Adam, sed magis per vnā mulierem. f. Eua, quæ primò peccauit, secundum illud Ecclē. 25. A muliere factum est initium peccati, & per illam omnes morimur. Ad hoc respōdetur in glos. dupliciter. Vno modo, quia consuetudo scripturæ est ut generalit̄, nō per mulieres, sed per viros taxatur, sicut patet Matt. 23. & Luc. 3. Et ideo Apostolus hic volens quasi generalit̄ quandā peccati offendere, nō fecit mentionē de muliere. sed solum de viro. Alio modo, quia etiā mulier de viro sumpta est: & ideo quod est mulieris attribuitur viro. Potest etiā alio modo dici, & melius, q̄ cum peccatum originale traducatur simul cū natura, sicut dictum est, sicut per virtutem actiua viri muliere materiā ministrante natura traducitur, ita & peccatū originale. Vnde si Adam non peccasset Eua peccante, nō per hoc fuisset peccatum traductum ad posteros. Illa enim est causa quare Christus peccatum originale nō traxit, quia ex sola fœmina sine virili semine carnē accepit. Per hoc uerbū Apostoli Augu. respondet Iuliano hæretico in hūc modum querenti. Nō peccat iste qui nascitur, nō peccat iste qui genuit, non peccat ille qui cōdidit: per quas igitur rimas inter tot præsidia innocentia peccatum singis ingressum. Sed Augu. respōdet, Quid queris latentem rimā cū habeat apertissimā ianuam? Nam secundum Apostolum per vnum hominē peccatū in hunc mundum intravit. ¶ Consequenter tangit ingressum mortis in mundum, cū dicit. [Et per peccatum mors.] In hunc mundum intravit, secundum illud Sap. 1. Iniustitia mortis est acquisitio. Videtur autem q̄ mors nō sit ex peccatō, sed magis ex natura vt potē proueniens ex necessitate materiæ. Est enim corpus humanū ex contrarijs cōpositum. Vnde est naturaliter corruptibile. Dicendum est autem q̄ natura humana dupliciter potest cōsiderari. Vno modo secundum principia in trinfeca, & sic mors est ei naturalis. Vnde Seneca dicit in libro de remedijs fortuitorum, q̄ mors natura est hominis, nō pœna. Alio modo potest cōsiderari natura hominis secundum q̄ per diuinā providentiā fuit ei per iustitiā originale prouisum. Quæ quidem iustitia erat quædam rectitudo ut mens hominis esset sub deo: & inferiores vires essent sub mente, & corpus sub anima, & omnia exteriora sub homine: ita. f. q̄ quantum ad mens hominis deo subderetur, vires inferiores subderetur rationi, & corpus animæ indeficienter ab ea vitam recipiens & exteriora homini, ut. f. omnia seruirent & nullum ex eis nocumentū sentiret. Hoc autē providentiā diuinā disposuit propter diuinitatem animæ rationalis, quæ cū naturaliter sit incorruptibilis, debebat sibi incorruptibile corpus: sed quia corpus quod est ex contrarijs cōpositum oportebat esse organum sensus, & tale corpus secundum naturā suam incorruptibile esse non potest, supplēuit potētia diuina quod deerat naturæ humanæ dās animæ virtutem cōtinendi corpus incorruptibiliter, sicut faber si posset daret ferro ex quo cultellum fabricat virtutē ut rubiginem nullam contraheret. Sic ergo postquā mens hominis per peccatum est à deo auersa, amisit virtutem cōtinendi inferiores vires, & etiā corpus & exteriora: & sic incurrit mortem naturalem à causis intrinsecis, & violentiā ab exterioribus nocumētis. ¶ Deinde cū dicit, [Et ita in omnes, &c.] ostendit vniuersalitatē huius processus, & quātum ad mortem & quantum ad peccatum, ordine tamen retrogrado. Nam supra prius egit de ingressu peccati, qui est causa ingressus mortis, nunc autē prius agit de vniuersalitate mortis, tanquā de manifestiori: & hoc est q̄ dicit. Et ita mors sicut peccatum primi parentis pertrahit in omnes, quia. f. per originem vitiatā cōtrahunt homines necessitatem moriēdi. 2. Reg. 14. Omnes morimur. Psal. Quis est homo qui viuit, &c. ¶ Deinde tangit vniuersalitatē processus peccati, cū dicit. [In quo omnes peccauerunt,] quod sicut Aug. dicit in glos. potest dupliciter intelligi. Vno modo in quo. f. primo homine, vel in quo. f. peccato, quia. f. eo peccante quodāmodo omnes peccauerunt inquantū in eo erant sicut in prima sua origine. Sed cū Christus etiā originem ex Adam traxerit, vt patet Luc. 3. videtur q̄ etiā ipse eo peccante peccauerit. Ad hoc respondet Aug. super Gen. ad literā, q̄ Christus non omni modo fuit in Adam, quo nos fuimus: nos enim fuimus & secundum corpus lentam substantiā, & secundum seminalem rationē. Christus autem fuit in eo solum secundum corpus & substantiam. Quod quidam male intelligentes putauerunt q̄ tota substantia corporum humanorum quæ pertinet ad veritatem humanæ naturæ fuerit actu in Adam, & per quandam multiplicationē diuinā virtute factā. i. quod sumptū est ab Adam est in tanta corporum quantitate ampliatum. Sed hoc est incōueniens opera naturæ miraculo tribuere, præsertim quia videmus q̄ corpus humanum quātūcunque sit de veritate humanæ naturæ corruptibile & accipit aliā formam. Vnde quia omne generabile est corruptibile, & cōuerso, oportet dicere q̄ materia quæ ante generationē hominis sub alia formā q̄ humana fuit, formam humanæ carnis assumpsit: & sic non totum quod est in corporibus nostris ad veritatē naturæ pertinens

In processu originalis persona infecit naturam & natura infecit personam. Cur primum peccatū primi parentis traducitur posteros per originē & nō alia, nec aliorū parentis vitia.

Cur aliquādo originale cum sit solum vni dicitur peccatum in plurali. Si Adam non peccasset Eua peccante nō fuisset peccatū traductū in posteros. An mors sit ex peccatō, cum videtur esse ex natura.

5. 16. 2. 2. 9. 16. 4. 11. 11. 16.

Quare christus cū descendit ab Adā nō contraxit originale aly. Error dicitur substantiā corporis fuisse actū in Adā.

fuit actus in eodem, sed solum secundum originem, prout. scilicet effectus est in principio actus. Secundo hoc ergo intelligendum est quod cum in nostra generatione sit & materia corporalis qua femina ministrat, & vis actiua quae est in femine maris, vtrunque per originem ducitur ab Adam, sicut a primo principio. Et ideo dicitur in eo fuisse & secundum rationem feminalem, & secundum corpulentam substantiam: quia. scilicet. vtrunque ab eo processit. In generatione autem Christi fuit corpulenta substantia qua traxit de virgine: loco autem rationis feminalis fuit virtus actiua spiritus sancti, quae non deriuatur ab Adam, & ideo non fuit in Adam secundum feminalem rationem, sed tantum secundum substantiam corpulentam. Sic igitur non accipimus peccatum ab Adam & trahimus: atque naturam humanam ab eo accipimus, sicut a principio actiua, quod est esse in eo secundum feminalem rationem, quod quidem non coepit Christo, ut dictum est. Videtur vltimus quod peccatum originale non transeat in omnes: quia baptizati a peccato originali purgantur per baptismum: & ita videtur quod non possint in posteros peccatum transmittere, quod non habent. Dicendum est autem quod per baptismum homo liberatur a peccato originali quantum ad mentem, sed remanet peccati infectio quantum ad carnem, vnde in fra. 7. dicit Apostolus, Ego ipse mente seruo legi dei, carne autem legi peccati. Homo autem non generat mentem carnales filios, sed carne: & ideo non transmittit nouitatem Christi, sed vetustatem Adae. Lectio 4.

Ostenditur progressio peccati in mundo.

Vsque ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur cum lex non esset, sed regnauit mors ab Adae usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adae, qui est forma futuri. Postquam Apostolus ostendit originem peccati & mortis siue ingressum vtriusque in mundum, hic manifestat quod dixerat. Et primo manifestat ipsum dictum. Secundo manifestat similitudinem quam innuebat dicens, ibi [Propterea sicut, &c.] Tertio exponit similitudinem, ibi [Qui est forma futuri, &c.] Dixerat autem quod peccatum & mors in omnes transierunt, & hoc quidem secundum expositionem Aug. manifestare intendit per hoc quod etiam sub lege peccatum remansit quasi lege illud excludere non valente. Circa quod duo facit. Primo manifestat propositum quantum ad peccatum. Secundo quantum ad mortem, ibi [Sed regnauit, &c.] Circa primum duo facit. Primo ostendit peccatum fuisse etiam sub lege. Secundo quid circa peccatum lex facit, ibi [Peccatum autem, &c.] Dicit ergo primo, dictum est quod omnes peccauerunt in Adam, quia nec etiam lex peccatum abstrahit. Vsque ad legem. i. etiam sub lege, ut ly vsque teneatur inclusiue. Peccatum erat in mundo, quod quidem potest intelligi de lege naturae & de lege Moysi: similiter & de peccato actuali & de peccato originali. Peccatum enim originale erat in paruulo vsque ad legem naturae. i. vsque ad usum rationis per quem homo huiusmodi leges aduertit. psal. In peccatis concepit me mater mea. Nec tamen cessat hoc peccatum lege naturali adueniente in homine, sed magis excrescit per additionem peccati actualis, quia ut dicitur Eccl. 7. Non est homo iustus in terra qui faciat bonum, &c. Sed si intelligamus de lege Moysi, tunc quod dicitur peccatum fuisse in mundo vsque ad legem, potest intelligi non solum de originali, sed etiam de actuali: quia & ante legem & sub lege peccatum vtrunque permansit. Prou. 20. Quis potest dicere mundum est cor meum? Quauis autem lex peccatum non auferret, peccati tamen cognitionem fecit, quod antea non cognoscebatur. Vnde subdit, Peccatum autem non imputabatur. Quod quidem planum est si intelligatur de lege naturali. Quauis enim peccatum originale sit in paruulo ante legem naturalem, & reputetur ei a deo, non tamen imputatur ei apud homines. Si autem intelligatur de lege Moysi, planum est quantum ad aliqua peccata actualia quae non imputabantur ante legem, sicut illa quae specialiter sunt per legem prohibita, quae homines peccata non reputabant, sicut quod dicitur Exod. 20. Non concupisces, &c. Imputabantur tamen quaedam peccata prout erant contra legem naturam. Vnde & Genes. 39. Ioseph legitur in carcerem missus propter adulterium sibi impositum. Consequenter agit de morte, dicens, Quauis peccata ante legem non imputarentur, tamen mors. scilicet. spiritualis. i. peccatum vel aeterna damnatio, de qua dicitur in psal. Mors peccatorum pessima, regnauit. i. potestatem suam exercuit in homines, ducendo eos in damnationem ab Adam, per quem peccatum intrauit in mundum, vsque ad Moysen, sub quo data est lex. Ioan. 1. Lex per Moysen data est, non solum in eos qui peccauerunt actualiter, sed etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adae, qui actualiter peccauit. Osee 6. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt peccatum, &c. vsque ibi, [Præuaricati sunt in me:] quia etiam pueri damnationem incurrerent. Potest etiam & sub hoc sensu intelligi de morte corporali per quam manifestatur peccatum fuisse etiam cum non imputabatur, quasi dicat, peccatum autem non imputabatur ante legem, sed ex hoc deprehenditur fuisse: quia regnauit mors. scilicet. corporalis. Primo quidem aliquas passiones inducendo, puta famem & sitim & agritudinem, & tandem totaliter dissoluendo, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adae. i. in pueros qui non peccauerunt actualiter: quoniam etiam Christi mortem corporalem antea & postea pariuntur, secundum illud psal. Quis est homo qui, &c. Ambrosius autem aliter ista verba exposuit. scilicet. de peccato actuali tantum & de lege Moysi. Et secundum eum inducuntur haec verba ad manifestandum quod per primum parentem peccatum in hunc mundum intrauit & in omnes transfuit, vsque enim ad legem. i. ante legem Moysi peccatum erat in mundo. scilicet. peccatum actuale. Homines enim multipliciter peccabant contra legem naturam. Vnde dicitur Gen. 13. Homines sodomitae pessimi erant. Peccatum autem non imputabatur cum lex non esset, quod est intelligendum, non quin imputaretur quasi puniendum apud homines: cum quidam legatur ante legem puniti ab hominibus pro peccatis, ut patet Gen. 39. & 40. Sed non imputabatur quasi a deo puniendum. Tunc enim non credebant homines quod deus humana facta vel puniret vel praemiaret, secundum illud Iob 22. Circa cardines caeli perambulabat nec nostra considerat. Sed postea lege diuinitus data innotuit quod peccata imputantur a deo ad poenam, & non solum ab hominibus. Et ideo quia homines non credebant se puniendos a deo pro peccatis, libere & absque freno peccabant vbi humanum iudicium non timebant. Et ideo subdit, Sed mors. i. peccatum regnauit. i. omnimodam suam potestatem exercuit ab Adam vsque ad Moysen exclusiue. Nam per Moysen data est lex, quae incepit regnum peccati diminuere incutiens timorem diuini iudicii, secundum illud Deuter. 5. Quis det eos talem habere mentem, ut timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea? Regnauit inquam peccatum vsque ad Moysen, non tamen in omnes, sed in eos qui peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adae. Dicit enim Ambrosius in libris antiquis non inueniri hanc negationem Non. Vnde creditur a corruptoribus appositum. A dam

Exenatime adueniente per usum liberi arbitrii non ab hoc cessat peccatum originale.

Et sic sensus apparet magis literalis.

Expositio Ambrosii.

quippe magis credidit promissioni diaboli quam commonitioni diuina, ut patet Genes. 3. & ita quodammodo diabolus praetulit deo. Sic igitur in similitudinem prauaricationis Adae, prauaricantur idololatrae qui relicto dei cultu, diabolus colunt. In tales ergo mors. i. peccatum totaliter regnauit: quia eos omnino possedit. Fuerunt autem ante legem Moysi viri dei cultores, qui & si peccarent, non tamen peccatum in eis regnabat, quia non totaliter eos a deo separabat: sed peccabant sub deo. i. sub fide vniuersi dei, etiam si peccarent mortaliter: vel sub charitate dei cum peccabant venialiter. Ex vtraque harum expositionum potest constari tertia: quae magis videtur ad intentionem Apostoli pertinere. Dixerat enim quod per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & quia peccatum est transgressio legis diuinae, posset alicui videri quod hoc non esset verum quantum ad tempus ante legem: praesertim cum supra quarto dixerit, Vbi non est lex nec prauaricatio. Et ideo posset aliquis credere quod non per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, sed magis per legem. Et ideo ad hoc excludendum dicit, quod vsque ad legem. i. tempus ante legem peccatum erat in mundo, & originale & actuale, non tamen erat peccatum cognitum, praesertim quasi a deo puniendum. Et hoc est quod subdit, Peccatum autem non imputabatur. scilicet. quasi contra deum existens, cum lex. scilicet. diuinitus data non esset. Fuerunt enim aliqui, ut dicit Philosophus in 5. Ethic. qui crederent quod nihil est iustum naturaliter, & per consequens nec iniustum, sed per solam positionem legis humanae. Et secundum hoc non imputabatur aliquod peccatum quasi contra deum existens, & praecipue peccatum originale. i. non cognoscebatur. Sed quod ista reputatio hominum esset falsa ostenditur per effectum, quia mors corporalis regnauit ab Adam, per quem intrauit originale peccatum in mundum vsque ad Moysen, sub quo data fuit lex, & ita cum mors sit effectus peccati praecipue originalis, manifestum est quod ante legem fuit peccatum originale in mundo. Et ne aliquis dicat quod moriebantur propter peccata actualia, ad hoc excludendum dicit quod regnauit etiam in eos qui non peccauerunt proprio actu. scilicet. pueros, & etiam in iustos qui non peccauerunt mortaliter, qui tamen peccauerunt in primo homine, ut supra dictum est. Et ideo subdit, In similitudine prauaricationis Adae, in quantum similitudinem illius peccati traxerunt per originem simul cum similitudine naturae, quod d. quod moriebatur absque proprio peccato, demonstrat quod in eis erat diffusa similitudo peccati Adae per originem. Et hoc est quod Apostolus manifestare intendit. scilicet. per Adam peccatum originale in mundum intrauit. Deinde cum dicit, [Qui est forma futuri, &c.] exponit similitudinem quae intelligebatur in aduerbio Sicut. Vnde dicit, qui. scilicet. Adae est forma. i. figura quaedam futuri. i. Christi, tamen per contrarium. Nam sicut per Adam peccatum & mors in mundum intrauit, ita per Christum intrauit iustitia & vita. 1. Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus: secundus de caelo caelestis. Sunt autem & aliae similitudines inter Christum & Adam, quod. scilicet. sicut corpus Adae formatum sine coitu, ita & corpus Christi de virgine. Et sicut de latere Adae dormientis supra est mulier, ita ex latere Christi dormientis in cruce fluxit sanguis & aqua, ut dicitur Ioan. 19. quae significant sacramenta quibus est formata ecclesia. Lectio 5.

Expositio venior.

Secundum S. Thom. hic peccatum non cognoscebatur quasi a deo puniendum ante legem Moysi per sola legis naturalia.

Quomodo Adam sit forma futuri Christi certe per contrarium.

Ed non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum in vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per vnum peccatum ita & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim vnus delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiae & donationis & iustitiae accipientes in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Igitur sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vita. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnus obediendum iusti constituentur multi.

Progressus gratiae aboleris peccatum & extollit gratia super peccatum & hic primo ostenditur abolitio originalis.

Postquam Apostolus posuit ingressum peccati in hunc mundum, hic agit de progressu gratiae aboleris peccatum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo per Christi gratiam remouit est peccatum quod per vnum hominem in mundum intrauit. Secundo ostendit quomodo per gratiam Christi peccatum est remouit quod lege adueniente superabundauerat, ibi [Lex autem subintrauit, &c.] Ostendit autem quod per gratiam Christi remouetur peccatum per Adam introductum in mundum, comparando gratiam Christi peccato Adae, quia plus potest gratia Christi in bono, quam peccatum Adae in malo. Et circa hoc duo facit. Primo comparat ipsas causas. scilicet. gratiam Christi peccato Adae. Secundo ponit comparisonem earum quantum ad effectus, ibi [Et non sicut per vnum, &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit comparisonem. Secundo manifestat eam, ibi [Si enim vnus, &c.] Dicit ergo primo, dictum est quod Adam est forma futuri, sed non sicut delictum: & c. quasi dicat, non est aestimandum quod tanta efficacia sit delictum Adae, quantum est efficacia donum Christi. Cuius ratio est ista: quia peccatum procedit ex infirmitate voluntatis humanae, gratia autem procedit ex immensitate bonitatis diuinae, quam manifestum est voluntati humanae, praesertim infirmae praeferrit. Et ideo virtus gratiae dei excedit omne peccatum. Et idcirco dicebat Dauid, Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et propter hoc iuste reprobatur verbum Cain Genes. 4. dicentis, Maior est iniquitas mea, &c. Deinde cum dicit, [Si enim vnus, &c.] manifestat quod dixerat. scilicet. quod donum gratiae excedit delictum Adae, dicens, Si enim delicto vnus. scilicet. Adae multi mortui sunt. i. si ex delicto Adae peccatum & mors transfuit in multos alios, quia in omnes qui in eo peccauerunt, multo magis gratia dei & donum. i. gratuitum dei donum. ut ly &, expositiue teneatur. Vel gratia dei refertur ad remissionem peccati. Supra eodem. Iustificati gratis per gratiam ipsius, &c. Donum autem refertur ad bona supradicta vltra remissionem peccatorum, ut dicit psal. secundum aliam literam, Dedit dominus dona hominibus. multo inquam huiusmodi gratia & donum abundauit in plures. i. in multos. Quanto enim aliquid est potius, multo magis se potest ad multa extendere. Peccatum autem Adae ad multos se extendit, quod probatur per mortem. Vnde signanter dicit quod vnus delicto multi mortui sunt. Mors enim argumentum est peccati originalis, ut supra dictum est Adae. Quacunque die comederis, &c. Gratia dei quae est fortior, multo amplius ad multos extenditur. Heb. 2. Qui multos filios in gloriam adducit. Notandum est autem quod dicit, abundauit, quia non solum gratia dei processit in multos ad deletionem peccati per Adam inducti, sed etiam ad peccata actualia delenda, & multa alia bona consequenda. 2. Corinth. 9. Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Sicut enim peccatum ex vno homine abundauit in multos ex prima suggestione

Ostenditur gratia Christi excedere peccatum Adae.

In quo abundauit gratia Christi super peccatum Adae.

LIBRARIAT

diaboli, ita & gratia dei per unum hominem processit ad multos. Unde signanter addit, In gratia. i. per gratiam unius hominis Iesu Christi. Sic enim à deo gratia in multos effunditur ut eam per Christum accipiant, in quo omnis plenitudo gratiarum inuenitur, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Sic autem legēda est litera secundum expositionem Augusti. ut hoc quod dicitur Plures, non accipiantur comparatiue, sed absolute: & ita vult quod attendatur comparatio quantum ad hoc quod si delictum vnus Adæ processit in multos, multo magis gratia vnus Christi in multos. Sed secundum Ambrosium ly Plures, accipitur comparatiue, ut sit sensus, quod delicto. i. peccato actuali vnus. f. Adæ multi, non omnes mortui sunt. f. morte peccati, imitando. f. peccatum ipsius Adæ per idololatriam, ut supra expositum est Sapient. 13. dicitur de idololatriis, Infelices autem sunt, & inter mortuos spes eorum. Et multo magis gratia dei abundauit in plures. f. quam in idololatriis qui peccauerunt in similitudinem Adæ, quia non solum eorum peccata tolluntur per gratiam Christi, sed etiam peccata eorum qui in fide vnus dei permanserunt. Mich. vlt. Deponet iniquitates nostras, & proiciet omnia peccata nostra. ¶ Deinde cum dicit, [Et non sicut, &c.] comparat Christi gratiam peccato Adæ, quantum ad effectum, quia non solum vtrunque in multos redundat, sed etiam maiorem effectum habet gratia Christi quam peccatum Adæ. Et circa hoc tria facit. Primum proponit quod intendit. Secundum manifestat propositum, ibi [Nam iudicium, &c.] Tertium probat, ibi [Si enim vnus, &c.] Dicit ergo primo, non solum dictum est. f. quod Christi gratia magis abundat in multos, quam peccatum Adæ, sed etiam in eis, maiorem effectum facit. Et hoc est quod dicit, Et non sicut per vnus peccatum, ita & donum, quasi dicat, Non tantus effectus sequitur per vnus peccatum Adæ in multis, quantum consequitur in multis per donum gratia Christi. Potentioris enim causa potentior est effectus. Unde cum dictum sit gratiam esse potentiorē quam peccatum Adæ, consequens est quod maiorem effectum efficiat. ¶ Deinde cum dicit, [Nam iudicium, &c.] manifestat quod dixerat, dicens, Nam iudicium. i. diuina punitio procedit quidem ex vno. f. peccato primi parentis in condemnationem. f. omnium hominum, quia in illo peccante peccauerunt secundum illud quod supra dictum est, quod mors in omnes pertransiit, in quo omnes peccauerunt: gratia autem dei, quae datur per Christum procedit ex multis delictis. i. non solum ex illo vno originali, sed etiam ex multis actualibus. In iustificationem. i. perfectam emundationem. 1. Corinth. 6. Et hoc quidem fuisit aliquando, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis. ¶ Deinde cum dicit, [Si enim vnus, &c.] probat quod dixerat. f. quod gratia Christi procedit ex multis delictis in iustificationem. Et primum quidem hoc probat ex posteriori. Secundum ex priori, ibi [Si enim, &c.] Circa primum considerandum est quod Apostolus in praemissa comparatione non ponit sibi respondentia. f. res eiusdem generis. Nam ex parte peccati ponit condemnationem quae pertinet ad poenam: ex parte autem gratiae ponit iustificationem quae non pertinet ad praemium, sed magis ad statum meriti. Sic igitur Apostolus intendit per hoc quod dicit quod peccatum inducit condemnationem ostendere quod gratia inducat iustificationem. Et vitur tali ratione, Sicut condemnationem mortis procedit ex peccato primi parentis, ita regnum vitae procedit ex gratia Christi. Haec enim duo vniuersim sibi correspondēt, sed ad regnum vitae nullus potest peruenire, nisi per iustitiam, ergo per gratiam Christi homines iustificatur. Primum ergo ponit praemissas. Secundum infert conclusionem intentam, ibi [Igitur sicut per vnus, &c.] Primam autem propositionem proponit, dicens, Si enim ex delicto vnus hominis mors regnauit per vnus hominē, quia sicut supra eodem dictum est, per vnus hominem peccatum intrauit, & per peccatum mors, multo magis homines regnabunt in vita. f. aeterna per vnus Iesum Christum, qui dicit Ioan. 10. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant, participando. f. aeternitatem vitae, quae quidem abundantia hinc per regnum designatur. Unde dicitur Apoc. 20. Quod regnabunt cum Christo annis mille. i. aeterno tempore. Minorem autem designat interponendo abundantiam gratiae Christi & donationis & iustitiae accipientes, quasi diceret, ad regnum vitae homines peruenire non possunt, nisi hoc acciperent, ita quod gratia Christi referatur ad dimissionem peccati, quam nulla merita praecedere possunt: & ideo omnino gratia deputatur, si enim ex operibus, iam non ex gratia, ut dicitur infra 11. Quod autem dicitur donationis, referendum est ad dona gratiarum, quibus homines promouentur in bona. Hester 2. Largitus est dona iuxta magnificentiam principalem, &c. Quod autem dicitur iustitiae, referendum est ad rectitudinem operum. 1. Corinth. 1. Qui factus est nobis à deo iustitia. ¶ Deinde cum dicit, [Igitur sicut, &c.] infert conclusionem intentam, quae idem continet cum eo quod supra praemissum est, videlicet quod sicut per vnus delictum Adæ diuinum iudicium processit in omnes homines qui carnaliter nascuntur in condemnationem mortis, sic & per vnus. f. iustitiam Christi, diuina gratia processit in omnes homines in iustificationem vitae. i. quae ducit ad vitam. ¶ Sed videtur hoc esse falsum, Non enim omnes homines iustificantur per Christum, sicut omnes homines moriuntur per Adam. Sed dicendum quod intelligendum est, quod sicut omnes homines qui nascuntur carnaliter ex Adam, incurrunt condemnationem per eius peccatum, ita omnes qui renascuntur spiritualiter per Christum adipsi scuntur iustificationem vitae, quia ut dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit denuo ex aqua & spiritu sancto, non potest, &c. Quamuis possit dici quod iustificatio Christi transit in iustificationem omnium hominum, quantum ad sufficientiam, licet quantum ad efficientiam procedat in solos fideles. Unde dicitur. 1. Tim. 4. Qui est saluator omnium hominum, maxime autem fidelium. Ex hoc autem quod hinc dicitur accipere debemus, quod sicut nullus moritur, nisi per peccatum Adæ, ita nullus iustificatur, nisi per iustitiam Christi, quae quidem est per fidem ipsius, secundum illud quod supra 3. dictum est, Iustitia dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt in eum. In eum autem crediderunt homines, non solum qui sunt post eius incarnationem, sed etiam qui eius incarnationem praecesserunt. Sicut enim nos credimus eum natum & passum, ita ipsi crediderunt nasciturum & passum. Unde eadem est fides nostra & eorum. 2. Cor. 4. Habentes eundem fidei spiritum, &c. Sic igitur probatum est quod gratia Christi procedit ad multorum iustificationem ex posteriori, scilicet ex regno vitae. ¶ Consequenter cum dicit, [Sicut enim, &c.] probat idem ex priori. Causae enim similes sunt suis effectibus. Inobedientia autem primi parentis quae habet rationem iniustitiae constituit peccatores & iniustos. Igitur obedientia Christi, quae habet rationem iustitiae constituit iustos. Et hoc est quod supra dictum est, quod gratia procedit in omnes homines in iustificationem. ¶ Sed videtur esse dubium

Quomodo sit verum quod sicut per Adam omnes condemnatione sunt digni, ita per Christum omnes iustificentur.

quod dicitur, quod per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi. i. omnes qui ab eo nascuntur secundum rationem feminalem. Primum enim eius peccatum videtur fuisse superbia, magis quam inobedientia, secundum illud Eccles. 10. Initium omnis peccati superbia. ¶ Sed dicendum est quod sicut ibidem dicitur, initium superbiae facit homines apostatare à deo, quia. f. prima pars superbiae consistit in hoc quod homo non vult subici preceptis diuinis, quod ad inobedientiam pertinet. Unde primum hominis peccatum fuisse videtur inobedientia, non secundum actum exteriorem, sed secundum interiorem motum superbiae, quo voluit diuino precepto contra ire. Unde eius inobedientiam dominus arguit. Gen. 3. Quia audisti vocem uxoris tuae, & comeditisti de ligno de quo praeceperam tibi ne comederes, &c. Obedientia autem Christi hic dicitur, secundum quam precepto patris obediens, mortem sustinuit pro salute nostra, secundum illud Phil. Factus est obediens usque ad mortem, &c. Nec est contrarium quod alibi dicitur, Christus ex charitate mortuus, ut patet Ephe. 5. Quia hoc ipsum quod obediuit, processit ex dilectione quam habuit ad patrem & ad nos. Et est attendendum quod per obedientiam & inobedientiam probat nos per vnus, peccatores effici, & per vnus iustificari: quia iustitia legalis, quae est omnis virtus, attenditur in obseruatione preceptorum legis, quod pertinet ad rationem obedientiae. Iniustitia autem illegalis, quae est omnis malitia, ut dicitur 7. Ethic. attenditur in transgressionem mandatorum legis, quae pertinet ad rationem inobedientiae. Sic ergo conuenienter dicitur quod per obedientiam constituuntur homines iusti, & per inobedientiam peccatores. Lectio 6. ¶ Ex autem subintravit ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia: ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam, per Iesum Christum dominum nostrum. ¶ Postquam Apostolus ostendit quod per donum gratiae subtrahitur peccatum quod per Adam in hunc mundum intrauerat, hic ostendit quod per gratiam Christi tollitur peccatum, quod lege superueniente abundauerat. Circa hoc duo facit. Primum ponit abundantiam peccati, quae fuit per legem. Secundum abolitionem peccati, quae est per gratiam Christi, ibi [Vbi abundauit, &c.] Dicit ergo primum, dictum est quod per obedientiam vnus hominis, iusti constituuntur multi, non autem lex hoc facere potuit, sed potius lex subintravit, ut superabundaret delictum. ¶ Circa quod Apostoli dictum duplex occurrit dubitatio. Primum quidem de hoc quod dicitur legem subintrasse. i. latenter intrasse post culpam originalem & actuaalem, vel post naturalem legem, ut glo. dicit. Non enim lex occulte intravit, sed manifeste data fuit, secundum illud Ioan. 8. Non in abscondito locutus sum. ¶ Dicendum est ergo quod dicitur licet ipsa legislatio fuerit data in manifesto, tamen mysteria legis erant in occulto, & praecipue quo ad intentionem dei circa legem ferendam, quae peccatum ostenderet non sanaret, secundum illud infra 11. Quis cognouit sensum domini, &c. Potest etiam dici quod lex subintravit. i. quasi media intrauit inter peccatum hominis & donum gratiae Christi, quorum vtrique supra dixerat per vnus ad plures transisse. ¶ Secunda autem dubitatio est de hoc quod dicit legem subintrasse ut abundaret delictum. Sic enim videtur quod abundantia delicti sit finis legis, & ita sequitur quod lex sit mala, quia cuius finis malus est, ipsum quoque malum est, & hoc est contra illud 1. Tim. 1. Scimus quidem quod lex bona est, &c. ¶ Ad hoc autem respondetur in glo. tripliciter. Primum quidem ut dicamus quod ly, Vt, non ponitur causaliter, sed consecutiue. Non enim ad hoc fuit data lex ut peccatum abundaret, quin potius lex quantum in se fuit peccatum prohibuit, secundum illud Psal. In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Sed lege data consecuta est abundantia delictorum dupliciter. Vno quidem modo, quantum ad peccatorum multitudinem. Lex enim licet peccatum demonstret, peccati tamen concupiscentiam non auferebat. Cum autem alicui prohibetur id quod concupiscit, vehemens in concupiscentia illius exardescit & sicut fluius apposto obice fortius fluit & obicem frangit. Cuius ratio potest esse triplex. Vna quidem illud quod subiacet hominis potentati, non reputat aliquis pro magno, sed illud quod est extra hominis potestatem, apprehenditur ab homine quasi magnum. Prohibitio autem eius quod concupiscitur ponit illud quod prohibetur quasi extra hominis potestatem: & ideo concupiscentia magis exardescit in rem concupitam dum prohibetur. Secunda ratio est, quia interiores affectiones quando interius retinetur, ita quod exterius non deriuentur, ex hoc ipso magis interius incenduntur, sicut patet in dolore & ira, quae dum interius clausa tenentur, magis augetur, si autem exterius quo modo prodeant, eorum virtus diminuitur. Prohibitio autem propter timorem poenae cogit hominem ut concupiscentiam suam ad exteriora non producat, & ideo ipsa concupiscentia interius retentata, magis inflammatur. Tertia ratio est, quia illud quod non est nobis prohibitum apprehendimus quasi possibile fieri quandoque nobis placuerit: & ideo multoties oportunitate existente illud vitamus: sed quando aliquid est prohibitum, apprehendimus à nobis, ut non semper à nobis haberi possit: & ideo quando oportunitas datur sine timore poenae, illud consequenti promptiores ad hoc sumus. Er inde est quod data lege, quae concupiscentiam vsum prohibebat, & tamen ipsam concupiscentiam non mitigabat, concupiscentia ipsa magis feruenter homines ad peccata ducebat. Unde dicitur Ezech. 7. Ista est Ierusalem in medio gentium, posui eam in circuitu eius terras, & contempsit iudicia mea, ut plus esset impia, quam Gentes. ¶ Sed secundum hoc videtur quod omnis lex humana, quae gratiam non confert diminuentem concupiscentiam, faciat abundare peccata, quod est contra intentionem legislatorum, quia ad hoc tendunt, ut ciues faciant bonos, ut patet per Philosophum 2. Ethic. ¶ Sed dicendum quod alia est intentio legis humanae, & alia legis diuinae. Lex enim humana refertur ad humanum iudicium, quod est de exterioribus actibus: sed lex diuina refertur ad diuinum iudicium, quod est de interioribus motibus cordis, secundum illud 1. Reg. 16. Homo videt ea quae patent, sed deus intuetur cor. Sic igitur lex humana suam intentionem consequitur, dum per prohibitionem & poenae comminationem impedit ne multiplicentur exteriores actus peccati, licet concupiscentia interior magis augetur: sed quantum ad legem diuinam etiam interiores concupiscentiae male imputantur ad peccatum, quae abundant lege prohibente, & non auferente concupiscentiam. ¶ Sciendum tamen, quod sicut Philosophus dicit in 4. Ethic. Prohibitio legis, licet illos qui sunt male dispositi cohibeat ab exterioribus peccatis solo poenae timore: quosdam tamen bene dispositos inducit per amorem virtutis, sed ista bona dispositio quantum ad aliquid potest esse à natura, sed eius perfectio non est nisi per gratiam, ex qua contingit quod etiam lege veteri data non in omnibus peccatum abundat, sed in pluribus. Quidam verò lege prohibete & gratia

Primum peccatum Adae fuit inobedientia.

Iustitia legalis est omnis virtus. Iniustitia il legalis est omnis malitia.

Declarat abundantiam delicti, quae facta est per aduentum legis, tolli per gratiam Christi.

Quomodo lex dicitur subintrasse, i. latenter intrasse.

Quomodo ve videtur quod lex subintravit ut abundaret delictum. Lex data, se enia est ab initio peccati per hoc dicitur.

Nota hanc triplicem rationem abundare ut peccati adueniente lege, seu procepto.

Ex lege veteri non sequetur in omnibus peccati abundantiam dicitur, sed in quibusdam.

vlterius adiuuante ad perfectionem virtutum tandem peruenerunt, secundum illud Eccles. 4.4, Laudemus viros gloriosos, &c. Et infra, Homines magnos virtute. ¶ Secundò superabundauit delictum lege superueniente quantum ad grauitatem reatus. Grauius enim fuit peccatum vbi accessit prauaricatio, non tantum legis naturæ, sed etiam legis scriptæ. Vnde supra 4. dictum est, quod vbi non est lex nec prauaricatio. ¶ Secundò autem potest respondere vt dicatur qd ly Vt, teneatur causaliter: ita tamen qd loquatur Apostolus de abundantia delicti, secundò quod est in nostra cognitione, vt sit sensus, lex subintravit vt abundaret delictu. i. vt abundantius delictum cognosceretur secundum modum loquendi, quo dicitur aliquid fieri cum inno rescit. Vnde supra dictum est, qd per legem est cognitio peccati. ¶ Tertio modo potest exponi ita quod ly Vt, teneatur causaliter: ita tamen qd abundantia delicti non intelligatur finis legis subintrantis, sed id quod ex abundantia delicti sequitur. s. humiliatio hominis. Lege enim subintrante abundauit delictum, vt dictu est in prima expositione. Ex qua quidem delicti abundantia consecutum est qd homo infirmitatem suam recognoscens humilietur. Dicebar enim homo superbus, de viribus suis presumens, Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat, secundum illud Exod. 2.4, Omnia qua locutus est dominus, faciemus, & ei obedimus. Sed quando lege data consecuta est multitudo delictorum, homo suam infirmitatem cognouit ad obseruantiam legis, secundum illud Sap. 9, Infimus homo & exigui repositis, &c. Intentio ergo dei legem dantis non terminatur ad abundantiam peccatorum, sed ad humilitatem hominis, propter qua permittit abundare delicta. Sic ergo quia hoc erat occultum signanter, quantum ad hoc dicit quod lex subintravit. Quia verò hic agitur de lege & sine legis, duo consideranda occurrunt. Primò quidem quod scriptura veteris testamenti, secundum illud Ioannis 15, Vt impleatur sermo eorum, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis, cum tamen hoc scriptu sit in Psal. Quandoque verò dicitur lex scriptura quinque libroru Moy- si, secundum illud Deut. 33, Legem præcepit nobis Moyses. Tertio dicitur decalogus præceptoru, secundum illud Exod. 2.4, Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata qua scripti vt doceas. Quarto dicitur lex tota cõtinentia cerimonialiu, secundum illud Heb. 10, Vmbra habens lex futuroru bonoru. Quintò dicitur aliquod speciale præceptum cerimoniale, secundum illud Leuit. 7. Hæc est lex hostiarum pacificorum. Sumitur autem hic cõmuniter ab Apostolo ad totam doctrinã legis Moy si. i. quantum ad moralia & cerimonialia præcepta, quia. s. per cerimonias legis nõ dabatur gratia, per quam homo adiuuaretur ad implenda præcepta moralia concupiscentia diminuta. Circa finem autem legis sciendum est qd in populo Iudæoru tria fuerunt hominum genera, sicut & in quolibet alio populo. s. duru. i. peccatores & rebelles, proficietes & perfecti. Quantu igitur ad duos lex fuit data in flagellum, & quantum ad præcepta moralia, ad quorum obseruantiam cogebantur per pœnæ cõminationem, vt patet Leuit. 2. & quatum ad cerimonialia qua ideo sunt multiplicata, ne liceret eis diis alienis alium cultum superaddere. Ezech. 20, In manu valida & brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos. Sed proficientibus qui dicuntur mediocres, lex fuit in pedagogum, secundum illud Galat. 3, Lex pedagogus noster fuit in Christo. Et hoc quantum ad cerimonialia, quibus continebantur in diuino cultu: & quantum ad moralia, quibus ad iustitiam promouebantur. Perfectis autem fuit quantum ad cerimonialia quidem in signu, secundum illud Ezech. 20, Sabbata mea dedi eis, ut essent signum inter me, &c. Quantum ad moralia verò in solatium, secundum illud infra 7, Condelector legi dei secundum interiorem hominem. ¶ Deinde cum dicit, [Vbi abundauit, &c.] ostendit quomodo per gratiam tollitur abundantia delictorum. Et primò ponit gratiæ abundantiam. Secundò ostendit abundantiam gratiæ effectum, ibi [Vt sicut regnauit, &c.] Dicit ergo primò, dictum est qd lege subintrante abundauit delictum: nec tamen propter hoc impeditur diuinu propositum de salute Iudæoru & totius humani generis: quia vbi abundauit delictum. s. in humano genere, & specialiter in Iudæis, superabundauit & gratia. s. Christi condonantis peccata. 2. Corinth. 9, Potens est deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Eius autem quod hic dicitur duplex ratio assignari potest. Vna quidem ex effectu gratiæ. Sicut enim magnitudinem morbi non sanat nisi fortis & efficax medicina, ita requirebatur abundans gratia ad hoc vt sanaret abundantiam delictorum. Luc. 7, Dimissa sunt ei peccata multa, &c. Alia ratio sumi potest ex dispositione peccantis, qui dum magnitudinem peccatorum suorum recognoscit, quandoque quidem desperat & contemnit, secundum illud Prou. 18, Impius cum in profundum, &c. Quandoque verò per auxilium diuinum ex consideratione suorum peccatorum magis humiliatur, & maiorem consequitur gratiam, secundum illud Psal. Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. ¶ Deinde cum dicit, [Vt sicut regnauit peccatum in mortem, &c.] ostendit effectum gratiæ abundantis, qui quidem est per oppositu respondens effectui peccati: vt. s. sicut peccatum introductum per primum hominem, & abundans per legem regnauit. i. plenum dominiu in homines obtinuit, & hoc quousq; duceret eos in mortem temporalem & æternam. Infra 6, Stipendia peccati mors. Ita & gratia dei regnet. i. plenè dominetur in nobis per iustitiam qua. s. in nobis facit. Suprà eodem, Iustificati gratis per gratiam ipsius: & hoc quousq; nos ducat in vitam æternam, secundum illud infra 6, Gratia dei vita æterna. Et hoc totum est per Iesum Christum dominu nostrum qui est dator gratiæ, secundum illud Ioan. 2, Gratia & veritas per Iesum Christu facta est. Et etiã iustitia. 1. Corinth. 1, Qui factus est nobis iustitia à deo: & dator vitæ æternæ. Ioan. 10, Ego vitam æternam do eis.

Lex hic capitur pro tota doctrina Moy si quo ad moralia & cerimonialia quænis sunt finis legis.

Hoc caput ostendit qd per gratiam Christi datur facultas resistendi peccatis soluedo in principio q. que oritur ex eo qd dixit in fi

Vid ergo dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abundet? Absit. si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius simul & resurrectionis erimus.

¶ Postquam Apostolus ostendit qd per gratiam Christi liberamur à peccato præterito, tam introducto per primum hominẽ, quam etiã abundantiam per legem, hic ostendit qd per gratiam Christi datur nobis facultas ad resistendum peccatis futuris. Et circa hoc duo facit. Primò ponit quaestionem ex præmissis ortã. Secun-

dò soluit eã, ibi [Absit. si enim, &c.] Dixerat autem supra, qd vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, quod quidem aliquis potest malè intelligere, quasi abundantia delicti esset causa superabundantiæ gratiarum: & ideo inducit quaestionẽ dicens, Quid ergo dicemus? Nunquid permanebimus in peccato, vt gratia abundet? Quod quidem oporteret dicere, si abundantia delicti esset causa gratiæ abundantis, & non sola occasio, vt supra dictum est. Vnde & supra, 3, Apostolus dicit, Sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala vt eueniant nobis bona. Hierem. 12, Bene est omnibus qui prauaricantur & iniquè agunt. ¶ Deinde cum dicit, [Absit, &c.] soluit inductam quaestionem. Et primò assignat rationem, quare non est nobis permanendum sub peccato. Secundò concludit exhortationem intentam, ibi [Non ergo regnet, &c.] Circa primum duo facit. Primò assignat rationem, quare non sit in peccato permanendum. Secundò ostendit nobis in esse facultatẽ, ad hoc quod non sub peccato maneamus, ibi [Hoc scientes, &c.] Circa primum ponit talem rationem, Si sumus mortui peccato, non debemus viuere in illo, sed mortui sumus peccato, ergo non debemus viuere in peccato. Circa hoc ergo quatuor facit. Primò ponit conditionalem. Secundò probat antecedens, ibi [An ignoratis, &c.] Tertio concludit consequens, ibi [Vt quomodo Christus, &c.] Quarto probat necessitatẽ consequentiã, ibi [Si enim cõplantati, &c.] Dicit ergo primò, Absit. s. quod hac intentione permanendũ sit in peccato vt gratia abundet, quia vt dicitur Eccle. 15, Nemini mandauit deus impiè agere: & huius ratio est, Si enim mortui sumus peccato, per hoc. s. quod peccatu est mortificatum in nobis, quomodo, adhuc in illo viuemus? Non enim naturalis ordo rerum habet, vt à morte re deatur ad vitam. Esa. 26, Mortientes non viuant, &c. Cant. 5, Laui pedes meos, &c. ¶ Deinde cum dicit, (An ignoratis, &c.) probat antecedens. s. quod fideles sunt mortui peccato. Et primò proponit medium ad propositum ostendendum. Secundò manifestat medium inductum, ibi [Consepulti enim sumus, &c.] Dicit ergo primò, An ignoratis, quasi dicat, quod vobis proponendum est, est à deo manifestum quod illud vobis ignorare non licet. 1. Corinth. 14, Si quis ignorat ignorabitur, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu: quod intelligitur tripliciter. Vno modo secundum institutionem Iesu Christi. Matth. 28, Docete omnes gentes baptizantes eos, &c. Secundo per inuocationem Iesu Christi. Act. 8, In nomine Iesu Christi baptizantur viri ac mulieres. Tertio in Christo Iesu. i. in quadam conformitate ad Christum Iesum. Galat. 3, Quicumque in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis. In morte ipsius baptizati sumus. i. in similitudinem mortis eius, quasi ipsam mortẽ Christi in nobis representantes. 2. Corinth. 4, Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circũferentes. Gal. vlt. Stigmata Iesu in corpore meo porto. Vel in morte ipsius. i. per virtutẽ mortis eius. Apoc. 1, Lauit nos à peccatis nostris. Vnde de latere Christi pendentes in cruce post mortem fluxit sanguis & aqua, vt dicitur Ioan. 19, Sicut igitur eius morti configuramur in quantum peccato morimur, sic ipse mortuus est vita mortali, in qua erat similitudo peccati, licet non esset ibi peccatu. Ergo omnes qui baptizati sumus, mortui sumus peccato. ¶ Deinde cum dicit, [Cõsepulti enim, &c.] probat propositum medium. s. qd omnes baptizemur in conformitate ad mortẽ Christi, dicens, Consepulti enim sumus cum illo per baptismu in morte, quasi dicat, Sepultura non nisi mortuis debetur. Mar. 8, Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Per baptismum autem homines sepeliuntur Christo. i. cõformantur sepultura ipsius. Sicut enim ille qui sepelitur ponitur sub terra, ita ille qui baptizatur, immergitur sub aqua. Vnde & in baptismu fit trina immersio, non solum propter fidẽ trinitatis, sed etiã ad representandum triduum sepulturae Christi. Et sicut triduum sepulturae non facit nisi vnã sepulturam, ita trina immersio non facit nisi vnũ baptismu. Et inde etiã est qd in sabbatho sancto solẽnis baptismus in ecclesia celebratur quãdã cõmemoratur sepultura Christi, sicut & in vigilia pentecostes quando solẽnizatur de spiritu sancto: ex cuius virtute aqua baptismi accipit vim purgandi, vt dicitur Ioã. 3, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Est tamen considerandum qd corporaliter aliquis prius moritur & postea sepelitur: sed spiritua liter sepultura baptismi causat mortẽ peccati, quia sacramentum nouæ legis efficit quod signat. Vnde cum sepultura, que fit per baptismum, sit signum mortis peccati, mortem efficit in baptizato. Et hoc est qd dicit quod sumus sepulti in mortem: vt per hoc ipsum qd signum sepulturae Christi in nobis accipimus, cõsequimur mortem peccati. ¶ Deinde cum dicit, [Vt quomodo Christus] inferat consequens. s. quod non debeamus viuere in peccato, ad hoc quidem inducit similitudinẽ ex resurrectione Christi, dicens, Vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris. i. per virtutẽ patris, ex qua ipse pater glorificatur, secundum illud Psal. Exurge gloria mea: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. i. per bona opera vitæ procedamus. Vita enim peccati vetustatem habet, quia in corruptionem nos ducit. Heb. 8, Quod antiquatur & fenescit prope interitum est. vnde & dicitur Bar. 3, Quid est qd in terra inimicoru es, inueterasti in terra aliena, &c. Vnde & nouitas vitæ dicitur per qua aliquis redit ad integritatem: vt. s. sit sine peccato. Psal. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Ephe. 4, Renouamini spiritu mentis vestræ. ¶ Deinde cum dicit, [Si enim] probat necessitatẽ cõsequentiã, Christus enim postquam fuit mortuus resurrexit, vnde cõueniens est, vt illi qui conformantur Christo quatum ad mortem in baptismu, cõformentur etiã resurrectioni eius per innocentiam vitæ. Et hoc est qd dicit, Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius. i. si in nobis assumptio similitudinẽ mortis eius, vt ei incorporemur sicut ramus qui inferitur planta: vt quasi nos in ipsa passione Christi inferamur, simul & resurrectionis erimus. s. similitudini eius cõplantati, vt. s. in presenti innocenter viuamus, & in futuro ad similem gloriam perueniamus. Philip. 3, reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. 2. Tim. 2, Si commortui sumus & conuiuemus. Sic igitur sicut Apostolus per similitudinẽ mortis Christi probauit quod sumus mortui peccato, quod præmiserat quasi antecedens: sic per similitudinẽ resurrectionis eius, probauit quod nõ debemus viuere in peccato: quod quasi consequens superius introduxit.

Triplex dicitur baptizati in Christo Iesu. In baptismo representamus in nobis mortem Christi.

Modus quo in nobis representamus mortem Christi in baptismo.

LECTIO. 2.

Hoc scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, erodimus quia simul etiam viuemus cum illo, scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit deo. Ita & vos existimate vos mor-

Ostendit nobis adesse facultatem non permanendi in peccato.

tuos quidem esse peccato, viventes autem deo in Christo Iesu.

¶ Postquam Apostolus ostendit quod non est nobis in peccato permanendum, ex eo quod per baptismum mortui sumus peccato, hic ulterius ostendit adesse nobis facultatem ad hoc observandum. Et circa hoc duo facit. Primum proponit quod intendit. Secundum manifestat propositum, ibi [Qui enim mortuus, &c.] Circa primum duo facit. Primum proponit beneficium quod consecuti sumus. Secundum huius beneficij effectum, ibi [Vt destruat, &c.] Dicit ergo primum, dictum est quod debemus in novitate ambulare, scilicet de peccato. Et ne hoc aliquis forte impossibile diceret, dicit quod sumus hoc scientes, quia vetus homo non est. I. vetustas hominis per peccatum induta simul. scilicet cum Christo crucifixus est. I. per crucem Christi est mortificatus: sicut enim supra dictum est, vetustas hominis per peccatum induta est in quantum per peccatum bonum naturam corrumpitur. Quae quidem vetustas in homine principatur quadiu homo peccato subiacet. Et quia id quod est principale in homine, dicitur esse ipse homo. Inde est quod in eo qui peccato subiicitur, ipsa vetustas peccati dicitur esse vetus homo. Vetustas autem peccati potest intelligi, vel ipse reatus, seu macula actualium peccatorum, vel etiam consuetudo peccandi: quae quandam necessitate ingerit ad peccandum, vel etiam ipse fomes peccati proueniens ex peccato primi parentis. Sic igitur vetus homo noster dicitur esse simul crucifixus cum Christo, in quantum praedicta vetustas virtute Christi sublata est. Vel quia totaliter est amota, sicut totaliter amouetur in baptismo reatus & macula peccati. Vel quia diminuitur virtus eius sicut virtus fomitis, vel etiam consuetudinis peccandi. Col. 2. Delus quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. ¶ Deinde cum dicit [Vt destruat, &c.] ponit effectum praedicti beneficij duplicem, quorum primus est remotio praecedentium delictorum. Et hoc est quod dicit, Vt destruat corpus peccati. Dicitur enim corpus peccati ipsa coeries malorum operum, sicut ipsa coeries membrorum facit vnum corpus naturale. Iob. 41. Corpus eius quasi scuta fusilia, &c. Secundus autem effectus est, vt caueamus a peccatis in futurum: & hoc est quod subdit dicens, vt ultra non seruiamus peccato. Tunc enim homo peccato seruit quado concupiscencia peccati obedit per consensum & corporis executionem. Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. ¶ Deinde cum dicit, [Qui enim mortuus est, &c.] manifestat quod dixerat. Et primum quantum ad primum effectum. Secundum quantum ad secundum, ibi [Si autem mortui, &c.] Circa primum considerandum est quod congeries peccatorum destruitur quando peccata homini remittuntur. Sic igitur destructionem corporis peccati manifestat dicens, Qui enim mortuus est peccato, sicut per baptismum, quo Christo comorimur, iustificatus est a peccato. I. remissis peccatis translatus est in statum iustitiae. I. Corint. 6. Et haec quidem fuit aliquando, sed abluti estis, &c. Quia igitur per crucem Christi homo peccato moritur, consequens est quod a peccato iustificetur, & ita quod corpus peccati destruat. ¶ Deinde cum dicit, [Si autem mortui, &c.] manifestat secundum effectum per conformitatem ad vitam Christi tali ratione. Ille qui Christo coram moritur, simul conuiuit & resurgit. Christus autem sic resurrexit a mortuis tanquam nunquam de cetero moriturus: ergo ille qui mortificatus est peccato, sic Christo resurgenti conuiuit quod habet facultatem nunquam de cetero ad peccatum redeundi. Circa hoc ergo tria facit. Primum ostendit conformitatem hominis fidelis ad vitam Christi resurgentis. Secundum ponit conditionem vitae resurgentis, ibi [Scientes quod Christus, &c.] Tertio infert conclusionem intentam, ibi [Ita & vos, &c.] Dicit ergo primum, Si enim mortui sumus cum Christo. I. si virtute mortis Christi sumus mortui peccato, credimus quia & iam simul viuemus cum illo. I. ad similitudinem vitae eius. viuemus in qua hic vita gratiae, & in futuro vita gloriae. Ephes. 2. Cum effemus mortui peccatis, conuiuificauit nos, &c. ¶ Deinde cum dicit, [Scientes] ponit conditionem vitae Christi resurgentis. Et primum ponit eam. Secundum probat, ibi [Quod enim mortuus est, &c.] Dicit ergo primum, Hoc inquam quod dictum est credimus, scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, sed viuit vitam perpetuam. Apoc. 1. Fui mortuus, & sum viuens in secula seculorum. Et quod plus est, mors illi ultra non dominabitur, quae in homine dominatur, non solum dum moritur per separationem animae a corpore, sed etiam ante mortem dum patitur egritudine, famem & sitim, & alia huiusmodi, per quae peruenitur ad mortem: sed ab his libera est vita Christi resurgentis. Et ideo non subiicitur dominio mortis, sed potius ipse habet dominium super mortem. Apoc. 1. Habet clauem mortis & inferni. ¶ Deinde cum dicit, [Quod enim mortuus est, &c.] probat propositum. scilicet quod Christus resurgens ulterius non moriatur. & hoc dupliciter. Primum quidem ratione accepta ex parte mortis, quam sustinuit, dicens. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Non autem intelligitur quod ipse mortuus est peccato quod ipse commisit vel contraxit, quia in eo nullo modo peccatum locum habuit. I. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, &c. Sed dicitur mortuus esse peccato dupliciter. Vno modo, quia mortuus est pro peccato tollendo. 2. Corint. 5. Eum qui non nouit peccatum pro nobis deus, fecit peccatum. I. hostiam pro peccato. Alio modo, quia mortuus est similitudini carnis peccati. I. vitae passibili & mortali. Intra. 8. Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Vtroque autem modo concludi potest quod Christus mortuus sit semel, ex hoc quod mortuus est peccato. Quantum enim ad primum manifestum est quod per vnam mortem omnia peccata deleuit, secundum illud Hebr. 10. Vna oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. Ideo non restat vt adhuc pro peccato moreretur. I. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, &c. Quantum ad secundum autem, idem potest concludi. Si enim Christus mortem sustinuit, vt deficeret in eo similitudo carnis peccati, debuit eius mors conformari aliis gerentibus carnem peccati, qui semel moriuntur. Vnde dicitur Hebr. 9. Quemadmodum statutum est hominibus semel mori, sic & Christus semel oblati est, &c. Secundum ostendit idem ex conditio ne vitae, quam resurgendo adeptus est, dicens, Quod enim viuit, viuit deo. I. ad conformitatem dei. Dicitur enim 2. Corint. vlti. Quod si crucifixus est ex infirmitate, viuit ex virtute dei. Effectus autem conformitatis causa. Vnde & vita qua Christus resurgens acquisiuit est diformis: sicut ergo vita dei est sempiterna & absque corruptione, secundum illud, I. Tim. vlti. Qui solus habet immortalitatem, ita & vita Christi est immortalis. ¶ Deinde cum dicit, [Ita & vos, &c.] infert conclusionem intentam vt conformemur vitae Christi resurgentis, & quantum ad hoc quod mortuus est peccato. I. mortali vitae, quae habet similitudinem peccati, nunquam ad eam rediturus, & quantum ad hoc quod viuit ad conformitatem dei. Et quantum ad primum dicit,

Quid vetustas peccati: quia vetus homo dicitur.

Quid corpus peccati.

Quid obedire peccato.

Christus dicitur mortuus peccato dupliciter.

Ita

Ita & vos existimate quidem mortuos esse peccato. I. tanquam ad peccatum nunquam sitis redituri. Efa. 26. Morientes non viuunt. Et quantum ad secundum, dicit, Viuetes deo. I. ad honorem vel similitudinem dei. vt. I. nunquam per peccatum moriamur. Gal. 2. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii dei. Et ideo subdit, In Christo Iesu domino nostro. I. per Iesum Christum, per quem & peccatis morimur, & deo viuimus: vel in Christo Iesu. tanquam in corpore Christi Iesu, vt per eius mortem moriamur peccato, & per eius resurrectionem viuamus deo. Eph. 2. Conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis per Christum.

lectio 3.

¶ Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediat concupiscentiis eius. Sed neque exhibeatis membra uestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos deo, tanquam ex mortuis uiuentes, & membra uestra, arma iustitiae deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis: siue peccati ad mortem, siue obediuntis ad iustitiam? Gratias autem deo, quod fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae in quam traditi estis.

Fortatur.

Ratio exhortationis. Quae est ex dicto.

¶ Postquam Apostolus ostendit quod non est nobis permanendum in peccato, & quod huius rei facultatem habemus, hic concludit morale exhortationem. Et circa hoc tria facit. Primum proponit admonitionem. Secundum rationem assignat, ibi [Peccatum enim &c.] Tertio mouet quaestionem & soluit, ibi [Quid ergo? Peccabimus &c.] Circa primum duo facit. Primum proponit admonitionem. Secundum exponit eam, ibi [Vt obediat &c.] Dicit ergo primum, Dicitur est quod vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, per quod datur intelligi quod virtus peccati intantum diminuta est, vt nobis dominari non possit. Ergo peccatum de cetero non regnet in vestro mortali corpore. Non autem dicit, Non sit peccatum in vestro mortali corpore, quia quadiu corpus nostrum est mortale. I. necessitati mortis adiectum. non potest esse, quin in corpore nostro sit peccatum. I. fomes peccati. Sed ex quo a deo liberati sumus a regno peccati, debemus conari quod peccatum in corpore nostro dominium iam amissum in nobis non recuperet: & hoc est quod dicit, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et hoc quidem necessarium est cauere, dum corpus mortale gerimus, quia dicitur Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat &c. ¶ Deinde cum dicit [Vt obediat &c.] exponit admonitionem praemissam. Circa quod considerandum est quod dupliciter peccatum regnat in homine. Vno modo per interiorum sensuum mentis. Et hoc remouedo, dicit, Vt obediat concupiscentiis eius. Obedire enim per consensum mentis concupiscentiis peccatis est peccatum regnare in nobis. Eccl. 18. Post concupiscentias tuas non eas. Secundo modo regnat in nobis peccatum per operis executionem. Et ad hoc excludendum, subdit, Sed neque exhibeatis membra uestra peccato. I. fomitibus peccati, arma iniquitatis. I. instrumenta ad iniquitatem exequentia. Homo enim cum per membra peccatum exequitur, ad iniquitatem exequitur: & hoc ipso pugnare videtur ad restituendum dominium peccati, quod per consuetudinem peccati in nobis conualescit. Ezech. 32. Cum armis suis ad inferos descenderunt. ¶ Deinde cum dicit [Sed exhibete vos deo &c.] exhortatur ad contrarium, vt. I. exhibeamus nos deo. Et primum quantum ad interiorum affectum, cum dicit, Sed exhibeatis vos deo. vt. I. mens uestra ei subdatur. Deut. 10. Et nunc Israel quid dominus deus tuus requirit a te, nisi vt timeas dominum deum tuum, & ambules in uis eius? Et hoc facere debetis tanquam ex mortuis uiuentes. I. tanquam reducti ad vitam gratiae, de morte culpa. Nam & ideo iustum est, vt qui uiuit, iam non sibi uiuat, sed ei qui promouit mortuus est. 2. Corint. 5. Secundum quantum ad exteriorum actum: unde dicit, Exhibete membra uestra deo. I. ad eius obsequium arma iustitiae. I. instrumenta quaedam ad iustitiam exequentia, quibus. I. pugnetis contra inimicos dei. Ephes. vlt. Induite uos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. ¶ Deinde cum dicit [Peccatum enim &c.] assignat rationem admonitionis praedictae. Posset enim aliquis seipsum excusare allegans peccati dominium: per quod assereret se ab obseruatione admonitionis praedictae impediri. Hoc ergo Apostolus primum excludit dicens, Peccatum enim uobis non dominabitur. I. si ceperitis peccato resistere & vos deo exhibere, secundum illud Ia. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis: resistite diabolo, & fugiet a uobis. Quasi dicat, Ideo potestis praedicta obseruare, quia non inuenietis peccatum in uos dominari, per quod retrahi possitis: sumus enim liberati a Christo, secundum illud Io. 8. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Secundum manifestat quod dixerat, dicens, Non enim estis sub lege, sed sub gratia. Vbi considerandum est quod non loquitur hic: de lege solum, quantum ad ceremoniam illam, sed etiam quantum ad moralia, sub qua quidem aliquis dicitur esse dupliciter. Vno modo quasi legis obseruariae uoluntarie subiectus. Et hoc modo etiam Christus fuit sub lege, secundum illud Gal. 4. Factus sub lege: quia. I. legem obseruauit, non solum quantum ad moralia, sed etiam quantum ad ceremonialia. Fideles autem Christi sunt quidem hoc modo sub lege, quantum ad moralia, non autem quantum ad ceremonialia. Alio modo dicitur aliquis esse sub lege, quasi a lege coactus: & sic dicitur esse sub lege, qui non uoluntarie ex amore, sed timore cogitur legem obseruare. Talis autem caret gratia, quae si adesset, inclinaret uoluntatem ad obseruationem legis, vt ex amore moralia eius praecpta impleret. Sic igitur quadiu aliquis sic est sub lege, vt non impleat uoluntarie legem, peccatum in eo dominatur ex quo uoluntas hominis inclinatur, vt velit id quod est contrarium legi, sed per gratiam tale dominium tollitur: vt. I. homo seruet legem, non quasi sub lege existens, sed si cut liber, Gala. 4. Non sumus ancillae filii, sed liberae: qua libertate Christus nos liberauit. Hanc autem gratiam faciens homines liberem legem implere, non conferebat legalia sacramenta, sed conferunt eam sacramenta Christi. Et ideo illi qui se ceremoniis legis subiiciebant, quantum pertinet ad uirtutem ipsorum sacramentorum legalium, non erant sub gratia, sed sub lege, nisi forte per fidem Christi gratiam adipiscerentur. Illi uero qui se sacramentis Christi subiiciunt, ex eorum uirtute gratiam consequuntur, vt non sint sub lege, sed sub gratia, nisi forte per suam culpam se subiiciant seruituti peccati. ¶ Deinde cum dicit [Quid ergo &c.] mouet quaestionem contra id quod dictum est. Et circa hoc tria facit. Primum proponit quaestionem. Secundum soluit eam ducendo ad inconueniens, ibi [Absit. An nescitis &c.] Tertio ostendit esse inconueniens ad id quod dixerat, ibi [Gratias ago deo &c.] Circa primum considerandum est quod uerbum praemissum poterat male intelligi ab aliquibus vt. scilicet, fideles Christi non sint sub lege, quantum ad debitum obseruandi praecpta moralia, ex quo sequeretur quod fidelibus Christi licitum esset peccare, scilicet contra praecpta moralia faciendo. Et ideo sub hoc sensu quaestionem mouet, dicens, Quid ergo dicemus? Numquid peccabimus. I. contra praecpta moralia legis facta

Quid est corpus humanum? est mortale. est in eo peccatum.

Peccatum dupliciter regnat in homine.

Non sumus sub lege neque Moysi nec natiui, sed uide hic quod sub lege dicitur aliquis esse dupliciter.

d

Non sic dicitur non esse sub lege nature q non tenemur seruire eius preceptis.

ciendo, quoniam dictum est q non sumus sub lege, sed sub gratia. Et hunc sensum Apostolus improbat ad Gal. 5. dicens, Vos in libertatem vocati estis fratres mei, tatum ne detis in occasione carnis libertatem. Et ideo hic etiam respondens, subdit, Absit. f. vt peccemus quia sumus a lege liberati: quia si peccaremus, sequeretur hoc in conueniens q iterum redigeremur in seruitutem peccati. Et hoc est q dicit. An nescitis, quonia cui vos exhibetis propria voluntate seruos ad obediendum, spontane serui estis, cui obeditis. Obedire enim dicitur, quod serui dominis debet. Ephes. 6. Serui obedite dominis carnalibus. Vnde cum aliquis obedit alicui, se seruum profiteretur eius obediendo. Diuerso tamen stipendio, diuersis dominis obeditur. Qui enim obedit peccato, per seruitutem peccati ducitur in mortem. Et hoc est q dicit, Siue peccati. f. serui estis ei obediendo. Et hoc in mortem. i. eternam danationem precipitandi: de qua dicitur Apoc. 2. In his mors secunda non habet locum. Qui vero obedit deo, efficitur huius obedientie seruus: quia per assuetudinem obediendi, mens eius magis ac magis ad obediendum inclinatur, & ex hoc iustitiam perficit. Et hoc est q dicit, Siue obedientio nis. f. diuinorum preceptoru, serui estis ad iustitiam implendam, secundum illud supra 2. Factores legis iustificabuntur. Et satis conuenienter obedientiam peccato opponit, eo q sicut Ambr. dicit, Peccatum est transgressio legis diuine, & celestium inobediencia mandatorum. Deinde cum dicit [Gratias autem deo.] ostendit hoc esse inconueniens. f. q obediendo peccato, iterum reducamur in seruitutem peccati. Primum quidem ratio ne accepta ex beneficio quod consecuti sumus. Si enim aliquis per gratiam alicuius a seruitute liberatur, inconueniens est q se spontaneum subiiciat seruituti: vnde cum nos per gratiam dei sumus liberati a peccato, inconueniens est q iterum nos sponte retrudamus in seruitutem peccati. Secundum ex conditione in quam ducti sumus post libertatem peccati, vt. f. sumus serui iustitie. Non licet autem seruo alicuius, se contrarium domini seruituti subiicere: vnde nobis non licet ex quo sumus facti serui iustitie, iterum redire ad seruitutem peccati. Vtraque ratione Apostol. simul agit, dicens, Gratias ago deo: sic & vos gratias agere debetis, q cum essetis serui peccati: quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Io. 8. Obedistis. f. credendo. supra 1. Ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. Et hoc non coacti, sed ex corde. infra 10. Corde creditur ad iustitiam. In eam formam doctrina. i. in doctrinam catholicam fidei. 2. Tim. 1. Formam habes sanorum verboru que a me audisti. In quam traditi estis. i. cui vos totaliter subdidistis. 2. Cor. 8. Semetipsos dederunt primum deo, deinde nobis per voluntatem dei. Et per hoc liberati estis a peccato, & ita non conuenit quod in seruitutem peccati redeatis. Et serui facti estis iustitie, & ita non conuenit quod iustitiam deseratis. 1. Corint. 7. Pretio empti estis, & non estis vestri.

LECTIO 4.

Humanum dico propter infirmitatem carnis vestra. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditie & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem dei, vita eterna in Christo Iesu domino nostro.

Conditio documentum. Documentum Conditio Status iustitie. Finis mali & boni.

Postquam Apostolus ostendit ratione accepta ex beneficio diuino, q non est nobis in peccato permanendum, sed deo seruiendum, hic ostendit idem ratione accepta ex prioris vite consuetudine. Et circa hoc tria facit. Primum proponit suppositi documentum conditionem, quod subdit. Secundum ponit documentum expressio nem, ibi [Sicut enim exhibuistis &c.]. Tertiū documēti rationē assignat, ibi [Cum enim serui &c.]. Dicit ergo primum, Monui, q exhibeatis vos deo: Adhuc dico vobis quoddam humanum, i. congruens imbecillitati humane. Sic enim quoadq; homo accipitur in scriptura, prout. f. significat conditionem infirmitatis humane. Sap. 9. Homo infirmus & exigui temporis & minor ad intellectum iudicii & legum. 1. Cor. 3. Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Causam autem assignat, subdēs, Propter infirmitatem. Perfectis enim, sunt perfectiora precepta tradēda. 1. Gor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Heb. 5. Perfectorum est solidus cibus. Inferioribus sunt danda leuiora precepta. 1. Cor. 3. Tāquam paruulis in Christo, lac potum dedi vobis, non escam. Hebr. 5. Facti estis quibus lac opus est. Hęc autem infirmitas non ex spiritu, sed ex carne venit, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, vt dicitur Sapient. 9. Et ideo subdit [Carnis vestrae.] Matt. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Deinde cum dicit [Sicut enim exhibuistis &c.] ponit documentum quod dicit esse humanum in quo docet corpus esse equaliter exhibendum ad seruiendum iustitie, secundum quod nos exhibuimus ipsum ad seruiendum peccato. Et hoc est quod dicit, Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire. f. per executionem mali operis, immunditie & iniquitati corde concepte, vt immunditia referatur ad peccata carnalia. Ephes. 5. Omnis fornicatio aut immunditia nec nominetur in vobis &c. Iniquitas autem refertur ad peccata spiritua lia, & precipue quibus leditur proximus. Psalm. Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quibus in corde conceptis, membra seruiunt ad iniquitatem. f. opere exequendam. Et ponit iniquitatem hic pro immunditia & iniquitate, secundum quod omne peccatum est iniquitas, infra 13. Et hoc in quantum discordat ab æquitate legis diuine. Ita nunc. f. liberati a peccato, exhibete membra vestra. f. per executionem bonoru operum seruire iustitie, in lege diuina nobis proposita: & hoc in sanctificationem. i. in executionem & augmentum sancti tatis. Apoc. vlt. Sanctus sanctificetur adhuc. Dicit autē hoc esse humanum, quia secundum rectū iudicium exigeretur: vt homo multo plus seruiet iustitie, q ante seruiet peccato. Bar. 4. Sicut fuit scelus vester, vt erraretis a deo decies tantū iterum conuertētes requiretis eum. Huius documentum rationē consequēter assignat, dicēs, [Cum enim serui &c.] Et circa hoc duo facit. Primum proponit rationē predictorum. Secundum probat quod supposuerat, ibi [Stipēdia peccati mors &c.]. Ostēdit autē rationē pramissoru referēdo statum gratie statui culpa. Si enim plura nobis bona ex iustitia proueniūt q ex culpa, magis debemus insistere ad seruiendum iustitie, q studuerimus ad seruiendum peccato. Primum ergo ponit conditionem status peccati. Secundum conditionē status iustitie, ibi [Nūc vero liberati &c.]. Circa primū tria facit. Primum ponit conditionē peccati. Secundum effectū peccati, ibi [Quē ergo fructum &c.]. Tertiū finē, ibi [Nā finis illoru &c.]. Circa primū confi derandum est q homo naturaliter est liberi arbitrii, propter rationem & voluntatem, quæ cogi non potest: inclinari tamen ab aliquibus potest. Semper ergo homo, quātum ad arbitriū rationis, remanet liber a coa-

Præferunt statum gratie statui culpa.

De libero arbitrio.

atione, non tamen est liber ab inclinatione. Quoadq; enim liberū arbitrium inclinatur ad bonū per habitū gratie vel iustitie: & tunc habet seruitutē iustitie, & est liber a peccato. Quoadq; autē arbitrium inclinatur ad malū per habitum peccati: & tūc habet seruitutē peccati, & libertatē iustitie. Seruitutem quidē peccati dico, quia trahitur ad consentiendum peccato cōtra iudiciū rationis. Io. 8. Qui facit peccatū, seruus est peccati. Et q̄tum ad hoc, dicit, Cū enim serui essetis peccati. Libertatē verō a iustitia, q̄tum ad hoc, q homo absq; freno iustitie precipitat se in peccatū. Et q̄tum ad hoc, dicit [Liberi fuistis iustitie.] quod precipue cōtigit his qui ex certo proposito peccāt. Nā illi qui ex infirmitate vel passione peccāt, aliquo freno iustitie retinentur, vt nō videātur a iustitia omnino liberi. He. 2. A seculo fregisti iugū, rupisti vincula, dixisti nō seruiam. Iob 11. Vir vanus in superbiā erigitur, & tanq̄ pullum onagri, liberum se putat. Sciēdum est tamen, q iste status habet verā seruitutem, libertatē autem nō veram, sed apparētē. Cū enim homo sit id quod est secundum rationem, tunc homo verē est seruus, quādo ab aliquo extremo abducitur ab eo quod est rationis. Sed q aliquis freno rationis non cohibeatur a seque la concupiscētia, est libertas quātum ad opinionem illius qui summū bonum putat concupita sequi. Deinde cum dicit [Quem ergo fructū &c.] ostendit effectum peccati. Et vnum quidem effectū excludit. f. effectū fructuosum, cū dicit, Quem ergo fructum. f. cū peccabatis in illis. f. peccatis. Sunt enim infructuosa peccati opera, quia non adiuuāt hominem ad beatitudinem consequendam. Esa. 59. Opera eorum, opera inuirtuta. Mich. 2. Vt qui cogitatis inutile. & operamini malum in cubilibus vestris. Astruit autem effectū cōfusibilem, dicēs, In quibus. i. peccatis. i. de quibus nūc, scilicet in statu penitentia erubescitis, propter eorum turpitudinem. Hic. 31. Postq̄ ostendisti mihi, percussit si femur meo confusione, & erubui. Esa. 1. Erubescitis super oris. f. voluptatis, quos elegeratis. Deinde cum dicit [Nā finis &c.] ponit finem peccati, dicēs, Nam finis illorum. i. peccatorū, mors est. Quæ quidē & si nō sit finis operātis peccatum, quia peccādo non intēdit mortem incurere, est tamen finis ipsorum peccatorū, quia nata sunt mortem inducere tēporalem: quia cum anima a se deū separat, dignū est, vt ab ea corpus suū separetur: & aeternā, quia cū aliquis vult separeri a deo propter concupiscētia peccati, dignum est vt ab eo aeternaliter separetur, quod est mors aeterna: supra 1. Qui talia agunt, digni sunt morte. Deinde cū dicit [Nunc verō &c.] ostēdit qualitātē status iustitie: Et primū ponit cōditionem status iustitie. Secundū effectū, ibi [Habetis fructū vestrum &c.]. Tertiū ponit finē, ibi [Finem verō &c.]. Circa primū cōsiderandum est, q sicut quādo aliquis a peccato inclinatur ad malū, est libera iustitia: ita cū aliquis ex habitu iustitie & gratie inclinatur ad bonū, est liber a peccato, vt. f. ab eo nō superetur vsq; ad cōsensum. Vnde dicit, Nūc verō. f. in statu iustitie. liberati a peccato. Io. 8. Si filius vos liberauerit, verē liberi eritis. Similiter econtra, sicut in statu peccati est aliquis seruus peccati, cui obedit: ita in statu iustitie est aliquis seruus dei voluntariē obediēs, secundum illud Psalm. Seruite domino in lætitia. Et hoc est, q subdit [Serui autē facti deo.] Psalm. O dñe, quia ego seruus tuus, &c. Hęc autē vera est libertas & optima seruitus: quia per iustitiā homo inclinatur ad id quod cōuenit ipsi, quod est propriū hominis: & aueritur ab eo quod cōuenit concupiscētia, quod est maximē bestiale. Deinde cum dicit [Habetis fructū &c.] ponit effectū iustitie, dicēs, Habetis fructum vestrū in sanctificatione. i. ipsa sanctificati. hoc est, executio sanctitatis per bona opera, est fructus vester, in quantum. f. hoc spiritaliter & sanctē vos delectat. Ecclē. 9. Flores mei fructus, &c. Gal. 5. Fructus spiritus est gaudiū, pax &c. Consequēter ponit finem, dicēs [Finē verō habetis, vitā aeternam.] Quæ quidē est finis & ipsoru iustorum, qui propter vitam aeternā habendam omnia operātur. Mat. 6. Primū querite regnū dei &c. Et etiam ipsorum opera quæ cū ex obediētia dei fiunt, & ad dei imitationem, vitā aeternā merentur. Ioā. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, & vitam aeternam dō eis. Deinde cum dicit [Stipendia enim peccati &c.] manifestat quod dixerat de finibus malorum & bonoru. Et primū quantum ad mala, dicit, Dictum est q finis peccatorum est mors: Stipendia enim peccati mors. Dicitur autē stipendia, mercedē militum a stipe pendēda. i. ponderanda: quia pecunia distribuenda militibus ponderabatur. Quia ergo peccatores peccato militānt, membra sua exhibentes arma peccato, vt supra dictum est, mors dicitur esse stipendium peccati. i. retributio quam retribuit sibi seruientibus. Et ex hoc manifestum est, quod mors sit finis peccatorum, non quem peccantes querunt, sed qui eis retribuitur. Psalm. Ignis, sulphur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. Quātum verō ad bona, dicit [Gratia dei vita aeterna.] Quia enim dixerat iustos homines habere vitam aeternam, quam certum est nō posse haberi, nisi per gratiam: ideo hoc ipsum quod bona operamur, & quod opus nostri est dignū vita aeterna, est a gratia dei. Vnde & in Psalm. dicit, Gratiam & gloriā dabit dominus. Sic igitur opera nostra si consideratū in sui natura, & secundum quod procedunt ex libero arbitrio hominis, non merentur ex condigno vitam aeternam, sed solum secundum q procedunt ex gratia spiritus sancti, Vnde dicitur Io. 4. Quod fiet in eo fons aquæ salientis in vitam aeternam. Et hoc fit in Christo Iesu domino nostro. i. per Christum, vel in quantum in ipso sumus per fidem & charitatem. Ioan. 6. Omnis qui videt filium & credit in eum habet vitam aeternam.

Caput 7.



Ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex in homine dominatur quāto tempore viuit. Nam quæ sub viro est mulier, viuentē viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur viuentē viro vocabitur adultera si fuerit cū alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, libera est a lege viri, vt non sit adultera si fuerit cū alio viro. Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis deo. Cum enim essemus in carne, passiones tandem de lege peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Nūc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamur in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.

Ostendit nos liberari a lege. Mortis per gratiā Christi, tractādo tandem de lege mortis.

Postq̄ Apostol. ostēdit q per gratiā Christi liberamur a peccato, hic ostēdit q per eādē gratiā Christi liberamur a seruitute legis. Et circa hoc duo facit. Primum proponit propositū. Secundū excludit obiectionem, ibi [Quid ergo dicemus, &c.]. Circa primum duo facit. Primum ostendit q per gratiā Christi liberamur a seruitute legis. Secundū ostēdit utilitatem huius liberationis, ibi [Vt fructificemus deo, &c.]. Circa primum tria facit. Primum proponit documētum, ex quo arguitur ad propositum ostēdendum. Secundū manifestat ipsum, ibi [Nam quæ sub viro est &c.]. Tertiū concludit, ibi [Itaq; fratres mei &c.]. Documētum autem d ij

Primumque Paulus loquitur absolute et indeterminate de lege loquitur de lege Moy si.

proponit eis quasi notum. Vnde dicit, An ignoratis fratres, quasi diceret, Hoc ignorare non debetis. 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Et causam quare non debet ignorare, ostendit, subdens, Sciatis enim legem loquor. Sed cum Romani, Gentes essent, & legem Moysi ignorarent, videtur eis non competere quod hic dicitur. Et ideo quidam exposuerunt hoc de lege naturali, quae Gentes non erat incognita, secundum illud supra. 2. Cum Gentes, quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt, faciunt, &c. Vnde & subditur, Quia lex in homine dominatur. I. naturalis, quanto tempore. I. viuit lex in homine. Quae quidem viuit quoad ratio naturalis est efficaciter in homine viger. Moritur autem lex naturalis in homine, quando ratio naturalis passionibus succubitat. Efa. 24. Dissipauerunt caedus sempiternam. I. legis naturalis. Sed hoc non videtur esse secundum intentionem Apostoli, qui absolute & indeterminate de lege loquitur, semper loquitur de lege Moysi. Et ideo dicendum est quod Romani fideles non erant solum Gentes, sed inter eos erat multi Iudaei. Vnde habetur Act. 18. Paulus Corinthi inuenit quendam Iudeum, nomine Aquila, qui nuper venerat ab Italia, & Priscilla, vxor eius, eo quod praecipisset Claudius discedere omnes Iudaeos a Roma. Lex ergo hoc modo dominatur in homine, quanto tempore viuit. I. homo. Data est enim lex ad dirigendum homines in via huius vitae, secundum Psal. Legem statuit ei in via quam elegit. Ideo legis obligatio morte soluitur. Deinde cum dicitur, Na quae sub viro, &c. manifestat quod, dixerat per exemplum in lege matrimonij. Et primo ponit exemplum. Secundo manifestat per signum, ibi, Ergo viuite, &c. Circa primum duo facit. Primo in exemplo ponit quomodo obligatio legis durat, vita durate, dicens, Na mulier, quae sub viro. I. sub viri potestate, est ex lege diuina, qua dictum est Gen. 3. Sub viri potestate eris. alligata est legi. I. qua tenetur coniungere viro, secundum illud Mat. 19. Quod deus coniunxit, homo non separet. Et haec quidem inseparabilitas matrimonij, praecipue causatur in quantum est sacramentum coniunctionis indissolubilis Christi & ecclesia, vel verbi & humanae naturae in persona Christi. Epha. 5. Sacramentum hoc magnus, &c. Secundo ibi, Si autem mortuus, &c. manifestat in exemplo, quomodo obligatio legis soluitur post mortem, dicens, Si autem vir. I. mulieris fuerit mortuus, mulier post mortem viri, soluta est a lege maritali. I. a lege matrimonij, qua obligatur viro. Cum enim, ut Aug. ait lib. de nuptiis & concupiscentia. In nuptiis sint bona mortalium, non se extendit obligatio nuptiarum post vitam mortalem. Et propter hoc in resurrectione, quando erit vita immortalis, neque nubet neque nubentur, ut dicitur Mat. 22. Ex quo patet, si aliquis moriatur, & resurgat, sicut in Lazaro accidit, non erit vxor, quae fuerat, nisi de nouo cum ipso contrahat. Sed contra hoc inducitur quod habetur Heb. 11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Sed secundum est quod mulieres non receperunt maritos suos, sed filios suos: sicut mulier quaedam per Heliam ut habetur, 3. Reg. 17. Et alia per Helisaeum, ut habetur, 4. Reg. 4. Aliter autem se habet in sacramentis quae imprimunt characteres, quae est quaedam consecratio animae immortalis. Omnis autem consecratio manet, quoad manet res consecrata: sicut patet in consecratione ecclesiae vel altaris. Et ideo si baptizatus vel confirmatus vel ordinatus moriatur & resurgat, non debet iterum eadem sacramenta accipere. Deinde cum dicitur, Ergo viuite, &c. manifestat quod dixerat per signum. Et primo quod obligatio matrimonij, quae durat in muliere, viuente viro, cuius signum est quod vocatur adultera si fuerit cum alio viro. I. ei carnaliter commixta, viuente viro. Hic, 3. Si dimiserit vir vxorem suam, & rece dens ab eo, duxerit vxorem alteram, nunquid non polluta & contaminata est mulier illa? Secundo, ibi, Si autem mortuus, &c. Inducit signum quantum ad hoc quod obligatio legis matrimonij soluitur per mortem, dicens, Quis vir eius. I. mulieris mortuus fuerit, liberata est mulier a lege viri, qua obligatur viro, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro carnaliter ei commixta, praefertim si ei matrimonialiter coniugatur. 1. Cor. 7. Si dormierit vir eius, mulieris liberata est: cui vult, nubat. Ex quo patet quod secunda nuptiae vel tertiae vel quartae, sunt se cundum se licitae, & non solum per dispensationem, ut videtur dicere Chrysolostomus super Mat. dicit, quod sicut Moyses permisit libellum repudij, ita Apostolus permisit secundas nuptias. Nulla est enim ratio, si lex matrimonialis soluitur per mortem, quare non liceat coniungi remanenti ad secunda vota transire. Quod autem Apostolus dicit 1. Tim. 3. Quod oportet episcopum esse vnus vxoris virum, non hoc dicitur, quia secunda nuptiae sunt illicitae: sed propter defectum sacramenti, quia non esset vnus vnus, sicut Christus est vnus vnus ecclesiae. Deinde cum dicitur, Ita, fratres mei, &c. concludit principale propositum, dicens, Ita, &c. I. per hoc, quod estis facti membra corporis Christi, simul cum eo mortui & sepulti, ut supra est habitum, mortificati estis legi. I. quantum ad hoc quod cessat in vobis obligatio legis, ita. I. ut iam sitis alterius. I. Christi, eius legi subiecti quod ex mortuis resurrexistis, in quo & vos resurgentes nouam vitam assumpsistis. Et ita non lege prioris vitae, sed lege nouae vitae tenemini obligati. Videtur autem esse dissimilitudo, quantum ad hoc, quod in praecedenti exemplo vir moriebatur, & remanebat mulier absque obligatione legis. Hic autem ille qui soluitur ab obligatione, dicitur mori, sed si recte consideremus vtrumque, est eiusdem rationis, quia cum matrimonium sit inter duos, sicut quaedam relatio, non refert quicumque eorum moriatur ad hoc quod tollatur lex matrimonij: vtrum liber enim coniungatur, manifestum est, quod per mortem, qua comorimur Christo, cessat obligatio veteris legis. Deinde cum dicitur, Ut fructificemus, ostendit utilitatem praedictae liberationis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit utilitatem, dicens, Ut fructificemus deo, per hoc enim quod sumus facti membra Christi, in Christo manentes, possumus fructum boni operis facere ad honorem dei. Ioan. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum &c. Secundo ibi, Cum enim essemus, ostendit quod iste fructus impediatur, quando eramus sub seruitute legis, dicens, Cum essemus in carne. I. subditi concupiscentiis carnis. infra 8. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Passiones autem & affectiones peccatorum, quae quidem erant per legem vel notificatae vel augmentatae occasionaliter, ut supra patuit, operabantur in membris nostris. I. mouebant membra nostra. Iaco. 4. Vnde bella & lites, nonne ex concupiscentiis? Et hoc ut fructificaretur morti. I. ut fructum faceret mortis. Iaco. 1. Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Tertio ibi, Nunc autem soluti ostendit quod praedicta utilitas acquiritur ab his qui sunt liberati a seruitute legis, dicens, Nunc autem soluti sumus per gratiam Christi a lege mortis. I. a seruitute legis Moysi, quae dicitur lex mortis. Vel quia corporaliter occidebat absque misericordia. Heb. 10. Irritum quis faciens legem Moysi, &c. Vel potius dicitur lex mortis, quia spiritualiter occidebat per occasionem, secundum illud, 2. Cor. 3. Litera occidit, &c. In qua lege nos tenebamur, quasi serui sub lege. Gal. 3. Prius autem quod veniret fides, sub lege custodiebamur. Ita. I. sumus soluti, ut seruiam in nouitate spi-

Secundum et tertia nuptiae sunt in se licitae contra Chrysofostomum.

ritus, in spiritu renouati per gratiam Christi. Eze. 36. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, non in vetustate literae. I. non secundum veterem legem. Vel non in vetustate peccati, quam litera legis auferre non potuit. Psal. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Lectio. 2.

Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognouit, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebamus nisi lex diceret. Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

Postquam Apostolus ostendit quod per gratiam Christi liberamur a seruitute legis, & quod ista liberatio est utilis, hic respondet cuidam obiectioni, quae ex praemissis occasione habet, per quam videtur quod lex vetus, non sit bona. Et circa hoc duo facit. Primo soluit obiectionem per quam videtur legem non esse bonam. Secundo ostendit legem esse bonam, ibi, Scimus enim &c. Circa primum duo facit. Primo proponit obiectionem, quantum ad ipsam legem. Secundo soluit, ibi, Ita, &c. Dicit ergo primo, Dicitur est quod passiones peccatorum erant per legem, & quod est lex mortis, quid ergo dicemus ex his sequi? Nunquid dicemus quod lex est peccatum? Quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo quod lex peccatum doceat, sicut dicitur Hier. 10. Leges populorum vanae sunt: quia. I. vanitate docet. Alio modo, ut lex dicatur peccatum, quia ille qui legem dedit, peccauerit, talem ferendo: & haec duo iniucit se consequuntur: quia si lex peccatum docet, legislator legem ferendo peccat. Efa. 10. Vt qui condunt leges iniquas. Videtur autem quod lex peccatum doceat, si passiones peccatorum sunt per legem, & lex ducit ad mortem. Deinde cum dicitur, Absit, soluit praedictam obiectionem. Circa quod sciendum est quod si lex per se & directe causet passiones peccatorum vel mortem, sequeretur quod lex esset peccatum altero modo ditorum, non autem si lex est occasio passionum peccati & mortis. Circa hoc ergo tria facit. Primo ostendit quid lex per se facit. Secundo ostendit quid ex ea occasionaliter sequatur, ibi, Occasione autem accepta &c. Circa primum tria facit. Primo respondet ad questionem, dicens, Absit. I. quod lex sit peccatum. Neque enim ipsa docet peccatum, secundum illud Psal. Lex domini immaculata. Neque legislator peccauit, quasi iniusta legem ferens, secundum illud Prou. 8. Per me reges regnant, &c. Secundo, ibi, Sed peccatum, &c. ponit id quod per se pertinet ad legem. I. notificare peccatum, & non auferre. Et hoc est quod dicitur, Sed peccatum non cognouit nisi per legem supra. 3. Per legem enim debet cognitio peccati. Et si quidem hoc intelligitur de lege naturali manifestum est quod dicitur, quia per legem naturalem homo diiudicat bonum & malum. Eccl. 17. Sensu impleuit corda illorum & bona & mala ostendit. Sed Apostolus hic videtur loqui de lege veteri, quam significauit supra, dicens, Non in vetustate literae. Deinde ostendit ergo quod sine lege poterat quidem peccatum cognosci secundum quod habet rationem inhonesti. I. contra rationem existens: non autem secundum quod importat offensam diuinam, quia per legem diuinitus datam manifestatur homini quod deo displicent peccata humana, in hoc quod ea prohibet & mandata puniri. Tertio ibi, Nam concupiscentiam, &c. probat quod dixerat, dicens, Nam concupiscentiam nesciebamus, nisi lex diceret, Non concupisces. Circa quod considerandum est quod hoc quod dixerat, Peccatum non cognoscebam, nisi per legem, posset aliquis referre ad ipsum actum peccati quem lex in notitia hominis ducit, dum prohibet: & hoc quidem verum est quantum ad aliqua peccata. Dicitur enim Leuit. 18. Mulier non succubet iumento. Sed quod hic non sit intellectus Apostoli, patet ex his quae hic dicuntur. Nullus enim est qui ipsum actum concupiscentiae ignoret, cum omnes ipsum experiatur: Est ergo intelligendum, sicut supra diximus, quod peccatum non cognoscitur, nisi per legem, quantum ad reatum poenae & offensam dei. Ideo autem hoc probat per concupiscentiam, quia concupiscentia praua communiter se habet ad omnia peccata. Vnde glo. dicit & Aug. Hic elegit Apostolus, quod est generale peccatum. I. concupiscentiam. Bona est ergo lex quae dum concupiscentias prohibet, omnia mala prohibet. Potest autem intelligi quod concupiscentia sit generale peccatum, secundum quod sumitur pro concupiscentia cuiuslibet peccati. Non autem sic appellauit Aug. concupiscentiam, generale peccatum: sed quia est radix & causa omnis peccati aliqua concupiscentia specialis. Vnde & glo. dicit quod concupiscentia est generale peccatum, vnde omnia mala veniunt. Inducit enim Apostolus praecipuum legis, quod habetur Exod. 20. vbi specialiter prohibetur, Non concupisces rem proximi tui, quae est concupiscentia auaritia: de qua loquitur, 1. Tim. 6. Radix omnium malorum est cupiditas. Et hoc ideo, quia pecunie obediunt omnia: ut dicitur Eccl. 10. Et ideo concupiscentia, de qua hic loquitur, est generale malum, non communitate generis vel speciei, sed communitate causalitatis. Nec est contrarium quod habetur Eccl. 10. Initium omnis peccati, superbia. Na superbia est initium peccati ex parte auersionis. Cupiditas autem est principium peccatorum ex parte conuersionis ad bonum commutabile. Potest autem dici quod Apostolus, specialiter assumit concupiscentiam ad praepositi manifestationem, quia vult ostendere quod sine lege peccatum non cognoscebatur, in quantum. I. perinet ad offensam dei: & hoc maxime patet in hoc quod lex dei prohibet concupiscentiam quae ab homine non prohibetur. Nam solus deus hominem reum reputat propter concupiscentiam cordis: secundum illud, 1. Reg. 16. Homines vident quae pariet, deus autem intuetur cor. Ideo autem lex dei potius prohibuit concupiscentiam rei alienae, quae furto auferitur, & vxoris alienae, quae per adulterium violatur, quam concupiscentiam aliorum peccatorum: quia ista peccata etiam concupiscentiam habent & quaedam delectationem, quod non contingit de aliis peccatis. Deinde cum dicitur, Occasione autem, &c. ostendit quid ex lege occasionaliter consequatur. Et primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi, Sine lege, &c. Dicit ergo primo quod peccatum occasione accepta per mandatum. I. legis prohibentis peccatum, operatum est in me omnem concupiscentiam. Per peccatum autem potest hic intelligi diabolus secundum emphaticam locutionem, quia ipse est peccati initium. Et secundum hoc in homine operatum omnem concupiscentiam peccati. 1. Io. 3. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccauit. Sed quia Apostolus hic de diabolo mentionem non fecerat, potest dici quod peccatum actuale quod dicitur, est, cogitatione apprehensum, operatum in homine, sui concupiscentiam: secundum illud 1a. 1. Vnusquisque tetatur a concupiscentia sua: deinde concupiscentia parit peccatum. Sed melius est quod hoc referamus ad peccatum, quod supra dixerat, per vnum

Per se peccatum ad legem notificare peccatum non auferre.

Per legem naturalem sine lege Moysi et alia posita, potest cognosci peccatum habere rationem inhonesti, non tamen esse contra deum.

Peccatum non cognoscitur quo ad reatum poenae nec quo ad offensam contra deum per solam legem naturalem, sed per legem positam, quarum prima est Moysi.

Cū dicitur peccatū operari cōcupiscētiam, cupiscētiam operari peccatū, p. ori- ginali, quod veniēte gra- tia, transit rea- tu, sed manet actio per so- mitem.

Vel p peccatū ineligitur cōcupiscētia ha- bitualis, qua operatur a- ctualē.

Dupliciter di- citur peccatū veniēte aduē- nire lege.

hominem in hunc mūdum ingressum. scilicet ad peccatū originale, quod. scilicet ante gratiā Christi est in homine secū- dum culpā & pēnam: sed veniēte gratia transit reatu & permanet actū quātum ad fomitē peccati vel concu- piscētiam habitualem, quę operatur in homine omnē concupiscētiam actualē, siue hoc referatur ad cōcupi- scētias diuersorū peccatorum. Alia enim est cōcupiscētia furti, alia adulterij, & sic de alijs. Siue referatur ad diuersos concupiscētia gradus prout cōsistit in cogitatione, delectatione, cōsensu & opere. Sed ad hūc effe- ctum in homine operādum peccatū accipit occasione ex lege. Et hoc est q̄ dicit [Occasione accepta.] Vel quia adueniēte mādato additur ratio prauaricationis: quia ubi nō est lex, nec prauaricatio: vt supra 4. dictū est: vel quia crescit desiderij peccati phibiti rationibus supra positis. Et est notādum q̄ non dicit q̄ lex de- derit occasione peccati, sed quia ipsum peccatū occasione accepit ex lege. Ille enim qui dat occasione scā- dalizat, & per cōsequens peccat: quod quidē fit quando aliquis facit aliquod opus minus rectū, vnde prox- imus offenditur aut scādalizatur, putā si q̄s loca inhonesta frequēter et, licet nō mala intētionē. Vnde dicitur in frā 14. Hoc iudicate magis ne ponatis offendiculū fratribus vel scādalum. Sed si quis rectū opus faciat, pu- tā si det elemosinā, & alius inde scādalizatur, ipse nō dat occasione scādalizandi, vnde nec scādalizat, nec peccat, sed alius accipit occasione qui scādalizatur, & ille peccat. Sic igitur lex rectū aliquid fecit, quia pec- catum prohibuit, vnde occasione nō dedit peccati: sed homo occasione ex lege accipit, & propter hoc sequitur q̄ lex non sit peccatum, sed magis q̄ peccatum sit ex parte hominis. Sic igitur intelligendum est q̄ pāsiones peccatorum quę pertinent ad concupiscētiam peccati, nō sunt per legem, quasi lex illas operetur, sed peccatum illas operatur accepta occasione ex lege. Et eadem occasione dicitur lex mortis: non quia lex mortē operetur, sed quia peccatum mortē operatur occasione accepta ex lege. Potest autem eodē sensu li- tera aliter ordinari, vt dicatur q̄ peccatum operatū est per mandatum legis, omnem concupiscētiam, & hoc occasione accepta ab ipso mandato, sed prima expositio simplicior & melior est. ¶ Deinde cum dicit [Sine lege enim] manifestat quod dixerat, & hoc per experientiam effectus. Et primō proponit effectum, Secūdō re- sumit causam. ibi [Nam peccatū &c.] Circa primū tria facit. Primō describit statum ante legē, Secūdō sta- tum sub lege, ibi [Sed cū venisset, &c.] Tertio ex cōparatione vtriusq; status, cōcludit euetum legis, [Et in- uentū est mihi &c.] Dicit ergo primō q̄ peccatū occasione accepta per mādatum operatū est in me omnē cōcupiscētiam, quod ex hoc apparet. Sine lege enī peccatū erat mortuū, non quidē sic q̄ peccatū non esset, quia p̄num hominē peccatū in hūc mūdum intrauit ante legē: vt supra 2. dictū est. Sed intelligitur q̄ erat mortuū vel q̄tum ad cognitionē hominis qui quidē in lege phibita nesciebat esse peccatū, putā cōcupiscē- tiā: vel quia erat mortuū q̄tum ad efficaciam moriēdi per cōparationem ad id quod postea fuit: nō enim habe- bat tātam uirtutē inducēdi hominē ad mortem, quātam postea habuit occasione accepta sub lege. Habetur enim quasi mortuū quod est debilitatū uirtute. Col. 3. Mortificate mēbra uestra q̄ sunt super terrā. Talis er- go erat status ante legē quātum ad peccatū. Sed qualis esset q̄tum ad hominē ostēdit, subdens, Ego autē vi- uebā sine lege aliquādo. Quod etiā dupliciter potest intelligi. Vno modo q̄tum ad id quod homini videba- tur ex seipso q̄ uiueret, dū ignorabat peccatū esse id p̄ quod mortuus erat. Apoc. 3. Nomen habes q̄ uiuas, sed mortuus es. Vel hoc dicitur per cōparationem ad mortē quę cōsecuta est occasione legis. Dicitur enim minus peccātes uiuere, in cōparatione ad eos q̄ magis peccāt. ¶ Deinde cū dicit [Sed cū venisset &c.] descri- bit statū sub lege. Et primō q̄tum ad peccatū, cū dicit [Sed cū venisset mandātū.] Data. scilicet lege, reuixit pec- catū. Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo q̄tum ad cognitionē hominis q̄ incepit cognoscere pec- catū in se esse, quod prius nō cognouerat. Hie. 31. Postq̄ ostēdisti mihi p̄culsi femur meū, cōfusus sum & eru- bui. Et signāter dixit, Reuixit, quia in paradiso plenā notitiā homo habuerat de peccato, licet nō habuerit p̄ experientia. Vel, Reuixit, q̄tum ad uirtutē, quia data lege occasionaliter augmētata est uirtus peccati. 1. Cor. 13. Virtus peccati, lex. Secūdō q̄tum ad ipsūm hominē, cū dicit [Ego autē mortuus sum.] Quod etiā duplici- ter potest intelligi. Vno modo secundū cognitionē, vt sit sensus, Mortuus sum. i. cognoui me mortuū. Alio modo per cōparationem ad statū priorem, vt sit sensus, Mortuus sum. i. magis morti obligatus sum, q̄ antē. Vnde aliquāter verū est quod dictū est Moyſi & Aarō. Nu. 16. Vos interfecistis populū domini. ¶ Deinde cū dicit [Et inuētum &c.] cōcludit ex cōparatione vtriusq; status euetum legis, dicens, Et inuētum est, secundū prādicta, mādatum quod erat ad uitam. Primō quidē secundū intētionē dātis legē. Secūdō q̄tū ad ipsam mādati honestatē & deuotionē obediētis. Eze. 20. Dedi eis p̄cepta bona & iudicia, quę faciēs ho- mo, uiuet in eis, hoc est mihi ad mortē occasionaliter. scilicet p̄ peccatū quod in homine erat. Job 20. Panis eius in vtero eius vertetur in fel aspidū &c. ¶ Deinde cū dicit [Nam peccatū &c.] resumit causam quasi mani- festā per euetum pramissum, dicens [Hoc ideo cōtingit]. scilicet q̄ mādatum quod erat ad uitam, inueniretur ad mortē esse. Nam peccatū occasione accepta per mādatum seduxit me. scilicet per cōcupiscētiam quam in me o- peratum est, vt dictum est Daniel. 13. Species decepit te, & concupiscētia subuertit cor tuum: & per illud. scilicet mandatum occasionaliter peccatum me occidit. 2. Cor. 3. Litera occidit. ¶ Deinde cū dicit [Itaque lex &c.] cōcludit cōclusionem intētam. scilicet q̄ lex nō solum nō sit peccatum, sed vltērius q̄ sit bona, tanq̄ faciēs cognoscere peccatum & prohibēs ipsum. Et primō cōcludit quātum ad totā legem, dicens, Sicut ex pra- missis patet, lex quidē est sancta. Psal. Lex domini immaculata. 1. Tim. 1. Scimus quia bona est lex. Secūdō quātum ad particulare legis mandatum, dicens, Et mādatum legis est sanctum quātum ad p̄cepta cerimo- nialia quibus homines ordinantur ad dei cultum. Leuit. 20. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Et iustum q̄tum ad p̄cepta iudicialia quib; homo debito modo ordinatur ad proximū. Psal. Iudicia domini vera iu- stificata, &c. Et bonum. i. honestum quantum ad p̄cepta moralia. Psal. Bonū mihi lex oris tui super milia, &c. Quia tamen omnia p̄cepta ordināt nos in deū, ideo totam legem sanctā nominauit. ¶ Deinde cū dicit [Quod ergo bonū est &c.] mouet quāstionem quātum ad legis effectū. Et primō quāstionem, dicens, Quod ergo bonū est. scilicet in se, factū est mihi mors. i. per se causa mortis. Quod quidē aliquis poterat falsō in- telligere ex est quod supra dictum est, Inuētum est mihi mādatum quod erat ad uitā, hoc esse ad mortē. Secū- dō soluit p̄ interēptionem, dicens [Absit.] Nō potest id quod est secundū se bonū & viuificū esse causa ma- li & mortis, secundū illud Mat. 7. Nō potest arbor bona fructus malos facere. Tertio, ibi [Sed peccatū &c.]

concordat id quod nūc dicitur, cum eo quod supra dictū est, Nō enim mādatum sic inuenitur esse ad mor- tem quōd ipsum mortē operetur, sed quia occasione accepta ab ipso peccato mortē operatur. Et hoc est q̄ dicit, Sed peccatū, vt appareat peccatū. i. ex hoc apparet esse peccatū per legis bonū. i. per mādātū legis: quia ex hoc ipsum bonū est quod facit cognitionē peccati. Et hoc occasionaliter inquantū manifestat peccatū. Non autē sic intelligitur peccatū per legem operatum esse mortem, quasi sine lege mors nō fuisset: dictum est enim supra, q̄ regnauit mors ab Adam vsq; ad Moyſen. scilicet cū lex nō esset: sed intelligitur q̄ peccatum per legē operatur mortem, quia dānatio mortis est augmētata lege adueniente. Et hoc est quod subditur, Ita dico q̄ peccatum operatum est mortem per bonum vt peccatum fiat peccans. i. peccare faciens per mā- datum legis occasionaliter. Et hoc supra modum quo antea peccabat, vel quia accessit reatus prauaricatio- nis, vel quia creuit cōcupiscētia peccati, vt supra dictum est, Veniente prohibitionē legis. Peccatum autem hic intelligitur, sicut supra diximus, vel diabolus, vel porius fomes peccati. Lectio. 3.

Simus enim quod lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malū illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonū. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonū non inuenio. Non enim quod volo bonū, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

¶ Postquam Apostolus exclusit illa ex quibus lex videbatur esse mala & mali effectus, hīc probat legē esse bonā. Et circa hoc duo facit. Primō probat bonitatē legis ex ipsa repugnātia quę in homine inuenitur ad bonū, quam lex tollere non potest. Secūdō ostēdit per quid huiusmodi legis repugnātia tolli potest, ibi [In scēlix, &c.] Circa primū tria facit. Primō proponit quod intendit. Secūdō probat propositum, ibi [Quod enim operor, &c.] Tertio infert cōclusionē intētam, ibi [Inuenio igitur, &c.] Circa primū duo facit. Primō proponit legis bonitatē. Secūdō hominis cōditionē, ibi [Ego autē, &c.] Dicit ergo primō, Dictū est q̄ lex est sancta. Et hoc dixi, Scimus enim nos qui sumus in diuinis sapiētes, q̄ lex. scilicet. scilicet. spiritualis est. scilicet. f. spiritui homines concordās. Psal. Lex domini immaculata. Vel spiritualis est. i. a spiritu sancto data, qui digitus dei dicitur in scripturis. Luca. 11. Si in digito dei eiicio demonia, vnde dicitur Exodi. 31. Dedit dominus Moyſi duas tabulas lapideas scripras digito dei. Lex tamē noua, nō solum dicitur lex spiritualis, sed lex spiritus, vt patet in frā. 8. Quia non solum a spiritu sancto est, sed spiritus sanctus eam imprimit cordi quod inhabitat. ¶ Deinde cū dicit [Ego autē carnalis sum, &c.] ostēdit conditionem hominis, & potest hoc verbum du- pliciter exponi. Vno quidē modo, vt Apostol. loquatur in persona hominis in peccato existētis. Et ita hoc August. exponit in lib. 83. quāstionū. Postea verō in lib. contra Iulianum, exponit hoc, vt Apostol. intelli- gatur loqui in persona sua. i. hominis sub gratia cōstituti. Prosequamur ergo declarādo qualiter hæc verba & sequentia diuersimodē possunt vtroq; modo exponi, quāuis secunda expositio melior sit. Quod ergo dicitur primō, Ego autē, &c. sic intelligēdum est, vt ly ego, pro ratione hominis intelligatur, quę est princi- pale in homine: vnde videtur vnusquisq; homo esse sua ratio vel suus intellectus, sicut ciuitas videtur esse rector ciuitatis, ita vt quod ille facit, ciuitas facere videatur. Dicitur autē homo carnalis, quia eius ratio car- nalis est, quę dicitur carnalis dupliciter. Vno modo ex eo q̄ subditur carni consentiens his ad quę caro in- stigit, secundū illud. 1. Cor. 3. Cū sit inrēs vos zelus & contentio, &c. Et hoc modo intelligitur de homi- ne nōdum per gratiā reparato. Alio modo dicitur ratio esse carnalis, ex eo q̄ a carne impugnatur, secundū illud Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Et hoc modo intelligitur esse carnalis ratio etiam homi- nis sub gratia cōstituti, vtraq; enim carnalitas prouenit ex peccato: vnde subdit, Venūdatus sub peccato.

¶ Sed tamen notādum q̄ carnalitas quę importat rebellionē carnis ad spiritū prouenit ex peccato: primi parētis, quia hoc pertinet ad fomitē cuius corruptio ex illo peccato derivatur. Carnalitas autē quę impor- tat subiectionē ad carnē prouenit nō solum ex peccato originali, sed etiā actuali, per quod homo obediēdo concupiscētis carnis, seruū se carnis cōstituit: vnde subdit, Venūdatus sub peccato. scilicet. vel primi parētis, vel proprio. Et dicit, Venūdatus, quia peccator seipsum vēdit in seruū peccati, pretio propria volūtatis implē- da. Esa. 50. Ecce in iniquitatibus vestris vēditi estis. ¶ Deinde cū dicit [Quod enim operor, &c.] ostēdit quod proposuerat. Et primō q̄ lex sit spiritualis. Secūdō q̄ homo sit carnalis, venūdatus sub peccato, ibi [Nunc autē iam nō ego, &c.] Circa primū duo facit. Primō proponit probationem. Secūdō inducit cōclu- sionē, ibi [Si autē quod nolo, &c.] Sumitur autē probatio ex hominis infirmitate, quā primō proponit. Se- cūdō adducit probationē, ibi [Nō autem, &c.] Infirmitas autē hominis est manifesta, & ex hoc q̄ operatur id quod intelligit nō esse operandū: vnde dicitur, Quod enim operor, nō intelligo. scilicet. esse operādum. Quod quidē potest intelligi dupliciter. Vno modo de eo qui est subiectus peccato, qui quidē in vniuersali intelli- git nō esse operādum peccatum: tamē victus suggestionē demonis, vel passione, vel inclinatione peruersi habitus, operatur illud. Et ideo dicitur operari quod intelligit non esse operādum contra conscientiam fa- ciens: sicut Luc. 12. Seruus sciēs volūtatem domini sui & nō faciēs, dignē plagis vapulabit multis. Alio mo- do potest intelligi de eo qui est in gratia cōstitutus, qui quidē operatur malum, nō quidem exequēdo in opere vel contentiēte mente, sed solum concupiscēdo secundū passionē sensibilis appetitus, & illa concupiscētia est prāter rationem & intellectum, quia prāuenit eius iudicium, quo adueniente talis operatio impeditur. Et ideo signāter non dicit, Intelligo nō esse faciendum, sed non intelligo: quia. scilicet. intellectu nō- dum deliberato, aut percipiente, talis operatio concupiscētia infurgit. Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. ¶ Deinde cū dicit [Non enim quod volo, &c.] Probat quod dixe- rat, & per diuisionem, & per effectum. Per diuisionem quidē eius quōd dixit [Quod enim operor, &c.] sub quo duo continētur. scilicet. nō agere bonum & agere malū: quia etiā ille qui non agit bonū, dicitur operari pec- catum peccato omiſionis. Ex parte autem eius q̄ dixit, nō intelligo probat per effectum, quia enim intel- lectus mouet volūtātē, velle est effectus eius quod est intelligere. Dicit ergo primō quātum ad omiſionē boni, Non enim ago hoc bonū, quod volo agere. Quod quidem vno modo potest intelligi de homine sub peccato cōstituto: & sic hoc q̄ dicit, Ago, est accipiēdum secundū actionem cōpletam, quę exterius opere

Per peccatū, fomes peccati intelligitur.

Ostenditur lex esse bona tractando si- mul de lege peccati seru- ſo.

Quomodo lex venūdi- catur spirita- lis. Lex vetus di- citur quidem spiritalis, sed nō dicitur lex spiritalis: noua autem spirita- lis & spiri- tus, vnde ratio non.

Quomodo ho- mo dicitur hic carnalis.

exercetur per rationis consensum. Quod autem dicit, Volo, est intelligendum non quidem de voluntate completa, quae est operis praecipua, sed de voluntate quadam incompleta, qua homines in vniuersali bono volunt, sicut & in vniuersali habet rectum iudicium de bono: & deprauatur talis voluntas in particulari, vt non agat quod in vniuersali intelligit agendum, & agere vellet. Secundum autem quod intelligitur de homine per gratiam reparato, e converso oportet intelligere per hoc quod dicit, Volo, voluntate completa perduratam in electione particularis operationis, vt per hoc quod dicit, Ago, intelligatur actio incompleta, quae consistit tantum in appetitu sensitivo non perueniens vsque ad rationis consensum. Homo enim sub gratia constitutus vult quidem mentem suam ad prauis concupiscentiis conservare, sed hoc bonum non agit, propter motus inordinatos concupiscentiarum insurgentes in appetitu sensitivo. Et simile est quod dicit Gal. 5, Vt non quaecumque vultis, illa faciatis. Secundum quantum ad perpetratio nem mali, subdit, Sed quod odi malum, illud facio: quod quidem si intelligatur de homine peccatore, per hoc quod dicit, Odi, intelligatur quoddam odium imperfectum, secundum quod omnis homo naturaliter odit malum. Per hoc autem quod dicit, Facio, intelligatur actio perfecta per operis executionem secundum rationis consensum. Nam illud odium mali in vniuersali, tollitur in particulari eligibili per inclinationem habitus vel passionis. Si vero intelligitur de homine sub gratia constituto per hoc quod dicit, Facio, intelligitur e converso actio imperfecta quae consistit in sola concupiscentia appetitus sensitivi. Per hoc quod dicit, Odi, intelligitur odium perfectum quo quis perseuerat in detestatione mali vsque ad finalem reprobationem ipsius de quo dicitur in Psal. Perfecto odio oderam illos, scilicet malos in quantum sunt peccatores. 2. Mac. 3, Cum leges adhuc optimae custodiantur propter omnium potestatis pietatem, & alios odio habentes malum. Deinde cum dicit, Si autem quod nolo, &c. [concludit ex praemissa dispositione hominis, quod lex sit bona, dicens, Si autem quod nolo, illud facio: quoniam quod dicitur modorum intelligatur hoc ipso, quod nolo malum, consentio legi, quoniam bona est, in hoc quod prohibet malum, quod ego naturaliter nolo. Manifestum est enim quod inclinatio hominis secundum rationem ad volendum bonum & fugiendum malum, est secundum naturam vel gratiam, & vtraque est bona. Vnde & lex quae huic inclinationi consentit praecipiendo bonum & prohibendo malum eadem ratione est bona. Prou. 4, Donum bonum tri, &c. Deinde cum dicit, Nunc autem ego, &c.] probat quod dixerat de conditione hominis, scilicet sit carnalis venundatus sub peccato. Et circa hoc tria facit. Primum proponit quod intendit, secundum probat propositum, ibi, Scio enim, &c.] Tertium concludit intendit, ibi, Si autem quod nolo, &c.] Quod autem homo carnalis venundatus sub peccato, quasi aequaliter sit seruus peccati, ex hoc apparet quod ipse non agit, sed agitur a peccato. Ille enim qui est liber, ipse per seipsum agit, & non ab alio agitur. Et ideo dicit, Dicitur est quod per intellectum & voluntatem consentio legi: nunc autem dum contra legem facio, ego iam non operor illud quod facio contra legem, sed peccatum quod in me habitat: & sic patet me esse seruum peccati, in quantum peccatum in me, quasi dominium habes, operatur. Et hoc quidem recte ac facillime potest intelligi de homine sub gratia constituto quod enim concupiscit malum secundum appetitum sensitivum ad carnem pertinentem, non procedit ex opere rationis, sed ex inclinatione hominis. Illud autem homo dicitur operari quod ratio operatur, quia homo est id quod est secundum rationem: vnde motus concupiscentiarum qui non sunt a ratione, sed a fomite non operatur homo: sed fomes peccati qui hic peccatum nominatur. Iac. 4, Vnde bella & lites in vobis? Nonne ex concupiscentiis vestris quae militant in membris vestris? Sed de homine sub peccato constituto, hoc proprie intelligi non potest, quia eius ratio peccato consentit. Et ideo ipsemet operatur: vnde dicit Aug. & habetur in gloss. Multum fallitur homo qui consentiens est concupiscentiae carnis suae: & quod illa desiderat decernens facere, & statuens putat sibi adhuc esse dicendum, non ego operor illud. Potest tamen, licet extortet, exponi etiam de homine peccatore. Actio enim maxime attribuitur principali agenti quod secundum proprietatem suam mouet: non autem agere quod mouet vel agit secundum proprietatem alterius a quo mouetur. Manifestum est autem quod ratio hominis, secundum illud quod est proprium sibi, non inclinatur ad malum, sed secundum quod mouetur a concupiscentia. Et ideo operatio mali quam ratio facit, prout est a concupiscentia victa, non attribuitur principaliter rationi quae hic per hominem intelligitur, sed potius ipsi concupiscentiae vel habitui ex quo ratio inclinatur ad malum. Dicitur autem peccatum habitare in homine, non quasi peccatum sit res aliqua, cum sit priuatio boni, sed designatur permanetia huiusmodi defectus in homine. Deinde cum dicit, [Scio enim] probat quod peccatum habitans in homine operetur malum quod homo facit. Et primum ponit medium ad probandum propositum. Secundum illud medium manifestat, ibi, [Nam velle &c.] Probat ergo primum quod peccatum habitans in homine operetur malum quod homo facit, quae quidem probatio manifesta est secundum quod verba referuntur ad hominem sub gratia constitutum, qui est liberatus a peccato per gratiam Christi, vt supra 6. habitum est. Quantum ergo ad eum in quo Christi gratia non habitat, non dicitur a peccato. In carne autem gratia Christi non inhabitat, sed habitat in mente: vnde infra 8. dicitur, quod si Christus in nobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuit propter iustificationem. Igitur adhuc in carne dominatur peccatum quod operatur concupiscentia carnis. Carnem enim hic accipit simul cum membris sensitivis. Sic enim caro distinguitur contra spiritum, & ei repugnat in quantum appetitus sensitivus tendit in contrarium eius quod ratio appetit, secundum illud Gal. 5, Caro concupiscit aduersus spiritum. Dicit ergo, Dicitur est quod in me, etiam per gratiam reparato, peccatum operatur: sed intelligendum est in me secundum carnem simul cum appetitu sensitivo. Scio enim per rationem & experimentum, quod bonum, scilicet gratiae quo reformatus sum, non habitat in me. Sed ne intelligatur secundum rationem, secundum modum superius positum exponit, [Hoc est in carne mea.] Nam in me, id est in corde meo hoc bonum habitat, secundum illud Ephes. 3, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Et per hoc patet quod hoc verbum non patrocinarur Manicheis, qui volunt carnem non esse bonam secundum naturam, & ita non esse creaturam dei bonam, cum scriptum sit 1. Tim. 4, Omnis creatura dei bona est. Non enim hic Apostolus agit de bono natura, sed de bono gratiae quo a peccato liberamur. Si vero hoc referatur ad hominem sub peccato existentem, superfluum additur quod dicit, hoc est in carne mea: quia in homine peccatore bonum gratiae non habitat, nec quantum ad carnem, nec quantum ad mentem, nisi forte quod extortet velit exponere hoc esse dictum, quia peccatum quod est priuatio gratiae, quodammodo a carne deriuatur ad mentem. Deinde cum dicit, [Nam velle &c.] manifestat quod dixerat. Et primum ex hominis facultate. Secundum ex ho-

Illud dicitur operari homo, quod operatur per rationem.

Fundamentum Manichei nullum.

minis actione quae facultate demonstrat, ibi, [Non enim quod volo, &c.] Facultas autem hominis primo describitur quantum ad voluntatem quae videtur hominis esse potestate: vnde dicit, Nam velle adiacet mihi. i. propinquum est mihi, quasi sub mea potestate existens. Nihil enim est tam in hominis voluntate constitutum quam hominis voluntas, vt Aug. dicit. Secundum ponit facultatem hominis vel potius difficultatem quantum ad consummationem effectus cum subdit, [Perficere autem bonum non inuenio.] scilicet, in mea potestate existens, secundum illud Prouer. 16, Hominis est preparare animum. Et iterum, Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Hoc autem verbum patrocinarur videtur Pelagianis qui dicebant quod initium boni operis est ex nobis in quantum bonum volumus. Et hoc est quod videtur Apostolus dicere, Perficere autem bonum non inuenio. Sed hoc hunc sensum excludit Apostolus Phil. 2. dicens, Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Quod ergo dicit, [Velle adiacet mihi] scilicet, per gratiam iam reparato, est ex operatione diuinae gratiae, per quam quidem gratia non solum volo bonum, sed etiam aliquid boni facio, quia repugno concupiscentiae, & contra eam ago ductus spiritu, sed non inuenio in mea potestate quomodo istud bonum perficiam, vt. scilicet totaliter concupiscentiam excludam. Et per hoc manifestatur quod bonum gratiae non habitat in carne, quia si in carne habitaret, sicut habet facultatem vendendi bonum per gratiam habitantem in mente, ita haberem facultatem perficiendi per gratiam habitantem in carne. Si vero referatur ad hominem sub peccato constitutum, sic exponi poterit vt velle accipiat pro voluntate incompleta, quae ex instinctu naturae in quibuscumque peccatis est ad bonum, sed illud velle adiacet homini. i. iuxta hominem iacet, quasi infirmum, nisi gratia voluntati tribuat efficaciam ad perficiendum. Deinde cum dicit, [Non enim quod volo, &c.] manifestat quod dixerat ex actione hominis quae est signum & effectus facultatis humanae. Ex hoc enim apparet, quod homo non inuenit perficere bonum, quia non agit bonum quod vult, quia facit malum quod non vult, & hoc quidem supra expositum est. Deinde cum dicit, [Si autem quod nolo, &c.] concludit illud quod supra proposuerat, dicens, Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud. Sed quod inhabitat in me peccatum, & hoc etiam supra expositum est. Sed notandum est quod ex vno & eodem medio, scilicet quod nolo illud facio, Apostolus duo concludit quae supra proposuerat. Legis bonitatem cum dicit, Si autem quod nolo illud facio, consentio legi dei quoniam bona est. Et iterum dominium peccati in homine cum dicit hic, Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, quatum duarum conclusionum, prima pertinet ad hoc quod dixerat, Lex spiritualis est, secunda ad hoc quod dixerat, Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Sed prima conclusionem quae est de bonitate legis, elicit ex illo medio ratione eius quod dicit, Nolo, quia eius ratio non vult illud quod lex prohibet, & ex hoc patet legem esse bonam, sed ex parte eius quod dicit, illud facio, concludit in homine damnari peccatum quod contra voluntatem rationis operatur. Lectio 4. Inuenio igitur aliam legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabis de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruo legi dei, carne autem legi peccati. Postquam Apostolus ostendit legem esse bonam ex eo quod rationi concordat, hic infert duas conclusiones secundum duo quae proposuerat: secunda ponitur, ibi, [Video autem legem, &c.] Circa primum duo facit. Primum infert conclusionem ex dictis. Secundum ponit signum ad maiorem manifestationem, ibi, [Condelector, &c.] Duo autem supra proposuerat. Primum quidem quod lex spiritualis est, quo iam probato concludit sic, Inuenio igitur, scilicet per experimentum, legem Moysi consonam esse mihi volenti facere bonum. i. rationi meae, per quam bonum approbo & malum detestor, dum & ipsa lex bonum mandat & malum prohibet. Deut. 30, Iuxta te est verbum valde in ore tuo, & in corde tuo vt facias illud. Et hoc modo necessarium fuit quod, i. quia malum, i. peccatum vel fomes peccati mihi adiacet. i. iuxta rationem meam iacet quasi carnem meam inhabitans. Mich. 7, Ab ea quae dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. i. a carne. Deinde cum dicit, [Condelector enim, &c.] ponit si gnificum per quod ostenditur quod lex rationi consentiat. Nullus enim delectatur nisi in eo quod est sibi conueniens. Homo autem secundum rationem delectatur in lege dei, ergo lex dei est conueniens rationi. Et hoc est quod dicit, Condelector legi dei secundum interiorem hominem. i. secundum rationem & mentem quae interior homo dicitur, non quod anima sit effigiata secundum formam hominis, vt Tertulianus posuit, vel quod ipsa sola sit homo, vt Plato posuit quod homo est anima vtens corpore: sed quia id quod est principaliter in homine dicitur homo, vt supra dictum est. Est autem in homine principaliter secundum apparentiam quidem id quod est exterior, scilicet corpus sic effigiatur quod dicitur homo exterior: secundum veritatem autem id quod est intrinsecum, scilicet mens vel ratio quae hic dicitur homo interior. Psal. Quae dulcia faucibus meis eloquia tua. i. Mach. 12, Habentes solatio libros sanctos qui in manibus nostris sunt. Deinde cum dicit, [Video autem, &c.] ponit aliam conclusionem quae respondet ei quod supra secundum proposuerat dicens, [Ego autem carnalis sum, &c.] dicens, Video aliam legem in membris meis, quae est fomes peccati, quae quidem potest dici lex duplici ratione, Vno modo propter similes effectus, quia sicut lex inducit ad bonum faciendum, ita fomes inducit ad peccandum. Alio modo per comparationem ad causam. Cum autem fomes sit quaedam poena peccati, duplicem causam habet. Vnam quidem ipsam peccatum quod in peccate dominium accepit, & ei legem imposuit, quae est fomes, sicut dominus seruo victo legem imposuit. Alia causa fomitis est deus qui hanc poenam homini peccati indidit, vt rationi eius inferiores vires non obedirent. Et secundum hoc ipsa inobediencia inferiorum virium quae dicitur fomes, lex dicitur in quantum est per legem diuinam iustitia introducta sicut iusti iudicis sententia quae legem habet, secundum illud 1. Reg. 30. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & praefinitum, & quasi lex in Israel vsque ad diem hanc. Haec autem lex originaliter quidem consistit in appetitu sensitivo, sed diffusum est in omnibus membris quae deseruiunt concupiscentiae ad peccandum, supra. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiae, &c. Et ideo dicit, in membris meis. Haec autem lex duos effectus in homine habet. Primum namque resistit rationi, & quantum ad hoc dicit, Repugnantem legi mentis meae. i. legi Moysi quae dicitur lex mentis in quantum consonat menti, vel legi naturali quae dicitur lex mentis, quia naturaliter menti indita est. supra. 2. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Et de hac repugnancia dicitur Gala. 5, Caro concu-

An initium boni operis sit ex nobis. Error Pelagii.

Et opus hominis est initium eius & dispositio ad ipsum, omnia a gratia dei id est, auxilio grauito.

Bonum gratia non habitat in carnis.

Conclusio ex dictis.

Quid sit interior homo. Error Tertuliani. Error Platoni.

Fomes dicitur lex membrorum. Fomes dicitur lex duplici ratione. Duplex causa fomitis, scilicet deus & peccatum.

Lex fomitis est originaliter in appetitu sensitivo, diffusum autem in omnibus membris quae deseruiunt concupiscentiae ad peccandum.

Lex fomitis duos est.

fictus habet in homine. Nota quod lex carnis que dicitur lex membrorum & lex peccati que est in membris, que dicitur lex fornicationis, idem sunt promeritum, sed differunt formaliter. Nam lex membrorum seu carnis in naturalis inclinationis virtutum sensuum ad bonum sensibile nil aliud connotando & est a natura: lex autem peccati que est in membris & que dicitur lex fornicationis connotat de ordinationem supra legem membrorum & carnis prouenientem a peccato originali, est que pena peccati originalis: connotat etiam primum iustitiae originale. Ostenditur quod per gratiam Christi liberamur a damnatione & culpe & poena. Primum culpa.

Ad vitam dñi dñationem omnem, f. culpe & poena, due conditiones requiruntur. f. esse in Christo, secundo non secundum carnem ambulare.

Opinio falsa quod in infidelibus primi motus sunt peccata mortalia. Ostenditur esse falsam opinionem.

Solutio rationum.

piscit aduersus spiritum. Secundus effectus est quod hominem in seruitutem redigit. Et quantum ad hoc subdit, Et captiuatatem me, vel captiuam me dicentem secundum aliam litteram in lege peccati quae est in membris meis. id est, in me ipso more hebraicae locutionis, secundum quam ponuntur nomina loco pronomini. Lex autem peccati captiuat hominem dupliciter. Vno modo hominem peccatoris per consensum & operationem. Alio modo hominem sub gratia constitutum quantum ad concupiscentiam motum. De hac captiuatate dicitur in Psal. In conuertendo dominus captiuatatem Sion. Deinde cum dicit, Infelix ego homo, &c. agit de liberatione a lege peccati, & tria circa hoc facit. Primum quidem ponit questionem. Secundum ponit responsionem, ibi, Gratia dei, &c. Tertium infert conclusionem, ibi, Igitur ego ipse, &c. Circa primum duo facit. Vnum quidem confiteretur. f. suam miseriam, cum dicit, Infelix ego homo. Quod quidem est per peccatum quod in homine habitat, siue quantum ad carnem tantum, sicut in iusto, siue etiam quantum ad mentem, sicut in peccatore. Prou. 14. Miseros facit populos peccatum. Psal. Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem. Aliud autem querit dicens, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Quae quidem videtur questio esse desideratis, secundum illud Psal. Educ de carcere animam meam. Sciendum est tamen quod in corpore hominis considerari potest natura ipsa corporis quae est conueniens animae, unde ab ea non vult separari. 2. Cor. 5. Nolumus expoliari, sed superuestiri. Et iterum corruptio quae aggrauat animam, secundum illud Sapi. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, &c. Et ideo signanter dicit, De corpore mortis huius. Deinde cum dicit, Gratia dei, &c. respondet questionem. Non enim homo propriis viribus potest liberari a corporis corruptione, nec etiam animam, quamuis consentiat rationi contra peccatum, sed solum per gratiam Christi secundum illud Io. 8. Si filius vos liberauerit, verum liberi eritis. Et ideo sequitur gratia dei. f. me liberabit, quae datur per Iesum Christum. Io. 14. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Haec autem liberat a corpore mortis huius dupliciter. Vno modo ut corruptio corporis meti non dominetur trahens eam ad peccandum. Alio modo ut corruptio corporis totaliter tollatur. Quantum ergo ad primum conuenit dicere peccatori, gratia liberauit me de corpore mortis huius. i. liberauit me a peccato in quo est anima inducta ex corporis corruptione: sed ad hoc iam iustus liberatus est, unde ei competit dicere quantum ad secundum, gratia dei liberauit me de corpore mortis huius, vt. f. in corpore meo non sit corruptio peccati aut mortis, quod erit in resurrectione. Deinde cum dicit, Igitur ego ipse, &c. infert conclusionem quae secundum duas praemissas expositiones diuersimode ex praemissis inferitur: secundum enim quod praemissa verba exponuntur in persona peccatoris sic inferenda est conclusio. Dicitur est quod gratia dei liberauit me a corpore mortis huius, vt. f. ab eo non deducatur in peccatum: ergo quando ero iam liberatus, metem serui legi dei: secundum carnem autem legi peccati, quae quidem in carne remanet quantum ad fomitem, per quem caro concupiscit aduersus spiritum. Si autem praemissa verba intelligatur ex persona iusti, sic est inferendum, gratia dei per Iesum Christum liberauit me de corpore mortis huius: ita. vt. in me non sit corruptio peccati & mortis. Igitur ego ipse vnus & idem antequam liberer, mente serui legi dei, consentiens: carne autem serui legi peccati, in quantum caro mea secundum legem carnis mouetur ad concupiscendum. Cap. 8.

Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulat. Lex enim spiritus vita in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinem suam carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleteretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt, sapiunt: qui vero secundum spiritum sunt, quae sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax.

Postquam Apostolus ostendit quod per gratiam Christi liberamur a peccato & lege, hinc ostendit quod per eadem gratiam liberamur a damnatione. Et primum ostendit quod per gratiam Christi liberamur a damnatione culpae. Secundum quod per eadem gratiam liberamur a damnatione poenae, ibi. Si autem Christus &c. Circa primum duo facit. Primum proponit quod intendit. Secundum probat propositum. ibi. Lex enim vita, &c. Circa primum duo facit. Primum proponit beneficium quod gratia confert concludens ex praemissis, Gratia dei per Iesum Christum liberauit me de corpore mortis huius in qua existit nostra redemptio: ergo nunc ex quo sumus per gratiam liberati, nihil damnationis est residuum: quia & tollitur damnatio quantum ad culpam, & quantum ad poenam. Iob. 34. Ipse concedente pacem, quis est qui condemnet? Secundum ostendit quibus hoc beneficium concedatur, & ponit duas condiciones quae ad hoc requiruntur: quarum primam ponit, dicens, His qui sunt in Christo Iesu. i. qui sunt in incorporati per fidem & dilectionem, & fidei sacramentum. Gal. 3. Omnes quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Ioan. 13. Sicut palmas non potest ferre fructum nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. Illis vero qui non sunt in Christo Iesu, damnatio debetur. Vnde de ibidem subditur, Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmas, & arefcit: & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Secundam conditionem ponit, dicens. Qui non secundum carnem ambulat id est, concupiscentiam carnis non sequuntur. 2. Corint. 10. In carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Ex his autem verbis aliqui volunt accipere quod in infidelibus qui non sunt in Christo Iesu, etiam primi motus sunt peccata mortalia, quauis eis non consentiant, quod est secundum carnem ambulare. Si enim illi qui non secundum carnem ambulant, ex hoc non eis damnabile est quod dicitur carne serui legi peccati secundum primos concupiscentiae motus, quia sunt in Christo Iesu: sequitur a contrario sensu, quod illis qui non sunt in Christo Iesu, hoc sit damnabile. Ad hoc etiam rationem inducunt: Dicunt enim quod necesse est actum damnabilem esse, qui procedit ex habitu damnabilis peccati. Peccatum autem originale est damnabile, quia priuat hominem aeterna vita, cuius habitus manet in infideli, cui non est originalis culpa dimissa. Quilibet ergo motus concupiscentiae ex originali peccato proueniens, est in eis peccatum damnabile. Primum autem ostendendum est hanc positionem esse falsam. Primus enim motus habet quod non sit peccatum mortale ex eo quod rationem non attingit in qua completur ratio peccati. Ista autem causa etiam in infidelibus manet: unde in infidelibus primi motus, non possunt esse peccata mortalia. Præterea in eadem specie peccati, grauius peccat fidelis, quam infidelis: secundum illud Heb. 10. Quot magis putatis deteriora mereri, &c. Si ergo primi motus in infidelibus essent peccata mortalia, multo magis in fidelibus. Secundum respondendum est ad co-

rum rationes. Nam primum quidem ex litera Apostoli hoc habere non possunt. Non enim dicit Apostolus quod hoc solum non sit damnabile his qui sunt in Christo Iesu, quod carne seruiunt legi peccati secundum concupiscentiam motus: sed quod omnino nihil est eis damnationis. Illis autem qui non sunt in Christo Iesu, est hoc ipsum damnabile. Præterea si hoc ad primos motus referatur his qui non sunt in Christo Iesu, sunt damnabiles huiusmodi motus secundum damnationem originalis peccati quae adhuc in eis manet, a qua sunt liberati hi qui sunt in Christo Iesu. Non autem sic quod per huiusmodi motus noua addatur eis damnatio. Quod etiam secundum obiciunt non ex necessitate concludit quod intendunt. Non enim verum est quod actus quilibet procedens ex habitu peccati damnabilis, sit actus per se peccatus, sed solum quando est actus perfectus per consensum rationis. Si enim in aliquo sit habitus adulterij, motus concupiscentiae adulterij qui est actus imperfectus, non est in eo peccatum mortale, sed solum motus perfectus qui est per consensum rationis. Et præterea actus ex tali habitu procedens, non habet aliam rationem damnationis ab ea quae est secundum rationem habitus. Et secundum hoc primi motus in infidelibus ex eo quod procedunt a peccato originali, non afferunt damnationem peccati mortalis, sed solum originalis. Deinde cum dicit, Lex, &c. probat quod dixerat. Et primum quantum ad primam conditionem qua dixerat, nihil esse damnationis his qui sunt in Christo Iesu. Secundum quantum ad secundam conditionem qua dixerat, qui non secundum carnem ambulat, ibi. Qui non secundum carnem ambulamus, &c. Circa primum duo facit. Primum ponit probationem. Secundum manifestat quod supposuerat per causam, ibi. Nam quod impossibile erat legi, &c. Circa primum ponit talem rationem. Lex spiritus liberat hominem a peccato & morte, sed lex spiritus est in Iesu Christo: ergo per hoc quod aliquis est in Christo Iesu, liberat a peccato & morte: quod autem lex spiritus liberet a peccato & morte sic probat. Lex spiritus est causa vitae, sed per vitam excluditur peccatum, & mors quae est effectus peccati. Nam & ipsum peccatum est spiritualis mors animae, ergo lex spiritus liberat hominem a peccato & morte. Damnatio autem non est nisi per peccatum & mortem, ergo his qui sunt in Christo Iesu nihil damnationis existit: hoc est ergo quod dicit, Lex enim spiritus, &c. Ique quidem lex potest dici vno modo spiritus sanctus, vt sit sensus, Lex spiritus. i. lex quae est spiritus: lex enim ad hoc datur, vt per eam homines inducantur ad bonum, vnde & Philosophus in 2. Ethico. dicit, quod intentio legislatoris est ciues facere bonos, quod quidem lex humana facit, solum notificando quid fieri debeat: sed spiritus sanctus mentem inhabitans non solum docet quid oporteat fieri intellectum illuminando de agendis, sed etiam affectum inclinat ad recte agendum. Io. 14. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quantum ad primum: & suggeret vobis omnia, quantum ad secundum. quaecumque dixerit vobis. Alio modo lex spiritus potest dici proprius effectus spiritus sancti. f. fides per dilectionem operans, quae quidem & docet interius de agendis, secundum illud infra 1. Io. 2. Vnctio docebit vos de omnibus, & inclinat affectum ad agendum, secundum illud. 2. Cor. 5. Charitas Christi vrget nos. Et haec quidem lex spiritus dicitur lex noua, quae vel est ipse spiritus sanctus, vel eam in cordibus nostris spiritus sanctus facit. Hic. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum super scribam eam. De lege autem veteri supra dixit solum quod erat spiritualis. i. a spiritu sancto data. Et sic praedicta considerantes, inuenimus quatuor leges ab Apostolo esse inductas. Primum legem Moysi, de qua dicit, Condelector legi dei secundum interioremem hominem. Secundum legem fomitis, de qua dicit, Video aliam legem in membris meis. Tertium legem naturalem secundum vnum sensum de qua subdit, Repugnans legi mentis meae. Quartum tradit legem nouam, cum dicit, Lex spiritus: & addit vitam: quia sicut spiritus naturalis facit vitam naturalem, sic spiritus diuinus facit vitam gratiam. Io. 6. Spiritus est qui viuificat. Ezech. 1. Spiritus vitae erat in rotis. Addit autem, In Christo Iesu, quia. f. iste spiritus non datur nisi his qui sunt in Christo Iesu. Sicut enim spiritus naturalis non peruenit ad membrum quod non habet connectionem ad Caput, ita spiritus sanctus non peruenit ad hominem qui non est capiti Christo iunctus. 1. Io. 3. In hoc scimus quod ipse manet in nobis, quia de spiritu suo ipse dedit nobis. Act. 5. Spiritus sanctus quem dedit deus omnibus obedientibus sibi. Haec inquam lex ex eo quod est in Christo Iesu liberauit me. Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, verum liberi eritis. Et hoc a lege peccati. i. a lege fomitis quae inclinat ad peccatum vel a lege peccati. i. a consensu & operatione peccati quod hominem tenet ligatum per modum legis. Per spiritum enim sanctum remittitur peccatum. Io. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et mortis non solum spiritualis, sed etiam corporalis, vt infra probabitur. Et hoc ideo quia est spiritus vitae. Ezech. 37. A quatuor veteris veni spiritus & insuffla super interfectos istos & reuiuifcant. Deinde cum dicit, Nam quod impossibile, &c. manifestat quod dixerat. f. quod lex vitae quae est in Christo Iesu liberauit a peccato. Nam quod liberet a morte, infra probabit. Et hoc probat per causam quae sumitur ex incarnatione Christi. Circa quam tria ponit. Primum necessitatem incarnationis. Secundum modum incarnationis, ibi, Deus filium suum, &c. Tertium incarnationis fructum, ibi, Et de peccato, &c. & vt planior fiat expositio, accipiemus primum secundum, secundum tertium: tertium primum hoc modo. Recte dico quod lex spiritus vitae in Christo Iesu liberauit a peccato. Nam deus pater filium suum. i. proprium consubstantiali sibi & coaeternum. Psal. Dominus dixit ad me filius meus es tu, &c. Mittens non de nouo creans vel facies, sed quasi praexistentem misit. Mat. 21. Nouissimè misit ad eos filium suum, non quidem vt esset vbi non erat, quia vt dicitur Ioan. 1. In mundo erat: sed vt esset modo quo non erat in mundo. i. visibiliter per carnem assumptam, vnde ibidem sequitur, Verbum caro factum est, & vidimus gloriam eius. Bar. 3. Post hoc in terris visus est. Et ideo hinc subditur, In similitudinem carnis peccati: quod non est sic intelligendum quasi veram carnem non habuerit, sed solum carnis similitudinem quasi phantasticam, sicut Manichei dicunt, cum ipse dominus dicat Luc. vlti. Spiritus carnis & ossa non habet sicut videtis me habere. Vnde non subdit solum, in similitudinem carnis, sed in similitudinem carnis peccati. Non enim habuit carnem peccati. i. cum peccato conceptam, quia caro eius fuit concepta per spiritum sanctum qui tollit peccatum. Mat. 1. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Vnde Psal. dicit, Ego in innocentia mea ingressus sum. f. in mundum. sed habuit similitudinem carnis peccati. i. similem carnem carni peccati in hoc quod erat passibilis: nam caro hominis ante peccatum passioni subiecta non erat. Hebr. 2. Debit per omnia fratribus assimilari vt misericors fieret. Subdit autem duplicem effe-

Quid sit lex spiritus vitae & quomodo dicitur. Differentia legis spiritus ab alijs legibus. Lex spiritus est fides per dilectionem operans quae etiam vitam includit, & dicitur lex noua, lex gratiae, lex fidei, lex spei. Quatuor leges ex Paulo sunt inueniuntur, & non sunt spiritus

Duplex effectus in carne. Quod quidem potest legi de peccato. i. pro peccato commisso in carne Christi diabolo intelligat ab occisoribus eius. Damnavit. i. destruxit peccatum, quia cum diabolus innocetum in quo nihil turis habebat attentavit morti tradere, iustum fuit ut potestatem amitteret. Et ideo per suam passionem & mortem dicitur peccatum destruxisse. Col. 2. Expolians. i. in cruce principatus & potestates. Sed melius est ut dicatur, Damnavit peccatum in carne. i. debilitavit fomitem peccati in carne nostra de peccato. i. ex virtute passionis sue & mortis que dicitur peccatum propter similitudinem peccati, ut dictum est: vel quia per hoc factus est hostia pro peccato quae in sacra scriptura dicitur peccatum. Osee. 4. Peccata populi mei comedent. unde dicit 2. Cor. 5. Eum qui non noverat peccatum pro nobis deus fecit peccatum. i. hostiam pro peccato. Et ita satisfaciendo pro nostro peccato abstulit peccata mundi. Io. 1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Secundum effectum ponit consequenter, dicens, ut iustificatio legis. i. iustitia quam lex promittebat, & quam ex lege aliqui sperabant, impleretur. i. perficeretur in nobis existentibus. i. in Christo Iesu. infra 9. Gentes quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam quae est ex fide. Et 2. Cor. 5. cum dixisset, Eum qui non noverat peccatum deus pro nobis fecit peccatum: subdit, Ut nos efficeremur iustitia dei in ipso hoc aliter fieri non poterat quam per Christum, & ideo praemisit quod. i. damnare potest peccatum in carne, & imple- re iustificationem, quod erat impossibile legi Moyse. Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Et hoc quidem erat legi impossibile, non propter defectum legis, sed in quo. i. in quantum infirmabatur per carnem. i. propter infirmitatem carnis, quae erat in homine ex corruptione fomitis, ex qua proveniebat quod etiam lege data ho- mo a concupiscentia vincebatur. Mat. 26. Spiritus quidem propius est, caro autem infirma. Et supra. 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. Et ex hoc patet quod necesse est Christum incarnari, unde & Gal. 2. dicitur, Si per legem est iustitia Christus gratis mortuus est. i. sine causa. Ideo ergo necessarium fuit Chri- stum incarnari, quia lex iustificare non poterat. Deinde cum dicit, Qui non secundum carnem, &c.] probat propositum quantum ad secundam conditionem, ostendens quod ad hoc quod aliqui damnationem evadant requiritur quod non secundum carnem ambulent. Et circa hoc tria facit. Primum proponit quod intendit. Secundum probat propositum. ibi, [Qui enim secundum carnem, &c.] Tertium manifestat quoddam quod in probatione supposuerat, ibi, [Quonia sapientia, &c.] Dicit ergo primum, Dicitum est quod iustificatio legis impletur in no- bis, qui. i. non solum sumus in Christo Iesu, sed etiam non ambulamus secundum carnem, sed secundum spiri- tum. i. qui non sequimur concupiscentias carnis, sed instinctum spiritus sancti. Gala. 5. Spiritu ambulate. Deinde cum dicit, Qui enim secundum carnem, &c.] probat quod dixerat, & inducit duos syllogismos, unum quidem ex parte carnis qui est talis, Quicumque sequuntur prudentiam carnis, ducuntur ad mortem: sed quicum- que sunt secundum carnem, sequuntur prudentiam carnis: ergo quicumque sunt secundum carnem, ducuntur ad mortem. Alium syllogismum ponit ex parte spiritus qui est talis, Quicumque sequuntur prudentiam spiritus, conse- quuntur vitam & pacem: sed quicumque sunt secundum spiritum, sequuntur prudentiam spiritus: ergo quicumque sunt secundum spiritum, sequuntur vitam & pacem. Et sic patet quod illi qui non ambulant secundum carnem, sed se- cundum spiritum, liberantur a lege peccati & mortis. Primum ergo ponit minoris primi syllogismi, dicens: Qui enim secundum carnem. i. qui carni subduntur quasi ei subiecti. Rom. 16. Huiusmodi domino non serviunt, sed suo ventri. Sapiunt ea quae sunt carnis, ac si dicat, habent sapientiam carnis. Sapere enim quae sunt carnis, est approbare & iudicare bona esse quae sunt secundum carnem. Mat. 16. Non sapis quae dei sunt, sed quae ho- minis. Hier. 4. Sapientes sunt ut facerent mala. Secundum, ponit minoris secundi syllogismi, dicens [Qui vero sunt secundum spiritum]. i. qui spiritum sanctum sequuntur, & secundum eum ducuntur, secundum illud Gal. 5. Si spiritu ducimini non estis sub lege. Sentiunt ea quae sunt spiritus. i. qui habet rectum sensum in rebus spiri- tualibus, secundum illud Sap. 1. Sentite de domino in bonitate. Et horum ratio est, quia sicut Philosophus di- cit in 3. Ethic. Qualis est vnusquisque, talis finis videtur ei. Unde ille cuius est animus informatus per habitum bonum vel malum, existimat de fine secundum exigentiam illius habitus. Tertium, ponit maiorem primi syllogis- mi, dicens, [Nam prudentia carnis, &c.] Ad cuius intellectum oportet scire quod prudentia est recta ratio agibi- lium, ut dicit Philosophus 6. Ethic. Recta autem ratio agendorum unum praesupponit & tria facit. Praesupponit enim finem qui est sicut principium in agendis, sicut & ratio speculativa praesupponit principia ex quibus de- monstrat. Facit autem recta ratio agibilia tria. Nam primum recte conciliatur. Secundum, recte iudicatur de conciliatis. Tertium, recte, & conflater praecipit quod iudicatum est. Sic ergo ad prudentiam carnis requiritur quod aliquis praesupponat pro fine delectabile carnis, & quod concilietur & iudicet & praecipiat ea quae conveniunt ad hunc finem. Unde talis prudentia est mors. i. causa mortis aeternae. Gal. vl. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Quartum, ponit maiorem secundi syllogismi, dicens, [Prudentia autem spiritus vita & pax.] Dicitur autem secundum praedicta prudentia spiritus, quando aliquis praesupposito fine spiritualis boni conciliatur & iudicat & praecipit quae ordinantur convenienter ad hunc finem. Unde talis prudentia est vita. i. causa vitae, gratiae & gloriae. Gal. vl. Qui seminat in spiritu, de spiritu & metet vitam aeternam. Et est pax. i. causa pacis. Nam pax causatur a spiritu sancto. Psal. Pax multa diligentibus legem tuam domine. Gal. 5. Fructus spiritus charitas, gaudium & pax.

Quid prudentia ratione. Et praesupponit finem. Tres actus. Et rationis. Quid prudentia spiritus. Ostendit quod prudentia carnis sit mors. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter iustificationem: quod si spiritus eius qui suscitavit Iesum a mortuis, habitat in vobis qui suscitavit Iesum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Ergo fratres debitorum sumus, non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Supposuerat Apostolus in praecedentibus quod prudentia carnis mors est, & hoc quidem nunc probare inten- dit. Et primum probat propositum. Secundum, ostendit fideles quibus scribit a tali prudentia esse alienos, ibi, [Vos autem &c.] Circa primum duo facit. Primum propositum probat de prudentia carnis in abstracto. Secundum id quod

de prudentia carnis dixerat, adaptat eis qui prudentiam carnis sequuntur, ibi, [Qui autem in carne, &c.] Circa primum ponit tria media quorum posterius probat prius. Per primum autem probat id quod supra positum est. quod prudentia carnis sit mors hoc modo, qui inimicatur deo incurrit mortem. Lu. 19. Veruntamen inimicos illos qui noluerit me regnare supra se, adducite huc & interficite ante me. Et hoc quia deus vita nostra est. Deut. 3. Ipse est enim vita tua. Et ideo ille qui inimicatur deo incurrit mortem, sed prudentia carnis inimica est deo: ergo prudentia carnis est causa mortis. Vbi notandum est quod id quod supra dixerat prudentiam carnis nunc nominat carnis sapientiam, non quod idem sit sapientia simpliciter & prudentia, sed quia in rebus huma- nis, est prudentia. Prouer. 10. Sapientia est viro prudentia. Ad cuius intellectum sciendum quod sapiens simplici- ter dicitur qui cognoscit causam altissimam ex qua omnia depedent. Causa autem suprema omnium deus est. Unde sapientia simpliciter est cognitio diuinarum rerum, ut Aug. dicit in lib. de trinitate 1. Cor. 3. Sapientiam loquimur inter perfectos. Dicitur autem sapiens in vnoquoque genere qui cognoscit altissimam causam illius generis: sicut in arte aedificatoria dicitur sapiens, non ille qui scit dolare ligna & lapides, sed ille qui concipit & dis- sponit convenienter formam domus: ex hoc enim totum artificium dependet, unde & Apostolus dicit 1. Cor. 3. Ut sapiens architectus fundamentum posui. Sic igitur sapiens in rebus humanis dicitur qui bonam aestimatio- nem habens de fine humanae vitae, secundum hoc ordinat totam humanam vitam quod pertinet ad prudentiam. Et ita sapientia carnis est idem quod carnis prudentia. De hac sapientia dicitur Iac. 3. Non est de sursum descen- dens, sed terrena, animalis, diabolica. Dicitur autem haec sapientia deo inimica, quia contra legem dei hominem inclinatur. Job. 15. Currit aduersus deum collo erecto. Et ideo ad hoc probandum inducit aliud medium subdēs, Legi enim dei non est subiecta. Non enim potest aliquis deum odire secundum quod in se est, cum deus sit ipsa essentia bonitatis, sed secundum hoc aliquis peccator deum odit, quod praecipit diuinae legis est contrarium suae voluntati: sicut adulter odit deum in quantum odit hoc praecipitum, Non moechaberis. Et sic omnes peccato- res in quantum nolunt subiici legi dei, sunt inimici dei. 2. Par. 19. His qui oderunt deum amicitia iugeris. Unde conuenienter probat quod prudentia vel sapientia carnis sit inimica deo, quia non est subiecta legi dei. Probat autem hoc per tertium medium, dicens, [Nec enim potest.] Prudentia enim carnis vitium est quoddam: ut ex praedictis patet, quantaque vitium ille qui subiectus est vitio possit liberari a vitio & subiici deo, secundum illud supra 6. Liberati a peccato serui facti deo: tamen ipsum vitium deo subiici non potest, cum ipsum vitium sit auersio a deo vel a lege dei, sicut ille qui est niger potest fieri albus, sed ipsa nigredo nunquam potest fieri alba. Et secun- dum hoc dicitur Mat. 7. Non potest arbor mala fructus bonos facere. Ex quo patet quod non recte Manichei ad confirmationem sui erroris haec verba assumunt, volentes per haec verba ostendere naturam carnis non esse a deo, cum sit inimica deo, nec possint deo subiici. Non enim agit Apostolus hic de carne ista quae est creatura dei, sed de prudentia quae est vitium hominis, ut dictum est. Deinde cum dicit, [Qui autem in carne, &c.] adaptat quod dixerat de prudentia carnis ad homines quibus prudentia carnis dominatur, dicens, Qui autem in carne sunt. i. qui concupiscentias carnis sequuntur per prudentiam carnis quando tales sunt, deo placere non possunt, quia ut in Psal. dicitur, Bene placitum est deo super timentes eum. Unde illi qui ei non subiiciuntur non possunt ei placere quando tales sunt. Possunt autem desinere esse in carne secundum modum praedictum & tunc deo placebunt. Deinde cum dicit, [Vos autem, &c.] ostendit eos quibus loquitur esse immunes a pru- dentia carnis. Et circa hoc tria facit. Primum ponit fidelium statum, dicens, Vos autem non estis in carne, & sic pater non esse intelligendum de carnis natura. Romani enim quibus loquebatur mortales erant carne induti. Sed carnem accipit per vitia carnis, secundum illud 1. Cor. 6. Caro & sanguis regnum dei non possunt possidere. Unde dicit, Vos non estis in carne. i. non estis in vitia carnis, quasi secundum carnem viuete. 1. Cor. 10. In car- ne viuentes non secundum carnem militamus, sed in spiritu. i. spiritum sequimini. Apoc. 1. Fui in spiritu dominica die. Secundum apponit conditionem, dicens, [Si tamen spiritus dei habitat in vobis.] i. per charitatem. 1. Cor. 3. Templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis. Apponit autem hanc conditionem, quia quantum in baptismo spi- ritum sanctum receperint: potuissent tamen coningere quod per peccatum superueniens spiritum sanctum amississent. de quo dicitur Sap. 1. Quod corripitur a superueniente iniquitate. Tertium ostendit conditionem hanc oportere in eis extare, dicens, [Si quis spiritum Christi non habet hic non est eius] sicut non est membrum corporis quod per spiritum corporis non viuificatur, ita non est membrum Christi qui spiritum Christi non habet. 1. Io. 4. In hoc scimus quonia manet in nobis, quoniam est de spiritu suo dedit nobis. Est autem notandum quod idem est spiritus Christi, & dei patris, sed dicitur dei patris in quantum a patre procedit. Dicitur spiritus Christi in qua- tum procedit a filio. Unde etiam dominus vbiq; attribuit cum simul sibi & patri, sicut Io. 14. Paracletus spiri- tus sanctus quem pater mittet in nomine meo. Item cum venerit paracletus quem ego mittam vobis a patre, &c. Deinde cum dicit, [Si autem Christus, &c.] ostendit quod per gratiam Christi siue per spiritum sanctum li- beramur a peccato. Et primum ostendit quod liberamur per spiritum sanctum in futuro a morte corporali. Secun- dum quod interim in hac vita adiuuamur a spiritu sancto contra infirmitates praesentes vitae, ibi [Similiter autem, &c.] Circa primum tria facit. Primum proponit quod intendit. Secundum ostendit quod consequamur ex eo in quantum est spiritus dei patris, ibi, [Quod si spiritus eius, &c.] Dicit ergo, dictum est quod si quis spiri- tum Christi non habet, hic non est eius, unde cum vos sitis Christi, spiritum Christi habetis: & ipsum Chri- stum in vobis habitantem per fidem, secundum illud Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus ve- stris. Si autem Christus sic in vobis est, oportet vos Christo esse conformes. Christus autem sic venit in mun- dum ut quantum ad spiritum esset plenus gratiae & veritate, & tamen quantum ad corpus haberet similitudi- nem carnis peccati, ut supra dictum est. Unde & hoc oportet esse in vobis quod corpus quidem vestrum propter peccatum quod adhuc manet in carne vestra mortuum est. i. necessitati mortis addictum, sicut Gene. 2. dicitur, Quacumque die comederitis mortem moriemini. i. necessitati mortis addicti eritis. Spiritus vero vivit, qui iam reuocatus est a peccato, secundum illud Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestrae: viuunt vita gratia

Quid sapiens. Sapientum di- versis genera.

Quomodo deus possit o- di haberi & quomodo no.

Excluduntur Manichei.

Status fide- lium.

propter iustificationem per qua iustificatur a deo. Gal. 2. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filij dei. supra 1. Iustus ex fide vivit. Deinde cum dicit. Quod si spiritus, &c. ostendit quid consequamur in spiritu sancto inquam est spiritus patris, dicens. Quod si habitat in vobis spiritus eius. scilicet dei patris qui suscitavit Iesum Christum a mortuis. Psalm. Tu autem domine miserere mei & respice me. Act. 3. Hunc deus suscitavit, &c. Et tamen ipse Christus propria virtute resurrexit, quia eadem est virtus patris & filii: consequens est quod id quod deus pater fecit in Christo, faciat etiam in nobis. Et hoc est quod subdit, qui suscitavit Iesum Christum a mortuis vivificabit & mortalia corpora vestra. Non dicit, mortua, sed mortalia: quia in resurrectione non solum a corporibus vestris auferetur quod sunt mortua. i. necessitatem mortis habentia, sed etiam quod sunt mortalia. i. potentia mori quale fuit corpus ante peccatum. Nam post resurrectionem corpora nostra erunt penitus immortalia. Esa. 26. Vivent mortui, &c. Osee 6. Vivificabit nos post duos dies. Et hoc propter inhabitantem spiritum eius in nobis. i. in virtute spiritus sancti in nobis habitantis. Eze. 37. Haec dicit dominus deus osibus his. Ecce ego intromittam in vobis spiritum, & viveris. Et hoc propter inhabitantem spiritum. i. propter dignitatem quam corpora nostra habent eo quod fuerunt receptacula spiritus sancti. i. Cor. 6. Nescitis quod membra vestra templum spiritus sancti. Illi vero quorum membra non fuerunt templum spiritus resurgent, sed habebunt corpora passibilia. Deinde cum dicit. Ergo debitor es, &c. concludit correlarium ex dictis. Et primo ponit conclusionem. Secundo rationem assignat, ibi. Si enim, &c. Dicit ergo primo, Dicitur est quod per spiritum sanctum multa bona nobis proveniunt, & quod ex prudentia carnis sequitur mors: ergo debitor es sumus spiritui sancto propter beneficia ab eo recepta, ut vivamus secundum spiritum, & non carnem. Gal. 5. Si spiritu vivimus: spiritui & ambulemus. Deinde cum dicit. Si enim secundum carnem, &c. assignat rationem conclusionis praemissae. Et primo quantum ad carnem, dicens, Si enim secundum carnem vixeritis, sequendo concupiscentias carnis, moriemini. i. morte culpa in praesenti, & morte damnationis in futuro. i. Timo. 5. Quae in delictis vivens mortua est. Secundo assignat rationem quantum ad spiritum, dicens. Si autem spiritu. i. per spiritum. i. mortificaveritis facta carnis. i. opera quae ex concupiscentia carnis proveniunt, vivetis vita gratiae in praesenti, & vita gloriae in futuro. Col. 3. Mortificate membra vestra quae sunt super terram. Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis.

Ostenditur per spiritum sanctum vitam gloriosam.

Quicunque enim spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. Si autem filij & haeredes. Haeredes quidem dei, cohaeredes autem Christi. Si tamen compatimur, & glorificemur.

Postquam Apostolus proposuit quod per spiritum sanctum dabitur nobis vita gloriosa quae omnem mortalitatem a corporibus nostris excludet, hic probationem inducit. Et primo ostendit quod per spiritum sanctum huiusmodi gloriosa vita datur. Secundo ostendit quare differat, ibi. Si tamen compatimur, &c. Circa primum ponit talem rationem. Quicumque sunt filij dei consequuntur aeternitatem gloriosae vitae: sed quicumque reguntur spiritu sancto, sunt filij dei: ergo quicumque reguntur spiritu sancto consequuntur aeternitatem gloriosae vitae. Primo ergo ponit minorem praedictae rationis. Secundo maiorem, ibi. Si autem, &c. Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi. Non enim accepistis, &c. Circa primum duo consideranda sunt. Primo quidem quomodo aliqui aguntur a spiritu dei, & potest sic intelligi, Quicumque spiritu dei aguntur sicut quodam ductore & direttore, quod quidem in nobis facit spiritus. i. inquam illuminat nos interioriter quid facere debeamus. Psalm. Spiritus tuus bonus deducet me, &c. Sed quia ille qui dicitur ex seipso non operatur. Homo autem spiritualis non tantum usufruitur a spiritu sancto quid agere debeat, sed etiam cor eius a spiritu sancto movetur. Ideo plus intelligendum est in hoc quod dicitur, Quicumque spiritu dei aguntur. Illa enim agi dicuntur quae quodam superiori instinctu moventur. Vnde de brutis dicimus quod non agunt, sed aguntur: quia a natura movetur & non ex proprio motu ad suas actiones agendas. Similiter autem homo spiritualis non quasi ex motu propriae voluntatis principaliter: sed ex instinctu spiritus sancti inclinatur ad aliquid agendum, secundum illud Esa. 56. Cum venerit quasi fluvius violentus quae spiritus dei cogit. Et Luc. 4. Quod Christus agebatur a spiritu in deserto. Non tamen per hoc excluditur quin viri spirituales per voluntatem & liberum arbitrium operentur, quia ipsum motum voluntatis & liberi arbitrij spiritus sanctus in eis causat, secundum illud Phil. 2. Deus est qui operatur in vobis velle & perficere. Secundo considerandum est quomodo illi qui spiritu dei aguntur sunt filij dei. Et hoc est manifestum ex similitudine filiorum carnalium qui per semen carnale a patre procedens generantur. Semen autem spirituale a patre procedens, est spiritus sanctus. Et ideo per hoc semen aliqui homines in filios dei generantur. i. Io. 3. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit, quoniam semen dei manet in eo. Deinde cum dicit, Non enim accepistis, &c. probat propositum. i. quod spiritum sanctum accipientes sint homines filij dei, & hoc dupliciter. Primo quidem ex distinctione donorum spiritus sancti. Secundo ex confessione nostra, ibi. In quo clamamus, &c. Circa primum considerandum est, quod spiritus sanctus duos effectus facit in nobis: unum quidem timoris. Esa. 11. Replebit eum spiritus timoris domini. Alium amoris supra 5. Caritas dei diffusa est per spiritum sanctum in cordibus nostris qui datus est nobis. Timor autem facit servos, non autem amor. Ad cuius evidentiam considerari oportet quod timor habet duo obiecta. i. malum quod quis timendo refugit, & illud a quo sibi hoc malum imminere videtur. Dicitur enim homo timere & occisionem, & regem qui potest occidere. Contingit autem quandoque quod malum quod quis refugit, est contrarium bono corporali vel temporali quod quis interdum inordinate amat & refugit pati ab aliquo homine temporali. Et hic est timor humanus vel mundanus: & hic non est a spiritu sancto. Et hunc prohibet dominus. Mat. 10. Nolite timere eos qui corpus occidunt. Alius autem est timor qui refugit malum, quod contrariatur naturae creatae. i. malum poene, sed tamen refugit hoc pati a causa spirituali. i. a deo, & hic timor est laudabilis quantum ad hoc saltem quod deum timet. Deut. 5. Quis det eos talem habere mentem ut timeant me: Et secundum hoc a spiritu sancto est. Sed in quantum talis timor non refugit malum quod opponitur bono spirituali. i. peccatum sed solum poenam, non est laudabilis. Et istum defectum

Timor duplex obiectum. Timor mundanus non est a spiritu sancto. Timor servilis quid in se habet bene & quid male.

non habet a spiritu sancto, sed ex culpa hominis sicut & fides informis quantum ad id quod est fidei, est a spiritu sancto, non autem eius informitas. Vnde & si per huiusmodi timorem aliquis bonum faciat, non tamen bene facit, quia non facit sponte, sed coactus metu poene, quod proprie est servorum. Et ideo timor iste proprie dicitur servilis, quia serviliter facit hominem operari. Est autem tertius timor qui refugit malum quod opponitur bono spirituali. i. peccatum vel separationem a deo & hoc quidem timet incurtere ex iusta dei vindicta. Et sic quantum ad utrumque obiectum respicit rem spirituales, sed tamen cum hoc habet oculum ad poenam. Et iste timor dicitur esse initialis, quia solet esse in hominibus in initio suae conversionis. Timent enim poenam propter peccata praeterita, & timent separari a deo per peccatum propter gratiam charitatis infusam. Et de hoc dicit in Psalm. Initium sapientiae timor domini. Est autem quartus timor quod ex utraque parte oculum habet solum ad rem spirituales, quia nihil timet nisi a deo separari. Et iste timor est sanctus qui permanet in seculo seculi, ut in Psalm. dicitur. Sicut autem timor initialis causatur ex charitate imperfecta: ita hic timor causatur ex charitate perfecta. i. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Et ideo timor initialis & timor castus non distinguuntur contra amorem charitatis qui est causa utriusque, sed solum timor poenae: quia sicut hic timor facit servitutem, ita amor charitatis facit libertatem filiorum. Facit enim hominem voluntarie ad honorem dei operari, quod est proprie filiorum. Lex igitur vetus data est in timore, quod significabat tonitrua & alia huiusmodi quae facta sunt in datione veteris legis, ut dicitur Exo. 19. Et ideo dicitur Heb. 12. Et ita terribile erat quod videbatur. Et ideo lex vetus per inflectionem poenarum inducens ad mandata dei servanda, data est in spiritu servitutis. Vnde dicitur Gal. 4. Vnum quidem in monte Syna in servitute generas. Et ideo hic dicit, Recedite dictum est quod qui spiritu dei aguntur, &c. Non enim iterum in nova lege, sicut in veteri lege fuit, accepistis spiritum servitutis in timore. i. poenam quem timorem spiritus sanctus faciebat: sed accepistis spiritum. i. charitatis qui est adoptionis filiorum. i. per quem adoptamur in filios dei. Gal. 4. Ut adoptionem filiorum recipere mus. Non autem hoc dicitur quasi sit alius & alius spiritus, sed quia idem est spiritus. i. qui in quibusdam facit timorem servilem quasi imperfectum, in aliis facit amorem quasi quoddam perfectum. Deinde cum dicit, In quo clamamus, &c. manifestat idem per nostram confessionem. Profitemur enim nos patrem habere deum in structi a domino cum dicimus orantes, Pater noster qui es in caelis, ut habetur Mat. 6. Hoc autem convenit dicere non solum Iudaeis, sed etiam Gentibus. Et ideo duo ponit idem significancia. i. abba quod est Hebraicum, & pater quod est Latinum vel Graecum, ut ostendat hoc ad utrumque populum pertinere. Vnde & dominus Mar. 14. Abba pater omnia possibilia sunt tibi. Hier. 3. Patrem vocabis me: Hoc autem dicimus non tantum sono vocis quantum intentione cordis, quae quidem propter sui magnitudinem clamor dicitur, sicut & ad Moysen tacentem dicitur Exo. 14. Quid clamas ad me. i. intentione cordis. Sed ista magnitudo intentionis ex affectu filialis amoris procedit quae in nobis. i. facit. Et ideo dicit, In quo. i. spiritu sancto clamamus abba pater. Vnde Esa. 6. dicitur quod seraphim qui interpretantur ardentes quasi igne spiritus sancti clamabant alter ad alterum. Deinde cum dicit, Ipse enim spiritus, &c. ostendit idem ex testimonio spiritus sancti, ne forte aliquis dicat quod in nostra confessione decipimur, vnde dicit, Ideo dico quod in spiritu sancto clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit, non quidem exteriori voce ad aures hominum sicut pater, prestatus est de filio suo Mat. 3. sed reddit testimonium per effectum amoris filialis, quem in nobis facit. Et ideo dicit quod testimonium reddit non auribus, sed spiritui nostro, &c. Act. 3. Nos testes sumus horum verborum. Deinde cum dicit, Si autem filij, &c. ponit maiorem & primo ostendit quod filii debentur haereditas, dicens, Si autem aliqui filij per spiritum. i. sequitur etiam quod sint haeredes, quia non solum filio naturali, sed etiam adoptivo debetur haereditas. i. Per. 1. Regeneravit nos in spem vitam in haereditatem, &c. Psalm. Haereditas mea praclara est mihi. Secundo ostendit quare sit ista haereditas. Et primo describit eam quantum ad deum patrem, dicens, Haeredes quidem dei. Dicitur autem aliquis haeres alius cuius existere qui principalia eius bona percipit seu adipiscitur non autem quod cubinarum largitus est munera. Bonum autem principale quo deus dives est, est ipsemet. Est enim dives per seipsum, & non per aliquid aliud, quia extrinsecorum bonorum non indiget, ut dicitur in Psalm. Vnde ipsum deum adipiscuntur filij dei pro haereditate, vnde Psalm. Dominus pars haereditatis meae. Thren. 3. Pars mea dominus dicit anima mea. Sed cum filii haereditatem non adipiscuntur nisi patre defuncto, videtur quod homo non possit esse haeres dei, qui nunquam decedit. Dicendum est autem quod illud habet locum in bonis temporalibus quae simul a multis possideri non possunt, & ideo necesse est unum decedere ut alius succedat: sed bona spiritualia simul a multis haberi possunt, & ideo necesse est unum decedere ut alius succedat: sed bona spiritualia simul a multis haberi possunt, & ideo necesse est unum decedere ut alius succedat. Potest tamen dici quod deus decedit nobis in quantum est in nobis per fidem: erit autem nostra haereditas in quantum videbimus eum per speciem. Secundo describit hanc haereditatem ex parte Christi, dicens, Coheredes autem Christi quia ipse cum sit principalis filius a quo nos filiationem participamus, ita est principalis haeres cui in haereditate coniungimur. Mat. 22. Hic est haeres, &c. Mich. 1. Adhuc haeredem adducam tibi. Deinde cum dicit, Si tamen compatimur, &c. ostendit causam dilectionis huius vitae gloriosae. Et primo ponit causam ex parte passionum. Secundo ponit praerogativam gloriae ad passiones, ibi, Existimo enim, &c. Circa primum considerandum est quod Christus qui est principalis haeres ad haereditatem gloriae pervenit per passiones. Luc. vlti. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Non autem nos facilius modo debemus haereditatem adipisci. Et ideo nos etiam oportet per passiones ad illam haereditatem pervenire. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Non enim statim immortale & impassibile corpus accipimus ut simul cum Christo pati possimus, si tamen compatimur, id est, simul patienter sustinemus tribulationes huius mundi, ut & cum Christo glorificemur. 2. Timo. 2. Si commortui sumus & conregnabimus.

Quis ex timore servilis aliquid facit bonum facit, sed non bene. De timore initiali qui dicitur timor filialis.

Lex vetus data est in timore & in spiritu servitutis.

Quomodo alii quis possit esse haeres dei, cum nunquam moriatur deus.

Existimo enim quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis. Nam ex parte creaturae revelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creaturae subiecta est non volens, sed propter eum quod subiecit eam in spe, quia ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemisit & parturit usque adhuc.

Ostenditur excellentia futurae gloriae per passiones huius saeculi.

Suprà Apostolus assignat causam dilationis immortalis vitæ, quæ est hæreditas filiorum dei, ex eo quod oportet nos Christo compati, vt ad eius gloriæ societatem perueniamus. Et quia posset aliquis dicere onerosam esse hæreditatem huiusmodi, ad quam non potest, nisi per toleratiam passionum perueniri, ideo hic ostendit excellentiam futuræ gloriæ ad passiones presentis temporis. Et primò ponit quod intendit. Secundò ostendit propositum, ibi [Nam expectatio &c.] Dicit ergo primò, Dicitur est quod oportet nos pati, vt & glorificemur, nec debemus fugere passiones, vt gloriam habeamus. Existimo enim ego qui vtrunque expertus sum. Eccl. 3. 4. Vir in multis expertus, cogitabit multa. Ipse abundanter passiones sustinuit: secundum illud 2. Corin. 11. In laboribus & carceribus abundatus. Ipse etiam futuræ gloriæ contemplator fuit: secundum illud 2. Corin. 12. Raptus in paradysum, & audiuit arcana verba, &c. Hoc inquam existimo quod passiones huius temporis non sunt passiones condignæ ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Vbi quatuor ponit ad ostendendum excellentiam illius gloriæ. Primò quidem designat eius æternitatem, cum dicit [Ad futuram] scilicet post hoc tempus, nihil autem est post hoc tempus nisi æternitas. Vnde illa gloria excedit passiones huius temporis, sicut æternum temporale. 2. Corin. 4. Id quod in presenti est momentaneum & leuæ tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloria pondus operatur in nobis. Secundò designat eius dignitatem, cum dicit [Gloriam] quæ claritate quandam dignitatis insinuat. Psalm. Exultabunt sancti in gloria. Tertiò designat manifestationem, cum dicit [Quæ reuelabitur.] Nunc enim gloriam quidem habent sancti, sed occultatam in conscientia. 2. Corin. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostræ. Tunc autem gloria illa in conspectu omnium reuelabitur, & bonorum & malorum, de quibus dicitur Sapien. 5. Mirabuntur in subitatione imperator salutis. Quartò designat eius veritatem cum dicit [In nobis] Gloria enim huius mundi vana est: quia est in his quæ sunt extra hominem, putat in apparatu diuitiarum & in opinione hominum. Psalm. In multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Sed illa gloria erit deo, eo quod est intra hominem: secundum illud Luc. 17. Regnum dei intra vos est. Sic igitur passiones huius temporis, si secundum se considerentur, multum deficiunt à quantitate huius gloriæ. Esa. 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Sed si considerentur huiusmodi passiones in quantum eas aliquis voluntariè sustinet propter deum ex charitate quam in nobis spiritus sanctus facit, sic ex condigno per huiusmodi passiones homo meretur vitam æternam. Nam spiritus sanctus est fons, cuius aquæ, id est effectus, saluant in vitam æternam, vt dicitur Ioan. 4. Deinde cum dicit [Nam expectatio creaturæ &c.] ostendit propositum per excellentiam illius gloriæ. Et primò ex expectatione creaturæ. Secundò ex expectatione apostolorum, ibi [Non solum autem &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit expectationem creaturæ. Secundò manifestat eam, ibi [Vanitati enim &c.] Dicit ergo primò, Dicitur est quod etiam futura gloria excedit passiones presentes. Et tamen hoc manifestum est Nam expectatio creaturæ, id est ipsa creatura, expectans expectat reuelationem filiorum dei: quia vt dicitur 1. Ioan. 3. Nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Occultat enim dignitas diuinæ filiationis in sanctis propter exteriores passiones, sed post modum reuelabitur illa dignitas, quæ immortalis & gloriosam vitam suscipient, ita quod ex persona impiorum dicitur Sapien. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei. Dicit autem expectatio expectat, vt talis geminatio intensiorem expectationis designet, secundum illud Psalm. Expectans expectaui dominum. Sciendum est autem quod creatura hic tripliciter accipi potest, Vno modo homines iusti, qui specialiter creatura dei dicuntur. Vel quia permanent in bono, in quo creati sunt. Vel propter excellentiam, quia omnis creatura quodammodo eis deseruit. Iaco. 1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Hæc autem creatura, id est homo iustus, expectat reuelationem gloriæ filiorum dei, tãquam præmium sibi repromissum. Tit. 2. Expectantes beatam spem & aduersum gloriam magni dei. Secundò potest dici creatura ipsa humana, quæ subicitur bonis gratia, quæ quidem in hominibus iniustus nondum iustificata est, sed est sicut informis. In omnibus autem iam iustificatis est quidè partim formata per gratiam, sed tamen est adhuc informis respectu illius formæ, quam est acceptura per gloriam. Sic igitur ipsa creatura, i. nos ipsi, secundum quod consideramur in bonis naturæ, expectat reuelationem gloriæ filiorum dei. Quod etiam nobis competit per gratiam, sicut si dicamus quod materia expectat formam vel colores expectant completionem imaginis, sicut dicit glo. Iob 14. Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Tertio modo potest intelligi de ipsa creatura sensibili, sicut sunt elemèta huius mundi: secundum illud Sap. 13. A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit eorum creator videri. Huiusmodi autem creatura dupliciter aliquid expectat: nã expectatio creaturæ sensibilis secundum quod est à deo, ordinatur ad aliquè finem, quod quidè cõtingit dupliciter. Vno modo secundum quod deus imprimit aliquam formam & virtutè naturalem huiusmodi creaturæ ex qua inclinatur ad aliquè finem naturalem, puta si dicamus quod arbor expectat fructificationem, & ignis expectat locum sursum. Alio modo creatura sensibilis ordinatur à deo ad aliquè finem, qui superexcedit formam naturalem ipsius. Sicut enim humanum corpus inductur quadam forma gloriæ supernaturali, ita tota creatura sensibilis in illa gloria filiorum dei quadam nouitate gloriæ cõsequetur: secundum illud Apo. 21. Vidi caelum nouum & terram nouam. Et per hunc modum creatura sensibilis expectat reuelationem filiorum dei. Deinde cum dicit [Vanitati enim &c.] manifestat prædictam expectationem. Et primò ponit necessitatem expectandi. Secundò expectationis terminum, ibi [Quia & ipsa creatura &c.] Tertiò expectationis signum, ibi [Scimus enim quod omnis creatura &c.] Necessitas autem expectandi est ex defectu cui subiacet creatura. Cui enim nihil deficit, nõ habet necesse aliquid expectare. Defectum autem creaturæ ostendit, dicens, Vanitati enim creatura subiecta est. Et siquidem per creaturam intelligatur homo iustus, sic intelligitur subiecti vanitati. i. istis rebus corporalibus, quæ sunt mutabilia & caduca. Vnde dicitur vana, secundum illud Eccl. 1. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Subicitur autem eis propter necessitatè presentis vitæ, circa ea occupationem habens, non tamen volens, quia huiusmodi temporalia non amat, sicut illi contra quos dicitur in Psalm. Vt quid diligitis vanitatem & queritis medicum. Sed tamen huiusmodi vanitati subicitur talis creatura propter eum id est propter ordinationem dei qui subiecit eam. i. hominè iustum huiusmodi sensibilibus creaturis. & tamen

Quomodo
passiones &
alios nostri
sunt merito-
ry, & quo-
modo non.

Hic accipi-
tur tripliciter
creatura.

men in spe, vt. f. quãdoque à tali occupatione homo liberetur in resurrectione. f. quãdo neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in celo. Matth. 22. Si verò intelligatur creatura ipsa humana natura, sic est subiecta vanitati. i. passibilitati, secundum illud Psalm. Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. Non tamen volens, quia talis vanitas est humanæ naturæ in pœnã inflicta. Pœna autem est inuoluntaria, sicut & culpa voluntaria, sed tamen huiusmodi passionibus humana natura subicitur propter eum. i. propter sententiã dei, qui subiecit eam. f. humanã naturã defectibus: sed tamen in spe quãdoque euadendi huiusmodi passionibus. Esa. 28. Non in perpetuum trituran trituranabit. Si autem intelligatur de creatura sensibili, sic talis creatura subiecta est vanitati. i. mutabilitati non volens. Huiusmodi enim defectus qui consequuntur mutabilitatem, sicut corruptio & senium & alia huiusmodi sunt cõtra naturã particularem huius vel illius rei, cuius appetitus est ad conseruationem, licet sint secundum naturam vniuersalem. Sed nihilominus huiusmodi vanitati creatura sensibilis subicitur propter eum. i. propter ordinationem dei qui subiecit eam in spe, id est in expectatione gloriæ nouitatis, vt supra dictum est. Deinde cum dicit, [Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei.] Et siquidem per creaturam intelligatur homo iustus, per seruitutem corruptionis intelligitur cura querendi victum & vestitum, & alia quibus seruitur nostræ mortalitati, quæ est quadam seruitus à qua liberabuntur sancti tendentes in libertatem gloriæ filiorum dei. Qui quantum nunc habeant libertatem iustitiæ, quæ est à seruitute peccati, nondum tamen habent libertatem gloriæ, quæ est à seruitute miseriarum. Iob 39. Quis dimisit onagram liberum? Si verò per creaturã intelligatur humana natura, ipsa liberabitur à seruitute corruptionis. i. ad literam à passibilitate & corruptione, & hoc tendens in libertatem gloriæ filiorum dei, quæ est nõ solum à culpa, sed etiã à morte, secundum illud 1. Corin. 15. Absorpta est mors in victoria. Si verò intelligatur de creatura sensibili, sic ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. i. mutabilitatis: quia in qualibet mutatione est aliqua corruptio, vt August. dicit, & etiã Philoophus in 8. Phisic. & hoc in libertatè gloriæ filiorum dei, quia hoc etiam libertati gloriæ filiorum dei congruit, vt sicut ipsi sunt innouati, etiam eorum habitatio innouetur. Esa. 65. Ego creo celos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, id est prior mutabilitas creaturæ, quia & ipsa, &c. secundum primum sensum. Ac si dicatur, Non solum nos Apostoli, sed etiam alij iusti. In sensu autem secundo, non solum iusti, sed etiam ipsa humana natura, quæ in quibusdam nõdum est renouata per gratiam. In tertio autem sensu, intelligendum est, ac si dicatur, Non solum homines, sed alia creatura. Deinde cum dicit, [Scimus enim, &c.] ponit signum expectationis, Scimus enim nos Apostoli per spiritum sanctum instructi, & etiam per experimentum quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Quod quidem si intelligatur de creatura sensibili, habet difficultatè. Primò quidem quantum ad hoc quod dicit, Ingemiscit & parturit: hoc enim conuenire videtur non nisi creaturæ rationali, sed potest sic exponi vt hoc quod dicit, Ingemiscit, idem sit ei quod dixit, non volens. In illis enim ingemiscimus, quæ nostræ voluntati repugnant. Sic ergo in quantum defectus naturæ sensibilis sunt contra naturalem appetitum particularis naturæ, dicitur ipsa creatura sensibilis ingemiscere. Quod autem dicit, Parturit, idem est ei quod supra dixerat, Expectat. Nam parturitio est via ad prolem producendam. Secundum autem dubium est in hoc quod dicit, [Omnis creatura,] quia sic etiam includerentur corpora caelestia. Vnde & glosa dicit quod sol & luna non sine labore statuta sibi implent spatia, sed exponendum est vt Labor accipiatur pro Motu, sicut & Requies quandoque accipitur pro Cessatione ab opere, sicut deus die septima requieuit dicitur Gen. 1. Et secundum hoc, gemitus intelligatur corruptio, quæ aut miscetur motui lo cali, prout, scilicet definit esse in hoc, vbi & incipit esse in alia. Per parturitionem autem intelligitur ordinatio caelestium corporum ad eorum inuouationem. Si verò exponatur de hominibus, sic dicitur humana natura, omnis creatura, quia participat cum omni creatura, cum spirituali quidem quantum ad intellectum, cum animali quantum ad corporis animationem, cum corporali quantum ad corpus. Hic ergo creatura, id est homo, ingemiscit partim propter mala quæ patitur, partim propter bona sperata quæ differuntur. Thren. 1. Multi gemitus mei. Parturit autem, quia cum quadam afflictione animi sustinet dilationem gloriæ expectatæ. Prouer. 13. Spes quæ differtur affligit animam. Io. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet. Psalm. Ibi dolores vt parturientis. Dicit autem vsque adhuc, quia iste gemitus nõ est ablatas per nostrã iustificationem, sed manet vsque adhuc. i. vsque ad mortem, vel vsque adhuc, quia & si aliqui iam sunt liberati qui sunt in gloria, adhuc tamè nos sumus residui. Vel vsque adhuc, quia nõ solum antiqui patres qui fuerunt ante Christum, sed etiam adhuc tempore gratiæ eadè patimur. 2. Pet. 3. dicitur ex persona impiorum. Vbi est promissio aut aduentus eius. Ex quo patres dormierunt omnia sic perseuerat ab initio creaturæ. Est autem sciendum quod creatura dei potest dici omne illud quod sub deo est: aliqui voluerunt prædicta verba exponere de quali bet creatura, etiam de angelis sanctis: sed valde inconueniens est vt ipsi dicantur vanitati subiecti, aut ingemiscere & parturire: vt ipsi iam habeat gloriam, cuius similitudinè expectamus, secundum illud Matr. 22. Erunt sicut angeli dei in caelis: & ideo conuenientius secundum prædicta exponitur. Lectio 5.

Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, ex expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem que videtur, non est spes. Nam quod videtur, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Similiter autem & spiritus adiuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desiderat spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis.

Suprà ostendit Apostolus excellentiam futuræ gloriæ & expectationem creaturæ, nunc ostendit idè ex expectatione Apostolorum. Nõ autè potest esse paruū quod à magnis viris expectatur tã anxie. Et circa hoc duo facit. Primò proponit quod intendit. Secundò probat propositum, ibi [Spe enim, &c.] Circa primum tria facit. Primò proponit dignitatem expectantiū, cum dicit, [Nõ solum autè illa,] scilicet creatura, expectat gloriã filiorum dei, sed & nos ipsi, scilicet Apostoli, habentes primitias spiritus sancti, quia scilicet spiritum sanctum & tempore prius, & cæteris abundantius Apostoli habuerunt, sicut & in fructibus terræ illud quod primò ad ma-

Ostenditur
magnitudo
glorie futurae
ex expectatio-
ne magnorum
s. apostolorum.

Apostoli
habuerunt
primitias

*Spiritus
quia spiritus
sanctus accepit
runt & tempo
re prius &
ceteris abmi
dantius.
Magnitudo
meriti simpli
citer est acha
ritate.*

*Deus dat gra
tiam vnici
que proportio
nata est ad
quod eligatur*

*Quid impor
tat patientia.*

*Scimus in ge
nerali quid o
remus, non ta
mē in speciali*

turitatē petuenit, est pinguius & magis acceptum. Hier. 2, Sanctus Israel domino primitiæ frugum eius. Hæb. 12, Accessistis ad ecclesiā primitiuorū qui cōscripti sunt in cælestibus. Ex quo patet q̄ Apostoli sunt omnib⁹ aliis sanctis, quacūque prerogatiua præfulgeat, siue virginitatis, siue doctriinæ, siue martyrii, præferendi, tanquam abundantius spiritum sanctū habentes. ¶ Sed potest aliquis dicere, q̄ quidam alij sancti maiora tormenta sustinuerunt, & maiores austeritates propter Christum, quā Apostoli. ¶ Sed sciendum est quod magnitudo meriti principaliter & respectu essentialis præmiij, attenditur secundum charitatē. Consiſtit enim præmiū essentialē in gaudio quod habetur de deo. Manifestū est autem quod de deo plus gaudebunt qui plus amant. Vnde & illam visionem beatā, dominus suo dilectō promittit, dicens Ioan. 14, Si quis diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligā eum, & manifestabo ei meipsum. Sed secundū quantitatē operum, meretur homo præmiū accidentale, quod est gaudiū de talibus operibus. Apostoli ergo illa opera quæ fecerunt, ex maiori charitate fecerunt, ex qua habebant cor ad multa maiora faciendā si fuisset opportunum. Si autē dicat aliquis, potest tantum quis conari quod habebit equalē charitatem cum Apostolis. Dicendum quod charitas hominis non est à seipso, sed ex gratia dei quæ datur vniciueque secundum mēsuram donationis Christi, vt dicitur Ephes. 4, Vnicuique autem dat gratiā proportionatam ei ad quod eligitur, sicut homini Christo data est excellentissima gratia, quia ad hoc est electus vt eius natura in vnitate personæ diuinæ assumeretur, & post eum habuit maximam plenitudinem gratiæ beata Maria, quæ ad hoc est electa vt esset mater Christi. Inter ceteros autem ad maiorem dignitatem sunt electi Apostoli, vt. i. immediatē ab ipso accipiētes, alijs traderent ea quæ pertinent ad salutem, & sic in eis ecclesiā quodammodo fundaretur, secundum illud Apoc. 21, Murus habebat fundamenta duodecim, & nomina Apostolorum erant in eis scripta: & ideo dicitur 1. Corinth. 12, Deus posuit in ecclesiā primū quidē Apostolo. Et ideo deus eis abundantiorē gratiam præ ceteris tribuit. Secūdo ponit anxietatē expectationis, cum dicit, [Et ipsi intra nos gemimus.] Qui quidem gemitus designat afflictionē ex dilatione rei cum magno desiderio expectatæ, secundum illud Prou. 13, Spes quæ differtur, affligit animam. Psal. Laboraui in gemitu meo. Ille autem gemitus nō est tam exterius, quā interior, tum quia ex interiori cordis affectu productus, tum quia est propter interiora bona: vnde signanter dicit, Intra nos. Thre. 1, Multi gemitus mei. Tertiō ponit rē expectatam, dicens, [Adoptionē filiorū dei expectantes]. i. cōpletionem huius adoptionis. Inchoata enim est huiusmodi adoptio per spiritū sanctū iustificantem animā. Suprà eodem, Accepistis spiritū adoptionis filiorū. Cōsummabitur autē per ipsius corporis glorificationē: vnde suprà 5, Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Et hoc est q̄ subdit, Redemptionem corporis nostri, vt. i. sicut spiritus noster redēptus est à peccato, ita corpus nostrū redimatur à corruptione & morte. Ofes 13, De morte redimā eos, Philip. 3, Reformabit corpus humilitatis nostræ. ¶ Deinde cum dicit, [Spe enim, &c.] probat quod dixerat tali ratione, Spes est de his quæ non præsentialiter videntur, sed in futuro expectantur. Sed nos sumus salui facti per spem, ergo expectamus in futuro complementum salutis. Primō ergo ponit minorem dicens, [Nos enim Apostoli & ceteri fideles spe salui facti sumus] quia. i. spem nostrā salutis habemus. 1. Pet. 1, Regenerauit nos in spem viuā. psal. Sperate in eū omnis congregatio populi. Secūdo ponit maiorem, dicens, [Spes autem]. i. res sperata, quæ videtur quasi præsentialiter habitari: nō est spes. i. nō est res sperata, sed habitata. Spes enim est expectatio futuri. Soph. 8, Expecta me in die resurrectionis meæ in futurū. Tertiō ponit probationē maioris, dicens, [Nam quod videt quis quid]. i. cur sperat, quasi dicat, Spes importat motū animæ in aliquid nō habitum tendentē. Cum autem aliquid iam haberetur, non est necessariū vt in id aliquid moueatur. ¶ Et est notandum q̄ quia spes ex fide quodammodo oritur, attribuit spei opus illud quod est fidei. f. esse de nō viſis, secundum illud Hæb. 11, Fides est argumentū non apparentium. Quartō ponit conclusionē, dicens, [Si autem quod non videmus speramus,] sequitur q̄ per patientiam expectamus. ¶ Vnde notandum est quod propriē patientia importat tolerantiam tribulationum cum quadam æquanimitate. Infrā 12, In tribulatione patientes, quia verō dilatio boni habet quandā rationem mali, Inde est quod etiā diutina expectatio bonorum absentiu, cum tranquillitate animi attribuitur patientiæ, sed hæc maximē ad longanimitatem pertinent, secundum illud Iac. 2, Patientes estote vsque ad aduentū domini. Vtroque autē modo patientia hīc accipitur: quia Apostoli expectabant æquanimenter gloriam, & cum dilatione & tribulatione. ¶ Deinde cum dicit, [Similiter autem, &c.] ostendit quomodo per spiritum sanctū adiuuamur in defectibus vitæ præsentis. Et primō quantum ad completionem desideriorum. Secūdo quantum ad directionem exteriorum euentuum, ibi [Scimus autem, &c.] Circa primū duo facit. Primō proponit quod intendit. Secūdo manifestat propositum, ibi [Nam quid oremus, &c.] Dicit ergo primō, Dicitū est q̄ per spiritum sanctū viuificabuntur nostra mortalia corpora, quando auferetur à nobis nostra infirmitas. Similiter autem, & in statu huius vitæ, in quo adhuc infirmitati subiicimur, spiritus adiuuat infirmitatem nostrā, & si nō totaliter eam rollat. Eze. 3, Spiritus quoque eleuauit me, & assumpsit me: abii amarus in indignatione spiritus mei, quasi infirmitate nodum totaliter cessante. Manus enim domini erat mecum confortans me. Et in hoc spiritus me assumpsit. Matth. 26, Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. ¶ Deinde cum dicit, [Nam quid oremus, &c.] manifestat quod dixerat. Et primō ostendit necessitatē auxiliij spiritus, quod pertinet ad infirmitatē præsentis vitæ. Secūdo ostendit modum auxiliij, ibi [Sed ipse spiritus, &c.] Tertiō ostendit efficaciam auxiliij, ibi [Qui autem scrutatur, &c.] Dicit ergo primō, Rectē dico quod spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam in hoc patimur infirmitatem quod nescimus quid oremus, sicut oportet. Iob 3, Viro cuius abscondita est via, & circūdedit eum deus tenebris. ¶ Et est considerandum quod duo dicit nos Apostolus nescire, scilicet quid orando petamus, & modum quo petere oporteat: sed vtrunque videtur esse falsum. Nam primū scimus quid oremus: quia hoc nos dominus docuit Matth. 6, Sanctificetur nomen tuum, &c. ¶ Sed dicendum quod in generali quidem possumus scire quid conuenienter oremus, sed in speciali hoc non possumus scire. Primō quidem, quia si desideramus aliquid opus virtutis facere, quod est implere voluntatē dei, sicut in cælo & in terra, potest contingere quod illud opus virtutis non est huic vel illi congruum: sicut alicui qui vtiliter posset in actione proficere, non expedit con-

templationis quies, & econuerso, vt Gregorius dicit in moralibus super illud Iob 5, Ingredieris in abundantia sepulchrum. vnde dicitur Proverbio. 14, Est via quæ videtur homini iusta, nouissima autem illius ducit ad mortem. Secūdo aliquis desiderat aliquid temporale bonum ad sustentationem vitæ quod est petere panem quotidianum, quod tamen sibi vertitur in periculum mortis. Multi enim propter diuitias perierūt. Eccle. 5, Diuitiæ conseruat in malum domini sui. Tertiō aliquis desiderat liberari ab aliqua molestia tentationis, quæ tamen est sibi ad custodiam humilitatis: sicut Paulus petiit amoueri à se stimulum, qui tamen erat ei datus, ne eum magnitudo reuelationum extolleret, vt dicitur 2. Corinth. 12. Similiter etiam videtur quod sciamus sicut nos oportet orare: secundum illud Iaco. 1, Postulet in fide nihil hæsitans. ¶ Et ad hoc dicendum quod in generali hoc scire possumus, sed speciali motu cordis nostri vsquequaque discernere non possumus: vt puta vtrum petamus aliquid ex ira, vel ex zelo iustitiæ. Vnde & Mat. 10, Reprobata est petitio filiorum Zebedei, quia licet videretur participatiōem diuinæ gloriæ postulare, tamen ex quadam gloria seu elatione procedebat eorum petitio. ¶ Deinde cum dicit, [Sed ipse, &c.] Ponit modum auxiliij spiritus sancti dicens, quod ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quod quidem videtur suffragari errori Arrij & Macedonij, qui posuerunt spiritum sanctum esse creaturam & minorem patre & filio, postulare enim est minoris, sed si ex eo quod dicit eum postulare, intelligamus eum esse passibilem creaturā & patre minore, consequens est etiam quod ex eo q̄ dicit gemitibus postulare, intelligamus eum esse passibilem creaturā beatitudine carētem, quod nullus vnquam hæreticus dixit. Nam gemitus ex dolore est qui ad miseriam pertinet. Et ideo exponendū est, Postulat. i. postulantes nos facit, sicut & Gen. 22, Nunc cognoui quod timeas dominum. i. cognoscere feci. Facit autem spiritus sanctus nos postulare, in quantum in nobis recta desideria causat. Nam postulatio est quardam desideriorum explicatio. Desideria autem recta ex amore charitatis proueniunt, quam in nobis. i. facit. Suprà 5, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis. Spiritu autem sancto dirigente & instigatē cor nostrum, & nostra desideria non possunt esse nisi nobis vtilia. E. fa. 4, Ego dominus docēs te vtilia. & ideo subdit, Pro nobis. Eius autem quod multum desideramus & desideranter petimus, dilationem cum dolore & gemitibus patimur. & ideo subdit, Gemitibus, quos scilicet in corde nostro causat, in quantum scilicet nos facit cælestia desiderare, quæ differuntur. Ille est gemitus columbæ, quem scilicet, in nobis facit. Nahum 2, Minabantur gementes vt columbæ. Dicit autē, Inenarrabilibus: aut quia sunt propter rem inenarrabilem, scilicet celestem gloriam. 2. Corin. 12, Audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui. Aut quia ipsi motus cordis sufficienter enarrari non possunt, secundum quod à spiritu sancto procedunt. Iob 38, Quis enarrabit cælorum rationem? Deinde cum dicit, [Qui autem scrutatur &c.] ostendit efficaciam auxiliij, quo spiritus sanctus nos adiuuat dicēs, Qui autem scrutatur corda. i. deus cui proprium est corda scrutari. Psal. Scrutans corda & renes deus. Dicitur autē deus scrutari corda, non quod inquirendo occulta cordis cognoscat, sed quia manifestē scit ea quæ in corde latent. Sophon. 1, Scrutabor Ierusalem in lucernis. Deus in quā scrutans corda, scit. 1. approbat, secundū illud 2. Tim. 2, Nouit dominus qui sunt eius. Quid desideret spiritus. i. quid desiderare nos faciat. Psal. Domine ante te omne desiderium meum. Ideo autem desideria spiritus quæ in sanctis facit spiritus sanctus, sunt deo accepta: quia postulat pro sanctis. i. postulare eos facit secundum deum, id est quod conuenit diuino beneplacito. Prou. 10, Desiderium iustorum omne bonū, in cuius exemplum dominus patri dicebat. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Matth. 26. Lectio 6.

Scimus autem quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? ¶ Ostendit suprà Apostolus quod spiritus sanctus adiuuat infirmitates præsentis vitæ quātum ad impletionem nostrorū desideriorum, hīc ostendit qualiter nos iuuat quātum ad exteriores euentus, dirigendo in bonum nostrū. Et primō proponit quod intendit. Secūdo probat propositum, ibi [Nam quos præsciuit, &c.] Tertiō infert quandam conclusionē, ibi [Quis ergo separabit nos, &c.] Circa primū duo consideranda occurrunt. Primō quidem magnitudo beneficij quæ nobis à spiritu sancto confertur, vt scilicet omnia nobis cooperentur in bonum. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod quicquid fit in mundo, etiā si malum sit, cedit in bonum vnuerſi: quia vt Augustinus dicit in Enchi. Deus est aded bonus, q̄ nihil mali esse permetteret, nisi esset aded potēs quod ex quolibet malo posset elicere aliquid bonum. Nō autem semper cedit malum in bonum eius in quo est, quod sicut corruptio vnus animalis, cedit quidem in bonū vnuerſi in quantum per corruptionē vnus generatur aliud, non tamē in bonum eius quod corrumpitur: quia bonum vnuerſi est à deo volitum secundum se, & ad ipsum ordinantur omnes partes vnuerſi. Et eadem ratio esse videtur circa ordinem nobilissimarum partium ad alias partes, quia malum aliarum partiu ordinatur in bonum nobilissimarum. Sed quicquid fit circa nobilissimas partes non ordinatur nisi in bonū ipsarum: quia de eis propter se cura habetur, de aliis autem propter ipsas: sicut medicus infirmitatem pedis sustinet vt curet caput. Inter omnes autem partes vnuerſi excellunt sancti dei, ad quorū quemlibet pertinet quod dicitur Matth. 25, Super omnia bona sua constituet eum. Et ideo quicquid accidit, vel circa ipsos vel alias res, totū in bonum eorum cedit: ita quod verificatur quod dicitur Prou. 11, Qui stultus est, seruiet sapienti, quia. i. etiam mala peccatorum in bonū iustorum cedunt: vnde & deus specialem curā de iustis habere dicitur, secundum illud Psal. Oculi domini sup̄ iustos, in quantum. i. sic de eis curat quod nihil mali circa eos permittit, quod non in eorū bonum cōuertat. Et hoc quidem manifestū est quātum ad mala pœnalialia quæ patiuntur: vnde in glōsa dicitur, q̄ ipsorum in infirmitate exercetur humilitas afflictionē, patientia, contradictione, sapiētia, odio, beneuolentia, vnde 1. Pet. 3, Si quid patimini propter iustitiā, beati. ¶ Sed nūquid etiā eis peccata cooperantur in bonū? Quidam dicunt quod peccata non continentur sub hoc q̄ dicit omnia: quia secundum Augustinum, peccatum nihil est, & nihil sunt homines cum peccant. Sed contra hoc est,

*Error Arrij
& Macedo
nij.*

*Spiritus san
ctus non di
git in exte
rius mouen
tibus in bonū
nostrum.*

*Quicquid fit
in mundo ca
dit in bono
sanctorum e
tiam peccata.*

Boni hominis non in sola charitate, sed maxime in perseverantia charitatis esse ad mortem.

quod in glosa sequitur. Vsq̄ adeo talibus deus omnia cooperatur in bonum, vt si qui horum deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, vnde & in Psalm. dicitur, Cum ceciderit iustus non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Sed secundum hoc videtur quod semper tales in maiori charitate resurgant, quia bonum hominis in charitate consistit, quam si non habeat Apostolus se nihil esse recognoscit. primæ Corinthiorum 13. Sed dicendum est quod bonum hominis non solum consistit in quantitate charitatis, sed præcipue in ipsius perseverantia vsque ad mortem, secundum illud Matthæi 24, Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Ex hoc autem quod iustus cadit, resurgit cautiior & humiliior. vnde in gl. subditur, postquam dixerat q̄ hoc ipsum faciat eis in bonum proficere: quia si bi humiliores redeunt atque doctiores. Discunt enim cum tremore se exultare debere: non quasi arrogando sibi tanquam de sua virtute fiduciam permanendi. ¶ Secundò oportet considerare quibus hoc beneficium competat. Circa quod primò attenditur aliquid ex parte hominis. cum dicit, Diligentibus deum. dei enim dilectio est in nobis per inhabitantem spiritum, vt habitum est supra secundo. Ipse autē spiritus sanctus est qui nos dirigit in viā rectam, vt dicitur in Psalm. Vnde dicitur 1. Petri 3, Quis est qui vobis noceat si boni amulatores fueritis? Et Psalmista, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Et hoc rationabiliter: quia vt dicitur Prouerborum 8, Ego diligentes me diligo. Diligere est bonum velle dilecto: dei autem velle est operari. Omnia enim quæcumque voluit, fecit, vt in Psalm. dicitur. Et ideo deus omnia conuertit in bonum his qui eum diligunt. Secundò attenditur id quod est ex parte dei, qui primò fideles ab æterno prædestinauit. Secundò ex tempore vocat. Tertiò sanctificat, & hæc tria tangit cum dicit, His qui secundum propositū vocati sunt sancti. prædestinatis, vocatis & sanctificatis: vt propositum referatur ad prædestinationem quæ secundum Augustinum, est propositum miserendi. Ephe. 1. Prædestinatio secundum propositum eius. Quod dicit, vocati, ad vocationem pertinet. Esaiæ 41, Vocauit eum vt sequeretur se. Quod dicit, sancti, ad sanctificationem: secundum illud Leuitic. 21, Ego dominus qui sanctificaco. Hoc autem Apostolus se scire dicit ex persona sanctorum, dicens, Scimus Sapient. 10, Dedit illi scientiam sanctorum. Procedit autem hæc scientia, tum ex experimento, tum etiam ex consideratione efficaciarū charitatis. Canticorum 8, Fortis est vt mors dilectio. Et etiam prædestinationis æternæ. Esaiæ 46, Omnis voluntas mea implebitur, & omne consilium meum fiet. ¶ Deinde cum dicit, [Nam quos præsciuit &c.] probat quod dixerat tali ratione. Nullus potest nocere his quos deus promouet, sed prædestinatos diligentes deum deus promouet: ergo nihil potest eis nocere, sed omnia cedunt eis in bonum. Primò ergo probat minorem, scilicet quod eos deus promoueat. Secundò maiorem, scilicet, promotis à deo nihil potest esse nocium, ibi, [Quid ergo dicemus &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit ea quæ sunt ad promotionem sanctorum ab æterno. Secundò ea quæ sunt ex tempore, ibi, [Quos autem prædestinauit & cætera.] Ponit autem duo, circa primum, scilicet præscientiam & prædestinationem cum dicit, [Nam quos præsciuit & prædestinauit.] Dicunt autē quidam quod prædestinatio hic accipitur pro preparatione quæ est in tempore, quia scilicet deus præparat sanctos ad gratiam. & hoc dicunt ad distinguendum præscientiam à prædestinatione. Sed si rectè consideretur vtique est æternum, & differunt ratione. Nam sicut dictum est supra primò super illud, Qui prædestinatus est, prædestinatio importat præordinationem quandam in animo eorum quæ quis est facturus. Ab æterno autem deus prædestinauit beneficia quæ sanctis suis erat daturus. Vnde prædestinatio est æterna. Differt autem à præscientia secundum rationē, quia præscientia importat solam notitiā futurorum: sed prædestinatio importat causalitatem quandam respectu eorum. Et ideo deus habet præscientiam de peccatis: sed prædestinatio est de bonis salutaribus. Vnde Apostolus ad Ephe. 1, dicit, Prædestinati secundum propositum eius vt simus in laudem &c. Circa ordinem autem præscientiarū & prædestinationis dicunt quidam quod præscientia meritorum bonorum & malorum est ratio prædestinationis & reprobationis, vt scilicet intelligatur quod deus prædestinet aliquos quia præscit eos bene operaturos, & in Christum credituros. Et secundum hoc litera sic legitur, Quos præsciuit conformes fieri imaginis filij eius, hos prædestinauit. Et hoc quidem rationabiliter diceretur si prædestinatio respiceret tantum vitam æternam quæ datur meritis: sed sub prædestinatione cadit omne beneficium salutare, quod est homini ab æterno diuinitus præparatum: vnde eadem ratione omnia beneficia quæ nobis confert ex tempore, præparauit nobis ab æterno. Vnde ponere quod aliquod meritum ex parte nostra præsupponatur, cuius præscientia sit ratio prædestinationis, nihil est aliud quam gratiam ponere dari ex meritis nostris, & quo principium bonorū operum est ex nobis, & cōsummatio est ex deo. vnde conuenientius sic ordinatur litera, Quos præsciuit, hos & prædestinauit fieri conformes imaginis filij sui. Vt ista conformitas non sit ratio prædestinationis sed terminus vel effectus. Dicit enim Apostolus Ephe. 1, Prædestinauit nos in adoptionem filiorum dei. Nihil enim aliud est adoptio quam illa conformitas. Ille enim qui adoptatur in filium dei, conformatur vero filio eius. Primò quidem in iure participandæ hereditatis, sicut supra eodem dictum est, Si filij & heredes, heredes quidem dei, coheredes autem Christi. Secundò in participatione splendoris ipsius. Ipse enim est genitus à patre tanquam splendor gloriæ eius. Hebr. 1. Vnde per hoc quod sanctos illuminat de lumine sapientiæ & gratiæ facit eos fieri conformes sibi. vnde in Psalm. dicitur, In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. i. profundatē omnem splendorem sanctorum. Quod autem dicit, Imaginis filij eius: potest intelligi dupliciter. Vno modo vt sit constructio appositua, vt sit sensus, conformes imaginis filij eius qui est imago. Col. 1. Est imago inuisibilis dei. Alio modo potest intelligi vt sit constructio transitua, vt sit sensus, prædestinauit nos fieri conformes filio suo, in hoc quod portemus eius imaginē. 1. Cor. 15, Sicut portauimus imaginē terreni, sic portemus imaginem celestis. Dicit autem, Quos prædestinauit: non quia omnes præscitos prædestinet, sed quia eos prædestinare non poterat nisi præsciret. Hieremię primo, Priusquam te formarem in vtero noui te. Quid autem ex hac prædestinatione sequatur, subiūgit, Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Sicut enim deus suam naturalem bonitatem voluit aliis communicare, participando eis similitudinem suę bonitatis vt non solum sit bonus, sed etiā actor bonorū: ita filius dei voluit conformitatē suę filiationis aliis cōmunicare, vt nō solum

Differentia inter præscientiam & prædestinationem. De ordinis præscientiarū & prædestinationis. Sub prædestinatione cadit omne beneficium salutare.

sit ipse filius, sed etiam primogenitus filiorum. Et sic qui per generationem æternam est vnigenitus. secundum illud Ioannis 1, Vnigenitus qui est in sinu patris secundum collationem gratiæ, sit primogenitus in multis fratribus. Apoc. 1, Qui est primogenitus mortuorum & princeps regum terræ. Habet igitur Christus nos fratres, tum quia nobis similitudinem filiationis communicauit, sicut hic dicitur, tum quia similitudinem nostræ naturæ assumpsit. secundum illud Hebr. 2, Debuit per omnia fratribus assimilari. ¶ Deinde cum dicit, [Quos autem prædestinauit &c.] ponit ea quæ ex parte sancti diuinitus consequuntur. Et primò ponit vocationem cum dicit, [Quos prædestinauit hos & vocauit.] Prædestinatio autem eius irrita esse non potest secundum illud Esai. 14, Iurauit dominus exercituum, dicens, Si non vt putauit ita erit, & quomodo mēte tractauit, sic eueniet. Primū autem in quo incipit prædestinatio impleri, est vocatio hominis, quæ quidē est duplex, vna exterior quæ fit ore prædicatoris. Prouerb. 9, Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem. Hoc modo deus vocauit Petrum & Andream, vt dicitur Matthæi quarto. Alia verò vocatio est interior, quæ nihil aliud est quam quidam mentis instinctus, quo cor hominis mouetur à deo ad allentendum his quæ sunt fidei vel virtutis. Esaiæ 41, Quis suscitauit ab oriente iustum & vocauit eum vt sequeretur se? Et hæc vocatio necessaria est, quia cor nostrum non se ad deum conuerteret, nisi ipse deus nos ad se traheret. Ioannis 6, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Threnorū quinto, Conuerte nos domine ad te, & conuerterimur. Et etiam hæc vocatio est efficacis in prædestinatis, quia huiusmodi vocationi assentiunt. Ioannis 6, Omnis qui audiuit à patre meo & didicit, venit ad me. Vnde secundò ponit iustificationem, cum dicit, [Quos vocauit hos & iustificauit.] scilicet gratiam infundendo. Suprà tertio, Iustificati gratis per gratiam ipsius. Hæc autem iustificatio & si in aliquibus frustratur, quia non perseverant vsque ad finem: in prædestinatis tamen nunquam frustratur, vnde tertio ponit magnificationem cum subdit, [Hos & magnificauit.] Et hoc dupliciter. s. vno quidem modo per profectum virtutis & gratiæ. Alio autem modo per exaltationem gloriæ. Sapiēt. 11. In omnibus domine magnificasti populum tuum & honorasti. Ponit autem præteritū pro futuro si intelligatur de magnificatione gloriæ vel propter certitudinem futuri: vel quia quod in quibusdam est futurum, in aliis est completum. ¶ Deinde cum dicit, [Quid ergo dicemus &c.] manifestat maiorem. s. quod promotis à deo nullus potest nocere. Et primò ostendit quod non possit pati detrimentum per malum pœnæ, secundò quod nec per malū culpæ, ibi, [Quis accusabit &c.] Malum pœnæ est duplex. Vnum quidem consistit in illatione malorum, aliud in subtractione bonorum. Primò ostendit quod illi qui promouentur à deo, non patiuntur detrimentum per conatum alicuius peccantis, dicens, Quid ergo dicemus? quasi dicat, Cum tot bona deus suis electis præstet, quid potest dici contra hæc, vt scilicet prædicta dei beneficia annulentur? quasi diceret, nihil. Prouer. 21, Non est sapientia, & non est prudentia, & non est cōsiliū contra dominum. Vel quid dicemus? Ad hæc scilicet afficientes, & oportet nos obstupescere. Abac. 3, Secundum aliam literam. Consideraui opera tua & expaui. Vel quid dicemus ad hæc. i. quid poterimus deo retribuere tot beneficiis dignum? Psalmista, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et subiūgit, Si deus pro nobis est, scilicet prædestinatio, vocando, iustificando, & magnificando, quis contra nos scilicet, esse poterit efficaciter? Esai. 5, Stemus simul, quis est aduersarius meus? Iob 17, Pone me iuxta te & cuiusuis manus pugnet contra me. Secundò ostendit quod sancti dei non possunt pati detrimentum ex subtractione bonorum, dicens, [Qui etiam proprio filio non pepercit.] Cum autem supra de multis filiis mentionem fecisset, dicens, Accepistis spiritum ad optionis filiorum, ab omnibus illis hunc filium separari, dicens, Proprio filio suo, i. non adoptato vt hæretici mentiuntur, sed naturali & coæterno 1. Io. vlti. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo, de quo pater dicit Matthæi 3, Hic est filius meus dilectus. Quod autem dicit, Non pepercit intelligendum est quod eum à pœna non exemit. Nam culpa in eo non fuit cui parci potuisset. Prouerb. 13, Qui parci virgæ, odit filium suum. Non tamen deus pater filio suo non pepercit vt ei aliquid accresceret, qui est per omnia deus perfectus, sed propter nostram vtilitatem eum pœnæ subiicit. Et hoc est quod subdit, Sed pro nobis omnibus tradidit illum. i. exposuit eum pœnæ pro expiatione peccatorum nostrorum. supra 4, Traditus est propter delicta nostra. Esaiæ 53, Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum. Tradidit eum deus pater in mortem, eum incarnari & pati statuendo, & humanæ eius voluntati inspirando charitatis affectum qua pœnæ spontaneus subiret. Vnde ipse seipsum tradidisse dicitur. Ephe. 5, Tradidit semetipsum pro nobis, tradidit etiam cū Iudas, & Iudæi exterioris aliquid operando, vt supra 5, habitum est. ¶ Est autem notandum quod dicit, [Qui etiam proprio filio &c.] Quasi dicat, Non solum alios sanctos pro salute hominum tribulationi exposuit, secundum illud Osæ 6, Propter hoc dolui in prophetis. 2. Corinth. 1. Cum tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Sed etiam proprium filium suum. In ipso autē filio dei omnia existunt, sicut in primordiali præoperatiua causa. Coloss. 1, Ipse est ante omnia &c. Vnde eo tradito nobis omnia sunt data nobis, vnde subdit, Quomodo non etiam cum illo. s. dato nobis, omnia donauit nobis: vt. s. omnia cedant in bonum nostrum, superiora quidem scilicet diuinæ personæ ad fruendum, rationales spiritus ad conueniendum, omnia inferiora ad vtendum, non solum prospera, sed etiam aduersa. 1. Corinth. 3, Omnia vestra sunt, vos autē Christi, Christus autem dei: vnde pater quod sicut in Psalm. dicitur, Nihil deest timentibus eum.

Primum in executione prædestinationis.

Duplex vocatio. Vocationem efficacem sequitur iustificatio. Tertiò sequitur magnificatio quæ duplex est.

Ostenditur quod nullum malum nocent sanctis. Malum pœnæ duplex.

Quomodo omnia sint nobis data, dato Christo.

Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, immò qui et resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Ostenditur quod nullum malum parit à malo culpa.

¶ Postquam Apostolus ostendit quod sancti quos deus promouet nullum detrimentum pati possunt, quasi à malo pœnæ, hic ostendit quod nullum detrimentum pati possunt quasi à malo culpæ. Et primò ostendit

dit propositum. Secundò excludit quandam obuiationem, ibi [Christus Iesus &c.] Circa primum considerandum est quòd aliquis propter culpam laeditur à duobus. Primo quidem ab accusatione. Secundò à iudice condemnante. Primò ergo ostendit quòd nulla accusatio possit esse sanctis dei nociua: & hoc ratione diuinae electionis. Qui enim aliquè elegit ex hoc ipso cum approbare videtur. Sancti autem sunt electi à deo. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. Qui accusat, improbat eum quem accusat. Non est autem alicuius accusatio contra dei approbationem. Et ideo dicit, Quis accusabit, scilicet efficaciter aduersus electos id est, aduersus quos deus elegit, vt sint sancti. vnde dicitur Apoc. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Secundò quòd nullius accusatio potest esse sanctis nociua. Et hoc etiam ostendit ex alio dei beneficio, quo scilicet deus nos iustificat: quòd quidem beneficium pramittit, dicens, Deus scilicet est qui iustificat, secundum illud quòd supra dictum est, Quos vocauit, hos & iustificauit. 1. Corinth. 6. Sed iustificati estis. Còdemnatio autem contra iniustos locum habet. Quis est ergo qui còdemnet iustificatos à deo? Iob. 34, Ipse concedente pacem quis est qui condemnet? Deinde cum dicit, [Christus Iesus,] excludit obuiationem. Posset aliquis timere ne à Christo Iesu aliquis accusaretur & condemnaretur tanquam transgressor mandati ipsius Christi, sicut & de Moysè dominus dicit Ioannis. 5. Est qui accusat vos Moyses in quo speratis. Et quòd etiam ab ipso condemnaretur, eo quòd ipse est constitutus à deo iudex viuorum & mortuorum: vt dicitur Act. 10. Ipse etiam est immunis à peccato. 1. Corinth. 2. Qui peccatum non fecit, & ideo idoneus videtur ad accusandum & condemnandum, secundum illud Ioan. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et ideo dicit Christus Iesus, quasi diceret, Nunquid Christus Iesus accusabit aduersus electos dei, vel etiam eos condemnabit? Et ostendit quòd non, quia etiam ipse secundum humanitatem suam magna beneficia satis confert, sicut & secundum suam diuinitatem. Et ponit quatuor humanitatis ipsius beneficia. Primò quidem mortem cum dicit, [Qui mortuus est.] scilicet pro nostra salute. 1. Petri. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundò resurrectionem per quam, s. nos viuificat, & nunc vita spirituali, & tandem vita corporali. Vnde subdit, Qui & resurrexit. vt supra. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram. Addit autem, immo, quia potius esse nunc commemorandus ex virtute resurrectionis quam ex infirmitate passionis. 2. Corinth. vlt. Nam si crucifixus est ex infirmitate nostra, viuuit ex virtute dei. Tertiò ipsam patris còfessionem cum dicit, [Qui est à dextris dei,] id est, in aequalitate dei patris secundum naturam diuinam, & in posterioribus bonis eius secundum naturam humanam. Et hoc etiam est ad gloriam nostram, quia vt dicitur Ephe. 2. Consedere nos fecit in caelestibus in Christo Iesu. In quantum enim nos mèbra eius sumus, nos in ipso deo patri consedemus. Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Quartò interpellationem eius cum dicit, [Qui etiam interpellat pro nobis] quasi aduocatus noster existens. 1. Ioannis. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Ad officium aduocati pertinet, nò quòd accuset vel condemnet, sed magis accusatorem repellat, & condemnationem impediatur. Dicitur autem pro nobis interpellare dupliciter. Vno modo pro nobis orando, secundum illud Ioannis. 17. Non pro his rogo tantum, scilicet Apostolis, sed his qui credituri sunt per verbum eorum in me, Nunc autem eius interpellatio pro nobis est voluntas ipsius de nostra salute. Ioannis. 17. Volo vt vbi sum ego & illi sint mecum. Alio modo interpellat pro nobis humanitatem pro nobis assumptam, & mysteria in ea celebrata conspectui patris representando. Hebr. 6. Introiuit in ipsum caelum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Deinde cum dicit, [Quis ergo nos separabit &c.] infert conclusionem ex dictis. Et quia hæc conclusio quasi incredibilis videtur inexpertis, proponit eam per modum quaestionis, vnde tria facit. Primò proponit quaestionem. Secundò ostendit necessitatem quaestionis propositæ, ibi, [Sicut scriptum est &c.] Tertio ponit solutionem, ibi, [In his omnibus &c.] Potest autem hæc quaestio ex præmissis duplici ratione concludi. Primò quidem sic, Tot beneficia sunt nobis diuinitus collata, & tam efficacia vt nullus contra ea possit. Omnia autem prædicta beneficia ad hoc tendunt vt nos simus in charitate radicati & fundati. vt dicitur Ephe. 3. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? quia scilicet Christum diligimus & proximum, secundum quòd ipse præcepit. Ioannis. 13. Mandatum nouum do vobis &c. Alio modo sic, Dictum est quòd magna beneficia deus sanctis suis confert, ex quorum consideratione à deo charitas Christi in cordibus nostris feruet, quòd nihil eam extinguere potest. Cantico. vlti. Aque multæ non potuerunt extinguere charitatem. Proponit autè mala per quorū passionem aliquis credi posset vt charitatem Christi desereret. Et primò ponit ea quæ pertinent ad vitam. Secundò id quòd pertinet ad mortem. Circa verò ea quæ in vita imminenti sustinenda, primò ponit mala præsentia, secundò futura. Circa præsentia verò primò ponit ea quæ pertinent ad tolerantiam malorum. Secundò ea quæ pertinent ad defectum bonorum. Mala autem perpessa considerari possunt dupliciter. Vno modo secundum quòd sunt in patiente qui dupliciter ab eis affligitur, scilicet exterius secundum corpus. Et ad hoc pertinet tribulatio. Dicitur enim à tribulis quæ sunt herbae pungitiuæ. Genes. 3. Spinæ & tribulos germinabit tibi. Vnde aliquis tribulari dicitur cum exterius pungitur. Nec tamen propter hoc iusti vincuntur. Psal. Multæ tribulationes iustorū, & de his omnibus liberabit eos dominus. Affligitur etiam homo ab eis per internam anxietatem cordis, dū. s. aliquis nò videt quo diuertat, vel quomodo euadat. Et quantum ad hoc subdit, An angustia: Danie. 13. Angustie mihi sunt vndique & quid eligam ignoro. Alio modo huiusmodi mala considerari possunt secundum quòd sunt in agente. Et quantum ad hoc subdit, An persecutio: Quævis enim persecutio ad hoc proprie pertinet videatur quòd aliquis aliu persequitur effugando, secundum illud Matthæi. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. tamen communiter persecutio accipi potest pro inflexione cuiuslibet nocuenti. Psal. Multi persequuntur me qui tribulant me. Deinde ponit mala quæ pertinent ad subtractionem bonorū quæ sunt necessaria vitæ, s. cibis & vestimenta, secundum illud. 1. Tim. 6. Habentes alimenta & quibus regamur his contenti sumus. Ad subtractionem autè cibi pertinet fames. vnde subdit, An fames? Ad subtractionem autè vestitus pertinet nuditas. vnde subdit, An nuditas? 1. Cor. 4. Vsq; in hanc horam esurimus & sitimus, & nudi sumus. Quantum ad mala futura subdit, An periculum. s. imminens in futurū. 2. Cor. 12. Periculis fluminū, periculis latronum.

Si Christus nō resurrexisset, non fuisset nūc iustificati.

Christus dicitur pro nobis interpellare dupliciter.

Quantum autem ad mortem subdit, An gladius? Habræorum vndecimo, In occisione gladij mortui sunt. Deinde cum dicit, [Sicut scriptum est, &c.] ostendit huius quaestionis necessitatem per hoc quod dicit quod sanctis omnia ista imminabant patienda, propter Christi charitatem. Et inducit verba Psalmistæ quasi in persona martyrum proposita. In quibus primò ponit causam passionis. Martyrem enim nò facit poena, sed causa. vt dicit Aug. Vnde dicit propter te Mat. 10. Qui perdidit animam suam. i. vitam propter me, inueniet eam. 1. Pet. 4. Nemo vestrum pariat vt fur aut homicida. Si autem vt Christianus, non erubescat. Patitur etiam propter Christum, non solum qui patitur propter fidem Christi, sed etiam qui patitur pro quocumque iustitie opere pro amore Christi. Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Secundò ponit grauitatem passionis cum dicit, Mortificamur. i. morti tradimur. Hester 7. Traditi sumus ego & populus meus vt coteramur & iugulemur, & pereamus. Tertio còtinuitatem persecutionis, cum dicit, [Tota die.] i. per totum tempus vitæ. 2. Cor. 4. Semper nos qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum. Quartò promptitudinem persecutionis ad occidendū cum dicit, [Aestimati sumus vt oves occisionis.] i. deputati vt occidantur in macello, quæ cum studio occiditur. Ita & sancti ex proposito & cum studio occidebantur. Io. 16. Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Zach. 11. Pasce pecora occisionis quæ qui possederant, occidebant. Deinde cum dicit, [Sed in his omnibus.] soluit quaestionem. Et primò proponit solutionem, dicens, [Sed in his omnibus.] i. malis quæ supra posui, superamus, dum. s. circa omnia illibatam charitatem seruamus. Sapient. 10. Certamen forte dedit illi vt vinceret. Et hoc nò nostra virtute, sed per auxilium Christi, vnde subdit, Propter eum qui dilexit nos. i. propter eius auxilium, vel propter affectum quem ad eum habemus: nò quasi nos primò dilexerimus eum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, vt dicitur. 1. Io. 4. & 1. Cor. 15. Gratias deo qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum. Secundò, ibi, [Certus sum.] manifestat solutionem ostendens inseparabile esse sanctorum charitatem. Et primò ostendit quòd non potest separari à creaturis quæ sunt. Secundò quòd nec etiam à creaturis quæ non sunt, sed esse possent, ibi. [Neque creatura alia.] Circa primum duo facit. Primò ponit ea quæ sunt in homine, dicens, Certus sum enim quia neque mors quæ est præcipuum inter terribilia, neque vita quæ est præcipuum inter appetibilia. s. poterit nos separare à charitate dei. Infra 14. Siue viuimus, domino viuimus: siue morimur, domino morimur. In his autè duobus includuntur omnia quæ supra posuit. Nam sex præcedentia pertinent ad vitam. Vnum autem. s. gladius pertinet ad mortem, vt supra dictum est. Deinde ponit ea quæ sunt exterius, inter quæ primò ponit spirituales creaturas, dicens, [Neque angeli.] qui. s. sunt minores deputati ad custodiam hominum singulorum. Psal. Angelis suis mandauit de te. Neque principatus. s. qui sunt deputati ad custodiam Gætium. Danie. 10. Nunc reuertar vt praelier aduersus principem Persarum. Cum enim egredere apparuit princeps Græcorum veniens, & nemo est adiutor meus nisi Michael noster princeps. Addit autè, Neque virtutes, qui est supremus ordo ministrantium. Luc. 21. Virtutes caelorum mouebuntur. Potest autè hoc intelligi dupliciter. Vno modo de malis angelis qui contra sanctos decertant. Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. Alio modo potest intelligi de bonis. Et secundum hoc, vt Chrysosto mus dicit in libro de còpunctione cordis, hoc dicebat non quod angeli affectare possent aliquando eum à Christo separare, sed etiam ea quæ sunt impossibilia: verbi gratia fieri posse dixit magis quod se ab amore Christi se iungit: vt per hoc quanta in eo vis esset diuinæ charitatis ostenderet, atque omnibus ante oculos poneret: hic enim amantiū mos est vt amor suum silentio tegere nequeant: sed necessarii suis & charis afferunt & produnt, & flamas suas intra pectus cohibere non possunt. Enarrant ea frequentius vt ipsa assiduitate narrandi amoris sui solatiū capiāt, & refrigeria immensæ ardoris assumāt. Sic ergo facit beatus hic eximius amator Christi omnia quæ sunt & quæ erunt, quæque accidere possunt, & quæ omnino non possunt, simul vno sermone còplectitur. Et simile est quòd dicitur Galat. 1. Licet nos aut angelus de caelo euangelizet vobis præterquam quòd euangelizauit vobis, anathema sit. Deinde posuit etiam creaturas sensibiles, quarum duplicem diuersitatem ponit. Primò quidem secundum quòd diuersificantur secundum præsens & futurum. Vnde dicit, Neque instantia. i. præsentia siue dolorem, siue delectationem inferant. 2. Cor. 4. Non contemplati vobis ea quæ videntur, Addit autem, Neque futura: quorum nec timor, nec desiderium potest nos separare à Christo. Vnde dicebat Act. 21. Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalē paratus sum propter nomen domini Iesu. Deinde ponit diuersitatem sensibilibus creaturarum ex parte magnitudinis: & primò tangit magnitudinem virtutis cum dicit, [Neque fortitudo.] id est neque creatura fortis potest me separare à Christo, puta fortis ignis, aut fortis aqua: quia vt Cantico. 8. dicitur, Fortis est vt mors dilectio. Deinde ponit magnitudinem dilectionis, describens eam secundum ea quæ proprie conueniunt corporibus. s. altum & profundum. Vnde dicit, [Neque altitudo.] ex qua. s. aliquis mihi minaretur præcipitium: sicut dicitur Luc. 4. Quòd duxerunt Iesum vsque ad supercilium montis vt præcipitarent eum. Neque profundum in quo aliquis submersio minaretur. Psal. Infixus sum in limo profundi. Possunt etiam hæc tria ad res humanas referri. Tripliciter enim aliquis homo posset à deo aliquè auertere. Vno quidem modo, cogendo per fortitudinem. Sed sicut dicitur. 1. Regū. 2. Nō est fortis sicut deus noster. Secundò stupefaciedo per altitudinem autoritatis: sed de deo dicitur in Psal. Tu solus altissimus super omnem terram. Tertio seducendo per profundū sapientie: sed de eo dicitur Iob 11. Profundior inferno: & vnde cognosces? Possunt etiam hæc duo, altitudo & profundum, ad prospera & aduersa referri, secundum illud. 2. Corinth. 6. Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, vel secundum Chryso. in libro de còpunctione cordis, quòd ait, Altitudo & profundum non mihi aliud indicare videntur, quam regnum caelorum & gehennam. Quasi dicat, Nec si à regno decidere me necesse sit, aut etiam in gehennam trahi pro Christo, nec hoc mihi quidem metuendum est. Quantum autem ad ea quæ non sunt, sed possunt esse, subdit, Neque creatura alia: quòd vtrique secundum Chryso. de his dicit quæ non sunt, quasi illi non sufficiant omnia quæ sunt, sed illa quæ non sunt, prouocat quodammodo ad certamen. Nihil, inquit, istorum poterit nos separare à charitate dei. 1. Corinthio. 13. Charitas nunquam excidit. Quæ quidem charitas dei est in Christo Iesu domino nostro, quia, scilicet, per eum data est nobis in quantum spiritum sanctum nobis dedit. Lucae 12. Ignem veni mittere in terram, &

Declaratur quod euangeli-
um i. res enim
gelata est
virtus in salu-
tem Iudaeo pre-
mitur & Gre-
co. & quod
infus ex fide
vinitur hoc
istis tribus
declaratur ne
pemus quo
euangelium est
virtus Iudaeo
primus &
Greco. &
modus est qd
pauca Iudaeo
profuit. Gre-
cu autem seu
Gentibus pro-
fuit commu-
niter: & ho-
rum causa ex
parte dei fuit,
diuini pro-
positum ex
parte autem
hominis fuit,
quia Gentes
confite sunt
in fide Chri-
sti Iudaei autem
in iustitia legi-
gunt: & in hoc
cap. agit de
lectione Gen-
tium, sed pri-
mo in initio
commemorat
dignitate Iu-
daeorum osten-
dens suum of-
fectum ad eos

Dupliciter
quis est ana-
thema à Chri-
sto.

quid volo nisi vt accendatur? Sed cum scriptum sit, Eccl. 9, Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta: quid est hoc quod dicit se esse certum quod nihil possit eum à charitate se-
parare? Ad quod dici potest quod Apostolus non loquitur singulariter de seipso: sed loquitur in persona om-
nium praedestinatorum, de quibus propter certitudinem praedestinationis annuntiat quod nihil eos à cha-
ritate possit separare. Potest etiam ista certitudo causari ex virtute charitatis quae quantum in se est ab ali-
quibus non potest separari, cum deum super omnia diligant. Quod autem aliquis interdum à charitate rec-
cedat non est propter defectum charitatis, sed propter defectum liberi arbitrij. Si autem Paulus hoc dicit de
seipso, de hoc certus esse non poterat, nisi forte per reuelationem: quia dictum est ei, Sufficit tibi gratia
mea. 2. Cor. 12, Nam quantum ad possibilitatem liberi arbitrij, ipse alibi dicit. 1. Corint. 6, Ne forte cum a-
liis praedicaerim ipse reprobos efficiar.

Caput 9.

Veritatem dico in Christo non mentior, testimonium perhibente conscientia mea in spiritu sancto: quoniam tristitia mi-
hi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis qui
sunt cognati mei secundum carnem qui sunt Israelitae, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, &
legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia
deus benedictus in saecula, Amen.

Apostolus supra necessitatem & virtutem gratiae demonstravit, hic incipit agere de ordine gratiae, vtrum
ex sola dei electione detur, aut detur ex meritis praecedentium operum occasione accepta ex eo quod Iudaei
qui videbatur diuinis obsequiis mancipari, exciderat à gratia. Gentiles autem ad eam erant admissi qui prius
fuerant à deo alieni. Primum igitur agit de electione Gentium. Secundò de casu Iudaeorum. cap. 10. [Frates vol-
untas quidem cordis mei, &c.] Circa primum duo facit. Primum commemorat dignitatem Iudaeorum. Secun-
dò ostendit quomodo Gentiles ad illam dignitatem sunt assumpti. ibi. [Non autem quod exciderit.] Circa
primum duo facit. Primum Apostolus ostendit affectum suum ad Gentes Iudaeorum, ne ea quae contra eos di-
xit vel dicturus est, ex odio dicere videatur. Secundò eorum dignitatem ostendit, ibi, [Qui sunt Israelitae, &c.]
Circa primum duo facit. Primum confirmat dicenda per simplicem assertionem, dicens, Veritatem dico, quod
maximè conuenit praedicatori, qui est testis veritatis. Prouer. 8, Veritatem meditabitur guttur meum. Zach. 8,
Pacem & veritatem diligite. Et quia quandoque aliquis veritati quam loquitur aliquod mendacium interfe-
rit, ad hoc excludendum subdit, Non mentior. Ephe. 4, Deponentes mendacium loquimini veritatem. Secun-
dò confirmat quae dicenda sunt per iuramentum, quae est quaedam confirmatio per testimonium ineffa-
bilis veritatis. Tales autem sunt testes sanctorum. Primum quidem deus, secundum Iob. 16, Ecce in caelo testis
meus. Et ideo dicit, In Christo Iesu, id est, per Christum Iesum qui est veritas absque mendacio. 2. Corint. 1,
Dei enim filius, qui praedicatus est in vobis non fuit in illo, est, & non. Secundò testis ineffabilis sanctorum est
eorum conscientia, vnde subdit, Testimonium perhibere mihi conscientia mea. 2. Cor. 1. Gloria nostra haec
est testimonium consocietatis nostrae. Et quia interdum conscientia errat nisi per spiritum sanctum rectificetur
subdit, In spiritu sancto, supra octauo. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro. Deinde cum di-
cit, [Quoniam tristitia, &c.] ostendit suum affectum ad Iudaeos per dolorem quem de eorum casu patieba-
tur, quem quidem primum exponit. Secundò eius signum ponit cum dicit, [Optabam, &c.] Exaggerat autem suum
dolorem tripliciter. Primum quidem ex eius magnitudine. Quoniam mihi tristitia est magna quia. scilicet de ma-
gno malo. i. de excidio terrae gentis. Thren. 2, Magna est velut mare contritio tua. Sed contra hoc videtur
esse quod dicitur Eccl. 3, Tristitia non des animam tuam, quod videtur sententia Stoicorum consonare, qui tri-
stitiam omnino ab animo sapientis propellebat. Cum enim tristitia sit de malo praesentis: non potest sapiens
cōpetere, cui nullum malum est praesens. Non enim aestimabat aliquid esse bonum nisi honestum, & malum
nisi peccatum. Sed haec opinio refellitur dupliciter. Primum quidem quia corporales defectus, licet non sint sim-
pliciter mala, quibus. scilicet homines fiat mali, sunt tamen quaedam mala quae natura abhorret. Vnde & dominus
pro his tristatus legitur, Mat. 26, Tristis est anima mea usque ad mortem. Secundò cum ex charitate homo de-
bet suum diligere proximum sicut seipsum, imminet sapienti tristitia laudabilis de peccato proximi sicut de
peccato sui ipsius, vnde Apostolus dicit. 2. Cor. 12, Et Iugeam multos ex eis qui peccauerunt. Sic igitur reproba-
tur saeculi tristitia quae mortem operatur, procedens ex amore saeculi: sed tristitia quae est secundum deum vt
pote ex diuina charitate procedens salutem operatur, vt dicitur. 2. Cor. 7, Et talis fuit ista tristitia. Secundò
exaggerat eam ex cōtinuitate, vnde subdit, Et continuus dolor. Non quod cōtinuo actu dolet, sed secundum
habitum. Hiere. 9, vt plorè die ac nocte interfectos populi mei, Tertio exaggerat eam ex sui veritate, cum di-
cit Cordi meo. non enim erat superficialis sed in corde radicata Thren. 1. Multi gemitus mei & cor meum
mèrens. Deinde cum dicit, [Optabam enim, &c.] ponit signum doloris, dicens, Optabam enim ego ipse
qui tam seruus sum in charitate Christi, vt supra ostensum est anathema esse à Christo pro fratribus meis.
Vbi primum sciendum est quod anathema est Graecum, & cōponitur ab ana quod est sursum, & thesis quod
est positio, vt dicatur anathema quasi sursum positum: quia. scilicet cum capiebatur aliquid in praeda quod nole-
bant esse in vsu hominum suspendebant illud in templo. Et inoleuit vsque adhuc vt ea quae sunt separata ab
hominum cōmuni vsu anathema vocarentur. vnde Iosue. 9, dicitur, Sit ciuitas haec anathema, & omnia quae in
ea sunt domino. Dicit ergo optabam ego ipse anathema esse à Christo. i. separatum ab eo. quod quidem fit dupli-
citer. Vno modo per culpam, per quam aliquis à charitate Christi separatur, eius praecipuum non seruans. Io. 14, Si
diligitis me, in data mea seruate. Sic autem Apostolus non poterat optare esse anathema à Christo pro qua-
cunque causa vt ex supra dictis in 8. capit. patet. Est enim hoc contra ordinem charitatis quo quis tenetur
deum super omnia diligere, & salutem suam plusquam aliorum. Et ideo non dicit, Opto, sed Optabam,
scilicet, tempore infidelitatis, sed secundum hoc nihil magnum dicit Apostolus: quia tunc etiam propter se
volebat esse separatus à Christo. Vnde & quaedam glossa exponit quod dicit, Tristitia magna est mihi:
de tristitia qua dolebat de praeterito statu peccati, in quo à Christo voluerat esse separatus. Alio mo-
do potest aliquis esse separatus à Christo, id est à fruitione Christi quae habetur in gloria. Sic autem se-
parari à Christo volebat Apostolus pro salute Gentilium, nedum pro conuersione Iudaeorum, secundum

illud Phil. 1. Desiderium habens dissolui & cum Christo esse, multo melius permanere in carne necessarium
propter vos. Et hoc modo dicebat, Optabam. i. si fieri posset anathema esse. i. separatus à gloria, vel simplici-
ter vel ad tempus propter honorem Christi qui est ex conuersione Iudaeorum, secundum illud Prouerb. 14,
In multitudine populi dignitas regis. Vnde Chryso. in libro de cōpunctione cordis, Ita totam eius mè-
tem deuicit amor, vt etiam eo quod praeter ceteris omnibus amabilis erat esse cum Christo rursum idipsum, quia
ita placeret Christo contemneret, sed & calorum regna quod videbatur laborum esse remuneratione pro
Christo, nihilominus cedere pateretur. Et causam tanti effectus ostendit, subdens, Pro fratribus meis. Vn-
de Ecclesiast. 25, dicitur quod tria sunt probata coram deo & hominibus, concordia fratrum. Et ne hoc in-
telligeretur de his qui erant spiritualiter in Christo fratres, secundum illud Marth. 23, Omnes vos fratres
estis. Iubungit, Qui sunt cognati mei secundum carnem. 2. Corint. 11, Semè Abraham sunt & ego. Deinde
cum dicit, [Qui sunt Israelitae.] ostendit dignitatem Iudaeorum vt eius tristitia videretur esse rationabilis
propter pristinam dignitatem populi pereuntis. Propensius enim est malum, dignitatem perdidisse quam
nunquam habuisse, vt dicit glossa, Et non solum ex affectu carnali procedens. Ostendit autem eorum digni-
tatem tripliciter. Primum quidem quantum ad suam Gentem cum dicit, [Qui sunt Israelitae,] id est à genere
Iacob descendentes, qui est dictus Israel. Gene. 32, &c. 2. Corint. 11, Israelitae sunt & ego. Et hoc ad digni-
tatem pertinet. Dicitur enim Deut. 4, Non est alia natio tam grandis, &c. Secundò ostendit dignitatem illius
gentis ex dei beneficijs, inter quae primum ponit spiritualia beneficia, quorum vnum respicit praesens. Et quia
tum ad hoc dicit, Quorum est adoptio filiorum dei, vnde dicitur Exod. 4, Primogenitus meus Israel. Et hoc
quidem dicitur quantum ad spiritualia viros qui fuerunt in illo populo. Quantum ad carnales verò supra. 8.
inuicit quod acceperunt spiritum seruitutis in timore. Aliud verò beneficium ponit quod respicit futurum cum
dicit, Et gloria. filiorum dei eis repromissa. In cuius signum legitur Exod. vlti. Quod gloria domini imple-
uit tabernaculum. Deinde ponit alia beneficia figuralia, quorum tria sunt figura praesentis spiritualis be-
neficii. Et horum primum est testamentum. i. pactum circumcisionis Abraham darum, vt dicitur Gene. 17, Quan-
uis hoc possit referri ad testamentum nouum quod primum Iudaeis est praedicatum. Vnde & dominus dice-
bat Marth. 15, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Et Hiere. 31, dicitur, Feriam domui
Israel foedus nouum. Secundum est lex data Moyse. Vnde & subdit, Legislatio. Eccl. 24, Legem mandauit
nobis Moyses. Tertium est cultus diuinus, cum dicit, Et obsequium quo. scilicet deo seruebant, omnibus alijs ge-
tibus seruientibus idolis. Esa. 44, Et nunc serue meus Iacob rectissime quem elegi. Deinde ponit id quod
pertinet ad futuram gloriam, cum dicit, [Et promissa.] Promissiones enim factae in veteri testamento imple-
tae per Christum, Iudaeis praecipue factae videntur. Vnde dicitur infra. 15, Dico Iesum Christum ministrum
fuisse circumcisionis ad confirmandas, &c. Fuerunt autem eis multae promissiones factae de bonis terrenis,
vt patet Leui. 26, & Deut. 18. Sed per illa temporalia bona, spiritualia figurantur. Tertio autem describit di-
gnitatem Iudaeorum ex origine, cum dicit, [Quorum patres.] quia. scilicet secundum carnem sunt progeniti ab il-
lis patribus qui fuerunt maximè deo accepti, Deut. 4, Dilexi patres tuos & elegi semen eorum. Osee. 9, Quasi
prima poma ficulneae eius vidi patres eorum. Quarto ostendit dignitatem eorum ex prole, cum dicit, Ex quibus
& Christus est genitus secundum carnem, sicut ipse dicit Ioan. 4, Salus ex Iudaeis est. Et ne hoc parum videat-
ur, ostendit Christi dignitatem, dicens, Qui est super omnia deus benedictus in saecula, Amen. 1. Ioan. vlt. Hic est
verus deus & vita aeterna. In quibus verbis quatuor haereses destruuntur. Primum quidem Manichei
qui dicebat Christum habuisse corpus phantasticum & non verum, quod remouet per hoc quod dicit, se-
cundum carnem. Habet enim veram carnem, secundum illud Luc. vlti. Spiritus carnem & ossa non habet,
sicut me videris habere. Secundò haeresis Valeriani qui dicit Christum non de massa humani generis, sed de
caelo corpus artulisse. Quod quidem excludit in hoc quod dicit Christum ex Iudaeis secundum carnem esse,
secundum illud Marth. 1. Liber generationis Iesu Christi filij David. Tertio haeresis Nestorij qui posuit a-
lium esse filium hominis, alium dei: contra quem Apostolus hic dicit, quod ille est ex patribus secundum car-
nem qui est deus super omnia. Quarto excludit haeresis Arrij qui dicebat Christum esse minorem patre,
& quod est creatus ex nihilo. Contra quorum primum dicit quod est super omnia. Contra secundum quod est bene-
dictus per omnia saecula. Hoc enim de solo deo dicendum est quod eius bonitas duret in saecula. Lectio 2.

Non autem quod exciderit verbum dei. Non enim omnes qui ex circumcisione sunt Israel, hi sunt Israelitae, neque qui semen
sunt Abraham omnes filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est non qui filij carnis hi filij dei: sed qui filij sunt, pro-
missiones estimantur in semine, Promissiones enim verbum hoc est. Secundum hoc tempus veniam, & erit Sara filius. Non so-
lum autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid bo-
ni egissent aut mali vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est ei, quia ma-
ior seruet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Postquam Apostolus posuit dignitatem Iudaeorum, nunc ostendit quod ista dignitas non pertinet ad eos
qui carnaliter procefferunt ab antiquis patribus, sed ad spirituale semen quod est à deo electum. Et primum
ostendit quod huiusmodi dignitas proueniat ex electione diuina. Secundò ostendit quod haec electio com-
muniter pertinet ad Iudaeos & ad Gentiles, ibi, [Quos etiam vocauit non solum, &c.] Circa primum duo
facit. Primum ostendit quomodo ex electione diuina homines spiritualem dignitatem consequuntur. Secun-
dò mouet questionem de iustitia diuina electionis, ibi, [Quid ergo dicemus?] Circa primum duo facit.
Primum proponit quod intendit. Secundò ostendit propositum, ibi, [Sed in Isaac, &c.] Circa primum duo
facit. Primum ponit firmitatem diuinae electionis. Secundò ostendit in quibus impleatur, ibi, [Non enim o-
mnes, &c.] Dicit ergo primum, ita dictum est quod eorum sunt promissa & adoptio filiorum, & gloria, pro-
quorum casu est mihi magna tristitia & continuus dolor. Non autem est hoc sic intelligendum quod ver-
bum dei exciderit. i. frustratum sit, quia & si non haberet locum in quibusdam qui exciderunt, habet locum in a-
lijs. Esa. 55, Verbum quod egredietur ex ore meo non reuertetur ad me vacuum, &c. Psal. In aeternum domi-
ne permanet verbum tuum. Deinde cum dicit, [Non enim, &c.] ostendit quomodo & in quibus verbu
dei exciderit. Circa quod considerandum est quod Iudaei de duobus praecipue gloriabantur, videlicet de Abrahā

Quoniam he-
reses destrui-
tur.

Ostenditur
gētes esse assu-
ptas ad digni-
tatem Iudaeorum
& eos esse fi-
lios qui sunt fi-
lij imitatione
reprore filios
Abrahā & imi-
tatione filij eg-
ri & tales o-
stendit esse fi-
lios dei, hanc
que filtratione
esse ex sola ele-
ctione dei.

qui primò accepit pactum circuncisionis à domino, vt dicitur Gene. 17. Et de Iacob siue Israel cuius tota posteritas in populo dei cõnumerabatur. Non autem ita fuit de Isaac. Nam posteritas filii eius Esau ad populum dei non pertinebat. Vnde Apostolus ostendit propositum. Primò quidem per comparationem ad Iacob, dicens, Non enim omnes qui sunt ex Israel. i. ex Iacob secundum carnem progenti, hi sunt veri Israe- litæ, ad quos pertinent dei promissa, sed illi qui sunt recti & videntes deum per fidem. Esa. 44. Rectissime quem elegi. Vnde & dominus dicit Nathanaeli. Io. 1. Ecce verus Israelita in quo dolus non est. Hoc autem nomen Israel impositum fuit Iacob ab angelo, vt patet Gene. 32. Secundò ostendit idem, propter com- parationem ad Abraham dicens, Neque omnes qui sunt carnale semen Abraham, sunt spirituales Abraham filii quibus deus benedictionem repromisit, sed solum illi qui eius fidem & opera imitantur. Ioan. 8. Si filii A- brahæ estis, opera Abraham facite. ¶ Deinde cum dicit, [Sed in Isaac, &c.] manifestat propositum. Et pri- mò quantum ad Abraham. Secundò quantum ad Iacob, ibi, [Non solum autem illa, &c.] Circa primū tria facit. Primò proponit auctoritatem scripturæ, dicens, [Sed in Isaac vocabitur tibi semen.] Hoc dominus dixit Abraham, vt habetur Gene. 21. Vbi agebatur de expulsionem Hysmaelis. Quasi dicat, Non omnes qui na- ti sunt carnaliter ab Abraham pertinent ad illud semen cui facta est repromissio, secundum illud Galat. 3. Abraham dicta sunt repromissiones & semini eius. Sed illi qui similes sunt Isaac. ¶ Deinde cum dicit, [id est non qui filii, &c.] exponit auctoritatem inductam secundum quod facit ad propositum. Ad cuius eviden- tiam accipiendum est quod Apostolus dicit Galat. 4. Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & alium de libera: sed qui de ancilla scilicet Hysmael, secundum carnem natus est, quia. f. secundum legem & cõsue- tudinem carnis ex iuuenula natus est: qui autem ex libera. f. Isaac per repromissionem & non secundum carnem. i. non secundum carnis legem & consuetudinem, quia natus est ex sterili & vetula, vt habetur Ge- ne. 18. Quamuis sit natus secundum carnem, id est secundum substantiam carnis quam accepit à patribus. Ex quo Apostolus hic accipit quod illi non adoptantur in filios dei qui sunt filij carnis. i. ex hoc ipso quod secundum carnem progenti sunt ab Abraham, sed illi estimantur in semine quibus facta est repromissio qui sunt filii promissionis. i. illi qui ex gratia promissionis diuinæ facti sunt filii Abraham secundum imitationem fidei, secundum illud Matth. 3. Potēs est deus de lapidibus his suscitare filios Abraham. Sicut etiam Hysmael secundum carnem natus est, non computatur in semine, sed Isaac per repromissionem natus. ¶ Tertio, ibi, [Promissionis enim, &c.] probat conuenientem fuisse suam expositionem qua per Isaac significari dixit eos qui sunt filii repromissionis, quia. f. Isaac per promissionem natus est. Vnde dicit, [Promissionem enim.] Hoc verbum est quod angelus immo dominus in angelo dixit ad Abraham Gene. 18. Secundum hoc tem- pus veniam, quo significatur tempus gratiæ. Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. [Et erit Sara filius.] scilicet per gratiam repromissionis. Vnde & Gala. 4. dicitur, Vt adoptionem filiorum recipereamus. ¶ Deinde cum dicit, [Non solum autem illa, &c.] manifestat propositum quantum ad Iacob. Et primò quod intendit. Secundò manifestat propositum, ibi, [Cum enim nondum nati, &c.] Dicit ergo primò, Non solum illa. f. Sara habuit filium de quo facta est promissio, sed & Rebecca habens in vte ro duos filios, quorum vnus pertinebat ad promissionem, alius ad carnem solum, & hoc ex vno concubi- tu Isaac patris nostri. Dicitur enim Gene. 25. Quod Isaac rogauit pro vxore sua eo quod sterilis esset, & dedit dominus conceptum Rebecca & collidebantur in ventre eius paruuli. ¶ Et est notandum quod hoc Apostolus inducit contra Iudæos qui reputabant se dei gratiam adepturos propter merita patrum, contra quos dicit de viris iustis Ezechielis. 14. Quod filium & filiam non liberabunt, sed ipsi in iustitia sua liberabuntur. Vnde & Ioannes Iudæis dicebat Matthæi 3. Ne ceperitis dicere, Patrem habemus Abraham, &c. ¶ Contra horum opinionem ergo primò induxerat quod de filiis Abraham vnus erat e- lectus, & alius reprobatus. Possent autem hoc ascribere vel diuersitati matrum, quia Hysmael natus est de ancilla, & Isaac de libera, vel diuersitati meritorum patris, quia Hysmaelem genuit incircuncisus, Isaac au- tem circuncisus. Vt igitur omne subterfugium excludatur, inducit exempla vbi vnus eligitur & alius repro- batur eorum qui non solum ab vno patre, sed etiam ab vna matre sunt geniti & eodem tempore, immo ex vno concubitu. ¶ Deinde cum dicit, [Cum nondum, &c.] ostendit propositum & primò per auctoritatē. Gene. 25. Per auctoritatem prophetæ, ibi, [Sicut scriptum est, &c.] Circa primū tria facit. Primò designat tempus promissionis & dicit quod per repromissionem est vnus filiorum Rebecca alii prælatus cum non dum nati fuissent. Et sicut per superiora exclusit opinionem Iudæorum de meritis patris confidentium, ita etiam per hoc excludit errorem Manicheorum qui diuersitatem eorum quæ hominibus accidit, natiuitati ascribunt, vt. f. vniuersis que vita & mors dispensatur secundum constellationem sub qua natus est, contra quod dicitur Hie. 10. A signis cæli nolite metue re quæ gentes timent. Subdit autem, [Aut aliquid egissent boni aut mali.] vbi excluditur error Pelagianorum qui dicunt secundum merita præcedētia gratiam dari, cum tamen scriptum sit Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericor- diam nos saluos fecit. Vt trunque autem horum ostēditur falsum, per hoc quod ante natiuitatem & ante o- pera vnus filiorū Rebecca alteri est prælatus. Excluditur per hoc etiam error Origenis, qui posuit animas hominum simul cum angelis esse creatas & quod pro meritis eorum quæ ibi egerūt bene vel male, diuer- sitatem vitæ sortiuntur, secundum quem non posset esse verum quod hic dicitur. Cum nondum aliquid mali vel boni egissent. Contra hoc autem est quod dicitur Job. 38. Vbi eras cum me laudarent alstra matu- rina, & iubilarent omnes filii dei? Possent enim secundum Origenis errorem respondere. Etiam inter ipsos dei filios iubilantes. Secundò ostendit quid accipi posset ex ipsa promissione, quia vnus geminorum in vte ro existentium alteri est prælatus, dicens, Vt propositum dei. f. volentis vnum præ alio magnificare, maner- et. i. iustum esset & hoc non secundum merita, sed secundum electionem, id est in quantum ipse de spon- tanea voluntate vnum alteri prælegit, non quia sanctus erat, sed vt sanctus esset, secundum illud Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem vt efflemus sancti. Hoc autē est propositum prædestinatio- nis, de quo ibidem dicitur, Prædestinati secundum propositum voluntatis eius. Tertio ponit promissionē, dicens, Non ex operibus quæ nulla præcesserunt, vt dictū est, sed ex vocante. i. quod ipsa gratia est vocatis,

Error Manichei & astrologorum.

Error Origenis.

de quo supra dictum est, Quos prædestinauit hos & vocauit. dictum est ei. f. Rebecca, quia maior. f. Esau feruier minori. f. Iacob. Quod quidem tripliciter potest intelligi. Vno modo secundum eorum personas, & sic intelligitur Esau seruier Iacob, non directè sed occasionaliter in quantum persecutio quam ei intulit, in eius bonum celsit, secundum illud Prouer. 11. Qui stultus est seruier sapienti. Secundò potest referri ad po- pulos ex vtroque progenitos: quia Idumei aliquādo fuerunt subiecti Israelitis, secundum illud Psal. In Idumeam extendam calciamentum meum. Et hoc videtur cõpetere his quæ præmittuntur in Gene. 25. Præ- mittuntur enim, duo populi ex ventre tuo diuidētur: populus populum superabit, & maior minori seruier. Tertio potest intelligi figuratè dictum, vt per maiorem intelligatur populus Iudæorum, qui primò ado- ptionem filiationis accepit, secundum illud Exo. 4. Primogenitus meus Israel. Per minorē autem figuratur populus Gentilium qui posterior est ad fidem vocatus, qui etiam figuratur per filium prodigum. Luc. 15. Ma- ior ergo populus seruier minori, in quantum Iudei sunt nostri capfarij custodientes libros ex quibus nostre fidei testimonium perhibetur. Io. 5. Scrutamini scripturas. ¶ Deinde cum dicit, [Sicut scriptum est, &c.] probat propositum ex auctoritate prophetæ, dicens, Sicut scriptum est. f. Malach. propheta ex persona dei, dicens, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Dicit autem hic quædam glo. Quod id quod supra dictū, est, maior seruier minori, dictum est secundum præscientiam, Quod autem hic dicit est intelligendū secun- dum iudiciū, quia. f. deus propter bona opera dilexit Iacob, sicut & omnes sanctos diligit. Prouer. 8. Ego di- ligentes me diligo. Esau verò odio habui, propter peccata. sicut scriptum est Eccl. 12. Altissimus odi o pec- catores habet. Sed quia dilectio hominis præuenitur à dilectione dei, secundū illud infra. 10. Non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, oportet dicere quod ante Iacob dilectus sit à deo quam ipse deum dilexerit. Nec potest dici quod deus ex tēpore eum diligere inceperit. Alioquin eius affectus esset mutabilis. Et ideo oportet dicere quod deus ab æterno Iacob dilexit, vt dicitur Hiere. 31. In charitate per- petua dilexi te. Est autem in his verbis Apostoli considerandum quod tria ponit in deo pertinētia ad san- ctos, videlicet electionem per quam intelligitur prædestinatio & electio dei, quæ quidem realiter sunt idē in deo, sed differunt ratione. Nam ipsa dei dilectio dicitur secundum quod vult bonum alicui absolūtē. Ele- ctio autem dicitur secundum quod per bonum quod alicui vult, eum alteri præfert. Prædestinatio autem est secundum quod hominem dirigit in id bonum quod ei vult, diligēdo & eligēdo: & ideo secundum rationē prædestinatio sequitur dilectionem, sicut & volūtas de fine naturaliter præcedit directionem aliquorū in finem. Electio autem & dilectio aliter ordinatur in deo & in homine. In homine enim electio præcedit di- lectionem, voluntas enim hominis mouetur ad amandū ex bono quod in re amata cõsiderat, ratione cuius ipsam prælegit alteri & prælectæ suum amorē impendit. Sed volūtas dei est causa omnis boni quod est in creatura, & ideo bonum per quod vna creatura præfertur alteri per modū electionis, consequitur volū- tatem dei quæ est de bono illius quæ pertinet ad rationem dilectionis. Vnde non propter aliquod bonū quod in homine eligat deus eum diligit, sed potius eo quod ipsum diligit, præfert eum aliis eligēdo. Sicut autem dilectio de qua hic loquitur, pertinet ad æternam dei prædestinationem, ita etiam odium de quo hic loquitur, pertinet ad reprobationem qua deus reprobat peccatores. Nec est dicendum quod ista reproba- tio sit temporalis, quia nihil temporale est in voluntate diuina, sed est ab æterno: quæ quidem quædam ad aliquid conuenit cum dilectione vel prædestinatione, quantum autem ad aliquid differt. Conuenit quidē quædam ad hoc quod sicut prædestinatio est preparatio gloriæ, ita reprobatio est preparatio pænæ. Esa. 3. Preparata est ab Herithophet à rege preparata. Differt autem quantum ad hoc quod prædestinatio impor- tat preparationem meritorum quibus peruenitur ad gloriam, sed reprobatio importat preparationē pec- catorum quibus peruenitur ad pænā. Et ideo præscientia meritorum non potest esse aliqua ratio præde- stinationis, quia merita præscita cadunt sub prædestinatione: sed præscientia peccatorum potest esse ali- qua ratio reprobationis ex parte pænæ quæ preparatur reprobatis: in quantum. f. deus proponit se punitu- rum malos propter peccata quæ à seipsis habent, non à deo. Iustos autem proponit se præmiaturum pro- pter merita quæ à seipsis non habet. Osee. 13. Perditio tua ex te Israel, tantū in me auxiliū tuū. Lectio 3.

Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dicit, Miserebor cui misertus sum, & misericor- diam præstabo cui miserebor. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitaui te vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

¶ Postquam præmisit Apostolus quod secundum dei electionem vnus alteri præfertur non ex operibus, sed ex gratia vocantis, hic inquit de iustitia huius electionis. Et primò proponit dubitationem. Secundò soluit, ibi, [Absit Moysi, &c.] Tertio obicit contra solutionē, ibi, [Dicis itaque mihi quid ad hæc, &c.] Di- cit ergo primò, Dictum est quod deus sine merito præcedēte vnus eligit, & alterum reprobat. Quid ergo dicemus? Nunquid per hoc probari potest quod sit iniquitas apud deum? videtur quod sic. Pertinet enim ad iustitiam in distributionibus vt æqualiter æqualibus distribuatur. homines autē remota differentia mer- itorum sunt æquales. Si ergo absque consideratione meritorum deus inæqualiter distribuit vnus eligens & alium reprobans, videtur quod sit in eo iniquitas, quod est contra illud quod dicitur Deutero. 32. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Pal. Iustus es domine & rectum iudicium tuum. Est autem sciēdum quod Origenes hanc obiectionem soluere volens incidit in errorem. Ponit enim in suo periarchon, deum ab ini- tio solum creaturas spirituales fecisse, & omnes æquales ne ex eorū inæqualitate posset secundum rationē prædictam iniquitas deo ascribi: sed postea creaturarum diuersitas subsecuta est ex diuersitate meritorum. Nam illarum creaturarum spiritualium quædam per amorem conuersæ sunt ad deum plus vel minus, & secundū hoc distincti sunt ordines angelorū: quædam verò auersæ sunt à deo plus vel minus & secundū hoc alligatæ sunt corporibus vel nobilibus vel in nobilibus, quædam quidem cælestibus corporibus, quæ- dam autem corporibus dæmonum, quædam autem corporibus hominum: & secundum hoc ratio condēdi & distinguendi creaturas corporeas est peccatum spirituales creatura: quod est contra id quod Gene. 1. di- citur, Vidit deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. per quod datur intelligi quod causa producēdi

Tripliciter Esau seruier Iacob.

Iudæi sicut no- stri capfarij seruantes li- bros fidei.

Tria in deo pertinentia ad sanctos.

Quæritur de iustitia præde- stinationis & reprobationis & ostēditur iusti- tia vniuersæ.

Error Origenis de prædesti- natione & de auer- sione.

creaturas corporales, est bonitas, ut dicit Aug. 11, de ciuitate dei. Et ideo hac opinione reiecta videndum est qualiter Apostolus dubitationem soluat, cum dicit, [Abfit. Moyfi enim dicit, &c.] ¶ Et circa hoc duo facit. Primò soluit obiectionem prædictam quantum ad dilectionem sanctorum. Secundò quantum ad odiū seu reprobationem malorum, ibi, [Dicit enim scriptura, &c.] ¶ Circa primum duo facit. Primò proponit auctoritatem scripturæ ex qua procedit solutio. Secundò ex ea conclusionem inducit, ibi, [Igitur non volēs, &c.] Inducit autem auctoritatem quæ habetur Exod. 33, ubi dixit dominus Moyfi secundum litteram nostram, Miserebor cui uolueris & clemens ero in quem mihi placueris. sed Apostolus inducit eum secundum litteram. 70. dicens, Moyfi enim dicit dominus, Miserebor cui misereor & misericordiam præstabo cui miserebor, ubi secundum superficiem litteræ omnia bona nostra dei misericordiam ascribuntur, secundum illud Esa. 63, Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis. Et Tren. 3, Misericordiam domini quod non sumus consumpti, multæ enim sunt miserationes eius. Exponitur autem hæc auctoritas in glo. dupliciter. & secundum hoc ex auctoritate hac dupliciter soluitur quæstio & obiectio. Vno modo sic, Miserebor cui misereor. i. illi qui est dignus misericordia, & ad maiorem expressionem iterat, dicens, Misericordiam præstabo cui misereor. i. cui dignum iudicio misereri: sicut & in Psal. dicitur, Misertus est dominus timentibus se. Et secundum hoc licet misericorditer sua impendat, tamen ab iniustitia excusatur, quia dat quibus dandum est, & quia non dat cui dandum non est secundum rectitudinem sui iudicii. Sed misereri cui dignum est, potest intelligi dupliciter. Vno modo ut intelligatur aliquis dignus misericordia propter opera præexistencia in hac vita, licet non in alia, ut posuit Origenes quod pertinet ad hæresim Pelagianorum qui posuerunt gratiam dei hominibus secundum merita dari. Sed hoc stare non potest, quia sicut dictum est: ipsa etiam bona merita sunt homini à deo & sunt prædestinationis effectus. Alio modo potest intelligi ut aliquis dicatur dignus misericordia, non propter aliqua merita præcedentia gratiam, sed propter merita subsequencia, puta ut dicamus quod deus dat alicui gratiam, & proposuit eam ab æterno illi se datum quem præsciuit ea bene fore usurum. Et secundum hoc intelligit glo. quod miseretur cui miserendum est. Vnde dicit, Miserebor cui misertus ero. i. illi miserere vocando, & gratiam apponendo cui præsciuit quod miserendum daturus essem, sciens illum conuertendum & apud me permaniturum. Sed videtur quod nec hoc conuenienter dici possit. Manifestum est enim quod nihil potest poni ut ratio prædestinationis quod est prædestinationis effectus, etiã si accipiatur prout est in dei præscientia, quia ratio prædestinationis præintelligitur prædestinationi, effectus autem in ipsa includitur. Manifestum est autem quod omne dei beneficium quod homini confert ad salutem, est diuinæ prædestinationis effectus. Diuinum autem beneficium non solum extendit se ad infusionem gratiæ qua homo iustificatur, sed etiam ad gratiæ usum: sicut etiam in rebus naturalibus non solum causat ipsas formas in rebus, sed etiam ipsos motus & operationes formarum, eo quod deus est principium omnis motus cuius operatione cessante à mouendo ex formis nullus motus vel operatio sequitur. Sicut autem se habet habitus gratiæ vel virtutis in anima ad usum ipsius, sic se habet forma naturalis ad suam operationem. Et ideo dicitur Esa. 26, Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Probat autem hoc specialiter Aristoteles de operibus voluntatis humanæ. Cum enim homo habeat potentiam ad opposita, puta ad sedendum vel non sedendum, oportet quod reducatur in actum per aliquid aliud. Reducitur autem in actum alterius horum per consilium ex quo vnus oppositorum præelegerit alteri. Sed cum iterum homo habeat potentiam consiliandi vel non consiliandi, oportet esse aliquid per quod reducatur in actum consilii. Et cum in hoc non sit procedere in infinitum, oportet esse aliquod principium extrinsecum superius homine quod ipsum moueat ad consiliandū, & hoc non est aliud quam deus. Sic igitur ipse usus gratiæ est à deo, nec propter hoc superfluit habitus gratiæ, sicut nec superfluit forme naturales quantum deus in omnibus operetur, quia sicut dicitur Sap. 8, Ipse dispōit omnia suauiter, quia. s. per suas formas omnia inclinantur quasi sponte in id ad quod ordinantur à deo. Sic igitur non potest esse quod merita consequentia gratiam sint ratio miserendi aut prædestinandi, sed sola dei voluntas secundum quam misericorditer aliquos liberat. Manifestum est enim quod iustitia distributiva locū habet in his quæ dantur ex debito, puta si aliqui meruerunt mercedem ut plus laborantibus maior merces donetur, non autem habet locum in his quæ sponte & misericorditer aliquis dat, puta si aliquis duos pauperes in via inueniens det vni quod potest vel disponit in elemosinam dare, non est iniquus sed misericors. Similiter si aliquis duobus æquè ipsum offendentibus vni dimittat offensam & non alteri, est misericors vni & iustus ad alterum, neutri verò iniquus. Cum enim omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi nascantur obnoxii, quos deus per suam gratiam liberat, sola misericordia liberat: & sic quibusdam est misericors quos liberat, quibusdam autem iustus quos non liberat, neutris autē iniquus. Et ideo Apostolus quæstionem soluit per auctoritatem quæ omnia diuinæ misericordiam ascribit. Sciendum est tamen quod dei misericordia secundum tria attenditur. Primò quidem secundum prædestinationem qua ab æterno proposuit aliquos liberare. Psal. Misericordia eius ab æterno & in æternum. Secundò secundum uocationem & iustificationem quibus homines saluat ex tempore. Tit. 3, Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Terriò magnificando per gloriam quando liberat ab omni miseria. Psal. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Et ideo miserebor. s. vocando & iustificando, cui misereor prædestinando & misericordiam præstans, finaliter glorificando eum cui misereor vocando & iustificando. Et hic sensus magis concordat cum nostra littera quæ dicit, Misereor cui uolueris, & clemens ero cui mihi placet. Vbi manifestè non meritis, sed soli diuinæ voluntati ascribitur diuina misericordia. ¶ Deinde cum dicit, [Igitur non volentis, &c.] concludit propositum ex præmissa auctoritate. Et potest hæc conclusio multipliciter intelligi. Vno modo sic, Igitur ipsa salus hominis non est volentis neque currentis. i. non debetur alicui per aliquam eius voluntatem vel exteriorem operationem, quæ dicitur cursum, secundum illud 1. Corinth. 9, Sic currite ut comprehendatis. Sed est miserentis dei, id est procedit ex sola dei misericordia, ut maxime sequitur ex auctoritate inducta Deut. 9, Nec dicas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus ut terram hanc possiderem. Potest autē & aliter intelligi, ut sit sensus, Omnia introducit ex dei misericordia: igitur non est volentis,

Error Origenis & Pelagianorum quod gratia datur ex meritis præcedentibus. Reuocatur opinio eorum qui dicunt deum aliquem prædestinare eo quod prævidet eum bene usurum gratiam.

Bonus usus gratiæ est à deo & ideo est effectus prædestinationis & non causæ. Nota.

Quid reprobatione.

scilicet velle, neque currentis, scilicet currere: sed vtrunque est miserentis dei, secundum illud 1. Corinth. 15, Non autem ego, sed gratia dei mecum. Et Ioan. 15, Sine me nihil potestis facere. Sed si hoc solum in hoc verbo intellexisset Apostolus cum etiã gratia sine libero arbitrio hominis non velit neque currat potuisset conuerso dicere, non est miserentis dei, sed volentis & currentis, quod aures pie non ferunt. Vnde plus aliquid est ex his verbis intelligendum, ut scilicet principalitas gratiæ dei attribuat. Semper enim actio magis attribuitur principali agenti, quam secundo, puta si dicamus quod securis non facit arcem, sed artifex per securim, voluntas autem hominis mouetur à deo ad bonum. Vnde supra 8. dictum est, Qui spiritu dei aguntur hi sunt filii dei. Et ideo hominis operatio interior non est homini principaliter, sed deo attribueda. Phil. 2, Deus est qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Sed si non est volentis velle, neque currentis currere, sed dei mouentis ad hoc hominem, videtur quod homo non sit dominus sui actus quod pertinet ad libertatem arbitrii. Et ideo dicendum est quod deus omnia mouet sed diuersimodè in quantum. s. vnunquodque mouetur ab eo secundum modum naturæ suæ. Et sic homo mouetur à deo ad volendum & currendum per modum liberæ voluntatis. Sic ergo velle & currere est hominis, ut liberè: non autem est hominis ut principaliter mouentis, sed dei. ¶ Deinde cum dicit, [Dicit enim scriptura, &c.] soluit quæstionem præmissam quantum ad reprobationem malorum. Et primò inducit auctoritatem. Secundò infert conclusionem, ibi, [Ergo cui vult miseretur, &c.] Dicit ergo, Ita ostensum est quod non est iniquitas apud deum, quantum ad hoc quod ab æterno reprobat malos. Dicit enim scriptura ex ore dei. Exo. 9, Quia in hoc ipsum excitauit te vel seruauit te secundum aliam litteram, ut ostendam in te virtutem meam ut annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Nostra autem littera sic habet, Et idcirco posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, ut enarretur nomen meum in omni terra. Vbi primò considerandum est quid de circa reprobos faciat, quod ostendit, dicens, In hoc ipsum seruauit te. i. dignus eras mori propter mala quæ feceras. supra primo. Qui talia agunt, digni sunt morte. Sed tamen non statim tibi mortem induxi sed seruauit te in vita eo sine quo sequitur, ut. s. ostendam, &c. Et in hoc etiam sensu potest legi quod dicitur, Excitauit te. i. cum apud me pro tuis meritis mortuus esses, concessi tibi vitam quasi te excitarem. In quo apparet quod deus iniquitate reprobis non facit, cum ipsi ex suis meritis essent digni statim consumi, sed hoc ipsum quod eos seruauit in vita procedit ex nimia sui bonitate. Hier. 10, Corripe me domine, veruntamen in iudicio & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Alio modo potest intelligi, Excitauit te in peccatum, ut deterior fias. Quod quidem non est intelligendum hoc modo quod deus in homine causet malitiam, sed est intelligendum permissiue, quia. s. ex iusto suo iudicio permittit aliquos uere in peccatum propter præcedentes iniquitates, sicut supra primo dictum est, Tradidit eos deus in reprobum sensum. Sed aliquid amplius videtur mihi in hoc esse intelligendum: quia videlicet instinctu quodam interiori mouetur homines à deo ad bonum & ad malum. Vnde Aug. dicit in lib. de gratia & libero arbitrio, quod deus operatur in cordibus hominum ad inclinandum eorum voluntates quocumque voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum. Vnde & deus dicitur sapius suscitare aliquos ad bonum, secundum illud Danie. 13, Suscitauit deus spiritum pueri iunioris. Dicitur etiam suscitare aliquos ad malum faciendum, secundum illud Esa. 13, Suscitabo Medos qui sagittis paruulos interficiant, aliter tamen ad bona, aliter ad mala. Nam ad bona inclinatur hominum voluntates directè & per se, tãquam actor bonorum: ad malum autem dicitur inclinare vel suscitare homines occasionaliter, in quantum. s. deus homini aliquid proponit vel interius vel exterius quod quantum est de se est inductiuum ad bonum: sed homo propter suam malitiam per uersè utitur ad malum. supra secundo, Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit: secundum autem duritiam tuam & cor impenitens rethaurizas tibi iram in die iræ. Et Iob. 14, Dedit ei deus locum penitentiam & ille abutitur eo in superbia. Et similiter deus quantum est de se interius instigat hominem ad bonum, puta regem ad defendendum iura regni sui vel ad puniendū rebelles. Sed hoc instinctu bono malus homo abutitur secundum malitiam cordis sui. Et hoc patet Esa. 10, Vbi dicitur de Assur, Ad gentem fallacem mittam eum, contra populum furoris mei mandabo illi ut auferat spolia, &c. Et post, Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita estimabit sed ad conterendum erit cor eius. Et hoc modo circa Pharaonem accidit qui cum à deo excitaretur ad regni sui tutelam abusus est hac excitatione in crudelitatem. Secundò oportet considerare quo fine deus ista partim faciat & partim permittat. Est enim considerandum quod deus operatur in creaturis ad suam manifestationem, secundum illud supra 1, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Vnde & huiusmodi excitatio in hoc ipsum ordinatur & quantum ad præfentes ut ostendam in te virtutem meam. Exod. 14, Viderunt filii Israel manum magnam quam exercuerat dominus contra Aegyptios. Et quantum ad absentes ut annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Psal. Annunciate inter gentes gloriam eius. Sic igitur patet quod quantum ad hoc non est iniquitas apud deum, quia utitur creatura sua secundum eius merita ad gloriam suam. Et in hoc eodem sensu potest exponi si dicitur, Posui te. i. ordinavi malitiam tuam ad gloriam meam, deus enim malitiam ordinat, sed non causat. ¶ Deinde cum dicit, [Ergo cui vult miseretur, &c.] infert conclusionem quandam ex vtraque auctoritate supra inducta. Nam ex eo quod dictum est, miserebor cui misereor, concludit, Ergo cui vult miseretur. Psal. Misertus est dominus timentibus se. Ex eo verò quod dictum est, In hoc ipsum excitauit te, concludit, Et quem vult indurat. Esa. 63, Indurasti cor nostrum ne timeremus te. Eccl. 33, Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis maledixit & humiliavit. Et quidem quod dicitur de dei misericordia dubitationem non habet, supposito his quæ præmissa sunt. Sed circa indurationem videretur esse duplex dubitatio. Primò quidem quia duritia cordis ad culpam pertinere videtur, secundum illud Eccl. 3, Cor durum malè habebit in nouissimo. Si ergo deus indurat, sequitur quod sit actor culpæ. Contra quod dicitur Iac. 1, Deus intentator malorum est. Ad quod dicendum quod deus non dicitur indurare aliquos directè quasi in eis causet malitiam, sed indirectè in quantum. s. ex his quæ facit in homine intus vel extra homo sumit occasionem peccati, & hoc ipse deus permittit. Vnde non dicitur indurare quasi immittendo malitiam, sed non apponendo gratiam. ¶ Secunda dubitatio est, quia ipsa obduratio non videtur diuinæ voluntati posse ascribi, cum scriptum sit 1. Testa. 4,

Vide quid faciat deus circa reprobos.

Mouetur homines à deo interius & ad bonum & ad malum, sed differenter.

Quid deus inducat aliquem.

Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra. Er. 1. Timo. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri. ¶ Ad quod dicendum est, quod tam misericordia quam iustitia dispositionem voluntatis important. Vnde sicut misericordia tribuitur diuinæ voluntati, ita & id quod est iustitia. Sic ergo intelligendum est qui vult miseretur scilicet per suam misericordiam, & quem vult indurat per suam iustitiam: quia illi quos indurat hoc merentur vt indurentur ab ipso, vt supra. 1. cap. dictum est.

Quia concluditur dicitur cui vult indurat non mouetur quæstio & soluitur.

Dicit itaque mihi, Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? O homo tu quis es, qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam: quod si deus volens ostendere iram & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitum vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiae quæ preparauit in gloriam.

¶ Postea solutione præmissæ quæstionis, hæc Apostolus contra ipsam solutionem obiicit & præcipue contra vltimam conclusionem qua dictum est, Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Primò ergo ponit obiectionem. Secundò solutionem, ibi, [O homo tu quis es, &c.] Dicit ergo primò, Dicitur est quod deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat. [Dicit itaque mihi, Quid adhuc queritur.] Id est quid oportet vterius querere de causa bonorum & malorum quæ hæc aguntur cum omnia voluntati diuinæ attribuantur quæ est causa sufficiens eo qd nullus potest ei resistere. Vnde sequitur, Voluntati eius quis resistit? Eccl. 1. Proposui in animo meo querere & inuestigare sapienter de omnibus quæ sunt sub sole. Vel aliter, Quid adhuc queritur. i. cõqueritur deus de hominibus quado peccant, sicut Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, &c. Ideo autem videtur iustam querimoniam non habere quia ex voluntate eius totum procedit, cui nullus potest resistere. Vnde subdit, Voluntati eius quis resistit? Vel aliter, Quid adhuc queritur. s. ab homine vt faciat bonum vel malũ. Mich. 6. Indicabo tibi ò homo quid sit bonum & quid deus requirat à te, &c. Frustrà autem requiritur ab aliquo quod non est in eius potestate. Nihil autem in hominis potestate esse videtur secundum prædicta quibus omnia diuinæ voluntati videntur ascribi cui resisti non potest. Sequitur, Voluntati enim eius quis resistit? Quasi diceret, Nullus. Hester. 13. Non est qui tuæ possit resistere voluntati. Et hæc videtur esse intentio Apostoli. ¶ Deinde cum dicit, [O homo tu quis es, &c.] respõdet tacite quæstioni. Ad cuius responsonis intellectum considerandum est, quod circa electionem bonorum & reprobationem malorum duplex quæstio potest moueri. Vna quidem in generali, quare deus velit quosdam indurare, & quorundam misereri. Alia verò in speciali, quare velit huius misereri & hunc vel illũ indurare. Et potest quidem ratio huius quæstionis assignari, secundæ autem quæstionis non potest assignari ratio, nisi simplex dei voluntas, cuius exemplum patet in rebus humanis. Si enim aliquis edificare volens haberet multos lapides similes & æquales congregatos, posset ratio assignari quare quosdam ponat in summo & quosdam in imo ex parte finis, quia ad perfectionem domus quam facere intendit, requiritur & fundamentum quod habet lapides in imo, & cacumẽ parietis quod habet lapides in summo. Sed quare ponat hos lapides in summo & hos in imo, non habet aliquam rationem, nisi quia artificis voluit. ¶ Primò igitur Apostolus respondet dubitationi quantum ad quæstionem secundam, quare. s. huius hominis miseretur & illum induret. Secundò quantum ad quæstionem primam, quare. s. quibusdam miseretur, & quosdam induret, ibi, [Quod si volens deus, &c.] ¶ Circa primum tria facit. Primò arguit præsumptionem quærentis. Secundò inducit auctoritatem quæ quæstionem soluit, ibi, [Nunquid dicit figmentum, &c.] Tertio exponit auctoritatem, ibi, [An non habet potestatem, &c.] Dicit ergo primò, O homo qui es fragilis & ignoras tu quis es qui respondes deo vnde sufficis ad respondendum ei si voluerit tecũ iudicio contendere. Iob. 9. Si voluerit contendere iudicio cum illo non poterit ei respondere vnum pro mille. Et sicut dicitur Iob. 39, Qui arguit deũ debet ei respondere. In quo datur intelligi quod homo non debet scrutari rationem diuinorum iudiciorũ cum intentione apprehendendi, eo quod excedat rationem humanam. Eccl. 3. Altiora te ne quaeris. Prou. 25. Perscrutator maiestatis opprimetur gloria. ¶ Deinde cum dicit, [Nunquid dicit figmentũ, &c.] inducit auctoritatem, quæ habetur Esa. 45, Nunquid dicit lutum figulo suo, Quid facis & opus tuum sine manibus. Vbi considerandum est quod si aliquis artifex ex materia vili faciat vas pulchrum & nobilibus actibus accommodatum, totum ascribitur bonitati artificis, puta si ex luto faciat scutellas & vrcos ad nobilẽ melsam decet. Si verò ex vili materia puta ex luto faciat vas accommodatũ vilibus vsibus, puta coquingẽ vel huiusmodi officijs, non posset vas conueniri si rationem haberet. Posset enim cõqueri si ex materia præciosa quæ præiacet artificis operationi pura ex auro & lapidibus preciosis faceret vas ad vilia officia deputatum. Humana autem natura vilitatem habet ex sua materia, quia vt dicitur Gene. 2, Fecit deus hominem de limo terræ, sed maiorem vilitatem habet ex corruptione peccati quæ per vnum hominem in hũc mundum intrauit. Et ideo homo luto merito comparatur. Iob. 30, Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Vnde quicquid boni habet homo, debet bonitati diuinæ quasi peritiæ figuli ascribere. Esa. 64, Nunc domine pater es tu, nos verò lutum, & fictor noster tu, & opus manuum tuarum omnes nos. Si verò deus hominem ad meliora promoueat, sed in sua infirmitate eum dimittit deputat eum ad infirmũ vsũ, nullam ei facit iniuriam: vt possit iustè de deo conueniri. ¶ Deinde cum dicit, [An non habet potestatem, &c.] exponit Apostolus verba Prophetæ. Quasi dicat, Hoc est dictum, Figmentũ. i. vas fictile non posset dicere fictori, quid me fecisti sic, quia figulus liberam potestatem habet ex materia luti opus facere quodcumque sibi placuerit. Vnde dicit, An non habet potestatem. s. liberam figulus luti, qui. s. operatur in vili materia, ex eadem massa scilicet vilis materiæ facere absque alicuius iniuria. Aliud quidem vas in honorẽ. i. in honorabiles vsus, aliud verò in contumeliam. i. in vsus viliores. 2. Tim. 2. In magna enim domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea & fictilia: & quædam quidem in honorẽ, quædam autem in contumeliam. Et similiter deus liberam potestatem habet facere ex eadem corrupta materia humani generis: sicut ex quodam luto nulli faciendo iniuriam quosdam homines præparatos in gloriam, quosdam autem in miseria derelictos. Hier. 18, Sicut lutum in manu figuli, ita in manu mea vos domus Israel. ¶ Deinde cum dicit, [Quod si volens deus, &c.] soluit primam quæstionem. s. quare deus velit quibusdam

Quæstio comminuitur motu cuius alios quos prædestinet & alios reprobet, & cur hunc prædestinat & hunc reprobet.

misereri, & quosdam in miseria derelinquere, siue quosdam eligere & quosdam reprobare. Circa quod cõsiderandum est quod finis omnium diuinorum operum est manifestatio diuinæ bonitatis. Prouer. 16, Vni versa propter semetipsum operatus est dominus. Vnde supra 1. dictum est quod inuilibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Tanta est autem diuinæ bonitatis excellentia quod non potest vno modo nec in vna creatura sufficienter manifestari. Et ideo diuersas creaturas condidit, in quibus diuersimode manifestatur. Præcipue autem in creaturis rationalibus in quibus eius iustitia manifestatur quantum ad illos quos pro eorum meritis punit, misericordia verò in illis quos ex sua gratia liberat. Et ideo vt vtrumque in hominibus manifestaretur, quosdam misericorditer liberauit, sed nõ omnes. Primò ergo ponit rationem reprobationis malorum. Secundò ponit rationem electionis bonorũ ibi. [Vt ostenderet diuitias, &c.] Est autem in vtrisque triplex differentia attendenda. Prima quidem secundum finem. Secunda, secundum vsũ. Tertia secundum diuinum actum. Finis autem reprobationis vel obdurationis malorum est manifestatio diuinæ iustitiæ & virtutis. Et quantum ad hoc dicit, quod idem est vt si deus volens ostendere iram suam, id est iustitiam vindicatiuam. Non enim dicitur ira in deo secundum affectus commotionem, sed secundum effectus vindictæ. supra, 1. Reuelatur ira dei, &c. Ad dit autem, Et notam facere potentiam suam, quia deus contra malos non solum vtritur ira. i. vindicta puniendo eos sibi subiectos, sed etiam sua potentia subiiciendo sibi. Phil. 3, Secundum operationem qua potest etiã sibi subiicere omnia. Exod. 14, Viderant Aegyptios mortuos super littus maris & manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Vfus autem malorum ad quem vtritur eis deus est ira. i. pœna. Et ideo vocat eos vasa iræ. i. iustitiæ instrumenta quibus deus vtritur ad ostendendam iram. i. iustitiam vindicatiuam. Eph. 2, Eramus natura filii iræ. Actus verò quem deus erga eos exercet non est quod disponat eos ad malum, quia ipsi de se habent dispositionem ad malũ ex corruptione primi peccati. Vnde dicit, Vasa apta in interitum. i. in se habentia aptitudinem ad æternam damnationem. Gene. 6, Vidēs deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio humani cordis intenta esset ad malum omni tempore. Hoc autem solum deus circa eos agit quod eos permittit agere quæ concupiscunt. Vnde signanter dicit, Sustinuit. Et hoc eius patientiam demonstrat quod non statim vindictam infert. Vnde addit, In multa patientia. Eccl. 3, Altissimus est patiens redditor. ¶ Deinde ex parte bonorum similiter tria ponit. Primò quidem finem, cum dicit, [Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ.] Finis enim electionis & miserationis bonorum est vt manifestaret in eis abundantiam bonitatis suæ reuocando eos à malo & ad iustitiam eos trahendo & finaliter eos perducendo in gloriam. Et hoc est quod dicit, Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ, de quibus diuitis supra. 2, An diuitias bonitatis eius contēnis? Eph. 2, Deus autem qui diues est in misericordia. Signanter autem dicit, Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ, quia ipsa condemnatio & reprobatio malorum quæ est secundum dei iustitiam manifestat & cõmẽdat sanctorũ gloriã qui ab ipsa tali miseria liberantur. Secundò describit vsũ eorũ cum dicit, In vasa misericordiae. Nominat autem bonos vasa misericordiae, quia vtritur eis deus quasi instrumentis ad suam misericordiam manifestandam. Eccl. 4, Isti sunt viri misericordiae. Tertiò ponit actũ quem circa eos deus exercet. Non enim deus eos solum sustinet quasi de se aptos existētes ad bonũ, sed eos præparat & disponit vocado ad gloriam. Vnde dicit, Quæ preparauit in gloriam. Psal. Preparans mōres in virtute tua. Est autem constructio defectiua & suspensiuã vsque hinc vt sit sensus, Si deus volēs hoc facere quibusdam miseretur & quosdam indurat quid cõtra hoc iustè poterit dici? Quasi dicat, Nihil. Nõ enim sic quos vult indurat, vt eos peccare compellat, sed sustinet eos vt secundum suam inclinationem tendant in malum. Lectio 5.

Quos & vocauit non solũ ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus sicut in Osæ dicit. Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco vbi dictum est gratia vocatiõnis nõ solũ est eis, non plebs mea, vos, ibi vocabuntur filij dei vni. Esaias autem clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris reliquia saluæ fiet. Verbum enim consummans & abbrevians in equitate, quia verbum breuiatũ faciet dominus super terram. Et sicut prædixit Esaias, nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen sicut sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissetis. Quid ergo dicemus quod Gentes que non sciebantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Israel verò scilicet quando iustitiæ in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in syon lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui credit in eum non confundetur.

Ostenditur gratia vocatiõnis nõ solũ est eis, non plebs mea, Iudæos, sed etiam ad gentes.

¶ Postquam Apostolus ostendit quod dei gratia datur hominibus ex diuina electione per quã homines ad gratiam vocantur, hæc ostendit quod prædicta electio siue vocatio non solum pertinet ad Iudæos vt ipsi poterant gloriari, propter hoc quod dicitur Deut. 4, Dilexi patres tuos Sed etiã ad Gentes. Et primò proponit quod intendit. Secundò probat propositum, ibi, [Sicut in Osæ dicit, &c.] Tertio ex dictis infert cõclusionem, ibi, [Quid ergo dicemus, &c.] Dicit ergo primò, Dicitur est quod sanctos preparauit in gloriam, quos & vocauit. s. per gratiam suam non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus. supra. 3. An Iudæorum deus tantum? Nõne & gentium Soph. 2, Adorabunt eum viri de loco suo omnes insula gentium.

¶ Deinde cum dicit, [Sicut in Osæ dicit, &c.] probat propositum. Et primò quantum ad Gentes. Secundò quantum ad Iudæos, ibi, [Esaias autem clamat, &c.] ¶ Circa primum ponit duas auctoritates Osæ loquentis pro gentibus, quarum prima promittit eis dona dei. Secunda ipsam diuinã filiationem, ibi, [Et erit in loco vbi dictum, &c.] Dicit ergo primò, Sicut dominus dicit in Osæ, quia ipse erat qui loquebatur in prophetis. 2. Regum. 23, Spiritus domini locutus est per me & sermo eius per linguam meam. Vnde & Osæ 1, dicitur, Principium loquendi domino in Osæ. Est autem considerandum quod à tribus bonis quæ in Iudæis eminebant Gentes erant alieni, quorum primum erat diuinus cultus ratione cuius dicebatur populus dei, quasi ei seruientes & eius præceptis obediētes. Vnde in Psal. dicitur, Nos autem populus eius & oues pascuæ eius. Sed ab huius populi societate Gentes erant alieni secundum illud Eph. 2, Alienati à cõuersatione Israel & hospites testamentorum. Sed per Christum facti sunt populus dei. Tit. 2, Dedit semetipsum pro nobis vt emundaret sibi populũ acceptabilem. Et hoc est quod dicit, Vocabo non plebem meã, i. gentilitatem quæ non erat plæbs mea, plæbem meam. i. ad hoc vt sit plæbs meã. Secundum est priuilegiũ

Gentes alienæ erant à tribus bonis quæ in Iudæis eminebant, scilicet dei cultu, dilectione, libertate ab originariis.

diuinæ dilectionis. Osee 3, Diligit dominus filios Israel in eo. s. quod eis multa beneficia induentia ad specialem gratiam præstabat, à qua quidem dilectione Gentiles olim erant exclusi. Eph. 4, Alienati à veritate dei propter ignorantiam quæ est in illis Et ideo dicit, Et non dilectam meam, scilicet Gentilitatem, vocabo dilectam meam. Eph. 2, Vos qui aliquando eratis longè facti estis prope in sanguine Christi. supra 5, Cum inimici effemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius. Tertium est libertas à peccato originali quæ Iudæis in circumcisione conferebatur. Esa. 14, Miserebitur dominus Iacob. Sed huius miserationis Gentiles non erant participes. Eze. 16, Quando natus es in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus. Et infra, Non peperit super te oculus ut faceret tibi vnum de his miseris tuis. Sed postea per Christum sunt misericordiam consecuti. Ideo sequitur, Et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Tit. 3, Secundum suam misericordiam saluos, &c. Hæc autem autoritas habetur. Osee 2, secundum 70. loco cuius litera nostra habet. Miserebor eius quæ fuit absque misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu. ¶ Deinde cum dicit, [Et erit in loco, &c.] inducit aliam autoritatem quæ habetur Osee 1, In qua eis repromittitur dignitas filiorum dei de qua Iudæi gloriabantur propter id quod dicitur Esa. 1, Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et Deut. 33, Nonne ipse est pater tuus? Gentiles etiam non solum dicebantur filii, quod pertinet ad eos qui ex amore deo seruiunt & spiritu dei agunt vt supra 8. dictum est, sed nec etiam digni erant vt populi dei dicerentur quod pertinere poterat etiam ad eos qui spiritum seruitutis acceperat in timore, Vnde dicit, Et erit in loco. i. in Iudæa, vbi dictum est eis. s. Gentilibus à Iudæis quasi ex persona dei loquentibus. Non plæbs mea vos, quia non reputabant eos populū dei, ibi. i. etiam apud Iudæos credentes vocabatur filii dei. Vel in loco. i. toto mundo in quo conuerterentur sicut profeliti quos Iudæi faciebant qui suis locis derelictis in Iudæam pergebant, hoc autem non ita futurum esse in his qui ad Christum conuertendi erant, ostenditur Sopho. 2, Adorabunt eum viri de loco suo. Vnicuique ergo in loco suo habitati vbi dictum est eis olim ex diuina sententia non plæbs mea vos, ibi vocabuntur filii dei per diuinam adoptionem. Ioan. 1, Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. ¶ Deinde cum dicit, [Esa. autem clamat, &c.] probat propositum quantum ad Iudæos per autoritatem Esa. Et ponit duas autoritates, quarum prima videtur pertinere ad omnes credentes ex Iudæis, secunda specialiter ad Apostolos, ibi, Et sicut prædixit, &c. Dicit ergo primò, dictum est per Osee pro Gentibus, Esaia autem clamat. i. aperte loquitur pro conuersione Israel 58, Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. In hac autem prima autoritate primò ponit paucitatem cōuersorum, dicens, Si fuerit numerus filiorū Israel quasi arena maris. i. innumerabiles præ multitudine Gentium. Gene. 22, Multiplicabo semē tuum velut arenam maris, &c. 3, Regum. 4, Iuda & Israel innumerabiles quasi arena maris. Reliquæ saluæ sient. i. non omnes nec maior pars, sed aliqui pauci qui relinquuntur ex excidio aliorum. Mich. 7, Factus sum sicut qui colligit in autumnno racemos vindemia. Infra. 11, Reliquæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ. secunda, ibi, [Verbum enim consummans, &c.] assignat causam salutis, & primò ponit efficaciam euangelici verbi, dicens, [Verbum enim consummans & abbrevians in æquitate. Vbi notatur duplex efficacia euangelici verbi, prima est, quia consummans. i. perficiens, vt enim dicitur Heb. 7, Nihil ad perfectum adduxit lex. Dominus autem dicit Matth. 5, Non veni soluere legem, sed adimplere: tum quia figuris legis veritatem adhibuit, tum quia præcepta legis moralia debito modo exposuit, & occasiones transgrediendi abstulit, & etiā eis consilia perfectionis adiunxit. Vnde & iuueni diuiti Matth. 19, Quia omnia mandata legis seruauerat, dixit, Vnum tibi deest, si vis perfectus esse: vende omnia quæ habes, &c. Et propter hoc discipulis suis dicebat. Matth. 5, Estote perfecti sicut & pater vester cælestis perfectus est. Secunda efficacia est abbreviandi & hæc conuenienter primæ adiungitur, quia quanto aliquod verbum est magis perfectum, tanto est altius, & per consequens magis simplex & breue. Est autem verbum euangelij abbrevians verba legis, quia omnia sacrificia figuralia legis in vno vero sacrificio comprehendit quo Christus obtulit seipsum pro nobis hostiam vt dicitur Eph. 5, Omnia verò præcepta legis moralia in duobus præceptis charitatis concludit. Matth. 22, In his duobus mādatis vniuersa lex pēdet & prophetæ. Vnde dicit, [Abbrevians in æquitate.] Vel quia nihil est prætermisum de multitudine figurarum & præceptorum legis, quin sub breuitate euangelij comprehenderetur. Vel quia nihil ipsorum remanet obseruandum quod est æquum secundum dicta men rationis naturalis. Psal. Omnia mandata tua æquitas. subaudiendum est autē erit, vt sit sensus, verbum euangelij erit abbrevians & consummans in æquitate. Secundò cum dicit, [Quod verbū, &c.] assignat rationem prædictæ efficaciz, dicens, Quia dominus super terram existens. i. in terris tanquam homo inhabitans, secundum illud Bar. 3, Post hæc in terris visus est, &c. Faciet verbum breuiatum. Perfectius enim debet esse verbum & maioris virtutis quod ipse dominus deus carnem indutus locutus est per semetipsum, quæ verba quæ locutus est per prophetas, secundum illud Heb. 1, Multipharie multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis, &c. Vel aliter quia dominus. s. deus pater faciet super terram verbum breuiatum. i. incarnatum, quia filius dei exinanivit semetipsum formam serui accipiens. Dicitur autem exinanitū vel breuiatum non quia aliquid subtractum sit plenitudini vel magnitudini diuinitatis ipsius, sed quia nostram exilitatem & paruitatem suscepit. Habetur autem hæc autoritas Esa. 10, vbi secundum litteram nostram sic dicitur, Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris reliquæ conuertentur ex eo. Consummatio abbreviata inundabit iustitiam. Consummationem enim & abbreviationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terræ. ¶ Deinde cum dicit, [Et sicut prædixit Esa. &c.] inducit autoritatem pertinentem specialiter ad Apostolos, dicens, Et sicut prædixit Esa. 1, Nisi dominus sabaoth. i. exercituum vel virtutum reliquisset nobis. s. ex sua misericordia semē. i. verbum euangelij. Vel semen, id est Christū. Gal. 3, Et semini tuo qui est Christus, vel semen. i. Apostolos. Esa. 6, Semen sanctum erit id quod steterit in ea. Si cuti Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissetem. Grauius enim fuit peccatū Iudæorum quam Sodomorum. Treno. 4, Maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum. Et Eze. 16, Non fecit Sodoma ipsa & filia eius sicut fecisti tu & filia tua. Et ideo quod Iudæi non sunt totaliter exterminati sicut Sodomitæ est diuinæ misericordiæ imputandū. Tren. 3, Misericordiæ domini quia nō sumus cōsumpti. ¶ Deinde

Duplex efficacia verbi diuini euangelici.

¶ Deinde cum dicit, [Quid ergo dicemus.] infert conclusionem ex dictis. Et primò quantum ad Gentes. Secundo, quantum ad Iudæos, ibi, [Israel verò, &c.] Circa primum duo facit. Primò concludit quod intēdit, dicens, Quid ergo dicemus ex cōsideratione prædictorum? Hoc inquam quod Gentes apprehenderunt. i. cōsecutæ sunt iustitiam. s. qua vocantur filij. 1. Cor. 6, Et hoc quidē fuitis, sed iustificati estis. Et hoc quidē ex voce carione diuinæ electionis non ex meritis, quod pater per hoc quod dicit, Quæ non sectabatur iustitiam, secundum illud Eph. 2, Eratis in illo tempore sine Christo alienati à cōuersatione Israel. Secundo exponit quod dixerat, Iustitiam autem quæ ex fide est, non eam quæ in operibus consistit. Non enim ad hoc Gentes conuersæ sunt, vt iustitiam legalem obseruent, sed vt iustificentur per Christi fidem, supra 2, Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi. ¶ Deinde cum dicit, [Israel verò, &c.] includit conclusionem quārum ad Iudæos. Et primò concludit quod intēdit, dicens, [Israel verò, id est, populus Iudæorum sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ nō peruenit. Dicitur lex iustitiæ lex spiritus vitæ, per quā homines iustificantur ad quam Iudæorum populus non peruenit: quoniam tamen sectabatur obseruādo vmbra huius spiritualis legis quæ cōstitit in obseruationibus legalibus. Hæb. 10, Vmbra habens lex futurorum bonorum. Vel sectādo legē iustitiæ. i. legem Moysi quæ est lex iustitiæ si sit bene intellecta: quia docet iustitiā. Vel dicitur lex iustitiæ, quia facit homines iustos non verè, sed exterius dum peccata vitantur, non ex amore, sed timore pœnæ quæ lex infligebat. Esa. 51, Audite me qui sequimini quod iustum est & queritis dominum. Et in eodem, Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in cordibus eorū. Secundò allegat causam, dicens, quare. s. dum sectarentur legem ad legem iustitiæ non peruenierunt, quia. s. non per debitam viam sectabatur. Et hoc est quod subdit, Quia non ex fide, scilicet Christi quærebant iustificari, sed quasi ex operibus legis. Sequitur enim figuram & repudiauerunt veritatem, supra 3, Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Tertio manifestat causam propositam, & primò proponit manifestationem, dicens, Offenderunt enim in lapidem offensionis, id est, ad Christum qui assimilatur lapidi offensionis, in hoc quod sicut lapis in quem offendit non cauetur propter suam paruitatem: ita Iudæi videntes Christū infirmitate nostra contentum non cauerunt in eum offendere. Esa. 53, Quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde non reputauimus eum. Hier. 13, Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos, id est, ad Christum & eius Apostolos qui dicitur mōtes caliginosi propter quod hoc eorū dignitas & magnitudo latebat. Secundo ad hoc inducit autoritatem, sicut scriptum est in Esa. scilicet. Componit autem Apostolus verba Esa. in diuersis locis scripta. Nam Esa. 28, dicitur. Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem. Lapidem angularem, probatum, prætiosum in fundamento fundatum. Qui crediderit nō festinet. Et hinc sumitur principium autoritatis, Ecce ponam in Syon, lapidem, scilicet, quasi fundamentum, in quo designatur quod Christus diuina ordinatione cōstitutus erat ecclesiæ fundamentum. 1. Corinth. 3, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Legitur etiam Esa. 8, In lapidem autem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel. Et hinc sumitur medium autoritatis quod dicit, Lapidem offensionis & petram scandali, vt offensus referatur ad ignorantiam, quia vt dicitur 1. Corin. 2, Si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Scandalum autem referendum est ad impactionē & casum quo per infidelitatem ceciderunt Christū & eius Apostolos persequentes 1. Corin. 1, Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum. Luc. 2, Ecce hic positus est in ruinam, &c. Finis autem autoritatis sumitur Exod. 28, Qui crediderit non festinet, loco cuius hic dicitur, Omnis qui credit in eum non confundetur, quia, scilicet, consequetur mercedem ab eo. Eccle. 2, Qui timetis deum credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Ponit autem Apostolus hæc verba secundū litteram 70. Et ad hunc sensum pertinet quod in litera nostra dicitur, Qui crediderit non festinet. Ille enim festinare videtur, qui de lusum se reputat, quia cito non adipiscitur quod sperabat.

Caput 10.

Fratres voluntas quidem cordis mei & obsecratio ad deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quod emulationem quidem dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam dei, & suam querentes stultitiam, iustitia dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scripsit, quoniam iustitia quæ ex lege est, qui fecerit homo vivet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in caelum? id est, Christum ad euertere: aut quis descendit in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Propè est verbum in ore tuo, Hoc est verbum fidei quod predicamus: quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris.

¶ Postquā Apostolus ostendit quomodo per electionem gratiæ dei Gentiles sunt ad fidem vocati & etiā aliqui ex Iudæis de maiori parte populi Iudaici offendēribus & scādalizatis, hic agit specialiter de casu Iudæorum. Et circa hoc tria facit. Primò manifestat causam casus eorū quem supra tetigerat: ex qua ostenditur casus eorum esse miserandus. Secundò, ostendit casum eorum non esse vniuersalem. 11. cap. ibi, [Dico ergo nūquid, &c.] Tertio ostendit casum eorum non esse inutilem neque irreparabile, ibi, [Dico ergo nūquid, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit casum eorū esse miserandum ex sua causa. Secundo ostendit quod non est totaliter excusabilis, ibi, [Sed dico nunquid nō audierūt, &c.] Circa primū duo facit. Primò ostendit se ad Iudæos habere miserationis affectū, Secundo ostendit causam miserationis, ibi, [Testimoniū enim illis perhibeo, &c.] Dico ergo primò, dictū est quod Iudæi in legem iustitiæ non peruenierunt, propter hoc quod offenderūt in lapidē offensionis: nec tamen contra eos indignor, sed eorū misereor. Et ideo dico vobis o fratres qui cōuersi estis tam ex Gētibus quæ ex Iudæis. Mat. 23, Omnes vos fratres estis. Voluntas quidem cordis mei. i. ex intimo cordis affectu procedens est ad salutem eorū, vt scilicet, ipsi saluentur, sicut & ego saluatus sum. 1. Cor. 7, Volo omnes homines esse sicut meipsum. Act. 26, Opto apud deum omnes qui audiunt tales fieri, qualis & ego sum. Et in hoc deo cōformabatur qui vt dicitur 1. Tim. 2, vult omnes homines saluos fieri. Nec sola voluntas est in salutem eorum, sed etiā voluntatis effectus, vnde subdit, Et obsecratio. s. mea fit ad deum pro illis in salutē. 1. Reg. 12, Absit à me hoc peccatum in domino vt cessem orare pro vobis. 1a co. vlti. Orate pro inuicem vt saluemini. Et ex hoc patet quod orandū est pro infidelibus vt saluetur, quia

Orat pro Iudæis, prosequitur rationem casus eorum ostendit ignorantiam ei esse amexam non tamen excusantem eius hoc quidē est, hoc profertur ex parte ipsorum Iudæorum, ostendit simul iustitiā quæ facit dignam vitā aeternā esse solum ex lege & fide Christi.

ficientes sunt. *suprà 2.* An diuitias bonitatis eius conténis? *Eph. 2.* Deus auté qui diues est in misericordia, &c. Tertiò probat idé per autoritaté quæ habetur *Ioel. 2.* Omnis quicúq; inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Est auté inuocare, in se vocare perfectú & deuotum cultú. *Pfal.* Inuocabit me & ego exaudiam eum. **¶** Deinde cum dicit, [Quomodo ergo inuocabit, &c.] Ponit ordiné quo quis vocatur in salutem, quæ est ex fide. Er circa hoc duo facit. Primò ostendit qd ea quæ sunt posteriora in hoc ordine, sine prioribus esse nõ possunt. Secundò ostendit qd postis prioribus, nõ est necessarium posteriora poni, ibi, [Sed nõ omnes euágelio obediunt.] Circa primum duo facit. Primò ponit ordiné eorum quæ requiruntur ad salutem. Secúndò cõfirmat quod supponerat per autoritaté, ibi, [Sicut scriptú est.] Ponit autem primò quæq; per ordinem incipiens ab inuocatione ad quã secundá autoritatem pphete, sequitur salus. Dicit ergo, Quomodo ergo inuocabunt in quẽ non crediderunt, quasi dicat, Sine dubio inuocatio salutẽ facere non potest, nisi fide pcedere. Pertinet auté inuocatio ad confessionẽ oris quæ ex fide cordis pcedit. *Pfal.* Credidi propter quod locutus sum. *2. Cor. 4.* Nos credimus propter quod & loquimur. Secúndò a fide ascẽdit vel procedit ad auditum, dicẽs, Aut quomodo credent ei quẽ non audierunt. Ille enim homo credere dicitur quæ sibi ab aliis dicuntur quæ ipse nõ videt. *Io. 4.* lam non propter tuã loquelã credimus: Ipsi enim audiuimus & scimus, &c. Est auté duplex auditus. Vnus quidẽ interior quo quis audit a deo reuelate. *Pfal.* Audiã quid loquatur in me dñs deus. Alius auté auditus est quo aliquis audit ab homine exterius loquente. *Act. 10.* Adhuc loquẽte Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus sup omnes qui audiebant verbũ. Primus autem auditus non cõmuniter pñet ad omnes, sed propriè pertinet ad gratiã prophetã, quæ est gratia gratis data distictè aliquibus, sed nõ omnibus, secundũ illud *1. Cor. 12.* Diuisiones gratiarũ sunt. Sed quia nunc loquitur de eo quod indistinctè, ad omnes pertinere potest, secundũ illud quod suprà dixit, Non enim est distinctio, ideo relinquitur qd hoc sit intelligendum de secundo auditu. Et ideo subdit, Quomodo ergo audient sine pcedicatẽ? Auditus enim exterior est passio quæ ad audientis quæ absq; actione loquentis esse non potest. Vnde & dominus madauit discipulis, *Mat. vlt.* Euntes in mundum vniuersum pcedicate euágelium omni creaturã. Ea verò quæ fidei sunt pcedicatores a semetipsis nõ habent, sed a deo. *Esa. 21.* Quæ audiui a domino deo exercituum annuntiaui vobis. *1. Cor. 11.* Ego em̄ accepi a domino quod & tradidi vobis. Et ideo 4. subdit, Quomodo verò pcedicabunt nisi mittatur? quasi dicat, Non dignè. *Hier. 23.* Non mittebã eos & ipsi currebãt. Mittuntur auté aliqui a domino dupliciter. Vno modo immediatè ab ipso deo per inspirationẽ internam, *Esa. 48.* Et nũc dominus deus misit me, & spiritus eius. Huius auté missionis signum quãdoq; quidẽ est facta scripturã autoritas, vnde *Ioãnes baptista* cũ quæretur ab eo quis esset, autoritatẽ pphete induxit, dicẽs, Ego vox clamãtis in deserto, dirigite viã domini, sicut dixit *Esa. 40.* Quãdoq; auté signum huius missionis est veritas quæ annuntiat. Vnde p contrariũ dicitur *Deut. 18.* Quod hoc habebit signum qd in nomine domini propheta pcedixerit & nõ euenerit, hoc dominus nõ est locutus. Quãdoq; verò signũ huius missionis est operatio miraculi. Vnde dicitur *Exod. 4.* Quod cũ dixisset Moyses domino, nõ credent mihi. s. illi ad quos mittor, dominus dedit ei potestare signa faciẽdi. Nec tamen ista duo vltima sufficĩter demõstrant dei missionẽ, pcedertim cum aliquis annuntiat aliquid contra fidẽ. Dicitur enim *Deut. 13.* Si surrexerit in medio tui propheta & pcedixerit signũ atq; portentum & euenerit quod locutus est & dixerit tibi, eam & sequamur deos alienos, nõ audies verba illius. Alio modo mittitur aliqui a deo mediante autoritate pcedatorũ qui gerunt vicem dei. *2. Cor. 8.* Misimus cum illo fratrem nostrum cuius laus est in euangeliõ per omnes ecclesiã. **¶** Deinde cum dicit, [Sicut scriptum est.] inducit autoritatẽ ad hoc vltimũ quod dixerat de missione pcedatorũ, dicens, Sicut scriptum est, &c. *Esa. 52.* Quã speciosi pedes euangeliãtium bonum. Er similiter habetur *Naũ 1.* Ecce super mõtes pedes euãgelizãtis & annuntiatũ pacem. In his auté verbis primò cõmẽdatur processus pcedatorũ cum dicit, Quã speciosi pedes, quod dupliciter potest intelligi. Vno modo vt p pedes intelligãtur eorũ processus, quia. s. ordinatè pcedũt, non vsurpãtes sibi pcedicationis officium. *Cantic. 7.* Quã pulchri sunt gressus tui in calcamentis filia principis. Alio modo possunt intelligi per pedes, affectus, qui rectitudinẽ habent dũ nõ intẽtione laudis aut lucri verbum dei annuntiat, sed propter omnium salutẽ & dei gloriam. *Eze. 1.* Pedes eorum pedes recti. Secúndò tangit pcedicationis materiã, quæ quidẽ est duplex. Pcedicant enim ea quæ sunt vtilia ad vitã pcedentem, quod designat cum dicit, Euãgelizãtium pacẽ. s. triplicem. Primò quidem annuntiant pacem quã Christus fecit inter homines & deum. *2. Cor. 5.* Deus erat in Christo mundũ reconciliãs sibi. Et posuit in nobis verbum recõciliationis. *suprà 5.* Pacem habeamus per Iesum Christum ad dominũ. Secúndò annuntiat pacem habendã cum omnibus hominibus. *infra 12.* Si fieri potest quod ex vobis est cũ omnibus hominibus pacẽ habentes. Tertiò annuntiat ea p quæ homo potest habere pacẽ in semetipso. *Pfal.* Pax multa diligentibus legem tuã domine. Et sub his tribus continentur omnia quæ in hac vita sunt vtilia ad salutem, vel quãtum ad deum, vel quãtum ad proximum, vel quãtum ad semetipsum. Pcedicant etiam ea quæ speramus habere in alia vita. Et quantum ad hoc dicit, Euãgelizãtium bona. *Lucã 12.* Super omnia bona sua constituet eum. **¶** Deinde cum dicit, [Sed non omnes obediunt euangeliõ, &c.] ostendit ex prioribus non semper sequi posteriora, licet enim nõ possit esse qd quis credat nisi audiat a pcedicante, nõ tamen quicunq; audit a pcedicante, & hoc est qd subdit, Sed nõ omnes obediunt euangeliõ. *2. The. 3.* Non enim omnium est fides. Hoc autem dicit ideo vt ostendatur qd verbum exterius loquentis non est causa sufficiens fidei, nisi cor hominis attrahatur virtute dei loquẽtis. *Io. 6.* Omnis qui audiuit a patre meo, & didicit, venit ad me. & sic qd homines credunt, non est attribuendum pcedicatoris industria. Per hoc etiam ostenditur qd omnes increduli nõ excusantur a peccato, sed illi qui non audiunt & non credunt. *Io. 10.* Si nõ venissem & locutus eis nõ fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et hoc etiam magis cõsonat his quæ Apostolus posterius dicit. Secúndò ad hoc inducit autoritatẽ cum subdit, *Esa. 53.* Domine quis credidit auditui nostro? quasi diceret, *Rarus. Eze. 2.* Increduli & subuersores sunt tecum. *Miche. 7.* Factus sum sicut qui colligit in autumnno racemos vindemiã. Quod quidem *Esa. 53.* dixit pcedi-

Quinque requisita ad salutem.

Duplex est auditus & ad fidẽ requiritur interior.

Dupliciter aliqui a deo mittuntur. Signum missionis a deo interius est ex factis, ex veritate annuntiatã, ex miraculo. Veritas rei pcedicant, & operatio miraculi non semper probant sufficienter missionem esse a deo.

dens Iudæorum infidelitatẽ futuram. *Eccl. 48.* Spiritu magno vidit vltima, &c. Dicit auté, auditui nostro, vel ppter id quod a deo audierunt, sicut dicitur in *Abdia.* Auditũ audiuimus a domino, & legatos ad Gentes misit. Vel propter id quod homines ab Apostolis audiebant. *Eze. 33.* Audiunt verba tua & non faciunt ea. **¶** Deinde cum dicit, [Ergo fides ex auditu, &c.] infert conclusionẽ ex dictis, dicens, Ergo ex quo aliqui nõ credunt nisi audierint, fides est ex auditu. *Pfal.* In auditu auris obediuit mihi. **¶** Sed contra videtur esse quod fides est virtus infusa diuinitus. *Philip. 1.* Vobis datum est vt in ipsum credatis. Dicendum est ergo quod ad fidẽ duo requiruntur. Quorum vnũ est cordis inclinatio ad credendũ, & hoc non est ex auditu, sed ex dono gratiæ. Aliud auté est determinatio de credibili, & istud est ex auditu. Et ideo *Cornelius* qui habebat cor inclinatum ad credendũ, necessè habuit, vt ad eum mitteret *Petrus* qui sibi determinaret quid esset credendum. Ex eo verò quod dixerat, Quomodo audient sine pcedicante? & quomodo pcedicabunt nisi mittantur? concludit, Auditus auté. s. credẽtium est per verbum pcedicatorum, quod est verbum Christi. Vel quia est de Christo. *1. Cor. 1.* Nos pcedicamus Christũ Iesum. Vel quia a Christo habent quod mittuntur. *1. Cor. 11.* Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis. **Lectio 3.**

Sed dico, Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. **Sed dico, Nunquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit, Ego ad amulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam. Esaias autem audit & dicit, Inuentus sum a non querentibus me, pala apparui huic qui me non interrogabat. Ad Israel autem dicit, Tota die expãdi manus meas ad populu non credentem, sed contradicentem mihi.** **¶** Postq; ostendit casum Iudæorũ esse miserandum quia ex ignorãtia peccauerunt, hĩc ostendit qd eorũ talis casus nõ est excusabilis ex toto, quia eorũ ignorãtia nõ fuit inuincibilis, vel ex necessitate existẽs, sed quod dãmmodo voluntaria. Et hoc quidẽ ostendit dupliciter. Primò quidẽ per hoc quod audierunt ex doctrina Apostolorũ, Secúndò per hoc quod cognouerunt ex doctrina legis & prophetarũ, ibi, [Sed dico, nũquid Israel nõ cognouit, &c.] Circa primum duo facit. Primò pponit questionẽ, dicens, Dicitũ est qd fides ex auditu & non possunt homines credere ei quem nõ audierunt. Dico ergo, Nunquid nõ audierunt? vt. s. per hoc possint excusari totaliter ab incredulitate, secúndũ illud *Io. 15.* Si nõ venissem & locutus eis nõ fuisset, peccatũ nõ haberent. Secúndò ad questionẽ respondet interueniẽdo per autoritatẽ *Pfal.* dicentis, In omnem terrã exiit sonus eorũ. s. Apostolorum. i. fama eorũ exiit in omnem terrã, non solum Iudæorũ, sed etiã omnĩũ Gẽtium. *Tob. 28.* Perditio & mors dixerit, auribus nostris audiuimus famã eius. s. sapientiã per Apostolos pcedicantẽ. Et dominus eis pcederat *Mat. vlt.* Euntes in mundũ vniuersum, pcedicate euangeliũ omni creaturã. Et verba eorũ. s. distincta eorum doctrina, exiuerunt in fines orbis terra. Ad literã vsq; ad fines mundi. *Esa. 2. 4.* A finibus terra laudes audiuimus gloriã iusti. Et *49.* Dedi te in lucem Gẽtĩũ, vt sis salus mea vsq; ad extremum terrã. Et est notandũ qd secundum Aug. hæc verba nondũ erant cõpleta quãdo Apostolus talia loquebatur, sed pcedidebat ea esse cõplenda. Et ideo vtitur pcederito pro futuro ppter certitudinẽ diuinæ pcedicationis: sicut etiã *Dauid* cuius verba assumit Apostolus, manifestè vtiebatur pcederito p futuro. Et ideo hoc dicit Aug. quia adhuc tẽpore suo dicit fuisse quãdã gẽtes in *Aphrica* partibus quibus non erat fides Christi pcedicata. *Chryso.* autè super *Mat.* e contrario dicit hoc quod hĩc dicitur cõpletũ fuisse tempore Apostolorũ, exponẽs qd sic habetur *Mat. 2. 4.* Et pcedicabitur hoc euangeliũ regi in vniuerso orbe: & tunc veniet cõsummatio. i. destructio *Hierusalẽ.* Vtrunq; autè est aliquãlter verũ. Tẽpore enim Apostolorum ad omnes gẽtes etiam vsq; ad fines mundi peruenit aliqua fama de pcedicatione Apostolorũ per ipsos Apostolos vel discipulos eorũ. *Matthæ.* enĩ pcedicauit in *Ethiopia*, *Thomas* in *India*, *Petrus* & *Paulus* in *Occidente.* Et hoc est quod *Chryso.* ostendit dicere intendit. Non tamẽ sic fuit impletũ tempore Apostolorũ qd in omnibus gẽtibus ecclesiã edificaretur, quod tamen est implendũ ante finẽ mundi, vt Aug. dicit in *Helitiũ.* Magis tamen pcedenti intẽtioni Apostoli cõgruit expositio *Chryso.* qd *Augustini.* Nul la enim ratio esset auferendã excusationẽ infidelibus per hoc qd in futurũ erant audituri: per hoc tamen nõ haberetur qd ad singulos homines fama pcedicationis Apostolicæ perueniret, licet perueniret ad omnes gentes. **¶** Nunquid ergo illi ad quos nõ peruenit, vt pote si fuerunt nutriti in syluis, excusationẽ habent de peccato infidelitatis? Ad hoc dicendũ est qd secundum sententiã domini quæ habetur *Io. 17.* Illi qui loquentem dominũ per se vel per eius discipulos nõ audierunt, excusationẽ habent de peccato infidelitatis, non tamen beneficium dei cõsequenter, vt. s. iustificentur ab aliis peccatis, vel quæ nascendo contraxerunt, vel malè viuendo addiderunt, & pro his meritiõ dãnantur. Si qui tamen eorũ fecissent quod in se est, dominus eis secundum suam misericordiã prouidisset mittendo eis pcedicatorẽ fidei, sicut *Petrũ Cornelio.* *Act. 10.* Et *Paulũ Macedonibus*, vt habetur *Act. 16.* Sed tamen hoc ipsum qd aliqui faciunt quod in se est conuertendo se. s. ad deum, ex deo est mouente corda ipsorum ad bonum. *Treno. 5.* Cõuerte nos domine ad te, & cõuertemur. **¶** Deinde cum dicit, [Sed dico, Nunquid Israel, &c.] ostendit eos esse inexcusabiles propter notitiã quã haberunt ex lege & prophetis. Et primò mouet questionẽ, dicens, Sed dico adhuc inquirendo, Nunquid *Israel.* i. populus *Iudæorũ* non cognouit ea quæ pertinent ad mynisteriũ Christi, & ad vocationem Gẽtium, & casum *Iudæorũ*? Planè cognouit. *infra. 2.* Instructus per legem. *Pfal.* Non fecit taliter omni nationi. *Bar. 4.* Beati sumus ð *Israel*, quoniã quæ placita sunt deo, manifesta sunt nobis. Secúndò determinat motam questionem cũ dicit, Primus Moyses dicit qui est legislator, quod nõ est sic intelligendũ per hoc qd inducit primus, quasi fuerint duo Moyses. Quorum primus hoc dixit, sed quia Moyses fuit primus. i. pcedipus inter doctores *Iudæorum.* *Deut. vlt.* Non surrexit vltã propheta in *Israel* sicut Moyses. Vel primus fuit in ordine talia dicendi, quia ipse primus inter alios hoc dixit. *Deut. 32.* Ego ad amulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem in iram vos mittã. Vbi litera nostra sic habet, Ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo eos. Vbi duplex est distinctio attendenda. Prima quidem ex parte gentilitatis quã vocat non gentẽ, quasi non dignã vocari gentem eo qd non erat adunata in cultu vnus dei. *Eccl. 50.* Tertia nõ est gens quã oderim. Eandẽ autem gentilitatẽ vocat gentem insipientem, & si aliqui gentes dici possent secundũ qd adiuuatur & gubernatur lege humana, dicitur tamen insipies quasi priuata vera sapientiã quæ in cognitione & cultu dei cõsistit. *Eph. 4.* Sicut & gentes ambulãt in vanitate sensus f. ij

Ad fidẽ duo requiruntur.

Ostenditur casus Iudæorũ inexcusabilis quia audierunt de Christo per apostolos & itẽ per prophetas & legem suam.

In omni terram Iudæorum quã Gẽtium est pcedicatum verbum Christi. Opinio Augustini de pcedicatione verbi Christi in omni terra.

Opinio Chryso.

Concordia Augustini & Chryso.

Prefertur Chryso. & Augustini.

Nota pro illis qui nihil de fide audierunt.

sui tenebris obscuratū habētes intellectū, alienati a vita dei. Et sic refertur ad Gētilitatem secundū statum antē cōuersionē. Possunt hęc etiā duo attribui Gētilitati post cōuersionē quæ dicitur nō Gēs. i. non Gētili ter uiuens, sicut Apostolus dicit ibidē. Iam non amplius ambulatis sicut & Gētes. Dicitur etiā Gētilitas cō uersa Gēs insipiēs secundū opinionē infidelīū. 1. Cor. 3. Si quis inter vos sapiēs uideatur esse, stultus fiat ut sit sapiens. ¶ Secūda differentia attenditur quantum ad hoc quōdā primō ponit amulationē. s. inuidiā qua Iudæi inuidebant Gētilibus cōuersis. Gal. 4. Amulantur uos non bene. ¶ Secūdo ponit iram qua cōtra eos irascū tur. ps. Obseruabit peccator iustū & stridebit, &c. Et hęc duo congruē coniungūtur, quia ex inuidia causa tur ira. Vnde Iob 5. dicitur, Virū stultū interficit iracundia, & paruulū occidit inuidia. Dicitur autē deus in amulationē inducere & in iram mittere, nō quidē in eis causando malitiā, sed subtrahēdo gratiā vel potius faciēdo cōuersionē Gētiū, vnde Iudæi occasione iræ & inuidiæ sumunt. Secūdo ostēdit eos cognouisse per doctrinam prophetarū & inducit Esaiam, primō quidem prænuntiātē cōuersionē Gentiū, dicēs, [Esaia autē audet & dicit. Id est, audacter Iudæis annūtiat ueritatē, quāuis ei periculū mortis immineret. Iob. 39, Audacter in occursum pergit armatis & dicit. Esa. 64. Inuētus sum à Gētibz sum à Gētibz non querentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. ubi litera nostra sic habet, Quasi ferunt me qui antē non interroga bant, inuenerūt qui non inquisierunt me. In his autē uerbis primō designat cōuersionē Gentiū, dicens, In uentus sum à Gētibz non querentibus me. Et ideo prater merita & intentionē Gētilium ostēditur fuisse eorum cōuersio, infra 15, Gentes autē super misericordia honorare deum. De hac autē inuēctione dicit Marth. 13, Simile est regnū cælōrū thesauro abscondito in agro quē qui inuenit abscondit, &c. Secūdo ostēdit causam & modum cōuersionis eorū. Causam quidem, quia non casu factum est ut inuenirēt quod non querebant, sed ex gratia eius qui eis uoluit apparere, quod designat in hoc q̄ dicit, Apparui. Tit. 2, Apparuit gratia saluatoris nostri dei omnibus hominibus. Modum autem, quia non apparuit Christus Gētilibus in enigmatibz & figuris legis, sed in manifesta ueritate. Vnde dicit, palam. Io. 16. Ecce palam loque ris, & prouerbiū nullum dicis. Palam, inquit, apparui eis. s. Gētilibus qui me non interrogabāt. i. qui mēa doctrinam non querebant. Esaia 45, Rogant deum nō saluante. Secūdo ostēdit q̄ Esaia prænuntiāuit incredulitatem Iudæorum, dicens, Ad Israel autē. i. contra Israel dicit Esa. 65, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Vbi nostra litera sic habet, Expandi manus meas ad populum incredulum qui graditur in uia non bona post cogitationes suas, populus qui ad iracundiam prouocat me. Quōd autē dicit, Expandi manus meas, potest uño modo intelligi de expansione ma nuum in cruce, quæ quidē dicitur fuisse in cruce tota die. i. principali parte totius diei. s. ab hora sexta usque ad uesperas. Marth. 27, Et quāuis eo expandēte manus in cruce sol sit obscuratus, petra scissā, monumēta aperta: Iudæi tamē in sua incredulitate permanserūt eum blasphemātes, ut dicitur. Marth. 27, Vnde subdit, Ad populum non credentē, sed contradicentem mihi. Hebr. 12, Recogitate eum qui talem sustinuit à pecca toribus aduersus semetipsum cōtradictionē. Alio modo potest referri ad extensionē manus dei in miraculis faciēdis. Act. 4. In eo q̄ manum tuā extendis ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomē sanctū filij rui Iesu. ut sit sensus, Tota die, id est, toto tēpore prædicationis meę expandi manus meas miracula faciēdo ad populū non credentē, etiam miraculis uisus. Ioā. 15, Si opera nō fecissem quæ nemo alius fecit, peccatum non haberēt. Sed contradicentē mihi, id est, meis miraculis detrahentē. secūdo illud Matt. 12, In Beelzebub principe dæmoniorū eiecit dæmonia. Osee. 4, Populus tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Tertiō potest intelligi de extentione manus dei ad beneficia illi populo exhibita, secundum illud Prouerb. 1, Ex tendi manum meam & non fuit qui aspiceret. ut sit sensus, Tota die, id est, toto tempore legis & prophe tarum expandi manus meas ad dandum beneficia ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Deut. 31, Semper contentiosē egistis contra dominum.

Caput 11.

Expandisse manus deum tripliciter intelligitur.

Ostēditur nō omnes Iudæos cecidisse & esse exploratos à gratia euangēlij, aliquos tamen esse ex cecatos, insul tatio Gētiū cōtra Iudæos. Et tollitur profanditas sapientiæ & iudiciorū dei. Et primo hic non omnes Iudæos cecidisse ostēditur.

Dico ergo, quid repulit dominus deus populum suum? Absit. Nam ego Israelita sum ex semine Abraham de tri bu Benjamin. Non repulit deus plebem suam quam præsciuit. An nescitis in Helia quid dicit scriptura, quemadmo diu interpellat deum aduersum Israel? Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, ego relictus sum solus & querunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem milia uirorū qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non operibus. Alioquin gratia iā non est gratia. Quid ergo? Quod querebat Israel hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est, ceteri uero excecati sunt sicut scriptum est. Dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos ut non uideāt, & aures ut non audiant usque in hodiernum diem. Et Dauid dicit, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captio nem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. ¶ Postquam Apostolus ostēdit Iudæorū casum esse miserendū, non tamen totaliter excusabile, hic ostēdit casum Iudæorū non esse uniuersalem. Et primō mouet quæstionē. Secūdo soluit, ibi, [Absit, &c.] Ter tiō infert conclusionem, ibi, [Quid ergo, &c.] Dicit ergo primō, Dico ad hęc inquirendo, Nunquid deus repulit totaliter populum suum, scilicet Iudæorum, quia uocat eum non credentem, sed contradicentem. Et hoc Psalmita etiā inquirat, dicēs, Ut quid deus repulisti in finē? Treno. 2, Repulit dominus altare suum. ¶ Deinde cū dicit, [Absit, &c.] soluit quæstionem ostēdens quōd deus non totaliter repulit populum Iudæorum. Et hoc est quōd dicit, Absit. ut. s. populus Iudæorum sit totaliter repulsus. Et hoc quidē primō probat quantū ad personam suam, dicens, Nam & ego. s. in fide Christi existens Israelita sum. s. Gēte. 2. Co rint. 11, Israelitæ sunt & ego. Et quia in populo Israel erant aliqui Profeliti, qui nō descenderūt secundū car nem ex patriarchis. Secūdo hoc de se excludit, subdēs, Ex semine Abraham. 2. Cor. 11, Semen Abraham sunt & ego. Erant autem in populo Iudæorum tribus distinctæ secundū filios Iacob, quorū quidem fuerunt fi lij ancillarum, quidam vxorum. Ioseph autem & Benjamin filij Rachel prædilectę vxoris. Vnde suam excel lentiam in populo Iudæorum ostēdens dicit, Ex tribu Benjamin. Philip. 3, Ex genere Israel de tribu Benia min. Vnde & de eo exponitur à quibusdā, quod legitur Gen. penult. Benjamin lupus rapax mane comedit prædā, & uespere diuidit spolia. Secūdo, ibi, [Non repulit, &c.] ostēdit populum illum nō esse repulsū à deo etiā quātum ad multos electos suos. Et primō proponit quod intendit. Secūdo inducit similitudinē,

ibi, [Sic ergo & in hoc tempore, &c.] Dicit ergo primō, Non solum ego non sum repulsus, sed deus non re pulit plebem suam totā quam præsciuit, id est, prædestinauit. Suprà. 8, Quos præsciuit, hos & prædestina uit. ps. Non repellat dominus plebem suam. Quod Apostolus hic exponit quantum ad prædestinatos. ¶ Deinde cū dicit, [An nescitis, &c.] inducit similitudinē de his quæ contigerunt tempore Helia quando etiam totus populus uidebatur à cultu unius dei aberrasse. Vbi primō ponit interpellationē Helia. Secūdo respōtionem domini, ibi, [Sed quid dicit scriptura diuina, &c.] Dicit ergo primō, An nescitis quid scriptura sacra dicat in Helia, id est, de Helia. 3. Reg. 19, Vel in Helia, id est, in libro de Helia scripto. Totus enim li ber Regū est principaliter scriptus ad notificandū dicta & facta prophetarū. Vnde & inter libros propheti cos cōputatur, ut Hiero. dicit in prolo. libri Regum quemadmodū. s. ipse Helias interpellat deum aduersus Israel. Contra quod uidetur esse uerbū Samueis dicentis. 1. Regum. 12, Absit hoc peccatū à me in domino ut cessem orare pro uobis. Multo ergo minus est contra populum interpellandum. Sed intelligendum est quōd propheta contra populum aliquem interpellat tripliciter. Vno modo conformando uoluntatem suam uolūtati diuinæ eis reuelatæ, sicut & in Psal. dicitur, Latabitur iustus cūm uiderit uindictam. Alio mo do interpellando contra regnum peccati, ut. s. non homines, sed peccata hominum destruat. Tertio mo do ut interpellatio uel oratio est interpretanda per modum denuntiationis, secundum illud Hier. 17, Con fundatur qui me persequuntur. i. cōfundentur. Duō autem in hac sua interpellatione cōtra eos allegat. Pri mō quidem impietatem quam commiserant contra cultū dei. Vno quidem modo persequendo ministros eius, quod tangit dicens, Domine prophetas tuos occiderunt. 3. Reg. 18, Nunquid nō indicatū est tibi do mino meo quid fecerim cūm interficeret Iezabel prophetas domini? Act. 7, Quem prophetarum nō sunt persecuti patres uestri. Alio modo quantum ad loca deo sanctificata secundum illud Psal. Incenderit igni sanctuarium tuum. Et quantum ad hoc dicit, Altaria tua suffoderunt. ¶ Vnde notandum est quōd Deut. 12, dominus mādauit, dicens, Ad locum quem elegerit dominus deus uester de cunctis tribubz uestris, ut po nat nomen suum ibi & habitet in eo: uenietis & offeretis in illo loco holocausta & uictimas uestras. Tamē ante adificationem tēpli permittēbatur populus, ut in diuersis locis altaria construeret ad cultum diuinū: quod quia erat cōtra legem, adificatio iam templo Ezechias rex piissimus omnia huiusmodi altaria destrui fecit. Et hoc est quōd dicitur 4. Regum. 18, Nōne iste est Ezechias, qui abstulit excelsa & altaria & præcepit Iudæ & Hierusalem ante altare, hoc adorabitis in Hierusalem. quod ergo Ezechias fecit ex pietate hoc fecit. Achab & Iezabel ex impietate uolentes cultū dei totaliter extirpare. Tertiō allegat contra eos impie tatem quam facere intēdebant, dicēs, At relictus sum ego solus, scilicet in cultu unius dei. Quod quidem dixit Helias eo q̄ alij non ita apertē manifestabant se esse dei cultores. Dicitur enim de eo Ecclesiast. 48, Surrexit Helias propheta quasi ignis, & uerbum illius quasi facula ardebat. Et quærun animam meam. s. ut auferant eam. Miserat enim Iezabel ad Heliam. 3. Regum. 19, dicens, Hęc mihi faciant dij & hęc addāt nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animā unius ex illis. s. prophetis Baal quos occiderat Helias. ¶ Deinde cū dicit, [Sed quid dicit, &c.] ponit diuinum responsum, dicens, Sed quid dicit scriptura ibi dem. s. dixisse illi. s. Helia responsum diuinum. Hoc in quā quōd sequitur, Reliqui mihi. i. in cultu meo non permitrendo eos cadere in peccatum, septem milia uirorū. Ponitur certum pro incerto propter perfectio nem septenarij & miliarij qui non curuauerūt genua ante Baal. i. qui cultū dei nō deseruerunt. Esa. 43, Om nem qui inuocat nomē meū in gloriā meā creauit, &c. ¶ Deinde cū dicit, [Sic ergo, &c.] adaptat quod di xerat ad propositum. Et primō ponit adaptationem, dicens, Sic ergo & hoc tēpore in quo uidetur multitu do populi deuiaffe. reliquæ, id est, multi qui sunt relictū ab illo excidio saluæ sicut, uel saluæ factę sunt secū dum electionem gratiæ dei, id est, secundum gratuitam electionē dei. Ioānis. 14, Non me elegistis, sed ego elegi uos. Secūdo ex hoc infert cōclusionem, dicens, Si autem gratia salui facti sunt, iam non ex operibus eorum. Tit. 3, Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fe cit. Tertiō ostēdit sequi conclusionem ex præmissis, dicens, Alioquin scilicet si gratia est ex operibus iam non est gratia quæ dicitur ex eo quōd gratis datur. Suprà. 5, Iustificati gratis per gratiam ipsius. ¶ Deinde cū dicit, [Quid ergo, &c.] infert conclusionem intentam. Et primo ponit eam, dicens, Quid ergo secun dum præmissa dicemus? Hoc scilicet quōd Israel quantum ad maiorem multitudinem populi non est con secutus quod querebat, scilicet iustitiam. Et hoc modo intelligendum est quod supra nono dictum est, Is rael sectādō legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Io. 7, Quæretis me & non inuenietis. ita tamen quōd electio. i. electi ex Iudæis consecuta est iustitiam. Ephe. 1, Elegit nos in ipso ut essemus sancti. Ceteri uero, id est alia pars populi excecati sunt propter suam malitiam. Sapient. 2, Excecavit eos malitia eorum. Secūdo, ibi, [Sicut scriptum est, &c.] manifestat conclusionem quātum ad ultimam partem. Et primō per autoritatem Esa. 2, Per autoritatem Dauid, ibi, [Et Dauid dicit.] Circa primum notandum quōd Apo stolus componit autoritatem ex duabus. Legitur enim Esaia 29, Miscui uobis spiritum saporis. Et quan tum ad hoc dicit, Dedit deus illis spiritum cōpunctionis, quod pertinet ad peruersitatē affectus. Compun ctio enim importat quandam cordis punctionem, siue dolorem. Est ergo quædam bona compunctio qua quis dolet de propriis peccatis. secundum illud Psal. Potasti nos uino compunctionis. Est autem & mala compunctio, scilicet inuidiæ qua quis dolet de bonis aliorum. Hunc ergo cōpunctionis. i. inuidiæ spiritum eius dedit deus, non quidem immittendo malitiam, sed subtrahendo gratiam, sicut supra 10, dictum est, Ego ad emulationem adducam uos in non Gētem. Item legitur Esaia. 6, Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudet ne forte uideat oculis suis, & auribus suis audiat. Et quātū ad hoc designās defectum cognititiuæ uirtutis subdit, Oculos ut non uideant, scilicet per seipos quantum ad miracula quæ Christus eius uideatibus fecit. Et aures ut non audiant scilicet fructuose doctrinam Christi & Apostolorum. Esaia 42, Qui uides multa nonne custodies? Qui apertas aures habes nonne audies? Addit autem Apo sto lus de suo, Usque in hodiernum diem, quia in fine mundi uidebūt & audient quādo cōuertentur corda fi liorum ad patres eorum, ut dicitur Malac. ultimo. ¶ Deinde cū dicit, [Et Dauid dicit, &c.] ponit ad idem, autoritatē Dauid. In qua primō tangit occasionē defectus Iudæorū, dicēs, Fiat mensa eorum. i. malitia qua

Propheta in terpellat tri pliciter con tra aliquos.

Ante adifi cationem tem pli licet in di uersis locis ad ificare altaria & non post, sed solum in templo.

peccatores reficiuntur. Iob. 20. Cum dulce fuerit in ore eius malum abscondet illud sub lingua sua. Quae quidem mensa est coram ipsis quando ex certa malitia peccant. Hoc quidem fit in laqueum quando ex ea paratur tentatio ad peccandum. Esa. 24. Qui explicauerat se de fouea tenebitur laqueo. Et in captione quando delectationi succumbit per sensum. Esa. 8. Capientur & irretientur. Et in scandalum, id est in partionem casus quando ruunt de peccato in peccatum, ps. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Et in retributionem illis quando scilicet puniuntur pro suis peccatis, Vel quia hoc ipsum est retributio delictorum, quia deus eos permittit sic cadere, ps. Redde retributionem superbis. Vel mensa, est sacra scriptura Iudaeis appositae. Proverb. 9. Proposuit mensam suam. Quae quidem fit in aliquem quando occurrit aliquod ambiguum. In captione quando male intelligitur. In scandalum quando ruit in pertinaciam erroris. Et retributionem, vt supra. Secundo ponit ipsum defectum quantum ad cognitionem virtutem cum dicit, Obscurentur oculi eorum ne videant quod magis praenuntiando quam optando dicitur. Ephe. 4. Tenebris obscuratum habentes intellectum. Et quantum ad effectum cum dicit, Et dorsum eorum, id est liberum arbitrium quod portat ad bona & ad mala, semper incurua. incuruari permittit ab aternis ad temporalia, a rectitudine iustitiae ad iniquitatem. Esaie 51. Incuruae vt transeamus. Lectio 2.

Ostenditur casus Iudaeorum non esse inuulnereque irreparabilis.

Dico ergo, nunquid se offenderunt vt caderent? Absit. sed illorum delicto salus est Gentibus vt illos emulentur, quod si delictum illorum diuitiae sunt mundi, & diminutio eorum diuitiae Gentium, quantum magis plenitudo eorum? Probis enim dico Gentibus, Quandoquidem ego sum Gentium. Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad emulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quae assumptio nisi vita ex mortuis? Quod si delibatio sancta est, & massa. Et si radix sancta, & rami.

Delictum Iudaeorum dicitur tripliciter esse salus Gentium.

Postquam Apostolus ostendit quod casus Iudaeorum non est inuulnereque irreparabilis. Et circa hoc duo facit. Primum ostendit casum Iudaeorum esse vtilem & reparabilem. Secundo excludit gloriam Gentium Iudaeis insulantium, ibi, [Quod si aliqui ex ramis, &c.] Circa primum duo facit. Primum proponit quaestionem. Secundo soluit, ibi, [Absit, &c.] Dicit ergo primum, Dicitur est & probatur quod ceteri Iudaei praeter electos sunt excacati. Dicit ergo quaestionem mouens, Nunquid sic offenderunt vt caderent? Sed potest dupliciter intelligi. Vno modo sic, Nunquid deus permittit eos offendere solum vt caderent, id est propter nullam aliam vtilitatem inde consequentem, sed solum volens eos cadere. Quod quidem esset contra bonitatem diuinam quae rata est, vt Augustinus dicit in Enchi. quod nunquam permitteret aliquid mali fieri nisi propter bonum quod ex malo elicit. Vnde & Iob. 3, 4, dicitur, Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Et Apocalip. 3, dicitur, Tene quod habes ne alter accipiat coronam tuam, quia scilicet deus aliquos sic permittit cadere, vt quorundam casus sit aliorum salutis occasio. Alio modo potest intelligi sic, Nunquid sic offenderunt vt caderent? id est perpetuo in casu remaneret. Psal. Nunquid qui dormit non adiciet vt resurgat? Deinde cum dicit, [Absit, &c.] soluit quaestionem. Et primum secundum intellectum ostendens casum Iudaeorum fuisse vtilem. Secundo soluit quaestionem quantum ad secundum intellectum ostendens casum Iudaeorum esse reparabilem, ibi, [Quod si delictum illorum, &c.] Dicit ergo primum, Absit. vt scilicet inutiliter caderent: sed magis illorum, scilicet Iudaeorum delicto, salus Gentibus facta est occasionaliter. Vnde & dominus dicit Ioan. 4, Salus ex Iudaeis est. Quod quidem potest intelligi tripliciter. Primum modo quia delictum quod in occasione Christi commiserunt est subsecuta salus Gentium per redemptionem sanguinis Christi. 1. Petr. 1, Non enim corruptibilibus auro vel argento redempti essis de vana vestra conuersatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine agni immaculati. Secundo modo potest intelligi de delicto quo doctriina Apostolorum repulerunt, secundum illud Act. 13, Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, &c. Tertio modo potest intelligi de hoc quod propter suam improbitatem sunt in omnes Gentes dispersi. Et sic Christus & ecclesia vbiq; a libris Iudaeorum testimonium habuit fidei Christianae, ad conuertendos Gentiles qui suspicari potuissent prophetias de Christo quas praedicatores fidei inducebant esse confictas nisi probaretur testimonio Iudaeorum, vnde in Psal. dicit, Ostendit mihi super inimicos meos. Iudaeos ne occidas eos, nequando obliuiscatur populi mei dispergere illi in virtute tua. Sequitur, Vt illos emularent. Et quia non dicit qui vel quos, cum etiam sit duplex emulatio. scilicet indignationis & imitationis. Potest hoc quatuor modis exponi. Primo modo vt intelligatur sic, Vt Gentes illos. Iudaeos emularent. i. imitentur in cultu vniuersi dei. Eph. 2, Eratis in illo tempore sine episcopo alienati a conuersatione Israel. & postea subdit, Nunc autem vos qui aliquando eratis longae facti estis prope in sanguine Christi. 1. Tim. 2, Vos imitatores facti estis ecclesiarum dei quae sunt in Iudaea. Vel vt Gentes emularent Iudaeos. i. indignentur contra eos propter incredulitatem eorum. Psal. Vidi preuaricantes & tabescebant, quia eloquia tua non custodierunt. Tertio modo potest intelligi sic, Vt Iudaei emularentur, id est imitentur Gentes quando vbiq; & nunc aliqui eorum particulatim conuertuntur ad fidem imitantes fidem Gentium, & finaliter omnis Israel saluus fiet cum plenitudo Gentium intraverit, & sic impleatur quod dicitur Deut. 28, Ille erit in caput, & tu eris in caudam. Quarto modo potest exponi sic, Vt Iudaei emularentur Gentes. i. contra eos ex inuidia turbentur dum videt ad eos eorum gloriam transferri. Deut. 32, Ego prouocabo eos in eo qui non est populus. Deinde cum dicit, [Quod si delictum eorum, &c.] soluit quaestionem quantum ad secundum intellectum, ostendens casum Iudaeorum esse reparabilem, quod quidem ostendit tripliciter. Primum ex vtilitate. Secundo ex Apostoli intentione, ibi, [Vobis enim dico, &c.] Tertio ex conditione illius populi, ibi, [Quod si delibatio sancta, &c.] Circa primum ponit tale rationem, Bonum est potius ad vtilitatem inferendam quam malum, sed malum Iudaeorum magnam vtilitatem Gentibus conrulerit: ergo multo maiore confortat mundo eorum bonum: hoc est ergo quod dicit, Dicitur est quod eorum delictum salus Gentibus facta est: quod pro sed, illorum. Iudaeorum delictum diuitiae sunt mundi. i. Gentium, quia. scilicet delictum Iudaeorum redundauit in spirituales diuitias Gentium, de quibus dicitur Esa. 33, Diuitiae salutis sapientia & scientia, quod quidem refert ad eorum culpam. Et diminutio eorum, quae. scilicet decreuerunt ab illa celsitudine gloria quam habebant, quod pertinet ad poenitentiam. Danie. 3, Imminuiti sumus plusquam omnes Gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Sunt autem diuitiae Gentium per occasionem vt dicitur est, vel diminutio eorum. i. aliqui minimi & abiecti ex Iudaeis, Gentes spiritualiter ditauerunt. I. Apostoli quibus

Duplex emulatio.

dicitur 1. Corint. 1, In summa mundi elegit deus, vt confundat fortia. Quantomagis plenitudo eorum. i. abundantia eorum spiritualis, vel multitudo eorum ad deum conuersa in diuitias Gentium reddidit. Eccles. 24, In plenitudine sanctorum detentio mea: sic si deus propter vtilitatem totius mundi permittit Iudaeos delinquere & diminui, multo magis implebit ruinas eorum propter totius mundi vtilitatem. Deinde cum dicit, [Vobis enim dico Gentibus, &c.] ostendit idem ex sua intentione qua primum proponit. Secundo eius rationem assignat, ibi, [Si enim amissio, &c.] Circa primum considerandum est quod cum in superioribus huius epistolae partibus locutus fuit omnibus fidelibus existentibus Roma, siue fuerint ex Gentibus, siue ex Iudaeis, nunc specialiter sermo nem suum dirigit ad Gentiles conuersos. Dicit ergo, Dixi quod plenitudo eorum erit diuitiae mundi. In huius enim signum dico, vobis Gentibus. i. Gentibus ad fidem conuersis. Esa. 65, Dixi, ecce ego ad Gentes, &c. Hoc in qua vobis dico quando ego sum Gentium Apostolus, quarum cura specialiter mihi incumbit ex iniuncto officio. Galat. 2, Dexteras dederunt mihi & Barnabae societatis, vt nos in Gentes, ipsi autem in circuncisionem. 1. Tim. 2, In quo positus sum ego praedicator & Apostolus, veritate enim dico in Christo Iesu, non mentior doctor Gentium in fide & veritate. Ministerium meum honorificabo, non quidem his quae ad seculari honorem pertinent, sed primum quidem ornando ipsum bonis moribus. 2. Corint. 6, In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia. Secundo per supererogationem operum ad quae non tenebatur. 1. Corint. 9, Quae est ergo merces mea vt euangelium Christi praedicans sine sumptu, &c. Tertio ampliando sollicitudinem ad omnium salutem. 2. Corint. 11, Praeter illa quae extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Vnde & hic subdit, Si quo modo ad emulandum prouocem carnem meam. i. Iudaeos, qui sunt mihi cognati secundum carnem, vt supra 9, dicitur est Esa. 58, Carnem tuam ne despexeris. Et hoc ad emulandum bona emulatione, secundum illud 1. Corint. 12, Aemulamini charismata meliora. Et per hunc modum vt saluos faciat aliquos ex illis. scilicet ex Iudaeis. 1. Corint. 10, Non querens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Sed contra est quod ipse dicit 2. Corint. 10, Nos autem non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulam quae mensus est nobis deus mensuram pertingendi vsque ad vos. Non autem acceperat mensuram sui ministerii, nisi super Gentes. Non ergo debebat se intrinsecus de Iudaeis. Dicunt autem quidam quod Iudaei in Iudaea habitates non pertinebant ad eius Apostolatū, sed Petri, Iacobi & Ioannis, vt dicitur Gal. 2. Sed Iudaei inter Gentes habitantes, ad eius Apostolatū pertinebant, & eorum salutem instabat. Sed hoc videtur contra intentionem litterae. Si enim illi Iudaei ad eius Apostolatū pertinebant in hoc quod eorum conuersio nem intendebat, non honorificasset suum ministerium. Et ideo dicendum est quod sic erat sibi commissum praedicatione Gentium, vt ad eam ex necessitate teneretur, sicut ipse dicit 1. Corint. 9, Si non euangelizauero, vae mihi. Necessitas enim incubit. Nec tamen erat ei prohibitum Iudaeis praedicare, quauis ad hoc non teneretur. Et secundum hoc eorum salutem insistendo ministerium suum honorificabat. Quod quidem non faceret. si casum eorum irreparabilem reputaret. Vnde ipsum Apostolum studiū quod adhibebat ad conuersionem Iudaeorum, inducit pro signo quod casus Iudaeorum sit reparabilis. Deinde cum dicit, [Si enim, &c.] assignat rationem suae intentionis, quia. scilicet videbat quod conuersio Iudaeorum proueniebat in salutem Gentium, vnde dicit, Si enim amissio eorum. i. incredulitas & inobediencia eorum, sicut dicitur seruus amissus, quando sub cura & obedientia domini refugit esse. Hier. 50, Grex perditus factus est populus meus. Si in qua Iudaeorum amissio ost occasionaliter reconciliatio mundi, in qua tu per mortem Christi sumus reconciliati deo: quae assumptio, nisi vita ex mortuis? I. Iudaei reassumantur ad deo, secundum illud Zachar. 11, Sumpsi mihi duas virgas. Quid inquam faciet talis assumptio, nisi quod Gentes resurgere faciat ad vitam? Gentes enim sunt fideles qui tepescunt. Matt. 24, Quonia abundauit iniquitas, refrigescet charitas. Vel etiam qui totaliter cadent decepti ab antichristo Iudaeis conuersis in pristinum seruire restituentur. Et etiam sicut Iudaeis cadentibus Gentes post inimicitias sunt reconciliati, ita post conuersionem Iudaeorum, imminente iam fine mundi erit resurrectio generalis, per quam homines ex mortuis ad vitam immortalem redibunt. Deinde cum dicit, [Quod si delibatio, &c.] ostendit idem ex conditione ipsius Gens Iudaeorum. Et hoc quidem dupliciter, Primum ex parte Apostolorum, cum dicit, Quod si delibatio sancta est & massa. Dicitur autem delibatio, id quod ex massa pasta sumitur, quasi ad probandum. Sunt autem Apostoli ex Gente Iudaeorum assumpti a deo, sicut delibatio ex massa. Et ideo si Apostoli sunt sancti, consequens est quod Gens Iudaeorum sit sancta. 1. Petr. 2, Gens sancta populus acquisitionis, &c. Secundo probat idem ex parte patriarcharum, qui comparantur ad Iudaeos, sicut radix ad ramos, vnde & Esa. 11, dicitur, Egredietur virga de radice Iesse. Si ergo patriarchae, qui sunt radix sunt sancti, & Iudaei qui ex eis processerunt sicut rami, sunt sancti. Osee 14, Erumpet radix eius, vt libani ibunt rami, &c. Sed contra est quod dicitur Ezech. 18, Vir si fuerit iustus, vita viuet. Sic ergo non sequitur quod si radix est sancta, & rami. Ibidem etiam subditur quod si filius videns peccata patris sui timuerit & non fecerit simile, non morietur, sed vita viuet, vnde etiam videtur non sequi quod si delibatio sancta est, & massa. Sed dicendum quod dicitur, Iudaei non loquitur de actuali sanctitate, non enim intendit ostendere Iudaeos incredulos esse sanctos, sed de sanctitate potentiali. Nihil enim prohibet eos reparari in sanctitate, quorum patres & quorum filii sunt sancti. Vel potest dici, quod illi sunt specialiter rami patriarcharum, qui eos imitantur, secundum illud Ioan. 8, Si filii estis Abraham, opera Abraham facite. Lectio 3.

Tripliter honorificatur Paulus suum ministerium.

Tenebatur Paulus praedicare Gentibus non Iudaeis.

Quid delibatio.

Quomodo resurgit, si radix, & rami, &c.



Potens est enim deus iterum inferre illos. Nam si tu ex naturali excelsus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi qui secundum naturam inserentur sine oliuae? Postquam Apostolus ostendit casum Iudaeorum fuisse vtilem & reparabilem, hic excludit gloriationem Gentium contra Iudaeos. Et circa hoc duo facit. Primum ostendit Gentibus conuersis, non esse gloriantium

Reprimunt gloriationem Gentium aduersus Iudaeos. Inducit in considerationem diuinationem.

contra Iudæos. Secundo respondet obiectioni Gentilium, ibi [Dicis ergo, fracti sunt, &c.] Circa primū duo facit. Primò prohibet Gentiles contra Iudæos gloriari. Secundo rationē prohibitionis assignat, ibi [Quòd si gloriaris, &c.] Videbatur autē ex duabus partibus imminere Gentilibus gloriandi occasio contra Iudæos. Primò quidem ex defectu Iudæorū, dicens, Dicitur est q̄ si radix est sancta, & rami. Sed si aliqui ex ramis, i. ex Iudæis, nō omnes tamen sunt fracti. i. diuisi à fide patrum qui cōparantur radici, noli. f. gloriari. Iob 15, Ramos eius arefecit flamma. Sap. 4, Confringentur rami inconsumpti. Secundo videtur eis imminere materia gloriandi ex parte promotionis eorum. Promotio autem alicuius tanto magis confuevit eum extollere in vanā gloriam, quanto ex viliori statu eleuatur, secundum illud Prou. 30, Propter tria mouetur terra & quartū non poterit sustinere. Per seruum cū regnauerit, &c. Et ideo præmittit abiectionem statum, de quo assumpti erant, dicens, Tu autē Gentilis cū in statu Gentilitatis oleaster es. i. arbor infructuosa. Hier. 17, Erit quasi mirice in deserto. Matth. 3, Omnis arbor quæ non facit fructum bonū excidetur, &c. ¶ Deinde ponit eorum promotionem. Et primò quidem quantum ad hoc q̄ sunt assumpti in dignitatem illius Gentis, vnde dicit, [Inferus es illis]. i. loco illorū. Iob 4, Cōteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Secundo per hoc q̄ sunt confociati patriarchis, quos supra radici cōparauerat, vnde dicit, Et socius radicis factus es. i. confociatus es patriarchis & prophetis. Mat. 8, Multi veniēt ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum. Tertio per cōparationem ad gloriā Apostolorum, cū dicit, [Et socius pinguedinis oliuæ factus es.] Oliua quidem dicitur ipsa Gens Iudæorum propter vniuersales fructus spirituales, quos artulit. Hierem. 11, Oliuam vberē, pulchram, fructiferā, speciosā vocauit deus nomen tuum. Psal. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei. Sicut autem huius oliuæ radix sunt patriarchæ & prophetae, ita pinguedo huius oliuæ, est abundantia gratiæ spiritus sancti, quam præ omnibus Apostoli habuerunt, vt glo. dicit. Vnde Iud. 9, Oliua dixisse inducitur, Nunquid possum deserere pinguedinem meam? Psal. Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Sic ergo promoti sunt Gentiles ad societatem illius populi & patriarcharū & Apostolorum. Ephes. 2, Estis ciues sanctorum & domestici dei superædificati super fundamentū Apostolorum & prophetarum, & licet has occasiones gloriandi habere vobis superædificati super fundamentū Apostolorum & prophetarum, i. aduersus Iudæos. 1. Corinth. 5, Non est bona gloriatio vestra. ¶ Deinde cū dicit, [Quòd si gloriaris, &c.] assignat rationem suā admonitionis, dicens, quòd si non obstante hac admonitione gloriaris insultando Iudæis stantibus vel excisis, hoc cōsideres ad repressio nem gloriæ tuæ, quòd tu radicem non portas, sed radicem te. i. Iudæa non accepit à Gentilitate salutē, sed potius e cōuerso. Ioan. 4, Salus ex Iudæis. Vnde & Abraham promissum est Genes. 22, quòd in ipso benedicentur omnes cognationes terræ. ¶ Deinde cū dicit, [Dicis ergo, &c.] excludit obiectionem Gentilium. Et primò proponit obiectionem. Secundo excludit eam ex cōsideratione diuini iudicij, ibi [Bene, &c.] Tertio inducit eos in diligentem considerationē diuinorum iudiciorum, ibi [Vide ergo bonitatem, &c.] Dicit ergo primò, Ergo tu Gentilis qui gloriaris contra Iudæos fortē dicis, Fracti sunt rami, vt ego inserar. i. ad hoc deus permisit Iudæos à fide excidere, vt ego ad fidem intrarem. Nullus autē sustinet detrimentum rei, nisi propter rem preciosiorem & magis dilectam, sicut medicus permittit infirmitatem esse in pede, vt sanet oculum. Sic igitur ex hoc ipso videtur Gentilitas esse preciosior & magis deo accepta, q̄ Iudæa. Vnde Mala. 1, dicitur, Non est mihi volūtas in vobis, & munus non accipiā de manu vestra. Ab ortu autem solis vsque ad occasum, magnum est nomen in Gentibus. Et Esa. 49, Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob. Dedit te in lucem Gētiū. ¶ Deinde cū dicit, [Bene, &c.] excludit obiectionem. Et primò assignat causam defectus Iudæorum, & promotionis Gentiliū, dicens, Bene in hoc dicis q̄ deus permisit frangi ramos vt tu inseraris, sed considera causam fractionis ramorū propter incredulitatem in quā fracti sunt, quia. f. in Christum credere noluerunt. Ezech. 2, Increduli & subuerfores sunt tecum. Ioan. 8, Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Tu autem. f. Gētilis stas in fide. i. credendo in Christū, in quo gratiam consecutus es. 2. Corinth. 1, Nam fide stas. 1. Corinth. 15, Non facio vobis euangelium, in quo stas, per quod & saluamini. Secundo inducit admonitionem, dicens, [Noli altum sapere]. i. noli de te vltra te ipsum præsumere. Infrā 12, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Psal. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Sed time, ne. f. etiam tu frangaris per incredulitatem quod pertinet ad timorem cultum. Prou. 28, Beatus homo qui semper est pauidus, qui verò mētis est dura, corruet in malum. Eccle. 1, Timor domini expellit peccatum. Secundo assignat rationem suā admonitionis, dicens, Si enim naturalibus ramis. i. Iudæis, qui ex naturali origine ex patriarchis descenderunt, non pepercit deus, quin eos frangi permitteret: time ne fortē nec tibi parcat, quin. f. te permittat per incredulitatē excidere. Prou. 6, Zelus & furor viri non parcat in die vindictæ. Hier. 13, Non parcam neque miserebor, vt non dispergā eos. In hoc ergo consistit solutio Apostoli q̄ cū aliquis videt se gratiā adeptū, alio cadente, non debet extolli contra cadentem, sed magis timere sibi ipsi, quia ipsa superbia est causa præcipitij, & timor est causa custodiae & cautellæ. ¶ Deinde cū dicit, [Vide ergo bonitatem & seueritatem, &c.] inducit eos in diligentem considerationem diuinorum iudiciorū. Et primò inducit eos ad considerandum. Secundo instruit eos quasi per se considerare non valentes, ibi [Nolo enim vos ignorare fratres, &c.] Tertio quasi nec ipse pfectē sufficeret ad istorum inuestigationē, exclamat admirando diuinam sapientiam, ibi [O altitudo diuitiarū, &c.] Circa primum tria facit. Primò ostendit quid considerari oporteat, dicens, Vide ergo. i. diligenter cōsidera bonitatē dei miserentis. Psal. Quam bonus Israel deus his qui recto sunt corde. Supra 2, An diuitias bonitatis eius contemnis, & seueritatem ipsius punientis? Psal. Deus vltionum dominus. i. deus amulator, & vlticens dominus. Prima enim consideratio tribuit spem. Secunda timorē vt vitetur desperatio & presumptio. Secundo ostendit in quibus vtrunque dictionum sit considerandum quantum ad prædicta, dicens, In eos quidem. f. Iudæos qui ceciderunt. Thren. 2, Præcipitavit dominus nec pepercit, omnia speciosa Iacob destruxit. In te autem. f. Gētilem qui in inferus es, bonitatem. Psal. Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine. Tertio ostendit quo tenore possint in prædictis hæc considerari, quia non immobiliter sicut quod potest mutari in futurum. Et primò ostendit quantum ad Gentiles, dicens, In te dico, vide bonitatem dei operan-

Cus Iudæorū
gens oliuæ dicitur.

tem, eo tamen tenore si permanferis in bonitate. Ioā. 15, Manete in dilectione mea. Alioquin si tu non deris operam ad permanendum per timorem & humilitatem, & tu excideris. Matth. 3, Omnis arbor quæ non facit fructum bonū, excidetur. Secundo ostendit idem quantum ad Iudæos, & primò proponit quod intendit, dicens, Sed & illi. f. Iudæi, si non permanferint in incredulitate, inserentur. i. in suum statū restituentur. Hier. 3, Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus. Secundo probat quod dixerat, & primò ex diuina potētia, dicens, Potens est enim dominus deus iterū inserere illos: & ideo non est de eorum salute desperandum. Esa. 59, Ecce non est abbreviata manus domini, vt saluare non possit. Secundo probat idem per locum à minori dicens, Nā si tu Gentilis excisus es ex naturali oleastro. i. ex Gentilitate quæ naturaliter erat infructuosa, nō quidem prout dominus fecit naturā, sed secundum q̄ corrupta est per peccatum. Sapient. 12, Iniqua est natio eorū, & naturalis malitia ipsorum. Ephes. 2, Eramus natura filij iræ. Et insertus in bonā oliuam. i. in fide Iudæorū contra naturā. i. contra cōmunem cursum nature. Non enim confuevit ramus arboris malæ inseri in bonam arborem, sed potius e cōuerso. Id autem quod deus facit non est contra naturā, sed simpliciter est naturale. Dicimus enim esse naturale, quod fit ab agēte cui naturaliter subditur patiens, quantum etiā non sit secundum propriā naturam patientis, sicut enim fluxus & refluxus maris est naturalis magis inferi in bonam arborem, sed potius e cōuerso. Id autem quod deus facit non sit naturalis secundū formā aquæ: ita etiam cū omnis creatura sit naturaliter deo subiecta: quicquid deus facit in creatura est simpliciter naturale, licet fortē non sit naturale secundum propriam & particularem naturam rei in qua fit, puta cū cæcus illuminatur & mortuus resuscitatur, si inquam hoc factum est contra naturam, quanto magis hi qui sunt secundum naturā, id est qui naturali origine pertinent ad Gentem Iudæorum inseruntur suæ oliuæ, id est reducentur ad dignitatem Gentis suæ. Mala. vlti. Conuerte corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum.

Lectio 4.

Nolo enim vos ignorare fratres mysteriū hoc, vt non sitis vobis ipsi sapientes, quia cecitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fiet, sicut scriptum est, Veniet ex Syon, qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamenti, cum abstulero peccata eorum. Secundum euangelium quidem, inimici propter vos secundum electionem autem, charissimi propter patres. Sine penitentia enim sunt dona & vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum, ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclufit enim deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.

Proponit factū diuinorū iudiciorū, videlicet cōuersionis Iudæorū in fine seculi plenitudinem Gentium intrauerit.

¶ Postquam Apostolus induxit Gentiles in cognitionem diuinorū iudiciorum, in quibus diuina bonitas & seueritas manifestatur, hic quasi eis adhuc non sufficientibus cōsiderare prædicta, exponit quid sibi circa hæc videatur. Et primò proponit factum. Secundo probat, ibi [Sicut scriptum est, &c.] Tertio rationem assignat, ibi [Si enim, &c.] Circa primum tria facit. Primò proponit suā intentionem, dicens, Ideo induxi vos ad considerandum bonitatem & seueritatem dei. Nolo enim o fratres ignorare vos mysteriū hoc, non enim omnia mysteria capere potestis, hoc est enim perfectorum quibus dominus dicit Luc. 8, Vobis datū est nosse mysteriū regni dei. Sapient. 6, Non abscondam à vobis sacramenta dei. Sed ignorantia huius mysterij effert nobis damnoſa. 1. Corinth. 14, Siquis ignorat, ignorabitur. Secundo assignat suā intentionem rationem, vt non sitis vobismetipsis sapientes. i. non de sensu vestro præsumatis: & ex vestro sensu alios condemnātes, vos eis præferatis. Infrā 12, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Esa. 5, Vt qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Tertio proponit quod intendit. Primò quidem quantum ad casum particulariū Iudæorum, cū dicit, Quia cecitas cōtingit in Israel non vniuersaliter, sed ex aliqua parte, vt supra ostensum est. Esa. 6, Excaca cor populi huius. Secundo ponit terminum huius cecitatis, dicens, Donec intraret ad finem plenitudo Gentium. i. non solum aliqui particulariter ex Gentibus, sicut tūc uertebantur, sed vel pro toto vel pro maiori parte in omnibus Gētibus ecclesia fundata. Psal. Domini est terra, & plenitudo eius. Dicuntur autem Gentiles ad fidem cōuersi intrare, quasi ex exterioribus & visibilibus rebas quæ venerantur in speciali, & voluntate diuina. Psal. Introite in conspectu eius in exultatiōe. Et est notandum q̄ hoc aduerbiū Donec, potest designare causam excacationis Iudæorum. Propter hoc enim permisit deus eos excacari, vt plenitudo Gentium intraret, sicut patet ex supradictis. Potest etiā designare terminū, quia videlicet vsque tunc cecitas Iudæorum durabit quousque plenitudo Gentium ad fidem intrabit. Et huic concordat quod infrā subdit de futuro remedio Iudæorū, cū dicit, Et sic. f. cū plenitudo Gentium intrauerit, omnis Israel saluus fiet, nō particulariter sicut modò, sed vniuersaliter omnes. Osee 1, Saluabo eos in domino deo suo. Mich. vlt. Reuertetur & miserebitur nostri. ¶ Deinde cū dicit, [Sicut scriptum est, &c.] probat quod dixerat de futura salute Iudæorum. Et primò probat hoc per auctoritatem. Secundo per rationem, ibi [Secundum euangelium meum, &c.] Dicit ergo primò, Dico quòd omnis Israel saluus fiet, sicut scriptum est Esa. 56, vbi nostra litera sic habet, Veniet ex Syon redemptor & eis qui redeunt ad Iacob, hoc fœdus meum cum eis dicit dominus. Sed Apostolus hoc inducit, secundum literam 70. & tangit tria verba hæc posita. Primò saluatoris aduerbum, cū dicit, Veniet deus. f. humanatus ad saluandum nos ex Syon. i. ex populo Iudæorum, qui significatur per Syon, quæ erat arx Ierusalem, quæ est metropolis Iudææ. Vnde dicitur Zacha. 9, Exulta satis filia Syon, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus venit tibi, &c. Ioan. 4, Salus ex Iudæis est. Vel dicit ex Syon eum venire, non quia sit ibi natus, sed quia inde doctrina eius exiuit in vniuersum mundum, per hoc q̄ Apostoli in cœnaculo Syon spiritum sanctum receperunt. Esa. 2, De Syon exibit lex. Secundo ponit salutem per Christum Iudæis oblatam, dicens, Qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et potest ereptio referri ad liberationem à pœna. Psal. Eripiet animam meam de morte. Quòd verò dicit, Auertat impietatem à Iacob, potest referri ad liberationē à culpa. Psal. Auertat dominus captiuitatem plebi suæ. Vel vtrunque referretur ad liberationem à culpa, sed dicit, qui eripiat, propter paucos, qui nunc difficulter quasi cum quadam violentia cōuertuntur. Amos 3, Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremū auriculæ, sic eruetur filij Israel. Dicit autē, auertat impietatem à Iacob, ad ostendendum facilitatem conuersionis Iudæorum in fine mundi. Mich. vlt. Quis deus si

milis tui qui auferens iniquitatem, & trāfers peccatum reliquiarum hereditatis tuæ? Et hoc testamentum. f. nouum erit illis à me cum abstulero peccata eorum. Vetus enim testamentū peccata non auferbat, quia vt dicitur Hebr. 10. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Et ideo propter imperfectionem veteris testamēti promittitur eis nouū testamentū. Hier. 31. Feriā domui Israel & domui Iuda fēdus nouum. Quod quidē habebit efficaciam ad remissionem peccati per sanguinem Christi. Mat. 26. Hic sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Mich. vii. Deponet iniquitates nostras, & proiciet in profundū maris omnia peccata nostra. ¶ Deinde cum dicit, [Secundum euangelium meum, &c.] probat propositū per rationē. Et primò inducit probationē. Secundò remouet obiectionem, ibi [Sine pœnitentia enim.] Dicit ergo primò q̄ eorum peccata auferantur, & q̄ postquam peccata habent, manifestū est q̄ sunt inimici Christi. Secundum euangelium quidem inimici. i. quantum ad doctrinam euangelii pertinet, quā impugnant propter vos. i. ad vitilitatem vestri cedit, vt supra dictum est. Vnde dicitur Luc. 19. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Ioan. 15. Nunc autem & viderunt & oderunt me, & patrem meū. Vel secundum euangelium dicit, eorum inimicitia ad vitilitatem euāgelij pertinet, cuius prædicatio occasione talis inimicitie vbiq̄ diffunditur. Colof. 1. In verbo veritatis euāgelij, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mūdo est, fructificat & crescit. Sed sunt charissimi deo propter patres, & hoc secundum electionem, quia. f. ob gratiam patrum, eorum semen elegit. Deut. 4. Dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Quod nō est sic intelligendum quasi merita præstita patribus fuerint causa æternæ electiōis filiorum, sed quia deus ab æterno elegit gratia & patres & filios, hoc tamen ordine, vt filij propter patres cōsequerentur salutem, non quasi merita patrum sufficerent ad filiorū salutem, sed per quandā abundantiam diuinæ gratiæ & misericordiæ hoc dicit, quæ intantum patribus est exhibita, vt propter promissiones eis factas etiam filij saluaretur. Vel intelligendum est secundum electionem. i. quantum ad electos ex illo populo, sicut supra dictū est, electio consecuta est. Si autem sunt domino charissimi rationale est q̄ ad deo saluētur, secundum illud Esa. 64. Oculi non vidit deus absque te quæ præparasti, &c. ¶ Deinde cum dicit, [Sine pœnitentia enim sunt, &c.] excludit obuiationem. Possent enim aliquis obiūdiō dicere, q̄ Iudæi & si olim fuerint charissimi propter patres, tamen inimicitia quā contra euangelium exercent, prohibet ne in futurū saluentur, sed hoc Apostolus falsum esse asserit, dicens, Sine pœnitentia enim sunt. f. dona & vocatio dei, quasi dicat, q̄ deus aliquid aliquibus donet, vel aliquos vocet, hoc est sine pœnitentia, quia de hoc deū non pœnitent, secundū illud 1. Reg. 5. Triumphator in Israel non parcat, nec pœnitentia flectetur. Psal. Iurauit dominus, & non pœnitent ebū. ¶ Sed videtur falsum. Dicit enim dominus Gene. 6. Pœnitent me fecisse hominē. Et Hier. 18. Loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem illud Si fecerit malū in oculis meis, pœnitentiā agam super bonū quod locutus sum vt facerem ei. ¶ Sed dicendum est q̄ sicut dominus irasci dicitur, non propter hoc q̄ in eo sit comotio iræ, sed quia admodū irati se habet quantum ad punitionis effectū, ita quandoque pœnitere dicitur, non quasi in eo sit pœnitentiæ cōmutatio, sed quia ad modum pœnitentis se habet dū mutat quod fecerat. ¶ Sed adhuc videtur, secundum hoc q̄ dona & vocatio non sint sine pœnitentia, quia dona diuinitus concessa frequenter amittuntur, secundū illud Matt. 25. Tollite itaque ab eo talentū, & date ei qui habet decē talenta. Vocatio enim dei etiā quandoque mutari videtur cum scriptum sit Matt. 22. Multi sunt vocati, pauci vero electi. ¶ Sed dicendum est q̄ donum hīc accipitur pro promissione quæ fit secundum dei præcipientiam vel prædestinationē. Vocatio autem hīc accipitur pro electione, quia propter certitudinem vtriusque quod deus promittit iā, quodāmodo dat: & quos elegit iā, quodāmodo vocat. Et tamen ipsum tēporale dei donū & temporalis vocatio non irritatur per mutationē quasi pœnitentis, sed per mutationē hominis qui gratiam dei abiicit, secundum illud Hebr. 12. Contēplantes nequīs desit gratiæ dei. Potest etiā quod hīc dicitur aliter intelligi, vt dicamus q̄ dona dei quæ dantur in baptismo, & vocatio qua baptizatus vocat ad gratiā, sunt sine pœnitentia hominis baptizati, quod quidem hīc inducit ne aliquis desperet de futura Iudæorum salute, propter hoc quod non videtur de peccato suo pœnitere. ¶ Sed contra hoc quod dicitur, est quod Petrus dicit Act. 2. Pœnitentiā agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Sed dicendum est q̄ duplex est pœnitentia, interior & exterior. Interior quidem consistit in contritione cordis, qua quis dolere de peccatis præteritis, & talis pœnitentia requiritur à baptizato, quia vt August. dicit in libro de Pœnitentia, Nemo suæ voluntatis arbiter constitutus, potest nouā vitam inchoare, nisi pœniteat eum veteris vitæ, alioquin fictus ad baptismum accedit. Exterior vero pœnitentia consistit in exteriori satisfactione quæ à baptizato non requiritur, quia per gratiā baptismalem liberatur homo, non solum à culpa, sed etiā à tota pœna per virtutē passionis Christi, qui pro peccatis omnium satisfecit, sicut supra. 6. dictū est, Quicūque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Vnde dicitur Tit. 3. Per lauacrū regenerationis & renouationis spiritus sancti quæ effudit in nos abundē. ¶ Sed cum clausula ecclesiæ, & omnia alia sacramenta in virtute passionis Christi operentur, videtur q̄ pari ratione omnia alia sacramenta liberent hominem à culpa & à tota pœna. Sed dicendum est q̄ passio Christi operatur in baptismo per modū cuiusdam generationis, quæ requirit vt homo totaliter priori vitæ moriatur, ad hoc vt nouā vitam accipiat. Et ideo tollitur in baptismo totus reatus pœnæ, qui pertinet ad vetustatem prioris vitæ. Sed in aliis sacramentis operatur virtus passionis Christi per modū sanationis vt in pœnitentiā. Sanatio autē non requirit vt statim omnis infirmitatis reliquæ auferatur. Et eadem ratio est in aliis sacramētis. ¶ Sed cum confessio peccatorum pertinet ad exteriorē pœnitentiā, quæri potest, vtrū à baptizato confessio peccatorū requiratur, videtur q̄ sic. Dicitur enim Matt. 1. q̄ baptizabantur homines à Ioanne, cōfiteutes peccata sua. Sed dicendū est quod baptismus Ioannis erat baptismus pœnitentiæ, quia. f. accipiendo illum baptismum quodāmodo se prostreban tur pœnitentiā accepturos de peccato suo: & ideo cōueniens erat vt confiteretur, vt secundum modum peccati, eis pœnitentia statueretur: sed baptismus Christi, est baptismus omnium peccatorū, ita q̄ non restat baptizato aliqua satisfactio pro peccatis præteritis, ppter quod nulla est confessionis vocalis necessitas. Ad hoc enim necessaria est confessio in sacramento pœnitentiæ, vel sacerdos per potestatem clauū conuenien-

Quomodo dona dei & vocatio sunt sine pœnitentiā.

Pœnitentia duplex.

ter pœnitentem soluat vel liget. ¶ Deinde cum dicit, [Sicut enim aliquando, &c.] assignat rationē futuræ salutis Iudæorum post eorū incredulitatem. Et primò ponit similitudinē inter vtriusque populi salutē. Secundò huius similitudinis causam ostendit, ibi [Conclūsit enim deus, &c.] Dicit ergo primò, Ita dico quod omnis Israel saluus fiet, quāuis nunc sint inimici. Sicut enim & vos Gentiles aliquando nō credidistis deo. Ephes. 2. Eratis illo tempore sine deo in hoc mūdo: nunc autem misericordiā consecuti estis. Infrā. 15. Gentiles autem super misericordiā honorare deum. Osee 2. Miserebor eius qui fuit absque misericordiā. Et hoc propter eorum incredulitatem, quæ. f. fuit occasio vestræ salutis, vt supra dictum est. Ita & isti. f. Iudæi. nunc. f. tempore gratiæ non crediderunt. f. Christo. Ioan. 8. Quare non creditis mihi? Et hoc est q̄ subdit, In vestram misericordiā. i. in gratiā Christi, per quā misericordiā consecuti estis. Tit. 3. Secundū suam misericordiā saluos nos fecit. Vel non crediderunt, vt per hoc peruenirent in vestram misericordiā. Vel non crediderunt quod in vestram misericordiā occasionaliter cecidit, vt & ipsi quandoque misericordiā cōsequerentur. Ela. 14. Miserebitur dominus Iacob. ¶ Deinde cum dicit, [Conclūsit enim, &c.] assignat rationem huius similitudinis: qui. f. deus voluit vt sua misericordiā in omnibus locum haberet. Et hoc est q̄ subdit, Conclūsit enim deus. i. concludit permisit, omnia. i. omne hominū genus, tam Iudæos quam Gentiles in incredulitate, sicut in quadam cathena erroris. Sapiē. 17. Vna cathena tenebrarū omnes erant colligari. Vt omnium misereatur. i. vt in omni genere hominum sua misericordiā locū habeat. Sap. 11. Misereis omnium domine, quod quidem non est extendendum ad omnes homines sigilatim, sed ad omnia genera hominum. Fit enim hīc distributio pro generibus singulorū, & non pro singulis generū. Ideo autem deus vult omnes per suā misericordiā saluari, vt ex hoc humilietur, & suam salutem non sibi, sed deo ascribant. Osee 13. Perditio tua in te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum. Supra. 3. Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo.

lectio 5.

Altitudo diuinarum sapientiæ & scientiæ dei, quæ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Exclamādo quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Supra Apostolus conatus fuit assignare rationem diuinorū iudiciorum, quibus tam Gentes, q̄ Iudæi post incredulitatē misericordiā consequuntur, nūc quasi ad hæc inuestiganda se insufficientem recognoscēs, exclamādo diuinā excellentiam admiratur. Et primò admiratur diuinā excellentiā. Secundò probat quod dixerat, ibi [Quis enim cognouit, &c.] Circa primū duo facit. Primò admiratur excellentiā diuinæ sapientiæ secundū se considerat. Secundò per cōparationem ad nos, ibi [Quæ incomprehensibilia, &c.] Excellentiam diuinæ cognitionis admiratur. Primò quantum ad altitudinem, dicens, O altitudo. Eccles. 7. Alta profunditas quis inueniet eā? Hier. 17. Solum gloriæ altitudinis à principio. Hæc autem altitudo attenditur quantum ad tria. Vno quidem modo quantum ad rem cognitā, in quantum. f. deus seipsum perfectē cognoscit. Eccles. 24. Ego in altissimis habito. Alio modo quantum ad modum cognoscendi, in quantum. f. per seipsum omnia cognoscit. Psal. Prospexit de excelso sancto suo, dominus de celo in terram aspexit. Tertiò quantum ad certitudinem cognitionis. Eccles. 23. Oculi domini multo plus lucidiores super solem. ¶ Secundò admiratur excellentiā diuinæ cognitionis quantum ad eius plenitudinē, cum dicit, Diuitiarum. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientiæ & scientiæ. Quæ quidem plenitudo attenditur in tribus. Vno modo in multitudine cognitorū, quia. f. omnia nouit. Ioan. vii. Domine tu omnia scis. Col. 2. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ dei absconditi. Alio modo quantum ad facilitatem cognoscēdi, quia statim omnia intuetur sine inquisitione & difficultate. Hab. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Tertiò quantum ad copiam cognitionis, quia eam omnibus cōmunicat affluenter. Iaco. 1. Siquis vestrū indiget sapentiā, postulet à deo qui dat omnibus affluenter. ¶ Tertiò admiratur diuinā excellentiam quantum ad perfectionem, cum dicit, Sapientiæ & scientiæ dei. Habet enim sapientiā de diuinis Iob. 12. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Et scientiā de rebus creatis. Baruch. 4. Qui scit vniuersa, nouit eam. ¶ Deinde cum dicit, [Quæ incomprehensibilia, &c.] ostendit excellentiam diuinæ sapientiæ per cōparationem ad nostrum intellectum. Et primò quantum ad sapientiā, ad quam pertinet iudicare & ordinare. Vnde dicit, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, quia. f. homo non potest cōprehendere rationem diuinorū iudiciorum, quia in sapientiā dei latent. Psal. Iudicia tua abyssus multa. Iob. 11. Forsitan vestigia dei cōprehendens & omnipotētem vsque ad perfectū reperies. Secundò quantum ad scientiam, per quam in rebus operatur. Vnde subdit, Et inuestigabiles. i. nō perfectē ab homine vestigabiles viæ eius. i. processus eius, quibus in creaturis operatur. Et si ipsæ creaturæ sint homini nota, tamen modi quibus deus in creaturis operatur, ab homine cōprehendi non possunt. Psal. In mari viæ tuæ in aquis multas, & vestigia tua nō cognoscetur. Iob. 38. Per quam viā spargitur lux, &c. ¶ Deinde cum dicit, [Quis enim, &c.] probat quod dixerat, ad quod inducit duas auctoritates, quarum vna habetur Esa. 40. vbi secundū literam nostrā sic legitur, Quis adiuuit spiritū domini, aut quis consiliarius eius fuit? Loco cuius hīc dicitur, Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Alia auctoritas habetur Iob. 41. Quis autem dedit mihi vt reddam ei: ex loco cuius hīc dicitur, aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei? In his autem verbis & sequentibus Apostolus tria facit. Primò ostendit excellentiā diuinæ sapientiæ per cōparationem ad intellectū nostrum, dicens, dictum est q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, per quē. f. iudicat & operādo procedit? quasi dicat, nullus, nisi eo reuelante. Sap. 9. Sensus tuū quis scire poterit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuū de altissimis? Et 1. Corinth. 2. Quæ sunt dei nemo nouit, nisi spiritus dei, nobis autem reuelauit deus spiritum suū. Secundò ostendit excellentiā diuinæ sapientiæ secundum q̄ in se habet altitudinem, quæ quidem est altitudo quæ est supremi principij, ad quod duo pertinent. Primò q̄ non fit ab alio. Secundò q̄ alia sunt ab eo. Et hæc ostendit ibi, [Quoniam ex ipso.] Quod autem sapientiā dei non dependeat ab altiori principio, ostendit dupliciter, Primò quidem per hoc q̄ non est instructa alieno consilio. Vnde dicit, Aut quis consiliarius eius fuit? quasi diceret, Nullus. Ille enim consilio indiget, qui nō plenē cognoscit qualiter sit agendū, quod deo non cōpetit. Iob. 26. Cui dedisti cōsiliū? Forsitan illi qui non habet sa-

Exclamādo quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Supra Apostolus conatus fuit assignare rationem diuinorū iudiciorum, quibus tam Gentes, q̄ Iudæi post incredulitatē misericordiā consequuntur, nūc quasi ad hæc inuestiganda se insufficientem recognoscēs, exclamādo diuinā excellentiam admiratur. Et primò admiratur diuinā excellentiā. Secundò probat quod dixerat, ibi [Quis enim cognouit, &c.] Circa primū duo facit. Primò admiratur excellentiā diuinæ sapientiæ secundū se considerat. Secundò per cōparationem ad nos, ibi [Quæ incomprehensibilia, &c.] Excellentiam diuinæ cognitionis admiratur. Primò quantum ad altitudinem, dicens, O altitudo. Eccles. 7. Alta profunditas quis inueniet eā? Hier. 17. Solum gloriæ altitudinis à principio. Hæc autem altitudo attenditur quantum ad tria. Vno quidem modo quantum ad rem cognitā, in quantum. f. deus seipsum perfectē cognoscit. Eccles. 24. Ego in altissimis habito. Alio modo quantum ad modum cognoscendi, in quantum. f. per seipsum omnia cognoscit. Psal. Prospexit de excelso sancto suo, dominus de celo in terram aspexit. Tertiò quantum ad certitudinem cognitionis. Eccles. 23. Oculi domini multo plus lucidiores super solem. ¶ Secundò admiratur excellentiā diuinæ cognitionis quantum ad eius plenitudinē, cum dicit, Diuitiarum. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientiæ & scientiæ. Quæ quidem plenitudo attenditur in tribus. Vno modo in multitudine cognitorū, quia. f. omnia nouit. Ioan. vii. Domine tu omnia scis. Col. 2. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ dei absconditi. Alio modo quantum ad facilitatem cognoscēdi, quia statim omnia intuetur sine inquisitione & difficultate. Hab. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Tertiò quantum ad copiam cognitionis, quia eam omnibus cōmunicat affluenter. Iaco. 1. Siquis vestrū indiget sapentiā, postulet à deo qui dat omnibus affluenter. ¶ Tertiò admiratur diuinā excellentiam quantum ad perfectionem, cum dicit, Sapientiæ & scientiæ dei. Habet enim sapientiā de diuinis Iob. 12. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Et scientiā de rebus creatis. Baruch. 4. Qui scit vniuersa, nouit eam. ¶ Deinde cum dicit, [Quæ incomprehensibilia, &c.] ostendit excellentiam diuinæ sapientiæ per cōparationem ad nostrum intellectum. Et primò quantum ad sapientiā, ad quam pertinet iudicare & ordinare. Vnde dicit, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, quia. f. homo non potest cōprehendere rationem diuinorū iudiciorum, quia in sapientiā dei latent. Psal. Iudicia tua abyssus multa. Iob. 11. Forsitan vestigia dei cōprehendens & omnipotētem vsque ad perfectū reperies. Secundò quantum ad scientiam, per quam in rebus operatur. Vnde subdit, Et inuestigabiles. i. nō perfectē ab homine vestigabiles viæ eius. i. processus eius, quibus in creaturis operatur. Et si ipsæ creaturæ sint homini nota, tamen modi quibus deus in creaturis operatur, ab homine cōprehendi non possunt. Psal. In mari viæ tuæ in aquis multas, & vestigia tua nō cognoscetur. Iob. 38. Per quam viā spargitur lux, &c. ¶ Deinde cum dicit, [Quis enim, &c.] probat quod dixerat, ad quod inducit duas auctoritates, quarum vna habetur Esa. 40. vbi secundū literam nostrā sic legitur, Quis adiuuit spiritū domini, aut quis consiliarius eius fuit? Loco cuius hīc dicitur, Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Alia auctoritas habetur Iob. 41. Quis autem dedit mihi vt reddam ei: ex loco cuius hīc dicitur, aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei? In his autem verbis & sequentibus Apostolus tria facit. Primò ostendit excellentiā diuinæ sapientiæ per cōparationem ad intellectū nostrum, dicens, dictum est q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, per quē. f. iudicat & operādo procedit? quasi dicat, nullus, nisi eo reuelante. Sap. 9. Sensus tuū quis scire poterit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuū de altissimis? Et 1. Corinth. 2. Quæ sunt dei nemo nouit, nisi spiritus dei, nobis autem reuelauit deus spiritum suū. Secundò ostendit excellentiā diuinæ sapientiæ secundum q̄ in se habet altitudinem, quæ quidem est altitudo quæ est supremi principij, ad quod duo pertinent. Primò q̄ non fit ab alio. Secundò q̄ alia sunt ab eo. Et hæc ostendit ibi, [Quoniam ex ipso.] Quod autem sapientiā dei non dependeat ab altiori principio, ostendit dupliciter, Primò quidem per hoc q̄ non est instructa alieno consilio. Vnde dicit, Aut quis consiliarius eius fuit? quasi diceret, Nullus. Ille enim consilio indiget, qui nō plenē cognoscit qualiter sit agendū, quod deo non cōpetit. Iob. 26. Cui dedisti cōsiliū? Forsitan illi qui non habet sa-

pietiam Hier. 23, Quis affuit in cōsilio domini? Secundò per hoc quòd nō est adiuta alieno dono. Vnde subdit, Aut quis prior dedit illi, & per hoc retribuetur ei quasi prius danti. Quasi dicat, nullus. Nō enim potest homo dare deo, nisi quæ a deo accepit. 1. Paral. vlt. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Job 35, Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Deinde cū dicit, [Quoniam ex ipso, &c.] ostendit altitudinem dei, quantum ad hoc quod in ipso sunt omnia. Et primò ostendit eius causalitatem. Secundò eius dignitatem, ibi [Ipsi honor & gloria.] Tertio eius perpetuitatem, ibi [In secula seculorū, amen.] Dicit ergo primò, Rectè nullus prior dedit illi, quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Et ita nihil potest esse nisi à deo acceptum. Ad designandum autem dei causalitatem vitur tribus præpositionibus, quæ sunt, ex, per, & in, Hæc autem præpositio Ex, denotat principium motus. Et hoc tripliciter. Primò quidem ipsum principium agens vel mouens. Alio modo ipsam materiam. Tertio modo ipsum cōtrarium oppositum, à quo incipit motus. Dicimus enim cultellum fieri ex fabro & ferro & ex infigurato. Vniuersitas autem creaturarū non est facta ex præexistenti materia, sed est effectus dei. Et secundum hoc omnia creata nō dicuntur ex aliquo esse, sed sicut ex opposito dicuntur esse ex nullo, quia nihil erant antequam crearentur vt essent. Sap. 2, Ex nihilo nati sumus. Ex deo autem sunt omnia, sicut ex primo agente. 1. Corin. 11, Omnia autem ex deo. Notandum tamen quòd hæc præpositio De, easdem habitudines designare videtur, hoc tamen superaddit, quia semper designat consubstantialitatem. Dicimus enim cultellum esse de ferro, non autem de artifice, quia igitur filius procedit à patre, vt ei consubstantialis dicimus filium esse de patre. Creatura verò non procedunt à deo tanquæ ei consubstantiales. Vnde non dicuntur esse de ipso, sed etiam ex ipso. Hæc autem præpositio Per, designat causam operationis, sed quia operatio est medium inter faciens & factum, dupliciter hæc præpositio Per, potest operationis causam designare. Vno modo secundum quòd operatio exit ab operante, sic aliquid dicitur per se operari, quod est sibi causa vt operetur. Hoc autem est vno quidem modo forma, sicut dicimus, quòd ignis calefacit per calorem. Alio modo aliquid superius agens, puta si dicamus quòd homo generat per virtutem solis, vel potius dei, sic igitur omnia dicuntur dupliciter esse per ipsum. Vno modo, sicut per primum agens, cuius virtute omnia alia agunt. Prou. 8, Per me reges regnāt. Alio modo, inquantū eius sapientia, quæ est eius essentia, est per quam deus omnia fecit, secundum illud Prouerb. 3, Dominus sapientia fundauit terram. Alio verò modo hæc præpositio Per, designat causam operationis, non quidem secundum quòd exit ab operante, sed secundum quòd terminatur ad opera, sicut dicimus quòd faber facit cultellum per martellum, quod non est sic intelligendum, quòd martellus sic cum fabro operetur, sicut in prioribus intelligebatur, sed quia cultellus fit ex operatione fabri per martellum. Et ideo dicitur quod hæc præpositio Per, quandoque designat autoritatem in recto, sicut cūm dicimus, Rex operatur per balium, quod pertinet ad hoc quod nunc dicitur. Quandoque autem in causali, sicut cūm dicitur, Balium per regem operatur, quod pertinet ad præcedentem modum. Hoc autem modo de quo nunc loquimur, dicuntur omnia esse facta à patre per filium, secundum illud Ioan. 1, Omnia per ipsum facta sunt: nō ita quòd pater habeat à filio hoc quod facit res, sed potius, quia virtutem faciendi filius accipit à patre, non tamen instrumentalem aut diminutam, aut aliam, sed principalem & æqualem & eandem. Ioan. 5, Quæcūque pater facit, hæc & filius similiter facit. Vnde licet omnia sint facta à patre per filium, non tamen filius est instrumentum vel minister patris. Hæc autem præpositio In, designat etiam triplicem habitudinem causæ: vno quidem modo designat materiam: sicut dicimus animam esse in corpore, & formā in materia, hoc autem modo non dicitur quod omnia sint in deo, quia ipse nō est causa materialis rerum. Alio modo designat habitudinem causæ efficientis, in cuius potestate est effectus suos dispo nere, & secundū hoc dicuntur omnia esse in ipso, secundum quod omnia in eius potestate & dispositione consistunt, secundum illud Psal. In manu eius sunt omnes fines terræ. Et Act. 17, In ipso viuimus, mouemur & sumus. Tertio modo designat habitudinem causæ finalis, secundum quod totum bonum rei & conseruatio ipsius consistit in suo optimo, & secundū hoc dicuntur omnia esse in deo, sicut in bonitate cōseruata. Col. 1, Et omnia in ipso cōstant. Quod autē dicit Omnia, est absolutè accipiendum pro omnibus, quæ habent verum esse, peccata autē non habent verū esse, sed inquantū sunt peccata, dicitur per defectū alicuius entis, eo quod malū nihil est, nisi priuatio boni. Et ideo cūm dicitur, ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, non est intelligendū de peccatis, quia secundum Aug. peccatum nihil est & nihil sunt homines cūm peccant. Quicquid tamē entitatis est in peccato, totum est à deo. Sic igitur secundū præmissa, omnia sunt ex ipso. I. deo, sic ex prima operatrice potentia. Omnia sunt per ipsum inquantū omnia facit per suā sapiētiam. Omnia sunt in ipso, sicut in bonitate conseruante. Hæc autem tria. I. potētia, sapientia & bonitas cōmunia sunt tribus personis. Vnde hoc quod dicitur, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso, potest attribui cuilibet triū personarum, sed tamen potentia quæ habet rationē principij, appropriatur patri, qui est principij totius diuinitatis. Sapiētia filio, qui procedit vt verbū, quod nihil aliud est quod sapientia genita. Bonitas appropriatur spiritui sancto, qui procedit vt amor, cuius obiectū est bonitas. Et ideo appropriando dicere possumus ex ipso. I. ex patre, per ipsum. I. per filium, in ipso. I. in spiritu sancto omnia sunt. Deinde cūm dicit, [Ipsi honor & gloria] ostendit dei dignitatē, quæ consistit in duobus quæ præmissa sunt. Nam ex eo quod ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, debetur ei honor & reuerentia & subiectio à tota creatura. Mal. 1, Si ego pater, vbi est honor meus. Ex eo verò quod ab alio non accepit nec consiliū nec donum, debetur ei gloria, sicut cōtrario dicitur homini. 1. Corin. 4, Si accepisti quid gloriaris, quasi non acceperis: Et quia hoc est proprium dei dicitur Esa. 42, Gloriam meā alteri non dabo. Vltimò ponit eius aternitatem cūm dicit, In secula seculorum. I. per omnia secula succedentia seculis, prout seculum dicitur duratio vniuersiusque rei. Vel secula seculorum dicuntur secula. I. durationes rerum incorruptibilium, quæ continent secula corruptibilitū rerum, & præcipue ipsa dei aternitas, quæ tamen pluraliter dici potest, licet in se sit vna & simplex propter multitudinem & diuersitatem contentorum, vt sit sensus, in secula cōtentia seculorum. Psal. Regnū tuū regnum omnium seculorum. Addit autem ad confirmationem, Amen. Quasi dicat, verè ita est. Et sic accipitur in euangeliis, vbi dicitur, Amen dico vobis. Quandoque tamen accipitur pro Fiat. Vnde in Psalterio

Hieronymi dicitur, Dicit omnis populus, Amen amen. Vbi nos habemus, fiat fiat.

Caput 12.

Obscuro itaque vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placen-
tem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo, sed renouamini in nouitate sensus vestri, vt
probetis quæ sit voluntas dei bona & beneplacens & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mi-
hi omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut
deus diuisit mensuram fidei.

Postquam Apostolus ostendit necessitatem virtutū & originem gratiæ, hic docet gratiæ vsum quod per-
tinet ad instructionē moralem. Et circa hoc duo facit. Primò ponit doctrinā moralem in generali. Secundò
specialiter descendit ad quædam particularia pertinentia ad eos quibus scribit circa mediū. 15. cap. ibi, [Cer-
tus sum autē, &c.] Circa primū duo facit. Primò docet vsum gratiæ, quantum ad hoc quod sit homo perfectus.
Secundò quantum ad hoc quod perfectus imperfectum sustineat. 14. cap. ibi, [Infirmum autem, &c.] Circa pri-
mum tria facit. Primò inducit ad perfectionem vitæ quantum ad sanctitatem quā homo seruat deo. Secū-
dò quantum ad iustitiam quam quis exhibet proximo 13. cap. ibi, [Omnis anima, &c.] Tertio quantum ad
puritatem quam homo conseruat in seipso, circa finem 13. cap. ibi, [Et hoc sciētes, &c.] Circa primum duo
facit. Primò monet vt homo se exhibeat deo sanctum. Secūdo docet qualiter aliquis vti debeat donis gra-
tiæ dei quibus sanctificatur, ibi [Dico enim per gratiā, &c.] Circa primū duo facit. Primò docet qualiter a-
liquis se debeat exhibere deo quantum ad corpus. Secundò quantum ad animā, ibi [Et nolite conformari, &c.]
Circā primū duo facit. Primò inducit obseruantia eorum quæ docentur: & hoc dupliciter. Vno quidē mo-
do ex parte sui ipsius, cūm dicit, Obscuro itaque vos fratres. Quasi dicat, Dicitū est incōprehensibilia esse iu-
dicia dei, & inuestigabiles vias eius. Itaque obscuro vos fratres, vt, f. obseruetis ea quæ dicuntur. Vitur autē
obsecratione propter tria. Primò quidem ad demonstrandū suam humilitatem. Prou. 18, Cū obsecrationi-
bus loquitur pauper, qui. f. de sua abundantia nō confidit, & ideo nō ex eo quod suū est, sed ex eo quod dei
est, homines conatur in ducere ad bonū. Nam obsecrari est ob sacra contestari. Secundò vt magis ex amore
moueat rogādo, quod ex timore autoritate imperando. Vnde dicitur ad Philem. Multam fiduciam habens in
Christo Iesu imperādo tibi quod ad rem pertinet propter charitatē magis obscuro. Gal. vlti. Vos qui spira-
tuales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Tertio propter reuerentiā Romanorū quibus scribebat
1. Tim. 5, Seniorē ne increpaueris, sed obsecra vt patrē. Alio modo inducit eos ex parte dei, cūm dicit, Per
misericordiā dei per quam. f. saluati estis. Titum 2, Secundū misericordiam suā saluos nos fecit. Et ideo ex
consideratione diuinæ misericordiæ debemus facere quod monemur. Mart. 18, Nōne oportuit & te mise-
reri cōserui tui, sicut & ego tui miserus sum. Vel potest dici per misericordiā dei. I. autoritate Apostolatus
mihī misericorditer cōmissi. 1. Corin. 7, Misericordiā consecutus sum à domino, vt sim fidelis. Secundò
ponit ammonitiōnē cūm dicit, Vt exhibeatis corpora vestra, &c. Circa quod sciendū est quod sicut Aug. dicit
10. de Ciui. dei, Visibile sacrificiū, quod exterius deo offertur, signū est inuisibilis sacrificij, quo quis se & sua
in dei obsequiū exhibet. Habet autē homo triplicem bonum. Primò quidem bonū animæ, quod exhibet deo
per deuotionis & cōtritionis humilitatem, secundū illud Psal. Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus. Secūdo
habet homo exteriora bona quæ exhibet deo per elemosynarū largitionem. Vnde dicitur Heb. vlt. Bene-
ficentiæ & cōmunionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur deus. Tertio habet homo bonū
proprij corporis: & quantum ad hoc dicit ibi, [Vt exhibeatis]. I. deo corpora vestra, sicut quādam specialem
hostiam. Dicebatur autē animal deo immolatum hostia, vel quia pro victoria hostiū offerebatur, sed pro se-
cutitate ab hostibus. Vel quia ad ostiū tabernaculi immolabatur. Exhibet autem homo deo corpus suum
vt hostiam tripliciter. Vno quidem modo quando aliquis corpus suum exponit passioni & morti propter
deum, sicut dicitur de Christo Ephes. 5, Tradidit semetipsum oblationē & hostiam deo. Et Apostolus di-
cit de se Philip. 2, Si immolor supra sacrificium & obsequiū fidei vestra, gaudeo. Secūdo per hoc quod homo
corpus suū ieiuniis & vigiliis macerat ad seruandū deo, secundū illud 1. Cor. 9, Calcigo corpus meum & in
seruitutem redigo. Tertio per hoc quod homo corpus suū exhibet ad opera iustitiæ & diuini cultus exe-
quenda. Supra 6, Exhibete vestra membra seruire iustitiæ in sanctificationem. Est autem considerandū
quòd hostia quæ deo immolabatur quatuor habebat. Primò nanque ipsa oblatio debebat esse integra &
incorrupta. Vnde dicitur Mala. 1, Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votū faciens im-
molat debile domino. Et propter hoc dicit, Viuentem, vt. f. hostia nostri corporis quā deo offerimus, sit vi-
uens per fidem formatam charitate. Gal. 2, Quòd nunc viuo in carne, in fide viuo filij dei. Et est autem at-
tendendum quòd naturalis hostia quæ prius viua erat occidebatur vt immolaretur, ad ostendendū quòd
adhuc mors regnabat in homine regnante peccato, vt supra 5. dictum est. Sed hæc hostia spiritalis semp
viuit & in vita proficit, secundum illud Ioan. 10, Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant, quia
iam peccatum ablatum est per Christum, nisi dicamus quòd hostia corporis nostri viuit quidem deo per
iustitiam fidei, sed mortificatur cōcupiscentiis carnis. Col. 3, Mortificate membra vestra quæ sunt super ter-
ram. Secundò verò hostia deo oblata in ipsa immolatione sanctificabatur. Vnde dicitur Leuit. 22, Omnis
homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ cōsecrata sunt, & quæ obtulerūt filij Israel domino, in quo
est immunditia, peribit corā domino. Et ideo subdit, [Sanctam,] scilicet per deuotionem, qua corpus no-
strum dei seruitio mācipatur. Leuit. 20, Sanctificamini & estote sancti, quia ego dominus deus vester. Pro-
priè autem sanctitas dicitur per respectum ad deum, inquantū, scilicet homo, seruat ea quæ sunt iusta quo
ad deum. Tertio quantum ad ipsam sacrificij consumptionem dicebatur sacrificiū suauē & acceptū domi-
no, secundum illud Leuit. 1, Oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & in odorem sua-
uissimum domino. Vnde hic dicit, [Deo placentem,] scilicet per rectitudinē intentionis. Psal. Vt placeā co-
ram deo in lumine viuentiū. Quarto in ipsa sacrificij preparatione apponebatur sal. Vnde Leuit. 2, Quic-
quid obuleris sacrificij sale condies, Et Mar. 9. dicitur, Omnis victima sale salietur. Sal autem discretiōnem
sapientiæ significat. Vnde dicitur Col. vlt. In sapientiā ambulare ad eos qui foris sunt, sermo vester semp in

Transit hæc
ad moralia
& ad vsum
gratiæ docen-
dū, est enim
totū hoc 12.
ca. pleniū salu-
taris instru-
tionis portus
mō de hūili-
tate & fidei
administra-
tione gratiæ
in inimicū de-
uicti. Non
appetita per
vā & aliis
mulis.

Vitūm Patris
obsecratione
& nō imperio
propter
trīa.

Est triplex
bonum habet
quod deo ex-
hibet.
Cuiusmodi im-
molatio diceba-
tur hostia.
Est exhibitio
corpus suum
vt hostiam
tripliciter.

Hostia quæ
deus immola-
batur habe-
bat quatuor
primò debe-
bat esse inte-
gra & incor-
rupta, scilicet
stifficantē ter-
tio oblata i sa-
cificiū suauē
domino, quæ
in sale condita.

gratia sit sine conditis. Vnde & hic sequitur, [Rationabile obsequium vestrum]. Cum discretione corpora vestra deo exhibeatis hostiam, vel per martyrium, vel per abstinentiam, vel per quodcumque opus iustitiae. 1. Corin. 14. Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis. Et in Psal. Honor regis iudicium diligit. Aliter se habet homo iustus ad interiores actus, quibus deo obsequitur, & ad exteriores. Nam bonum hominis & iustitia eius principaliter in interioribus actibus consistit, quibus. s. homo credit, sperat & diligit. Vnde dicitur Luc. 17. Regnum dei intra vos est. Non autem principaliter consistit in exterioribus actibus. Infra 14. Non est regnum dei esca & porus. Vnde interiores actus se habent per modum finis qui secundum se quaritur, exteriores vero actus ad quos deo corpora exhibentur, se habent sicut ea quae sunt ad finem, in eo autem quod quaritur tanquam finis nulla mensura adhibetur, sed quanto maius fuerit tanto melius se habet. In eo autem quod quaritur propter finem, adhibetur mensura secundum proportionem ad finem, sicut medicus sanitatem facit tantum quantum potest, medicinam autem non tantum dat quantum potest, sed quantum videt expedire ad sanitatem consequendam. Et similiter homo in fide & spe & in charitate nullam mensuram debet adhibere, sed quanto plus credit, sperat & diligit, tanto melius est, propter quod dicitur Deute. 6. Diliges dominum deum tuum, &c. Sed in exterioribus actibus est adhibenda discretio mensura per comparationem ad charitatem. Vnde dicit Hieron. Nonne rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium vel vigiliam praefert sensui in regitanti, ut propter Psalmorum atque officiorum decantationem amentiam vel tristitiam quis non oram incurrat. Deinde cum dicit, [Et nolite conformari, &c.] ostendit qualiter se debeat homo exhibere deo quantum ad animam. Et primo prohibet seculi conformitatem, cum dicit, [Et nolite conformari huic seculo. i. reb. quae temporaliter transeunt. Nam seculum praesens, est quaedam mensura eorum quae temporaliter labuntur. Rebus autem temporalibus homo conformatur per affectum eis amore inherendo. Osee. 19. Facti sunt abominabiles, sicut ea quae dilexerunt. Iac. 1. Religio munda & immaculata haec est, immaculatum se custodire ab hoc seculo. Conformatur etiam huic seculo qui vitam seculariter viuentium imitatur. Ephes. 4. Testificor in domino, ut iam non amplius ambuletis, sicut & gentes ambulantes. Secundum mandatum interiorum mentis reformationem, cum dicit, Sed reformamini in nouitate sensus vestri. Sensus autem hominis hic dicitur ratio, secundum quod per eam homo iudicat de agendis, hunc autem sensum homo in sua creatione habuit integrum & vigentem. Vnde dicitur Eccles. 17. Sensum impleuit corda illorum, & bona & mala ostendit illis. Sed per peccatum hic sensus est corruptus & quasi inueteratus. Baruch 3. Inueterasti in terra aliena. Et per consequens pulchritudinem & decorem suum amisit. Thren. 1. Egressus est a filia Syon omnis decor eius. Monet ergo Apostolus ut reformemur. i. iterato formam & decorem mentis assumamus, quem nostra mens habuit, quod quidem fit per gratiam spiritus sancti, ad quam participando homo studium habere debet, ita. s. ut qui ea nondum percepserunt, eam percipiant: & qui illam perceperunt, in ea proficiant. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestre. Psal. Renouabitur ut aquilae iuuentus tua. Vel aliter, Renouamini. s. in exterioribus actibus in nouitate sensus vestri. i. secundum nouitatem gratiae quam mente percepistis. Tertio assignat rationem admonitionis praedictae, cum dicit, [Ut probetis quae sit voluntas.] Circa quod considerandum est quod sicut homo qui habet gustum infectum, non habet rectum iudicium de saporibus, sed ea quae sunt suauius interdum abominatur, ea vero quae sunt abominabilia appetit: qui autem habet gustum sanum, rectum iudicium de saporibus habet, ita homo qui habet corruptum affectum quasi conformatum rebus secularibus, non habet rectum iudicium de bono, sed ille qui habet sanum affectum sensu eius in nouitate per gratiam, rectum iudicium habet de bono. Ideo ergo dicit, Nolite conformari huic seculo, sed renouamini in nouitate sensus vestri, ut probetis. i. experimento cognoscatis. Psal. Gustate & videte quoniam suauis est dominus [Quae sit voluntas dei,] quia. s. vult vos esse saluos. 1. Thessal. 4. Haec est voluntas dei sanctificatio vestra [bona] id est vult bonum honestum nos velle, & ad hoc suis praecipis nos inducit. Mich. 6. Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid deus requirat a te. [Et beneplacens,] in quantum, scilicet bene disposito est delectabile id quod deus vult nos velle. Psal. Iustitiae domini rectae latificantes corda. Et non tantum utilis ad finem consequendum, sed etiam perfecta, quasi coniungens nos fini. Mat. 5. Estote perfecti, sicut & pater vester caelestis perfectus est. Genes. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. Talem ergo experiuntur dei voluntatem illi qui non conformantur huic seculo, sed reformantur in nouitate sensus sui. Illi autem qui in vetustate permanet seculo conformati, iudicant dei voluntatem non esse bonam, sed grauem & inutilem. Eccles. 6. Quam aspera est sapientia indoctis hominibus. Deinde cum dicit, [Dico enim per gratiam, &c.] docet qualiter donis dei homo habeat vti. Et primo docet hoc quantum ad dona quae non sunt omnibus communia, sicut sunt gratiae gratis datae. Secundum quantum ad donum charitatis quod est omnibus commune, ibi [Dilectio sine simulatione, &c.] Circa primum duo facit. Primo docet in generali quomodo debeat homo vti gratijs gratis datis. Secundum exequitur hoc per partes, ibi [Sicut enim in vno corpore, &c.] Circa primum tria facit. Primo excludit superfluum, dicens, Monui quod reformemini in nouitate sensus vestri, quod quidem moderate facere debetis. Dico enim, id est modo per gratiam Apostolatus & autoritate Apostolica quae data est mihi. Galat. 2. Cum cognouissent gratiam quae data est mihi inter Gentes. Ephes. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec, &c. Omnibus qui sunt inter vos, omnibus est hoc vtile. 1. Corinth. 7. Volo omnes homines esse sicut me ipsum. Hoc inquam mando. Non plus sapere, quam oportet sapere, id est nullum praesumat de sensu aut sapientia sua confidens supra suam mensuram. Eccles. 7. Non plus sapias quam necesse est, Psal. Neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me. Secundum hortatur ad id quod est medium dicens, sed sapere ad sobrietatem, scilicet mando vobis ut mensurate sapiatis secundum gratiam vobis datam. Sobrietas enim mensuram importat. Et quantum proprie dicatur circa potum vini, potest tamen accipi circa quamlibet materiam, in qua homo debitam mensuram obseruat. Titum 2. Sobrietas & iustitia & pie viuamus in hoc seculo. Tertio docet secundum quid accipienda sit mensura medijs, dicens, Et hoc inquam sicut deus unicuique diuisit, id est distribuit mensuram fidei, id est mensuram donorum suorum quae ordinatur ad fidei aedificationem. 1. Corinth. 12. Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Dar enim deus huiusmodi dona, non eadem omnibus, sed diuersa diuersis distribuit. secundum illud 1. Co-

duodecimo, Diuisiones gratiarum sunt. Nec omnibus aequaliter dat, sed unicuique secundum certam mensuram. Ephe. 4. Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et ideo Apostolus sobrius sapiens secundum hanc mensuram dicebat. 2. Cor. 12. Non autem in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulam qua mensus est nobis deus. Soli autem Christo datus est spiritus non ad mensuram, ut dicitur Ioan. 3. Non solum autem alias gratias gratis datas dat deus mensurate, sed etiam ipsam fidem quae per dilectionem operatur. Vnde Luc. 17. discipuli Christo dixerunt, Domine adauge nobis fidem. Lectio 2.

Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, non omnia autem membra eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem aliter aliter membra, habentes donationes secundum gratiam quae data est nobis differenter, sive prophetiam secundum rationem fidei. Sive ministerium in ministrando. Sive qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortando. Qui tribuit in simplicitate. Qui praestit in sollicitudine. Qui misereatur in hilaritate. Dilectio sine simulatione, odientes malum, adhaerentes bono. Charitate fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem praenemientes. Sollicitudine non pigri, spiritus seruientes, domino seruientes. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes.

¶ Praemissa admonitione hic Apostolus rationem assignat sumptam ex simulatione corporis mystici ad corpus naturale. Et primo in corpore naturali tangit tria. Primo quidem corporis unitatem cum dicit, [Sicut enim in vno corpore.] Secundo membrorum pluralitatem cum dicit, [Multa membra habemus.] Est enim corpus humanum organicum ex diuersitate membrorum constitutum. Tertio officiorum diuersitatem cum dicit, [Omnia autem membra non eundem actum habent.] Frustra enim esset membrorum diuersitas nisi ad diuersos actus ordinarentur. Deinde adaptat haec tria ad corpus Christi mysticum, quod est ecclesia. Ephe. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam quae est corpus eius. Circa quod etiam tria tangit. Primo quidem fidelium quasi membrorum multitudinem cum dicit, [Ita multi.] Luc. 14. Homo quidam fecit caenam magnam, & vocauit multos. Esa. 54. Multi filij deserta. Quauis enim sint pauci per comparationem ad infinitam multitudinem, secundum illud Mat. 7. Arctus est via quae ducit ad vitam & pauci inueniunt eam, tamen absolute loquendo sunt multi. Apo. 7. Post haec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Secundum tangit corporis mystici unitatem cum dicit, [Vnum corpus sumus.] Ephe. 2. Vt reconciliet amicos in vno corpore, &c. Huius autem corporis mystici est unitas spiritualis per quam fide & affectu charitatis inuicem vnimur & deo, secundum illud Ephe. 4. Vnum corpus & vnus spiritus. Et quia spiritus unitatis a Christo in nos deriuatur, supra 8. Si quis spiritum Christi non habet hic non est eius. Ideo subdit in Christo qui spiritum suum quem dat nobis, nos inuicem vnit & deo. Ioan. 17. Vt sint vnum in nobis sicut & nos vnum sumus. Tertio tangit officiorum diuersitatem ad utilitatem communem reductam, dicens, [Singuli autem sumus membra alterius.] Membrum enim quodlibet proprium actum habet & virtutem, in quantum ergo vnum membrum sua virtute & actu alteri prodest, dicitur membrum alterius, sicut pes dicitur membrum oculi in quantum oculum defert, & oculus dicitur membrum pedis in quantum regit pedem. 1. Cor. 12. Non potest dicere oculus manui, opera tua non indigeo. Ita etiam in corpore mystico ille qui accepit gratiam prophetiam, indiget illo qui accepit gratiam finitatem, & ita est in omnibus alijs. Vnde dum vnusquisque fidelis secundum gratiam sibi datam alteri seruit, efficitur alterius membrum. Gala. 6. Alter alterius onera portare. 1. Petri 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam ministrans. Deinde cum dicit, [Habentes autem donationes] exequitur per partes monitionem quam supra posuerat de sobrio & moderato gratiae vsu. Et primo ponit gratiarum diuersitatem, dicens, sumus inquam, alter alterius membra, non secundum eandem gratiam, sed habentes differentes non ex diuersitate meritorum, sed secundum gratiam quae data est nobis. 1. Cor. 7. Vnusquisque proprium donum habet ex deo, vnus quidem sic, alius vero sic. Mat. 25. Vocauit seruos suos & tradidit illis bona sua, & vni dedit quinque, talenta, alij autem duo, alij vero vnum. Secundum docet diuersarum gratiarum vsu, & primo in rebus diuinis quantum ad cognitionem quidem, dicens. Sive prophetia quae habentes, vtamur ea secundum rationem fidei. Dicitur autem prophetia quaedam apparitio ex reuelatione diuina eorum quae sunt procul. Vnde 1. Reg. 9. dicitur, Qui propheta hodie dicitur, vocabatur olim videns. Sunt autem procul a cognitione nostra, secundum se quidem futura contingentia quae propter defectum sui esse cognoscibilia non sunt, sed res diuinae sunt procul a nostra cognitione, non secundum se cum sint maxime cognoscibiles, quia ut dicitur 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebra in eo non sunt vlla, sed propter defectum intellectus nostri qui se habet ad ea quae sunt in seipsis manifestissima, sicut oculus noctuae ad lucem. Et quia vnumquodque magis dicitur tale, quod est secundum se tale quam secundum aliud. Inde est quod magis propriae dicuntur esse procul a cognitione nostra futura contingentia. Et propter hoc horum propria est prophetia Amos. 4. Non faciet dominus deus verbum nisi reuelauerit secretum suum. Dicitur tamen prophetia communiter etiam reuelatio quocumque occultorum. Hoc autem donum prophetiae, non solum fuit in veteri testamento, sed etiam in nouo. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri. Dicuntur etiam prophetae in nouo testamento qui prophetica dicta exponunt, quia sacra scriptura eodem spiritu interpretatur quo est condita. Eccle. 2. 4. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. Ordinatur autem prophetiae donum, sicut & aliae gratiae gratis datae ad fidei aedificationem. 1. Cor. 12. Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Hebr. 2. Confirmata est. s. doctrina fidei contestante deo si- gnis & prodigijs & varijs virtutibus & spiritus sancti distributionibus. Et ideo prophetia est vtendum secundum rationem fidei. i. non in vanum, sed vt per hoc fides confirmetur, non autem contra fidem. Vnde dicitur Deut. 13. Si surrexerit in medio tui propheta, & dixerit tibi, eamus & sequamur deos alienos, non audies verba prophetiae illius, quia. s. prophetizat contra rationem fidei. ¶ Quantum ad sacramenta ministeria subdit, [Sive ministerium in ministrando.] i. si quis accepit gratiam vel officium ministerii, puta vt sit episcopus vel sacerdos, qui dicitur minister dei. Esa. 6. Vos sacerdotes domini vocabimini ministri dei nostri: dicitur vobis, exequatur illud diligenter exequendo in ministrando. 2. Tim. 4. Ministerium tuum imple. Secundum tangit ea quae pertinent ad res humanas in quibus potest aliquis alteri subuenire. Primo quidem quantum ad co-

Inducit ad bonum vsu gratiae & ad mores perfecti multitudine corporis mystici ad corpus naturale.

Quid prophetia est de quibus.

Donum prophetiae est etiam in nouo testamento. Dicitur nunc prophetae non solum qui habent donum prophetiae, sed etiam qui interpretantur dicta prophetarum.

gnitionem, vel speculatiuam vel practicam. Quantum ergo ad speculatiuam primò dicit. Siue qui docet. i. qui habet officium vel gratiã docedi, vtatur doctrina. i. vt studiose & fideliter doceat. Iob. 4. Ecce docuisti plurimos. Mat. vlt. Euntes docete omnes Gentes. Quantum autè ad cognitionem practicã subdit. [Qui exhortatur]. i. qui habet officium vel gratiã exhortandi homines ad bonũ, vtatur illo in exhortando. i. Thef. 2. Exhortatio nostra nõ fuit de errore neq; de immunditia neq; in dolo. Tit. 2. Hac loquere & exhortare. ¶ Deinde ponit ea quæ pertinet ad exteriora opera in quibus quãdoq; aliquis subuenit alicui aliquid donum dãdo, & quantum ad hoc dicit. [Qui tribuit]. i. qui habet facultatẽ tribuendi & gratiã, exequatur hoc in simplicitate, vt. f. nihil mali ex illo intèdat quasi donis homines ad malũ alliciẽs. Vel etiam cum aliquis ex modico dato intèdit multo maiora acquirere. Eccl. 20. Datus insipientis nõ erit tibi utilis, oculi enim illius septeplices sunt. Exigua dabit & multa impropèrabit. Et proucr. 11. Simplicitas iustorum dirigit eos. Quandoq; autè aliquis subuenit alteri eius curam habendo: & quantũ ad hoc dicit. [Qui præsẽt]. i. qui est in prelationis officio cõstitur, vtatur illo officio in sollicitudine. Heb. vlt. Obedite p̄positis vestris & subiacere eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris. 2. Cor. 11. Sollicitudo omnium ecclesiarum. Quandoque autè subuenit aliquis alicui reuelãdo eius miseriam, & quantũ ad hoc dicit. [Qui miseretur]. i. qui habet facultatẽ & affectum miserẽdi, exequatur hoc in hilaritate quasi libetẽ hoc faciẽs. 2. Corint. 9. Non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Eccl. 7. In omni dato hilarem fac vultum tuum. ¶ Deinde cum dicit. [Dilectio sine simulatione, &c.] Docet vsum doni gratuiti quod est omnibus cõmune. f. charitatis. Et primò ponit ea quæ p̄tinent ad charitatẽ in generali. Secũdò ponit quædam specialiter pertinentia ad dilectionem quorundam, ibi [Necessitatibus sanctorum, &c.] Circa primum tria facit. Primò ostendit qualis debeat esse dilectio ex parte diligentis. Secũdò qualiter se debeat habere ad proximum, ibi [Charitatẽ fraternitatis, &c.] Tertio qualiter se debeat habere ad deum, ibi [Sollicitudine nõ pigri.] Circa qualitatẽ autem charitatis tria docet. Primò quidem quod dilectio debet esse vera. Vnde dicit. [Dilectio sine simulatione] vt, scilicet, nõ tantum in verbo aut in exteriori apparẽtia, sed sit in vero cordis affectu & efficacia operis. i. Ioan. 3. Non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Eccl. 6. Amico fideli nulla est comparatio. Secũdò docet quod dilectio debet esse honesta, cum dicit. [Adherentes bono] vt. f. aliquis adhaereat alteri propter bonũ virtutis. Galat. 4. Bonum autem emulamini in bono semper. Hac est pulchra dilectio de qua dicitur Eccl. 24. Ego mater pulchræ dilectionis. ¶ Deinde cum dicit. [Charitatẽ fraternitatis.] Ostendit qualiter charitas se debet habere ad proximum. Et primò quantũ ad interiorẽ affectum cum dicit. [Charitatẽ fraternitatis inuicem diligentes.] Vt. f. nõ solum fratres diligamus per charitatẽ, sed etiam diligamus ipsam charitatẽ qua eos diligimus & ab eis diligimur. Sic enim si charã habemus charitatẽ, nõ de facili eam dissolui faciemus. Hæb. vlt. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Cant. vlti. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, tanq̄ nihil despiciat illam. Secũdò quantum ad exteriorẽ effectum cum dicit. [Honore inuicem proueniẽtes.] In quo tria designatur. Primò quidem quod homo proximum in reuerentia debet habere, quod pertinet ad rationẽ honoris. Nullus enim potest verè diligere eum quem despicit. Phil. 2. Superiores inuicem arbitrantur. Quod quidẽ fridum aliquis suum defectum considerat & bonum proximi. In honore autem nõ solum reuerentia inteligitur, sed etiam necessariorũ subuentio, sicut cum dicitur Exod. 20. Honora patrem tuam & matrẽ tuam, præcipitur necessariorũ subuentio, sicut patet per hoc quod dominus Matt. 5. arguit Phariseos contra hoc præceptum impediẽtes filios ad subuentione parentum. Secũdò designatur quod effectus dilectionis debet mutuo exhiberi, vt. f. homo nõ solum velit beneficia recipere, sed etiam exhibere. Eccl. 4. Non sit potestã manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta. Et 14. In diuisione fortis da & accipe. Et hoc designat cum dicit [Inuicẽ.] Tertio designatur quod effectus dilectionis debet esse p̄optus & velox, quod designatur cum dicit. [Proueniẽtes] vt. f. aliquis proueniat amicũ in beneficiis. Eccl. 37. Omnis amicus dicit, & ego amicitiam copulaui. ¶ Deinde cum dicit. [Sollicitudine, &c.] ostendit qualiter se debeat habere dilectio charitatis ad deũ. Et primò incipit ab ipsa rationis attẽtione cũ dicit. Sollicitudine sitis nõ pigri. f. ad seruendum deo. Mich. 6. Indicabo tibi õ homo quid sit bonũ, & quid deus requirat a te. Postea subdit. Sollicitẽ ambulare cum deo tuo. 2. Tim. 2. Sollicitẽ cura te ipsum probabilẽ exhibere deo. Secũdò quantum ad effectũ, cum dicit. [Spiritu sitis seruẽtes]. f. in dei dilectione. Proccedit autè feruor ex abundantia calor. Vnde feruor spiritus dicitur, quia propter abundantiam diuinẽ dilectionis torus homo feruet in deũ. Act. 18. dicitur quod Apollo feruens spiritu loquebatur. i. Theff. vlti. Spiritum nolite extinguere. Tertio quantum ad exteriorẽ obsequium cum dicit. [Domino seruientes] scilicet, seruitute latrã quæ soli deo debetur. Deute. 6. Dominum deum tuum adorabis & illi soli seruies. Psal. Seruite domino in timore. Vel secundum aliam literam. Tempore seruientes, vt scilicet dei seruitium congruo tempore faciamus. Eccl. 8. Omni negotio tempus est & oportunitas. Quarto quantum ad mercedem seruitij cum dicit. [Spe gaudentes] scilicet, mercedis, quæ est dei fruitio. Gene. 15. Ego dominus merces tua magna nimis supra 5. Gloria mur in spe gloriæ filiorum dei. Facit autè spes hominem gaudentẽ ratione certitudinis, sed tamẽ affligit ratione dilationis. Prouer. 13. Spes quæ differtur affligit animam. Quintò quantum ad difficultatẽ quam homo patitur in dei seruitio. Vnde subdit. [In tribulatione] scilicet, quam propter deum sustinetis, sitis patientes, supra 5. Tribulatio patientiam operatur. Sextò quantum ad omnia prædicta dicit. [Orationi instantes] in quo orationis assiduitas designatur. Luc. 18. Oportet semper orare & nunquam deficere. 2. Timoth. 5. Sine intermissione orate. Per orationem enim in nobis sollicitudo excitatur, feruor accenditur, ad dei seruitium incitatur, gaudium spei in nobis augetur. & auxilium in tribulatione promeremur. Psal. Ad dolum, cum tribularer clamaui, & exaudivit me. ¶ Deinde cum dicit. [Necessitatibus sanctorum, &c.] De terminat de charitate quantum ad speciales quasdam personas. Et primò quidẽ quantum ad indigẽtes. Se-

cundò quantum ad inimicos, ibi [Benedicite persequentibus vos.] Circa primũ duo facit. Primò inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigẽtibus in vniuersali cum dicit. [Necessitatibus sanctorum cõmunicãtes.] Vbi tria sunt notanda. Primò quidẽ quod elemosinæ ex charitate sunt impendendæ indigentibus siue necessitatẽ patientibus. Eph. 4. Labore operando manibus suis quod bonũ est, vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patienti. Secũdò quod potius est subueniendũ iustis quàm aliis. Vnde dicit. Necessitatibus sanctorum. Eccl. 12. Da iusto & nõ recipias peccatorem. Quod quidẽ non sic intelligendum quoniam etiam in necessitatibus sit peccatoribus subueniendũ, sed quia non est eis subueniendum ad fomẽtum peccati, vtilius tamen est subuenire iustis, quia talis elemosina fructuosa est, nõ solum ex parte datis, sed etiam ex suffragio recipientis. Luc. 16. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. f. suis suffragiis. Secũdò in speciali admonet ad hospitalitatẽ, dicens [hospitalitatẽ sectantes] quia. f. in hoc misericordiæ opere alia misericordiæ opera includuntur. Nam hospes nõ solum domum exhibet ad manendum, sed etiam alia necessaria subministrat. Heb. vlti. Hospitalitatẽ nolite obliuisci. 1. Petri 4. Hospitales inuicem sine murmuratione.

Lectio 3.

Benedicite persequentibus vos. Benedicite et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Id ipsum in Docet sum
nuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum charitatis
pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus, si fieri potest quod ex vo- ordine ad in-
bis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed dare locum iræ. Scriptum est enim. micos.
Mibi vindictam, et ego retribuam, dicit dominus. Sed si furuerit inimicus tuus, ciba illum, si sitis, potum da illi. Hoc enim fa-
ciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

¶ Suprà ostendit qualiter charitas sit exhibenda indigentibus, nũc ostendit qualiter sit exhibenda, etiã inimicis. Et primò ponit admonitiõnẽ. Secũdò probat quod dixit, ibi [Scriptũ est enim, &c.] Circa primum considerandũ est quod ad charitatẽ tria pertinent. Primò quidẽ beneuolentia quæ consistit in hoc quod aliquis velit bonum alteri & malum eius nolle. Secũdò cõcordia quæ consistit in hoc quod amicorum sit idem nolle & velle. Tertio beneficentia quæ consistit in hoc quod aliquis benefaciat ei quem amat & eum non ledat. Primò ergo ponit ea quæ pertinent ad beneuolentiam. Secũdò ea quæ pertinent ad concordiam, ibi [Gaudere cum gaudentibus.] Tertio ea quæ pertinet ad beneficentiam, ibi [Nulli malum &c.] Circa primum duo facit. Primò monet vt beneuolentia sit ampla, quæ se extendat etiam ad inimicos, cum dicit [Benedicite persequentibus vos.] Circa quod notãdum est quod, Benedicere, est bonum dicere. Cõtingit autem bonum dicere tripliciter. Vno modo enuntiãdo, puta cum quis bonum alterius laudat. Eccl. 31. Splendidum in panibus benedicens labia multorum, & testimonium veritatis illius fidele. Alio modo imperãdo, & sic bene dicere per autoritatẽ, est proprium dei, cuius imperio bonum ad creaturas deriuatur: ministeriũ autem pertinet ad ministros dei, qui nomen domini super populũ inuocant. Numer. 6. Sic benedicetis filiis Israel, & dicitis eis. Et post. Inuocabit nomen meũ super filios Israel & ego benedicã eis. Tertio benedicit ali quod optando. Psal. Et non dixerunt qui prateribant, benedictio domini super vos. Et secundum hoc benedicere est bonum alicui velle & quasi bonum pro aliquo præcari. Et hoc modo accipitur hĩc. Vnde in hoc quod dicitur benedicite persequentibus vos. Datur intelligi quod etiam ad inimicos & persecutores debemus esse beneuoli eis bona optando & pro eis orando. Mat. 5. Diligite inimicos vestros & orate pro persequentibus & calũniantibus vos. Quod autem hĩc dicitur, quodam quidem modo est in præcepto, quodam autem modo est in consilio: quoniam aliquis in generali dilectionis affectũ impendat inimicis non excludẽdo eos à cõmuni dilectione proximorum, & à cõmuni oratione quam quis pro fidelibus facit, pertinet ad necessitatẽ præcepti. Similiter etiã quod aliquis in articulo necessitatis inimico dilectionis effectũ particulariter impendat, pertinet ad necessitatẽ præcepti. Vnde dicitur Exod. 21. Si occurreris boni inimici tui aut asino erranti, reducas eum. Sed quod aliquis in speciali dilectionis effectũ & orationis suffragiũ aut qua leuq; subuentionis beneficiũ exhibeat inimico, interdum etiã extra articulũ manifestæ necessitatis, pertinet ad perfectionẽ consiliorum: quia per hoc ostenditur perfecta charitas ad deũ, quod omne humanum odiũ superet. Ille autè qui pœnitet & misericordiã petit, iam nõ est inter inimicos aut persecutores cõputandus. Vnde ei absq; omni difficultate sunt charitatis indicia ostendẽda. Eccl. 28. Relinque proximo tuo non centi te, & tunc deprecãti tibi peccata soluentur. Secũdò docet quod beneuolentia siue benedictio sit pura. i. absq; permixtione cõtrarij. Vnde dicit. [Benedicite & nolite maledicere.] i. ita benedicatis quod nullo modo maledicatis. Quod est contra quosdã qui ore benedicunt, & corde maledicunt, secundũ illud Psal. Qui loquuntur pacẽ cum proximo suo, mala autẽ in cordibus eorũ. Et etiam cõtra illos qui quandoq; benedicunt, quandoq; maledicunt, vel quibusdã benedicunt, quibusdã maledicunt. Iac. 3. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. 1. Petri 3. Non reddentes maledictum pro maledictio.

¶ Sed contrã videtur esse quod in sacra scriptura plures maledictiones inueniuntur. Dicit enim Deute. 27. Maledictus qui nõ permanferit in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. ¶ Ad quod dicendũ est quod maledicere est malum dicere, quod quidẽ tripliciter contingit, sicut & benedicere. f. annuntiãdo, imperando, & optando. & secũdum quodlibet horum modorum potest bene & malè fieri. Si enim id quod est materialiter malum, dicatur malum quolibet prædictorum modorum, sub ratione boni non est illicitũ, quia hoc est magis benedicere, quàm maledicere: vnũquodq; enim magis iudicatur secũdum suã formã, quàm secũdum suam materiam. Si verò aliquis dicat malum sub ratione mali, formaliter maledicit: vnde est omnino illicitum. Vtrũque autem horũ cõtingit in hoc quod aliquis enuntiãdo malum profert. Quandoque enim aliquis enuntiat malum alicuius ad notificandũ necessariam veritatẽ, & sic dicit malũ sub ratione veri necessarij quod est bonũ, vnde est licitum. Et hoc modo Iob tertio dicitur, quod Iob maledixit diei suæ, enuntians malitiam præsentis vitæ, sicut Apostolus dicit Ephesio. 5. Redimẽtes tempus quoniam dies mali sunt. Quandoq; autem aliquis enuntiat malum alterius. f. intentione detrahendi. Et hoc est illicitum. Dicitur enim. 1. Corin. 6. Neque maledici neq; rapaces regnum dei possidebunt. Similiter etiam in eo quod quis dicit malum imperando, contingit autem quandoque quod aliquis dicit id quod est materialiter ma-

Triplex bene dicere.

Quomodo benedicere sit diligere sit de precepto et quomodo sit de consilio.

Maledicere contingit triplex.

lum sub ratione boni, putà cum ex impetio alicuius prouenit alicui malum pœnæ propter iustitiam, quod quidem est licitum. Et hoc modo transgressiones legis maledicuntur. i. pœnæ secundum iustitiã deputantur. Quandoq; verò aliquis imperado dicit malū alterius iniuste, putà propter odiū & vindictã. Et talis maledictio est illicita. Exo. 21, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Et id est etiã circa id quod aliquis dicit malū optando. Si enim hoc optet sub ratione boni, putà vt per aduersitatem alicuius perueniatur ad spiritualem profectū, hoc licitum est. Iob 5, Vidi stultū firmā radice & maledixi pulchritudini eius statim. Si verò hoc homo faciat propter odiū vel vindictã est omnino illicitū. 1. Reg. 17, Maledixit Philysteus Dauid in diis suis. ¶ Deinde cum dicit, [Gaudere cū gaudentibus, &c.] Ponit ea quæ pertinent ad concordiam. Et primò ponit concordia documenta. Secundò remouet impedimenta, ibi. [Non alta sapietes, &c.] Concordia autem potest dupliciter attendi. Vno modo quantum ad effectum in bonis & in malis. In bonis quidem, vt aliquis bonis aliorum congaudeat. Vnde dicit. Gaudere. f. debetis cū gaudentibus. Philippenses secundo, Gaudeo & cōgratulor omnibus vobis. Sed hoc est intelligendū: quando quis gaudet de bono. Sunt autem quidā qui gaudent de malo, secundum illud Prouerb. 2, Letantur cū malefecerint. Et istis non est congaudendum. 1. Corint. 13, dicitur de charitate quòd non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. In malis autem vt aliquis tristetur de malis alterius. Vnde subdit. [Flere]. f. debetis cum fletibus. Iob 30, Flebam quondam super eo qui afflictus erat. Ecclesiastici 7, Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Ipsa enim compassio amici condolentis consolationem in tristitia affert. Primò quidem quia ex hoc colligitur efficax amicitie argumentum. Eccle. 12, In malitia illius, id est, in infortunio amicus cognitus est. Et hoc ipsum est delectabile cognoscere aliquem sibi esse verum amicum. Alio modo hoc ipso quòd amicus condolet, videtur se offerre ad simul portandum onus aduersitatis, quod tristitiam causat. Et quidem leuius portatur quod portatur à pluribus quam ab vno solo. Secundò concordia cōsistit in vnitate sententiæ & quantum ad hoc dicit. [Id ipsum]. i. idem sitis inuicem sentientes, vt. f. in eadem sententia conueniatis. 1. Cor. 1, Sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Phil. 2, Eadem charitatē habentes vnanimis, id ipsum sentientes. Sciendum est tamen quòd duplex est sententia. Vna quidem quæ pertinet ad iudicium intellectus circa speculabilia, putà circa consideraciones geometricas vel naturales, dissentire autem in talibus nō repugnat amicitia vel charitati, quia charitas in voluntate est. Huiusmodi autē iudicia non proueniunt ex voluntate, sed ex necessitate rationis. Alia verò sententia pertinet ad iudicium rationis circa agenda & in talibus dissentio amicitia contrariatur: quia talis dissentio habet contrarietate voluntatis, & quia fides non solum est speculatiua, sed etiam practica in quantum per dilectionem operatur, vt dicitur Gal. 5, Ideo etiam dissentire à recta fide est contrarium charitati. ¶ Deinde cum dicit, [Non alta sapientes, &c.] excludit impedimenta concordia quæ quidem sunt duo. Primum est superbia ex qua cōtingit quòd dum aliquis inordinatē suam excellentiam querit & subiectionē refugit, vult alium subiici. Et eius excellentiam impedire. Et ex hoc sequitur discordia Prou. 13, Inter superbos semper iurgia sunt. Et ideo ad hoc remouendum dicit, Non sitis alta sapientes, vt. f. inordinatē vestram excellentiã appetatis, supra 11, Noli altum sapere, sed time. Eccl. 3, Altiora te ne quaeris. Sed sitis cōsentientes humilibus. i. his quæ sunt humilia. i. quæ abiecta videntur non recuseris cū oportuerit. Psal. Elegi abiectus esse in domo dei mei. Iaco. 4, Dominus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. Secundum impedimentum concordia est p̄sumptio sapientia: ex qua contingit quòd aliquis aliorum sententia non credit. Ad quod remouendum dicit, [Nolite esse prudētes apud vosmetipsos]. vt. f. iudicetis solum id esse prudēti quòd vobis videtur. Esa. 5, Væ qui sapientes estis in oculis vestris & corā vobismetipsis prudētes, supra 11, Vt non sitis vobismetipsis sapientes. ¶ Deinde cum dicit, [Nulli malum pro malo, &c.] Docet illa quæ pertinet ad beneficentiam excludendo contrarium. Et primò docet quòd non sit alicui malefaciendum ratione vindictæ. Secundò docet quòd non sit alicui malefaciendum ratione defensionis, ibi [Non vosmetipsos defendentes]. Circa primum tria facit. Primò prohibet vindictam dicens, Nulli malum pro malo reddentes. f. sitis. Psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala. 1. Petr. 3, Non reddentes malum pro malo. Sed hoc est intelligendum formaliter, sicut supra dictum est de maledictio: prohibemur enim affectu odij vel vindictæ reddere malum pro malo ita quòd in malo alterius delectemur. Sed si pro malo culpæ quod quis facit, reddat iudex malum pœnæ se cundum iustitiam ad compēsandam malitiam materialiter quidem infert malum, sed formaliter & per se infert bonum. Vnde cum iudex suspendit latronem pro homicidio non reddit malum pro malo sed magis bonum pro malo. Et hoc modo Apostolus quendā pro peccato incestus tradidit sathanæ in interitū carnis vt spiritus saluus fiat. Vt habetur 1. Cor. 5, Secundò docet q̄ etiam bona sint proximis exhibenda, dicens, Prouidētes. f. sitis bona non tantū coram deo, vt. f. curetis satisfacere cōscientia vestra corā deo, sed etiam corā omnibus hominib⁹, vt. f. ea faciatis quæ hominibus placeat. 1. Cor. 10, Sine offensione esto teludæis & Gentibus & ecclesiæ dei sicut & ego per omnia omnibus placeo. 1. Cor. 13, Prouidentes bona nō solum coram deo, sed etiã coram omnibus hominibus. Hoc tamen cōtingit & bene & malè fieri: si enim hoc fiat p̄pter fauorem humanū non bene agitur Mat. 6, Attendite ne iustitiã vestram faciatis corā hominibus vt videamini ab eis. Si autē hoc fiat ad gloriã dei bene agitur, secundū illud Mat. 5, Sic luceat lux vestra corā hominibus, vt videat opera vestra bona & glorificet patrem vestrū qui in calis est. Tertiò assignat rationem vtriusq; dictorū. Ad hoc enim debemus abstinerere à retributione malorū, & corā hominib⁹ bona prouidere, vt cum hominibus pacē habeamus, & ideo subdit, Cum omnibus hominibus pacē habentes. Hebraeorū vlti. Pacē sequimini cū omnibus. Sed hic addit duo, quorum primū est q̄ dicit, [Si fieri potest]. Quandoq; enim malitia aliorū impedit ne cum eis pacē habere possimus, quia. f. cum eis pax haberi nō potest, nisi eorum malitia cōsentiantur quam quidē pacem constar esse illicitam. Vnde dominus dicit Mat. 10, Non veni pacem mittere, sed gladium. Aliud autē addit, dicens, Quod ex vobis est. f. & si ipsi contra pacem agant, tamen quod in nobis est facere nos debemus, vt eorū pacem queramus. Psal. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Et alibi. Inquire pacē & persequere eam. ¶ Deinde cum dicit, [Non vosmetipsos defendentes, &c.] ostendit q̄ nō sunt mala proximis inferenda per modū defensionis. Et primò ponit documentum

dicens, Non sitis vosmetipsos defendētes ò charissimi, sicut & de Christo dicitur Esa. 50, Dedi corpus meū percutietibus & genas meas vellētibus. Et Esa. 53, Quasi agnus coram tondēte se obmutuit, &c. Vnde & ipse dominus mādauit Mat. 5, Si quis te percusserit in vna maxilla præbe ei etiã alteram. Sed sicut Aug. dicit in lib. contra mēdaciū. Ea quæ in nouo testamēto à sanctis facta sunt, valēt ad exēpla intelligēdarum scripturarum quæ in p̄ceptis data sunt. Ipse autē dominus cum alapa percussus esset, nō ait, ecce altera maxilla, sed si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autē bene, quid me cedis? Vbi ostēdit præparationem alterius maxillæ in corde esse faciendam. Paratus enim fuit dominus, nō solum in altera cedi pro salute hominis, sed in toto corpore crucifigi. Et sicut Aug. dicit ad Marcellinū, tunc quidē hoc mādātū rectè fit cum ei creditur profecturū esse propter quem fit ad adaptandam in eo correctionem atq; cōcordiam, etiam si alius exitus cōsequatur. Sūt igitur ista p̄cepta patientia semp in cordis præparatione retinēda & ipsa beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, semp in voluntate complēda est. Agēda sunt autem & multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis. ¶ Secūdo assignat rationem, cum dicit [Sed date locum iræ]. Id est, diuino iudicio. Quali diceret, cōmittatis vos deo, qui suo iudicio potest vos defendere & vindicare, secundū illud 1. Petr. vlt. Omnem sollicitudinē vestram proicietes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sed hæc intelligēda sunt in casu in quo nobis non adest facultas aliter faciēdi secundū iustitiam: sed quia, vt dicitur Deut. 1, Domini est iudiciū, cum aliquis auctoritate iudicis, vel vindictam querit ad comprimēdam malitiam, & non propter odium, vel etiam cum auctoritate alicuius superioris suam defensionem procurat, intelligitur locū dare iræ. i. diuino iudicio, cuius ministri sunt p̄cipes: vt dicitur infra 13, Vnde etiam Paulus procurauit se per armatos defendi contra insidias Iudaorum, vt patet Actuum 23. ¶ Deinde cum dicit, [Sicut scriptū est, &c.] probat quod dixerat Et primò per auctoritatem. Secundò per rationem, ibi [Noli vinci à malo, &c.] Circa primum duo facit. Primò probat quod dictum est de prohibitione vindictæ, dicens, Dictum est, Date locum iræ. i. diuino iudicio. Scriptum est enim Deut. 32, Mihi vindictam, scilicet seruate, & ego retribuam, dicit dominus. Nostra litera sic habet, Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Psal. Deus vltionum dominus. Naum. 1, Deus emulor & vlciscens dominus. Secundò probat per auctoritatem quod dictum est de beneuolētia exhibenda inimicis. In qua quidem auctoritate, primò ponit documentum, vt subueniamus inimicis in articulo necessitatis, quia hoc est de necessitate p̄cepti, vt supra dictum est. Et hoc est quòd dicit, Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Mat. 5, Benefacite his qui oderunt vos. Secūdo rationem assignat, dicens, Hoc enim faciens, car bones ignis cōgeres super caput eius. Quod quidem vno modo potest intelligi in malum, vt sit sensus, Si tu ei benefacias, bonum tuū vertetur in malum, quia ex hoc incurret combustionem ignis æterni per suam ingratitude: sed iste sensus repugnat charitati, cōtra quæ ageret, qui alicui subueniret, vt ei proueniret in malum. Et ideo est exponēdum in bonū, vt sit sensus, Hoc enim faciens. i. in necessitate ei subueniēs, car bones ignis. i. amorē charitatis: de qua dicitur Can. 8, Lāpades eius, vt lampades ignis atq; flāmarum congeres. i. cōgregabis super caput. i. super mētem eius: quia vt Aug. dicit in lib. de cathecizadis rudibus, nulla est maior prouocatio ad amādum, quam prouenire amando. Nimis enim durus animus qui dilectionem, & si nolebat impendere, nolit rependere. ¶ Deinde cum dicit, [Noli vinci à malo, &c.] probat quod dixit per rationem. Naturale est enim homini, vt velit aduersariū vincere, & nō vinci ab eo. Illud autē ab aliquo vincitur, quod ad illud trahitur, sicut aqua vincitur ab igne, quando trahitur ad calorē ignis. Si ergo bonus aliquis homo propter malum quod sibi ab aliquo infertur, trahatur ad hoc quod ei malefaciat, bonum à malo vincetur. Si autem cōtrario propter beneficium quod bonus persecutori exhibet, eum ad suum amorem trahat, bonus malum vincit. Sic ergo. noli vinci à malo, scilicet eius qui te persequitur, vt tu eum persequare, sed in bono tuo vince malum illius, vt scilicet ei benefaciendo, eum trahas. 1. Ioan. vlt. Hęc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. He. 15, Ipsi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos.

Caput 13.


Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi à deo. Quæ autem sunt, à deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nā primcipis non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem: Bonū fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram et qui malum agit. Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa prestatis. Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

¶ Postquam Apostolus ostendit qualiter se debeat homo exhibere deo, vt edo donis gratia eius, hic ostendit quomodo debeat se exhibere proximo, & primò quantum ad superiores. Secūdo quantum ad omnes, ibi [Nemini quicquam debeatis, &c.] Circa primum duo facit. Primò inducit homines ad subiectionem quam debent superioribus. Secūdo ad exhibēdum subiectionis signū, ibi [Ideo & tributa prestatis, &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit documentum. Secūdo rationem assignat, ibi [Non enim est potestas &c.] Tertiò infert conclusionem intentam, ibi, [Ideo quæ &c.] Circa primum considerandum est q̄ quidam fideles in primitiua ecclesia dicebant, terrenis potestatibus se subiici non debere propter libertatem quam consecuti erant à Christo, secundum illud Io. 8, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Sed libertas per Christum concessa est, libertas spiritus qua liberamur à peccato & morte, sicut supra 8, dictum est, Lex spiritus in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Caro autem adhuc remanet seruituti obnoxia, sicut supra 7, dictum est. Et ideo tunc nulli subiectioni homo per Christum liberatus, erit obnoxius, nec spirituali. f. nec carnali. Vnde dicitur 1. Cor. 15, Cū tradiderit Christus regnum deo patri & euacuauerit omnem principatum & potestatem. Interim autem dum corruptibilem carnem gerimus, oportet nos dominis carnalibus subiacere. Vnde dicitur Eph. 6, Serui obedite dominis carnalibus. Et hoc est etiam quod hic Apost. dicit, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Potestates autem sublimiores hic dicitur, homines in potestatibus cōstituti, quib⁹ secūdū iustitię ordinē subiici debemus. 1. Pe. 2, Subditi

Facta sunt enim noui testamenti ualent ad intelligenda exēpla sancta scripturae que data sunt in p̄ceptis.

Infruit de usu charitatis docendo inferiores obedire superioribus per subuentio nem & dilectio nē & q̄ omnibus omnia redditur minimeque sit quod suū est.

Error in primis Christianis qui nunc reuocatur per Lutheranos à Paulo excluditur.



estote omni humanæ creaturæ propter deum, siue regi quasi præcellenti. Dicit autem indefinitè, potestatibus sublimioribus, vt ratione sublimitatis officij eis subiciamur, etiã si sint mali. Vnde 1. Pet. 2, subditur, Subiecti estote nõ tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Quod autem dicitur, omnis anima, per synecdochè intelligitur, omnis homo, sicut & Gene. 17, Delebitur anima illa de populo suo. Vtitur autem hoc modo loquendi quia subiectionem superioribus debemus ex animo, i. ex pura voluntate, secundum illud Ephes. 6, Non ad oculos seruientes, quasi hominibus placetes, sed ex animo cum bona voluntate. ¶ Deinde cum dicit, [Non est enim potestas &c.] ponit rationem admonitionis præmissa. Primò quidem ex parte honesti. Secundò ex parte necessarij, ibi [Qui autem resistit &c.] Circa primò duo facit. Primò præmittit duo principia. Secundò ex eis cõcludit, ibi [Itaq; qui resistit, &c.] Primò enim præmittit originem potestatis, dicens, Nõ est enim potestas nisi à deo. Quicquid enim cõmuniter de deo & creaturis dicitur, à deo in creaturas deriuatur, sicut patet de sapientia. Eccle. 1, Omnis sapientia à domino deo est. Potestas autem de deo & de hominibus dicitur Iob 39, Deus potestates nõ abiicit, cum ipse sit potes. Vnde consequens est q; humana potestas sit à deo. Dan. 4, Dominabitur excelsus in regno hominũ, & cuiusq; voluerit, dabit illud. Io. 19, Nõ haberes potestatem aduersum me vllã, nisi tibi datũ esset desuper. Sed cõtra hoc esse videtur, quod dicitur Olee 8, Ipsi regna uerũ, & nõ ex me: principes exiterũ, & nõ cognoui. Ad quod dicendum est q; regia potestas vel cuiuscũq; alterius dignitatis potest cõsiderari quãtum ad tria. Vno quidẽ modo quãtum ad ipsam potestatem, & sic est à deo, per quẽ reges regnãt. Alio modo potest cõsiderari quãtum ad modũ adipsẽ potestatem, & sic quãdoq; potestas est à deo: quãdo. f. aliquis ordinatè potestatem adipsẽ potestatem, secundum illud Hæb. 5, Nemo sibi honore assumit, sed qui vocatur à deo tanq; Aaron. Quãdoq; verò nõ est à deo, sed ex peruerso hominis appetitu, qui per ambitionẽ, vel quocũq; alio illicito modo potestatem adipsẽ potestatem. Amos 6, Nũquid nõ in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Tertio modo potest cõsiderari quãtum ad vsum ipsius, & sic quãdoq; est à deo, putã cũ aliquis secundum præcepta diuinã iustitiã vitur cõcessa sibi potestate, secundum illud Pro. 8, Per me reges regnãt, &c. Quãdoq; autẽ non est à deo, putã cũ aliqui potestate sibi data vtũtur cõtra diuinã iustitiã, secundum illud Psã. Aliterũt reges terræ & principes cõuenerunt in vnu aduersus dominũ, &c. ¶ Dubitatur etiã de potestate peccãdi vtũtur sit à deo. Ad quod dicendum est q; ipsa potestãtia qua peccatur, à deo est. Eadem enim potestãtia est qua peccatur & rectè agitur: sed q; in bonũ ordinetur à deo est, q; autẽ ordinetur ad peccãdum, est ex defectu creaturæ, in quãtum est ex nihilo. Secundò ponit q; ea quæ sunt, à deo ordinata sunt, cuius ratio est, quia deus omnia per suam sapiẽtiam fecit, secundum illud Psã. Omnia in sapiẽtia tua fecisti. Est autẽ proprium sapiẽtiã ordinatè omnia disponere. Sap. 8, Attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Et ideo oportet effectus diuinos ordinatos esse. Iob 38, Nũquid nosti ordinẽ cæli, & pones rationẽ eius in terra? Duplicẽ autẽ ordinẽ deus in suis effectibus instituit. Vnu quidẽ quo omnia ordinantur in ipsum. Pro. 16, Vniuersa ppter semetipsum operatus est deus. Aliũ verò quo effectus diuini ordinantur ad inuicẽ, sicut dicitur Deut. 4, De sole & luna & stellis, q; fecit in ea ministeriũ cunctis Gëtibus. ¶ Deinde cũ dicit [Itaq; qui resistit, &c.] ex duabus præmissis cõcludit propositũ. Si enim potestas principũ à deo est, & nihil est à deo sine ordine, cõsequens est q; etiã ordo quo inferiores potestatib; superioribus subiciuntur, sit à deo. Itaq; q; cõtra hũc ordinẽ resistit potestati, dei ordinationi resistit. 1. Re. 8, Nõ te abiecerũt, sed me, ne regnẽ super eos. Luc. 10, Qui vos spernit, me spernit. Resistere autẽ diuinẽ ordinationi cõtrariatur honesta virtutis. Vnde cõtra virtutẽ agit, quicũque potestati resistit. eo q; p̄tinet ad ordinẽ suæ potestatis. ¶ Deinde cũ dicit, [Qui autẽ resistit, &c.] ostendit huiusmodi subiectionẽ nõ solum esse honestã, sed necessariã. Et primò proponit quod intendit. Secundò probat propositum, ibi [Nam principes &c.] Dicit ergo primò, Dicitur est, quod qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, quod quidem secundum se est vitãdum, tanquam contrarium virtuti. Multi tamen sunt qui amorẽ virtutis non habentes, ea quæ sunt contraria virtuti non detestantur. Vnde tales cogendi sunt ad vitãtionẽ malorum per pœnas: & quãtum ad hoc, subdit, Qui autem resistunt, scilicet diuinẽ ordinationi, sibi dãnationem acquirunt cõtra potestatis ordinem agendo. Quod quidem potest intelligi vno modo de dãnatione aeterna, quam meretur qui potestatibus subiecti nolũt in eo quod debet. In cuius exẽplum Dathan & Abyron, qui Moysi & Aaron resistunt, sunt à terra absorpti, vt habetur Nume. 16. Alio modo potest intelligi de dãnatione pœnæ, quæ per ipsos principes inferunt. Prouerb. 20, Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocant eum, peccant in animam suam. Sed cõtra hoc videtur esse quod Apostoli & martyres principibus & potestatibus resistunt: & ex hoc nõ dãnationem à deo, sed præmium acquisierunt. Sed dicendum est quod Apostolus hũc loquitur de eo qui resistit potestati, secundum quod est à deo ordinata. Habet autem hoc diuina ordinatione, vt potestati inferiori non obediatur contra superiorem, sicut etiam in rebus humanis, vt proconsuli nõ obediatur contra imperatorem, nec balliuo cõtra regẽ. Et omnis potestas humana sub potestate dei ordinatur, & nulli potestati humana est contra deum obediendum, secundum illud Act. 4, Oportet obedire magis deo quãm hominibus. ¶ Deinde cum dicit [Nam principes &c.] assignat rationem eius quod dixerat. Et primò ponit rationem. Secundò ex ratione posita quoddam vtile documẽtum trahit, ibi [Vis autẽ non timere potestatem, &c.] Tertio huius documẽti necessitatẽ assignat, ibi [Si autẽ malefeceris, &c.] Dicit ergo primò, Dicitur est quod qui resistunt potestati, sibi dãnationem acquirunt. Nam principes, qui hũc potestates dicuntur, non sunt timorũ in timorem boni operis, i. propter bonum opus, sed mali, i. propter malum. Quod quidem videtur esse intelligendum secundum causam instituedi principes. Ad hoc enim sunt instituedi principes, vt illi qui amore virtutis non prouocantur ad vitãdum malum, & faciendũ bonum, cogantur ad hoc timore pœnæ. Prouerb. 2, Rex qui sedet in folio iudicij dissipet omne malum intuitu suo. Et secundum hoc dicitur, & principes non sunt timori boni operis, sed mali, quantum ad id quod principi ex officio competit, sicut & Esa. 32, dicitur, Princeps ea quæ sunt digna principe cogitabit. Potest autem hoc referri etiam ad malos principes, qui nõ sunt timori boni operis, sed mali: quia & si interdũ iniuste persequuntur bene operantes, non tamen illi qui bene operantur, causam habent timedi, quia hoc ipsum, si patierent sustinerẽ, in eorũ bonũ cedit, secundum illud 1. Pet. 3, Si quid patimini propter iustitiã, beati timorẽ autem eorũ ne timueritis, vt nõ con-

Potestas omnis quo ad tria potest considerari, vide quomodo sit à deo & quomodo non.

turbemini. Ex hoc autem q; hũc dicitur assignari potest ratio quare qui potestati resistit, sibi dãnationem acquirat: siue intelligatur de dãnatione punitiõis, qua principes rebelles puniunt, siue de dãnatione qua homines puniuntur à deo. Si enim principes sunt timori mali operis, cõsequens est q; si aliquis potestati resistat, malè operetur: & ita ipse homo malè agẽdo, est sibi causa punitiõis temporalis & aeterna. ¶ Deinde cum dicit, [Vis autem nõ timere &c.] ex eo q; dixerat quoddã vtile documẽtum tradit. f. vitãdi timorem principum. Et primò insinuat sua interrogatiõne hoc esse desiderabile, dicens, Vis nõ timere potestatem. Quasi dicat, hoc debet homini esse placitũ. Pro. 20, Sicut fremitus leonis, ita & terror regis. Secundò docet medium ad hoc perueniendi, dicens, Bonum fac: quia vt dicitur Prou. 16, Volũtas regum, labia iusta. Et in Psã. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Tertio ostendit huius effectũ dicens, & si benefeceris nõ solum timorem vitabis, sed etiam habebis laudem ex illa. f. potestate, quod plenu est, si accipiat secundum finem ad quem instituta sunt potestates. Ad hoc enim instituta sunt vt nõ solum à malis timore pœnarũ retrahant, sed etiam vt ad bonum & præmia illiciãt, secundum illud 1. Pet. 2, Siue ducibus tanq; ab eo misis ad vindictã malorum, laudẽ verò bonorum. Verificatur hoc etiam de malis principibus, quorum iniustam persecutionem, dum boni patienter sustinent, laudatur Iac. 5, Ecce beatificamus eos qui sustinerunt. Quarta rationem assignat, dicens, Dei enim minister est tibi in bonum. Quod quidem manifestè patet, quãtum ad debitum ordinem principum. Sunt enim sub regimine dei, quasi supremi principis, tanquam ministri ordinati. Sap. 6, Cũ essetis ministri regis illius &c. Ad idem autẽ tendit minister & dominus. Eccle. 10, Secũdũ iudicem populi, sic & minister eius. Et ideo sicut deus operatur in bonum his qui bonum agunt, ita & principes si rectè ministeriũ suum impleant. Sed & si mali principes, ministri dei sunt, secundum ordinationem dei ad inferẽdas pœnas, licet hoc sit p̄ter intẽtum eorũ: secundum illud Esa. 10, Assur virga furoris mei & baculus ipse est. Ipse autem non sic arbitrabitur. Et Hic. 25, Assumam vniuersam cogitationẽ Aquilonis & Nabuchodonosor regẽ Babylonis seruũ meum, & adducã eos super terram istã. Et quia tales mali principes, interdũ deo permittẽte, bonos affligunt, quod in bonũ eorũ cedit. Secundum illud supra 8, Diligẽtibus deum &c. ¶ Deinde cum dicit, [Si autẽ male &c.] ostendit necessitatẽ præmissi documẽti. Dicitur est enim q; benefaciẽdo nõ timebis potestatem, si autẽ malefeceris, time: quia causam timoris habes. Prou. 10, Pauor his qui operantur malũ. Sap. 17, Cũ sit timida nequitia, data est in omniũ condẽnationẽ. Secundò assignat rationẽ, dicens, [Nõ enim sine causa gladiũ portat.] Loquitur autẽ secundum cõsuetudinem principũ, qui quasi in figura suæ potestatis deferebat instrumenta punitiõis, putã faces virgarũ ad verberãdum, & secures vel gladios ad occidẽdum. Iob 19, Fugite à facie gladij, quoniã vltor iniquitatum est gladius. Tertio rationem exponit, dicens, [Portat inquam gladiũ, quia est minister dei vindicẽ.] Id est, vindictã exercẽs in iram id est, ad exequẽdam iram dei, i. iustum iudiciũ eius [ei qui malum agit] id est cõtra malefactorem. Eze. 16, Ecce ego cõgregabo omnes amatores tuos, & iudicabo te in iudiciis adulterorũ, & dabo te in manus eorũ, &c. Prou. 16, Abominabiles regi qui impiẽ agunt, quoniã iustitia firmatur solium. Ex quo patet q; nõ solum est licitum, sed etiam meritorium principibus, qui zelo iustitiæ vindictã exercẽt in malos. Vnde dicitur Eze. 29, Erit mercis exercitui illius, & operi quo seruiuit mihi aduersus eã. ¶ Deinde cum dicit [Ideoque necessitate &c.] Infert cõclusionem principãliter intẽtam, dicens, Ideoq; propter prædictas rationes subditi estote voluntariẽ necessitati quæ vobis imminet præcepto principum, vt faciatis de necessitate virtutẽ, nõ solum propter iram i. vindictã vitãdam quod pertinet ad secũdam rationem, sed etiam propter consciẽtiam bonam cõsiderãdam quod pertinet ad primã rationem, quia qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Tit. 3, Admone illos principibus & potestatibus subditos esse. ¶ Deinde cum dicit, [Ideo enim & tributa præstatis &c.] inducit homines ad exhibendũ suis superioribus signũ subiectionis. Et primò ponit signũ subiectionis. Secundò inducit ad eius exhibitionem, ibi [Reddite ergo &c.] Circa primũ duo facit. Primò ponit subiectionis signũ, dicens, Ideo enim. f. quia debetis esse subiecti & tributa præstatis. Id est, præstare debetis in signum. f. subiectionis. Et ideo cõquerendo, dicitur Thren. 1, Princeps prouinciã facta est sub tributo. Dicuntur autem tributa, eo quod subditi dominis ea tribuunt. Secundò assignat rationem, dicens, [Ministri enim sunt dei: & hoc ipsum] id est, pro ipso, scilicet tributa recipiẽdo ad sustentationem, laborant autem principes ad omniũ pacem. Vnde dicitur 2. Tim. 2, Obsecro primũ omnium fieri obsecrationes pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt cõstituti, vt quietem ac tranquillam vitam agamus. Baruc 1, Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babilonis, vt viuamus sub vmbra eius. Ad hoc tamẽ debito liberi sunt clerici ex privilegio principũ, quod quidem æquitatem naturalem habet. Vnde etiam apud Gentiles liberi erãt à tributis illi qui vacabant rebus diuinis. Legitur enim Genes. 47, q; Ioseph subiecit Pharaoni totam terram Ægypti præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Et infra dicitur q; in vniuersa terra Ægypti, quinta pars soluitur absq; terra sacerdotali quæ libera ab hac conditione fuit. Hoc autem omnino æquum est, quia sicut reges solitudinem habet de bono publico in bonis temporalibus, ita ministri dei in spiritualibus, & sic per hoc q; deo in spiritualibus ministrant, recompensant regi quod pro eorũ pace laborat. ¶ Sed attendendum est cum tributa dicat regibus esse debita quasi laboris stipendium, dupliciter peccare possunt principes accipiẽdo tributa. Primò quidẽ si vtilitatem populi nõ procurent, sed solum ad diripiẽdum eorum bona intendant. Vnde dicitur Eze. 34, Lac comedebatis & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autẽ meum nõ pascebatis. Alio modo ex eo quod violenter diripiunt supra statutã legẽ, quæ est quasi quoddã pactũ inter regem

Tributum nõ est præmium ministerij principis, sed laus & honor.

Clerici sunt à debito tributũ exempti priuilegio principum.

Principes accipientes tributa non semper bene agunt sed dupliciter peccant.

& populum & supra populi facultatem. Vnde dicitur Mich. 3, Audite principes Iacob & duces domus Israel. Et postea subdit, Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum. Deinde cum dicit, [Reddite ergo &c.] monet ad reddendum predictum subiectionis signum. Et primo quidem in generali, dicens, Ex quo tributum debetur principibus, tanquam dei ministris, reddite ergo omnibus debita. Ex quo patet quod ex necessitate iustitiae tenentur subditi sua iura principibus exhibere. Matth. 8, Oblatus est regi vnus qui debebat decem milia talenta. Ecclesiast. 2, 2, Reddite quae sunt Caesaris, Caesaris, &c. Secundo specificat: & primo ea quae sunt exteriora dicens, Cui tributum, tributum, scilicet debetis, reddite tributum, quia, scilicet principi tributum pro generali regimine, quo patriam in pace & quiete gubernat. Genes. 49, Vidit requiem quae esset bona, factusque est tributis seruus. Cui vectigal, scilicet debetis, reddite vectigal, quod scilicet redditur principi in aliquibus certis locis de mercimoniis quae deferuntur pro reparatione & custodia. Vel vectigal dicitur quod datur principi, quando per patriam deuchitur, sicut sunt procurationes & alia huiusmodi. Secundo ponit ea quae sunt interiora exhibenda. Est autem considerandum quod principi debetur & timor & honor: timor quidem, in quantum est dominus sui potestate malos coercens. Mala. 1, Si ego dominus, ubi est timor meus? Et ideo dicit, Cui timorem, scilicet debetis, reddite timorem. Prou. 24, Deum time fili mi. In quantum autem quasi pater prouidet bonis quae sunt in laudem eorum, debetur illi honor. Malach. 1, Si ego pater, ubi honor meus? Et ideo subdit, Cui honorem debetis, reddite honorem. Petr. 2, Regem honorificate. Sed contra est quod dicitur Leuiti. 19, Non honores vultum potentis. Sed hoc est intelligendum, quantum ad hoc, ut pro eo a iustitia non declines. Vnde subditur, Iustitiam iudica proximo tuo.

Tributa vi iustitiae tenentur subditi solvere.

Quid vectigal.

De usu gratiae in ordine ad omnes.

Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo insinuat, diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Supra Apostolus ostendit qualiter debeant fideles ad superiores iustitiam obseruare, hic ostendit quid debeat omnibus exhibere. Et primo proponit quod intendit. Secundo reddit rationem, ibi [Qui enim diligit &c.] Dicit ergo primo, Dicitur est, Reddite omnibus debita, non quidem particulariter, sed integraliter. Et hoc est, quod ostendit, Nemini quicquam debeatis. Quasi dicat, Ita plene omnibus omnia debita persoluatis, ut nihil remaneat, quod soluere debeatis. Et hoc quidem propter duo. Primo quia in ipsa mora reddendi, peccatum committitur, dum homo iniuste derinet rem alienam. Vnde dicitur Leuit. 19, Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane. Et eadem est ratio de aliis debitis. Secundo quia quadiu aliquis debet, est quodammodo seruus, & cui debet, obligatur. Prou. 22, Qui accipit mutuam, seruus est feneratoris. Sunt tamen quaedam debita a quibus homo nunquam potest se absolueret. Et hoc dupliciter. Vno quidem modo propter excellentiam beneficij, cui aequiuales recompensari non potest: sicut Philosophus dicit de honore qui exhibetur deo, vel parentibus secundum illud Psal. Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? Alio modo propter causam debendi, quae semper manet. Vel etiam propter hoc quod illud quod redditur, nunquam exhauritur, sed semper in reddendo crescit. Et propter has causas debitum dilectionis fraternae ita soluitur, quod semper debetur. Primo quidem quia dilectionem proximo debemus propter deum, cui sufficienter recompensare non possumus. Dicitur enim 1. Ioan. 3, Hoc mandatum habemus a deo, ut qui diligit deum, diligit & fratrem suum. Secundo quia causa dilectionis semper manet, quae est similitudo naturae & gratiae. Eccle. 13, Omne animal diligit sibi simile, sic & omnis homo proximum sibi. Tertia quia charitas in diligendo non deficit, sed proficit. Philip. 1, Hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet. Ideo dicit, Nisi ut inuicem diligatis, quia, scilicet dilectionis debitum ita semel redditur, ut tamen semper maneat sub debito praeccepti. Ioan. 15, Hoc est praecceptum meum, ut diligatis inuicem. Deinde cum dicit [Qui enim diligit &c.] assignat causam eius quod dixerat, debito dilectionis nos nunquam absolui, quia, scilicet in dilectione, tota legis impletio consistit. Vnde circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi [Nam non adulterabis, &c.] Tercio infert conclusionem intentam, ibi, [Plenitudo ergo legis, &c.] Dicit ergo primo, Ideo dictum est, quod non intendamus nos expedire a debito dilectionis, sicut ab aliis debitis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit, id est, tota impletio legis ex proximi dilectione dependet. Sed hoc non videtur verum. Dicitur enim prima. Timotheum. 1, quod finis praeccepti charitas est. Vnum quodque enim perficitur cum ad finem peruenit, & ideo tota legis perfectio in charitate consistit. Sed charitas duos habet actus, scilicet dilectionem dei & dilectionem proximi. Vnde & dominus dixit Mat. 22, quod tota lex & prophetae pendet in duobus mandatis charitatis: quorum vnum est de dilectione dei, aliud de dilectione proximi. Non ergo videtur quod qui proximum diligit, impleat totam legem. Sed dicendum est quod illa dilectio proximi, ad charitatem pertinet, & legem implet, qua proximus diligitur propter deum, & ita in dilectione proximi includitur dilectio dei, sicut causa in effectu. Dicitur enim 1. Io. 3, Et hoc mandatum habemus a deo, ut qui diligit deum, diligit & fratrem suum. Et conuerso, dilectio proximi includitur in dilectione dei, sicut effectus in causa. vnde ibidem dicitur, Si quis dixerit quoniam diligo deum, & fratrem suum odit, mendax est. Et inde est quod in sacra scriptura quoad hoc fit mentio solum de dilectione dei, quasi sufficiat ad salutem, secundum illud Deu. 10, Et nunc Israel quid dominus deus tuus petit a te, nisi ut timeas dominum, & ambules in viis eius, & diligas eum? Quoad hoc autem fit mentio solum de dilectione proximi. Ioan. 15, Hoc vobis mando, ut diligatis inuicem. Deinde cum dicit, [Nam non adulterabis, &c.] probat propositum. Primo quidem per inductionem. Secundo vero per medium syllogismi, ibi [Dilectio proximi &c.] Circa primum more inductionis enumerat quaedam praeccepta quae dilectionem proximi implent, & quia praeccepta tria prima tabulae immediatius ordinantur ad dilectionem dei, non facit mentionem hic de eis: quibus & ipsa implentur in dilectione proximi, prout includit dilectionem dei. Enumerat autem mandata secundae tabulae, praetermittit tamen praecceptum affirmatiuum tantum quod est de honore parentum, in quo etiam intelligitur, ut omnibus reddamus quae debemus. Enumerat autem praeccepta negatiua, per quae aliquis prohibetur malum proximis inferre. Et hoc duplici ratione. Primo quidem

Quomodo hoc verum sit quod qui diligit proximum, legem impleuit.

quia praeccepta negatiua sunt magis vniuersalia, & quantum ad tempora & quantum ad personas. Quantum ad tempora quidem, quia praeccepta negatiua obligant semper & ad semper. Nullo enim tempore est furandum & adulterandum. Praeccepta autem affirmatiua obligant quidem semper, sed non ad semper, sed pro loco & tempore, non enim tenetur homo, ut omni tempore honoret parentes, sed pro loco & tempore. Quantum ad personas autem, quia nulli hominum est nocendum, non autem sufficientes sumus, ut vnus homo possit omnibus ministris seruire. Secundo quia magis manifestum est quod per dilectionem proximi implentur praeccepta negatiua quam affirmatiua. Qui enim diligit aliquem, magis abstinere a nocimento illius, quam beneficia impendat a quo quadoque homo impeditur per impotentiam. Tripliciter autem aliquis nocentem proximo inferre potest. Vno modo, facto. Alio modo, verbo. Tertio desiderio. Facto quidem tripliciter. Vno modo quantum ad personam ipsius proximi. Et hoc prohibetur, cum dicitur, Non occides. In quo etiam intelligitur prohiberi omnis iniuria in personam proximi illata. 1. Io. 3, Omnis homicida non habet vitam aeternam in seipso. Secundo quantum ad personam coniunctam. scilicet uxorem: & hoc prohibetur, cum dicitur, Non adulterabis. In quo etiam intelligitur prohiberi fornicatio, & omnis illicitus usus genitalium membrorum. Hab. vlt. Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Tertio quantum ad res exteriores, quod prohibetur, cum dicitur, Non furaberis. In quo etiam intelligitur prohiberi omnis iniusta subtractio rei alienae, siue per vim siue per dolum. Zacha. 5, Omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. Nocentem autem quod quis proximo infert, verbo prohibetur, cum dicitur, Non falsum testimonium dices. Quod non solum prohibetur in iudicio, sed etiam extra iudicium, siue per modum detractionis, siue per modum contumeliae. Prouer. 19, Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur, non effugiet. Nocentem autem quod quis infert proximo, solo desiderio prohibetur, cum dicitur, Non concupisces rem proximi tui. Vbi etiam intelligitur prohiberi concupiscentia uxoris: supra 7, Nam concupiscentiam nesciebam, scilicet esse peccatum, nisi lex diceret, Non concupisces. Ponuntur autem haec mandata Exod. 20. Enumeratis autem pluribus praecceptis, colligit omnia alia in communi, dicens, Et si quod est aliud mandatum affirmatiuum vel negatiuum ad proximum pertinens, per modum supra dictum, insinuat. i. perficitur & impletur in hoc verbo. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod quidem ponitur Leuit. 19, ubi nos habemus. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Quod autem dicit, proximum tuum, referendum est ad omnem hominem, & etiam ad sanctos angelos, ut Augustinus probat in 1. de doctrina Christiana. Nomen enim proximi intelligitur quicumque facit alicui misericordiam, secundum illud Luc. 10, Quis tibi videtur illi proximus fuisse, qui incidit in latrones? Et ille dixit, qui fecit misericordiam, &c. Et quia proximus est proximo proximus, consequens est quod etiam ille qui ab aliquo misericordiam recipit, proximus ei dicitur. Sancti autem angeli nobis misericordiam impendunt, & nos omnibus hominibus misericordiam debemus impendere, & ab eis, cum necesse fuerit, recipere. Vnde patet quod & sancti angeli, & omnes homines proximi nobis dicuntur, quia beatitudinem ad quam nos redimus, vel iam habent, vel ad eam nobiscum tendunt. Ex quo patet quod demones non sunt secundum hanc rationem proximi nobis, nec sub hoc praeccepto, eorum dilectio nobis iniungitur, quia sunt totaliter a societate dei exclusi, & non sunt computandi in numero proximorum, sed in numero hostium. Quod autem dicit, Sicut teipsum, non est referendum ad aequalitatem dilectionis, ut scilicet aliquis teneatur diligere proximum equaliter sibi, hoc enim esset contra ordinem charitatis, quo quilibet plus tenetur suam, quam aliorum salutem curare. Can. 2, Ordinauit in me charitatem. Sed est referendum ad similitudinem dilectionis, ut scilicet similitur diligamus proximum sicut nos ipsos. Et hoc tripliciter. Primo quidem quantum ad finem dilectionis, ut scilicet nos & proximum diligamus propter deum. Secundo quantum ad formam dilectionis, ut scilicet sicut aliquis seipsum diligit, quasi sibi volens bonum, ita ut aliquis proximum diligit. Qui autem diligit proximum ad hoc solum ut eius utilitate vel dilectione potietur, non vult bonum proximo, sed ex proximo vult sibi bonum. Quo quidem modo homo amare dicitur res irrationales, puta vinum vel aquam, ut scilicet eis utatur. Tertio quantum ad effectum dilectionis, ut scilicet aliquis necessitati proximi subueniat, sicut sibi: & quod nihil illicitum propter amorem proximi committat, sicut nec propter suum amorem. Deinde cum dicit [Dilectio proximi &c.] manifestat propositum medio syllogismi per hunc modum. Qui diligit proximum, nullum malum operatur ad ipsum. Sed ad hoc tendit omne legis praecceptum, ut abstinere a malo. Qui ergo diligit proximum, legem impleuit. Quod autem dilectio proximi malum non operetur, habetur 1. Cor. 13, Charitas non agit perperam &c. Et si quidem accipitur hic malum non solum transgressionis, sed etiam omissionis, poterit hoc referri non solum ad praeccepta negatiua, sed etiam ad affirmatiua. In quantum vero dilectio proximi includit dilectionem dei, intelligitur quod dilectio proximi excludit malum, non solum quod est contra proximum, sed etiam quod est contra deum. Et sic includentur etiam praeccepta tabulae primae. Vltimum autem infert conclusionem principaliter intentam, dicens, Plenitudo ergo legis est dilectio. i. per dilectionem lex impletur & perficitur. Eccl. 24, In plenitudine sanctorum derentio mea. Coloss. 3, Charitate habere, quod est vinculum perfectionis.

Proximus est omnis homo & sancti angeli.

Nec demones, nec dantur tibi homines nisi proximi.

Tripliciter proximum ut nos diligere debemus.

Lectio 3.

Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus? Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Non in commestationibus, & ebrietatibus. Non in cubilibus & impudicijs. Non in contentione & ambitione, sed induimini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. Postquam Apostolus ostendit quomodo homo debet se deo exhibere pium, conuenienter eius donis utitur, & proximo iuste ei debita reddendo, hic ostendit quomodo in seipso debeat honestatem conseruare. Et circa hoc duo facit. Primo proponit temporis congruitatem. Secundo exhortatur ad honestatem operum, ibi [Abiciamus ergo &c.] Circa primum tria facit. Primo ponit temporis congruitatem. Secundo assignat rationem, ibi [Nunc enim propior &c.] Tertio adhibet similitudinem, ibi [Nox praecessit, &c.] Dicit ergo primo, Dicitur est quae debetis obseruare, & hoc non solum propter ea quae dicta sunt, sed etiam scientes hoc tempus, id est, per hoc quod debetis considerare huius temporis conditionem, quia dicitur Eccle. 8, Omni negotio tempus est & opportunitas. Hier. 8, Miluus in caelo cognouit tempus suum, turtur & hyrundo, & ciconia custodiunt tempus aduentus sui, populus autem meus &c. Ad quid autem congruum sit hoc tem-

Docetur nos gratis in ordine ad seipsos, ne ad seipsos quoque quislibet debeat in seipso honestatem conseruare.

Secuplex est somnus.

pus ostēdit, subdens, Quia hora est iam nos de somno surgere. Quod quidem intelligēdū est non de somno natura, quod quādoq; dicitur mors, secūdm illud i. T. c. sal. 4. Nolumus vos ignorare de dormiētib. Quandoq; autem est quies animalū virtutum, secūdm illud Ioā. 11. Si dormit salus erit. Nec etiam intelligendum est de somno gratia, quod quādoque dicitur quies aeternae gloriae, secūdm illud Psalm. In pace in idipsum &c. Quandoq; autem est quies contēplationis etiam in hac vita. Cant. 5. Ego dormio, & cor meum vigilar. sed intelligitur de somno culpa, secūdm illud Ephe. 5. Exurge qui dormis, & exurge a mortuis &c. Vel etiā negligentia, secūdm illud Pro. 6. Vt quequo piger dormies? Tempus ergo est surgēdi a culpa per poenitentiam. Psal. Surgite postquam sederitis &c. A somno verò negligentia per sollicitudinem bene operandi. Esa. 21. Surgite principes, accipite clipeum. Eccl. 32. Hora surgendi non te trices. ¶ Deinde cū dicitur Nunc enim &c. J. asignat rationem eius quod dixerat, dicens, Nunc enim propior est salus nostra, quam cūm credidimus. Quod quidem secūdm intētionem Apostoli intelligitur de salute vitæ aeternae, de qua dicitur Esa. 51. Salus autem mea in sempiternū erit. Ad hanc autē salutem homo ordinatur. Primò quidem per fidem. Mar. vlti. Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Sed semper magis ac magis homo accedit ad eam per bona opera & charitatis augmentum. Vnde dicitur Iacobi 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Hoc est ergo quod Apostolus dicit, Ideo hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim quando. i. per opera bona, & per charitatis augmentum profecimus, propior. i. propinquior est. i. nobis nostra salus. i. vitæ aeternae: de qua dicitur Esa. 51. salus autem mea in sempiternum erit, quā cū credidimus. i. quā cū a principio fidem accepimus. Et potest hic intelligi duplex propinquitas. Vna quidem secundum tempus, quia viri sancti in operibus iustitiae proficientes, magis appropinquant ad terminum vitae huius in quo mercedem accipiunt. Alia verò est propinquitas dispositionis vel preparationis, quia per augmentum charitatis & operationem iustitiae, homo prae paratur ad illā salutem. Mar. 25. Quae paratae erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Sed secūdm q̄ ecclesia haec verba aduentus tēpore legit, videntur haec verba esse referenda ad salutē quam Christus fecit in suo primo aduentu, vt intelligamus Apostolum loquentem quasi ex persona omnium fidelium qui fuerunt ab initio mundi. Appropinquate enim iam tēpore in carnationis Christi, quo vaticinia prophetarum crebrescebant, quod tempus representat ecclesia, poterit dici, Nunc propior est nostra salus. i. Christus, q̄ cūm credidimus. i. cūm homines a principio credere ceperunt Christi aduentum futurum. Esa. 56. Iuxta est salus mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur. Possent etiam assumi ad tempus misericordiae, quo quis incipit velle a praeteritis peccatis discedere. Tūc enim magis appropinquat suae salutē, q̄ a principio, dum haberet fidem informem. Iac. 4. Resiste diabolo, & fugiet a vobis, appropinquate deo, &c. ¶ Deinde cū dicit, [Nox praecessit, dies autem appropinquauit, &c.] ponit ad propositum similitudinem. Quod quidem secūdm intentionem Apostoli sic videtur esse intelligendum, vt totum tēpus vitae praesentis nocti comparatur propter ignorantia tenebras. Et de hac nocte dicitur Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte. Diei autem cōparatur status futurae beatitudinis, ppter claritatem qua sancti illustrantur. Esa. 60. Non erit tibi amplius sol ad lucēdum per diem, nec splendor lunae illuminauit te, sed erit tibi dominus in lucē sempiternam. Ad quem diē refertur quod dicitur in Psal. Haec dies quam fecit dominus exultemus, & letemur in ea. Alio modo potest intelligi q̄ status culpae nocti cōparetur propter tenebras culpae, de quibus dicitur in Psal. Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulat. Et de hac nocte dicitur Sap. 17. Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quae super uentura erat illis. Dies autē dicitur status gratiae propter lumen spiritalis intelligentiae, quod iusti habent, sed impiis deest. Psal. Lux orta est iusto. Sap. 5. Sol intelligentiae nō est ortus nobis. Tertio modo potest intelligi q̄ comparatur nocti tempus praecedēs Christi incarnationem, quia nōdum erat manifestata, sed sub quadam caligine. 2. Pet. 1. Habebis propheticum sermonem, cui beneficiis attendētes quasi lucerna lucen ti in caliginoso loco. Et de hac nocte dicitur Esa. 21. Custos qui de nocte. Vnde sicut in nocte apparent vmbrae, ita etiam illo tēpore eminebāt legalia, quae sunt vmbra futurorum: vt dicitur Collos. 2. Tempus autē ab incarnatione Christi cōparatur diei propter praesentiam spiritalis solis in mūdo: de quo dicitur Malac. vlt. Vobis timentibus nomen meum, orientur sol iustitiae. Vnde & ipse dominus dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera, eius qui misit me donec dies est. Et postea subdit, Quādiu in mūdo sum, lux sum mūdi. Quod ergo dicitur, Nox praecessit, indifferenter accipi potest pro qualibet praedictarum noctium. Iam enim praecesserat eos quibus scribebat & magna pars tēporis huius vitae, & quod verius est, praecesserat nox culpae, praecesserat etiam tempus legis quod fuit ante Christum. Quod autē subdit, Dies autem appropinquauit, videtur secūdm intentionem Apostoli referendū esse ad diem futurae gloriae, qui licet nondū aduenisset fidelibus Christi quibus scribebat, tamen in propinquo erat eis secūdm praedicta. Possent etiam intelligi tēpus gratiae Christi, quod & si iam aduenerit secūdm temporum cursum, appropinquate tamen nobis dicitur per fidem & deuotionem, sicut & Philipp. 4. dicitur, Dominus propē est. Et in Psal. Propē est dominus omnibus inuocātibus eum. Potest etiam hoc congruere his qui de peccatis poenitere incipiunt, quibus dies gratiae appropinquat. ¶ Deinde cū dicit, [Abiiciamus &c.] concludit exhortationem de honestate vitae. Et primò ponit exhortationem. Secūdm exponit eam, ibi [Non in comessationibus &c.] Circa honestatē vitae tria tangit. Primò quidem remotionem vitiorum concludens ex praemissis, si nox praecessit, vt dictum est, abiiciamus opera tenebrarum, quia vt dicitur Eccl. 8. Omni negotio tempus est & oportunitas. Vnde recedente nocte cessare debent opera noctis. Dicuntur autem opera tenebrarum, opera peccatorum. Primò quidem quia in seipsis priuata sunt lumine rationis, quo illustrari debēt humana opera. Eccl. 2. Sapientis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat. Secūdm in tenebris aguntur. Job 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Tertio quia per ea homo ad tenebras ducitur, secūdm illud Matt. 22. Mittite eum in tenebras exteriores. Secūdm inducit ad assumēdas virtutes. Quasi dicat, Ex quo dies appropinquauit, assumēdas ea quae congruūt diei, induamur arma lucis. i. virtutes, quae & arma dicuntur, in quātum nos muniūt, Ephe. vlt. Induite vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Et dicitur lucis arma, tum quia lumine rationis decorantur & perficiuntur. Vnde dicitur Prou. 4. Iustorum semita quasi lux splēdens

Duplex ppinquitas vitae aeternae nobis.

Totum tēpus vitae huius nocte est, & status futurae beatitudinis dies est.

procedit, tum quia lucis examen requirunt. Ioā. 3. Qui facit veritatem, venit ad lucem, tum quia per opera virtutum alii illuminantur. Mat. 15. Sic luceat lux vestra corā hominibus &c. Tertio exhortatur ad vsum virtutū & profectū, cūm dicit, Sic vt in die honestē ambulemus. Haec enim duo vidētur dici congruere. Primò quidem honestas. Nam in die vnusquisq; se studet componere, vt coram alijs honestus appareat. In nocte autem non sic. Vnde dicitur 2. The sal. 5. Qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt: nos autem qui diei sumus, sobrii sumus. Vnde 1. Cor. 14. dicitur, Omnia honestē, & secūdm ordinem fiant in vobis. Secūdm homo in die ambulat, nō in nocte. Vnde dicitur Ioan. 11. Qui ambulat in nocte, offendit. Et ideo quia dies est, oportet q̄ ambulemus. i. de bono in melius procedamus. Vnde dicitur Ioā. 12. Ambulate dum lucem habetis. ¶ Deinde cū dicit, [Non in comessationibus &c.] exponit quod dixerat. Et primò exponit quomodo sunt abiicienda opera tenebrarum, quae sunt opera peccatorum, de quibus quaedam enumerat. Primò ponens ea quae pertinent ad corruptionem concupiscibilis, cuius corruptio est intēperantia, quae est circa delectationis tactus, & circa cibos, cū dicit, Non in comessationibus. Dicuntur comessationes superfluae & nimis accuratae comestiones. Prouerbiorum 23. Noli esse in conuiujs peccatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt. Quod quidem potest esse peccatum mortale, ex hoc quòd secūdm legem pro hac culpa aliquis dānatur ad mortem. Dicitur enim de filio proteruo. Deutero. 21. Comessationibus vacat & luxuria atq; conuiujs, lapidibus eum obruet &c. Dicitur autem aliquis vacare comessationibus atq; conuiujs, nō quidem si comedat magnificē secūdm statū suę dignitatis, sicut dicitur Hester 2. Quòd Assuerus iussit praeparari cōuiuium magnificum propter coniunctionem Hester, iuxta magnificentiam principalem, sed quādo aliquis hoc facit praeter decetiam sui status, & praeci pue si ad hoc principalis eius cura existat: sicut illi de quibus dicitur infra vlti. huiusmodi Christo domino nō seruauit, sed suo vtri. Et Phil. 3. Quorum deus vter est. ¶ Secūdm excludit intemperantiam circa potū, cūm subdit, Et ebrietatibus. Quae pertinent ad superfluitatem potus extra mēsuram rationis hominem ponentis. Eccl. 31. Vinum in iocūditate creatum & nō in ebrietate. Et est considerādum quòd ebrietas ex suo genere est peccatū mortale, cūm, si homo ex proposito inebriatur, quia videtur praefere delectationem vini integritati rationis. Vnde dicitur Esa. 5. Vt qui potentes estis ad bibēdum vinū, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, Si verò aliquis inebrietur praeter intētionem, non ex proposito, putā quia ignorat virtutē vini, vel quia nō aestimat se tāto potu inebriādum, non est peccatum mortale, quia nō per se inebriatur, sed per accidens. i. praeter intētionē, quod quidē non potest cōtingere in his qui frequēter inebriantur. Et ideo dicit Aug. in sermone de purgatorio, q̄ ebrietas est peccatum mortale si asidua fuerit. Vnde signanter hic Apostolus in plurali numero, dicit, Nō in comessationibus & ebrietatibus. ¶ Tertio ponit intemperantiam circa corporale quietem, cūm dicit, Non in cubilibus. i. nō in superflua dormitione, quam cōueniēter post comessationē & ebrietatem prohibet, quia sequitur ex illis, & potest esse in hoc peccatum mortale, quādo propter quietem corporalem & somnum omittit quae facere debet, & inclinatur ad aliqua mala faciēda. Mich. 2. Vt qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Potest etiam quod dicit, Non in cubilibus vestris, referri ad apparatus luxuriae. Vnde dicitur in persona meretricis Prouer. 7. Aspersi cubile meum myrrha, &c. Gene. 49. Ascēdisti cubile patris tui. ¶ Et ideo cōueniēter quartò excludit intēperantiam circa venerea, cūm subdit, Et impudicijs. i. quibuscunq; venereis actibus, qui dicuntur impudici, quia non cauent id quod est maxime pudore vel confusione dignum: tum quia omnes delectationes tactus, gulae & luxuriae sunt cōmunes nobis & brutis. Vnde qui eis inordinate insistit, brutalis efficitur. Psa. Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus, &c. Tum etiam quia specialiter in actibus venereis ratio hominis totaliter absorbetur ad delectationē, vt nō possit homo tunc aliquid intelligere, sicut Aristoteles dicit in lib. Ethic. Vnde & Ofear 4. dicitur Fornicatio & ebrietas & vinum auferunt cor. Apoc. 9. Non egerunt poenitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia quam gesserunt. ¶ Deinde excludit ea quae pertinent ad corruptionem irascibilis, cūm dicit, [Non in contentione.] Quae quidē, vt Ambrosius dicit, est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Potest autem intelligi q̄ per hoc prohibetur omnis rixa, non solum verborum, sed & factorum, quae vt plurimum a verbis incipit. Prou. 20. Honor est homini qui separat se a contentione. Solet autem contentio ex inuidia generari. Et ideo subdit, Et amulatione. Vnde Iac. 3. dicitur, Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Secūdm exponit quomodo debeamus induere arma lucis, dicēs, Sed induimini dominum Iesum Christum. In quo. i. abūdantissimē fuerunt omnes virtutes, secūdm illud Esa. 4. Apprehēdet septē mulieres virū vnū. Induimus autem Iesum Christū. Primò quidē per sacramēti susceptionē. Gal. 3. Quicunq; in Christo baptizati estis, Christū induistis. Secūdm per imitationē. Ephe. 4. Expoliātes vos veterē hominē cū actibus suis, induētes nouū &c. Et Ephe. 4. Induite nouū hominē, qui secūdm deū creatus est in iustitia, &c. Dicitur autē induere Christū, qui Christū imitatur, quia sicut homo continetur vestimēto, & sub eius colore videtur, ita in eo qui Christum imitatur, opera Christi apparēt. Per hoc ergo induimur arma lucis, quando induimur Christum. Tertio exponit quod dixerat, Sic vt in die honestē ambulemus, per hoc quòd subdit, Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. In hoc enim pulchritudo honestatis cōsistit, vt homo spiritum praeferat carni, supra 8. Debitores sumus nō carni, vt secūdm carnem viuamus. Sed notādum quòd non dicit simpliciter, carnis curā ne feceritis, quia quilibet tenetur, vt carnis curam gerat ad sustentandam naturam, secūdm illud Ephe. 2. Nemo vnquam carnem suā odio habuit, sed nutrit & fouet &c. Sed addit, in desiderijs, vt. i. inordinata carnis desideria. i. concupiscentias nō sequamur. Vnde dicitur Gal. 5. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.

Caput 14.

Infirmum autem in fide, assumite: Non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia. Docetur non qui autem infirmus est, olus manducet. Is qui manducet, non manducantem non spernat: & qui non manducet, manducantem non iudicat. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienū seruum? Domino suo statim aut cadit. Stabit autem, potens est enim deus statuere illum. Nā alius iudicat diem inter diem: alius aut iudicat omnem diem. Pnisquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit: & qui manducet, domino manducet. iudicia.

Quid comessationes.

Ebrietas peccatū est mortale cū intēditur vel forma liter, vel inter pretatiōe.

Induimus Christum per sacramēta, & imitationē.

Gratias enim agit deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, domino vivimus; sive morimur, domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut vivorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut tu, quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stamus ante tribunal Christi. scriptum est enim, Præo ego, dicit dominus, quoniam mihi stectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius invicem iudicemus.

Postquam Apostolus ostendit quomodo aliquis debeat perfectus fieri, hic ostendit quomodo perfecti debeant se habere ad imperfectos. Et primò ostendit quòd non debet eos scandalizare vel iudicare. Secundo ostendit quomodo debent eos sustentare. 15. cap. ibi [Debemus autem nos firmiores &c.] Circa primū duo facit. Primò prohibet inordinata iudicia. Secundò prohibet infirmorum scandala, ibi [Sed hoc iudicate magis &c.] Circa primum tria facit. Primò proponit admonitionem. Secundo exponit eam, ibi [Alius enim &c.] Tertio rationem assignat, ibi [Deus enim illum &c.] Circa primum considerandum est quòd in primitiva ecclesia aliqui ex Iudeis conuersi ad Christum, credebant legalia cum euangelio esse seruanda, vt patet Actu. 15. Et hos Apostolus vocat infirmos in fide Christi, quasi nondum perfectè credentes quòd fides Christi sufficit ad salutem, perfectos autem vel infirmos in fide vocat eos qui fidem Christi sine legalibus credebant esse seruandam. De vtriusque tamen erant aliqui Romæ inter fideles Christi. Alloquitur ergo Apostolos perfectos in fide, dicens, Dixi quòd debetis induere Iesum Christum. Assumite autem, id est, affectu charitatis vobis coniungite ad supportandum infirmum in fide, sicut expositum est, de quo potest intelligi illud Sapient. 9, Infirmitas homo & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & legū. Infra 15, Suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos. Eccl. 29, Propter mandatum assume pauperem. Et hoc non in disceptationibus cogitationū. In disceptatione propter hoc quòd vnus contra aliū cogitat dum. I. illi qui legalia seruabāt, iudicabant tanq̄ transgressores eos qui non seruabāt. Et illi qui non seruabāt, contenebant tanq̄ errantes & ignorantis qui seruabāt, supra 2, Cogitationū inuicem accusantium aut defendentium, &c. Deinde cum dicit, [Alius enim, &c.] Exponit quod dixerat. Et primò ostendit qui sunt infirmi in fide, Secundò ostendit qualiter sint disceptationes cogitationū vitandæ, ibi, [Is qui manducat, &c.] Circa primum considerandū est quòd inter ceteras legales obseruantias vna erat discretio ciborū propter aliquos cibos in lege prohibitos, vt patet Leui. 11. & hac quidē obseruantia quotidie erat vitandū vel non vitandū. Et idē de hoc mentionē fecit specialiter Apostolus, dicens, Alius enim qui. I. est perfectus in fide credit se posse licite manducare, eo quòd non reputat se aliter ad legales obseruarias. Mat. 15. Quod intrat in os non coinquinat hominem. 1. Tim. 4, Omnis creatura dei bona & nihil reiiciendū, &c. In veteri autem lege prohibentur aliqui cibi, non quia naturaliter essent immundi. Sicut enim in verbis hoc nomen stultus significat aliquod malum, quāuis hoc nomen sit bonū. Ita in rebus quoddam animal bonū est secundum naturam, sed significatione est malum, sicut porcus qui significat immunditiā. Et idē prohibitus est antiquis esus illarum carnium, vt significaretur in eorum vitiatione vitatio immunditiæ. Tota enim veteris populi vita figurata erat vt Aug. dicit in libro contra Faustum. Veniente autē Christo qui est veritas cessauerūt figuræ. Subdit autē quantum ad infirmum [Qui autem infirmus est olus manducet] quasi dicat, Illis cibis vitatur quibus non occurrit aliquod immundū in lege prohibitum. In singulis enim generibus animalium, putā terrestribus volatilibus & aquaticis quaedā genera erant cōcessa, & quaedā prohibita, sed in herbis & arboribus nihil erat prohibitum, vt patet Leui. 11. Et huius potest esse ratio duplex. Vna est quia terræ nascencia fuerunt à principio concessa homini ad adendū, secundū illud Gen. 1, Ecce dedi vobis omnē herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis semētē generis sui, vt sint vobis in escam. Sed post diluuiū primò legitur concessus carnis esus. Vnde dicitur Gen. 9, Quasi olera virētia tradidi vobis omnia. I. animalium genera. Alia ratio est quia primā prohibitionem de abstinentiā à quibusdā terræ nascētibus homo in paradiso transgressus fuerat, vt patet Gen. 3. & propter hoc nō erat ei similis prohibitio iteranda. Sed cum legalia cessauerūt in Christi passione, videtur quòd incōuenienter Apostolus infirmis in fide permittat quòd à cibis prohibitis in lege abstineat, quod nunc in Christianis nō sustinetur ab ecclesia. Sed distinguendū est triplex tempus, secundum Aug. quantum ad legalia. Primum est tempus ante passionem Christi in quo legalia suū robur obtinebant quasi adhuc viuentia. Secundū autem tempus est post passionem Christi ante diuulgationem euangelij. In quo quidē tempore legalia mortua erāt: quia nullus ad ea tenebatur, nec obseruata aliquid cōferebant alicui, nondū tamen erant mortifera, quia sine peccato poterant Iudei ad Christum conuersi legalia obseruare, & pro illo tempore loquitur hic Apostolus. Tertium autem tempus est post diuulgationē euangelij in quo legalia non solum sunt mortua, sed mortifera, vt quisquis ea feruet, peccat mortaliter. Exponitur autē & aliter i. glosa vt dicatur infirmus qui est ad lapsum vitiorum carnaliū pronus, & huic consulendum est quòd comedat olus. I. tenues & acidos cibos qui nō sunt fontem vitiorum, & abstineat ab illis quibus excitatur libido. Sed alius qui est fortior credit se absq; periculo omnia manducare. Et hæc differentia apparet. Mat. 9, Inter discipulos Christi qui nō ieiunabant tanq̄ confortati presentia Christi, & discipulos Ioannis baptiste qui ieiunabant. Vnde & pœnitentiā agentes à quibusdā cibis abstinent non propter eorū immunditiā, sed ad libidinem refrenandā. Deinde cum dicit, [Is qui manducat, &c.] exponit quomodo sunt vitandæ disceptationes cogitationū. Et primò quantum ad perfectos, dicens, [Is qui manducat] scilicet, cum securā cōscientia omnia, vel etiam sine periculo libidinis, non spernat nō manducantem. I. indifferenter omnia tanquā infirmum in fide vel quasi pronum ad vitia. Esaiæ 33, Vt qui spernis, nonne & ipse sperneris? Luca 10, Qui vos spernit me spernit. Secundò loquitur quantum ad infirmos, dicens, & qui nō manducat. I. indifferenter omnia, vel quia est infirmus in fide de quo loquitur Apostolus, vel etiam quia pronus est ad libidinem, non inducet manducantem. I. indifferenter omnia, quasi transgressorem legis vel quasi in libidine præcipitem. Mat. 7, Nolite iudicare & nō iudicabimini. supra 2, Inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. Deinde cum dicit, [Deus enim illum assumpsit, &c.] assignat tres rationes propter quas debemus à falso iudicio abstinerere. Secunda ponitur, ibi, [Suo domino,

Quis sit infirmus in fide, & quis firmus.

In singulis generibus animalium quædam animalia erant in lege concessa iudeis Iudeorum quædam nō in arboribus autē & herbis nil prohibuit. Post diluuiū primò cōcessus esus carnis. Triplex tempus legalium.

&c.] Tertia, ibi [Tu autem qui iudicas, &c.] Prima ratio sumitur ex autoritate iudicantis. Vnde primò ostendit hanc autoritatē deo competere. Secundo concludit quòd iudiciū ad homines non pertinet, ibi [Tu quis es, &c.] Dicit ergo primò, Rectè dictum est, quòd qui non manducat, manducatem non iudicet. Deus enim assumpsit illum, scilicet in seruum à se iudicandum. Zach. 11, Assumpsit mihi duas virgas, id est, duos populos. Psal. Assumpsit me de aquis multis. Ille autem qui assumitur ad superioris iudicium, non debet ab inferiori iudicari. Et idē cōcludit, Tu quis es. I. cuius autoritatis vel virtutis es, qui iudicas alienū seruum. I. proximum tuum, qui est seruus dei. Requiritur enim in iudicante autoritas secundum illud Exod. 2, Quis constituit te principem & iudicem super nos. Et Luc. 12, Quis me constituit iudicē aut diuisorē super vos. Sed ex hac ratione se qui videtur hominis iudiciū de alio homine esse illicitum. Sed dicendum est quòd intantum hominis iudicium licitū est in quantum agitur autoritate cōcessā diuinitus. Vnde dicitur Deut. 1. Audite illos & quod iustū est iudicate. Et postea sequitur. Quia dei est iudicium. I. autoritate diuina agitur. Si quis verò velit sibi vsurpare iudiciū super ea quæ non sunt ei diuinitus cōcessa ad iudicandum, est iudicium temerariū, sicut si quis iudex delegatus à papa vellet in iudicando transgredi mādātū fines. Deus autem soli sibi referuauit iudicare occulta quæ præcipue sunt cogitationes cordiū, & futura. Et idē si quis iudicare præsumpserit est temerariū iudicium. Vnde Aug. dicit in lib. de sermone domini in morte. In his duobus temerarium est iudiciū cum incertum sit quo animo quid factū sit: vel incertum qualis futurus sit qui nunc sit bonus vel malus manifeste apparet. Deinde cum dicit, [Suo domino stat, aut cadit, &c.] ponit secundam rationem quæ quidē sumitur ex fine meriti vel demeriti. Posset aliquis dicere quòd licet homo nō habeat iudiciariam autoritatē, tamen introuertere se debet iudicio alterius propter damnū vel fructum qui inde prouenit, sed Apostolus ostendit hoc ad deū magis quā ad homines pertinere. Et sic etiam propter hoc debemus deo proximorū iudicia relinquere, nisi in quantum vice ipsius fungimur in iudicando per autoritatē nobis cōmissam. Circa hoc tria facit, Primò proponit quod intendit. Secundo explicat, ibi, [Nā alius iudicat, &c.] Tertio probat propositū, ibi, [Qui sapit diem, &c.] Circa primum duo proponit. Primò quòd quicquid circa hominē accidit ad deum pertinet cum dicit. Suo domino stat. I. rectè agēdo. Psal. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Aut cadit. I. peccando. Amos 5, Domus Israel cecidit & non adiciet vt resurgat. Ponit autē sub distinctione, stat aut cadit, propter incertitudinē, quia multi videntur cadere qui stant, & econuerso, secundum illud Eccl. 8, Vidit impius sepultos qui cum adhuc viuerēt in loco sancto erant & laudabantur in ciuitate quasi iustorū operum. Loquitur autē hic Apostolus per similitudinem hominis serui ad cuius dominū pertinet omne quod circa seruum agitur. Nec intelligendū est quòd deo aliquid proficiat, vel noceat si homo stet aut cadat. Dicitur enim Iob 35, Si peccaueris quid ei nocebis, porro si iuste egeris quid ei donabis? Sed quantum ad homines, id quod iuste agimus ad gloriā dei spectat. Mat. 5, Vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrū qui in cælis est. Quod autem cadimus peccando, est hominibus occasio blasphemadi deum, supra 2, Nomen dei propter vos blasphematur inter gētes. Vel quòd dicit, Suo domino stat, aut cadit, exponendū est in iudicio domini sui. 1. Corin. 4, Qui iudicat me dominus est. Secundo ostendit quòd si cadit ad deum pertinet, dicens, [Stabit autem] quasi dicat, Et si aliquis nunc cadat per peccatū, tamen potest esse quòd iterum stabit. Et hoc omnino implebitur si est prædestinatus. Psal. Nāquid qui dormit nō adiciet vt resurgat? Mich. 7, Ne lateris inimica mea quia cecidi, resurgam. Et propter hoc si videmus aliquē manifeste cadentem, nō debemus eū despiciere temerariē iudicādo de eo, quòd nunquā resurget, sed magis debemus præsumere quòd iterū stabit, non ex consideratione cōditionis humanæ, sed considerando virtutē diuinam. Vnde cum dicit, Potens est deus statuere illum propter eius bonitatem, præsumere debemus quòd iterū statuet eum. Eze. 3, Ingressus est in me spiritus, & statuit me supra pedes meos, sicut & supra dictū est. Si non permanserint in incredulitate inserentur, potēs enim est deus iterum inferere illos. Deinde cum dicit, [Nam alius iudicat, &c.] exemplificat quod dictū est. Et primò proponit diuersitatem humane sententiæ, dicens, Ideo dico quòd suo domino stat, aut cadit. Nam alius iudicat inter diem & diem. I. iudicat inter vnū diem & aliū, vt. I. vno die abstineat, & nō alio. Quod quidē videtur pertinere ad infirmū in fide qui reputat adhuc legalia esse obseruanda. Dicitur enim Leui. 24, Decimo die mensis septimi dies expiationum erit, affligetisq; animas vestras in eo. Et Iudich 8, dicitur quòd Iudich ieiunabat omnibus diebus vite suæ præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel. Alius autē iudicat omnē diem indifferenter esse obseruandū quantum ad ieiunia legis quæ iam cessauerūt. Vnde hoc videtur pertinere ad eū qui est perfectus in fide. Psal. Per singulos dies benedicam tibi. Potest hoc etiā referri ad abstinentias quæ sunt causa cohibendæ libidinis quibus omni die aliqui vacant, putā qui perpetuò à carnibus vel vino abstinent vel ieiunant, quidā autem interpositis diebus abstinent, & ab abstinentiā cessant, secundū illud Eccl. 3, Omnia tēpus habent. Secundo ostendit hæc omnia posse ad dei gloriā pertinere, dicens, Vnusquisq; in sensu suo abundet. I. suo sensu dimittatur. Abundare enim in sensu suo est sensum suū sequi. Eccl. 15, Deus ab initio constituit hominē, & reliquit illum in manu cōsiliij sui. Vel in sensu suo. I. secundū sensum suum studeat abundare ad gloriā dei, secundū illud 1. Cor. 14, Ad ædificationem ecclesiæ querite vt abundetis. Sed hoc videtur locū habere in his quæ non sunt secundū se mala. In his autem quæ sunt secundum se mala, nō est homo suo sensui relinquendus. Quod autē aliquis iudicet diem inter diē, videtur esse secundum se malum secundū primam expositionem. Dicitur enim Gal. 4, Dies obseruatis & mensis & tēporis & annos, timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Et loquitur ad literam de his qui dixerūt dies obseruandos secundum cærimonias legis. Sed dicendum quòd Apostolus hic loquitur secundū secundam expositionem videtur esse illicitum, quòd dicit, Alius iudicat omnē diem. Sunt enim quidā dies in quibus nō est licitum ieiunare. Dicit enim Aug. in epistola ad Casulanum, Quisquis diem dominicum ieiunio decernēdi esse putauerit, nō paruo scādalo erit ecclesiæ. Nec immeritò. Illis enim diebus quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi dei & instituta maiorū, pro lege tenēda sunt. Et in decretis dicitur di. 30, Si quis presbyter propter publicā pœnitentiā à sacerdote acceptā absq; alia necessitate die dominica pro

An suo sensu quilibet se relinquendus in legibus seruandis.

quadam religione ieiunauerit sicut Manichei, anathema sit. Sed intelligendum est quod hic Apostolus loquitur quantum ad illas abstinentias quae quolibet die licite fieri possunt absque dissonantia communis consuetudinis, vel eorum quae sunt a maioribus instituta. Deinde cum dicit, [Qui sapit diem, &c.] Probat propositum, quod dicitur vnusquisque suo domino steterit, aut cadat: & hoc tripliciter. Primum per actum fidelium. Secundum per intentionem eorum, ibi. [Nemo enim vestrum, &c.] Tertium per eorum conditionem, ibi. [Siue ergo viuimus siue morimur, &c.] Probat ergo primum quomodo vnusquisque fidelium suo domino stat, aut cadit, per hoc quod omnibus quae fecit secundum suam conscientiam gratias adit deo. Vnde dicit. Qui sapit diem, vt. i. vno die abstineat & alio die ab abstinentia cesset, domino sapit. i. ad reuerentiam dei cibos discernit, sicut etiam nos discernimus vigilias festorum in quibus ieiunamus a diebus festis quibus ieiunium solimus propter reuerentiam dei. Eccl. 33. Quare dies die superat, & iterum lux lucet. Deinde loquitur quantum ad illos qui iudicant omnem diem, quorum quidam omni die a ieiunio cessabant, sicut dicitur Mat. 9. quod discipuli Christi non ieiunabant. Vnde dicit. Et qui manducat. s. omni die domino manducat. i. ad gloriam domini, quod per hoc pater, Gratias enim agit deo. s. de cibo assumpto. r. Timo. 4. Abstineret a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Psal. Edent pauperes & saturabuntur, &c. Vterius quantum ad eum qui sic iudicat omnem diem, vt. s. omni die abstineat, subdit. Et qui non manducat. i. abstinet omni die, domino. i. ad honorem domini non manducat. Et hoc patet per hoc quod gratias agit deo qui sibi dedit voluntate & virtutem abstinerendi, r. Thess. vlt. In omnibus gratias agite. Sed quod hic dicit Apostolus de his qui omni die vel abstinebant vel ab abstinentia cessabant, debet intelligi quantum ad illud tempus in quo hoc non erat contrarium statum maiorum nec communi consuetudini populi dei. Deinde cum dicit, [Nemo enim vestrum sibi viuuit, &c.] probat idem ex intentione fidelium, Et primum excludit inordinatam intentionem, dicens, Recte dico quod vnusquisque domino suo stat aut cadit. Nemo nostrum sibi viuuit vel naturali vita vel spirituali, de qua dicitur Abac. 2. Iustus autem meus ex fide viuuit, sibi. i. propter seipsum, quia hoc esset frui seipso. r. Corin. 10. Non quaerens quod mihi vile. Psal. Non nobis domine non nobis, &c. vel sibi. i. secundum suam regulam, sicut qui dicitur Sap. 2. Sit fortitudo nostra lex iustitiae vel sibi. i. suo iudicio. r. Cor. 4. Sed neque me ipsum iudico. Et nemo moritur scilicet, morte corporali vel morte spirituali peccato, vel etiam morte spirituali qua quis moritur vitium, puta in baptismo, secundum illud supra 6. Qui mortuus est, iustificatus est a peccato. Vel sibi. i. suo iudicio vel propter seipsum aut suo exemplo, sed exemplo Christi moritur aliquis a vitium. Ro. 6. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, & infra, Ita & vos existimate vos mortuos esse peccato. Secundum ostendit qualis sit recta intentio fidelium, dicens, Siue enim viuimus vita corporali, domino viuimus. i. ad gloriam domini. Siue morimur morte corporali, domino morimur. i. ad honorem domini. Phil. 1. Magnificabitur Christus in corpore meo siue per mortem siue per vitam. Vel sic exponatur quod dicit domino. i. iudicio domini quod constitutus est a deo iudex viuorum & mortuorum, vt dicitur Act. 10. Deinde cum dicit, [Siue ergo viuimus, &c.] ostendit propositum ex conditione fidelium. Et primum concludit ex praemissis conditione fidelium. s. quod non sunt sui, sed alterius. Illi enim qui sui sunt, sicut liberi homines sibi viuunt & sibi moriuntur. Quia ergo dictum est quod fideles non sibi viuunt aut moriuntur sed domino, concludit sic. Siue ergo viuimus siue morimur, domini sumus, quasi serui eius qui habet potestatem vitae, & mortis. r. Cor. 7. Praecio empri estis, & nolite fieri serui. Empri enim estis praecio magno. r. Para. 12. Tui sumus o David, & tecum filij Ysai. Secundum assignat causam huius conditionis, dicens, [In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit.] i. hoc adeptus est sua morte, vt viuorum dominaretur, quia resurrexit vitam nouam, & perpetuam inchoando. Et mortuorum, quia mortem nostram moriendo destruxit. r. Cor. 5. Pro quibus mortuus est Christus, vt qui viuunt iam non sibi viuunt, sed ei qui pro eis mortuus est, & resurrexit. Sic igitur per omnia praedicta Apostolus probauit, quod vnusquisque domino suo stat, aut cadit, per hoc. s. quod fideles gratias agunt deo, & quod domino viuunt, & moriuntur, & quod domini sunt, & in morte, & in vita. Deinde cum dicit, [Tu autem quid iudicas? &c.] ponit tertiam rationem quae sumitur ex futuro iudicio. Et circa hoc tria facit. Primum proponit superfluitatem praesentis iudicij, dicens, Tu autem quid iudicas? i. qua utilitate vel necessitate iudicas fratrem tuum temere de occultis quae tuo iudicio non sunt commissa? Aut tu alius qui iudicaris, quare spernis fratrem tuum pro nullo reputans ab eo iudicari? Mala. 2. Quare despicit vnusquisque fratrem suum. Secundum praemittit futurum Christi iudicium. q. d. Recte dico cur iudicas, quia non debes timere quod absque iudicio remaneat. Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Dicitur enim tribunal Christi eius iudiciaria potestas, sicut & Mat. 25. dicitur, Cum venerit filius hominis in maiestate sua, tunc sedebit super sedem maiestatis suae. Dicit autem, Omnes stabimus quasi iudicandi, tam boni, quam mali, quantum ad remunerationem, vel punitionem. r. Corin. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Sed quantum ad discussionem, non omnes stabunt, vt iudicandi, sed quidam consedebunt, vt iudices. Mat. 19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Tertium, ibi scriptum est enim, &c.] probat quod dixerat. Et primum inducit auctoritatem. Secundum infert conclusionem, ibi. [Itaque vnusquisque, &c.] Dicit ergo primum dictum est quod omnes stabimus ante tribunal Christi, & hoc patet per auctoritatem sacrae scripturae. Scriptum est enim, Esa. 45. Viuo ego dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Litera nostra sic habet. In memetipso iuravi, quia mihi curuabitur omne genu & iurabit omnis lingua. Tria autem in his verbis ponuntur. Primum quidem iuramentum quod interdum in verbis dei ponitur ad ostendendum id quod dicitur firmum, esse immutabilitatem diuini consilij, non autem esse mutabile sicut ea quae praeannuntiantur secundum causas inferiores, vt prophetia cominationis. Vnde dicitur in Psal. Iurauit dominus & non penitebit eum. Homines autem vt Apostolus dicit Heb. 6. per maiorem sui iurat. Quia vero deus non habet maiorem in quo maior firmitas consistat veritatis, per seipsum iurat. Ipse autem est ipsa vita & fons vitae, & ideo forma iuramenti domini est. Viuo ego. q. d. Iuro per vitam qua ego singulariter viuo. Secundum praeannuntiat subiectio communis creaturae ad Christum cum dicitur. Quoniam mihi. s. Christo, flectetur omne genu. In quo designatur perfecta subiectio rationalis creaturae ad Christum. Solent enim homines in signum subiectionis maioribus flectere genua. Vnde Phil. 2. dicitur. In homine Iesu omne genu flectatur caelestium terrestrium & inferno

rum. Tertium praeannuntiat fidei confessionem qua omnes gloriam Christi confitebuntur. Vnde sequitur, Et omnis lingua confitebitur deo. i. confitebitur Christo esse dominum, secundum illud Phil. 2. Omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris. Omnis enim lingua intelligi potest expressio cognitio nis siue hominum siue angelorum: hoc autem impletur nunc in hac vita, non quantum ad singulos homines, sed quantum ad genera singulorum. De quolibet enim genere hominum nunc aliqui Christo subiciuntur & ei confitentur per fidem, sed in futuro iudicio omnes & singuli ei subiciuntur, boni quidem voluntarie, mali autem inuiti. Vnde dicitur Heb. 2. in eo quod ei omnia subiecit nihil dimisit non subiectum ei: nunc autem nec dum videmus omnia subiecta ei. Deinde cum dicit, [Itaque vnusquisque, &c.] infert conclusionem ex dictis. Et primum conclusionem intentam ex eo quod immediatè dixerat, dicens, Itaque ex quo Christo flectitur omne genu, vnusquisque nostrum per se reddet rationem deo. s. ante tribunal Christi. Mat. 12. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddent deo rationem in die iudicij. Et 18. Assimilatum est regnum caelorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Sed videtur quod non quilibet per se rationem reddet sed vnus pro alio. Heb. vlt. Obedite praepositis vestris & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Sed dicendum quod in hoc ipso quod praeter pro aliis rationem reddet, reddent rationem pro suis actibus quos circa subditos agere debuerunt. Si enim fecerunt quod competeat eorum officio, non eis imputabitur si subditi pereant. Imputaretur autem eis si negligerent facere quod eorum officium requirebat. Vnde dicitur Ezech. 3. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaasti. Secundum infert conclusionem principaliter intentam in tota praecedenti parte, dicens, Non ergo amplius inuicem iudicemus. s. temerario iudicio, quod includitur rationibus supradictis. r. Corin. 4. Nolite ante tempus iudicare, &c.

Lectio 2.

Sed hoc iudicare magis ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, id non secundum charitatem ambulat. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum dei escae & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo & probatus est hominibus. Itaque quae pacis sunt sectemur, & quae adificationis sunt inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei.

Docet vitanda esse scandala.

Postquam Apostolus prohibuit humana iudicia, hic prohibet scandalum proximorum, & circa hoc tria facit. Primum proponit quod interdum. Secundum manifestat propositum, ibi. [Si enim propter cibum, &c.] Circa primum proponit tria. Primum enim docet scandala esse vitanda, dicens, Dixi quod non iudicetis inuicem, sed vnusquisque de suis actibus iudicare debet ne sint in scandalum aliorum, & hoc est quod dicit. Sed hoc iudicate magis ne ponatis fratribus offendiculum vel scandalum. Scandalum autem sicut dicit Hier. super Mat. nota offendiculum vel ruinam, quam impactione pedis possumus dicere. Vnde scandalum est factum vel dictum minus tectum, praebens alicui occasionem ruinae. ad similitudinem lapidis ad quem in via positum homo impingit, & cadit. Maius autem aliquid videtur esse scandalum quam offendiculum. Nam offendiculum potest esse quicquid retinet seu retardat motum procedentis, scandalum autem. i. impactio videtur esse cum aliquis disponitur ad casum. Non ergo debemus fratri ponere offendiculum vt aliquid faciamus, vnde impediatur proximo a via iustitiae, Esa. 57. Auferite offendiculum de via populi mei. Neque etiam debemus fratri ponere scandalum aliquid faciendum, vnde ipse inclinaret ad peccatum. Mat. 18. Vt homini illi per quem scandalum venit. Secundum docet id ex quo scandalum parabatur esse, secundum suam naturam, siue secundum se licitum. Circa quod sciendum est quod sicut supra dictum est apud Romanos, erant quidam ex Iudaeis ad fidem conuersi qui cibos secundum legem discernabant: alij vero habentes fidem perfectam indifferenter omnibus cibis utebantur, quod quidem secundum se licitum erat. Vnde dicit, Scio & confido in domino Iesu, quia nihil est commune per ipsum. Circa quod notandum est quod sicut dicit Hiero. super Mat. quod populus Iudaeorum partem dei se esse iactans communes cibos vocat quibus omnes vtuntur homines, verbi gratia suillam carnem, lepores & huiusmodi: & cetera. Gentes quae talibus utebantur cibis non erant de parte dei, ideo talis cibus immundus appellatur. Quod ergo dicit, Nihil commune est, idem ac si diceret nihil immundum est. Et hoc quidem Apostolus primum dicit se scire, quia ita est secundum rerum naturam, secundum illud. r. Tim. 4. Omnis creatura dei bona, & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Secundum dicit se confidere in Christo Iesu, quia per seipsum nihil est commune, quia. s. cibi secundum suam naturam nunquam fuerunt immundi, vitabantur tamen aliquo tempore vt immundi. secundum legis praecceptum propter figuram, sed hoc Christus remouit implendo omnes figuram. Et ideo Apostolus per fiducia quam habet in domino Iesu asserit nihil esse commune vel immundum per ipsum. i. ipso hoc faciente. Act. 10. Quod deus purificauit. tu ne commune dixeris. Tertium ostendit quomodo hoc posset esse per accidens illicitum, in quantum. s. est contra conscientiam manducatis. Vnde dicit. Dictum est quod nihil est commune. Sed hoc intelligendum est nisi ei qui erronea conscientia existimat quid. i. aliquid ciborum commune esse. i. immundum, illi commune est. i. ita est illicitum sibi ac si esset secundum se immundum. Tit. 1. Omnia munda mundis, coinquanatis autem & infidelibus nihil mundum est, sed inquinata est eorum mens, & conscientia, & sic apparet quod aliquid quod est secundum se licitum, efficitur illicitum ei qui id contra suam conscientiam agit, licet conscientia sua sit erronea, quod rationabiliter accidit. Nam actus iudicatur secundum voluntatem agentium, voluntas autem mouetur a re apprehensa. Vnde in id voluntas tendit quod ei vis apprehensa representat, & secundum hoc qualificatur, vel specificatur actio. Si igitur ratio alicuius iudicet aliquid esse peccatum, & voluntas feratur in id faciendum, manifestum est quod homo habet voluntatem faciendi peccatum, & ita actio eius exterior quae informatur ex voluntate, est peccatum. Et eadem ratione si aliquis existimet id quod est veniale peccatum, esse mortale peccatum, si haec conscientia durante illud faciat, manifestum est quod elegit peccare mortaliter, & ita actio eius propter suam electionem est peccatum mortale. Si tamen aliquis post factum habeat conscientiam erroneam per quam credat id quod est licitum a se factum fuisse peccatum,

Quid scandalum.

Differunt offendiculum & scandalum.

Quid cibus communis.

De conscientia erronea. vel quod est veniale fuisse mortale non propter hoc efficitur id quod est prius, vel peccatum, vel mortale, quia voluntas, & actio non informantur ex apprehensione sequenti, sed ex precedenti. Hæc autem quæ dicta sunt dubitatione non habent, sed dubium potest esse, utrum si aliquis habeat erroneam conscientiam ut credat esse necessarium ad salutem quod est peccatum mortale, putat si aliquis estimet se peccare mortaliter nisi fuerit vel fornicetur, vel talis conscientia eum liget, ita. scilicet quod si contra conscientiam agat mortaliter peccet. Et videtur quod non primum quidem quia lex dei quæ prohibet fornicationem & furtum fortius ligat quam conscientia. Secundum quia hoc posito esset perplexus: peccaret enim & fornicatio & non fornicatio. Sed dicendum est quod etiam in per se malis conscientia erronea ligat. In talem enim conscientiam ligat, ut dictum est in quantum ex hoc quod aliquis contra conscientiam agit, sequitur quod habeat voluntatem peccandi, & ita si aliquis credat non fornicari esse peccatum mortale dum eligit non fornicari, elegit peccare mortaliter, & ita mortaliter peccat. Et ad hoc etiam facit quod hinc dicit Apostolus. Manifestum est enim quod discernere cibos non necessarium ad salutem erat illis, quia nec Iudeis cõuersis etiam ante diuulgationem euangelij licebat seruare legalia spem ponendo in eis quasi essent necessaria ad salutem, ut Aug. dicit. Et tamen Apostolus hinc dicit quod si quis habens conscientiam cogentem discernere cibos, quod est estimare aliquid esse commune. & non discernit eos, scilicet abstinendo ab eis, peccat ac si manducaret immundum. Et ita etiam per se illicitis conscientia erronea ligat. Nec obstat quod primum obiicitur de lege dei, quia id est ligamen conscientiam etiam erroneam & legi dei. Non enim conscientia dicitur aliquid esse faciendum vel vitandum, nisi quia credit hoc esse legem dei.

Non enim lex nostris actibus applicatur, nisi mediante conscientia nostra. Similiter etiam nec obstat quod secundum obiicitur. Nihil enim prohibet aliquid esse perplexum aliquo supposito, licet nullus sit perplexus simpliciter: sicut sacerdos fornicari, siue celebret missam, siue non celebret quod debet ex officio peccat mortaliter, non tamen est perplexus simpliciter, quia potest peccatum dimittere & celebrare. Et simpliciter potest aliquis conscientiam erroneam dimittere, & a peccato abstinere. Est autem adhuc alia dubitatio. Non enim dicitur scandalizare qui facit opus rectum, licet etiam ex eo aliquis sumat materiam scdali. Legitur enim Mat. 15, quod pharisei audito verbo Christi, scandalizati sunt, sed non discernere cibos est opus rectum: ergo non est dimittendum propter scandalum eius qui peruersam conscientiam habet errans in fide. Nam secundum hoc catholici deberent abstinere a carnibus & matrimonio ne inde heretici scandalizarentur secundum erroneam conscientiam. Sed dicendum est quod aliquis scandalizare alium potest, non solum faciendo aliquid malum, sed etiam aliquid faciendo quod habet speciem mali, secundum illud 1. Thess. vlt. Ab omni specie mali abstinete vos. Dicitur autem aliquid habere speciem mali dupliciter. Primum videlicet secundum opinionem eorum qui sunt ab ecclesia præcisi. Secundum secundum opinionem eorum qui adhuc ab ecclesia tollerantur. Infirmi autem in fide estimantes legalia esse obseruanda adhuc tollerantur ab ecclesia ante euangelij diuulgationem. Et ideo non erat comedendum cum eorum scdalo de cibis in lege prohibitis. Heretici autem non tollerantur ab ecclesia, & ideo de eis non est similis ratio. Deinde cum dicit, Si enim propter cibum, & c. manifestat quod dixerat. Et primum primum, scilicet quod non sit ponendum scandalum fratribus. Secundum secundum & tertium quomodo. scilicet sit aliquid commune, ibi Omnia quidem munda sunt, & c. Circa primum ponit quatuor rationes, quarum prima sumitur ex parte charitatis, dicens, Si enim frater tuus cõtristatur de hoc quod reputat te peccare propter cibum quem tu comedis, quem ipse reputat immundum, iam non secundum charitatem ambulas, secundum quam aliquis proximum suum diligit sicut seipsum. Et ita vitat eius cõtristationem & non profert cibum qui fratri, quia ut dicitur 1. Cor. 13, Charitas non querit quæ sua sunt. Secunda rationem ponit, ibi Noli cibo tuo, & c. Quæ sumitur ex parte mortis Christi, videtur enim parum appreciare mortem Christi qui pro cibo fructum eius euacuare non recusat. Unde dicit, Noli cibo tuo quem tu. Indifferentem comedis non discernendo cibos illi perdere. scilicet scandalizare, pro quo, id est, pro cuius salute Christus mortuus est. 1. Petri 3, Christus semel mortuus est, iustus pro iniustis. Dicit autem illum perdi qui scandalizatur, quia scandalum passuum sine peccato scandalizati esse non potest. Ille enim scdalizatur qui occasio nem sumit ruina. 1. Corin. 8, Peribit infirmus in tua conscientia frater, pro quo Christus mortuus est. Tertiam rationem ponit, ibi Non ergo blasphemetur, & c. Quæ sumitur ex donis spiritualis gratia. Et primum ostendit inconueniens quod sequitur contra huiusmodi dona ex eo quod alios scandalizamus. Secundum manifestat quod dixerat, ibi Non enim, & c. Tertio infert conclusionem intetam, ibi Itaque quæ pacis sunt se detur, & c. Circa primum considerandum est quod ex hoc quod aliqui indifferenter cibis utebantur in primitiua ecclesia cum scdalo infirmorum hoc inconueniens sequebatur quod infirmi fide Christi blasphemabant, dicentes eam voracitatem ciborum inducere contra legis mandatum. Et ideo Apostolus dicit ex quo per dominum Iesum factum est quod nihil est commune, non ergo bonum nostrum. id est, fides vel gratia Christi per quæ libertatem a cerimoniis cõsecuti estis blasphemetur ab infirmis dicentibus eam gula hominum indulgere. Iaco. 2, Ipsi blasphemant nomen bonum quod inuocatum est super vos, de hoc bono dicitur in Psal. Mihi adherere deo, bonum est. Deinde cum dicit, Non enim, & c. manifestat quod dixerat. In quo bonum nostrum consistat. Et primum ostendit in quo non consistat, dicens, Non enim est regnum dei esca & potus. Regnum autem dei dicitur hinc, id est, per quod deus regnat in nobis & per quod ad regnum ipsius peruenimus, de quo dicitur Mat. 6, Adueniat regnum tuum, & Mich. 4, Regnabit dominus super omnes in monte Sion. Deo autem coniungimur & subdimur per interiorem intellectum, & affectum, ut dicitur Io. 4, Spiritus est deus, & eos qui adorant eum in spiritu, & veritate adorare oportet. Et inde est quod regnum dei principaliter consideratur secundum interiora hominis, non secundum exteriora. Unde dicitur Lu. 17, Regnum dei intrat vos est. Ea verò quæ sunt exteriora ad corpus pertinentia intantum ad regnum dei pertinent, in quantum per ea ordinatur, vel deordinatur interior affectus, secundum ea in quibus principaliter consistit regnum dei. Et ideo cum esca, & potus ad corpus pertinent, ipsa secundum se non pertinent ad regnum dei, nisi secundum quod eis vitimur, vel ab eis abstinemus. Unde dicitur 1. Cor. 8, Esca autem nos non cõmendat deo. Neque enim si non manducauerimus, deficiemus: neque si manducauerimus, abundabimus. Pertinet tamen usus, vel abstinentia esca, & potus ad regnum dei in quantum affectus hominis circa hoc ordinatur, vel deordinatur. Unde

Specie mali dicitur aliquid habere dupliciter.

Aliquis perplexus secundum quod aliquid ali-quo. Scilicet pro multis rationibus est simpliciter perplexus.

Aug. dicit in lib. de questionibus euangelij, & habetur hinc in glo. Iustificatur sapientia à filiis suis qui intelligunt non in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in equanimitate tollerandi inopia, & intemperantia non se corripendi per abundantiam atque importunitatem sumendi. Non enim interest quomodo [ut in glo. dicitur] quid alimetur, vel quantum quis accipiat, dummodo id faciat pro congruentia hominum cum quibus viuit, & persona sua, & pro valetudinis sue necessitate, sed quanta facultate & seueritate animi careat his, vel cum oportet vel cum necesse est his carere. Secundum ostendit in quo consistat bonum nostrum quod regnum dei vocat, dicens, Sed regnum dei est iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Ut iustitia referatur ad exteriora opera, quibus homo unicuique reddat quod suum est ad voluntatem huiusmodi opera faciendi, ut dicitur Mat. 6, Primum querite regnum dei & iustitiam eius. Pax autem refertur ad effectum iustitiam. Per hoc enim pax maxime pertinetur quod unus homo non exhibet alteri quod ei debet. Unde dicitur Esa. 32, Opus iustitiam pax. Gaudium autem referendum est ad modum quo sunt iustitiam opera facienda, ut enim dicit Philosophus in 1. Ethic. Non est iustus qui non gaudet iusta operatione. Unde & in Psal. dicitur, Seruite domino in lætitia. Causam autem huius gaudij exprimit dicens, In spiritu sancto. Est enim spiritus sanctus quo charitas dei diffunditur in nobis, ut dicitur supra 5. Illud enim est gaudium in spiritu sancto quod charitas parit, pura cum aliquis gaudet de bonis dei & proximorum. Unde 1. Cor. 13, dicitur, quod charitas non gaudet super iniquitate, cõgaudet autem veritati. Et Gal. 5, dicitur, Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax. Hæc autem tria quæ hinc trahuntur imperfecit quidem in hac vita habentur, perfectè autem quando sancti possidebunt regnum dei sibi paratum, ut dicitur Mat. 2, Ibi erit perfecta iustitia absque omni peccato. Esa. 6, Populus tuus omnes iusti. Ibi erit pax absque omni perturbatione timoris. Esa. 32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducia. Ibi erit gaudium. Esa. 33, Gaudium & lætitia obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. Tertio probat quod dixerat. scilicet in his regnum dei consistit. Ille enim homo videtur ad regnum dei pertinere, qui placet deo, & à sanctis hominibus approbatur, sed hoc illi cõtingit in quo iuenitur iustitia, pax & gaudium: ergo in his est regnum dei. Dicit ergo, dictum est quod regnum dei est iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto. Qui ergo in hoc seruit Christo, qui est rex huius regni, secundum illud Col. 1, transfudit nos in regnum filij dilectionis sue, ut. scilicet uiuat in iustitia, pace & spirituali gaudio, placet deo, qui est huius regni actor. Sap. 4, Placens deo factus dilectus. Et probatus est hominibus. scilicet ab eis approbatur, qui sunt huius regni participes. Eccl. 31, Qui probatus est in illo, & perfectus inuenitus est. Deinde cum dicit, Itaque, & c. infert admonitionem intetam, dicens, Ex quo regnum dei consistit in iustitia, pace & spirituali gaudio, itaque ut ad regnum dei peruenire possim, sequeamur ea quæ pacis sunt. id est, ea studeamus adimplere per quæ Christianorum pacem cõseruamus. Heb. 12, Pacem sequimini & sanctimoniam, & c. Custodiamus inuicem ea quæ sunt ædificationis. id est, ea per quæ inuicem nos ædificemus. id est, bonum cõseruamus & in melius prouocemur. 1. Cor. 4, Ad ædificationem ecclesie querite ut abundetis. Quod quidem fiet si in iustitia & spirituali gaudio uixerimus. Quartam rationem ponit, ibi Noli propter esca, & c. Quæ sumitur ex reuerentia diuinorum operum, quibus hoc reuerentiam debemus, ut ea quæ deus operatur non debeamus destruere propter aliquod commodum corporale. Et hoc est quod dicit, Noli propter esca, quæ ad corporis utilitatem pertinet destruere opus dei. Quod quidem non intelligitur de quocunque dei opere. Nam omnia quæ in cibis hominis ueniunt, dei opera sunt, sicut terra nascetia & animalium carnes, quæ sunt hominibus in cibum à deo cõcessa, ut patet Gen. 1. & 9. Sed intelligitur de opere gratia quod in nobis ipsi specialiter operatur. Philip. 2, Deus enim est qui operatur in nobis uelle & perficere pro bona uoluntate. Hoc igitur opus dei non debemus in proximo destruere propter escam nostram, sicut facere uidebantur illi qui turbatione & scandalo proximorum indifferenter utebantur.

Lectio 3.

Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem non bibere uinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur aut infirmatur. Tu fidem quam habes penes te metipsum, habe coram deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat, qui autem discernit, se manducauerit, dam-natus est, quia non ex fide: omne autem quod non est ex fide peccatum est.

Postquam Apostolus posuit rationem ad ostendendum quod non debemus cum scandalo proximorum indifferenter sumere omnia, hinc ostendit qualiter aliqui sibi possunt esse mundi & immundi. Et circa hoc duo facit. Primum proponit quæ sunt munda ex sua natura, dicens, Omnia quidem, quæ. scilicet ad esca hominis pertinent possunt, munda sunt. scilicet ex sui natura, quia ex sui natura non habet quod animam hominis inquinat, secundum illud Mat. 15, Non enim omne quod intrat in os inquinat hominem. 1. Ti. 4, Omnis creatura dei bona. Dicebatur autem in lege quædam immunda non natura, sed significatione, ut patet Leui. 11. Sed & hæc immunditia Christus remouit implendo veteris legis figuras. Unde dicitur est Perro Act. 10, quod de purificauit tu ne commune dixeris. id est, immundum. Secundum, ibi Sed malum est homini, & c. ostendit qualiter aliquis cibis hominis possit fieri immundus, ut. scilicet ex eius esca secundum animam inquinetur, quod quidem ostendit fieri dupliciter. Primum ex eo quod aliquis cibum quemcumque cum scandalo proximorum manducat. Secundum ex eo quod contra conscientiam manducat, ibi Beatus qui non iudicat, & c. Circa primum tria facit. Primum ostendit quid circa esum ciborum sit malum, dicens, Licet omnia ex sui natura sint munda, sed tamen malum est homini qui manducat quemcumque cibum per offendiculum. id est, cum confusione & scandalo proximorum. Mat. 19, Vae homini illi per quem scdalum venit. Secundum ostendit quid circa huiusmodi usum ciborum sit bonum, dicens, Bonum est non manducare carnem & non bibere uinum: quorum primum principium esse uidetur inter cibos, secundum inter potus. Et ab his quidem abstinere ponit bonum esse, vel propter carnis concupiscentiam edomandam, secundum illud Eph. 5, Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Vel etiam ut homo reddatur abilius ad spiritualia contemplanda, secundum illud Eccl. 2, Cogitanti a uino abstrahere carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam. Sed hoc non intedit hinc Apostolus dicere, sed quod bonum est his non uti cum scdalo proximorum, quod cum apparet ex hoc quod subditur. Neque in quo frater tuus offenditur. & c. q. d. Non solum dico de uino & carnibus quod bonum est eis non uti, sed quocunque alio cibo frater tuus offenditur. id est, turbatur contra te, quia si illicite agentem, per quod pax eius perturbatur, aut scandalizatur. id est, ad casum peccati prouocatur, propter quod laeditur eius iustitia, aut infirmatur, id est, saltem in dubitatione ve-

*Ad licitū
se abstinentiū
& necessariū
pro vitando
scandalo.*

nit, vtrū hoc quod agitur sit licitum per quod eius spirituale gaudiū diminuitur. Vnde & ipse Apostolus dicit 1. Corint. 8. Si esca scandalizat fratrem meū, non manducabo carnē in aeternum, ne fratrem meum scandalizem. Sed cum licitū sit his cibis vtri, si est ab his abstinentum propter hoc quod videtur scandalū proximo, videtur pari ratione quod ab omnibus licitis quae non sunt necessaria ad salutē, sicut sunt necessaria iustitia, pax & spirituale gaudium, sit propter proximorum scandalum abstinendum. Et ita videtur quod homini non liceat sua reperere cū scandalo proximi. Sed dicendū est quod si scandalum ex infirmitate vel ex ignorantia proueniat eorū qui propter hoc scandalizantur, ad vitandū hoc scandalum, debet homo à licitis abstinere, si nō sunt necessaria ad salutē. Hoc enim est scandalum pusillorum quod dominus vitari iubet. Mart. 18. Videte ne cōtemnatis vnum ex his pusillis. Si verō huiusmodi scandalū ex malitia proueniat eorum qui scandalizantur, tale scandalum est quasi pharisaeorū, quod dominus Mar. 15. docuit esse contēnendum. Vnde ad vitandū huiusmodi scandalum non oportet à licitis abstinere. Sed tamen circa scandalum pusillorum attendendum est quod propter illud vitandū tenetur homo vsum licitorum differre quousque reddita ratione hoc scandalum amoueri possit. Si verō ratione reddita adhuc scandalum maneat, iam non videtur ex ignorantia vel ex infirmitate procedere, sed ex malitia, & sic iam pertinet ad scandalum pharisaeorum. Tertio excludit quādam excusationem. Possent enim aliquis dicere, Licet proximū scandalizetur de hoc quod indifferenter ego cibus vtor, tamē ad ostensionē meae fidei, per quā certum est hoc mihi licere, volo indifferenter cibus vtri. Sed hanc respōsionē excludens Apostolus dicit, Tu qui, si indifferenter cibus vteris, fidem habes rectam apud temetipsum, per quam cōstat licitū esse his cibis vtri. Bona quidem & laudabilis est fides ista, sed habe eam in occulto coram deo, cui talis fides placet. Eccl. 1. Beneplacitum est deo fides & māfuerudo, quasi dicat, Non oportet quod fidem istam manifestes per operis executionem, vbi hoc fit cum scandalo proximorum. Sed contra videtur esse quod dicitur supra 10. Corde creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem. Non ergo videtur quod sufficiat corde solum corā deo fidem habere, sed oportet huiusmodi fidem proximo manifestare, confitendo. Dicendum est autem quod eorum quae sunt fidei, quaedā sunt quae non sunt perfecte per ecclesiam manifestata, sicut in primitiua ecclesia nōdum erat perfectē declaratum apud homines quod illi qui erant ex Iudaeis conuersi non tenerentur legalia obseruare, & sicut tempore Aug. nondum erat per ecclesiam declaratum quod omnia non essent ex traduce. Vnde in huiusmodi sufficit homini quod fidem habeat coram deo, nec oportet quod fidem suam propalet cum scandalo proximorum, nisi forte apud eos qui habent de fide determinare. Quaedam verō sunt ad fidem pertinentia per ecclesiam determinata, & in talibus non sufficit fidem habere coram deo, sed oportet quod coram proximo fidem quis confiteatur quantumcunque ex hoc aliquis scandalizetur, quia veritas doctrinae non est dimittenda propter scandalum, sicut nec Christus veritatem suae doctrinae propter scandalum pharisaeorum dimisit, vt habetur Marth. 15. Sciendū etiā quod licet circa talia oporteat quod homo fidē suā manifestet cōfessione verborū, nō tamē oportet quod matrimonio vtatur ad fidem suā manifestationē. Et sic etiā nō requirebatur ab eis quod rectā fidē habebāt, quod fidem suā vfu ciborū manifestarēt. Poterāt enim manifestare verbo tenus cōfiteendo, Quae deinde cum dicit, [Beatus qui nō iudicat, &c.] ostēdit quomodo ciborū vfu efficiatur aliquibus immūndus, ex eo quod est contra conscientiam. Et circa hoc tria facit. Primō ostendit quid circa hoc sit bonū, vt. f. de eo quod homo facit non habeat conscientiam remordentē. Vnde dicit, Beatus qui nō iudicat temetipsum. i. cuius cōscientia eum non reprehēdit vel condēnat in eo quod probat. i. approbat esse faciendū. Sed hoc est intelligendū, si recta fide approbet esse aliquid faciendum. Si autem falsa opinione approbat aliquid esse faciendum, putā si arbitratu obsequiū se praestare deo, de eo quod discipulos Christi interfecit, vt dicitur Ioan. 16. Nō excusatur ex eo quod circa hoc non iudicat temetipsum, imō beator esset si circa hoc eū conscientia reprehēderet, in quantum per hoc à peccato magis prohiberetur. Sed in his quae sunt licita, est intelligendū quod hic Apostolus dicit, Hoc enim ad gloriā hominis pertinet quod eum sua conscientia non reprehēdat. 2. Corint. 1. Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae. Iob 27. Neque enim reprehēdit me cor meū in omni vita mea. Secūdo ostendit quid circa hoc sit malum, vt. scōtra conscientiam agat. Vnde dicit, [Qui autem discernit] i. qui habet opinionē falsam quod oportuit cibos discernere, si manducauerit. f. cibos quos reputat esse illicitos, dānatus est ex hoc quod quantum in ipso est habet voluntatem faciēdi quod est illicitum, & sic delinquit proprio iudicio cōdemnatus, vt dicitur Titum 3. Tertio assignat causam eius quod dixerat dicens, [Quia non ex fide.] Ideo. f. cōdemnatus est. Potest autem hic fides dupliciter accipi. Vno modo de fide quae est virtus. Alio modo secundum quod fides dicitur conscientia. Et haec duae acceptiones non differunt nisi secundum differentiam particularis & vniuersalis. Id enim quod vniuersaliter fide tenemus, putā vsum ciborum esse licitum vel illicitum, conscientia applicat ad opus quod est factum vel faciendum. Dicitur ergo ideo eum qui manducat & discernit esse cōdemnatum, quia haec non est ex fide, imō est contra fidem. i. contra veritatem fidei & contra conscientiam facientis. Hab. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Et quod hoc sit sufficiens causa condemnationis, ostendit subdens, Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. Ex quo videtur quod sicut dicitur in glo. omnis vita infidelium peccatum sit, sicut omnis vita fidelium est meritoria, in quantum ad dei gloriam ordinatur, secundum illud 1. Corin. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam dei facite. Sed dicendum est quod aliter se habet fidelis ad bonum, & in fidelis ad malum. Nam in homine qui habet fidem formatā nihil est damnationis, vt supra 8. dictū est. Sed in homine infideli cum infidelitate est bonum naturae. Et ideo cum aliquis infidelis ex dictamine rationis aliquid bonum facit, non referendo ad malum finem, non peccat. Non tamen opus eius est meritorium, quia non est gratia informatum. Et hoc est quod in glo. dicitur, Nihil bonum est sine summo bono. i. nullo bonum meritorium est sine gratia dei, & vbi deest agnitio vitae aeternae & incommutabilis veritatis, quae. f. est per fidem, falsa virtus est in optimis moribus, in quantum. f. non refertur ad fidem beatitudinis gratiam. Cum verō homo infidelis aliquid agit ex eo quod infidelis est, manifestum est quod peccat. Vnde in glo. dicitur, Opus omne quod non est ex fide, peccatum est: sic est intelligendum, Omne quod est contra fidem vel

*Dupliciter
aliqua sunt de
fide.*

*Ad omnes
actus infide-
lium sunt pec-
cata.*

contra conscientiam. peccatum est, & si ex genere suo bonum esse videatur, putā si paganus ad honorem suorum deorum virginitatem seruet, vel elemosynam det, hoc ipso peccat. Titum 1. Coinquinatis & in delibus nihil mundum est. sed inquinatae sunt eorum, & mens & conscientia.

Caput 15.

Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad adificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, impropria impropertant tibi ceciderunt super me. Quaecunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiae & solatus det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, vt manus vno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcissionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum. Gentes autem super omnia honorare deū, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit, Letamini Gentes cum plebe eius. Et iterum, Laudate omnes Gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait, Erat radix Iesse, & qui exiit ut regere Gentes, & in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in spe & virtute spiritus sancti.

*Adnet maio-
res supportare
infirmos, eos
promouere in
bonum & id
de se excusat
cur Romanos
non visitauerit
corporali-
ter.*

Supra Apostolus docuit quod maiores debent scādala infirmorum vitare, hīc docet quod maiores debent etiam infirmitates minorū sustinere. Et circa hoc duo facit. Primō proponit admonitiōē. Secūdo manifestat eam, ibi, [Vnusquisque vestrum, &c.] Ista admonitio duo continet, quorum primum pertinet ad exteriorē actum. Vnde dicit, Non solum debemus scādala infirmorum vitare, sed etiam nos qui sumus firmiores in fide debemus sustinere imbecillitates infirmorū. Sicut enim in materiali edificio eliguntur aliqua firmiora ad sustinendū totum aedificij pōdus, quod ex fragiliori materia superponitur, sicut sunt fundamenta & columnae, ita etiā in spiritali ecclesie edificio, non solum eliguntur, sed effulcuntur aliqui firmiores, vt sustineant pondus aliorū. Vnde in Psal. dicitur, Ego confirmavi columnas eius. Et Gal. 6. Alter alterius onera portate, sustinentes autē firmiores imbecillitates infirmorum, dum eorum defectus patienter ferūt, & pro posse subleuare nituntur. Secūdo autem pertinet ad interiorē intentionē. Vnde dicitur, Et nō debemus nobis placere, ita. f. vt semper illud velimus impleri quod nobis placet, & quae sunt nobis vtilia. 1. Corint. 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Deinde cum dicit, [Vnusquisque vestrum, &c.] manifestat propositam admonitiōē, & primō quantum ad secundam partem. Secūdo quantum ad primā, ibi [Propter quod suscipite inuicem, &c.] Circa primū duo facit. Primō exponit quod dixerat. Secūdo rationē inducit ibi [Etenim Christus non sibi, &c.] Dicit ergo primō, Ita dictum est quod nos non debemus nobis placere, & hoc quidem est quia vnusquisque nostrum qui sumus firmiores debet placere proximo suo infirmo. i. condescendere ei in his quae ei placent, nō tamen in his quae mala sunt, sicut Esa. 3. quidam requirūt, Loquimini nobis placencia, &c. Et ideo subdit, In bonū. Similiter etiam non debemus intendere vt hominibus placeamus propter humanū fauorem vel gloriā, cum in Psal. dicatur, Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placeant. Sed ad honorē dei & vtilitatem proximorū. Vnde subdit, Ad adificationē. i. propter hoc quod aliorū volūtati cōdescendentes ipsi adificētur in fide & dilectione Christi. Supra 14. Quae adificationis sunt inuicem, custodiamus. Deinde cum dicit, [Etenim Christus, &c.] assignat rationē eius quod dixerat exēplo Christi. Et primō proponit exēplum Christi. Secūdo ostendit eius exemplum esse à nobis imitandum, ibi [Quaecunque enim scripta sunt, &c.] Circa primū duo facit. Primō proponit exēplum, dicens, Dicitū est quod non debemus nobis placere. f. secundum nostrā priuatam voluntatē. Etenim Christus qui est caput nostrū, non sibi placuit dum elegit pati pro nostra salute, & ea quae suae propriae voluntati erant contraria. f. naturali voluntati humanae vt imple-ret diuinā quae sibi & patri erat cōmunita, secundū illud Mat. 26. Non mea voluntas, sed tua fiat. Secūdo ad hoc anhoritatē inducit, dicens, [Sed sicut scriptū est in Psal.] ex persona Christi, dicentis ad patrē. O pater impropria Iudaeorū impropertant tibi. i. te blasphemantū per sua mala opera, & per hoc quod veritati tuae doctrinae cōtradictum, ceciderunt super me, quia videlicet opprimere me voluerūt, quia volūtatem tuā eis proponebāt, & eorum mala opera redarguebāt. Io. 15. Sed oderunt me & patrem meū. Potest & hoc referri ad peccata totius humani generis, quia omnia peccata quodammodo sunt impropria dei, in quantum per ea lex dei contēnitur. Esa. 1. Dereliquerūt dominū, blasphemauerūt sanctū Israel. Sic ergo impropria impropertant deo, ceciderunt super Christū, in quantum ipse pro peccatis omnium mortuus est. Esa. 53. Deus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. 1. Pet. 2. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignū. Deinde cum dicit, [Quaecunque enim scripta sunt, &c.] ostendit quod hoc exēplum Christi sit nobis imitandū, dicens, Quaecunque enim scripta sunt in sacra scriptura, vel de Christo, vel de mēbris eius, scripta sunt ad nostram doctrinā. Nulla enim necessitas fuit haec scribere, nisi propter nos, vt ex his instruamur. 2. Tim. 3. Omnis doctrina diuinitus inspirata, vtilis est ad docendū & erudiendū, &c. Quid autem in scripturis ad nostram doctrinam cōtineatur, ostendit subdens. Vt per patientiā & consolationem scripturarū. i. quas scripturae continent. Cōtinetur enim in sacra scriptura patientia sanctorū in malis sustinendis. Iaco. vlt. Patientiā Iob audistis. Cōtinetur etiam in eis consolatio, quam deus eis exhibuit, secundum illud Psal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuae letificauerunt animā meam. Et 1. Pet. 1. dicitur, Praenuntians eas quae in Christo sunt passionem, quod pertinet ad patientiam: & posteriores glorias, quod pertinet ad consolationem. Quem autem fructum ex hac doctrina suscipiamus, ostēdit subdens, Spem habeamus. Per hoc enim quod ex sacra scriptura instruiamur eos qui patienter propter deum tribulationes sustinuerunt diuinitus consolatos fuisse, spem accepimus vt & ipsi consolemur si in ipsis fuerimus patientes. Iob 13. Et si occiderit me in ipso sperabo. Deinde cum dicit, [Deus autem patientiae, &c.] Quia videbatur nimis arduum vt purus homo possit exemplum Christi imitari, secundum illud Eccl. 2. Quid est homo vt sequi possit regem factorem suum? ideo adhibet orationis suffragium dicens, [Deus autē patientiae, &c.] scilicet dator. Psal. Tu es patientia mea. [Et solatij] id est qui spiritalē consolationē largitur. 2. Cor. 1. Pater

miseri cordiarum & deus totius consolationis det vobis, à quo est omne datum optimum, vt dicitur Iaco. 1. Id ipsum sapere in alterutrum, id est vt inuicem idem sapiatis, &c. 2. Corinth. vlti. Idem sapite, pacem habete. Non quidem secundum consensum in peccatum, sed secundum Iesum Christum, de quo dicitur Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Vt per hoc quod idem sapitis vnanimis existentes per fidei & charitatis consensum, secundum illud Psal. secundum aliam literam, Qui habitare facit vnanimis in domo. Vno ore, id est vna oris confessione, quæ ex vnitare fidei procedit. 1. Corinth. 1. Id ipsum dicatis omnes vt pro conformitate cordis & oris honorificetis deum omnium creatorem, id ipsum etiam existentem patrem domini nostri Iesu Christi, per quem nos sibi in filios adoptauit. 1. Reg. 2. Qui honorificauerit me, honorificabo eum. Mala. 1. Si ego pater, vbi est honor meus? Deinde cum dicit, [Propter quod suscipite inuicem,] manifestat primam partem admonitionis. In qua dixerat quod firmiores debent imbecillitatem in firmorum sustinere. Et circa hoc duo facit. Primum resumit admonitionem. Secundum inducit rationem exemplo Christi, ibi [Sicut & Christus, &c.] Tertio subiungit orationem, ibi [Deus autem spei, &c.] Dicit ergo primum, propter quod, id est, quia ea quæ scripta sunt ad nostram doctrinam ordinantur, scilicet ex epla Christi & aliorum sanctorum. Consequenter suscipite inuicem secundum charitatis affectum, vt scilicet vnus sustineat ea quæ sunt alterius, sicut & vult se sustineri quarum charitas permittit, & vnus alium etiam suscipiat adiuuandum & promouendum. Supra 14. Infirmum in fide suscipite. Deinde cum dicit, [Sicut & Christus suscepit vos, &c.] assignat rationem exemplo Christi. Et primum ponit eius exemplum, dicens, Sicut & Christus suscepit vos, scilicet in sua protectione & cura. Esa. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum. Luc. 1. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiarum suarum. Et hoc in honore dei, in quem omnia referebat. Ioan. 8. Honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ex quo datur intelligi quod nos inuicem debemus suscipere in his quæ pertinent ad honorem dei. Secundum, ibi [Dico enim Christum, &c.] manifestat quod dixerat, Et primum quantum ad Iudæos. Secundum quantum ad Gentiles, ibi [Gentes autem, &c.] Dicit ergo primum, Dicitur est quod Christus vos suscepit qui estis congregati in vnitare fidei ex Iudæis & Gentibus. Et hoc patet quantum ad vtrouque. Dico ergo Christum ministrum fuisse circumcisionis. Est enim ipse actor fidei quantum ad omnes, secundum illud Heb. 12. Aspicientes in actore fidei, &c. Sed in propria persona non exhibuit seipsum nisi Iudæis, secundum illud Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Esa. 65. Non audietur vox eius foris. Et hoc quidem propter veritatem dei, vt scilicet veritas dei promittentis comprobaretur. Supra 3. Et autem deus verax. Vnde subdit, Ad confirmandas promissiones patrum. i. vt per hoc impleteretur promissiones patrum factæ. Luc. 1. Erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum. 2. Cor. 1. Quotquot sunt promissiones dei in illo est. Deinde cum dicit, [Gentes autem, &c.] ostendit etiam Gentes susceptas à Christo. Et primum proponit quod intēdit. Secundum confirmat per autoritatē, ibi [Sicut scriptum est, &c.] Dicit ergo, ita dictum est, quod Christus suscepit Iudæos propter veritatem dei, vt promissiones patrum impleteretur, Gentibus autem non erant promissiones factæ. Vnde hoc non habet locum, quantum ad Gentiles, sed sunt propter misericordiam suscepti. Et hoc est quod dicit, Gentes autem debent honorare deum super misericordiam eis exhibita per Christum, quia licet eis personaliter non predicauerit, ad eos tamē discipulos suos misit, qui in Gentibus ministerium exercuerunt, sicut ipse exercuerat in Iudæis, secundum illud Matt. vlti. Euntes docete omnes Gentes. Et de hac misericordia dicitur in Psal. Misericordia domini plena est terra. Luc. 1. Misericordia eius à progenie in progeniem Gentium diuinæ misericordiarum. Contra quod videtur esse quod dicitur in Psal. Vniuersa via domini misericordia & veritas. Sed dicendum est quod per hoc quod ascribit vocationem Iudæorum diuinæ veritati, non excludit misericordiam, quia & Apostolus ex Iudæis natus, dicit. 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum. Et hoc ipsum misericordiarum fuit quod deus patribus promissiones facit de Apostolorum salute. Similiter etiam per hoc quod vocationem Gentium ascribit diuinæ misericordiarum, non excludit totaliter diuinam veritatem, quia hoc ipsum ad diuinam veritatem pertinebat, quod propositum suū de saluatione Gentium impleuit, quod ad Ephe. 3. dicitur. Apostolus esse sacramentum abscōditum à seculis in deo. Sed aliquis modus veritatis, scilicet pro impletione promissionum, consideratur in vocatione Iudæorum, qui non consideratur in vocatione Gentium, quibus promissiones non sunt factæ. Deinde cum dicit, [Sicut scriptum est, &c.] confirmat quod dixerat de conuersione Gentium, per autoritatē. Licet enim Gentibus non fuerit reposita vocatio ad fidē Christi, non tamen ex improviso accidit, sed fuit prænuntiata vaticiniis prophetarum. Inducit autem quatuor autoritates, quarum prima continet gratiarum actiones Christi ad patrem, pro conuersione Gentium per ipsum facta. Vnde dicit, Sicut scriptum est in Psal. ex persona Christi 17. Constitues me in caput Gentium, & ab insurgentibus in me, Iudæis exaltabis me. O deus pater ego Christus, confitebor tibi confessione gratiarum actionis in Gentibus, id est pro Gentium conuersione per me facta, & cantabo noua quadam mentis exultatione nomini tuo quod eis manifestum est, secundum illud Ioan. 17. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Vel aliter, Confitebor tibi in Gentibus, id est faciam quod tibi Gentes confiteantur confessione fidei. Psal. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes. Et nomini tuo cantabo. i. faciam quod Gentes cantent tibi canticum quod consistit in exultatione spiritus renouati. Psal. Cātate domino canticū nouū, cantate domino omnis terra. Secunda autoritas continet aduocationē Gentium & Iudæorum. Vnde subdit, Et iterū dicit scriptura. Esa. 35. Letamini Gētes cū plebe eius. i. simul cōmunē exultationē assumatis cū Iudæis quod olim erāt plebs eius. Esa. 9. Letamini corā te, sicut qui letantur in messe. Io. 10. Fiet vnū ouile & vnus pastor. Nostra autē litera habet. Letamini cū Ierusalē, & exultate in ea omnes qui diligitis eā. Tertia autē autoritas continet deuotionē Gentium ad deū. Vnde subdit, Et iterū scriptū est in Psal. Laudate omnes Gentes dominū. i. eius bonitatem cōfiterentis. Psal. A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomē domini. Et omnes populi, non solum populus Iudæorum magnificare eū. i. credite magnū. i. quod sua magnitudine omnē laudem excedat. Ecclē. 43. Benedicētes dominū exaltate illum quantum potestis: maior enim est omni laude. Mala. 1. Ab ortu solis vsque ad occasum

Christus ideo dicitur ministerium, quia in propria personā canit Iudæis circumcisi.

magnum est nomen meum in Gentibus. Quarta autoritas continet reuerentiam Gentium ad Christum. Vnde subdit, Et rursum Esaia ait 11. Erit radix Iesse. In quo prænuntiat Christi originem ex David semine nasciturum. Iesse nanque fuit pater David. Dicit ergo, Erit radix Iesse ex cuius pullulatione Christus natus est. Esaia 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos, &c. Vel Christus erit radix Iesse, quia licet ex Iesse processerit secundum carnis originem, tamen sua virtute Iesse sustentauit & gratiam ei in fluxit. Supra 11. Non tu radicem portas, sed radicem te. Deinde tangit Christi officium, subdens, [Et qui exurget] in tantam gratiam excellentiam, vt possit regere Gentes eos diuino cultui subiugando, quod nullus ante eū facere potuit. Psal. Dabo tibi Gentes hereditatem tuam. Reges eos in virga ferrea. Vltimo ponit deuotionem Gentium ad Christum, dicens, [In eum Gentes sperabunt,] vt scilicet per eum hereditatem cælestis gloriæ consequantur. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Deinde cum dicit, [Deus autem spei, &c.] subiungit orationem, dicens, Dicitur est quod in Christum Gentes sperabunt. Deus autem spei, id est qui nobis hanc spem infundit, secundum illud Psal. Spes mea domine. Vel deus spei, id est in quo sperandum est, repleat vos omni gaudio. scilicet spirituali, quod est de deo. Nehem. 8. Gaudium enim domini est fortitudo vestra, per quam homo in seipso & ad deum & ad proximum est pacatus. Psal. Pax multa diligentibus legem tuam domine [In credendo,] quasi dicat, Vt cum hoc quod creditis, etiā pacem & gaudium habeatis, quæ quidem sunt charitatis effectus, secundum illud Gal. 5. Fructus autem spiritus sunt charitas, gaudium, pax. Vnde patet quod à deo qui est dator spei, optat eis vt cum fide habeant charitatem, per quam fides operatur, vt habetur Galat. 5. Ne fides eorum sit informis & mortua, quia fides sine operibus mortua est, vt dicitur Iaco. 2. Et vt sic per plenitudinem harum virtutum abuderis proficiendo de bono in melius, non solum in spe, sed etiam in virtute spiritus sancti, id est in charitate quæ in cordibus nostris diffunditur per spiritum sanctum, vt supra 5. dictum est. 2. Corinth. 9. Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis.

LECTIO 2.

Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quonia & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis aliterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam que data est mihi à deo vt sim minister Christi Iesu, in Gentibus sanctificans euangelium dei, vt fiat oblatio Gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui coram que per me non efficit Christus in obedientiam Gentium in verbo & factis in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti, ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim euangelium Christi. Sic autem prædicauit euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem, sed sicut scriptum est, Quoniam quibus non est annuntiatum, de eo videbunt, & qui non audierunt, de eo intelligunt. Postquam Apostolus generalibus admonitionibus Romanos instruxerat, hic incipit eis quædam familiaria scribere. Et primum quædam pertinentia ad seipsum. Secundum quædam pertinentia ad alios. 16. cap. ibi [Cōmendo autem vobis Pphæben, &c.] Circa primum tria facit. Primum excusat præsumptionem de hoc quod eos instruxerat & reprehenderat. Secundum excusat suam tarditatem circa visitationem eorum, ibi [Propter quod plurimum impediatur.] Tertio petit suffragia orationum ipsorum, ibi [Obsecro autem vos fratres &c.] Et circa primum duo facit. Primum excludit oppositam causam instruendi & arguendi eos. Secundum assignat veram causam, ibi [Audacius enim scripsi vobis fratres ex parte, &c.] Circa primum considerandum est quod aliquis posset credere Apostolum ideo scripsisse Romanis, quia æstimaret illum esse apud Romanos qui posset instruere & corrigere. Sed hoc ipse excludit, dicens, Certus sum enim fratres mei per ea quæ de vobis audiui quoniam idonei estis ad admonendum qui inter vos admonitione indigent. Ad hoc autem vt aliquis recte admoneretur, duo requiruntur, quorum primum est, vt non ex odio vel ira, sed ex dilectione moneatur, secundum illud Psal. Corripiet me iustus in misericordia. Et Galat. 6. Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et quantum ad hoc dicit, quoniam & ipsi pleni estis dilectione. Ezechielis 10. Imple manum tuam prunis ignis quæ sunt inter cherubin, qui est ignis charitatis. Secundum requiritur scientia veritatis, eo quod quidam habent zelum dei in corrigendo, sed non secundum scientiam, vt supra decimo dictum est. Et ideo subdit, Repleti omni scientia, scilicet humana & diuina, & veteris & nouæ legis. 1. Corinth. 1. In omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo & in omni scientia. Et ex hoc concludit sic, ita vt possitis conuenienter propter dilectionem & scientiam alterutrum monere. Quia enim in multis offendimus omnes, vt dicitur Iaco. 3. Oportet vt inuicem moneamus, quia vt dicitur Eccles. 17. Vnicuique mandauit deus de proximo suo. Deinde cum dicit, [Audacius, &c.] assignat veram causam quare eos admonuerat & correxerat. Et circa hoc duo facit. Primum ostendit quod hoc pertinebat ad autoritatē Apostolatus sibi commissam. Secundum ostendit qualiter hac potestate vsus fuerit, ibi [Habere igitur gloriam, &c.] Dicit ergo, Audacius autē. i. securius, scripsi vobis errores & defectus vestros arguendo, quod quidem ad audaciæ præsumptionem posset ascribi, propter hoc quod offensionem vestram non timui. Iob 39. Audacter in occursum pergit armatis. Sed hæc præsumptio excusatur ex tribus. Primum quidem ex conditione eorum quibus scribebat, quia & si inter Romanos essent aliqui respectu quorum talis reprehensio audax & presumptuosa videretur, erant tamen aliqui qui indigebant dura reprehensione propter contentionem insolentiam. Titum 1. Increpa illos dure. Et hoc est quod dicit, Ex parte, quasi dicat, Non videtur mea scriptura esse audax quantum ad omnes vos, sed quantum ad partem aliquam vestrum. Vel potest intelligi ex parte epistolæ in qua eos reprehendit. Potest intelligi etiam ex parte ecclesiæ, quæ scilicet mecum est. Secundum excusatur prædicta audacia ex intentione Apostoli. Non enim scripsit eis tanquam instruens ignorantes, sed in memoriam eos reducens cognitorum. Et hoc est quod subdit, Tanquam in memoriam vos reducens quasi oblitus eorum quæ scribatis, sicut & Philipp. 4. dicitur, Occupati autem eratis. Habr. 10. Rememoramini pristinos dies in quibus illuminati magnam certamen sustinistis passionum. Tertio excusatur ex autoritate Apostoli quæ hoc requirebat. Vnde subdit, Per gratiam, scilicet Apostolatus mihi commissi. 1. Corint. 15. Gratia dei sum id quod sum. Huius autē gratiæ, primum describit autoritatē, cum dicit, [Quæ data est mihi à deo.] quasi diceret, Non ab hominibus. Galatas primum, Paulus Apostolus non ab hominibus, neque

Secundum præsumptionem de his in quæ Romanos instruxerat & reprehenderat.

Ad recte ad monendum duo exiguntur

per hominē. Secundò specificat istam gratiā, cum dicit, [Vt sum minister Christi Iesu in Gentibus]. i. vt feruam Christo in Gentiu diuisione. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Suprà 1. Quandiu sum Gentiu Apostolus, ministeriu meum honorificabo. Tertio ostendit huius actū, cum dicit, [Sanctificans euangeliū dei]. i. sanctum esse ostēdens, & verbo & opere bonę cōuersationis & miraculorū. Colof. 1. In verbo veritatis euangelij quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est & fructificat & crescit. Prouer. 8. Recti sunt sermones mei. Quartò ponit finē huius gratiæ, cum dicit, [Vt fiat oblatio Gentium] id est Gentes per meum ministeriu cōuersæ. In quo quasi quoddam sacrificiū & oblationē deo obtuli, secundum illud Philip. 2. Et si immolator super sacrificiū & obsequiū fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Fiat accepta. s. deo per rectitudinem. Psal. Tunc acceptabis sacrificiū iustitiæ, oblationes & holocausta. Et sanctificat in spiritu sancto. i. per charitatem & alia spiritus sancti dona. 1. Corint. 6. Sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. ¶ Deinde cum dicit, [Habeo igitur gloriam. &c.] ostendit quomodo auctoritate Apostolica fuerat vsus. Et primò ponit fructum quem fecit. Secundò ostendit huius fructus magnitudinem, ibi [Ita vt, &c.] Tertio ostendit difficultatem, ibi [Sic autem predicauit, &c.] Circa primum tria facit. Primò dat gloriā deo de fructu quam fecit, dicens, Igitur quia talem gratiā accepi, & diligenter executus sum id ad quod mihi hæc gratia data est, habeo gloriā sicut fidelis minister. 1. Corint. 9. Melius est mihi mori q̄ vt gloriam meam quis euacuet. Sed hanc gloriā non mihi principaliter attribuo, sed eam habeo in Christo Iesu. i. per Iesum Christū, cuius virtute fructificare potui. Ioā. 17. Sine me nihil potestis facere. Et quia ipū omnia tradita sunt à patre, vt dicitur Matth. 11. Et pater in eo manens, ipse facit opera. Ioan. 14. Ideo vltimus hanc gloriā refert ad patrem dicens, Ad deum, scilicet patrem. Psal. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriā. A signat autem rationem eius quod dixerat subdicens, Non enim audeo loqui aliquid eorum quæ per me nō effecit Christus, quasi dicat, Nihil referam de fructu per me facto, q̄ per me factum non sit. Alioquin gloriā nō haberem apud deum, & si apud homines. Quæ quidem refero non tãquam per me principaliter facta, sed sicut quæ per me Christus fecit. Et ideo hanc gloriā dixi me habere in Christo Iesu. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Secundò ponit ipsum fructum, dicens Inobediētiam Gentium, quasi dicat, Gloria mea hæc est, pro eo quod feci Gentes fidei obedire. Suprà 1. Ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. Psal. In auditu auris obediuit mihi. Tertio ostendit quomodo Gentes ad hanc obedientiam adduxerit. Quia autem suprà 10. dictum est, fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Primò dicit in verbo, id est per verbum prædicationis fidei. Argumenta autem fidei prædicata, sunt bona cōuersatio prædicantis, & quantum ad hoc subdit, Et factis, quasi scilicet per recta opera vos ad fidem allexi. Matth. 5. Videant opera vestra, &c. Et opera miraculorum, quibus deus dat testimonium doctrinæ prædicatæ. secundum illud Marci vlti. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Vnde subdit, In virtute signorum, id est miraculorum minorum, putā sanationes ægritudinum. Et prodigiorum. i. maiorū miraculorum quæ ex sua magnitudine aliquid magni portendunt. i. ostendūt. Sed hoc totū non sufficeret, nisi spiritus sanctus intus corda audientiu ad fidem cōmoueret, Vnde dicitur Act. 10. quod loquēte Petro verba fidei, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbū. Et ideo subdit, In virtute spiritus sancti, Hæb. 2. Contestante deo signis & prodigiis & variis spiritus sancti distributionibus ¶ Deinde cum dicit, [Ita vt ab Ierusalem] ostendit magnitudinem fructus ex multitudine locorum in quibus prædicauit, dicens, Ita vt incipēs ab Ierusalem, vbi in principio suæ cōuersionis prædicauit in synagogis Iudaorū, vt dicitur Act. 9. Vt sic impletur quod dicitur Esa. 2. De Syon exibat lex & verbū domini de Ierusalem, vsque ad Illiricum, quod est mare Adriaticū ex parte opposita Italia. Repleuerim euangelium Christi, id est omnia illa loca repleui prædicatione euangelij. Et ne aliquis intelligat q̄ solum vadens per rectam viam à Ierusalem in Illiricum prædicauerit euangelium, addit, Per circuitum, quia. s. Gentibus circunquaque prædicauit & eas ad fidem cōuertit. Vnde sibi potest competere quod dicitur Iob 38. Quis dedit vehemētissimo imbri cursum? ¶ Deinde cum dicit, [Sic autem predicauit, &c.] ostendit difficultatem hunc fructum faciendi. Difficile enim est omnino ignaros ad fidem cōuertere. Primò igitur difficultatem se passum ostendit, dicens, Sic autem predicauit euangelium non autem vbi nominatus est Christus, id est non apud illos qui nomen Christi audierant. Psal. Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Esa. 55. Ecce Gentes quas nesciebas vocabis, & Gentes quæ te non cognouerunt ad te current. Subdit autem rationem, dicens, Ne super alienum fundamentum ædificarem. Potest autem alienum fundamentum dupliciter intelligi. Vno modo doctrina hæretica, quæ est aliena à veræ fidei fundamento. Et sic hoc quod dicit Ne, ponitur causaliter. Ea enim intentione Apostolus voluit prædicare illis, qui nomen Christi non audierant, ne si præuenti essent à doctrina pseudo Apostolorū, difficilior esset eos ad veritatem reducere. Vnde Matth. 7. dicitur, Stultus est qui ædificat domum suam super arenam, cui comparatur falsa doctrina. Alio modo per alienū fundamentum potest intelligi doctrina veræ fidei ab aliis prædicata: & sic potest sumi ly, Ne, cōsecutiue. Non enim vitauit Apostolus prædicare illis quibus antè fuerat ab aliis prædicatum, sicut ipis Romanis specialiter prædicauit quos prius Petrus instruxerat, sed eo prædicante illis qui nihil de Christo audierant, consecutum est, vt non edificaret super alienum fundamentum: sed ipse iaceret prima fidei fundamenta, secundum illud 1. Corinth. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posuit. ¶ Secundò ad hoc quod dixerat, auctoritatem inducit, dicens, [Sicut scriptum est.] Esaia 2. Quoniam quibus non est annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, contemplanti sunt. In quibus verbis propheta videtur prædicere, quoniam Gentiles excellentiori modo ad cognitionem dei essent perueni, quàm Iudæi qui antè cognouerant. Ostendit ergo primò excellentiam quantum ad causam cognitionis, quæ scilicet duplex est, scilicet verba audita, & res visæ. Hi enim duo sensus sunt disciplinabiles. Iudæi ergo in notitiam mysteriorum Christi peruenierunt per verba annuntiata eis à prophetis. i. Petri 1. Prophetæ quæ de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænuntians eas quæ in Christo sunt passionis & posteriores gloriæ. Sed Gentiles huiusmodi Christi mysteria iam realiter impleta vident, ideo dicitur, Quoniam Gentes, quibus non

Miracula & prodigia non sufficiunt inducere ad fidem sine spiritus sancto mouente.

Gentes perueniunt in notitiam eorum quæ sunt fidei modonobilior quàm Iudæi.

est annuntiatum per prophetas de eo. i. de Christo sicut fuit annuntiatum Iudæis, videbunt res iam impleras. Luc. 10. Multi reges & prophetae voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Secundò ostendit excellentiam quantum ad modum cognoscendi, quia Iudæi ex annuntiatione prophetarū solum auditum habebant. Abdiæ 1. Auditū audiuius à domino, & legatos ad Gentes misit. Sed Gentiles ex visione intellectum perceperit. Vnde dicitur, Et Gentiles. s. qui antè non audierūt prænuntari Christū per prophetas, intelligent, s. fidei veritatem. Psalmista, Et nunc reges intelligite, &c.

lectio 3.

Propter quod & impediēbar plurimum venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc. Nunc verò vltimus locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis: cum in Hispaniam proficisci cepero, spero quod præteriens videam vos & à vobis deducar illuc, si vobis primū ex parte fructus fuero. Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquā facere in pauperes sanctorum qui sunt in Ierusalem. Placuit enim eis & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum consummauero & assigna uero eis fructū hunc per vos, proficiscar in Hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos in abundantia benedictionis Christi veniam. Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum & charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequi mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei vt refrigerer vobiscum, Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen.

Quod Romanos nondum viderit, se excusat, pronuntians se eos visiturum, & fructum futurum eos futurum

Postquam Apostolus se excusauit de præsumptione quæ ei potuisset ascribi, ex hoc quod Romanos intruxerat & correxerat, hic se excusat quod eos visitare distulerat. Et circa hoc tria facit. Primò ponit impedimentum visitationis præteritum. Secundò ponit visitandi propositū, ibi [Nunc verò vltimus, &c.] Tertio promittit visitationis fructū, ibi [Scio autē, &c.] Dicit ergo primò, Dicitur est, predicauit euangeliū per multa loca, in quibus Christus nō fuerat nominatus, propter quod hæcenus impediēbar plurimū ex huiusmodi occupatione venire ad vos. Et illud impedimentum vsque nūc durauit. Vnde subdit, Et prohibitus sum vsq; adhuc. Quod quidē potest referri ad multitudinē occupationū quas in aliis locis habuerat. Vel etiam ad diuinā prouidentiam per quam Apostoli impediēbatur ne peruenirent ad quosdam, & dirigebantur in salutem aliorum. secundum illud Act. 16. Transeuntes Frigiam & Galathia regionē, verati sumus à spiritu sancto loqui verbum in Asia. Vnde & suprà 1. dictum est, Sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc. Et hoc est quod dicitur Iob 37. De nubibus per quas prædicatores intelliguntur. Infrant cuncta per circuitum quocunq; eos voluntas gubernantis duxerit. ¶ Deinde cum dicit, [Nunc verò vltimus, &c.] manifestat propositū suum de eorum visitatione. Et primò promittit eis suam visitationem. Secundò assignat causam quare oporteat eam differre, ibi [Nunc igitur proficiscar, &c.] Tertio assignat eis visitationis terminū, ibi [Hoc igitur cum consummauero, &c.] Dicit ergo primò ita, Vsque modo sum prohibitus, nunc verò iam peragratis omnibus hic locis vltimus non habens locum. i. necessitatem permanēdi in his regionibus, in quibus iam per me fundata est fides, cupiditatē habens veniēdi ad vos ex multis iam præcedentibus annis, secundum illud suprà 1. Desidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ spirituales cum in Italia proficisci cepero, quod. s. ire intēdebat, vt etiā extremis terræ fundamēta fidei collocaret, secundū illud Esa. 49. Dedi te in lucē Gentiu, vt sis salus mea vsq; ad extremū terræ. Spero q̄ præteriens videbo vos. Per quod dar intelligere q̄ nō intēdebat ad eos principaliter ire: quia reputabat eis sufficere doctrinā Petri, qui primus inter Apostolos Romanis fidē prædicauit. Et quia tūc Romani dominabātur in toto Occidente, eorū auxilio & ducatu se sperabat in Hispaniam proficisci. Vnde subdit, Et à vobis deducar illuc. Intēdebat tamen aliquā morā apud eos cōtrahere. Vnde subdit, Si vobis fructus fuero. i. cōsolatus, secundum illud quod suprà 1. dictū est, Simul cōsolari in vobis: & hoc ex parte. s. tēporis, quia per aliquod tēpus intēdebat cū eis cōsolari. Sed cōtra est quod Aug. dicit in li. de doctrina Christiana, q̄ illis solis rebus fructum est quæ nos beatos faciūt. s. patre, filio & spiritu sancto. In cōuenienter ergo dicit, se fructurū esse Romanis. Sed dicendū est q̄ sicut August. dicit ibidē, homine in se non esse fructurū, sed in deo, secundum illud ad Philem. Ira frater ego te fruar in domino, quod est delectari in homine propter deū. Et sic intelligendū est quod dicit, Si fuero fructus vobis. s. in deo. Vel q̄ dicit ex parte, potest referri ad bonos, quibus poterat frui in deo. Nā alia parte. s. malis nō poterat frui, sed magis de eis dolere, sicut dicitur 2. Cor. 8. Ne cū venio humiliet me deus apud vos, & luceā multos ex his qui antè peccauerunt. ¶ Deinde cum dicit, [Nūc igitur proficiscar] assignat rationem quare differere visitationem. Et circa hoc tria facit. Primò ponit causam, dicens, Nunc igitur proficiscar, id est ideo non statim venio ad vos, quia proficiscor Ierusalem ministrare sanctis. ¶ Circa quod sciendum est quod legitur Actuum 4. Illi qui ex Iudæis à principio conuertebantur ad fidem, venditis possessionibus suis, de pretio communiter vivebant, quod cum defecisset, maxime quadā magna fame imminere, vt legitur Act. 11. discipuli, scilicet Christiani ex diuersis partibus mundi prout quisque habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitatibus in Iudæa fratribus, quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli. Ministerium igitur sanctorum hic dicit eleeosynam quam fidelibus Christi attulit in Ierusalem, secundum illud 1. Corinth. vlti. Quos probaueratis, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem, quod si dignum fuerit vt & ego eam, mecū ibūt. Secundò exponit quod dixerat de ministerio sanctorum, dicens, Probauerunt enim, id est approbauerunt Macedonia & Achaia, id est fideles vtriusq; regionis per eum conuersi, collectionem aliquam facere, id est aliquam collectam in pauperes Christi, i. ad vsum pauperum qui sunt de numero sanctorum, secundum illud Eccles. 12. Da iusto, & nō recipias peccatorē. Qui sunt in Ierusalem in paupertate viuentes. 2. Corinth. 9. De ministerio quod fit in sanctos ex abundantia, est mihi scribere vobis. Scio enim prout animus vestrū, pro quo de vobis glorior apud Macedones. Tertio assignat rationes dictorū, quorū prima est beneplacitum. Vnde dicit, Placuit enim illis. 2. Corinth. 9. Vnusquisque prout destinavit in corde suo non ex tristitia aut necessitate. Secūda causa est debitum. Vnde subdit, Et debitores sunt eorum. Suprà 13. Reddite omnibus debita. Rationem autē debiti assignat, dicens, Nam si Gentiles facti sunt participes bonorū spiritua-

De collectis.

lium quæ erant specialiter eorum. i. Iudæorum, s. notitiæ diuinæ & promissionū & gratiæ, secundū illud su-
prà 9. Quorū est adoptio filiorū dei & gloria, &c. Et supra 11. Socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es.
Sunt etiā facti participes spiritualiū eorum per hoc q̄ illi prædicatores eis miserunt, debēt & in carnalibus
ministrare eis, secundū illud Eccle. 1.4. In diuisione fortis da & accipe. Et Psalmista, Sumite palmū. i. spiri-
tualia, & date tympanū. i. temporalia. Et ex hoc sumitur argumētum q̄ debentur sumptus, non solū illis
qui prædicant, sed etiam qui prædicatores mittunt. ¶ Deinde cum dicit, [Hoc igitur cū, &c.] præfigit ter-
minum quō ad eos sit venturus, dicēs, Hoc igitur cū cōsummauerō. s. ministeriū sanctorum & assignaue-
ro eis fructū hunc. i. elemosynā Gentilium, quæ est quidam fructus cōuersionis eorum. Osee 10. Vitis fron-
dosa Israel fructus est ei adæquatus. Proficiat per vos in Hispaniā, sed videtur hic Apostolus falsum dice-
re, Nunquā enim in Hispaniā fuisse legitur. In Ierusalem enim captus fuit, & exinde Romā perlatu-
sus est in vinculis, vt habetur Act. vlti. Vbi est occisus simul cum Petro. Dicunt ergo quidam q̄ sicut dicitur Act. vl.
Cum venisset Romam Paulus, permittit ei ei manere sibi cum custodiēte se milite: & postea dicitur,
quod mansit biennio toto in suo conductu, & in illo spatio dicunt eum in Hispaniam iuisse. Sed quia
hoc certum non est, potest melius dici, quod Apostolus falsum non dixit, quia proponebat se facturū quod
dicebat: & sic verba eius erant intelligenda quasi insinuantia eius propositum, non autem futurum euentū
qui ei erat incertus, vnde non poterat hoc prædicare, nisi fortē sub conditione quā Iacobus dicit apponen-
dam Iac. 4. Pro eo vt dicatis, si dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Et sic etiā Aposto-
lus se excusat. 2. Corinth. 1. de hoc quod ad eos non ierat sicut miserat, dicens, Cū ergo volui nun-
quid leuitate vsus sum, aut quæ cogito, secundum carnē cogito, vt sit apud me est, & nō. Et sic ex hoc quod
ex iusta causa prætermisit facere quod promiserat, se immunē dicit à leuitate, carnalitate & falsitate. Et sic
etiā soluit hoc Gelasius papa, & habetur in decretis 2.2. q. 2. Beatus, inquit, Paulus Apostolus, nō ideo, quod
absit, sefellisse credendū est, aut sibi extirrisse contrarius, quoniam cū ad Hispaniā se promississet iturū dispo-
sitione diuina maiorib⁹ occupatus causis implere nō potuit quod promissit. Quantū enim ipsius volūtat-
is interfuit, hoc pronuntiauit quod re vera voluisset efficere. Quantum verò ad diuini secreta consilij, quæ vt
homo non potuit, licet spiritu dei plenus agnosceret, superna prætermisit dispositione præuentus. Licet e-
nim propheticum spiritum habuerit, tamen prophetis non omnia reuelantur, vt patet 4. Reg. 4. vbi Heli-
sæus dixit, Anima eius in amaritudine est, & dominus celauit à me, & non indicauit mihi. ¶ Deinde cum di-
cit, [Scio autem, &c.] prænuntiat eis fructum suæ visitationis, dicens, Scio autem, scilicet ex fiducia diuinæ
gratiæ, quoniam veniens ad vos in abundantia benedictionis Christi abundantius
suam benedictionem dabit vobis in meo aduentu, de qua dicitur in Psal. Etenim benedictionem dabit le-
gillator, ibunt de virtute in virtutem. Et sic Laban dixit ad Iacob Genes. 3. Experimento didici quod bene-
dixerit mihi deus propter te. ¶ Deinde cum dicit, [Obsecro ergo, &c.] petit ab eis orationis suffragia, &
primò petit eorum orationes, secundò ipse pro eis rogat, ibi [Deus pacis, &c.] Circa primum tria facit. Pri-
mò inducit eos ad orandum pro se ex tribus. Primò quidem ex superna charitate, cum dicit, [Obsecro vos
ergo fratres.] Ad Philem. Propter charitatem autem magis obsecro. Secundò ex reuerētia Christi, cuius ip-
se erat minister dicens, [Per dominum nostrum Iesum Christum.] In quo omnes vnum sumus. vt supra 12.
dictum est. Tertid ex do nō spiritus sancti, quod eius ministerio tradebatur. Vnde subdit, Per charitatē spi-
ritus sancti, quam spiritus sanctus in cordibus nostris diffundit, vt supra 5. dictum est. Secundò petit auxilij
orationis eorum, dicens, Vt adiuuetis me in orationibus vestris ad deum. s. pro me suis. Pro. 18. Frater qui
iuuatur à fratre quasi ciuitas firma. Hoc autem vt glo. dicit, non ideo dicit Apostolus, quia ipse minus me-
reatur quàm alij minores, sed ordinem sequitur. Primò quidē vt ab ecclesia pro rectorē suo fiat oratio, se-
cundum illud 1. Timot. 2. Obsecro igitur primò omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gra-
tiam actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui sunt in sublimitate cōstituti, &c. Se-
cundò quia multi minimi dum congregantur vnanimis, magis merentur. Et ideo impossibile est vt multo-
rum preces non impetrent. Math. 18. Si duo ex vobis conseruerint super terram de omni re quancunq̄
petierint, fiet illis à patre meo qui est in cælis. Tertid vt dum multi orant, multi etiam gratias agant exau-
ditū, secundum illud 2. Cor. 1. Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis vt per multos gratiæ agantur deo.
Tertid ponit ea quæ vult sibi impetrari, quorum primum pertinet ad hostes quos habebat in Iudæa. Vn-
de dicit, Vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, qui præcipuè Paulum impugnabāt & odiebant, quia fi-
dicialiter prædicabat cessionem legalium. Act. 21. Audierunt de te quod discessionem doces à Moyses,
&c. Secundum pertinebat ad eos in quorum ministerio ibat. Et hoc est quod subdit. Et oblatio obsequij
mei, id est ecclesia in qua eis ministro fiat accepta sanctis qui sunt in Ierusalem, scilicet vt ex hac prouocen-
tur ad gratias agendum deo, & ad orandum pro ipsis Gentibus à quibus recipiunt. Eccles. 31. Splēdidum in
panibus benedicent labia multorū. Tertium pertinet ad ipsos quibus scribebat. Vnde subdit, Vt veniā ad
vos in gaudio, & hoc per voluntatem dei, contra quam nihil agere volebat. Suprà 1. Obsecrans si quomo-
do prosperum iter habeam in voluntate dei veniendū ad vos, & refrigerer vobiscum, id est vt ex vestra præ-
sentia refrigerium tribulationum mearum accipiam. ¶ Deinde cum dicit, [Deus autem pacis, &c.] ostendit
quod pro eis orat, dicens, Deus autem dator pacis sit cum omnibus vobis, per hoc, scilicet quod vos ad in-
uicem pacem habeatis. 2. Cor. 1. Id ipsum sapite, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Subdit, A-
men, id est fiat. Psalmista, Et dicit omnis populus, Fiat, fiat.

Ante in Hi-
spaniam iue-
rat Paulus.

Spiritus pro-
pheticum ha-
bit Paulus
non bene cer-
dō sicut se
iuris in Hi-
spaniam.

Tantum hoc
caput fer-
me est salu-
tationum, in
medio tamen
docet casen-
dum ab illis
qui dissen-
siones &



Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Cheneris, vt eam sus-
cipiatis in domino dignè sanctis, & assistatis ei in quocunq̄ negotio vestri indigerit. Etenim ipsa quoque
assistit multis & mihi ipsi. Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima mea
suas ceruices supposuerunt, quibus non solum gratias ago, sed & cuncte ecclesiæ Gentium & domesticam
ecclesiæ eorum. Salutate Ephenetum dilectum mihi, qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ in Christo Iesu. Sa-
lutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Salutate Andronicum & Iuliam, cognatos & concap-
tios meos qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo Iesu. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in

domino. Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachin dilectum meum. Salutate Appellen probum in mala dogma-
Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Hierodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Nar-
cissi domo, qui sunt in domino. Salutate Triphenam & Tripofam, quæ laborant in domino. Salutate Persidem charissi-
mam quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino & matrem eius & meam. Salutate Asine
retum & Phelegontem, Hermen, Patrobam Hermam, & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologum & Iuliam Neruum &
sororem eius, & Olimpiadem, & omnes qui cū eis sunt sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutate vos omnes ecclesiæ
Christi.

Postquam Apostolus propofuit fidelibus Romanis quibus scribebat quædam familiaria pertinentia ad
suam personā, hic ponit quædam familiaria pertinentia ad alios. Et circa hoc tria facit. Primò monet quid
ad alios debeant facere. Secundò ostendit quid alij ad eos agant, ibi, [Salutate vos, &c.] Tertid epistolā finit
in gratiarum actione, ibi, [Ei autē qui potens, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quos debeāt sa-
lutare. Secundò ostendit quos debeant vitare, ibi, [Rogo autē vos fratres.] Circa primum mādāt quædam
personas salutari in speciali. Secundò ponit in generali modū salutationis, ibi, [Salutate inuicē, &c.] Tertid
salutat eos in cōmuni ex parte fidelium, ibi, [Salutate vos, &c.] Circa primum loquitur de quadā muliere Co-
rinthia quæ Romā ibat, quæ eis recōmendat describens eam primò ex nomine, dicens, Cōmendo autem vo-
bis Phœben quæ licet esset deo deuota, non tamen erat tantæ authoritatis vt cōmendatitiis literis nō ege-
ret, sicut ipse de se dicit 2. Cor. 3. Aut nunquid egemus sicut quidā cōmendatitiis literis. Secundò describit
eam ex fidei religione, dicēs, Sororē nostrā. Omnes enim mulieres fideles, sorores vocātur, sicut & omnes
viri fratres. Mat. 23. Omnes vos fratres estis. Tertid ex officio pietatis cū dicit, Quæ est in ministerio ec-
clesiæ quæ est Chætris portu Corinthiorū vbi aliqui Christiani erāt cōgregati, quibus dicta mulier seruit
bat, sicut & de ipso Christo Luc. 8. dicitur quod quadā mulieres ministrabant ei de facultatibus suis. Et de
vidua eligenda dicitur 1. Tim. 5. Si hospitio recepit, si pedes sanctorū lauit. ¶ Deinde dicit duo in quibus
vult eam cōmendatam haberi, quorum primū est vt honestè recipiantur. Et hoc est q̄ dicit, [Vt suscipiatis
eam in domino.] Id est propter amorē dei. Dignè sanctis. i. secundum q̄ dignum est recipi sanctos, secundū
illud Mat. 10. Qui recipit iustū in nomine iusti, mercedem iusti recipiet. Quidā libri habēt dignè satis. i. cō-
uenienter, tamen litera nō concordat cum Græco. Secundū est, vt eam sollicitè adiuuent. Vnde subdit. Vt as-
sistatis ei. s. consilium & auxiliū ferēdo in quocunq̄ negotio vestri indigerit. Habebat enim fortē aliquid
expedire in curia Cæsaris. ¶ Sed cōtra hoc videtur esse quod dicitur 1. Thess. 4. Vestrū negotiū agaris. qua-
si dicat, Non intromitatis vos de negotiis alienis. ¶ Sed dicendum est q̄ assistere negotiis alienis cōtingit
dupliciter. Vno modo seculariter. i. propter fauorē hominum vel lucra, & hoc nō conuenit seruis dei. 2. Ti-
mo. 2. Nemo militas deo implicat se negotiis secularibus. Alio modo assistit aliquis negotiis alienis ex pie-
tate, putā in auxiliū indigentū & miserorū, & hoc est religiosum, secundū illud Iac. 1. Religio mūda & im-
maculata apud deum & patrē hæc est: visitare pupillos & viduas in tribulatione eorū. Et hoc modo Apo-
stolus hic loquitur. Vltimò autē ostēdit Apostolus meritū eius quare hoc sibi debeatur, dicēs. Et enim ipsa
quorū multis assistit & mihi ipsi. Esa. 3. Dicite iusto quoniam bene retributio enim manuū eius fiet ei. Mat. 5.
Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā consequentur. ¶ Deinde mādāt salutari quæsdā alias personas
sibi cōiunctas, dicens, [Salutate Priscam & Aquilam.] qui erat vir Priscæ, sed mulierē præponit fortē ppter
maiorē fidei deuotionē. Adiutores meos in Christo Iesu. i. in fide Christi prædicanda. Apud enim eos Co-
rinthi hospitabatur, vt habetur Act. 18. Qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt. i. seipso mortis peri-
culo exposuerunt pro vita mea cōseruāda, quod est indicij maximæ charitatis. Io. 15. Maiorē hac dilectionē
nemo habet vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Hoc autē videretur factum fuisse Corinthi vbi Pau-
lus persecutionē est passus sicut habetur Act. 18. ¶ Vel fortē melius dicendū est q̄ alij se periculo pro Apo-
stolo exposuerunt. Nam illud quod legitur Act. 18. Factū fuit quando Priscæ & Aquilæ de Roma recedētes
Corinthum venerūt, vt ibidem dicitur. Sed hoc scribebat Apostolus quādo adhuc assistebat eos esse Ro-
mæ: vita autē Apostoli non tam sibi q̄ aliis necessaria erat, secundū illud Phil. 1. Permanere autē in carne ne-
cessarium propter vos. Et ideo subdit, Quibus nō solum ego gratias ago, sed & cūctæ ecclesiæ Gentiū: quā-
rū sum Apostolus & doctor. 1. Timi. 2. Doctor Gentiū in fide & veritate. Et etiā salutare domesticā eorū
ecclesiam. Habebāt enim in domo sua multos fideles congregatos. ¶ Deinde vult aliū salutari sibi dilectio-
ne coniunctū, dicens, [Salutate Ephenetum dilectū mihi qui est primitiuus Asiæ in Christo.] Primitiuus enim
in tota Asia fuit ad fidē Christi cōuersus quod erat ei ad magnā dignitatē. Hæb. 12. Accessistis ad ecclesiam
primitiuorum qui cōscripti sunt in cælis. Tunc autē erat Romæ. ¶ Deinde dicit, [Salutate Mariā quæ multū
laborauit in vobis.] Id hoc vt eos ad concordiam reuocaret, quæ cū hoc facere nō posset, significauit Apo-
stolo. Sap. 3. Bonorum laborū gloriofus est fructus. ¶ Deinde dicit, [Salutate Andronicum & Iuliam.] quos
primò describit ex genere, cū dicit, [Cognatos meos.] In quo ostendit eos fuisse Iudæos, de quibus supra 9.
Qui sunt cognati mei secundū carnem. Secundò ex passione pro Christo suscepta, dicens, [Et concap-
tios meos.] Fuerāt enim aliquādo cum Apostolo Christi incarcerati. 2. Cor. 11. In carceribus abundantius terri-
d ex autoritate cū dicit, [Qui sunt nobiles in Apostolis.] i. nobiles inter prædicatores, secundū illud Prou.
vlt. Nobiles in portis vir eius. Quartò ex tēpore cū dicit, [Et ante me fuerūt in Christo Iesu.] Prius em̄ fue-
runt cōuersi q̄ ipse Apostolus: & ex hoc eis maior reuerentia debebatur. 1. Tim. 5. Seniores ne increpau-
ris sed obsecra vt patrem. ¶ Deinde dicit, [Salutate Ampliatum dilectū meū in domino.] s. dilectione cha-
ritatis quæ est in Christo. Phil. 1. Testis mihi est deus quomodo cupiā omnes vos esse in visceribus Christi.
¶ Deinde dicit, [Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo.] s. in prædicatione fidei. Prouer. 18. Fra-
ter qui adiuuatur à fratre, &c. [Et Stachin dilectum meum] quos coniungit quia fortē simul habitabāt vel
aliqua alia necessitudine erant coniuncti. ¶ Deinde dicit, [Salutate Appellen probum in Christo.] i. appro-
batum in Christo fortē per aliquas tribulationes. Job 23. Probauit me quasi aurum q̄ per ignem transiit.
¶ Deinde cū dicit, [Salutate omnes qui sunt ex domo.] i. ex familia Aristoboli in cuius domo multi fideles
erant congregati quem nō salutat: quia fortē ex aliqua causa erat absens. ¶ Deinde dicit, [Salutate Hero-

mala dogma-
ta semināt cō-
tra doctrinā
Apostolicam
quos dicit ser-
uare suo vtri-
usq̄ dicit eos
decipere corda
inocentium per
suos dulces ser-
mones & ideo
ab eis cauendū
instruit ne se-
ne scilicet obedi-
tia itā vbi que
predicant ma-
ciliā apponant
& hanc gra-
tias agit deo
interueniendo
dū tacitū enā
gelij nunc re-
uelatum est.

dionem cognatum meum] qui ex hoc ipso dicitur fuisse Iudaeus. ¶ Deinde dicit, [Salutate omnes qui sunt ex domo Narcisci.] qui dicitur fuisse presbiter & peregrinabatur p̄ deserta loca ut fideles Christi confortaret. Vnde quia tunc cum absentem nouerat esse Apostolus nō mandat eum saluari, sed familiā eius. Erant tamē in eius familia aliqui infideles, & idē ad discretionē subdit. Qui sunt in domino, quia solos fideles saluari mandat. 2. Io. 1. Si quis uenit ad vos & hanc doctrinā non affert, nolite recipere eum in domū, nec aue dixeritis ei. ¶ Deinde dicit, [Salutate Thiphenam & Triphosam quae laborauerūt in domino]. i. in ministerio sanctorum, quod dominus sibi reputat fieri, secundū illud Mat. 23. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. ¶ Deinde dicit, [Salutate Persidā charissimā meam] quā. s. Apostolus propter eius deuotionē specialiter diligebat. Vnde subdit [Quae multum laborauit in domino]. s. exhortando alios & ministrando sanctis, & etiā in paupertate & aliis spiritualib⁹ laboribus. 2. Cor. 11. In laboribus, in ieiunijs, in vigilijs, &c. ¶ Deinde dicit [Salutate Rufum electum in domino]. i. in gratia Christi Ephe. 1. Elegit nos in ipso antē mundi cōstitutionem. Et matrem eius. s. carne, & meā quia fuit eius mater beneficio. Aliquādo enim seruierat Apostolo, licet tunc Romę non esset. 1. Tim. 5. Anus ut matres, iuenculas ut sorores in omni castitate. ¶ Deinde dicit [Salutate Aferetum, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis sunt fratres] quos simul salutat: quia simul concorditer habitabant. Psalm. Qui habitare facit vnius moris in domo. ¶ Deinde dicit [Salutate Philologum & Iuliam Mereum & fororē eius Olimpiadē & omnes qui cū eis sunt sanctos] id est, in fide Christi sanctificatos. 1. Cor. 1. Abluti estis & sanctificati estis. ¶ Deinde ostendit modum quo se generaliter salutēt, dicens, Salutate inuicē in osculo sancto, quod dicitur ad differentiā osculi libidinosi, de quo dicitur Prouer. 7. Apprehensum deosculari iuuenem. Et etiā dolosi de quo dicitur Prouer. 27. Meliora sunt vulnera diligentis q̄ fraudulenta oscula inimici. Osculum autē sanctū est quod in signū sanctę trinitatis datur. Cañ. 1. Osculetur me osculo oris sui. Exinde autē mos in ecclesia inoleuit ut fideles inter misarum solemniam inuicem dent oscula pacis. ¶ Deinde salutat eos ex parte aliarum ecclesiarū, dicens, Salutant vos omnes ecclesie Christi. i. in nomine & fide Christi congregatę, quia omnes vestrā salutem optāt & pro vobis orant. Iaco. vlt. Orate pro inuicem, ut saluemini.

Lectio 2.

Docet fugiendos falsos predicatores declarando eorū conditionem, honorū laudando obedientiam & de illa gaudet eos mouet, pro eis orat, gratias deo agit, salutaciones cōtinuat, de euangelio loquitur quod dictum est.

Rogo autem vos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones, & offendicula præter doctrinā quā vos didicistis faciunt, & declinat ab illis. Huiusmodi enim Christo domino non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestrā enim obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem patris conseruat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Salutatio vobis in domino. Salutatio Caius hospes meus, & vniuersa ecclesia. Salutatio vos Erastus, Archarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen. Et aut qui potens est vos confirmare iuxta euāgelium meū & prædicationem Iesu Christi secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, quod nunc patet factum est per scripturas prophetarū secundū præceptum æterni dei ad obedientiam fidei, in cunctis gentibus cogniti soli sapienti deo per Iesum Christum, cui honor & gloria in secula seculorum, Amen.

¶ Postq̄ Apostolus mandauit quos salutarent, hinc ostendit eis quos debeant vitare. Et circa hoc tria facit. Primò docet quos debeant vitare. Secundò rationē assignat, ibi, [Huiusmodi enim, &c.] Tertio promittit eis diuinum auxiliū ad hoc implendum, ibi, [Deus autē pacis, &c.] Et quia illi quos vitari volebat fraudulenter incedebant decipientes sub specie pietatis, secundū illud Mat. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Ideo primò inducit eos ad cautelam habendā, dicens, Rogo autem vos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinā quā vos didicistis, faciunt. Vbi primò cōsiderandum est q̄ obseruare, nihil aliud est q̄ diligenter considerare, quod quidem quandoq; in bono sumitur, quandoq; in malo. In malo quidē sumitur, quando aliqui diligenter considerat conditionē & processum alicuius ad nocendū, secundū illud Psalm. Obseruabit peccator iustum, & stridit super eū dentibus suis. Et Luc. 14. dicitur, Et ipsi obseruabant eū, in bono autem accipitur. Vno modo quando quis considerat præcepta dei ad faciendum. Exo. 23. Obserua igitur & audi vocem eius. Alio modo quādo diligenter considerat bonos ad imitandum, secundū illud Phil. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formā nostram. Tertio obseruantur mali ad cauendū, & ita accipitur hinc. Erant enim quidā ad fidem conuersi qui prædicabant legalia esse obseruanda, & ex hoc primò quidem in ecclesia sequebatur dissensiones, sectas, &c. Secundò sequebatur offendicula & scandala, de quibus supra 14. actū est dum quidā alios iudicarent, & alii alios spernerēt quid dissensiones & offendicula faciūt. Esa. 57. Aufferite offendicula de medio populi mei. Dicit autē præter doctrinā quā vos didicistis à veris Christi Apostolis, ut ostēdat q̄ huiusmodi dissensiones & scandala ex falsitate doctrinæ proueniebāt. Gala. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Secundò monet vt cogniti vitentur, dicens, Et declinat ab illis. i. eorum doctrinam & confortia fugiatis. Psalm. Declinate à me maligni & scrutabor mandata dei mei. ¶ Deinde cum dicit, [Huiusmodi enim, &c.] assignat eius q̄ dixerat duas rationes, quarum prima sumitur ex parte eorum quos vult vitari. Et primò describit eorum intentionē, dicens, Huiusmodi enim homines non seruiunt Christo domino, sed suo vētri. Non enim prædicabant propter gloriam Christi, sed propter quæstum vt suū ventrem implerēt. Phil. 3. Multi ambulant quos sæpe dicebā vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi, quorum deus vēter est. Secundò describit eorū deceptionem, dicens, Et per dulces sermones seducit corda innocentium. i. simplicium & imperitorū. Prouer. 14. Innocēs credit omni verbo, per dulces sermones in quibus sanctitatem prætentunt, secundū illud Psalm. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordib⁹ eorū. Et benedictiones quibus. s. benedicunt & adulantur illis qui eos sequuntur. Esa. 3. Populē meus qui beatū te dicunt, ipsi te decipiunt. Mala. 2. Maledicam benedictionibus vestris. Secundam rationē assignat ex conditione Romanorum qui faciles se exhibebant ad sequendū bonū & malū. Vnde primò cōmendat eos de facilitate ad bonū, dicens, Vestrā enim obedientia qua de facili ob-

distis, in omni loco diuulgata est propter dominū quod tūc Romani obtinebāt super alias nationes. Vnde quod à Romanis fiebat de facili diuulgabatur ad alios. supra 1. Fides vestra in vniuerso mundo annuntiat. Gaudeo igitur in vobis, quia. s. fidei obedistis, & hoc in charitate, de qua dicitur 1. Cor. 13. Quod non gaudet super iniquitate, congaudet autē veritati. Secundò reddit eos cautos cōtrā malum, dicens, Sed volo vos esse sapientes in bono, vt. s. ei quod bonū est inhaereatis. 1. Thess. vlt. Quod bonū est tenete. Et simplices in malo, ne. s. per aliquam simplicitatē declinetis ad malum. Vt talis sit vobis simplicitas, q̄ nullum decipiat in malū. Mat. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colūbæ. Econuerso, de quibusdam dicitur Hic. 4. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nesciūt. ¶ Deinde cum dicit, [Deus autem pacis, &c.] promittit eis diuinū auxiliū cōtrā huiusmodi deceptores. Et primò ponitur promissio cum dicit, [Deus autē pacis]. s. actor qui dissensiones odit quas isti faciūt. Conteret Satanā. i. diabolum qui per istos pseudo Apostolos vos decipere conatur sub pedibus vestris, quia. s. per vestrā sapientiam eū vincetis. Et hoc fiet velociter. s. in aduentu meo. Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones & omnē virtutem inimici. Mal. vlt. Calcabitis impios cū fuerint sicut cinis sub planta pedum vestrorū. Secundò ponitur oratio ad hoc obtinendū cum dicit, Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum, quae. s. sufficit ad vos tuendos. 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. ¶ Deinde cum dicit, [Salutat vos, &c.] salutatio eos ex parte aliorum, dicens, Salutatio vos Timotheus adiutor meus. s. in prædicatione euangelij. 1. Cor. 4. Misi ad vos Timothæum qui est filius meus charissimus & fidelis, &c. Addit autem & Lucius Iafon & Sospater & cognati mei qui Iudaei erant. s. vos salutant. Erat autē quidam notarius Pauli nomine Tertius cui Paulus concessit vt ex sua persona Romanos salutaret. Vnde subditur. Ego Tertius qui scripsi hanc epistolam, saluto vos in domino. ¶ Deinde dicit, [Salutat vos Caius hospes] cui scribitur Ioannis tertia canonica, in qua cōmendatur de charitate quā exhibebat sanctis. Et vniuersa ecclesia. s. quae erat in domo eius congregata, vel quae erat in illa provincia. ¶ Deinde dicit [Salutat vos Erastus Archarius ciuitatis, qui. s. custodiebat archam cōmunem. i. cōmunes reditus ciuitatis, & quidam frater. i. fidelis, nomine Quartus. ¶ Deinde salutatio eos ex parte sua, dicens, Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen. Et finit epistolam cum gratiarū actione dicens, Ei, autem. s. deo qui est trinitas qui potens est vos cōfirmare. 1. Petr. vlt. Modicum passos ipse perficiet, cōfirmabit solidabitq;. Et hoc in fide quae est iuxta euāgelium. i. secundū euāgelium quod ego prædico. 1. Cor. 15. Siue ego siue illi sic prædicamus & sic credidistis. Et etiā secundum prædicationē Iesu Christi qui primo euāgelium prædicauit, secundū illud Hæb. 2. Quae cū initium accepisset enarrari per dominum. Vnde Mat. 4. dicitur, quod circuibat Iesus prædicans euāgelium regni. Subdit autē in reuelatione mysterij. i. secreti, quod quidē potest referri ad id quod dixerat iuxta euāgelium meum. Vel quia in ipso euāgelio reuelatur secretum incarnationis diuinæ, secundū illud supra 1. In fide dei reuelatur in eo. Vel quia ipsi Apostolo est euāgelium reuelatum. 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit deus per spiritū suum. De hoc autem secreto dicitur Esa. 24. Secretū meum mihi. Vel potest melius hoc referri ad hoc quod dixerat. Confirmare, quasi dicit, Deus potest vos cōfirmare in euāgelio meo & prædicatione. & hoc secundū reuelationē mysterij. i. secreti. s. de cōuersione Gentium, sicut habetur Ephe. 3. Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus illuminare quæ sit dispensatio sacramenti, &c. Vnde & ipse subdit, Temporibus æternis, quia videlicet occultū erat apud homines q̄ Gentes essent cōuertendæ ad fidem. Vocat autē hæc tēpora æterna quasi diu durantia, quia à principio mundi hoc fuit occultum, sicut & in Psalm. dicitur, illuminans tu mirabiliter à mōtibus æternis. Et potest dici q̄ tēpora æterna dicuntur ipsa æternitas de qua dicitur Esa. 57. Excelsus & sublimis habitans æternitatē, vt sicut simplex dei essentia per quandam similitudinē dimensionibus corporalibus describitur, secundū illud Job 11. Longior terra mēsurā eius & latior mari, ita & simplex eius æternitas per tēpora designatur inquantū omnia tēpora continet. ¶ Subdit autem q̄. s. mysterium nunc patefactum est de cōuersione Gentium per scripturas prophetarū. i. secundum quod prophetae prædixerunt, vt patuit supra 15. Vnde ad Ephe. 3. dicitur, Aliis generationibus nō est agnitus filius hominū, sicut nūc manifestū est sanctis Apostolis eius & prophetis in spiritu esse Gentes coheredes, &c. Est autē patefactum per operis implementationē ex præcepto dei. Vnde secundum præceptū æterni dei, qui. s. æterno proposito ea quæ vult tēporaliter facit, quod quidem præceptum dei ad obedientiam fidei est in cunctis Gentibus. i. vt omnes Gentes obediant fidei. supra 1. Ad obedientiam fidei in omnibus Gentibus. Si autē loquamur de mysterio incarnationis, sic construenda est litera. Mysterij in quā temporibus æternis taciti, quia antea nō erat ita manifestum. Quod in quā mysterium nūc patefactū est per scripturas prophetarū qui hoc prædixerunt secundum præceptū æterni dei qui voluit mysterium incarnationis patefieri, & hoc ad obedientiam fidei in cunctis Gentibus. Mysterij inquam licet taciti apud homines, tamen cogniti soli deo sapienti, quia ipse solus hoc cognouit & quibus hoc voluit reuelare quia vt dicitur 1. Cor. 2. Quæ sunt dei, nemo nouit nisi spiritus dei. Vel potest intelligi de eo qui solus est sapiens. s. per essentia, sicut dicitur Mat. 19. & Mar. 10. Nemo bonus, nisi solus deus. Nec excluditur per hoc filius, quia eadē est perfectio totius trinitatis sicut econuerso dicitur, nemo nouit patrem nisi filius. Mat. 11. Non excluditur pater à notitia filij sui. ¶ Subdit autē. [Per Iesum Christum.] Quod non sic est intelligendum, q̄ deus pater sit sapiens per Iesum Christum: quia cum deo sit idem sapere quod est esse, sequeretur q̄ pater esset per filium, quod est incōueniens, sed hoc referendū est ad hoc quod supra dixerat, Nunc patefactum est. s. per Iesum Christū, cui Iesu Christo est honor & gloria per reuerentiā totius creaturæ, secundū illud Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur. Et gloria. i. quantū ad plenā diuinitatē, sicut ibi subditur, Et oīs lingua cōfiteatur quia dñs Iesus Christ⁹ in gloria est dei patris. Et hoc nō ad tēpus, sed in secula seculorū. Hæb. vlt. Iesus Christ⁹ heri & hodie ipse in secula. ¶ Addit autē ad confirmationem veritatis. Amen. Vel potest sic cōstrui. Cogniti soli sapienti deo, qui per Iesum Christū est gloria q̄ deū glorificauit, secundū illud Io. 17. Ego clarificauit te sup terrā. Est autē aduertendū q̄ hæc cōstructio est defectiua & est sic supplēda. Ei qui po. &c. Sit honor & gloria per Iesum Christū cui est honor & gloria. Si autē nō sit ibi ly, cui, erit cōstructio plana. Explicit epistola ad Romanos secundum expositionem angelici doctoris sancti Thomæ de Aquino ordinis prædicatorum.

Incipit expositio eiusdem super PRIMAM EPISTOLAM SANCTI PAULI APOSTOLI ad Corinthios.

Totum hunc epistolam dicitur esse materiam in quatuor primis capitulis tractatam... Paulus monitus a Christo venit Corinthum...

Non abscondam a vobis sacramenta dei, &c. Sapient. 6, Sacramenti nomen dupliciter accipi consuevit. Nam quandoq; sacramentum dicitur quodcumq; secretum & praeipue de rebus sacris...

Paulus vocatus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei & sothenes frater ecclesiae dei quae est Corinthi... Diuiditur ergo haec epistola in partes duas. In prima parte ponit epistolae salutationem...

diocesi ciuitatis vel districtu. Vnde subdit, Vobis inquam qui estis Corinthi scribo, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi... diocesi ciuitatis vel districtu. Vnde subdit, Vobis inquam qui estis Corinthi scribo, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi...

Nihil deest ecclesiae dei in gratiis gratis datis.

ueniatur, frustra illam reuelatione expectaret. Tertio rationem suae promissionis assignat, dicens, quod deus vos confirmabit, quod debetis sperare quia deus est fidelis. Deut. 32. Deus fidelis & absque ulla iniquitate. Per quem vocati estis in societatem filii eius Iesu Christi domini nostri, ut scilicet habeatis societatem ad Christum, & in praesenti per similitudinem gratiae, secundum illud 1. Ioan. 1. Si in luce ambulamus, sicut & ipse in luce est, societatem habemus cum eo ad inuicem. Et in futuro per participationem gloriae. Roma. 8. Si copartimur ut & simul glorificemur. Non autem videretur esse fidelis deus, si nos vocaret ad societatem filii, & nobis denegaret quantum in ipso est ea per quam peruenire ad eum possemus. Vnde Iosuei. dicit, Non te deferam neque deo relinquam.

Lectio 2.

Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Significatum est enim de vobis fratres mei ab his qui sunt Cloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico quod unusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollos, ego vero Cephas, Ego autem Christi. Diuisus est Christus. Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago deo meo quod neminem vestrum baptizauit nisi Crispum & Caium, ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Baptizati autem estis Stephano domum, caeterum nescio si quem alium vestrum baptizauerim, & non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.

Monet ad eum conuerti, prohibet discordiam, quae oriebatur scilicet ex ministerio diuersitate, & elegit sermone quo pseudo apostoli simplices discipulabant, & de baptizati sunt hic dicit, In sacramentis tria complenda sunt.

Præmissa salutatione, & gratiarum actione, hic incipit eos instruere. Et primo ponitur instructio de his quae ad omnes communiter pertinent. scilicet de his quae pertinent ad ecclesiastica sacramenta. Secundum instruit eos de his quae ad quosdam pertinebant. 16. cap. [De collectis autem quae sunt in sanctos, &c.] In sacramentis autem tria sunt consideranda. Primum quidem ipsum sacramentum sicut baptismus, secundum id quod est res significata, & non contenta. scilicet gloria resurrectionis. Primum ergo agit de ipsis sacramentis. Secundum de ipsis gratiis. 12. c. [De spiritualibus autem nolo vos, &c.] Tertium de gloria resurrectionis, infra 17. Notum autem vobis facio. Circa primum tria facit. Primum determinat ea quae pertinent ad sacramentum baptismi. Secundum ea quae pertinent ad sacramentum matrimonii. 5. cap. ibi [Omnino auditur inter vos, &c.] Tertium ea quae pertinent ad sacramentum eucharistiae. 8. ca. ibi, [De his autem quae idolis sacrificantur.] Dominus autem Mat. vlt. discipulis praeceptum dedit de doctrina simul, & baptismi, dicens, Euntes docete omnes gentes baptizantes. &c. Et ideo Apostolus in prima parte simul cum baptismi agit de doctrina. Est autem sciendum quod inter Corinthios fides erat quaedam dissensio propter baptismi, & doctores. Illi enim qui erant instructi contenebant alios quasi qui meliorem doctrinam acceperint, & meliorem baptismum. Vnde circa primum duo facit. Primum remouet contentiones. Secundum contentiones causas quae erant in hoc quod glorificabatur de quibusdam & alios Christi ministros contenebant, infra 3. cap. [Et ego fratres non potui vobis loqui.] Circa primum tria facit. Primum proponit admonitionem. Secundum admonitionis necessitatem ostendit, ibi, [Significatum est enim mihi, &c.] Tertium rationem admonitionis assignat, ibi, [Diuisus est Christus, &c.] Circa primum duo consideranda sunt. Primum quidem eos inducit ad admonitionem seruandam, Vno modo per propria humilitatem, cum dicit, Obsecro autem vos, &c. Prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Alio modo per fraternam charitatem, cum dicit, Fratres, quia scilicet ex affectu fraternae charitatis hoc dicebat. Eccl. 12. Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Tertium per reuerentiam Christi, cum dicit, Per nomen domini nostri Iesu Christi, quod est ab omnibus honorandum & cui oportet omnes esse subiectos. Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flexatur. Secundum considerandum est quod inducit eos ad tria. Primum quidem ad concordiam, cum dicit, [Ut id ipsum dicatis omnes.] id est omnes eandem fidem cõfiteamini & eandem sententiam proferatis de his quae sunt communiter agenda. Rom. 15. Ut vnanimis vno ore honorificetis deum. Secundum prohibet vitium contrarium virtuti cum dicit, [Et non sint in vobis scismata.] quia vnitas ecclesiastica diuidi non debet, in cuius signum milites de tunica inconfutilli. Ioan. 19. dixerunt, Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cuius sit. Sunt autem proprie scismata quado vel propter diuersam fidei confessionem, vel propter diuersas sententias de agendis, homines vnus collegii in diuersas separatur partes. Esa. 22. Scissuras ciuitatis David videbitis, quia multiplicatae sunt. Tertium inducit eos ad id per quod possunt scismata vitare. scilicet perfectionem. Est enim diuisionis causa dum vnusquisque partiale bonum quaerit praetermissio perfectionis bono quod est bonum totius. Et ideo dicit, [Sitis autem perfecti in eodem sensu.] scilicet quo iudicatur de agendis, & in eadem scientia qua iudicatur de cognoscendis, quasi dicat, per haec perfecti esse poteritis si in vnitate persistatis. Col. 3. Super omnia charitatem habete quod est vinculum perfectionis. Mat. 5. Estote perfecti sicut pater vester caelestis perfectus est. Deinde cum dicit, [Significatum est mihi.] ostendit necessitatem praedictae admonitionis, quia scilicet contentiones vitio laborabat, quasi dicat, ideo necesse est vos ad hoc inducere quia significatum est mihi fratres mei ab his qui sunt Cloes. i. in quadam villa Corinthiorum iurisdictioni subiecta: vel Cloes potest esse nomen matronae in cuius domo erat multi fideles congregati, quia contentiones sunt inter vos, contra id quod dicitur Prou. 20. Honor est homini qui separat se a contentione: & modum contentions exponit, subdens, Hoc autem dico. i. contentionem nomino quod vnusquisque vestrum nominat se ab eo a quo est baptizatus & instructus, & dicit, Ego quidem sum Pauli, quia erat a Paulo baptizatus & instructus. Alius, ego autem Apollos qui. scilicet Corinthiis praedicaerat, ut habetur Act. 19. Alius, ego vero Cephas. i. Petri cui dictum est Ioan. 1. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Quod quidem ideo dicebant quod putabant a meliori baptista meliorem baptismum dari, quasi virtus baptista in baptizatis operaretur. Et de hoc pseudo Apostoli gloriebatur, secundum illud Psal. Vocauerunt nomina sua in terris suis, Alius autem dicit, Ego autem sum Christi qui solus benedixit, quia solius Christi virtus operatur in baptismi. Ioan. 1. Super quem videris spiritum descendere & manere, ipse est qui baptizat. Et ideo baptizati a solo Christo denominantur Christiani, non autem a Paulo Paulini. Esa. 4. Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos. Ad huius autem erroris vitationem dicitur Graeci hac forma in baptizando vti, baptizatur seruus Christi Nicolaus in nomine patris & filii & spiritus sancti, ut detur intelligi quod homo non baptizatur interius, sed baptizatur a Christo. Quia tamen etiam homo baptizatur ministerio, ut membrum & minister Christi, ideo ecclesia vtiur hac forma in baptizando. Ego te baptizo, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti.

Ratio diuersi modi baptizandi Graecorum & Latinorum.

Et, quod quidem est expressius secundum formam a Christo tradita, qui dicit discipulis, Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filii & spiritus sancti, &c. Vbi ipsos Apostolos dicit baptizantes secundum quem modum sacramenti minister dicit, ego te baptizo. Deinde cum dicit, [Diuisus est Christus, &c.] ponit rationem praedictae admonitionis quare inter eos scissurae & contentiones esse non debebant, & primo ex parte baptismi. Secundum ex parte doctrinae, ibi, [Non in sapientia verbi, &c.] Circa primum tria facit. Primum ponit inconueniens quod ex praedicta contentione sequitur. Secundum manifestat quare illud inconueniens sequatur, ibi, [Nunquid Paulus crucifixus est, &c.] Tertium excludit quandam falsam suspicionem, ibi, [Gratias ago deo meo, &c.] Dicit ergo primo, dixi quod vnusquisque vestrum dicit, ego sum Pauli, ego Apollos. Et ex hoc sequitur quod Christus est diuisus. Nec refert vtrum interrogatiue vel remissiue legatur. Hoc autem potest intelligi vno modo quasi diceret per hoc quod inter vos contentitur, Christus est diuisus a vobis, qui non nisi in pace habitat, secundum illud Psal. In pace factus est locus eius. Esa. 59. Iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & deum vestrum. Sed melius aliter hoc potest intelligi, ut sit sensus per hoc quod creditis baptismum esse meliorem, qui a meliori baptista datur, sequitur quod Christus qui principaliter & interius baptizat, sit diuisus. i. differens in sua virtute & effectu, secundum differentiam ministrorum: quod pater esse falsum per id quod dicitur Eph. 4. Vnus dominus, vna fides, vnum baptismum. Sed adhuc melius hoc intelligitur quod Apostolus dicit ex hoc quod ea quae sunt propria Christi alii attribuit, quodammodo Christum diuidit plures Christos facientes contra id quod dicitur Mat. 23. Magister vester vnus est Christus. Esa. 45. Couertimini ad me, & salui eritis omnes fines terrae, quia ego dominus & non est alius. Est autem sciendum quod Christus in sacramento baptismi, duplicem habet virtutem sibi propriam. Vnam quidem diuinam qua simul cum patre & spiritu sancto, interius mundatur a peccato, & hoc nulli creaturae potuit communicari. Alia autem est propria virtus secundum humanam naturam quae est potestas excellentiae in sacramentis & consistit in quatuor. Quorum vnus est quod ipse sacramenta instituit. Secundum est quod potuit effectum sacramentorum sine sacramento conferre. Tertium est quod meritum passionis eius operatur in baptismi & alijs sacramentis. Quartum est quod ad inuocationem nominis eius sacramenta conferuntur. Hanc autem potestatem excellentiam, & maxime quantum ad vltimum conferre potuit ministris baptismi. ut scilicet eorum nominibus conferretur baptismus, sed noluit, ne scisma ex hoc in ecclesia fieret dum tot reputarentur baptismi quot essent baptista. Et hoc est quod secundum expositionem Aug. Io. bapt. de Christo necesse fatetur. Ioan. 3. Vtrum scilicet hac potestate sibi retineret. Deinde cum dicit, [Nunquid Paulus, &c.] Ostendit praedictum inconueniens sequi ex eorum errore quod diuersum baptismum esse estimabant secundum differentiam baptistarum, hoc enim esset si a baptista baptismus efficaciam haberet, quod quidem solius est Christi. Hoc autem ostendit dupliciter. Primum quidem ex parte passionis Christi in cuius virtute baptismus operatur, secundum illud Ro. 6. Qui baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo dicit, Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? quasi dicat, Nunquid passio Pauli causa est nostrae salutis, ut secundum ipsum baptismum habeat virtutem saluandi, quasi dicat, non. Hoc enim proprium est Christo ut sua passione & morte nostrae salutem operatus fuerit. Io. 11. Expedit ut vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. 2. Corinth. 5. Vnus pro omnibus mortuus est. Sed contra videtur esse quod Apostolus dicit. Col. 1. Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quae defuncti passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Sed dicendum quod passio Christi fuit nobis salutifera non solum per modum exempli secundum illud. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius, sed etiam per modum meriti, & per modum efficaciam, in quantum eius sanguine redempti & iustificati sumus, secundum illud Hebr. vlt. ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est, sed passio aliorum nobis est salutifera solum per modum exempli, secundum illud. 2. Corinth. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Secundum ostendit idem ex virtute nominis Christi, qui in baptismi inuocatur. Vnde subdit, Aut in nomine Pauli baptizati estis, quod non. Vt enim dicitur Act. 4. Non est aliud nomen datum hominibus, per quod oporteat nos saluos fieri. Vnde & Esa. 26. dicitur, Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animarum, sed videtur quod in nomine Christi homines non baptizentur. Dicit enim Mat. vlti. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii, & spiritus sancti. Dicendum est autem quod in primitiua ecclesia, quia nomen Christi multum erat odiosum, ut venerabile redderetur: Apostoli in nomine Christi baptizabant ex speciali ordinatione spiritus sancti. Vnde dicitur Act. 8. quod in nomine Christi baptizati sunt viri & mulieres. Et tamen ut Ambrosius dicit. In nomine Christi tota trinitas intelligitur. Christus enim interpretatur vnctus, in quo intelligitur non solum ille qui vngitur, qui est filius dei, sed etiam ipsa vnctio quae est spiritus sanctus, & ipse vngens qui est pater, secundum Psal. Vnxit te deus tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis. Nunc autem quia nomen Christi iam est magnum in gentibus ab ortu solis vsque ad occasum, ut dicitur Mal. 1. ecclesia vtiur forma prius instituta a Christo baptizans in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Et tamen quicumque in hac forma baptizatur, in nomine eius qui est verus filius dei baptizatur, secundum illud. 1. Ioan. vlti. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Baptizantur etiam omnes fideles in nomine Christi. i. fide & confessione nominis Christi, secundum illud Iohe. 2. Omnis quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Vnde baptizati a Christo Christiani nominantur, quia ut dicitur Gal. 3. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Sic ergo si solius Christi passio, si solius Christi nomen virtutem confert baptismi ad saluandum, verum est proprium esse Christo, ut ex eo baptismus habeat sanctificandi virtutem. Vnde qui hoc alii attribuit, diuidit Christum in plures. Deinde cum dicit, [Gratias ago deo meo.] excludit quandam suspicionem, quia ibi dixerat, nunquid enim Paulus crucifixus est pro vobis? posse aliquis credere quod si non autoritate, ministerio tamen plures baptizauerit. Et circa hoc tria facit. Primum gratias agit de hoc quod paucos baptizauit. Secundum quibusdam paucis nominatis quosdam alios addit, ibi, [Baptizati autem.] Tertio assignat rationem quare non multos baptizauerit, ibi, [Non enim misit me deus.] Dicit ergo primo, [Gratias ago deo meo quod nomen vestrum baptizati nisi Crispum.] De quo Act. 18. Crispus archisynagogus credidit domino, cum omni

Potestas excellentiae 7 quantum consistit. An potestas excellentiae possit communis.

De modo baptizandi in nomine christi.

domo sua. [Et Caium] ad quem scribitur 3. Can. Ioannis. Et quia gratiarum actio locum non habet, nisi in beneficiis perceptis: consequenter Apostolus ostendit qualiter de hoc gratias agat, cum subdit. Ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Est enim optabile sanctis viris, ne ex bonis que ipsi faciunt, alii sumant occasionem erroris sui siue peccati. Et quia Corinthii in eum errorem deuenierant, ut se à suis baptizatis nominarent, dicentes. Ego sum Pauli & Appollo, ac si in eorum nominibus essent baptizati, ideo gratias agit de hoc quod de suo ministerio talis error consequutus non fuerit. Et ideo signanter dicit se baptizasse illos qui ab hoc errore immunes erant. ¶ Deinde cum dicit, [Baptizavi autem, &c.] Ponit quosdam alios à se baptizatos, ne in eius verbis aliquid veritatis minus appareret. Vnde dicit, baptizavi & domū. i. familiam Stephanā. scilicet matronā. Et quia circa particularia facta, memoria hominum labilis est, subdit, Caterum nescio. id est, in memoria non habeo, si quem alium baptizauerim in propria persona. ¶ Deinde cum dicit, [Non enim misit &c.] A signat rationem quare paucos baptizauerit, dicens. Non enim misit me deus baptizare, sed euangelizare. ¶ Contra quod videtur esse quod dicitur Mar. ultimo, Euntes docete omnes gētes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Sed dicendū est q. Christus Apostolos misit ad vtrunque, ita tamen quod ipsi per seipso predicarent, secundum quod ipsi dicebat Act. 6. Non est æquum relinquere nos verbum dei, & ministrare mensis. Baptizaret autem per inferiores ministros, & hoc ideo quia in baptismo nihil operatur industria vel virtus baptizantis, nam indifferens est vtrum per maiorem vel minorem ministrum detur baptismus, sed in prædicatione euangelij multum operatur sapientia & virtus prædicantis, & ideo prædicationis officium per seipso Apostoli ranquam maiores ministri exercebant, sicut & de ipso Christo dicitur Io. 4. quod ipse non baptizabat, sed discipuli eius, qui tamen de seipso dicit Luc. 4. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum Esa. 61. Ad annuncianum manusietis misit me.

Lectio 3.

Excludit secularē eloquētiā ut tollat lires & deceptio nes p ipsā proueniētes seculo dicit simul rationes phisicas à prædicatione euangelicā.



Non in sapientia verbi, ut non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his aut qui salui sunt, id est nobis, dei virtus est. Scriptum est enim, Perdā sapientia sapientia, & prudentiam prudentia reprobo. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultā fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientia dei, placuit deo per stultitiam huius mundi saluos facere credentes. Quonia & Iudæi signa petunt, & Græci sapientia querunt. Nos prædicamus Christū crucifixū. Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitia, ipsi autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam, quia quod stultum est dei sapientius est hominibus, & quod infirmū est dei fortius est hominibus.

Non est docēdi euangelij & sapientia verbi possunt tā me vbi sapientia verbi docēdo euangelium

¶ Postquam Apostolus improbauit Corinthiorum contentionem, ratione sumpta ex parte baptismi, hic excludit eorum contentionem ratione sumpta ex parte doctrinæ. Quidam enim eorum gloriabantur de doctrina pseudo Apostolorum, qui ornatis verbis & humanæ sapientiæ rationibus veritatem fidei corripiebant. Et ideo Apostolus primò ostendit hunc modum conuenientem non esse doctrinæ fidei. Secundò ostendit hoc modo docendi se vsum apud eos non fuisse. 2. cap. ibi. [Et ego cū venissem ad &c.] Circa primum duo facit, primò proponit quod intendit: secundò manifestat propositum, ibi, [Vt non euacuetur.] Dicit ergo primò, dixi quod misit me Christus euangelizare, non tamen ita q. ego in sapientia verbi euangelizem. i. in sapientia mundana quæ verbosus facit in quantum per eam multis vanis rationibus homines vtuntur Ecclē. 6. Verba sunt plurima multam in disputando habentia vanitatem. Prouerb. 14. Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter hegestas. Vel sapientiam verbi nominat rhetoricam quæ docet ornate loqui, ex quo alliciuntur interdum homines ad assentiendū erroribus & falsitatibus. Vnde Rom. 16. Per dulces sermones seducunt corda innocentium. Et de meretrice dicitur Prouerb. 2. In figura hareticæ doctrinæ. Vt eruaris à muliere aliena & extranea quæ mollit sermones suos. Sed ecōtra dicitur Esa. 33. Populum imprudentem non videbis. i. in catholica ecclesia, & populum alti sermonis, ita vt non possis intelligere disertitudinem linguæ eius in quo nulla est sapientia, sed quia in Græco ponitur logos, quod rationem & sermonem significat, posset conuenientius intelligi sapientia verbi, id est humanæ rationis, quia illa quæ sunt fidei humanam rationem excedunt, secundum illud Ecclē. 3. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. ¶ Sed contra hoc videtur esse quod multi doctores ecclesiæ in doctrina fidei sapientia & rationibus humanis & ornatu verborum sunt vsi. Dicit enim Hieron. in epistola ad magnum oratorem vrbis Romæ, q. omnes doctores fidei in ornatu philosophiæ doctrinis atque sciētis suos refererūt libros, vt nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem seculi au scientiam scripturarum. Et Augu. dicit in 4. de doctrina Christiana. Sunt viri ecclesiastici qui diuina eloquia non solum sapienter, sed etiam suauiter tractauerunt. Dicendum est ergo quod aliud est docere in sapientia verbi quocumque modo intelligatur, & aliud vt sapientia verbi in docendo. Ille in sapientia verbi docet qui sapientiam verbi accipit pro principali radice suæ doctrinæ, ita. scilicet quod ea solum approbet quæ verbi sapientiam continent: reprobat autem ea quæ sapientiam verbi non habent, & hoc fidei est corruptiuum, vtitur autem sapientia verbi, qui suppositis verè fidei fundamentis si qua vera in doctrinis philosophorū inueniat in obsequium fidei assumit. Vnde Augu. dicit in secundò de doctrina Christiana, quod si qua philosophi dixerūt fidei nostræ accommodandò solum formidanda non sunt, sed ab eis tanquam ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda. Et in 4. de doctrina Christiana dicit, Cū posita sit in medio facultas eloqui quæ ad persuadendum seu p̄naua seu recta valent pluribus, cur non honorum studio comparetur vt militet veritati, si eam mali in vsum iniquitatis & erroris vsurpant. ¶ Deinde cum dicit, [Vt non euacuetur crux Christi] Probat quod dixerat, & primò quidem ex parte materiæ, secundò ex parte ipsorum docentium, ibi, [Videte enim vocationem vestram, &c.] Circa primum tria facit, quia primò ostendit modum docendi qui est in sapientia verbi non esse congruum fidei Christianæ. Secundò probat quod supposuerat, ibi, [Verbum enim crucis.] Tertio probationem manifestat, ibi, [Quonia Iudæi signa petunt.] Circa primum considerandum est quod etiam in philosophicis doctrinis non est idem modus conueniens cuiuslibet doctrinæ. Vnde sermones secundum materiam sunt expetendi, vt dicitur in primò Ethicorum. Tunc autem maximè modus aliquis docendi

cedendi est materia: in congruus qui do per talē modū destruitur, id quod est principale in materia illa, putā si quis in reb⁹ intellectuālib⁹ velit metaphoricis demōstrationib⁹ vtī, quæ nō transcēdunt res imaginatas, ad quas nō oportet intelligētē adduci, vt Boetius ostēdit in lib. de trini. Principale aut in doctrina fidei Christianæ est salus per crucē Christi facta. Vnde in secūdo dicit, Nō iudicauī me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christū & hunc crucifixū. Qui autē principaliter innititur in docēdo sapientia verbi quātum in se est, euacuat crucem Christi. Ergo docere in sapientia verbi non est modus conueniens fidei Christianæ, hoc est ergo quod dicit. Vt nō euacuetur crux Christi. i. ne si in sapientia verbi prædicare voluero tollatur fides de virtute crucis Christi. Galat. 5. Ergo euacuatum est scandalum crucis, Psal. Qui dicunt exinanite vsque ad fundamentum in ea. ¶ Deinde cum dicit, [Verbum crucis &c.] probat quod per doctrinā quæ est in sapientia verbi, crux Christi euacuetur. Et circa hoc duo facit, primò inducit probationem, secundò assignat causam dictorum, ibi, [Scriptum est enim &c.] Dicit ergo primò, Ideo dixi quod si per sapientiam verbi doctrina fidei p̄poneretur, euacuaretur crux Christi. Verbum enim crucis. i. annuntiatio crucis Christi, stultitia est. i. stultū aliquid videtur, pereuntibus quidē. i. infidelibus qui se secūdum mūdum existimāt sapiētes, eo q. prædicatio crucis Christi aliquid cōtinet quod secūdum humanam sapientiam impossibile videtur, putā q. deus moriatur, q. omnipotēs violētōrū manibus subiiciatur. Cōrinet etiam quædā quæ prudētia huius mundi cōtraria vidētur, putā q. aliquis nō refugiat cōfusione cū possit & aliqua huiusmodi. Et ideo Paulo huiusmodi annūtiānti dixit Festus vt legitur Act. 26. Insanis Paule, multā literā ad insaniam te adducit. Et ipse Paul. dicit infra 4. Nos stulti propter Christū, & ne credatur re vera verbū crucis stultitiā cōrinerē, subdit, His aut qui salui sūt. i. nobis. i. Christi fidelib⁹ qui ab eo saluamur, secundū illud Mar. 1. Ipse enī saluū faciet populū suū à peccatis eorū. Virtus dei est, quia ipsi in cruce Christi mortē dei cognoscūt, qua diabolū vicit & mūdum. Apo. 5. Ecce vicit leo de tribu Iuda. Item virtutē quā in seipsis experiūtur, dū simul cū Christo vitiis & cōcupiscentiis moriūtur, secundū illud Gal. 5. Qui Christi sunt, carnē suā crucifixerūt cum vitiis & cōcupiscentiis. Vnde in Psal. dicitur. Virgā virtutis tuæ emittet dominus ex Syon. Luc. 6. Virtus de illo exibat & sanabat omnes. ¶ Deinde cum dicit, [Scriptū est enim,] ostēdit quare verbum crucis videtur quare verbū crucis sit hominibus stultitia. Secūdo ostēdit quare ista stultitia sit virtus dei his qui saluātur, ibi, [Nā quia in dei sapientia &c.] Circa primū duo facit. Primò inducit autoritatē prædicantē quod quæritur. Secūdo ostēdit hoc esse impletū, ibi, [Vbi sapiēs.] Circa primū cōsiderandum q. id quod est in se bonū nō potest alicui stultū videri, nisi p̄pter defectū sapientia. Hæc est ergo causa quare verbum crucis quod est saluiferum credētibus, quibusdā videtur stultitia, quia sunt ipsi sapientia priuati, & hoc est quod dicit, Scriptum est enim, Perdā sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. Potest autem hoc sumi ex duobus locis. Nā in Abdia dicitur, Perdā sapientiam de Idumea, & prudentia de mōre Esau. Expressius autē habetur Esa. 29. Peribit sapientia à sapiētibus, & intellectus prudērium eius abscondetur. Differūt autem sapientia & prudentia. Nam sapientia est cognitio diuinarum rerum. Vnde pertinet ad contemplationem Iob. 28. Timor dei ipsa est sapientia. Prudentia verò propriè est cognitio rerū humanarū. Vnde dicitur Prou. 10. Sapientia est viro prudētia. quia. scilicet scientia humanarū rerum dicitur. Vnde & Philosophus 6. Ethic. dicit q. prudētia est recta ratio agibilib⁹, & sic prudētia ad rationem pertinet. Est autem considerandum quod homines quātumcūq. mali non totaliter donis dei priuātur, nec in eis dona dei reprobatū, sed in eis reprobatū & perditur quod ex eorum malitia procedit. Et ideo non dicit simpliciter perdā sapientiam: quia, Omnis sapientia à domino deo est, vt dicitur Esaia 29. Sed perdā sapientiam sapientium. i. quam sapientes huius mundi adinuerunt sibi contra veram sapientiam dei, quia vt dicitur Iacob. 3. Non est ista sapientia desursum descēdens, sed terrena, animalis, diabolica. Similiter nō dicit reprobo prudentiam. Nam veram prudentiam sapientia dei docet, sed dicit, prudētia prudentium. i. quam illi qui se prudentes estimant in rebus mundanis prudētia reputant, vt, s. bonis huius mundi inhæreant. Vel quia vt dicitur Rom. 8. Prudentia carnis mors est. Et sic propter defectū sapientia reputant impossibile deum hominem fieri, mortem pati secundum humanam naturam: propter defectū autem prudentia reputant inconueniens fuisse q. homo sustineret crucem cōfusione contempta, vt dicitur Hebr. 12. ¶ Deinde cum dicit, [Vbi sapiens &c.] ostēdit esse impletum quod de reprobatione humanæ sapientia & prudētia fuerat probatum. Et primò ponit mediū sub interrogatione. Secūdo conclusionē infert, ibi, [Nōne stultam &c.] Dicit ergo primò, [Vbi sapiens.] q. d. non inuenitur in cōgregatione fidelium qui saluatur. Per sapientem intelligit illum qui secreta naturæ causæ scrutatur. Esa. 19. Quomodo dicetis Pharaoni filius sapientū ego. Et hoc refertur ad Gentiles qui huius mundi sapientia studebant. Vbi scriba. i. peritus in lege, & hoc refertur ad Iudæos, quasi diceret, non est in cœtu fidelium. Io. 7. Nūquid ex principibus aliquis credidit in eum. Vbi inquisitor huius seculi, qui. i. per prudentiam exquirat quæ sit conuenientia vitæ humanæ in rebus huius seculi. q. d. non inuenitur inter fideles, & hoc refertur ad vtroq. scilicet Iudæos & Gentiles. Baruch. 3. Filij Agār, qui exquisierunt prudentiam quæ de terra est. Videtur autem Apost. hanc interrogationem sumere ab eo quod dicitur Esa. 33. Vbi est literatus, pro quo ponit sapientem. Vbi est verba legis ponderans, pro quo ponit, scribā. Vbi est doctor paruulorū, p̄ quo ponit, inquisitorē huius seculi, quia paruuli maximè solēt instrui de his quæ pertinent ad disciplinā morali vitæ. ¶ Deinde cum dicit, [Nōne stultā fecit &c.] infert cōclusionem sub interrogatione. q. d. cū illi qui sapiētes mūdi reputātur à via salutis defecerint, nōne deus sapientiam huius mūdi fecit stultā? i. demōstrauit esse stultā, dū illi qui in hac sapientia pollebāt tam stulti inuēti sunt, vt viā salutis nō acciperēt? Hiere. 10. & 51. Stultus factus est omnis homo à sciētia sua. Esa. 47. Sapientia tua & scientia tua hæc deceperit te. Potest autē & aliter intelligi quod dictū est, ac si diceret, Perdā sapientiam sapientium, & prudentia prudentium reprobo. i. eligā eā in primis meis prædicatoribus, secundum illud Prou. 30. Visio quam locutus est vir cum quo est deus, & infra. Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Vbi sapiens q. d. inter prædicatorēs fidei non inuenitur. Mar. 11. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Nonne deus stultam fecit. i. demōstrauit sapientiam huius mundi, faciendo quod ipsi impossibile reputabatur, scilicet dictum esse hominem mortuum resurgere, & alia huiusmodi

Cur verbum crucis dicatur stultitia per emittibus.

Verbum crucis cur sit stultus qui salui sunt.

Sapientia & prudentia dif ferunt.

Quantumuis sit malus quis non tamen tollit priuatiōem de dei donis.

¶ Deinde cum dicit, [Nam quia in dei sapientia &c.] A signat ratione quare per predicationis stultitiam saluentur fideles, & hoc est quod dictum est quod verbum crucis pereuntibus quidem, stultitia est, virtus vero saluationis, credentibus. Nam placuit deo per stultitiam predicationis. i. per predicationem, qua humana sapientia stulta reputatur, saluos facere credentes. & hoc ideo, quia mundus. i. mundani non cognouerunt deum per sapientiam ex rebus mundi acceptam, & hoc in dei sapientia. Diuina enim sapientia faciens, mundum sua iudicia in rebus mundi instruit, secundum illud Eccl. 1. Effudit illa super omnia opera sua, ita quod ipse creaturae per sapientiam dei facte se habent ad dei sapientiam cuius iudicia gerunt, sicut verba hominis ad sapientiam eius qua significant. Et sicut discipulus peruenit ad cognoscendum magistri sapientiam per verba quae ab ipso audit, ita homo poterat ad cognoscendum dei sapientiam per creaturas ab ipso factas inspiciendo peruenire, secundum illud Rom. 1. Inuisibilia dei per ea quae facta sunt, intellecta concipiuntur. Sed homo propter sui cordis vanitatem a rectitudine diuinae cognitionis deuiauit. Vnde dicit Io. 1. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Et ideo deus per quaedam alia ad sui cognitionem salutiferam fideles adduxit, qui in ipsis rationibus creaturarum non inueniuntur, propter quod a mundanis hominibus, qui solas humanarum rerum considerant rationes, reputantur stulti. Et huiusmodi sunt fidei documenta. Et est simile, sicut si aliquis magister considerans sensum suum ab auditoribus non accipi per verba quae protulit, studet aliis verbis uti, per quae possit manifestare quae habet in corde. ¶ Deinde cum dicit, [Quoniam & Iudaei &c.] Manifestat probationem promissorum, & primo quantum ad id quod dixerat, verbum crucis pereuntibus stultitia est. Secundo quantum ad id quod dixerat, [His qui salui sunt, virtus dei. Ipsi autem vocatis &c.] ¶ Circa primum duo facit, primo ponit pereuntium differens studium & intentionem. Secundo ex hoc rationem assignat eius quod dixerat, ibi, Nos autem predicamus Christum. Pereuntium autem. i. infidelium, quidam erant Iudaei, quidam Gentiles. Dicit ergo dictum est quod verbum crucis pereuntibus est stultitia, quod hoc ideo, quoniam Iudaei signa petunt. Erant enim Iudaei consueti diuinitus instrui, secundum illud Deut. 32. Erudiuit eum & docuit. Quae quidem doctrina cum esset a deo per multa mirabilia manifestata, secundum illud Psal. Fecit mirabilia in terra Aegypti. Et ideo ab afferentibus quacumque doctrinam signa quaerebant, secundum illud Mat. 12. Magister, volumus a te signum aliquod videre. Et in Psal. dicitur, Signa nostra non vidimus. Sed Graeci sapientiam quaerunt, vtpote in studio sapientiae exercitari, sapientiam dico quae per rationes rerum mundanarum accipitur, de qua dicitur Hier. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia. Per Graecos autem omnes Gentiles dat intelligere, qui a Graecis mundanam sapientiam acceperunt. Quae rebant igitur sapientiam volentes omnem doctrinam eis propositam secundum regulam humanae sapientiae iudicare. ¶ Deinde concludit quare verbum crucis sit eis stultitia, dicens, [Nos autem predicamus Christum crucifixum.] secundum illud infra capitulo 11. Mortem domini annuntiaueritis donec veniat. [Iudaeis scandalum,] quia. i. desiderabant virtutem miracula facientem, & videbant infirmitatem crucem patientem: nam cum dicitur 2. Cor. vlt. Crucifixus ex infirmitate. [Gentibus autem stultitiam,] quia contra rationem humanae sapientiae videtur quod deus moriatur, & quod homo iustus & sapiens se voluntarie turpissimae morti exponat. Deinde cum dicit, [Ipsi autem vocatis,] manifestat quod dixerat, His autem qui salui sunt, virtus dei est. Et primo manifestat hoc. Secundo ratione assignat, ibi, [Quia quod stultum &c.] Dicit ergo primo dictum est quod predicamus Christum crucifixum Iudaeis, scandalum & Gentibus stultitiam, sed predicamus Christum dei virtutem & dei sapientiam ipsis vocatis Iudaeis & Graecis. i. his qui ex Iudaeis & Gentibus ad fidem Christi vocati sunt, qui in cruce Christi cognoscunt dei virtutem per quam & daemones superantur & peccata remittuntur & homines saluantur. Psal. Exaltare domine in virtute tua, Et hoc dicit contra scandalum Iudaeorum, qui de infirmitate Christi scandalizabantur, & recognoscunt in cruce dei sapientiam, in quantum per crucem conuenientissimo modo humanum genus liberat. Sap. 9. Per sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi a principio. Dicitur autem dei virtus & dei sapientia per quamdam appropriationem, virtus quidem in quantum per eum pater omnia operatur. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Sapientia vero in quantum ipsum verbum quod est filius, nihil est aliud quam sapientia genita vel concepta. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Non autem sic est intelligendum quod deus pater sit fortis & sapiens virtute, aut sapientia genita, quia vt Aug. probat. 6. de trinit. sequeretur quod pater haberet esse a filio, quia hoc est deo esse, quod fortem & sapientem esse. Deinde cum dicit, [Quia quod stultum est dei.] assignat rationem eius quod dixerat, dicens, quomodo id quod est infirmum & stultum possit esse virtus vel sapientia dei, quia quod stultum est dei sapientius est hominibus. q. d. Iam aliquod diuini videtur esse stultum, non quia deficiat a sapientia, sed quia superexcedit sapientiam humanam. Homines enim quidam consueverunt stultum reputare quod eorum sensum excedit. Eccl. 3. Plurima super sensum hominis ostensa sunt tibi. Et quod infirmum est dei, fortius est hominibus, quia. i. non dicitur aliquid infirmum in deo per defectum virtutis, sed per excessum humanae virtutis, sicut etiam dicitur inuisibilis in quantum excedit sensum humanum Sap. 12. Virtutem ostendis tu qui non credideris esse in virtute consummatus, quis hoc possit referri ad incarnationis mysterium: quia id quod reputatur stultum & infirmum in deo ex parte naturae assumptae, transcendit omnem sapientiam & virtutem. Exod. 15. Quis similis tui in fortibus domine? Lectio 4.

Ostendit praedicationem euangelij non congruere forti per sapientiam mundi ex parte primorum praedicatorum, vtpote quia non erant sapientes hac sapientia, sed sola sapientia dei per Christum.

Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi elegit deus vt confundat fortia & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus, & ea quae non sunt, vt ea quae sunt destrueret, vt non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino gloriatur.

¶ Supra ostendit Apost. quod modus docendi qui est in sapientia verbi, non conuenit doctrinae Christianae, ratione materiae quae est ipsa crux Christi, hic ostendit quod praedictus docendi modus non conuenit doctrinae Christianae, ratione doctorum, secundum illud Prou. 26. In derisum est in ore stulti parabola. Et Eccl. 21. Ex ore fatui reprobabitur parabola. Quia igitur primi doctores fidei non fuerunt sapientes sapientia carnali, non erat eis conueniens vt in sapientia verbi docerent. Circa hoc ergo duo facit. Primo ostendit quomodo primi doctores fidei in rebus humanis defectum patiebantur. Secundo ostendit quomodo talis defectus est in eis per

Christum suppletus, ibi, [Ex ipso autem vos estis.] Circa primum tria facit. Primo excludit a fidei primis doctoribus excellentiam secularem. Secundo astruit eorum abiectionem quantum ad seculum, ibi, [Sed quae stulta sunt mundi.] Tertio ratione assignat, ibi, [Vt non gloriatur.] ¶ Dicit ergo primo, dictum est quod stultum dei sapientius est hominibus, & hoc considerate potestis in ipsa vestra conuersatione. Videte enim. i. considerate vocationem vestram, quomodo. i. vocati estis: non enim per vos ipsos accessistis, sed ab eo vocati estis. Rom. 8. Quos praedestinauit, hos & vocauit. 1. Pet. 2. De tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Inducit autem eos vt considerent modum suae vocationis quantum ad eos per quos vocati sunt, sicut Esa. 51. dicitur, Atrédite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quae genuit vos, a quibus vocationis ministris primo excludit sapientiam, cum dicit, Quia non multi eorum per quos vocati estis sapientes secundum carnem, i. in carnali sapientia & terrena. Iac. 3. Non est ista sapientia desurfum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Baruch. 3. Filij Agar exquisierunt sapientiam quae de terra est. Dicit non, quia aliqui pauci erant etiam in sapientia mundana instructi sicut ipse & Barnabas, velut Moyses in veteri testamento, de quo dicitur Act. 7. quod eruditus erat Moyses in omni sapientia Aegyptiorum. Secundo excludit secularem potentiam cum dicit, [Non multi potentes.] i. secundum seculum. Vnde & Io. 7. dicitur, Nūquid aliquis ex principibus credidit in eum. Et Baruch. 3. dicitur, Vbi sunt principes Gethum? exterminati sunt, & ad inferos descendunt. Tertio excludit excellentiam generis, cum dicit, [Non multi nobiles.] Et aliqui inter eos nobiles fuerunt, sicut ipse Paulus qui in ciuitate Romana se natum dicit, Actuum 22. & Romanorum ultimo de quibusdam dicit, Qui sunt nobiles in Apostolis. ¶ Deinde cum dicit, [Sed quae stulta sunt, &c.] Ponit conuerso eorum abiectionem quantum ad mundum, & primo defectum contrarium sapientiae, cum dicit, Quae stulta sunt mundi. i. eos qui secundum mundum stulti videbantur, e legit deus ad praedicationis officium. i. piscatores illiteratos, secundum illud Act. 4. Comperto quod homines essent sine literis & idiotae, admirabatur. Esa. 33. Vbi est literatus, vbi verba legis poterans. Et hoc vt confundat sapientes. i. eos qui in sapientia mundi confidunt, dum ipsi non cognouerunt quae sunt simplicibus reuelata. Mat. 11. Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Esa. 19. Vbi sunt nunc sapientes tui, annuntiant tibi. Secundo ponit defectum contrarium potentiae, dicens, [In infirma mundi.] i. homines impotentes secundum mundum, puta rusticos & plebeios, elegit deus ad praedicationis officium. In cuius figura dicitur. 3. Reg. 20. Ego trades eos in manu tua per pedille quos principum prouinciarum. Et Prou. 9. dicitur quod sapientia misit ancillas vt vocaret ad arcem. In vtrisque autem primorum praedicatorum infirmitas designatur. Et hoc ideo vt confundat fortia. i. potentes huius mundi. Esa. 2. Incuruabitur omnis sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. Tertio ponit defectum contrarium nobilitatis in quo possunt tria considerari. Primo quidem claritas generis, quae ipsum nomen nobilitatis designat. Et contra hoc dicit. Et ignobilia mundi. i. qui secundum mundum sunt ignobiles. infra 4. Vos nobiles, nos autem ignobiles. ¶ Secundo circa nobilitatem consideratur honor & reuerentia quae talibus exhibetur, & contra hoc dicit, [Et contemptibilia.] i. homines contemptibiles in hoc mundo elegit deus ad praedicationis officium, secundum illud Psal. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, & his qui in circuitu nostro sunt. Tertio in nobilitate consideratur magna opinio quae homines de eis habent. Et contra hoc dicit. Et ea quae non sunt. i. quae non videntur esse in seculo, elegit deus ad praedicationis officium. Iob. 30. Quorum virtus manu erat mihi pro nihilo, & vita ipsa putabatur indigni. Et hoc ideo vt destrueret ea quae sunt. i. eos qui in hoc mundo aliquid esse videntur. Esa. 23. Dominus exercituum cogitauit hoc, vt deraheret superbiam omnis gloriae, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclitos terrae. ¶ Deinde assignat causam dictorum, dicens, [Ideo non elegit in seculo excellentes, sed abiectiones, vt non gloriaretur omnis caro &c.] i. vt nullus pro quacumque carnis excellentia gloriaretur per comparationem ad dominum. Hier. 9. Non gloriaretur sapiens in sapientia sua, & non gloriaretur fortis in fortitudine sua, & non gloriaretur diues in diuitiis suis. Ex hoc enim quod deus mundum suae fidei subiecit non per sublimes in mundo sive in seculo, sed per abiectiones, non potest gloriari homo quod per aliquam carnalem excellentiam saluatus sit mundus. Videretur autem non esse a deo excellentia mundana, si deus non vteretur ad suum obsequium. Et ideo in principio quidem paucos, postremo vero plures seculariter excellentes deus elegit ad praedicationis officium. Vnde in glossa dicitur quod nisi fideliter praecederet piscator, non humiliter sequeretur orator, & etiam ad gloriam dei pertinet, dum per abiectiones sublimes in seculo ad se trahit. ¶ Deinde cum dicit, [Ex ipso autem vos estis] ne praedicatorum fidei tanquam non excellentes, sed abiectiones in seculo contemnerentur, ostendit quomodo deus praedictum defectum in eis supplet. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit cui sit attribuenda salus mundi, quae praedicatorum ministerio facta est, dicens, Dictum est quod vocati estis non per excellentes, sed per abiectiones in seculo. Ex quo patet quod vestra conuersio non est homini attribuenda, sed deo. Et hoc est quod dicit. Ex ipso autem. i. ex virtute dei. Vocati estis in Christo Iesu. i. ei iuncti & incorporati per gratiam. Eph. 2. Ipse enim factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis. ¶ Deinde ostendit quomodo deus praedictos defectus in praedicatoribus suis supplet per Christum, Et primo quantum ad defectum sapientiae cum dicit, Qui. i. Christus factus est nobis praedicatoribus fidem, & per nos omnibus fidelibus sapientia, quia ei inhaerendo qui est dei sapientia, & participando ipsum per gratiam sapientes facti sumus, & hoc a deo qui nobis Christum dedit, & nos ad ipsum traxit, secundum illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui me misit, traxerit eum. Deut. 4. Haec est vestra sapientia & intellectus coram populis. ¶ Secundo quantum ad defectum potentiae dicit. Et iustitia quae propter sui fortitudinem thoraci comparatur. Sapientiae 5. Induet pro thorace iustitiam. Dicitur autem Christus nobis factus est iustitia in quantum per eius fidem iustificamur, secundum illud Rom. 3. Iustitia autem dei per fidem Christi Iesu. ¶ Tertio quantum ad defectum nobilitatis subdit, & sanctificatio & redemptio. Sanctificamur enim per Christum, in quantum per eum deo coniungimur, in quo consistit vera nobilitas, secundum illud 1. Regum 2. Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Vnde dicitur Hab. vlti. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Factus est autem nobis redemptio, in quantum per ipsum redempti sumus de seruitute peccati, in quo vere ignobilitas consistit. Vnde in Psalmista dicitur, Redemisti me deus veritatis. ¶ Tertio assignat dictorum causam, cum

dicit, [Vt quomodō scriptū est.] Hier. 9, Qui autē gloriatur, in dño gloriatur, vbi nostra litera habet, In hoc gloriatur qui gloriatur scire & nosse me. Dicit enim si salus hominis non provenit ex aliqua excellētia humana, sed ex sola virtute diuina nō debetur homini gloria, sed deo, secundū illud Psal. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Eccl. vl. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam.

Caput 2.

Docet qualem se exhibere debet eius predicatio, per hoc quod ipse Paulus non fuerit vsus aliqua excellentia seculari predicando Corinthiis, bene tamen excellentiam spirituales. Cum erat enim perfectus dicens talem excellentiam & excellentiam sapientiam spiritualem dū absconditam, & ab aeterno in gloriam nostram praedestinatum.

Et ego cum venissem ad vos fratres, non veni in sublimitate sermonis aut sapientiae annuntias vobis testimonium Christi. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos, & sermo meus & predicatio mea non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruitur, sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam praedestinavit deus ante secula in gloriam nostram.

Postquam Apostolus ostendit quis sit conveniens modus doctrinae Christianae, hic ostendit se illum modum observasse. Et circa hoc tria facit, primò ostendit se non fuisse vsum apud eos aliquam excellentiam seculari: secundò ostendit apud quos excellentiam spiritualem vtritur, ibi, [Sapientiam autem loquimur inter perfectos &c.] Tertio ratione assignat, ibi, [Quae etiam loquimur &c.] Circa primum tria facit. Primò dicit q non ostendit apud eos excellentiam seculari sapientiae. Secundò q non praededit excellentiam potestatis secularis, ibi, [Et ego in infirmitate.] Tertio non praededit excellentiam eloquentiae, ibi, [Et sermo meus.] Circa primum duo facit. Primò proponit qd intendit. Secundò ratione assignat, ibi, [Nō enim iudicavi.] Dicit ergo primò, quia dicit q Christus istus misit me euangelizare, nō in sapientia verbi, & q nō sunt multi sapientes. Et ego fratres, quāvis sapientiam secularē habeā, secundū illud 2. Cor. 11. Et si imperitus sermone, sed nō sciētia. Cum venissem ad vos conuertēdos ad Christū, vt habetur Act. 18. Veni annūtiās vobis testimonium Christi, secundū illud Act. 4. Virtute magna reddebāt Apostoli testimonium resurrectionis domini nostri Iesu Christi, & hoc non in sublimitate sermonis aut sapientiae. At rededit autē sublimitas sapientiae in cōsideratione aliquorū sublimiū & eleuatorū supra rationē & sensum hominū. Eccl. 2 4. Ego in altissimis habitavi. Sublimitas autē sermonis potest referri, vel ad verba significatā sapientiae cōceptiones, secundū illud Eccl. vl. Verba sapientum quasi stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Vel ad modum ratiocinādi per aliquas subtiles vias. Nam in Græco habetur logos, qd est verbū & rationē significat, vt. Hiero. dicit, Hoc autē dicit Apo. quia fidē Christi per huiusmodi sublimitates sermonis aut sapientiae cōfirmare volebat. 1. Reg. 2. Nolite multiplicare sublimia. Deinde huius rationē assignat, dicens, [Nō enim iudicavi me scire aliquid nisi Christum Iesum.] non enim ad hoc opus erat vt sapientiam ostēteret, sed vt demonstraret virtutē, secundū illud 2. Cor. 4. Nō enim praedicamus nosmetipsos, sed Iesum Christū. Et ideo solum vtratur his quae ad demonstrandam virtutem Christi pertinebāt, existimās se ac si nihil sciret quā Iesum Christum. Hier. 9. In hoc gloriatur qui gloriatur scire & nosse me. In Christo autē Iesu, vt dicitur Colof. 2. Sunt omnes thesauri sapientiae & sciētia dei absconditi. Et quantum ad plenitudinē deitatis, & quātum ad plenitudinem sapientiae & gratiae, & etiā quantum ad profundas incarnationis rationes, quae tū Apostolus eis non annūtiavit, sed solū ea quae erāt manifestiora & inferiora in Christo Iesu. Et ideo subdit, Et hūc crucifixū. q. d. sic vobis me exhibui ac si nihil aliud scirem q̄ crucem Christi. Vnde Gal. vlt. dicit, Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Quia igitur per sapientiam verbi euacuatur crux Christi vt dictū est, ideo ipse Apostolus nō venerat in sublimitate sermonis aut sapientiae. Deinde cum dicit, [Et ego in infirmitate &c.] Ostendit q non praededit apud eos potestatem, sed potius cōtrariū & foris & intrus. Vnde quātum ad id qd foris est, dicit, [Et ego fui apud vos in infirmitate.] i. tribulationes apud vos patiens. Gal. 4. Scitis quia per infirmitatem carnis euangelizavi vobis iam pridem. Psal. Multiplicatae sunt infirmitates meae. Quātum verò ad id quod intus est, dicit, [Et timore.] i. de malis imminētibus. Et tremore, in quātum. i. timor interior redundat ad corpus. 2. Cor. 7. Foris pugnat, intus timores. Deinde cum dicit, [Et sermo meus.] Ostendit q non praededit apud eos excellentiam eloquentiae. Et circa hoc tria facit. Primò excludit indebitū modū praedicādi, dicens, Et sermo meus, quo. i. priuatiū & singulariter aliquos instruebā. Eph. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nō procedat, sed si quis bonus est ad aedificationē fidei. [Et praedicatio mea.] qua. i. publicē docebā, [Nō fuit in verbis persuasibilibus humanae sapientiae.] i. per rhetoricam quae cōponit ad persuadēdum. vt. i. supra dixi q nō fuit intentionis q̄ sua praedicatio niteretur philosophicis rationibus, ita nūc dicit nō fuisse suae intētionis niti rhetoricis persuasionibus. Esa. 33. Populum imprudētem non videbis populū alti sermonis, ita vt nō possis intelligere difertitudinem linguā eius in quo nulla est sapientia. Secundò ostendit debitū modum quo vltus fuit in praedicādo, dicens, Sermo meus fuit in ostētionē spiritus & virtutis, quod quidē potest intelligi dupliciter. Vno modo quātū ad hoc quod credētibus praedicationi eius dabatur spiritus sanctus, secundū illud Act. 10. Adhuc loquēte Petro verba haec, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebāt verbū. Similiter etiā suam praedicationē confirmabat faciēdo virtutes. i. miracula. secundū illud Mar. vlt. Sermonem confirmate sequentibus signis. Vnde Gal. 3. Qui tribuit vobis spiritū & operatur in vobis. Alio modo potest intelligi quātū ad hoc q ipse per spiritum sequebatur, quod sublimitas & affluentia doctrinae ostendit 2. Reg. 23. Spiritus domini locutus est per me. Et 2. Cor. 4. Habētes eūdem spiritū fidei credimus, propter quod & loquimur. Cōfirmat etiam suam praedicationem ostēdendo in sua cōuersione multa opera virtuosa. 1. Thel. 2. Vos enim testes estis & deus q̄ sanctū & iustū sine querela vobis cui credidistis, affuimus. Tertio assignat rationem dictorū, dicens, [Vt fides vestra nō sit in sapientia hominū.] i. non innitatur sapientiae humanae quae plerumq; decipit homines, secundū illud Esa. 47. Sapientia tua & scientia tua haec decipit te. Sed in virtute dei, vt. i. virtuti diuinae fides innitatur, & sic non possit deficere. Rom. 1. Non erubescō euāgelium, virtus enim dei est in salutem omni credēti. Deinde cum dicit [Sapientiam loquimur &c.] Ostendit apud quos excellentiam spirituales sapientiae vtratur. Et primò proponit quod intendit. Secundò manifestat propositum, ibi, [Sapientiam verò.] Dicit ergo apud vos solum Christum crucifixum praedicaui. Sapientiam autem, id est profundam doctrinam loquimur inter perfectos. Dicuntur autem alique perfecti dupliciter. Vno modo,

secundum intellectum. Alio modo secundū volūtatem, hęc enim inter potētiās animae sunt propriē hominis, & ideo secundū eas oportet hominis perfectionē cōsiderari. Dicuntur autē perfecti intellectu illi quorū mēs eleuata est super omnia carnalia & sensibilia qui spiritualia & intelligibilia capere possūt, de quib; dicitur Heb. 5. Perfectior est solidus cibus, eorū qui per cōsuetudinē exercitatos habēt sensus ad discretionē mali & boni. Perfecti autē secundū volūtatem sunt, quorū volūtas super omnia tēporalia eleuata soli deo inhaeret & eius pceptis. Vnde Mar. 7. propositis dilectionis mandatis subditur, Estote perfecti sicut & pater vester caelestis perfectus est, quia igitur doctrina fidei ad hoc ordinatur vt fides per dilectionem opere tur, vt habetur Gal. 5. Necessē est eū qui in doctrina fidei instruitur non solum secundū intellectum bene disponi ad capiēdum & credēdum, sed etiā secundū voluntatem & affectum bene disponi ad diligēdū & operandum. Deinde cum dicit, [Sapientia verò, &c.] exponit qualis sit sapientia de qua mētionem fecit. Et primò ponit expositionem. Secundò rationē expositionis cōfirmat, ibi, [Quā nemo principū &c.] Circa primum duo facit. Primò exponit qualis sit ista sapientia per cōparationē ad infideles. Secundò per cōparationem ad fideles, ibi, [Sed loquimur dei sapientia &c.] Dicit ergo primò dictū est q sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam verò dico non huius seculi. i. de rebus secularibus, vel quae est per rationes humanas. Neq; etiā principū huius seculi, & sic separat eam a sapientia mūdāna, & quātum ad modū & materiam inquitēdi, & quātum ad actōres, qui sunt principes huius seculi, quod potest intelligi de triplici genere principū, secundū triplicē sapientiam humanā. Primò possunt dici principes huius seculi reges & potētes seculares, secundū illud Psal. Principes cōuenerunt in vnū aduersus dominū & aduersus Christū eius. A quibus principibus venit sapientia humanarū legū per quas res huius mūdi in vita humana dispētantur. Secundò possunt dici principes, daemones. Io. 14. Venit princeps mundi huius, & in me nō habet quicquā &c. Et ab his principibus venit sapientia culturae daemōni. i. nigromātia & magicā artes & huiusmodi. Tertio possunt intelligi principes huius seculi, philosophi, q̄ quasi p̄ncipes se exhibuerūt hominib; in docēdo, de quibus dicitur Eccl. 19. Stulti principes thaeos sapientes cōsiliarij Pharaonis. Et ab his principibus processit tota & authoritatis daemones verò non per mortē, sed per amissionē potestatis & authoritatis, secundū illud Io. 12. Nūc princeps huius mūdi eiicitur foras: de hominibus autē dicitur Bar. 3. Vbi sunt p̄ncipes gentiū. Et postea subdit, Exterminati sunt & ad inferos descēderūt, sicut ipsi non sunt stabiles ita & eorū sapientia non potest esse firma, & ideo non ei innitendū est. Deinde cum dicit, [Sed loquimur &c.] Exponit qualis sit sapientia per cōparationem ad fideles. Et primò describit eam quātum ad materiam vel authoritatem, cum dicit, sed loquimur dei sapientiam. i. quae est deus & a deo, quāvis enim omnis sapientia a deo sit, vt dicitur Eccl. 1. Tamen speciali quodam modo hęc sapientia quae est de deo est etiam a deo per reuelationem, secundū illud Sap. 9. Sensum autem tuum quis sciet nisi tu dederis sapientiam & miseris spiritum tuum de altissimis? Secundò ostendit qualitatem eius dicens, [In ministerio quae abscondita est.] haec enim sapientia abscondita est ab hominibus in quantum hominis intellectum excedit, secundū illud Eccl. 3. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. Vnde dicitur Iob. 28. Abscondita est ab oculis omnium viuentium. Et quia modus docēdi & doctrinae debet esse conueniens, ideo dicitur q loquitur eam in ministerio. i. in aliquo occulto, vel verbo vel signo, infra 17. Spiritus loquitur mysteria. Tertio ostendit fructum huius sapientiae, dicens, [Quā deus praedestinavit.] i. praeparauit in gloria nostrā. i. praedicatorū fidei, quibus ex praedicatione tam altae sapientiae gloria magna debetur & apud deum & apud homines. Prou. 3. Gloriam sapientes possidebunt, & quod dicit, In gloriam vestram, exponendū est omnium fidelium quorum gloria hęc est, vt in plena luce cognoscāt ea quae nunc in mysterio praedicantur, secundum illud Io. 17. Haec est vita aeterna vt cognoscant te solum deum verum & quem misisti Iesum Christum. Lectio 2.

Duplices perfecti.

Triplex principis huius seculi & triplex sapientia humana.

Declarat quibus sapientia dei fuerit abscondita, & quibus reuelata.

Quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus his qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda dei. Quis enim hominum scit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quae dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quae a deo donata sunt nobis.

Posita expositione de sapientia quam Apostolus loquitur inter perfectos, hic rationem assignat expositionis praedictae, & primò quātum ad hoc quod eam descriperat per cōparationem ad infideles. Secundò quātum ad hoc quod eam descriperat per cōparationē ad fideles, ibi, [Nobis autem reuelauit deus.] Circa primum duo facit. Primò proponit quod intendit. Secundò probat propositum, ibi, [Si enim cognouissent.] Dicit ergo primò, dictum est quod sapientia quā loquimur non est principum huius seculi, haec enim sapientia est quam nemo principum huius seculi cognouit, quod verum est de quibuscunq; principibus intelligatur: seculares enim principes hanc sapientiam non cognouerunt, quia excedit rationem humani regiminis. Iob. 12. Qui immutat cor principum populi terrae, & decipit eos vt frustra incedāt per inuītū. Philosophi etiam eam non cognouerunt, quia excedit rationem humanā. Vnde dicitur Bar. 3. Exquisite res prudentiae & sciētia viam sapientiae nescierunt. Daemones etiam eam non cognoscunt, quia excedit omnē creatam sapientiam. Vnde dicitur Iob. 28. Voluctes caeli quoque latent. Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuius famam eius. Deinde cum dicit, [Si enim cognouissent &c.] Probat quod dixerat, & primò quidem probat per signū quod non cognouerūt principes dei sapientiam, secundum quod est in se abscondita. Secundò probat per authoritatem quod non cognouerūt eam secundum quod praeparata est in gloriam nostram, ibi, [Sicut scriptum est.] Dicit ergo primò rectē dico q principes huius seculi dei sapientiam non cognouerūt: si enim cognouissent dei sapientiam, cognouissent vtique Christum esse deum, qui in hac sapientia continetur, quo cognito nūquam crucifixissent deū gloriae. i. ipsum Christū dominū dantem gloriae suis, secundū illud Psal. Dominus virtutū ipse est rex gloriae. Et Hab. 12. Qui multos filios in gloria adduxerat. Cū enim creaturae rationali sic naturaliter appetibilis gloria, non potest in volūtatem humanam cadere quod actorem gloriae interimat. Quod autem principes crucifixerūt Iesum Christum, certum est si

supra perfectos, quia per spiritum sanctum homines perficiuntur in virtute, secundum illud Psalmistę, Spiritu oris eius omnis virtus eorum. ¶ Deinde cum dicit, [Animalis &c.] A signat rationem dictorum, & primo ostendit quare spiritualia non sunt tradenda animalibus hominibus. Secundo quare sunt tradenda spiritualibus, ibi, [Spiritualis &c.] Circa primum duo facit. Primum ponit rationem. Secundum manifestat eam, ibi, [Stultitia enim &c.] Ratio ergo talis est. Nulli sunt tradenda documenta quę capere non potest, sed homines animales nō possunt capere spiritualia documēta, ergo non sunt eis tradenda, hoc est ergo quod dicit, [Animalis homo, &c.] Et ideo recta ratione non possunt tradi eis. Vbi primum considerandum est quis homo dicatur animalis. Est ergo considerandum quod anima est forma corporis. Vnde proprię animę intelliguntur illę vires quę sunt actus corporalium organorum. s. vires sensitivę. Dicuntur ergo homines animales qui huiusmodi vires sequuntur, inter quas est vis apprehensivę & appetitivę, & ideo potest dici homo dupliciter animalis. Vno modo quantum ad vim apprehensivę & hic dicitur animalis sensu, qui sicut dicitur in glosa, de deo iuxta corporū phantasiam vel legis literam, vel rationē philosophicam iudicat quę secundum vires sensitivas accipiuntur. Alio modo dicitur quis animalis quantum ad vim appetitivę, qui sufficitur solum ad ea quę sunt secundum appetitum sensitivum: & talis dicitur animalis vita, qui sicut dicitur in glosa, sequitur dissolutam lasciviam animę suę, quam inter naturalis ordinis metas spiritus rector non continet. Vnde dicitur in canonica Iudę, Hi sunt qui segregant semetipsos, animales spiritum non habentes. ¶ Secundo autem videndum quare tales non possunt percipere ea quę sunt spiritus dei, quod quidem manifestum est, & quantum ad animale sensum, & quantum ad animale vitam. Ea enim de quibus spiritus sanctus illustrat mentem, sunt supra sensum & rationem humanam, secundum illud Ecclesię, 3. Plura supra sensum hominis ostensa sunt tibi, & ideo ab eo capi non possunt, qui soli cognitioni sensitivę innititur. Spiritus etiam sanctus accendit affectum ad diligendum spiritualia bona, sensibilibus bonis contentis, & ideo ille qui est animalis vitę non potest capere huiusmodi spiritualia bona, quia Philosophus dicit in quarto Ethicorum, quod qualis unusquisque est, talis finis videtur ei. Proverbiorum 18, Non recipit stultus verba prudentię, nisi ei dixeris quę verantur in corde eius. Ecclesiasticus 22, Cum dormientes loquitur, qui narrat sapientiam stulto. ¶ Deinde cum dicit, [Stultitia enim &c.] Manifestat quod dixerat per signum, cum enim aliquis aliqua sapiēter dicta reprobat quasi stulta, signum est quod ea non capit. Quia igitur animalis homo ea quę sunt spiritus dei reputat stulta, & hoc manifestatur quod ea non capit. Et hoc est quod dicit, Stultitia enim est illi. s. animali. Iudicat enim esse stulta quę secundum spiritum dei aguntur. Ecclesię, 10. In via stultus ambulans cum ipse sit inspiens, omnes stultos æstimat. Quod autem homini animali quę secundum spiritum sunt videantur stulta, non procedit ex rectitudine sensus: sicut sapientes aliqua iudicant esse stulta quę stultis videntur sapientia propter defectum intellectus, quia homo sensui deditus nō potest intelligere ea quę supra sensum sunt, & homo carnalibus affectus non intelligit esse bonum, nisi quod est delectabile secundum carnem. Et hoc est quod sequitur, Et non potest intelligere, Psal. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Quare autem non possit intelligere, ostendit subdens, [Quia spiritualiter examinatur.] i. spiritualium examinatio fit spiritualiter, nunquam enim inferior potest examinare & iudicare ea quę sunt superioris, sicut sensus non potest examinare ea quę sunt intellectus: & similiter neque sensus neque ratio humana potest iudicare ea quę sunt spiritus dei, & ita relinquitur quod huiusmodi solo spiritu sancto examinantur, secundum illud Psalm. Eloquia domini igne examinata, probata, scilicet, a spiritu sancto. Quia ergo animalis homo caret spiritu sancto, non potest spiritualia examinare, & per consequens nec ea intelligere. ¶ Deinde cum dicit, [Spiritualis autem iudicat omnia, &c.] A signat rationem quare spiritualibus spiritualia tradantur, & primo ponit rationem. Secundo manifestat causam, ibi, [Quis enim novit.] A signat autem talem rationem. Illi tradenda sunt spiritualia qui potest iudicare, secundum illud Iob decimo secundo, Auris verba dii iudicat, sed spiritualis est huiusmodi, ergo ei spiritualia sunt tradenda, & hoc est quod dicit, Spiritualis enim dii iudicat omnia; & ipse a nemine iudicatur. Vbi primum videndum est quis homo dicatur spiritualis. Est autem notandum quod spiritus nominare cōsuevimus substantias incorporeas, quia igitur aliqua pars animę est quę nō est alicuius organi corporei actus. s. pars intellectiva cōprehendēs intellectū & volūtatem, huiusmodi pars animę spiritus hominis dicitur, quę tamen a spiritu dei, & illuminatur secundū intellectū, & inflātur secundum affectū & volūtate. Dupliciter ergo dicitur homo spiritualis. Vno modo ex parte intellectus spiritu dei illustratę. Et secundū hoc in glosa dicitur quod homo spiritualis est, qui spiritu dei subiectus certissimę ac fideliter spiritualia cognoscit. Alio modo ex parte volūtatis spiritu dei inflāntem, & hoc modo dicitur in gl. spiritualis vita est, quę spiritu dei habens rectorę animę regit. i. animales vires. Gal. vi. Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi, &c. Secundo considerandum est, quare spiritualis dii iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Vbi notandum est quod in omnibus ille qui recte se habet rectū iudicium habet circa singula. Ille autē qui in se rectitudinis defectū patitur, deficit etiam in iudicādo: vigilās enim recte iudicat, & se vigilare & aliū dormire, sed dormiēs non habet rectū iudiciū de se nec de vigilāte. Vnde nō sunt res tales quales vidētur dormiētis, sed quales vidētur vigilāti. Et eadē ratio est de sano & infirmo circa iudiciū saniorū, & de debili. & forti, circa iudiciū pōderum: & virtuoso, & virtuoso, circa agibilia. Vnde & Philosophus dicit in 5. Ethic. Quod virtuosus est regula & mensura omnium humanorum, quia. s. in rebus humanis talia sunt singularia qualia virtuosus iudicat ea esse, & secundum hunc modum Apostolus hic dicit quod spiritualis iudicat omnia, quia s. homo habēs intellectū illustratū & affectū ordinatū per spiritum sanctum de singulis quę pertinent ad salutem, rectum iudicium habet. Ille autē qui non est spiritualis habet etiam intellectū obsecratum & affectum inordinatum circa spiritualia bona, & ideo ab homine non spirituali, spiritualis homo iudicari non potest, sicut nec vigilās a dormiēte. Quantum ergo ad primā horū dicitur Sap. 3. Quod iudicabunt iusti rationes. Quantum ad secundam dicitur infra 4. Mihi pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die. ¶ Deinde cum dicit, [Quis enim novit &c.] manifestat rationem inducētā. Et primo inducit auctoritatem. Secundo adaptat ad propositum, ibi, [Vos autem &c.] Est autem considerandum quod ad hoc quod aliquis

*Intellectus
et voluntas
spiritus ho-
minis dicitur.
Homo dicitur
spiritualis
dupliciter.*

possit de aliquo homine iudicare, duo requiruntur. Primum ut iudicās cognoscat ea quę sunt iudicati, quia ut dicitur 1. Ethic. Vnquisque bene iudicat quę cognoscit & horum est optimus iudex. Ex quo patet quod sensum. i. sapientiam dei omnino iudicantem nullus possit dii iudicare, ideo dicit, Quis enim novit sensum domini. q. d. nullus, quia sapientia dei excedit omnem cupiditatem hominis. Ecclesię, 1. Sapientia dei præcedentem omnia quis inuestigavit? Sap. 14. Sensem autem tuū quis scire poterit, nisi tu dederis sapientia? Secundo requiritur quod iudicans sit superior iudicato. Vnde dominus habet iudiciū de seruo, magister de discipulo. Ex quo etiam patet quod nullus potest sensum dei iudicare, propter quod sequitur, Aut quis istraxit eum. q. d. nullus. Non enim habet scientiam ab aliquo acceptā, sed potius fontem omnīs sciētia. Iob 26. Cui dedisti consiliū? forsitan ei qui non habet sapientia. Videntur autē verba hæc assumpta ex eo quod dicitur Esa. 4. Quis adiunxit spiritū domini, aut quis consiliarius eius fuit? & ostendit illi cum quo iniit consiliū & instruxit eū. ¶ Deinde adaptat quod dixerat ad propositum, dicens, [Nos autē]. s. spirituales viri [sensum Christi habemus]. i. recipimus in nobis sapientia Christi ad iudicandū. Eccle. 17. Creavit illis scientia spiritus, sensu adimplevit corda illorum. Luc. vlt. dicitur, quod aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & ita quia sicut sensus Christi dii iudicari non potest, conueniens est quod d. spiritualis qui sensum Christi habet a nemine iudicetur.

Capit 3.

N ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquā paruulis in Christo lac vobis potui dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Adhuc enim carnalibus estis. Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius aut, ego, Apollo, nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? Quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis. Et vnicuique sicut dominus dedit. Ego plantavi, sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Qui autem plantat & qui rigat vnum sunt.

¶ Supra Apostolus ostenderit errorem Corinthiorum, qui propter ministros Christi, a quibus baptizati & docti erant adinuicem disceptabant: hic incipit eorum iudicium quod habebāt de ministris improbare, ex quo iudicio contentiones in eis procedebāt. Et circa hoc duo facit. Primum improbat eorū iudiciū, quantum ad hoc quod quibusdam ministrorum, de quibus gloriabantur, plus attribuēbant quā deberent. Secundo, quantum ad hoc quod alios Christi ministros contemnebant. 4 ca. ibi [Sic nos existimet homo.] Circa primum duo facit. Primum ostendit detrimentum quod patebātur propter contentiones ex periculo iudicio provenientes. Secundo improbat eorū peruersum iudiciū, ibi [Quid igitur est Apollo?] Circa primum duo facit. Primum ponit detrimentum quod hactenus passi erant propter eorū defectum. Secundo ostendit quod adhuc idem patiūtur, ibi [Sed nec nunc quidem.] Circa primum tria facit. Primum ponit detrimentum quod hactenus passi erant propter eorum defectum. Dixerat enim supra, quod Apostoli quidem spūalia documenta spiritualibus tradebant, quia animales homines percipere non poterant, quod eis adaptat dicens [Et ego fratres,] qui. s. inter alios Apostolos spiritualibus spiritualia loquor [non potui]. s. conuenienter vobis loqui quasi spiritualibus, vt. s. traderem vobis spiritualia documenta. [Sed quasi carnalibus]. s. locutus sum vobis: eosdem enim carnales dicit quos supra animales, quibus oportet tradi ea quę sunt infirmis eorum accommodata. Esa. 28. Quem docebit sciētia, & quem intelligere fecit auditum. A blattarō a lacte auulso ab vberibus. i. carnali conuersatione & sensu. Secundo adhibet similitudinem, dicens, [Tanquam paruulis in Christo]. i. parū adhuc introductis in perfectam doctrinā fidei, quę spiritualibus debetur. Hab. 5. Omnis qui lactis est paticeps, expers est sermonum iustitię, paruulus enim est: perfectiorū autem est solidus cibus. Tertio rationem assignat ne credatur ex inuidia eis spirituales doctrinam subtraxisse, contra quod dicitur Sap. 7. Quam sine fictione didici & sine inuidia cōmunico. Vnde subditur, [Nondum enim poteratis]. q. d. Non subtraxi vobis escam propter meam, sed propter vestram impotentia, quia verba spiritualia nondum bene poteratis capere, secundum illud Ioan. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modo. ¶ Deinde cum dicit, [Sed nec nunc quidem potestis.] ostendit quod adhuc quidem detrimentum patiuntur. Et primo quidem ponit impotentiam cui adhuc subiacēbant, dicens, [Sed nec nunc quidem potestis]. q. d. quod a principio perfectam doctrinam capere non poteratis, non mirum fuit: quia hoc vestra nouitati competebat, secundum illud 1. Pet. 2. Sicut modō geniti infantes lac concupiscite. Sed hoc videtur esse culpabile, quod post tantū tempus in quo proficere debuistis, eandem impotentia retinetis, secundum illud Hab. 5. Cum deberetis magistri esse propter tempus: rursus indigetis doceri, quę sunt elementa sermonū dei. Secundo assignat prædictę impotentia rationem, dicens, [Adhuc enim carnales estis]. s. vita & sensu. Et ideo ea quę sunt spiritus capere nō potestis, sed sapitis ea quę sunt carnis, secundum illud Rom. 8. Qui secundum carnem sunt, quę carnis sunt sapiunt. Tertio ponit rationem probationis inducētę, dicens, Cum enim inter vos sit zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Vbi considerandum est quod recte coniungit zelum & contentionem: quia zelus. i. inuidia est contentionis materia. Inuidus enim tristatur de bono alterius, quod ille nititur promouere, & ex hoc sequitur contentio. Vnde Iaco. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Et similiter econuerso, charitas per quam quis diligit bonum alterius, est materia pacis. Secundo considerandū est quod zelus & contentio non habet locum, nisi in carnalibus hominibus, quia ipsi ad bona corporalia afficiuntur, quę simul a pluribus integrę possideri non possunt: & ideo propter hoc quod aliquis aliquod bonū corporale possidet, alius impeditur a plena possessione illius, & ex hoc sequitur inuidia, & per consequens contentio: sed spiritualia bona quibus spirituales afficiuntur, simul a pluribus possideri possunt, & ideo bonum vnius non est alterius impedimentum, & propter hoc in talibus nec inuidia, nec contentio locum habet. Vnde Sap. 7. Sine inuidia cōmunico Tertio considerandum est quare homines carnales dicit secundum hominē ambulare, cum tamen homo ex spiritu & carne componatur, quia natura humanę consonum est, ut spiritus cognitionem a sensibus carnis accipiat. Vnde consequenter affectus rationis humanę secundū ea quę sunt carnis mouetur, nisi spiritus hominis per spiritum dei supra hominē eleuetur. Vnde dicitur Eccle. 34.

*Secundū erro-
rit, remouēdo
eorū iudicium
quod habebāt
de ministris,
vniū attribū-
tūdo aliqui-
dō. Alorū loquē-
do de fidamē
eo edifice spi-
ritualis & de
his que super
edificēt, itā-
dē dicensō sa-
piētia huius
mundi stultiti-
a esse apud
deum, nos esse
viliū dei, oīa
esse nostrā.*

Sicut parturientis cor tuū phātasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissā vīstatio. Est ergo sensus, secundum hominem, i. secundum naturam humanam sibi à dei spiritu derelictam, sicut & in Psal. dicitur, Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatē & queritis mendacium. Quartò manifestat probationem inductam, dicens, Cum enim quis. i. aliquis vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, quia à Paulo baptizatus & doctus. Alius autem, ego Apollo [genitiui casus,] vt pote zelum & contentionem habentes pro rebus humanis? Qualis enim homo est, talibus rebus afficitur, & per affectum inharet, secundum illud Osee 9, Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. ¶ Deinde cum dicit, [Quid igitur est Apollo?] improbat eorum iudicium, quantum ad hoc quod plus ministris attribuebant quod deberent. Et primò ostendit veritatem. Secundò excludit errorem, ibi, [Nemo vos seducat.] Tertio infert conclusionem intētam, ibi, [Itaque nemo gloriatur in hominibus.] Circa primū duo facit. Primò ostendit conditionem ministrorum. Secundò agit de eorum mercede, ibi, [Vnusquisque propriam mercedem.] Circa primū tria facit. Primò ponit ministrorum conditionem. Secundò ponit similitudinem, ibi, [Ego plantavi, Apollo rigauit.] Tertio ostendit intentum, ibi, [Itaque neque qui plantat.] Circa conditionem autem ministrorum duo tangit. Primò quòd non sunt domini, sed ministri, dicens, Vos de Paulo & Apollo gloriamini. Igitur quæro à vobis, Quid est Apollo, & quid Paulus. i. cuius dignitatis vel potestatis, vt dignè de eis potestis gloriarī? & respondit, Ministri eius. s. dei sunt. q. d. quod agunt in baptismo & in doctrina, non principaliter agunt sicut domini, sed sicut ministri eius, secundum illud Esa. 61, Ministri dei dicetur vobis. Posset autem alicui videri magnū esse ministerium dei esse & gloriantum esse in hominibus de ministeriis dei. Et verè esset si sine hominibus non pateret accessus ad deum, sicut illi qui solent gloriari de ministris regis, sine quibus nō patet aditus ad regem. Sed hoc hīc locū non habet, quia fideles Christi per fidem habent accessum ad deum, secundum illud Rom. 5, Per quem accessum habemus ad deum per fidem & gratiam in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei: ideo signanter addit, Cui credidistis, q. d. per fidem, iam estis coniuñcti deo non hominibus. Vnde supra 2. dictum est, Vt fides vestra non sit in sapientia hominū, sed in virtute dei: & ideo primò de deo est vobis gaudendum, quā de hominibus. Contingit autem quòd ministri hominum vel dominorū, vel artificum primò habeant à seipsis aliquam dignitatem, vel virtutem, ex qua idonei ad ministeriū sunt, sed hoc non est de ministris dei, & ideo secundò ostēdit quod tota dignitas & virtus ministeriorū est à deo, dicens, Et vnique sicut deus diuisit. [q. d. in tantum aliquis, & vnusquisque nostrum habet de virtute ministrandi, in quantum ei deus dedit, vnde nec sic nobis est gloriandum.] 2. Corinth. 3, Sufficientia nostra à deo qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. ¶ Deinde cū dicit, [Ego plantavi,] ponit similitudinem ministrorum ex similitudine agricolarum, vbi duplex differentia operationum intelligitur. Vna operationis vnus ministri ad operationem alterius. Et quantum ad hoc dicit, [Ego plantavi.] i. in prædicatione ad modum plantantis me habui, quia scilicet primò vobis prædicaui fidem. Esa. 51, Posui verba mea in ore tuo, vt plantes celos. Apollo rigauit. i. ad modum rigantis se habuit, qui aquā plantis exhibet ad hoc vt nutriantur & crescant. Et similiter legitur Act. 18, Quòd cum Paulus multos Corinthiorū cōuertisset, superuenit Apollo qui multum contulit his qui crediderunt, publicè ostēdens per scripturā esse Iesum Christum. Ecclē. 2. 4. dicitur, Rigabo ortum meū plantationum. Secunda differentia est operationis ministrorum, qui exterius operantur plantando & rigado ad operationem dei, qui interius operatur. Vnde subdit, [Sed deus incrementum dedit.] interius. s. operando. 2. Corinth. 9, Augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. Sic etiā in rebus corporalibus plantantes & rigantes exterius operantur, sed deus operatur interius per operationē naturæ ad incrementum plantarum. ¶ Deinde cum dicit, [Itaque neque qui plantat, neque qui rigat, &c.] infert ex præmissis duas conclusiones, quarum prima infertur secundum comparationem ministrorum ad deum, dicens, Ex quo Paulus plantauit, & Apollo rigauit, non sunt nisi ministri dei, & non habent aliquid nisi à deo, & non operantur nisi exterius, deo interius operante. [Itaque neque qui plantat est aliquid.] s. principaliter & magnum de quo sit gloriandum. [Neque qui rigat, sed qui incrementū dat deus.] Ipse enim per se est aliquid principale & magnum, de quo est gloriandum. Actio enim non attribuitur instrumēto cui comparatur minister, sed principali agenti. Vnde Esa. 40. dicitur, Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. Secundam conclusionē infert pertinentem ad cōparationem ministrorū adiuuicem, dicens, Qui plantat autem & qui rigat, cum sint ministri dei, & nihil nisi à deo habentes, & solum exterius operantes vnū sunt ex conditione naturæ & ministerij ratione: quare. s. non potest vnus alteri præferri, nisi secundum donum dei, & ita quantum in seipsis est, vnū sunt. Et quia consequenter in intentione ministrandi deo, vnū sunt per concordiam voluntatis, ideo stultum est de his qui vnū sunt, dissentire. Psal. Ecce quā bonum & quā iocundum habitare fratres in vnū. Rom. 12, Multi vnū corpus sumus in Christo. **Lectio 2.**

De mercede propria bonorum ministrorum, ratione mercedis eiusdem aliūm gendo.
Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores. Dei agricultura estis. Dei edificatio estis. Secundum gratiam dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posuit, alius autem superedificat. Vnusquisque autem videat quomodo superedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Siquis autem superedificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulā, vnusquisque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superedificauit mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

¶ Suprà Apostolus ostendit qualis sit conditio ministrorum, hīc agit de remuneratione eorum. Et primò ponit de mercede bonorum ministrorum. Secundò tangit de punitione malorum, ibi, [Nescitis quia templum dei estis, &c.] Circa primū tria facit. Primò promittit ministris mercedem propriā. Secundò assignat rationem, ibi, [Dei enim sumus.] Tertio agit de diuersitate mercedis, ibi, [Secundum gratiā dei.] Dicit ergo primo, Dictum est, quod neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, non tamen inutiliter plantat vel rigat, sed vnusquisque suam propriam mercedem accipiet, secundum suū laborem. Quauis enim qui incrementum dat, sit deus, & ipse solus interius operetur, exterius tamen laborantibus mercedem tribuit, secundum

illud Hier. 31, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia merces est operi tuo. Quæ quidem merces est ipse deus, secundum illud Genē. 15, Ego protector tuus sum, & merces tua multa nimis. Pro qua mercede laborantes mercenarij laudantur, secundum illud Luc. 15, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus. Alioquin si pro alia mercede in opere dei aliquis laboret, laudandus non est, secundum illud Ioan. 10, Mercenarius autem, & cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem & fugit. Hæc autem merces & cōmunis est omnibus, & propria singulorum: cōmunis quidem, quia idem est quod omnes videbunt, & quo omnes fruuntur. s. deus, secundum illud Iob 22, Super omnipotentem deliciis affluens & leuabis ad deum faciem tuā. Esa. 28, In illa die erit dominus exercituum corona gloriæ & sertū exultatiōis populo suo. Et ideo Matth. 20, Omnibus laborantibus in vinea datur vnus denarius: propria verò merces erit singulorum: quia vnus alio clarius videbit, & plenius fruatur secundum determinatam sibi mensuram. Vnde & Danie. 12, Illi qui docti sunt, cōparantur splendori firmamenti qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi stellæ. Hinc est quod Ioan. 4. dicitur, In domo patris mei mansiones multæ sunt, propter quod etiā hīc dicitur, Vnusquisque propriam mercedem accipiet. Ostendit autem secundum quid attendatur mensura propriæ mercedis, cum subdit, secundum suū laborem. Vnde & in Psal. dicitur, Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Nō tamen propter hoc designatur æqualitas laboris ad mercedem, quia vt dicitur 2. Corinth. 4, Quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operabitur in nobis. Sed æqualitatem designat proportionis, vt. s. vbi est potior labor, ibi sit potior merces. Potest autē intelligi labor esse potior tripliciter. Primò quidem secundum formā charitatis, cui respondet merces essentialis. Vnde dicitur Ioan. 14, Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Vnde qui ex maiori charitate laborat, licet minorem laborem patiat, plus de præmio essentiali accipiet. Secundò ex specie operis: sicut enim in rebus humanis ille magis præmiatur qui in digniori opere laborat, sicut architecto quā artifex manualis licet minus laboret corporaliter: ita etiā in rebus diuinis ille qui in nobiliori opere occupatur, maius præmium accipiet quantum ad aliquam prerogatiuā præmij accidentalitatis, licet forrè minus corporaliter laboret. Vnde aureola datur doctōribus, virginibus & martyribus. Tertio ex quātitate laboris, quod quidē contingit dupliciter. Nam quandoque maior labor maiorem mercedem meretur, præcipue quantum ad remissionem penæ, putā quod diutius ieiunat vel longius peregrinatur, & etiam quantum ad gaudiū quod percipiet de maiori labore. Vnde Sap. 10. dicitur, Reddidit deus. s. iustis, mercedem laborum suorum, quando que verò est maior labor ex defectu voluntatis. In his enim quæ propria volūtate facimus, minorem laborem sentimus. Et talis magnitudo laboris non augebit, sed minuet mercedem. Vnde dicitur Esa. 40, Assument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, volabunt & non deficient: & ibi præmittitur, deficient pueri & laborabunt. ¶ Deinde cum dicit, [Dei enim sumus.] assignat rationem eius quod dixerat. Et primò ponit rationem. Secūdo adhibet similitudinē, ibi, [Dei agricultura estis.] Dicit ergo primò, Rectè quilibet nostrū mercedem accipiet. Dei enim sumus adiutores. s. secundū nostros labores. Cōtra quod videtur esse quod dicitur Iob 26, Cuius adiutores, nunquid imbecillis: & Esa. 40, Quis adiuuit spiritum domini? ¶ Dicitur autem quod dupliciter aliquis aliū adiuuat. Vno modo augendo eius virtutem, & sic nullus potest esse dei adiutor. Vnde & post præmissa verba Iob subditur, Et sustentas brachiū eius qui non est fortis. Alio modo obsequendo operationi alterius, sicut si minister dicatur domini adiutor, in quantum exequitur opus eius aut ministerij artificis, & hoc modo ministri dei sunt eius adiutores, secundum illud 2. Corinth. 6, Adiuuantes autem exhortamur: sicut ergo ministri hominū exequentes eorū opera, mercedem ab eis accipiunt secundum suū laborem, ita & ministri dei. Secundò adhibet similitudinē simplicis operis. s. agriculturæ & ædificationis. Populus quidem fidelis ager est à deo cultus, in quantum per operationē diuinā fructum boni operis deo producit, secundū illud Rom. 7, Sitis alterius qui ex mortuis resurrexit vt fructificetis deo. Et Ioan. 5, dicitur, Pater meus agricola est: & hoc est quod primò dicitur, Dei agricultura estis. i. quasi ager à deo cultus, & fructum ferens eius opere, & populus fidelis est quasi domus à deo ædificata, in quantum. s. deus in eis habitat, secundum illud Ephē. 2, Et vos coædificamini in habitaculum dei. Et ideo secundò dicitur, Dei ædificatio estis. i. ædificiū à deo constructum, secundum illud Psal. Nisi dominus ædificauerit domum, &c. Sic igitur ministri dei sunt adiutores in quantum laborant in agricultura & ædificatione fidelis populi. ¶ Deinde cum dicit, [Secundum gratiā dei, &c.] agit de diuersitate mercedis, & quia merces distinguitur, secundum distinctionem laboris, vt dictum est. Ideo primò agit de diuersitate laboris. Secūdo de diuersitate mercedis, ibi, [Siquis superedificat.] Circa primū duo facit. Primò ponit distinctionem laborū. Secūdo subiungit admonitiōē, ibi, [Vnusquisque autem videat, &c.] Circa primum duo facit. Primò relicta similitudine agriculturæ quā supra profecutus fuerat sub similitudine ædificationis, suū propriū laborem describit, dicens, Secundum gratiā dei quæ data est mihi vt sapiens architectus fundamentum posui. ¶ Vbi considerandū est quod architectus dicitur principalis artifex, & maxime ædificij ad quem pertinet cōprehendere summam dispositionē totius operis quæ perficitur per operationē manualium artificū. Et ideo dicitur sapiens in ædificio dicitur qui principalem causam ædificij. s. finē considerat, & ordinat inferioribus artificibus quid sit propter finē agendum. Manifestū est autē quod tota substantia ædificij ex fundamento dependet, & ideo ad sapientē architectū pertinet idoneū fundamentum collocare. Ipse autē Paulus fundamentum spiritualis ædificij collocavit Corinthis. Vnde supra dixit, Ego plantavi: sicut enim se habet fundamentum in ædificio, sic plantatio in plantis. Per vtrunque enim significatur spiritualiter prima prædicatione fidei. Vnde & ipse dicit Rom. 15, Sic autem prædicaui euangeliū, non vbi nominatus est Christus, ne super alienū fundamentum ædificarē, & ideo se cōparat sapienti architecto. Hoc autē non suæ virtuti attribuit, sed gratiæ dei. Et hoc est quod dicit, Secundū gratiam dei quæ data est mihi, qui. s. me aptum & idoneū ad hoc ministeriū fecit, infra 4, Abundantius omnibus laboraui, non autē ego, sed gratia dei mecum. ¶ Secundò describit laborē aliorum, dicens, Alius autē. i. quicumque inter vos laborat, superædificat

Mensura mercedis est labore.

Labor per quē quis meretur præmiū æternū potest intelligi: potior tripliciter.

Laborans ex maiori charitate, plus præmij essentialis accipiet, etiā si minus laboret.

fundamento à me posito. Quod quidem potest ad duo referri. Vno quidem modo in quantum aliquis superædificat fidei in seipso fundatæ profectum charitatis & bonorum operum. 1. Per. 2. Et ipsi tanquã lapides viui superædificemini. Alio modo ad doctrinã, quã quis fundatã in aliis perfectius manifestat. Vnde Hic. 1. dicitur, Vt ædifices & plantes. Et secundum hoc idem significat hæc superædificatio, quod supra rigatio. ¶ Deinde cum dicit, [Vnusquisque autem, &c.] subiungit monitionem, dicens, Dicitur est quod ad alios pertinet superædificare. Vnusquisque autem videat. i. diligenter attendat quomodo superædificet. i. qualẽ doctrinam fidei fundatã in aliis superaddat, vel qualia opera fidei in se fundatã habeat. Prouerb. 4. Oculi tui videant recta. & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. ¶ Secundò respõdet tacitè quæstioni, quare. Admoneat alios de superædificatiõẽ & non de fundatione, vel potius assignat rationem quare dixerit quod ad alios pertinet superædificare, dicens, Fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id quod positum est. scilicet, quod est Iesus Christus qui habitat in cordibus vestris per fidem, vt dicitur Ephes. 3. Et de fundamento dicitur Esa. 28. Ecce ego mittã in fundamentis Syon lapidem angularem, probatũ, pretiosum. i. in fundamentum fundatum. Sed contrã videtur esse quod dicitur Apoc. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina Apostolorũ. Non ergo solus Christus est fundamentum. ¶ Dicendum est autem quod duplex est fundamentũ. Vnum quidem quod per se habet soliditatẽ sicut rupes aliqua supra quã ædificium construitur, & huic fundamento Christus cõparatur. Ipse enim est petra de qua dicitur Matt. 7. Fundata enim erat supra firmã petram. Aliud est fundamentum, quod habet soliditatẽ non ex se, sed ex alio solido subiecto, sicut lapides qui primò supponuntur petrã solidã. Et hoc modo dicuntur Apostoli esse fundamentum ecclesiã, quia ipsi primò superædificati sunt Christo per fidem & charitatem. Vnde dicitur Ephes. 2. Superædificati supra fundamentum Apostolorum. ¶ Deinde cũ dicit, [Si quis superædificat, &c.] agit de mercedis differentia quantum ad hoc quod quidam eam accipiunt sine detrimento, quidam cum detrimento. Et circa hoc tria facit. Primò docet quod diuersitas operationũ manifestatur ex retributione. Secundo ostendit quando manifestatur, ibi [Dies enim domini.] Tertio ostendit quomodo manifestatur, ibi [Si cuius opus, &c.] Circa primũ cõsiderandũ est quod Apostolus intendit ostendere diuersitatẽ superædificationis, sex ponit, videlicet tria cõtra tria. Ex qua vna parte aurũ, argentum, & lapides pretiosos. Et ex alia parte lignũ, fœnũ, & stipulam, quorum tria. scilicet, aurũ, argentum, & lapides pretiosos habent quandam inclitam claritatem simul & inconsumptibilitatem & pretiositatẽ. Alia verò tria obscura sunt, & faciliẽ ab igne cõsumuntur, & vilia sunt. Vnde per aurũ, argentum & lapides pretiosos intelligitur aliquid præclarũ & stabile: per lignum verò, fœnum & stipulam aliquid materiale & transitoriũ. Dicitur est autẽ supra, quod superædificatio potest intelligi & quantum ad opera quã vnusquisque superædificat fidei fundamento. Et quantum ad doctrinam quam aliquis doctor vel prædicator superædificat in fundamento fidei ab Apostolo fundatã. Vnde ista diuersitas quam hic Apostolus tangit ad vtranque superædificationẽ referri potest. Quidam ergo referentes hæc ad superædificationẽ operum, dixerunt quod per aurum & argentum, & lapides pretiosos intelligitur bona quã quis fidei superaddit. Sed per lignũ, fœnum & stipulam debent intelligi peccata mortalia quã quis facit post fidem susceptam: sed ista expositio penitus stare non potest. Primò quidem quia peccata mortalia sunt opera mortua, secundum illud Heb. 9. Mundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. In hoc autem ædificio nihil ædificatur nisi viuũ, secundũ illud 1. Pet. 2. Et ipsi tanquã lapides viui superædificemini. Vnde qui cũ fide habet peccata mortalia, non superædificat, sed magis destruit vel violat, contra quem dicitur infra eodẽ, Si quis tẽplum dei violauerit, disperdet illum deus. Secundo quia peccata mortalia magis cõparantur ferro, vel plumbo, vel lapidi, tum quia etiã non renouantur per ignem, sed semper in eo manent in quo sunt: peccata verò venialia comparantur ligno, fœno, & stipulã, tum propter leuitatem, tum etiam quia ab eis aliquis de facili expurgatur per ignem. Tertio quia secundũ hanc expositionem videtur sequi quod ille qui moritur in peccato mortali dum modo fidem retineat finaliter salutẽ consequatur, licet primò aliquas pœnas sustineat. Sic enim sequitur, Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ. Quod quidem cõtrariatur manifestè sententiã Apostoli qua dicitur infra. 6. Neque fornicarij neque idolis seruientes, &c. regnum dei possidebunt. Et Gala. 5. Qui talia agunt regnũ dei non possidebunt. Non est autẽ alicui salus nisi in regno dei. Nam qui ab eo excluduntur, mittuntur in ignẽ æternũ, vt dicitur Mat. 25. Quarto quia fides non potest dici fundamentum, nisi per quem Christus habitat in nobis, cũ supra dictum sit quod fundamentũ est ipse Christus Iesus. Nõ enim habitat Christus in nobis per fidem informem. Alioquin habitaret in dæmonibus, de quibus scriptũ est Iac. 2. Et dæmones credunt & contremiscunt. Vnde quod dicitur Ephes. 3. habitare Christũ per fidem in cordibus nostris, oportet intelligi de fide per charitatẽ formatã, cũ scriptũ sit 1. Ioã. 4. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Hæc est fides quã per dilectionem operatur, vt dicitur infra 13. Charitas non agit perperam. Vnde manifestum est quod illi qui operantur peccata mortalia, non habent fidem formatã, & ita non habet fundamentũ: oportet ergo intelligere quod tam ille qui superædificat fundamentũ aurum, argentum, lapides pretiosos, quã etiam ille qui superædificat lignũ, fœnum, stipulam vitet peccata. Ad hoc ergo distinctionem intelligendum est quod actus humani ex obiectis speciem habent. Duplex est autem obiectum humani actus. scilicet, spirituales & corporales, quã quidem obiecta differunt tripliciter. Primò quidem quantum ad hoc quod res spirituales sunt perpetuæ, res autem corporales sunt transitorie. Vnde 2. Corinth. 4. Quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Secundò quantum ad hoc quod res spirituales in seipsis claritatem habent, secundum illud Sap. 6. Clara est & quæ nunquam marcescit sapientia. Res corporales obscuritatem habent ex materia. Vnde dicitur Sapient. 2. Vmbra transitus est tempus nostrũ. Tertio quantum ad hoc quod res spirituales sunt pretiosiores & nobiliores rebus corporalibus, vnde Prou. 3. dicitur de sapientia, Pretiosior est cunctis opibus. Et Sap. 7. Omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutũ æstimabitur argentum in cõspectu illius. Et ideo opera quibus homo innititur rebus spiritualibus & diuinis cõparantur auro, argẽto, & lapidi pretioso, quæ sunt solida, clara & pretiosa: ita tamen quod per aurum designentur ea quibus homo tendit in ipsum deum per cõtem

Duplex obiectum actus humani: spirituales & corporales, quæ quidem obiecta differunt tripliciter.

plationem & amorem, vnde dicitur Cant. 5. Caput eius aurum optimum: caput enim Christi est deus, vt dicitur Esa. 11. de quo auro dicitur Apo. 3. Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum. i. sapientiam cum charitate: per argentum significatur actus, quibus homo adheret spiritualibus credendis & amandis & contẽplandis: vnde in glo. refertur argentum ad dilectionem proximi, propter quod & in Psal. pennæ columbæ describuntur de argentatã, cuius superior pars. i. posteriora describuntur esse in pallore auri. Sed per lapides pretiosos designatur opera diuersarũ virtutum, quibus anima humana ornatur, vnde dicitur Eccle. 5. Quasi vas auri solidum ornatũ omni lapide pretioso. Vel etiã mandata legis dei secundũ illud Psal. Dilexi mandata tua super aurum & topazion. Opera verò humana quibus homo intendit rebus corporalibus, habent quosdam gradus prout quedam sunt aliis stabiliora, quædam verò facilius consumptibilia: nam ipsi homines inter creaturas carnales digniores sunt & per successiõnem conferuantur. Vnde comparantur lignis, secundũ illud Iudic. 9. Ierunt ligna syluarũ vt eligerent super se regem. Caro autẽ hominis facilius corrumpitur per infirmitatem & mortem. Vnde comparatur fœno, secundum illud Esa. 40. Omnis caro fœnum. Ea verò quæ pertinent ad gloriã huius mundi facillimè transeunt, vnde stipulã comparantur: vnde in Psal. scilicet, pone illos vt rotam & stipulam ante faciẽ ventũ. Sic ergo superædificare aurũ, & argentum & lapides pretiosos, est superædificare fidei fundamentum ea quæ pertinent ad contemperationem sapientiã diuinam, & amorem dei, & deuotionem sanctorum, & obsequium proximorum, & ad exercitiũ virtutũ. Superædificare verò lignum, fœnum & stipulam, est superaddere fidei fundamentum ea quæ pertinent ad dispositionem humanarum rerum & ad onera carnis & ad exteriorem gloriã. ¶ Sciendum tamen quod contingit alicum hominẽ id intendere tripliciter. Vno modo ita quod in his finem constituat, & cum hoc sit peccatum mortale, per hoc homo non superædificat, sed cõuersio fundamentũ aliud fundamentũ collocat. Nam finis est fundamentum in rebus appetibilibus quæ quærentur propter finẽ. Alio modo aliquis intendit vt prædictis rebus, totaliter ordinã eas in dei gloriã: & quia opera specificantur ex fine intento, hoc iam non erit ædificare lignum, fœnum & stipulam, sed aurum, argentum & lapides pretiosos. Tertio modo aliquis licet in his finem non constituat, nec velle propter ista contra deũ facere: afficitur tamen istis magis quã deberet, ita quod per hæc retardatur ab his quæ dei sunt, quod est peccare venialiter: & hoc proprie est superædificare lignum, fœnum, stipulam, non quia ipsa superædificantur proprie loquẽdo: sed quia opera ad temporalium curam pertinentia habent venialia adiuncta propter vehemẽtiorem affectũ ad ipsa, quæ quidem affectio secundum quod magis & minus inhæret, ligno, fœno & stipulã, cõparatur. Et dupliciter potest distinguĩ. Vno modo secundum permanentiã rerum spiritualium, vt prius dictum est. Alio modo secundum vehementiã adhæsiõnis. ¶ Sciendum tamen quod & illi qui spiritualibus rebus intendunt, non omnino possunt absolui à cura rerum temporalium, nec etiã qui in charitate rebus temporalibus intẽdunt, sunt omnino à rebus spiritualibus vacui, sed studio diuersificantur. Nam quidam studium vitæ suæ ordinant ad spiritualia, temporalibus verò non intendunt, nisi in quantum requirit necessitas corporalis vitæ. Quidam verò studium vitæ suæ applicant ad temporalia procuranda, vtuntur tamen spiritualibus rebus ad directionẽ vitæ suæ. Primi igitur superædificant aurum, argentum & lapides pretiosos. Secundi verò superædificant fœnum, lignum & stipulam. Ex quo patet quod illi qui superædificant aurum, argentum & lapides pretiosos, habent aliquid de peccatis venialibus, sed non in quantitate notabili, propter hoc quod modicũ attingunt de cura temporalium rerum. Illi etiã qui superædificant lignum, fœnum, stipulam, habent aliquid stabile pretiosum & præclarum, sed in minori quantitate, scilicet in quantum diriguntur per bona spiritualia. Potest autem & hæc diuersitas referri ad superædificationem doctrinã. Nam illi qui fidei ab Apostolis fundatæ per suam doctrinã superædificant solidam veritatem & clarã suẽ manifestam, & ad ornamentũ ecclesiã pertinentẽ, superædificant aurum, argentum, lapides pretiosos. Vnde Prou. 10. Argentũ electum labia iusti. Illi verò qui fidei ab Apostolis fundatæ superaddunt in doctrina sua aliqua inutilia, & quæ nõ sunt manifesta nec veritatis ratione firmantur, sed sunt vana & inania, superædificant lignum, fœnum, stipulam. Vnde dicitur Hier. 23. Qui habet somnũ narret somnium, & qui habet sermonem meum loquatur sermonem meũ verè. Quid paleis ad triticum? Qui verò falsitatem doceret non superædificaret, sed magis subuerteret fundamentum. Dicit ergo, Si quis superædificat vel operãdo vel docendo super fundamentum hoc. i. super fidem formatã in corde, vel super fidem fundatã ab Apostolis & prædicatã, aurum, argentum aut lapides pretiosos. i. spiritualia opera vel præclarã doctrinã. Vel lignum, fœnum, stipulam. i. corporalia opera, vel frivola doctrinã, vnusquisque opus manifestum erit. scilicet, in diuino iudicio quale sit. Nõ enim latet per humanã ignorantiam. Nam quidã videtur superædificare aurum, argentum, lapidem pretiosum: qui tamen superædificat lignum, fœnum, stipulam, in rebus spiritualibus corporalia meditates: puta lucrum vel fauorem humanũ: qui dam verò videntur superædificare lignum, fœnum, stipulam, qui tamen ædificat aurum, argentum, & lapidem pretiosum, quia in administratione temporalium nihil nisi spiritualia cogitant. Vnde & Sophon. 1. dicitur, Scrutabor Ierusalem in lucernis. & Luc. 12. Nihil opertum quod non reuelatur. ¶ Deinde cũ dicit, [Dies enim domini.] ostendit quãdo hæc manifestatũ. Et primò ponit tempus manifestationis, cũ dicit, [Dies enim domini declarabit.] Circa quod sciendũ est quod tunc dicitur esse tempus & dies alicuius rei quãdo est in optimo statu & maximo sui posse. Vnde & Eccle. 3. dicitur, Omnia tempus habent. Quando ergo homo suã voluntatem implet, etiã contra deum, tunc est dies hominis. Vnde dicit Hier. 17. Diem hominis non desiderauit tibi scis. Dies verò domini dicitur quãdo voluntas domini completur de hominibus qui per eius iustitiã vel premiãbuntur vel damnabuntur, secundũ illud Psal. Cũ acceperõ tẽpus ego iustitias iudicabo. Vnde secundum triplex dei iudiciũ tripliciter potest intelligi dies domini. Erit enim quoddã iudiciũ generale omnium, secundũ illud Mat. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio. Et secundum hoc dies domini dicitur nouissimus dies iudicij, de quo 2. Thessal. 2. Non terremini quasi instet dies domini. Et secundum hoc intelligitur dies domini declarabit, quia in die iudicij manifestabitur differentia humanorũ meritorũ. Rom. 2. In die quãdo iudicabit dominus occulta hominũ. Aliud autem est particulare iudiciũ quod fit de vnoquoque in morte ipsius, de quo habetur Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno, mortuus

Quid sit fidei fundamentũ: superædificare aurũ, argẽtũ & lapides pretiosos, lignum, fœnum, & stipulam.

Quid sit dies hominis & quid dies domini.

Triplex dei iudiciũ.



est autem mendicus, & portatus est ab angelis in sinu Abrahæ. Et secundum hoc dies domini potest intel- ligi dies mortis, secundum illud 1. Theſ. 5, Dies domini sicut fur in nocte veniet. Sic ergo dies domini de- clarabit, quia in morte vniuscuiusque eius merita patet. Vnde dicitur Prou. 11, Mortuo homine impio nul- la erit vltra spes: & eiusdem 14, Sperat autem iustus in morte sua. Tertium autem est iudicium in hac vita, inquantum deus per tribulationes huius vitæ interdum homines probat. Vnde dicitur infra 11, Cum iudica- mur à domino corripimur vt non cum hoc mundo damnemur. Et secundum hoc dicitur dies domini, dies temporalis tribulationis, de quo dicitur Sophon. 1, Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies er- go domini declarabit, quia in tempore tribulationis affectus hominis probatur. Eccleſ. 17, Vasa figuli pro- bat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Secundo ostendit per quod fiet ista declaratio, quia per ignem, vnde sequitur, Quia in igne reuelabitur. s. dies dominicam dies iudicij reuelabitur in igne, qui præ- cedet faciem iudicis, exurens faciem mundi, & inuoluens reprobos, & iustos purgans: de quo dicitur in Psal. Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Dies autem domini, qui est dies mor- tis reuelabitur in igne purgatorij, per quem purgabitur si quid in elemētis inuenietur purgandum: de quo potest intelligi quod dicitur Iob. 23, Probabit me quasi aurū quod per ignem trāsit. Dies verò qui est dies tribulationis diuino iudicio permittitur, reuelatur in igne tribulationis, de quo dicitur Eccleſ. 2, In igne pro- batur aurum & argentū: homines verò acceptabiles, in camino tribulationis. Tertio ponit effectum mani- festationis, cum subdit, Et vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, quia, s. per quemlibet ignium præ- dictorum probatur merita hominis vel demerita: vnde in Psal. dicitur, Igne me examinasti, & nō est inuen- ta in me iniquitas. In his tribus quæ hīc Apostolus ponit, primū est conclusio duorum sequentiū. Si enim dies domini reuelatur in igne, & ignis probat quale sit vniuscuiusque opus, cōsequens est quod dies domi- ni declarat differentia operum humanorum. ¶ Deinde cum dicit, [Si cuius opus] ostendit modum prædi- ctæ manifestationis. Et primò quantum ad bona opera, cum dicit, Si cuius. i. alicuius opus quod ipse super- ædificauit, manserit. s. in igne, ille. s. qui superædificauit, mercedem accipiet. Hiere. 31, Est merces operi tuo. Et Esa. 40, Ecce merces eius cum eo. Dicitur autē aliquod opus in igne permanere illasum dupliciter. Vno modo ex parte ipsius operantis: quia, s. ille qui hoc facit opus, s. bonæ doctrine, vel quodcunque bonorū ope- rum, propter huiusmodi opus non punitur, inquantum. s. nec torquetur igne purgatorij, nec igne qui præ- cedit faciem iudicis, nec etiā æstuat igne tribulationis. Qui enim non immoderatē temporalia dilexit, con- sequens est qd non nimis doleat de eorum amissione. Dolor enim causatur ex amore rei quæ amittitur. Vn- de superfluous amor, superfluous generat dolorē. Alio modo potest intelligi ex parte ipsius operis: quolibet enim prædictorum iudiciorum superueniente homini, permanet & opus bonæ doctrine vel quodcunque aliud bonum opus. Nam igne tribulationis superueniente non cessat homo neque à vera doctrina, neque à bono opere virtutis: vtrunque autem horum permanet homini quantum ad meritum & in igne purgato- rij & in igne qui præcedit faciem iudicis. Secundo ostendit diem quantum ad mala opera, dicens, Si cuius. i. alicuius opus arserit. s. per aliquem igniū prædictorum, detrimentū patietur. s. qui hoc operatus est, nō tamē vsque ad damnationem. Vnde subdit, Ipse autem saluus erit. s. salute æterna, secundum illud Esa. 45, Salua- tus est Israel in domino salute æterna: sic tamen quasi per ignem, quem. s. prius sustinuit, vel in hac vita, vel in fine huius vitæ, vel in fine mundi. Vnde dicitur in Psal. Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Et Esa. 43, Cum transferis per ignem non comburetis, & flamma non comburet te. quia e- go dominus deus saluator tuus. Dicitur autē opus alicuius ardere dupliciter. Vno modo ex parte operantis, inquantum s. aliquis affligitur igne tribulationis propter immoderatū affectum quo superflue terrena dili- git, & punitur igne purgatorij, vel igne qui præcedit faciem iudicis propter peccata venialia, quæ circa cu- ram temporalium commisit, siue etiam per stultitiam & vanam quæ docuit. Alio modo ardet opus in igne ex par- te ipsius operis, quia, s. tribulatione superueniente homo non potest vacare nec doctrinæ vanæ, nec terrenis operibus, secundum illud Psal. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Nec etiam igne purgato- rij vel præcedente faciem iudicis remanebit ei aliquid prædictorum vel ad remedium vel ad meritū. Et si militer dupliciter patitur detrimentū, vel inquantum ipse punitur inquantum perdit id quod fecit: & quantum ad hoc dicitur Eccleſ. 14, Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud ibit cū illo, & omne opus electum in fine iustificabitur, & qui operatur illud honorificabitur in illo. Quorum primum pertinet ad eum qui superædificat lignum, scenum & stipulam, quod est opus dignè ardens. Secundum autem per- tinet ad eum qui superædificat aurum, argentum & lapides pretiosos, quod est opus manēs in igne absque detrimento.

De mercede malorum mi- norum male la- borantium ostē- ditur primò di- gnitate spū- alis edificij & assignatio ple- num illud de- struentium & rationē penæ docet, vnde dicitur seductionem dar. Meditū vi- tūdi & ratio- nē ostēdit, & illud conclusio- nē inueniā in- fert. s. non glo- riantur in eis ministris, nec quibus homi- nibus, & ra- tionē assignat ex dignitate iudicium.

Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis: si quis violauerit, disperdet illū deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapiencia enim huius mundi, stultitia est apud deum. Scriptum est enim, Comprehendā sapientes in astutia eorum. Et iterum, Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam vanæ sunt. Nemo itaque gloriatur in hominibus. Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi. Christus autem dei.

¶ Supra ostendit Apostolus quæ sit merces bene laborantium, hīc agit de pœna malè laborantium siue de struentium. Er circa hoc duo facit. Primò demonstrat pœnā. Secundo excludit errorē cōtrarium, ibi [Nemo vos seducat.] Ostendit autem pœnam operantium ad destructionem, prosequens similitudinem adifi- cij spiritualis. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit dignitatē spiritualis adificij. Secundo determinat pœ- nam destructionis, ibi [Si quis.] Tertio assignat rationem pœnæ, ibi [Templum enim dei, &c.] Dicit ergo primò, Dicitur est qd ille qui superædificat, mercedem salutis accipiet, vel sine detrimento vel cum detrimen- to, sed vt possitis agnoscere quæ sit pœna malè in vobis laborantium, oportet vos vestram dignitatē agno- scere, quam primò ponit, dicens, An vos nescitis quia vos fideles Christi, estis templum dei. Eph. 2, In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coedificamini inhabi- taculum dei. Secundo probat quod fideles sint tēplum dei. Est enim de ratione tēpli quod sit habitaculum

dei, secundum illud Psal. Deus in templo sancto suo. Vnde omne illud in quo deus habitat, potest dici tem- plum. Habitat autē deus principaliter in seipso, quia ipse solus se cōprehendit. Vnde & ipse deus templum dei dicitur Apoc. 21, Dominus deus omnipotens templum illius est. Habitat etiā deus in domo sacrata per spiritualem cultū qui in ea sibi exhibetur: & ideo domus sacrata dicitur tēplum, secundū illud Psal. Adora- bo in tēplum sanctum tuū, &c. Habitat etiā deus in omnibus per fidem quæ per dilectionē operatur, secun- dum illud Eph. 3, Habitare Christū per fidem in cordibus vestris. Vnde & ad probandū quod fideles sint tēplum dei, subiungit qd inhabitantur à deo, cum dicit, [Et spiritus dei habitat in vobis.] Et Rom. 8, dictum est, Spiritus qui suscitauit Iesum Christū habitat in vobis. Ezech. 36, Spiritū meum ponā in medio vestri. Ex quo patet qd spiritus sanctus est deus, per cuius inhabitationē fideles dicuntur templum dei. Sola enim inhabitatio dei tēplum dei facit, vt dictū est. Est autem considerandū quod deus est in omnibus creaturis, in quibus est p essentia, potentiam & presentia, implens omnia bonitatibus suis, secundū illud Hiere. 23, Cælū & terrā ego impleo. Sed spiritualiter dicitur deus inhabitare tanquam in familiari domo in sanctis, quorū mens capax est dei per cognitionē & amorem, etiā si ipsi in actu non cognoscant & diligant, dum- modo habeant per gratiā habitum fidei & charitatis, sicut patet de pueris baptizatis. Et cognitio sine dile- ctione non sufficit ad inhabitationem dei, secundū illud 1. Ioan. 4, Qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo. Inde est quod multi cognoscūt deū, vel per naturalem cognitionē, vel per fidem informē, quos tamen nō inhabitat spiritus dei. ¶ Deinde cum dicit, [Si quis autem tēplum, &c.] Violatur autem tēplum dei dupliciter. Vno modo per falsam doctrinā quæ nō superædificatur fundamento, sed magis subruit fun- damentum & destruit adificiū. Vnde dicitur Ezech. 13, de falsis prophetis, Violabant me ad populum meū propter pugillū ordei & fragmentū panis. Alio modo violat aliquis tēplum dei per peccatū mortale, per quod aliquis vel seipsum corrūpit, vel aliū opere vel exēplo. Vnde dicitur Mala. 2, Cōtaminauit Iudas san- ctificationem domini quā dilexit. Sic autem dignū est, vt disperdatur ille à deo per damnationem æternam qui violat spirituale tēplum dei, vel qualitercunque polluit. Vnde dicitur Malach. 2, Disperdet dominus vi- rum qui fecerit hoc, magistrum & discipulum. Et in Psal. Disperdet dominus vniuersa labia dolosa, &c. ¶ Deinde cum dicit, [Templum dei, &c.] assignat rationē eius quod dixerat de sanctitate tēpli, Qui enim aliquā rem sacram violat, sacrilegium cōmittit, vnde dignū est vt disperdatur. Tēplum enim dei est sanctū, quod estis vos, sicut supra dictū est: & in Psal. dicitur, Sanctum est tēplum tuum, mirabile in æquitate: & ali- bi, Domum tuam domine decet sanctitudo. Et quidem in materiali templo est quedam sacramentalis san- ctitas, prout templum diuino, cultui dedicatur, sed in fidelibus Christi est sanctitas gratiæ quam consecuti sunt per baptismum, secundum illud infra 6, Abluti estis, sanctificati estis. ¶ Deinde cum dicit, [Nemo vos seducat.] excludit errorem contrarium. Et primò monet fideles vt sibi caueant à seductione errorū. Secun- dō docet modum cauendi, ibi [Si quis inter vos.] Tertio rationem assignat, ibi [Sapiencia enim huius mundi] facta, ex quorū persona dicitur Sophon. 1, Qui dicitur in cordibus suis, non faciet bene dominus, & non fa- ciet malè. Er Thren. 3, Quis est iste qui dixit, vt fieret domino non iubente? Ex ore altissimi nō egredietur bonum neque malum. Ad hunc ergo errorē excludendum dicit, Nemo vos seducat, asserens. s. qd ille qui tē- plum dei violat non disperdatur à deo, sicut Eph. 5, dicitur, Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hoc enim venit ita dei in filios diffidentia. ¶ Deinde cum dicit [Si quis inter vos, &c.] docet modum cauendi huiusmodi seductionem. Vbi sciendum est quod quidam dixerunt deum non punire peccata homi- num, innitentes rationibus humanæ sapientiæ, putā quod deus non cognoscat singularia quæ sunt hīc, ex quorum persona dicitur Iob 22, Circa cardines cæli perambulat, nec nostra cōsiderat. Ad hoc ergo vitan- dum dicit [Si quis inter vos videtur esse sapiens in hoc seculo.] i. sapientia seculari, quæ in eo quod contra- riatur veritati fidei, non est sapientia, licet videatur esse, [stultus fiat,] abijciēdo istam sapientiam apparen- tem vt sit sapiens. s. secundum sapientiam diuinā, quæ est vera sapientia. Er hoc etiam obseruandum est non solum in his in quibus secularis sapientia contrariatur veritati fidei, sed etiā in omnibus in quibus contra- riatur honestati morum. Vnde Prou. 3, dicitur, Deo secum morante confortatus est, &c. ¶ Deinde cum di- cit, [Sapiencia huius mundi, &c.] assignat rationem eius quod dixerat. Er primò ponit rationem: videbatur enim ineptam monitionem fecisse vt aliquis fieret stultus, & verè inepta esset si stulticia illa de qua loqueba- tur esset per abnegationē veræ sapientiæ, sed non est ita. Sapiencia enim huius mundi stulticia est apud deū. Dicitur autem sapiencia huius mundi, quæ principaliter mundo innititur. Nam illa quæ per res huius mū- di ad deum attingit, non est sapiencia mundi, sed sapiencia dei, secundum illud Roma. 1, Deus enim illis re- uelauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sapiencia er- go mundi quæ sic rebus intendit, vt ad diuinā veritatem non pertingat, stulticia est apud deū. i. stulticia re- putatur secundum diuinum iudicium. Esa. 19, Stulti principes Thæneos, sapientes consiliarij Pharaonis de- derunt consiliū insipientis. Secundo probat quod dixerat per duas auctoritates, quarum prima scribitur Iob 5, Vnde dicit, Scripium est, Cōprehendam sapientes in astutia eorum. Comprehendit autem sapientes dominus in astutia eorum, quia per hoc ipsum quod astute cogitant contra deum, impedit deus eorū cona- tum, & implet suū propositum, sicut per malitiā fratrum Ioseph volentium impedire eius principatum, im- pletum est per diuinā ordinationem, qd Ioseph in Aegypto venditus principaretur. Vnde & ante præmissa verba dicit Iob. Qui dissipat cogitationes eorum. s. malignorum ne possint implere manus eorum quod ceperant, quia vt dicitur Prou. 21, Non est sapiencia, non est sciencia, non est consiliū contra dominū. Secun- da auctoritas sumitur ex Psal. vnde dicit, Er iterū scriptum est, Dominus nouit cogitationes sapientū. i. se- cundum sapientia mundi, quoniam vanæ sunt: quia, s. non pertingunt ad fidem cognitionis humanæ, quæ est cognitio veritatis diuinæ. Vnde dicitur Sap. 13, Vani sunt omnes homines, in quibus nō subest sapiencia dei. ¶ Deinde cum dicit, [Itaque nemo gloriatur in hominibus.] infert conclusionē principaliter intētā. s. qd non debeant gloriari de ministris dei. Er primò cōcludit propositū ex prædictis, dicens, Itaque ex quo mi- nistri nihil sunt, sed laborāt pro mercede, nemo gloriatur in hominibus, sicut & in Psal. dicitur, Nolite cō-

Esse istis tri- plex templum dei dicitur.

Error docēt deū non puni- re peccata re- fallitur.

Vnde modum quo de cōpre- hendit astutia in eorū astutia & ambula simpliciter.

fidere in principibus, neque in filiis hominū iu quibus non est salus. Et Hier. 17, Maledictus vir qui cōfidit in homine, &c. Secundō rationē assignat ex dignitate fidelīū Christi assignans ordinem fidelīū in rebus, & primō ponit ordinem rerum ad fideles Christi, dicens, [Omnia vestra sunt]. q. d. Sicut homo non gloriatur de rebus sibi subiectis, ita & vos gloriari nō debetis de rebus huius mūdi quae omnia sunt vobis data à deo, secundū illud Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Exponit autē quae omnia, inter quae primō ponit ministros Christi qui sunt diuinitus ordinati ad ministeriū fidelium, secundū illud 2. Cor. 4, Nos autē seruos vestros per Iesum: & hoc est quod dicit, Siue Paulus qui plātauit, siue Apollo qui rigauit, siue Cephas. i. Petrus qui est vniuersalis pastor ouīū Christi, vt dicitur Ioā. vlt. Post haec ponit res exteriores, eūm dicit, Siue mūdus qui est cōtinentia omnīū creaturāū, qui quidem est fidelīū Christi, eo q̄ homo per res huius mūdi iuuatur, vel quantū ad necessitatē corporalem, vel quantū ad cognitionem dei, secundū illud Sap. 13, A magnitudine speciei & creaturae, &c. Cōsequenter ponit ea quae pertinent ad ipsam hominis dispositionē, dicens, [Siue vita, siue mors.] quia. f. fidelibus Christi & vita est vtilis in qua merentur, & mors per quā ad praemia perueniunt, secundum illud Roma 14, Siue viuimus, siue moriamur, &c. Et Philip. 1, Mihi viuere Christus est, & mori lucrū. Ad haec autē duo reducuntur omnia bona vel mala huius mūdi, quia per bona conferuntur vita, per mala peruenit ad mortem. Vltimō ponit quae pertinent ad statum hominis praesentem vel futurum, dicens, [Siue praesentia.] i. res huius vitae quibus iuuamur ad mētendū siue futura quae nobis referuntur ad praemium. Non enim habemus hīc ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus, vt dicitur Heb. vlt. Omnia, inquit, vestra sunt. i. vestrae vtilitati deferuentia, secundum illud Roma. 8, Diligentibus deū omnia cooperantur in bonū. Sic ergo primus ordo est Christi ad fideles, secundus verō fidelium Christi ad Christū, quos ponit subdens, Vos autē Christi estis, quia. f. sua morte redemit. Rom. 14, Siue viuimus, siue morimur domini sumus. Tertius ordo est Christi, secundū quod homo ad deū, ideo addit, Christus autem secundū quod homo dei est. Vnde eū deum & dominū in Psal. nominat, dicens, Domine deus meus in te speraui, vt nomine dei tota trinitas intelligatur. Quia ergo nullus debet gloriari de eo quod infra ipsum est, sed de eo quod est supra ipsum, ideo nō debent fideles Christi gloriari de ministris, sed magis ministri de ipsis. 2. Cor. 7, Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio p̄ vobis. Sed fideles Christi debent gloriari de Christo, secundum illud Galat. vlt. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, sicut Christus de patre, secundum illud Sap. 2, Gloriarur de patre habere deum.

Caput 4.

Docet quid sit
tūc sit demin
istris Christi,
de eis nō teme
re iudicandū.
Et hoc hic.

Itē nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorū dei. Hīc iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicet, aut ab humano die. Sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Ita que nolite ante tempus iudicare quo adusque veniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à deo.

Superius redarguit Apostolus Corinthios de hoc quod de quibusdā ministris gloriabantur, hīc autē arguit eos q̄ alios ministros contēnebāt. Et circa hoc duo facit, primō arguit eorū culpam. Secundō instat ad eorum correctionē, ibi [Non vt confundā vos.] Circa primū duo facit. Primō arguit eorum temeritatem, qua malē de ministris iudicabāt. Secundō arguit eorū elationem, qua Christi ministros contemnebant, ibi [Hoc autē fratres.] Circa primū duo facit. Primō ostendit quid sit de ministris Christi firmiter sentiendum. Secundō quod non sit de eis temerē iudicandum, ibi [Hīc iam quæritur inter dispensatores.] Dicit ergo primō, Dixi q̄ nullus vestrū debet gloriari de hominibus, tamen quilibet vestrū debet cognoscere auctoritatem officij nostri, ad quod pertinet q̄ sumus mediatores inter Christū cui seruim⁹, ad quod pertinet quod dicit, Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Esa. 61, Sacerdotes dei vocabimini ministri dei nostri dicitur vobis, & inter mēbra eius quae sunt fideles ecclesiae, quibus dona Christi dispensant, ad quod pertinet quod subditur. Et dispensatores ministeriorū dei. i. secretorū eius, quae quidem sunt spiritualia eius documenta, secundū illud infra 14, Spiritus est qui loquitur mysteria. Vel etiā ecclesiastica sacramenta, in quibus diuina virtus secretius operatur salutē. Vnde & in forma consecrationis eucharistiae dicitur, Mysteriū fidei pertinet ergo ad officiū praelatorum ecclesiae, q̄ in gubernatiōe subditorū soli Christo seruire desiderant, cuius amore oues eius pascunt, secundū illud Ioan. vlt. Si diligis me, pascue oues meas. Pertinet etiā ad eos vt diuina populo dispensant, secundum illud infra 6, Dispensatio mihi credita est, & secundū hoc sunt mediatores inter Christum & populū, secundū illud Deu. 5, Ego sequester fui & medius illo tempore inter deū & vos. Haec autem aestimatio de praelatis ecclesiae necessaria est ad salutem fidelīū, nisi enim eos cognoscerent ministros Christi, non eis obedirent tanquā Christo, secundū illud Galat. 4, Sicut angelum dei excepistis me sicut Iesum Christum. Rursum, si eos non cognoscerent dispensatores recusatē ab eis dona recipere, contra illud quod idem Apostolus dicit 2. Corinth. 2, Quod donauit quicquid donauit propter vos in persona Christi. Deinde cum dicit, [Hīc iam quæritur inter dispensatores.] ostendit circa ministros Christi temerē iudicari non debere. Et circa hoc tria facit. Primō ponit quoddam per quod iudicare fatagunt de fidelitate ministrorū. Secundō ostendit de hoc iudicio se non curare, sed deo referuare, ibi [Mihi autem pro minimo est.] Tertio concludit prohibitionem temerarij iudicij, ibi [Itaque nolite.] Circa primū considerandum est q̄ ministrorum & dispensatorum Christi, quidā sunt fideles quidā infideles. Infideles dispensatores sunt qui in dispensandis diuinis ministerijs non intendunt vtilitatē populi & honorem Christi & vtilitatē membrorū eius, secundum illud Luc. 16, In iniquo māmōna fideles non fuistis. Fideles autem qui in omnibus intendunt honorem dei & vtilitatem membrorum eius, secundum illud Luc. 12, Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem cōstituit dominus super familiā suā. Qui autem sunt fideles diuino iudicio manifestabuntur in futuro. Sed Corinthij temerē volebāt discutere qui dispensatores essent fideles vel infideles: & hoc est quod dicit, Hīc hoc est inter vos. Iā. i. praesenti tēpore quæritur. i. discutitur. Vt quis. i. aliquis inter dispensatores fidelis inueniatur. Iudicabāt enim plures esse infideles, vix aliquem virum putantes esse fidelem, secundum illud Prouerb. 20, Multi viri misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet?

Infideles dispō
satores mini
strorum dei
qui sunt, &
qui fideles.

Deinde

Deinde cū dicit [Mihi autē pro minimo est] ostēdit se hoc iudiciū reputare nihil: & circa hoc tria facit, primō ponit quod non curat circa hoc ab aliis iudicari, dicens [Mihi autē.] qui sum minimus inter dispētorum res [pro minimo est]. i. minima bona reputo. Vt à vobis iudicet. f. esse fidelis vel infidelis. Et ne putarent ab Apostolo hęc dici in eorū contēptum, ac si eorū iudiciū despiceret quasi viliū personarum. subiūgit. Aut ab humano intellectu qui est dies hominis, secundū illud Io. 11, Qui ambulat in die non offendit, quia lucē huius mundi videt. Vel ad literā, Aut ab humano die. i. ab intellectu in hoc tēpore iudicātib. q. d. vestrū, vel quotūq; hominum iudiciū parum curo. Hier. 17, Diem hominis nō desiderauit tu scis. Est autem sciendum q̄ de iudicio hominū dupliciter debet curari. vno modo quātum ad alios qui ex eorum bono vel adificatur, vel scandalizatur: & sic sancti non pro minimo, sed pro magno habēt ab hominibus iudicari cum dominus dicat. Mat. 5, Videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrum qui in caelis est. Alio modo quātum ad seipfos & sic non curant multū, quia nec gloriam humanā cōcupiscūt, secundū illud 1. Thes. 2, Neq; gloriā ab hominibus quærētes, neq; aliquid à vobis, neq; ab aliis. Neq; opprobrium hominis timēt, secundū illud Eccl. 11, Nolite timere opprobrium hominū & blasphemias eorum ne timeatis. Vnde Apostolus signatē dicit [Mihi autē, &c.] id est, quātum ad me pertinet, non autē id pro nullo est, sed pro minimo, quia bona tēporalia inter quae bona fama cōputatur, nō sunt nulla bona sed minima, vt Aug. dicit in lib. de libero arbitrio. Vnde & Sap. 7, Omne aurum in cōparatione illius arena est exigua. Secūdo ostendit quod neq; seipsum iudicare praesumat, dicens [Sed neq; me ipsum iudico.] Videtur autē hoc esse contra id quod infra 11. dicitur, Si nosmetipsos diiudicauerimus nō vtiq; iudicauerim⁹. Debet ergo quilibet iudicare seipsum. Sed sciendū est quod iudicio discussionis de quo Apostolus hīc loquitur, quilibet debet iudicare seipsum, secundū illud Psal. Exercitabar & scopebā spiritum meū. Et similiter iudicio condēnationis & reprehensionis in manifestis malis, secundū illud Iob 13, Arguam corā eo vias meas: sed iudicio absolutionis non debet aliquis praesumere se iudicare vt innocentē: vnde dicitur Iob 9, Si iustificare me voluerō, os meū condēnabit me, si innocentē considero paruim⁹, cuius rationē assignat, dicens, Nihil mihi conscius sum. i. non habeo alicuius peccati mortalis conscientia, secundū illud Iob 27, Neq; reprehēdit me cor meū in omni vita mea. Sed non in hoc iustificatus sum. i. non sufficit ad hoc q̄ me iustum pronūciem, quia post sunt aliqua peccata in me latere quae ignoro, secundū illud Psal. Delicta quis intelligit? Et Iob 9. dicitur, Et si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. Tertio cōcludit cui hoc iudiciū referuatur, dicens [Qui autē iudicat me dominus est.] i. ad solū deū pertinet iudicare vtrū sim fidelis minister an nō, hoc enim pertinet ad intentionē cordis quam solus deus pōderat potest. secundū illud Prouer. 16, Spirituū ponderator est dominus. Et Hier. 7, Prauū est cor hominis & inscrutabile, quis cognosceret illud? Ego dominus probans renes & scrutans corda. Deinde cum dicit [Itaque nolite, &c.] cōcludit prohibitionē temerarij iudicij, Et circa hoc tria facit, primō prohibet praenire diuinū iudiciū, dicens, Itaque exēplo meo neque me ipsum iudico, neque ab aliis iudicari curo, sed iudiciū meum deo referuo. Nolite ante tēpus iudicare, quia, vt dicitur Eccl. 8, Omni negotio tēpus est & opportunitas. Quoadusque veniat dominus. f. ad iudicandū, secundū illud Esa. 3, Dominus ad iudiciū veniet cum senatoribus populi sui, Vnde & dominus dixit Mat. 7, Nolite iudicare. Sed hoc intelligendū est de occultis: de manifestis autē iudicare cōmissum est à deo hominibus secundū illud Deut. 1, Audite illos & quod iustum est iudicare. Sunt enim aliqua manifesta non solum per euidentiam facti sicut notoria, sed etiā propter cōfessionē, aut testium probationē. Occulta verō deus suo referuat iudicio. Sunt autē occulta nobis quae latent in corde, vel etiā in abscondito sunt, & de his dicitur in Psal. Quae dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris cōpungimini. Vnde homo quidē de his est temerarius iudex, sicut iudex delegatus qui excedit formam mandati iudicis de causa non sibi cōmissa. Est ergo temerarium iudiciū quādō aliquis de dubiis iudicat. Peruersum autē quādō falsum iudiciū proferit, & quāuis nō sit iudicandū circa personas, putā vt ali quis iudicet malum hominē qui bonus est, tamen multo grauius est vt iudiciū perueratur de rebus ipsis, putā si quis diceret virginitatem esse malam, & fornicationē bonam. Contra quod dicitur Esa. 5, Vt qui dicitis bonū malum, & malum bonū. Secundō describit perfectionem futuri diuini iudicij, dicens, Qui. f. dominus ad iudicandum veniens illuminabit abscondita tenebrarū, id est, faciet esse lucida & manifesta ea quae occulte in tenebris facta sunt, & manifestabit consilia cordiū. i. omnia corda, secundū illud Iob 12, Qui reuelat occulta de tenebris, & producit in lucem vmbra mortis. Et Sopho. 1, Scrutabor Hierusalē in lucernis. Quod quidem est intelligendum tam de bonis quā de malis quae nō sunt per penitentia recta, secundum illud Psal. Beati quorū remissa sunt iniquitates, & quorum tēta sunt peccata. Tertio ponit fructum quem boni reportabunt de diuino iudicio, dicens, [Et tunc laus erit vnicuique.] f. bonorū à deo. Quae quidē laus vera erit, quia deus nec decipi, nec decipere potest. Rom. 2, Cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est. 2. Cor. 10, Non enim qui seipsum cōmendat ille probatus est, sed quem deus commendat.

Lectio 2.

Haec autem fratres transfigurauit in me, & Apollo propter vos. Vt in vobis discatis, ne supra quā scriptū est vni aduersus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et vnam regnetis, vt nos vobis cum mundo & angelis & hominibus. Nos stulti propter Christū, vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi, vos autem fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles. Iste in hanc horā & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colapsum cadimus, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus. Blasphemamur & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium perisima usque adhuc.

Postquam Apostolus reprehendit in Corinthiis temeritatē qua ministros Christi iudicabant, hīc arguit eorum elationem qua ministros Christi contēnebant. Et circa hoc tria facit. Primō proponit quod intendit. Secundō rationē assignat, ibi [Quis enim te discernit.] Tertio eorum contēptum ironice loquens irridet, ibi [Iam saturati estis] Circa primū cōsiderandū est quod Apostolus supra volēs reprimere cōtentiones Corinthiorū quas habebāt ratione ministrorū, vsus fuerat nominibus bonorū ministrorum Christi, sicut

Iudicio discussionis quilibet se iudicat: item & iudicio reprehensionis & cōdemnationis in manifestis non absoluitur nisi quo se vt innocentem absoluit.

Reprehendit elationem qua Christi ministros contemnebat Corinthij, assignat reprehensionem & irridet eorum contēptum ironice loquens.

suprà i. dicit, Vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autè Apollo, ego verò Cepha. & suprà tertio, vbi dixit, Sine Palus, siue Apollo, siue Cephas, & tamen nõ gloriabatur de bonis ministris Christi, nec propter eos diffidebant, sed propter pseudo Apostolos quos nominare noluit ne videretur ex odio vel inuidia contra eos loqui, sed loco eorum posuerat nomen suum & aliorum bonorum prædicatorum, & hoc est quod dicit, [Hæc autè fratres.] scilicet, quæ dixi de ministris de quibus gloriamini, & pro quibus cõ tenditis, transfigurauit, id est, figuratim loquens transtulit in me & Apollo. Dicit enim Proverb. 1. Animaduertet parabolam & interpretationem verba sapientum & enigmata eorum. [Et hoc propter vos.] id est, vestram vtilitatem. secundæ Cori. quarto, Omnia propter vos. [Vt in nobis discatis, ne vnus vestrum inflatur.] id est, superbia aduersus alium proximum suum [pro alio] scilicet, pro quocunque ministro Christi. [Suprà quam scriptum est.] id est, ultra formam vobis in præmissis descriptam. Dicitur enim Sapient. quarto, Dirumpens illos inflatos sine voce. ¶ Deinde cum dicit, [Quis enim te discernit.] A signat rationem quare vnus non debeat cõtra alium inflari. & primò ponit rationem, dicens, [Quis enim te discernit?] Quod potest intelligi dupliciter, vno modo sic, Quis enim te discernit à massa perditorum? tu te ipsum discernere non potes: vnde nõ habes in te vnde cõtra altum superbias. Et de hac discretione dicitur in Psal. Iudica me deus & discernere causam meam de gente nõ sancta. Alio modo potest intelligi, Quis te discernit, scilicet, superiorè faciens proximo tuo? hoc quod tu facere non potes. Vnde contra cum superbiere non debes. Et de hac discretione dicitur Ecclesi. 33, In multitudine disciplinæ domini separauit eos, & immutauit vias illorum. Sed inter homines in quantum sunt fideles Christi non est discretio, quia vt dicitur, Ro. 12, Multi vnũ corpus sumus in Christo. Et Act. 15. dicit Petrus, Nihil discreuit inter nos, & illos fide purificans corda eorum. Secundò excludit quandam rationem. Posset enim aliquis discerni à bonis vel à malis melior eis existens propter bona quæ habet, putà fidem, sapientiã & huiusmodi. Sed hoc excludit Apostolus, dicens, [Quid autem habes quod non accepisti.] quasi dicat, nihil. Omnia enim bona sunt à deo, secundum illud Psal. Aperiens te manum tuã omnia implebuntur bonitate. Et secundæ Paralipo. 29, Tuã sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi: & ex hoc concludit propositum, dicens, [Si autè accepisti quid gloriaris quasi non accepisti?] Ille igitur gloriatur quasi nõ accipiens qui de seipso gloriatur & nõ de deo, sicut de quibusdã dicitur in Psal. Qui cõfidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Et ad hoc pertinet prima species superbiæ, quæ, scilicet, aliquis superbiendo quod habet dicit à seipso habere, iuxta illud Psal. Labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est? Ille autè gloriatur quasi accipiens qui omnia deo ascribens gloriatur de ipso, sicut suprà dictũ est. Qui gloriatur, in domino gloriatur. Sic autè gloriari non est superbiere, sed humiliari sub deo cui homo dat gloriam, secundum illud Eccl. vlti. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam. ¶ Deinde cum dicit, [Iam saturati estis.] Irridet eorum superbiã qui Apostolos Christi contenebant. Et primò in generali, secundò in speciali, ibi, [Nos stulti sumus, &c.] Circa primũ duo facit, primò irridet in eis quod de se nimis presumbant, secundò deridet in eis quod Apostolos contenebant, ibi, [Puto enim quod deus, &c.] Circa primũ duo facit, primò irridet eos de præsumptione qua sibi attribuebant quod non habebant, secundò irridet eos de hoc quod sibi singulariter attribuebant quod singulariter non habebant, ibi, [Sine nobis regnatis.] Attribuebant autè sibi abundantiam bonorum, quorum quædam sunt interiora: & quantum ad hoc dicit, [Iam saturati estis.] id est, vobis videtur quod saturati estis, id est, abundanter refecti spiritali dulcedine, de qua dicitur in Psal. Satiabor dñi manifestabitur gloria tua. Poterat autè eis secundum veritatem dici, quod iam saturati estis, non plenitudine, sed fastidio, secundum illud Prover. 27, Anima satia ra calcabit fauam. Quædam verò bona exteriora, & quædam ad hoc dicit, [Iam diuites facti estis.] sicut vobis videtur, scilicet, diuitiis spiritalibus, de quibus dicitur Esa. 33, Diuitiæ salutis sapientiæ & scientiæ. Simile est quod dicitur Apoca. 3, Dicit quia diues sum & locuples valde & nullius ego. ¶ Sed contra hoc videtur illud quod suprà dixi in principio, dicens, Quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni scientiã, &c. Sed dicendum est quod suprà dixit quantum ad bonos qui inter eos erant, hæc autè dicit quantum ad præsumptuos qui superbiabant de eo quod non habebant. Potest & aliter distingui fatiæ & diuitiæ, vt fatiuitas referatur ad vsum gratiæ quo quis spiritalibus fruitur. Diuitiæ autè ad ipsos habitus gratiarum. Secundò cum dicit, [Sine nobis regnatis.] Irridet eos quod sibi singulariter attribuebant quod non habebant. Vnde dicit, sine nobis regnatis. i. ita vobis videtur quod regnã ad vos pertineat, nõ ad nos. Sic enim erant decepti à pseudo Apostolis vt crederent se solos habere fidei veritatẽ quæ in regno dei cõsistit. Apostolum autem & sequaces eius errare. Contra quos dicitur Esa. 5, Nũquid habitabit vobis soli in medio terræ? Et ne videatur Apostolus ex inuidia hoc dicere, subiungit, [Vtinã regnaretis.] Optat enim vt verã fidẽ habeant, secundum illud Act. 26, Opto omnes qui audiunt tales fieri qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Et vt eis exẽpla humilitatis præbeat, subiungit, [Vt & nos regnemus vobiscum] q. d. Si aliquam excellentiã habetis non dedignamini in bono semper. Et est aduertendũ quod Apostolus hæc quatuor species superbiæ tangit, quarum prima est quando aliquis reputat se nõ habere à deo quod habet, quã tangit, dicens, [Quid gloriaris quasi non accepisti?] Et hoc etiam potest reduci ad secundã speciem qua aliquis existimat propriis meritis accepisse. Tertia species est, qua quis iactat se habere quod nõ habet, & quantum ad hoc dicit, [Iam saturati estis, iam diuites facti estis.] Quarta species quãdo aliquis despectis cæteris singulariter vult videri, & ad hoc pertinet quod dicit, [Sine nobis regnatis.] ¶ Deinde cum dicit, [Puto quod deus, &c.] Irridet eos de hoc quod Apostolos Christi contenebant, & primò irridet ponit contemptum, secundò causam contemptus, ibi, [Qui spectaculũ facti sumus.] Dicit ergo primò. Prius dixi quod sine nobis regnatis, puto enim, id est, vos putare videri quod deus nos Apostolos ostendit nouissimos, cum tamen in trã 12. dicatur quod deus in ecclesia posuit primũ Apostolos. Sic enim impletur quod dicitur Mat. 20, Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et ponit exẽplum. Tanquã morri destinatos. Illi enim qui sunt condemnati ad mortẽ, nouissimi habentur inter homines, vt pote quos indignũ sit viuere, & tales Apostoli reputantur à mūdānis hominibus, secundum illud Psal. Estimati sumus sicut oues occisionis. ¶ Deinde cum dicit, [Quia spectaculum.] A signat causam

contemptus. Circa quod considerandum est quod quando aliqui sunt condemnati ad mortem, conuocantur homines ad eorum occisionem quasi ad spectaculum, & hoc maxime fiebat circa eos qui damnabantur ad bestias, quia Apostoli erant quasi morri destinati, subiungit. Quia spectaculũ facti sumus mundo, quasi totus mundus concurrat ad spectaculum nostram occisionem, secundum illud Psal. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: exponit autem quid nomine mundi, intelligat, cum subdit, [Et angelis & hominibus.] s. bonis & malis. Concurrerant enim ad eorum spectaculum boni angeli ad confortandum: mali autem ad impugnandum: boni homines ad cõpatiendum & exemplum patientiæ sumendum, mali homines ad persequendum & irridendum. ¶ Deinde cum dicit, [Nos stulti, &c.] Irridet eos in speciali quod Apostolos contenebant. Et circa hoc duo facit. Primò ponit contemptum, secundò causam contemptus, ibi, [Vsq; in hanc horam, &c.] Circa primum irridet eorum contemptum quantum ad hoc quod sibi excellentiam, Apostolis defectum ac tribuebant: & primò quantum ad perfectionem intellectus, & quantum ad hoc dicit, [Nos stulti sumus propter Christum.] i. stulti reputamus, quia crucem Christi prædicamus, suprà 1. Verbum crucis pereuntibus stultitia est, & etiam quia propter Christum opprobria & contentiones sustinemus, secundum illud Sap. 5, Nos in sensati vitam illorum æstimabamus infantiã. Item vt legitur Act. 26, Festus dixit Paulo. Infans Paulus, multa te litera ad insaniam adducunt. Vos secundum vestram reputationem estis prudentes in Christo, quia. s. nec crucẽ eius publicè confiteri audetis, nec persecutionẽ sustinetis. Pro. 26, Sapientior sibi videtur piger septẽ viris loquentibus sententias. Secundò quantum ad potestatem actionis cum dicit, [Nos infirmi reputamur.] s. in exterioribus propter afflictiones quas sustinemus. 2. Cor. 12, Libetẽ gloriabor in infirmitatibus meis. Vos autè. s. secundum vestrã reputationem estis fortes. s. in rebus corporalibus, quia securè viuistis sine tribulatione. Esa. 5, Væ qui potentes estis ad bibendũ vinum, & viri fortes ad miscendã ebrietatem. Vos nobiles. s. estis, secundum vestram æstimationem. i. honore digni, qui exterius cõtumelias non patimini. Eccl. 19, Filius sapientiũ ego filius regum antiquorum. Nos autè ignobiles sumus, secundum vestrã & aliorum reputationem, quia contemptibiles habemur, suprà 1. Quæ cõtemptibilia sunt mundi & ignobilia elegit deus. Et tamen secundum rei veritatem est cõuerso. Solum enim contemptibiles illi sunt qui deum cõtemnunt, secundum illud 1. Reg. 2, Qui autè contemnunt me, erunt ignobiles. ¶ Deinde cum dicit, [Vsq; in hanc horam, &c.] A signat causam contemptus. Et primò ponit pro causa defectum bonorum temporalium. Secundò mala quæ in eis intelligebantur, ibi, [Maledicimur & benedicimur.] Tertio concludit intentum, ibi, [Tanquã purgamenta.] Circa primum duo facit. Primò ponit defectum quem patiebatur in rebus necessariis. Vnde ad ea quæ pertinent ad victum, dicit, [Vsq; in hanc horam.] i. continuè à conuersione nostra vsque in presens tempus esurimus & sitimus. 2. Corin. 11, In fame & siti. Quantum verò ad vestitum subdit, [Et nudi sumus.] i. propter vestimentorum inopiam, quia etiã interdum expoliabantur. Iob 24, Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes quibus non est operimentum in frigore. ¶ Sed contra est quod dicitur in Psal. Non vidi iustum derelictũ, nec semen eius quærens panem. Sed dicendum est quod ita patiebantur Apostoli quod non derelinquebantur, quia diuina prouidentia moderabatur in eis & abundantiam & inopiam quantum eis expediebat ad virtutis exercitiũ. Vnde & Apostolus Philip. 3, Vbiq; & in omnibus institutus sum & saturari & esurire & abundare & penuriam pati, omnia possum in eo qui me cõfortat. Secundò ponit defectum eorum quæ pertinent ad bene esse humanæ vitæ, quorum, primũ est reuerentia ab hominibus exhibitã, cõtra quod dicit, [Et colaphis cedimus.] quod quidẽ fit magis ad opprobriũ quàm ad pœnam. Vnde de Christo, legitur Matth. 26, Quod expuerunt in faciem suam & colaphis eum ceciderunt. Secundò requiritur quies in loco, contra quod dicitur, [Et instabiles sumus.] Tum quia expellebatur à persecutoribus de loco in locũ, secundum illud Matth. 10, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Tum etiam quia pro executione sui officij discurrere vbiq;, secundum illud Ioan. 15, Posui vos vt eatis. Tertio requiritur ministrantium auxilium, contra quod dicitur, [Et laboramus operantes manibus nostris.] Tum quia aliquando nullus dabat eis vnde possent sustentari, Tum etiam quia labore manuum suarum victũ acquirebant, vel ad vitandũ fidelium grauamen, vel ad repellendũ pseudo Apostolos qui propter quæstũ prædicabant, vt habetur 2. Corin. 12, Tum etiam vt darent ociofis laborandi exemplum, vt habetur 2. Thesal. 3. Vnde dicit Paulus Act. 20, Ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecum sunt ministraverunt manus istæ. ¶ Deinde cum dicit, [Maledicimur, &c.] Ponit mala quæ Apostoli patiebantur. Et primò in verbis cum dicit, [Maledicimur.] id est, mala de nobis dicunt homines, vel ad detrahendũ vel ad contumelias inferendũ, vel etiam mala impreçado. Hiere. 15, Omnes maledicunt mihi. [Et benedicimus.] id est, reddimus bonũ pro malo, secundum illud 1. Petri 3, Non reddentes maledictum pro maledicto, sed econuerso benedicentes. Secundò in factis. & quantum ad hoc dicit, [Persecutionem patimur.] Non solum quantum ad hoc quod fugamur de loco ad locũ, quod proprie persecutio dicitur, sed quantum ad hoc quod multipliciter tribulamur, secundum illud Psal. Multi qui persequuntur & tribulant me, [Et sustinemus in Christo.] scilicet, omnia patienter. Eccl. 1, Vsq; ad tẽpus sustinebit patiens. Tertio tangit causam vtriusq; cum dicit, [Blasphemamur.] id est, blasphemiam imponunt nobis, dũ dicimur magi vel malefici & reputamur dei inimici, secundum illud Ioan. 16, Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiũ se præstare deo, Et Ro. 3, Sicut blasphemamur, vt aiunt quidã dicere, faciamus mala vt veniant bona, tamen obsecramus deũ pro his qui nos persequuntur & blasphemant, secundum illud Matth. 5, Orate pro persequentibus & caluniantibus vos. ¶ Deinde cum dicit, [Tanquã purgamenta, &c.] Concludit ex omnibus præmissis eorum contemptũ, dicens, Et propter omnia prædicta facti sumus tanquam purgamenta huius mundi. i. reputati sumus & à Iudæis & à Gentilibus, vt per nos mundus inquinetur: & propter nostram occisionem mūdus purgeretur, & tanquam simus peripsi ma omnium. Dicitur peripsi ma, quodcunque purgamentum, putã vel pomi vel ferri vel cuiuscunque alferius rei. Et hoc vsque adhuc, quia. s. continuè hoc patimur. Sed quandoque deficiet secundum illud Sap. 5. Vbi ex ore impiorum dicitur, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, Et postea subdit, Quomodo ergo computati sunt inter filios dei.

Corrigit
monendo
verbo, exem-
plo, et pro-
prio, et flu-
gellum con-
minanda.

Non confundam vos haec scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Rogo ergo vos imitatores mei estote sicut et ego Christi. Ideo misi ad vos Timotheum qui est filius meus charissimus et fidelis in domino, qui vos commonefaciet. Vias meas quae sunt in Christo Iesu, sicut vbiq; in omni ecclesia doceo. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam ad vos cito, si dominus voluerit, et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum dei, sed in virtute. Quid vultis? In virga veniam ad vos an in charitate et in spiritu mansuetudinis?

Verbum dei
est semen ad
generandum
Christo ho-
mines.

¶ Postq; Apostolus reprehendit Corinthios de hoc q; Apostolos temere iudicabat & praesumptuose con-
temnebat, hic instat ad eorum correctione, & primò admonitionis verbo. Secùdò ex èplo, ibi [Rogo ergo
vos fratres, &c.] Tertio correctionis flagello, ibi [Tanq; non venturus sim, &c.] Circa primù tria facit. Pri-
mò ponit admonitionis modum, dicens, Hac. s. quae in serie epistolae hucusq; & cura illos à pueritia eorum. Se-
cundò ostendit debitù admonedi modum, dicens, Nam si decem milia pedagogorù habeatis in Christo, sed
nò multos patres. Vbi considerandù est quòd pater est qui primò generat: pedagogus autè est qui iam na-
tum nutrit & erudit. Gala. 3. Lex pedagogus noster fuit in Christo. Dicit ergo Apostolus se patrè eorum in
Christo, quia eis primò euangeliù praedicauit. Vnde alsignans rationem eius quòd dixerat, subdit, Nam in
Christo Iesu per euangelium vos genui. Est autè generatio processus ad vitam, homo autè viuìt in Christo
per fidè. Gal. 2. Quòd autè nunc viuò in carne, in fide viuò filii dei. Fides autè, vt dicitur Ro. 1, est ex auditu,
auditus autè per verbum. Vnde verbù dei est semen quo Apostolus eos genuit in Christo. Vnde Iac. 1. Vo-
luntariè nos genuit verbo veritatis. Alios autè dicit pedagogos, quia postq; fidem receperant, eos adiuua-
runt: vt intelligatur esse eadem cõparatio quàm ad praedicatione euangelii pedagogi ad patrè quae supra
3. posita est rigatoris ad plantatorè, & superadificatoris ad fundatorè. ¶ Deinde cum dicit, [Rogo ergo vos
fratres.] instat ad corrigendù eos suo exemplo. Et primò hortatur eos ad imitandù suum ex èplum, dicens,
Ergo ex quo estis filii, cum bonorù filiorum sit imitari patres, rogo vos imitatores mei estote. s. vt non te-
mere iudicetis, sicut nec ego, quia neq; meipsum iudicare praesumo, & de vobis humilia sentiat, & de aliis
maiora. Vnde nò sine causa tali modo loquedi vsus est. Nos infirmi. Vos fortes. 2. Thes. 3. Vt formam nos-
metipfos daremus vobis ad imitandum. Aduertendù est autem q; eisdem quos supra filios nominauit, nunc
nominat fratres. Dixerat autè suos filios in Christo, quia eos nò sibi, sed Christo genuerat, & quia ipse ge-
nitus erat à Christo, ex consequenti eos habebat vt fratres & filios. Intatùm ergo debebat eum imitari vt
patrem in quantum & ipse Christum imitabatur, qui est omnium principalis pater. Et per hoc subtrahitur
subditis occasio de adhaerendo malis exemplis praetorum. Vnde in hoc subditi solùm praetatos imitari de-
bent in quo ipsi Christù imitantur: qui est infallibilis regula veritatis. Vnde seipsum Apostolis in exemplù
posuit. Ioã. 13. Exemplù dedi vobis vt quemadmodum ego feci, &c. Quòd quidem exemplù Paulus seque-
batur, secundù illud Iob 23. Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui & non declinaui ab ea.
Secundò remouet excusationem ignoratiã, dicens [Ideo misi ad vos Timotheù qui est filius meus charis-
simus et fidelis in domino.] secundum illud Philip. 2. de Timotheo loquens, Neminè habeo ita vnanimem
qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Qui vos cõmonefaciat vias meas. i. qui vos doceat meos pro-
cessus. i. omnia opera & moneat vos ad ea sequendum, secundum illud Hier. 6. Interrogare de semitis anti-
quis quae sit via bona & ambulate in ea. Quae quidè viæ sunt in Christo, & ideo nò debetis designari eas se-
qui, secundum illud Psal. Vias tuas domine demõstra mihi. Et non videatur vobis hoc onerosum, quia hoc
cõmuniter omnibus impono. Vnde subdit, Sicut vbiq; in ecclesia doceo. Coll. 1. Audistis veritatis euange-
lium quòd peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mûdo. Vel hoc quòd dicit, Vias meas, referendù est ad ope-
ra Quòd verò dicit, Sicut & vbiq; ad documeta. Ad hoc enim missus erat Timotheus vt induceret eos ad
imitanda opera & tenenda Apostoli documeta. ¶ Deinde cum dicit [Tanq; non venturus sim ad vos.] com-
minatur eis correctionis flagellù. Et primò ostendit eos esse dignos correctionis flagello, dicens [Tanquã
non venturus sim ad vos.] inflati sunt quidam. s. vestrum, quasi nò timentes per me de sua superbia conuin-
ci, & ramen digni sunt flagellis: nam humiles solis verbis corriguntur, superbi flagellis indigent, secundum
illud Iob 40. Respice cunctos superbos & cõfunde eos. Secundò prænuntiat eis suum aduentum quo ve-
niet ad iudicandum, vbi primò prænuntiat aduentum, dicens [Veniam autè cito ad vos.] Et quia dicitur Proue.
16. Cor hominis disponit viam suã, sed domini est dirigere gressus eius. Ideo subdit, [Si dominus voluerit.]
Iaco. 4. Si dominus voluerit & si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Secundò prænuntiat eis suam iudicia-
riam cognitionem, cum dicit [Et cognoscã]. s. ordine iudiciario, secundum illud Iob 29. Causam, quã nescie-
bam, diligētissimè inuestigabam. Non sermonem eorù qui inflati sunt, sed virtutem, quasi dicat, Non pro-
pter hac ex mea examinatione approbabitur qui abundat in verbis, sed si abundaret in virtute: quia vt
dicitur Prou. 14. Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egetas. Tertio rationem assignat, dicens [Non enim
in sermone est regnù dei, sed in virtute.] i. non ideo aliqui pertinet ad regnù dei qui abundat in sermone, se-
cundum illud Mat. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnù caelorum, sed qui facit vo-
luntatem patris mei. Vltimò cõminatur eis correctionem, referens tamè correctionem arbitrio eorù, dicens
[Quid vultis in virga]. s. disciplina veniam ad vos. s. castigados: an in charitate. i. ostensione amoris? & in spi-
ritu mansuetudinis, vt. s. nihil durus vobiscù agam, hoc enim pèder in vobis. Nã si vos in via stultitiæ perma-
netis, oportet me ad vos cù virga venire, secundum illud Pro. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & vir-
ga disciplina fugabit eam. Si verò vos correxeritis, ostendam vobis charitatè & mansuetudinem. Gal. 6. Vos
qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: hoc autè nò dicit, quin si in virga venies, nò cù
charitate veniret, cum scriptum sit Prou. 13. Qui parcat virgã, odit filiù suum: qui autè diligit illum, instat
erudit: sed quia ille qui castigat virgã, nò sentit interdù dulcedinè charitatis, sicut illi quos bladè cõsolatur.

Caput 5.

Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter Gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis & non magis luctum habuistis vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam indicauit vt praesens eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu cum virtute domini Iesu iradere huiusmodi hominem sathane in interi-
um carnis, vt spiritus alius sit in die domini nostri Iesu Christi.

Et hoc ince-
stus argui-
tur, culpa
tollerantiam
interferitur,
ingressus pe-
na adtingi-
tur, radice
culpe & ne-
gligentia
correctionis
reprehendi-
tur.

¶ Postq; Apostolus prosequutus est ea quae pertinent ad baptismi sacramentù, hic incipit prosequi ea quae
pertinent ad matrimoniu. Et primò arguit peccatum contrariù matrimonio. s. fornicatione. Secundò agit
de ipso matrimonio, ca. 8. ibi, [De quibus autè scripsistis, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit culpã,
Secundò redarguit eam, ibi [Non est bona glo. &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit culpã cuiusdam
fornicarij. Secùdò culpã aliorum qui peccatum fornicarij tolerabãt, ibi [Et vos inflati estis, &c.] Circa pri-
mum, primò ponit tria quae pertinet ad culpã grauitatem. Primò nanq; ostèdit peccatum esse notorium, di-
cens, [Non sine causa quæsiui, an velitis q; in virga veniam ad vos.] Est enim in vobis aliquid dignù virga
disciplina. Quia fornicatio auditur inter vos omnino secundum publicã formã, contra quòd dicitur Eph.
5. Fornicatio autè nec nominetur in vobis. Esa. 3. Peccatum suum quasi Sodoma praedicaerunt nec absco-
derunt. Secundò aggravat peccatum ex cõparatione, cum dicit, [Et talis fornicatio qualis inter Gentes nec
licita reputatur vel inuenitur.] Apud Gentiles enim simplex fornicatio non reputabatur peccatum. Vnde
Apostoli Act. 15. Ad hunc errorem excludendum Gentilibus ad fidè conuersis imposuerant q; abstineat se à
fornicatione. Erat tamè quedã fornicationis species quæ & apud Gẽtiles illicita habebat. Et ideo dicit, [Ita
vt vxorè patris aliquis habeat] sicut dicitur Gen. 49. Effusus es sicut aqua, nò crescas, quia ascendisti cubile
patris tui, & maculasti stratum eius. Hoc autè erat horribile, etiã apud Gentiles, vt pote contrarium natura-
lirationi existēs. Per naturalem enim reuerentiã filij ad parètes secundù omnè stratum & legè, pater & ma-
ter à matrimonio excluditur, vt sic etiã possit intelligi quòd habetur Gen. 2. Propter hoc relinquet homo
patrem & matrè. s. in cõtractu matrimonij & adhaerebit vxori suæ. Sicut autem ibi subditur, Vir & mulier
erunt duo in carne vna. Et ideo vxor patris repellitur à matrimonio: sicut persona patris vel matris, secun-
dum illud Leuit. 18. Turpitudinè vxoris patris tui ne disco operias, turpitudinem enim patris tui est. ¶ Deinde
cum dicit, [Vos inflati estis.] Ponit culpã eorum qui hoc peccatù tolerabãt. Et primò reprehendit eorù tole-
rantia. Secundò supplet qd illi negligebant, ibi [Ego quidè, &c.] Circa primù notat in eis tria vitia. Primò
superbiã cum dicit, [Et vos inflati estis]. s. vento superbiã reputates vos innocentes ex cõparatione pecca-
toris, sicut Luc. 18. Phariseus dicebat, Non sum sicut ceteri hominù, velut etiã hic publicanus. Sap. 4. Di-
rumpã illos inflatos sine voce. Secundò tãgit eorum iniustitiã, cum dicit, [Et nò magis luctù habuistis. s. pati-
tiedo causam peccatoris, sicut Hie. 9. dicitur, Quis dabit capiti meo aquã & oculis meis fontè lachrymarù,
vt plorem die ac nocte interfectos filij populi mei. Vera enim iustitia, vt dicit Gregor. cõpassionem habet
nò dedignationem. Tertio tangit eorù iudicij negligentiam, vt tollatur de medio vestrù qui hoc opus fecit.
Talis enim cõpassio viri iusti ad peccatorem vulnerat & liberat, secundum illud Proue. 23. Tu virga percus-
tis eum & animã eius de inferno liberabis. Per hoc etiam alij corriguntur, secundum illud Prou. 19. Pestilente
flagellato stultus, sapientior erit. Vnde Eccle. 8. Quia non pferunt cito cõtra malos sententia, absq; vilo ti-
more filij hominù perpetrãt mala. Debet autem ad correctione aliorum interdù peccator separari, vbi de
contagione timetur: secundum illud Proue. 22. Eiice derisorem & exibeat cum eo iurgiu, cessabuntq; causæ &
cõtumelia. ¶ Deinde cum dicit, [Ego quidè absens corpore, &c.] Supplet eorù negligentiam, sententiam
proferens contra peccatorem, & circa hoc tria facit, Primò ponit autoritatè iudicantis. Secundò modù iudi-
candi, ibi [Congregatis vobis, &c.] Tertio sententiã iudicis, ibi [Tradere huiusmodi, &c.] Circa primù duo
facit. Primò ponit autoritatem ministris. s. iustis: videbatur autem contra iudiciariu ordinem, vt condè-
naret absentem, secundum illud Act. 25. Non est consuetudo Romanis cõdemnare aliquem priusquam is
qui accusatur, praesentes habeat accusatores, sed hoc Apostolus excusat, dicens, Ego quidè absens corpore,
praesens autè spiritu. i. affectu & sollicitudine mentis, secundum illud Coll. 2. Et si corpore absens sum, sed
spiritu vobiscù sum, gaudens & videns ordinem vestrum. Vel praesens spiritu. quia per spiritù cognoscebat
ea quae apud ipsos agebãtur ac si praesens esset, sicut & Elifaus dixit. 4. Reg. 5. Nonne cor meum in praesenti-
erat, quando reuerius est homo de curru suo. Et quia sum spiritu praesens iam iudicavi. i. sententiam con-
demnationis ordinavi in eum qui sic operatus est. Secundò ponit autoritatè principalis domini, dicens. [In
nomine domini nostri Iesu Christi]. i. vice & autoritate seu cù virtute & inuocatione nominis eius, secun-
dum illud Col. 3. Omne quodcùq; facitis in verbo aut opere, in nomine domini nostri Iesu Christi, facite,
¶ Deinde cum dicit, [Cõgregatis vobis in vnum.] ostèdit modum iudicandi. Ea enim quae graua sunt mul-
torù deliberatione punièda sunt. Vnde & antiquitus iudices sedebãt in portis vbi populù cõgregabatur, se-
cundum illud Deu. 16. Iudices cõstitues in omnibus portis tuis. Vnde dicitur in Psal. In cõsilio iustorù & cõ-
gregatione magna opera domini. & Mat. 18. Vbi sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in me-
dio. Secundò adhibet suu assensum, cum dicit [Et meo spiritu]. i. mea voluntate & autoritate, secundum illud
quòd dixerat, praesens autem spiritu. Tertio adhibet autoritatè principalis domini. s. Christi, dicens [Cum
virtute domini nostri Iesu Christi.] Ex qua iudiciu ecclesiae habet robur firmitatis, secundum illud Matt. 18.
Quodcùq; ligaueris super terrã, erit ligatù & in caelis. ¶ Deinde cù dicit, [Tradere huiusmodi &c.] ponit cõ-
denationis sententiã, circa quã tria ponit. Primò penã, cum dicit [Tradere huiusmodi sathane] supple iu-
dicavi. Quòd potest dupliciter intelligi. Primò q; sicut dicitur Matt. 10. Dominus dicit Apostolis potestatem
spirituum immundorum vt eicerent eos, & per eandè potestatem poterãt imperare spiritibus immudis vt
vexarent corporaliter, quos hac penã iudicabant dignos. Mandauit ergo Apostolus Corinthiis in eius au-
thoritate tradere praedictù fornicarium sathanae corporaliter vexandum. Vnde ponit secundò huius senten-
tiã effectù cum dicit, [In interitù carnis.] i. ad vexatione carnis & afflictionem, in qua peccauit, secundum il-
lud Sap. 11. Per quae peccat quis, per hac & torquetur. Tertio ponit fructù cum dicit, [Vt spiritus saluus sit
k iij

Desenten-
tia contra
Corinthium,
duplex ex-
positio.

in die domini nostri Iesu Christi]. i. vt salutē cōsequatur in die mortis vel in die iudicii, sicut suprà tertio expositum est & sic impletur quod ibi subditur. Ipse autē saluus erit, sic tamē quasi per ignem, p̄nā. f. tēpo- ralis. Non enim Apostolus sathanā tradidit peccatorē vt eius potestati perpetuē subiaceret, sed vt carnis vexatione ad p̄nitentiā conuertatur, secūdm̄ illud Esa. 28. Sola vexatio intellectu dat auditui. Est autem hęc sententia Apostoli quā dominus seruauit, Iob 2, vbi sathanā dixit, Ecce in manu tua est. f. caro eius. Ve- rūtānē animā illius seruauit. f. illeam. Alio modo intelligi potest quod dicitur tradere huiusmodi sathanā. f. per excommunicationis sententiā, per quam aliquis separatur à cōmuniōne fidelium, & à participatione sacra- mentorū, & priuatur ecclesiā suffragiis quibus homo munitur cōtra impugnationē sathanā, propter quod de ecclesia dicitur Cant. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata. f. dæmonibus. Quod autē subditur, in in- teritū carnis, intelligitur, vt. f. ab ecclesia separatus & rērationibus sathanā expositus liberi⁹ ruat in pecca- tum, secūdm̄ illud Apoc. vlt. Qui in sordib⁹ est sordescat adhuc, Vocat autē peccata mortalia carnis interitum, quia vt dicitur Gala. vlt. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionē. Subdit autē. Vt spiritus saluus sit, vt. f. peccatorū turpitudinem cognoscēs cōfundatur & p̄niteat, & sic sanetur, secūdm̄ illud Hie. 31. Confusus sum & erubui, quoniā sustinui opprobriū adolescentiæ meæ. Potest etiā intelligi vt spirit⁹ eius f. ecclesiā. i. spiritus sanctus ecclesiā saluus sit fidelibus in die iudicii, ne. f. perdant eū per contagiū peccato- ris: quia vt dicitur Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinā effugiet fictum, &c.

Lectio 2.

Arguit culpam tollentium in-fermentum, do- cet quid a- gentium.

Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum. Vt sitis noua conspersio, sicut estis azimi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis.

Per fermentum quidamque sapientia diuina, quidamque peccatum aliquando peccator.

Suprà Apostolus memorauit duplicem culpā. f. Corinthii fornicatoris, & aliorū qui eius peccatum tolle- rant, hic vt ranq; culpam redarguit. Primò culpā tollerantium eius peccatū. Secūdm̄ culpā fornicatoris, ibi Corpus autē non fornicationi, &c. Circa primū duo facit. Primò redarguit in Corinthiis negligētiam iudicii. Secūdm̄ redarguit in eis quārdā alia vitia circa iudiciū. 6. ca. [Audeat aliquis, &c.] Circa primū duo fa- cit. Primò redarguit eos qui fornicatorē à se non separauerunt. Secūdm̄ reprobatur falsum intellectu quem ex verbis suis cōceperāt, ibi Scripsit vobis in epistola, &c. Circa primū duo facit. Primò repræhēdit quod fecerant. Secūdm̄ ostendit quid faciendū sit, ibi Expurgate vetus fermentū, &c. Circa primū duo facit. Pri- mō repræhēdit culpā præteritam quātum ad suā radicem: dixerat enim suprà q; ex inflatione sequitur in eis incōpāsio & ex incōpāsione correctionis negligentia. Arguit ergo primò Corinthiorū elationem, di- cēs, [Non est bona gloriatio vestra. Iqua. f. defectibus aliorū gloriāmini quasi vos sitis innocētēs. Debet enim vnusquisq; in domino gloriari de bonis sibi diuinitus datis, nō de aliis, secūdm̄ illud Gal. 6. Opus autē suum vnusquisq; prober, & sic in semetipso gloriā habebit & non in alio. Præcipue autē malum est de ma- lis aliorū gloriari. Dicitur enim in Psal. Quid gloriaris in malitia? Secūdm̄ assignat rationē eius quod dixit rat, dicēs [An nescitis q; modicum fermētum totā massam corrūpit?] quasi dicat, hoc ignorare nō potestis. Est autē sciendū q; in fermēto duo possunt cōsiderari. Primò sapor quē tribuit panī, & secūdm̄ hoc per fermentū significatur sapientia dei per quā omnia quæ sunt hominis sapida reddūtur, & secūdm̄ hoc dicit Mat. 13. Simile est regnū cælorum fermēto quod acceptū mulier abscondit in farinā satis tribus donec fermentatū est totū. Secūdm̄ in fermēto potest cōsiderari corruptio, & secūdm̄ hoc per fermentū potest intelligi vno modo peccatū, quia. f. p̄ vnū hominis peccatū omnia opera eius corrupta reddūtur, putā per peccatū simulationis quod comparatur fermento Luc. 12. Attēditē à fermēto Pharisæorū, quod est hypocri- sis. Alio modo p̄ fermētū potest intelligi homo peccator, & ad hoc inducitur hęc similitudo. Sicut enim per modicum fermētum tota massa pasta corrūpitur, ita p̄ vnū peccatorē tota societas inquinatur. Vnde Ecclesi. 11. Ab vna scintilla augetur ignis, & ab vno dololo augetur sanguis. Et hoc quidem contingit dum per peccatum vnus alij prouocantur aliquialiter ad peccandum. Vel etiam dum peccati consentiunt, saltem non corrigendo dum possunt corrigere, secūdm̄ illud Romano. primò, Digni sunt morte non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Et ideo Corinthiis non erat gloriandum de pec- cato vnus, sed magis cauendum ne peccato vnus omnes inquinarentur ex eius consortio, secūdm̄ illud Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, vbi dicit glosa, Non fuit bonus qui malos tolle- rare nō potuit. Deinde cum dicit, [Expurgate vetus fermentū.] Ostēdit quid de cætero sit faciendū. Et pri- mō ponit documentū. Secūdm̄ rationē assignat, ibi Pascha nostrū, &c. Dicit ergo primò quia modicū fer- mentū totā massam corrūpit, ideo expurgate vetus fermētū. i. expurgate vos abiiciēdo à vobis vetus fermē- tum. i. fornicariū qui peccato rediit in vetustate corruptionis antiquæ, secūdm̄ illud Baruch 3. Inueterasti in terra aliena, coinquinarus es cū mortuis. Quod quidē dicit, quia p̄ separationē vnus peccatoris tota so- cietas expurgatur. Vnde & egresso Iuda dñs dixit Io. 13. Nunc clarificatus est filius hominis. Potest etiā per vetus fermentū intelligi antiquus error, secūdm̄ illud Esa. 26. Vetus error abiit. Vel etiā corruptio origina- lis peccati, secūdm̄ illud Ro. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est. Vel etiā quodcūq; peccatū actuale, secūdm̄ illud Col. 3. Expoliātes vos veterē hominē cū actibus suis: horū enim admonitione homo expur- gatur. Ponit autē cōsequenter purgationis effectū, dicens, [Vt sitis noua cōspersio.] Dicitur autē cōspersio cōmixtio aquæ & farinæ nouæ anteq̄ admisceatur fermētū. Remoto ergo fermēto à fidelibus. i. peccatore vel peccato, remanēt sicut noua cōspersio. i. in puritate suæ nouitatis, secūdm̄ illud Psal. Renouabitur vt a- quilæ iuuentus tua. Eph. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Deinde ponit modum debitum expurga- tionis cum dicit, [Sicut estis azimi.] i. sine fermento peccati. Dicitur enim ab a, quod est sine & zima quod est fermentum. Vnde dominus Mat. 16. dixit discipulis. Cauere à fermento Pharisæorum & Saduceorum. Deinde cum dicit, [Etenim pascha nostrum.] Assignat rationem eius quod dixerat, scilicet, quare fideles de- bent esse azimi, quæ quidem ratio sumitur ex mysterio passionis Christi. Vnde primò proponit ipsum my- sterium, secūdm̄ concludit propositum, ibi Itaque epulemur, &c. Circa primū cōsiderandum est quod inter cætera sacramenta legalia celeberrimum erat agnus paschalis, qui vt præcipitur Exod. duode- cimo, Immolabatur ab vniuersa multitudine filiorum Israel in memoriā illius beneficij quo angelus

percutiens primogenita Egypti pertrāsuit domos Iudæorū quorū fores limitæ essent sanguine agni. Vnde nomē paschæ, sumitur secūdm̄ quod ibi dicitur. Est enim pascha. i. trāsitus domini, & vltimō virtute hu- ius beneficij trāsuitur populus mare rubrū, vt dicitur Exo. 14. Ille enim agnus figura fuit Christi innocētis, de quo dicitur Io. 1. Ecce agnus dei. Sicut ergo ille agnus figuratus immolabatur à filiis Israel, vt populus dei liberaretur ab angelo percutiente, & vt transfirent mare rubrum liberati de seruitute Egypti: ita Christus est occisus à filiis Israel per cuius sanguinē populus dei liberatur à diaboli impugnatione & seruitute pecca- ri per baptisimū quasi per mare rubrum. Ille autē agnus figuratus pascha Iudæorū dicebatur, quia in signum trāsitus immolabatur. Vnde dicitur Mat. 26. Vbi vis paremus tibi comedere pascha. i. agnū paschalē. Dicit ergo Apostolus. Ideo debetis esse azimi, etenim. i. quia, sicut figurale pascha veteris populi est agnus immo- latus, ita pascha nostrū. i. noui populi, est Christus immolatus, cuius etiā immolationi conuenit nomen pas- chæ, tum significatione lingue Hebrææ, quod significat trāsitum. Exo. 12. Est enim pascha. i. trāsitus, tum si- gnificatione lingue Græcæ prout nomen paschæ significat passionē. Christus enim per passionem qua fuit immolatus trāsuitur ex hoc mundo ad patrē, vt dicitur Io. 13. Deinde cum dicit, [Itaq; epulemur.] Conclu- dit propositū. Ad cuius euidentiam cōsiderandum est q; sicut legitur Exo. 12. Agnus paschalis post immo- lationē manducabatur cū azimis panibus. Sicut ergo agnus figuratus fuit figura nostri paschæ immolati, ita figuratus obseruantia paschalis debet cōformari obseruatiōe noui paschæ, ergo quia Christus immolatus est pascha nostrū. Itaq; epulemur. f. manducantes Christum. non solū sacramentaliter, secūdm̄ illud Io. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā in vobis. Sed spirituali- ter fruendo sapientia eius, secūdm̄ illud Eccle. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient: & sic cum gaudio spirituali, secūdm̄ illud Psal. In voce exultationis & cōfessionis, sonus epulantis. Deinde determinat modum epulandi secūdm̄ conformitatem veritatis ad figuram, dicens, [Non in fer- mento veteri, nec in fermēto malitiæ & nequitia.] mādabatur enim Ex. 12. Quod omne fermentū non in ueniretur in domibus māducantium agnū paschalē. Fermentum autē habet & vetustatem & corruptionē. Vnde per remotionem fermenti, Primò quidē potest intelligi obseruantia præceptorum veteris legis quæ per passionem Christi est mortificata, secūdm̄ illud Leuit. 26. Vetera nouis superuenientibus proficietis. Secūdm̄ per remotionem fermēti potest intelligi remotio corruptionis peccati, sicut suprà dictum est, q; modicum fermentum totam corrūpit massam, & quantum ad hoc subdit. Neq; in fermento malitiæ & ne- quitia, vt malitia referatur ad p̄uersitatem operis, secūdm̄ illud Iac. 1. Abiicientes omnem immūditiam & abundantiam malitiæ. Per nequitiam verò intelligitur fraudulēta machinatio. Prouer. 26. Quando sum- pserit vocem suam non credideris ei, quoniā septem nequitie sunt in corde eius. Vel secūdm̄ glosam, cum dicit, [Non in fermento veteri.] remouet vetustatem peccati in cōmuni. Quod autem subdit, [Neq; in fer- mento malitiæ & nequitia.] applicat peccatū per partes: vt malitia dicatur peccatum quod committitur in seipsum, nequitia peccatum quod cōmittitur in alium. Excluso ergo modo indebito epulandi determinat modum conuenientē, subdens, Sed in azymis sinceritatis & veritatis. i. sinceritate & veritate quæ significan- tur per azima. Ponitur autem sinceritas cōtra corruptionē peccati, quod significauit cum dicit. Non in fer- mento malitiæ & nequitia. Nam sincerum dicitur quod est sine corruptione. Vnde 2. Corinth. 2. dicitur, Non sumus sicut plurimi adulterantes verbū dei, sed ex sinceritate in Christo loquimur. Veritas verò po- nitur contra figuras veteris legis, sicut Ioan. 1. dicitur, Veritas & gratia per Iesum Christum facta est, quia. f. verum pascha cum veritate & non cum figuris celebrare debemus. Vnde secūdm̄ glosam, per sincerita- tem intelligitur innocentia à vitis seu nouitas vitæ: per veritatem autem iustitia bonorum operum vel re- ctitudo quæ fraudem excludit.

Lectio 3.

Scripsi vobis in epistola, ne comisceamini fornicariis. Non vtiq; fornicariis huius mundi, aut auaribus, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exire. Nunc autem scripsi vobis non commisceri. Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruientis, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit. Auserte malum ex vobis ipsi.

Induxerat suprà Apostolus Corinthios ad hoc q; à seipsis peccatorem separarent, quod quidē prætermis- serat propter falsum intellectum cuiusdā verbi quod continebatur in epistola quadā quam eis prius mise- rat. Et ideo prauū sensum quem ex verbis conceperant, nunc excludit. Vnde circa hoc tria facit. Primò re- sumit verbū prioris epistolæ. Secūdm̄ excludit falsum intellectum, ibi Non vtiq; fornicariis. Tertio expo- nit verum intellectu, ibi Nunc autē scripsi vobis. Dicit ergo primò, dixi vobis in epistola quadā alia quæ in canone non habetur, ne comisceamini fornicariis. i. non habeatis cum eis societate vel cōmuniōnem, se- cūdm̄ illud Prouer. 1. Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Eccles. 9. Non des fornicariis animam tuam in villo. Deinde cum dicit, Non vtiq; fornicariis. Excludit falsum intellectum prædicti verbi. Et primò proponit quod intendit. Secūdm̄ concludit propositū, ibi [Alioquin debueratis, &c.] Circa primū considerandū est q; in prædicto verbo Apostoli dupliciter falsum intellectum cōcepe- rant Corinthii. Primò quantū ad hoc quod intelligebant illud esse dictū de fornicariis infidelibus, sed illud excludit Apostolus, dicens, Non vtiq; intendo dicere q; non comisceamini fornicariis huius mundi, vocat autem infideles nomine mundi, secūdm̄ quod dicitur Io. 1. Mundus eum non cognouit, suprà 1. Non co- gnouit mundus per sapientiā deum. Secūdm̄ conceperant falsum intellectum quantum ad hoc quod putabāt prohibuisse Apostolum solum de fornicariis, non autē de alijs peccatoribus. Et ideo ad hoc excludendū subdit. Aut auaris, qui. f. iniuste detinent aliena. Eph. 5. Auaritia quæ est idolorū seruitus, non habet hære- ditatem in regno Christi & dei. Aut rapacibus, qui. f. violenter diripiunt aliena, infra eodem. Neq; rapaces regnum dei possidebunt. Aut idolis seruientibus, contra quos dicitur Sap. 14. Nefandorū enim idololorum cultura omnis malitiæ causa est, initium & finis. Et est sensus non solum vobis prohibui societatem fornicato- rum, sed etiam omnium aliorum peccatorum. Et est aduertendum q; per fornicationem quis peccat con- tra seipsum: per auaritiā autē & rapacitatem cōtra proximum: per idolorum autē culturam contra deum:

Recuset ea que in qua- dam epistola & Corin- thiis scripta (que non habent) posuerat & falsum intel- lectum illius resellit. d. su- do verum in- tellectum.

& in his quæ ponit omne peccati genus intelligitur. ¶ Deinde cum dicit, [Alioquin, &c.] A signat ratione propositi, dicens, [Alioquin] si. f. fit intelligendū verbū prædictū de fornicariis huius mundi, debueratis de hoc mundo exisse, quia, f. totus mundus talibus plenus est. Vnde nō potestis tales fornicarios vitare, nisi de hoc mundo exiēdo. Dicitur enim 1. Io. 5, Totus mundus in maligno positus est. Vel aliter debueratis de hoc mundo exisse, quasi dicat, à tēpore cōuersionis vestræ debueratis ab infidelibus mundi separari. Vnde nō oportet vos super hoc moneri, dicitur enim Io. 15, Ego elegi vos de mūdo. Vel aliter, debueratis de hoc mūdo exisse, f. per mortē. Meli⁹ est enim hominibus mori q̄ peccatoribus in peccatis cōfentire. Vnde dicitur infra 9, Melius est enim mihi mori q̄ vt gloriam meam quis euacuet. ¶ Deinde cum dicit, [Nunc autem scripsi vobis.] Exponit eis verū intellectū. Et primò proponit quod intēdit. Secūdo rationē assignat, ibi [Quid enim mihi est.] Tertiò infert conclusionē intentam, ibi [Aufferte malū, &c.] Dicit ergo primò, nūc autē sic expono quod olim scripsi vobis, nō cōmiscemini. f. fornicariis & aliis peccatorib⁹. Si is qui inter vos frater nominatur eo modo quo dominus dicit Mat. 23, Omnes vos fratres estis: Nō tamē dicit si is qui frater est: sed si is qui frater nominatur, quia p̄ peccatū mortale aliquis à charitate recedit quæ est spiritua lis fraternitatis causa, Vnde Heb. vlti. dicitur, Charitas fraternitatis maneat in vobis. Nominatur ergo frater propter fidei veritatē, nō autem est verē frater, propter charitatis defectū qui est ex peccato. Vnde sub ditur, Aut fornicator, aut auarus, aut idolis seruens, aut maledicus, aut rapax, aut ebriofus, cum huiusmodi nec cibum sumere. f. debetis, secūdo illud Ioā. 2. cano. Si quis venit ad vos & hanc doctrinā non affert, nō lite cum recipere in domo vestrā, nec aue dixeritis ei, quasi dicat, Per hoc quod dixi nō debere vos misceri peccatoribus, intellexi de fidelibus qui nominātur fratres, & sunt inter vos: nō autē per hoc intelligēdum est, sicut dicit Aug. in lib. contra Permenianū, & habetur in gl. h̄c, q̄ aliquis extraordinā iudicio debeat a cōmunionē aliorum separari: quia frequēter posset errare, sed potius hoc debet fieri secūdo ordinem ec clesiæ, quādo aliquis à cōmunionē repellitur vt cōuictus vel sponte cōfessus, & ideo signāter dicit, Si is qui nominatur, vt eam nominationē intelligamus quæ fit per sententiā ordine iudiciario cōtra aliquē prolata. Illi autē qui sic à cōmunionē pelluntur, sunt vitandi quantum ad mensam, sicut h̄c dicitur, & quantū ad sa lutationem, vt dicitur in prædicta autoritate Ioan. & vltius quantum ad sacram cōmunionem. Vnde in versu dicitur, Os, orare, vale, cōmunitio, mensa negatur, scilicet, excommunicato. Sed notandum quōd Apostolus sup̄rà non numeravit, nisi peccata mortalia in signum quōd pro solo peccato mortali debet ali quis excommunicari, & de aliis quidem quæ ponit manifestum est. Sed de æbrietate potest esse dubium quæ non semper videtur esse peccatum mortale. Dicit enim Augustinus in sermone de purgatorio quōd æbrietas nisi sit frequens nō est peccatū mortale. Quod credo ideo esse, quia æbrietas ex suo genere est pec catū mortale. Quōd enim aliquis propter delectationē vini velit perdere vsum rationis exponēs se pericu lo, multa alia peccata perpetrādi videtur esse contrariis charitati. Cōtingit tamē per accidens æbrietatem non esse peccatum mortale propter ignorantia vini fortitudinis vel debilitatis proprii capitis, quæ tamen excusatio tollitur per frequentē experientia: & ideo Apostolus signāter nō dicit ebrius, sed æbriofus. Addit autē duo peccata his quæ sup̄rà posuerat, f. æbriofum & maledicū, f. refertur autē æbrietas ad genus pecca ti quod cōmittitur cōtra seipsum sub quo cōtinetur nō solum luxuria, sed etiā gula: maledicus autem refer tur ad genus peccati quod cōmittit contra proximum, cui nocet aliquis nō solum factō, sed etiā verbo ma la imprecādo vel malē diffamando quod pertinet ad detractionē. Vel mala in faciem dicendo, quod pertinet ad contumeliā, & hoc totum pertinet ad rationem maledici, vt sup̄rà dictum est. ¶ Deinde cum dicit, [Quid enim mihi est, &c.] A signat rationē eius quod dixerat. Et circa hoc tria facit. Primò assignat ratio nem, dicens, Dixi hoc esse intelligēdum de fratribus & nō de infidelibus. Quid enim mihi est. i. quid ad me pertinet iudicare. i. sententiā condēnationis ferre de his qui foris sunt. i. de infidelibus qui sunt omnino ex tra ecclesiā. Prælati enim ecclesiarum accipiunt spirituale potestatem super eos tantum qui se fidei subdi derunt, secūdo illud 2. Cor. 10, In prōp̄tu habentes vlticū omnē inobediētiā, cum impleta fuerit vestrā obedientia. Indirectē tamen prælati ecclesiarum habent potestātē super eos qui foris sunt in quantum pro hibent fideles ne illis cōmunicent. Secūdo adhibet similitudinē, dicens, [Nōne de his qui intus sunt vos iudicatis.] quasi dicat, eadē autoritate vos iudicatis qua & ego. Vnde vos nō iudicatis nisi de vestrīs, ita & ego. Dicitur Eccl. 10, Iudex sapiens iudicabit populū suum. Tertiò respōdet tacitē dubitationi. Posset enim videri q̄ infideles essent meliores qui propter peccata prædicta non condēnantur, sed hoc excludit, dicens, [Ideo nihil mihi de his qui foris sunt iudicare.] Nam eos qui foris sunt. i. infideles iudicabit deus. f. iudicio condēnationis non examinationis, quia vt Gregorius dicit in moralibus. Infideles dānabuntur sine iudicio discutionis & examinationis, & quantū ad hoc dicitur Io. 3, Qui nō credit, iam iudicatus est. i. manifestam in se habet causam condēnationis, & hoc grauius referuatur dei iudicio, secūdo illud Heb. 10, Horrēdum est incidere in manus dei viuētis. ¶ Deinde cum dicit, [Aufferte malū, &c.] Infert conclusionem principa liter intentam, dicens, Ex quo hoc quod dixi, nō cōmiscemini fornicariis, intelligendū est de fidelibus nō de his qui foris sunt. [Ergo aufferte malū.] f. hominē ex vobis sp̄s. i. de vestrā societate eiicite, secūdo illud Deute. 17, Aufferes malum de medio tui. Est ergo considerandum ex præmissis Apostoli verbis quōd non prohibemur communicare infidelibus, qui nunquam fidem receperunt propter eorum pœnam. Est tamen hoc cauendum aliquibus, f. infirmis propter eorum cautelam ne seducantur. Illi verò qui sunt firmi in fi de possunt eis licitē communicare, & dare operam cōuersioni eorum, vt dicitur infra 10, Si quis infide lium vocat vos ad cœnam & vultis ire, omne quod appositum fuerit manducate. Infidelibus autem qui aliquando fideles fuerunt vel sacramentum fidei receperunt: sicut hæreticis & apostatibus à fide subtra hitur omnino cōmunitio fidelium, & hoc in eorum pœnam sicut & cæteris peccatoribus qui adhuc sub duntur potestati ecclesiæ.

Itē vitandi sunt peccatis mortali bus dediti cū invidiā de eorum mala vita consistat. Pro solo mortali de bet quis excommunicari.

De iudicibus coram quibus agebant arguntur.

Caput 6.

Audet aliquis vestrū habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos & non apud sanctos. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Et quomodo

quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia constituitur ad iudicandū. Ad verecundiam vestrā dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. ¶ Sup̄rà Apostolus reprehenderat Corinthios de negligentia iudicij, h̄c reprehēdit in eis quēdā alia peccata circa iudicia. Et primò quantū ad iudices eorum corā quibus litigabant. Secūdo quantū ad ipsa iudicia, ibi [Tam quidē omnino.] Circa primū tria facit. Primò arguit eos de inordinatione. Secūdo rationē reprehensionis assignat, ibi [An nescitis.] Tertiò remediū adhibet, ibi [Secularia igitur iudicia.] Dicit ergo primò, ita negligitis in iudicando vestros, sed tamen præsumptuos estis subire infidelium iudicia, & hoc est quod dicit, [Audet.] i. præsumit aliquis vestrū habens negocium. f. secularē aduersus aliū iudicari apud in quos. i. subire iudicium infidelium & non apud sanctos. i. apud fideles qui sunt sacramentis fidei sanctificati. Hoc enim est inordinatū multipliciter. Primò quidē, quia per hoc derogatur authoritati fidelium. Secūdo quia derogatur dignitati fidelium quantum ad hoc q̄ infidelium iudicia subeunt. Tertiò quia per hoc datur occasio infidelibus iudicibus contēnendi fideles quos dissentire vidēt. Quartò quia per hoc datur occasio infidelibus iudicibus calūniandi & opprimendi fideles. quos odio habēt propter fidem & ritus diuersitatē. Et ideo dicitur Deut. 17, Tuli de tribus vestrīs viros sapientes & nobiles, præcepiq; eis, dicens, audite illos & quod iustū est iudicate. Et eod. 17, Non poteris alterius gentis facere regē qui non sit frater tuus. ¶ Sed videtur esse cōtra id quod dicitur 1. Pet. 1, Subditi estote omni humanæ creaturæ propter deū, siue regi tan quam præcellenti, siue ducibus tanq̄ ab eo missis: pertinet enim ad authoritatē principis iudicare de subdi tis. Est ergo cōtra ius diuinum prohibere q̄ eius iudicio nō stetur si sit infidelis. ¶ Sed dicendum q̄ Apосто lus nō prohibet quin fideles sub infidelibus principibus & cōstitutis eorum iudicio cōpareant si vocētur, hoc enim esset cōtra subiectionem qua debetur principibus: sed prohibet q̄ fideles non eligant volūtariē infidelium iudicia. ¶ Deinde cum dicit, [An nescitis, &c.] A signat rationē cōtra id quod illi faciebāt sum ptā de hoc quod derogabāt authoritati sanctorū, & primò quantū ad authoritatē quam habent super res mundanas. Secūdo quantū ad authoritatem quam habent ad res supermundanas. i. super angelos, ibi [An nescitis quoniam angelos iudicabimus.] Dicit ergo primò. Inordinatum est iudicium apud infideles qui fi deles habent authoritatē iudicandi [An nescitis quia sancti de hoc mundo iudicabūt.] i. de hominibus mun danis huius mundi. Quod quidē impletur tripliciter. Primò quidem secundum cōparationem. f. secundum q̄ non solum boni iudicabunt malos, & sancti mundanos: sed etiam secundum q̄ boni iudicabuntur à me lioribus, & mali iudicabunt peiores, secūdo illud Mat. 12, Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatio ne ista & condēnabunt eam. Secūdo iudicabunt approbando sententiam iudicis. f. Christi, & hoc erit p̄ priē iustorū, secūdo illud Psal. 118, Iudicabit iustus cum viderit vindictam. Vnde Sap. 3, dicitur, Iudicabunt sancti nationes. Tertiò modo per sententiā prolationem. Et hoc erit Apostolorū & similibus qui cōtēptis rebus mundi, solis spiritualibus inhæserunt. Spirituales enim iudicant omnia, vt dictum est sup̄rà 2. Vnde & Mat. 19, dicitur, Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Et in Psal. di citur, Gladij accipietis in manibus eorū, ad faciendam vindictam in nationibus. Intelligitur autē ista prola tio sententiæ nō vocalis, sed spiritualis, in quantum per superiores sanctos inferiores vel etiā peccatores spi rituali quadā illuminatione illuminabuntur, quales pœnæ & qualia præmia eis debeantur: sicut etiam nunc homines illuminantur ab angelis vel etiā inferiores angeli à superioribus. Secūdo ex hoc q̄ dictū est argu mentatur ad propositū, dicens, [Et si in vobis] i. per vos iudicabitur mundus. i. mundani homines, nūquid indigni estis qui iudicetis de minimis. f. de negotiis secularibus. Luc. 16, Qui in modico iniquus est, & in ma iori iniquus erit. ¶ Deinde cum dicit, [Nescitis, &c.] Argumentatur ad idē ex autoritate sanctorū sup̄ an gelos. Et primò ponit eam, dicens, [An nescitis.] quoniam nos. f. fideles Christi, iudicabimus angelos. Quod quidem potest intelligi de malis angelis, qui condēnabūt à sanctis, quorum virtute sunt victi. Vnde Luc. 10, dominus dicit, Ecce dedi vobis potestātē calcādī super serpentes, & super omnem virtutē inimici. Et in Psal. Super aspidem & basiliscū ambulabis. Potest etiam intelligi de bonis angelis, quorū plurimi in cōpa ratione quadā inueniuntur Paulo & similibus sibi inferiores. Vnde signanter nō dicit iudicabitis, sed iudi cabimus. Quāuis enim dici possit quod ex consequenti, si sancti iudicabūt homines bonos & malos erit iu dicitur de bonis angelis, quorū accidentale præmium augetur ex præmio sanctorū per angelos illumina torum, & etiā de malis angelis quorū pœna augetur ex pœna hominum per eos seductorum. Secūdo argu mentatur ad propositū, dicens, [Quāto magis secularia.] f. iudicia idonei erimus iudicare: qui enim est idoneus ad maiora, multo magis est idoneus ad minora. Vnde & dominus cui cōmiserat quinq; talēta, post modum cōmisit vnum, vt habetur Mat. 25. ¶ Deinde cum dicit, [Secularia igitur iudicia.] Adhibet reme dium contra culpā eorum. Et primò ponit remediū. Secūdo exponit, ibi [Ad verecundia vestrā dico.] Dicit ergo primò. Ergo ex quo sancti de hoc mundo iudicabūt si habueritis inter vos secularia iudicia, quæ tamē habere nō debetis, illos qui sunt contēptibiles in ecclesia cōstituite ad iudicandū potius. f. q̄ iudicemi ni apud infideles. Vnde & in Psal. dicitur, Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleum autē peccatoris non impinguet caput meum. Et Eccl. 9, dicitur, Melius est canis viuus, leone mortuo. ¶ Deinde cum dicit, [Ad verecundia vestrā dico.] Exponit quo sensu prædicta dixit. Posset enim aliquis credere quōd ad literam essent eligendi contēptibiliores ad iudicandū, sed hoc excludit, dicens, [Ad verecundia ve strā dico.] q. d. non hoc dixi vt ita fiat, sed vt vos faciā verecundari, illa, f. confusione quæ adducit gratiam & gloriam, vt dicitur Eccl. 4, Contēptibiles enim in ecclesia essent eligendi ad iudicandū, si non in uenirentur inter vos sapientes, quōd esset vobis verecundum. Vnde subdit, Sic nō est inter vos sapiēs quis quam qui possit iudicare inter fratrem & fratrem, sed frater cum fratre in iudicio cōtendit, & hoc apud infi deles. Potius autem q̄ hoc faceretis, deberetis cōstituire contēptibiles qui sunt in ecclesia ad iudicandū & supplendum defectum sapientum, qui tamen non est apud vos, secūdo illud quod sup̄rà primo dixerat, Diuites facti estis in illo in omni verbo & in omni sciētia. Vel aliter ab illo loco. [Secularia, &c.] Dixerat enim quōd sancti idonei sunt ad iudicandū secularia, & ideo vult ostēdere per quos iudicia secularia de

Corinthij de causis de qui bus agebāt, & adē ad ince lsum re uertitur & hic quidē pri mo, arguit de inordinatione, rationem dat reprehensionis, & remediū tacitē adhibet. Iudicium apud infideles, est in ordinatū mul tis modis, & malū si ex ar bitrio eligantur, sed si voce tur Christian⁹ nō malē agit litigando co ram infidelibus, si sit suus superior. Sancti sunt iudicaturi mundanos tripliciter.

dicio repetit, subiicitur potestati iudicis infra 10. vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena cōsuetudine? Deinde cum dicit, [Esca ventri, &c.] Assignat rationem eius quod dixerat. Et primò quare omnia licent, dicens, [Esca vētri]. i. debetur, vt. i. in ventre decocta in nutrimentum totius cedat. Et venter escis. i. recipiendis & decoquendis deseruit. Quia igitur ex dei ordinatione venter est sollicitus ad escas recipiendas, & escæ ad hoc deputatæ sunt q̄ in ventre ponantur, secundum illud Gen. 1. Ecce dedi vobis omnem escā & cūctis animantibus, vt habeant ad vescendum: nō est illicitum q̄ homo res suas repetat, vel predicator stipēdia accipiat propter necessitate in escarum, vel vt etiam homo omnibus escis vtatur. Secūdo, ibi [Deus autem, &c.] Assignat rationē quare omnia non expediunt. Non enim expedit q̄ homo pariatur aliquod detrimentū in eo q̄ nunquā corrumpitur. Sū regno cælesti, propter id quod corrumpitur, & hoc accidit de esca & de ventre. Cessabit enim post hanc vitam escarum vltus & ventris, quia corpora resurgentium cōseruabuntur absq; cibo, deo id faciente, & hoc est q̄ dicit. Deus autē destruet. i. cessare faciet, hunc. i. vētrem, non quidem quantū ad essentiam, sed quantum ad effectum quem nunc habet: & has. i. escas quantū pertinent ad vsum hominis: quia in resurrectione homines erunt sicut angeli in cælo, vt dicitur Mat. 22.

Lectio 3.

Ad inuestigandum sum arguendum fornicationē detestando reuertitur.



Corpus autem non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Deus vero & dominus suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suā. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi faciā membra meretricis? Absit, An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnū corpus efficiatur? Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Qui aut adhæret domino, vnus spūs est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatū quodcumque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templū sunt spūs sancti, qui in vobis est quem habetis à deo, & non sicut vestri? Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate deum in corpore vestro.

Corpus nostrū non ad illæcra excoquenda est ordinatū, sed vt sit Christi.

Suprà Apostolus tripliciter reprehendit Corinthios circa iudicia, nūc autē redit ad reprehendendū peccatum fornicarij cuius supra 5, mentionē fecerat, & in cuius iudicio Corinthij negligentes erant: improbat autē fornicationem quatuor rationibus, quartū prima sumitur ex diuina ordinatione: secunda ex vnione ad Christum, ibi [An nescitis quoniam corpora, &c.] Tertia ex corporis iquinone, ibi [Fugite fornicationē.] Quarta ex gratiæ dignitate, ibi [An nescitis, &c.] Circa primū duo facit. Primò ponit diuinā ordinationē, secundò ordinationis finem, ibi [Deus enim, &c.] Circa primum considerandū est q̄ aliqui argumentum suæ lasciuie sumunt ex ordinatione dei. Qui enim fornicatur vtatur suo corpore ad vsum à deo institutū. Sed hoc excludit, dicens, q̄ esca est ordinata ad ventrē & venter ad escas. Corpus autē hōminis nō fornicationi. i. non est ordinatum ad fornicandū, sed domino. i. ad hoc est ordinatum, vt sit domini nostri Iesu Christi, & dominus corpori. i. dominus Iesus Christus ad hoc datus est hominib; vt humana corpora suæ gloriæ conformet, secundū illud Phil. 3, Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Sed contra hoc videtur esse q̄ sicut venter ordinatus est à deo ad vsum ciborum: ita quedam membra humani corporis sunt ordinata à deo ad vsum generationis quibus fornicatio exercetur. Sed attēdenda est differētia quātum ad duo. Primò quidē q̄ Apostolus supra locutus est de vno corporis mēbro. i. de ventre, hīc autem loquitur de toto corpore, quod sicut nō est ordinatum ad fornicandū: ita nec ad escas sumendum, sed potius vltus escarū est propter corpus: corpus autem propter animā à qua percipit vitam secundum eius conditionē: & quia omnia ordinantur in deum sicut in finem, ideo corpus debet esse subiectū domino & ei dedicatum. Et quia supra locutus est de vltus escarum in cōmuni absq; in ordinatione, fornicatio autē est vltus inordinatus ex membro fornicationis. Vnde nec ipsa mēbra sunt propter fornicationē, sed propter vsum generationis ordinata ratione: cui omnia membra corporis deseruire debēt, sicut etiam venter nō propter crapulā & ebrietatem, sed propter cōuenientem vsum ciborū. Deinde cum dicit [Deus vero, &c.] Ponit finē ordinationis prædictæ. Et primò ponit quid deus circa dominū fecerit, dicens [Deus vero & dominum] i. dominum Iesum Christum suscitauit à mortuis à quo ipse Christus perit in Psal. Tu autē domine miserere mei & resuscita me. Deus autē est & pater & filius & spūs sanctus. Vnde & ipse Christus qui est filius dei se resuscitauit, & suā virtute resurrexit, secundū illud Psal. Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi quia dominus suscepit me. & 2. Cor. vlti. Sed crucifixus est ex infirmitate, sed viuuit & virtute dei. Secundò ponit quid circa nos facturus sit, dicens, q̄ nos suscitabit deus per virtutem suā per quam. i. Christum suscitauit, secundum illud Ro. 8, Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Et est aduertendum q̄ supra de escis & ventre loquens quæ pertinent ad vsum animalis vitæ, dixit eas à deo destruendas, nunc autē loquens de corpore & domino, facit mentionē de resurrectione, quia, i. animalis vita cessante natura corporis in melius reformabitur. Vnde patet q̄ non est vtendū corpore ad fornicationē quæ impedit futuram incorruptionem: secundū illud Gal. vlt. qui seminatur in carne, de carne & metter corruptionem. Deinde cum dicit [Nescitis, &c.] Ponit secundam rationem quæ sumitur ex affinitate humani corporis ad Christum, quæ talis est: mēbra hominis fornicantis sunt membra meretricis, sed mēbra hominis sunt membra Christi, ergo per fornicationem, sunt mēbra Christi, membra meretricis, quod est incōueniens. Circa quod quatuor facit. Primò ponit maiorem, dicens [An nescitis quoniam corpora vestra sunt mēbra Christi]. q. d. hoc non debetis nescire, quia quicumq; estis regenerati in Christo, mēbra Christi estis effecti, secundū illud infra 12, Vos estis corpus Christi & mēbra de mēbro. Et hoc non solum quantū ad animas quæ ab eo iustificantur, sed etiam quantum ad corpora quæ ab eo resuscitantur, vt dictum est. Secundò ponit conclusionem, dicens [Tollens ergo mēbra Christi]. i. iustē subtrahēs seruitiū Christi cui debēt deputari, secundū illud Rom. 6, Exhibeatis membra vestra, arma iustitiæ deo. [Faciam.] i. eadem mēbra meretricis esse fornicando? Absit, hoc enim est horrēdum sacrilegium. Vnde dicitur Mala. 2, Cōtaminauit Iudas sanctificationē domini quam dilexit, & habuit filiā dei alieni. Tertio ponit minorem, dicens, An nescitis quia qui adhæret meretrici. i. fornicando, vnū corpus efficiatur. i. per immūdā cōmixtionē m. Et ad hoc probandum, inducit auctoritatem Gen. dicens [Inquit enim scriptura]. i. Gen. 2. [Erunt duo.] i. vir & mulier [in carne vna.] i. per mixtionem carnalē vna caro efficiatur, & sic membra vnus fiunt alte-

rius. Sunt enim hæc verba Adæ de viro & vxore loquentis quæ Apostolus hīc etiam ad fornicationē refert, quia secundum speciem naturæ nō differunt vtriusq; actus. Est autem intelligendū, q̄ sicut dicit Philo sophus in lib. de generatione animalium, in masculo est principium actiuum generationis, in fœmina est passiuum. Et sicut planta, cuius vita principaliter ordinatur ad generationem, semper est vnum corpus in quo vtrunq; principium vnitur: ita in animalibus quæ ordinantur ad altiores actus vitæ, nō semper est vnum corpus habens hæc duo principia, sed ex duobus fit vnū in actu generationis. Quod quidem nō est tantū viri, quia sicut infra ca. 7. dicitur, Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Secūdo probat minorem, dicens [Qui autem adhæret domino, &c.] i. per fidē & charitatem, est vnus spiritus cū illo, quia. i. vnus est vnitate spiritali nō corporali. Vnde & Ro. 8. dicitur, Si quis spiritum Christi non habet, hic nō est eius, & Io. 17, Vt sint vnū in nobis, sicut nos vnū sumus. i. per cōnexionem spiritus: & quia corpus deseruit spiritali, consequens est vt etiā corpora nostra membra eius sint cui per spiritum vnimur: non quidem carnali cōiunctione, sed spiritali. Potest autem ex præmissis duabus rationibus vna ratio conflare, vt. i. quia corpus nostrum non est deputatū fornicationi, sed domino, hoc. i. modo q̄ membra nostra sunt mēbra Christi, vt postmodum exponit, non faciamus ea, membra meretricis fornicando. Deinde cum dicit [Fugite fornicationem, &c.] Ponit tertiam rationem, quæ sumitur ex corporis iniquatione. Primò ponit conclusionem intentā, dicens [Fugite fornicationem.] Vbi notandum q̄ cetera vitia vincuntur resistendo, quia quantū magis homo particularia cōsiderat & tractat: tantū minus in eis inuenit vnde delectetur, sed magis anxietur: sed vitium fornicationis non vincitur resistendo, quia quantū magis ibi homo cogitat particularē, magis incenditur, sed vincitur fugiendo. i. totaliter vitando cogitationes immūdas, & qualibet occasio nes, vt dicitur Zach. 2, Fugite de terra Aquilonis dicit dominus. Secūdo assignat rationē, dicens [Omne peccatū aliud quodcumq; fecit homo, &c.] Ad cuius euidentiā sciendum q̄ quedam peccata non cōsumantur in carnali delectatione, sed in sola spiritali, ideo spiritalia vitia dicuntur, sicut superbia, avaritia, accidia: fornicatio autē cōpletur maximē in carnali delectatione, & secundū hoc potest intelligi quod hīc dicitur, Omne peccatū quodcumq; fecerit homo, extra corpus est, quia. i. cōpletur præter sui corporis delectationē. Qui autē fornicatur, in corpus suū peccat, quia. i. eius peccatum in carne cōsummat. Sed huic expōitioni contrarium videtur esse q̄ etiā peccatū gulæ cōsummat in delectatione corporis. Ad quod potest dici quod peccatū gulæ sub luxuria continetur inquantū ad ipsam ordinatur, secundum illud Ephe. 5, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Sed melius potest dici q̄ Apostolus nō dicit, qui fornicatur, corpore suo peccat, quod cōgruet primæ expōitioni: sed peccat in corpore suū. i. cōtra corpus suum corrupendo, & inquinando illud præter vsum rationis. Vnde & Apoc. 3, Habes pauca nomina in Sardis qui nō inquinauerunt vestimenta sua. i. corpus. & Apoc. 14, Hi sunt qui cum mulieribus non sunt cōiuncti. Vel aliter secundum August. hīc in glo. Qui fornicatur, in corpus suum peccat, quia anima eius totaliter carni in illo actu subiicitur, ita q̄ non possit aliud ibi cogitare. Vnde in Psal. dicitur, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Vel aliter, In corpus suum peccat. i. contra vxorem suam quæ dicitur corpus viri, contra quam non ita directē sunt alia peccata, sicut viri fornicatio. Vnde & 1. Thess. 4. dicitur, Vt sciat vniquisq; vestrum possidere vas suum id sanctificatione. i. vxorem suā. Vel Aug. potest intelligi de fornicatione spiritali per quam anima adhæret per amorem mundo, & recedit à deo, secundum illud Psal. Per des omnes qui fornicantur abs te. Est ergo sensus, qui fornicatur recedens à deo propter amorem mundi in corpus suum peccat. i. per corporalem cōcupiscentiam. Omne autem aliud peccatum, putā quod homo cōmittit ex obliuione, vel ex ignorantia, seu negligentia, est extra corpus. i. corporalem concupiscentiam. Deinde cum dicit [An nescitis, &c.] Ponit quartam rationem quæ sumitur ex dignitate gratiæ, quæ quidem ex duobus confurgit. i. ex gratia spiritus sancti & ex redēptione sanguinis Christi. Circa hoc igitur tria facit. Primò proponit dignitatē corporis nostri quæ habet ex gratia spiritus sancti, dicens [An nescitis]. quia si dicat, ignorare nō debetis, quoniam membra vestra. i. corporalia templum sunt spiritus sancti, sicut supra dictum est. Nescitis quia templum dei estis. Et huius rationem assignat, subdens, Qui in vobis est: dicitur autem templum, domus dei: quia igitur spiritus sanctus deus est, cōueniens est quod in quo cumq; est spiritus sanctus templum dei dicatur. Est autem spiritus sanctus principaliter quidem in cordibus hominum in quibus charitas dei diffunditur per spiritum sanctum, vt dicitur Roma. 5. Sed secundario etiam est in membris corporalibus inquantū exequuntur opera charitatis. Vnde in Psal. dicitur, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum: & ne hanc dignitatē sibi ascriberent, subdit, Quem habetis à deo non ex vobis. Vnde Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et Act. 5, Spiritum suum dedit obedientibus sibi. Secundò ponit dignitatē quam habent corpora nostra ex redēptione sanguinis Christi, dicens [Et non estis vestri.] sed Iesu Christi, secundum illud Rom. 14, Siue viuimus, siue morimur, domini sumus. 2. Corinth. 5, Qui viuunt, iam non sibi viuunt: rationem huius assignat, dicens [Empti estis pretio magno.] & ideo serui estis eius qui vos redēmit de seruitute peccati. Vnde infra 7. dicitur, Qui liber vocatus est, seruus est Christi. Pretio enim empti estis, & in Psal. Redemisti me domine deus veritatis. Dicitur autem pretium redēptionis magnum, quia non est corruptibile, sed æternam habens virtutem, cum sit sanguis ipsius dei æterni. Vnde 1. Petri 1, Redempti estis de vana vestra conuersatione, non corruptibilibus auro vel argento, sed sanguine agni immaculati & incontaminati, Iesu Christi. Tertio infert conclusionem intentā, dicens [Glorificate ergo & portate deum in corpore vestro.] Quia enim membra vestra sunt templum dei, in corpore vestro nihil debet apparere, nisi quod ad gloriā dei pertinet, & hoc est glorificare deum in corpore vestro, quia in Psal. dicitur, In templo eius omnes dicent gloriā. Exod. vlti. dicitur, Operuit nubes tabernaculū testimonij, & gloria domini impleuit illud: quia verò nō estis vestri, sed estis serui dei, debet corpus vestrum portare deum, sicut equus, vel aliud animal portat dominum suum. Vnde in Psal. dicitur, Viuentium factus sum apud te. Portat autem corpus nostrum dominum, inquantum diuino ministerio deputatur, sic ergo homo debet vitare ne in corpus suum peccet fornicando, quod est contra gloriā dei & contra ministerium quod corpus nostrum debet deo.

Fornicatio vincitur solū fugiendo, reliqua vitia resistendo.



Quia Corinthii interrogauerunt Paulum de quibusdam que ad matrimonium & diuortium ac uirginitate pertinent, ideo illis scribitur hoc in capite respondet: matrimonium quidem licitum est contra fornicationem indulgentiam non phibet uirginitate uel matris bonum eadem presertim: scilicet uis qui matrimonio iuncti sunt ne solutio querantur ab eis solum nec nubant eis nisi misericorditer consentiant.



De quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaqueque uirum suum habeat. Vxor uiri debet reddere sicut sibi: sicut & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet uos sathanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, & non secundum imperium. Volo autem omnes uos homines esse sicut me ipsum. Sed unusquisque propriam domum habeat ex deo: alius quidem sic, alius uero sic. Dico autem non nuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanserint sicut & ego, quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere quam ui.

Postquam Apostolus reprehendit fornicarij & sustinentes eum. Hic accedit ad tractandum de matrimonio, Et circa hoc tria facit. Primum determinat de coniugatis matrimonio iunctis. Secundum de uirginibus, ibi De uirginibus autem, &c. Tertium de uidiuis, ibi Mulier alligata est, &c. Circa primum duo facit. Primum instruit eos qui non sunt matrimonio iuncti, utrum. scilicet debeant matrimonium contrahere. Secundum manifestat quod dixerat, ibi Hoc autem dico, &c. Circa primum duo facit. Primum manifestat quid circa hoc sit per se bonum. Secundum quid necessarium, ibi Propter fornicationem autem, &c. Circa primum considerandum est in detestationem fornicationis contra quam locutus iam fuerat, aliqui non habentes zelum dei secundum scientiam intantum procedebant quod etiam matrimonium condemnabant, secundum illud 1. Timotheo 4. In hypocrisi loquentium mendacium prohiberi nuberet. Et quia hoc durum Corinthijs uidebatur fidelibus, super hoc Apostolus scripsit sententiam requirentes, & ideo Apostolus eis respondet, Ita reprehendi ea que facitis, de quibus autem scripsistis mihi: respondeo quantum ad matrimonium, bonum est homini mulierem non tangere. Circa quod notandum est quod mulier data est uiro ad adiutorium generationis: & in hoc differt vis generatiua a nutritiua, quia vis nutritiua deseruit homini ad conseruationem indiuidui. Vnde bonum est homini nutrimeto ui, quia per hoc eius uita conseruatur: generatiua autem non deseruit homini ad conseruationem indiuidui, sed ad conseruationem speciei. Vnde non potest dici, quod bonum est homini ad suum indiuiduum mulierem tangere: primum quidem quantum ad animam, quia ut Aug. dicit in secundo soliloquiorum, Nihil sic deiicit animam ab acce uirtutis suae sicut contactus ille corporum, sine quo uxor haberi non potest, & ideo. Exod. 19. dicitur populo acceptum ro legem dei, Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus uestris. 1. Reg. 21. dixit Achimelech ad dauid, Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus, madauerit panem sanctum. Secundum quantum ad corpus quod uir subiicit per matrimonium potestati uxoris se ex libero seruum constituit. Seruus autem haec praeter omnibus aliis est amara. Vnde & Eccl. 7. dicitur, Inueni amarioris morte mulierem. Tertium quantum ad res exteriores quarum occupatione necesse est hominem implicari qui habet uxorem & filios nutritiados, cum tamen dicatur 2. Timotheo 2. Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus ut ei placeat cui se probauit. Deinde cum dicitur Propter fornicationem, &c. Ostendit quid circa hoc sit necessarium. Primum quantum ad contractum matrimonij. Secundum quantum ad actum matrimonij iam contracti, ibi Vxor uiri debet, &c. Circa primum considerandum est quod actus generatiua uirtutis ordinatur ad conseruationem speciei per generationem filiorum, & quia mulier data est uiro in adiutorium generationis. Prima necessitas tangendi mulierem est, propter creationem filiorum. Vnde Gen. 1. dicitur, Masculum & feminam creauit eos, & benedixit eis deus & ait, Crescite & multiplicamini & replete terram, sed haec necessitas fuit circa institutionem humani generis quadiu oportuit multiplicari populum dei per successum carnis. Sed Apostolus considerans humanam generis iam multiplicatum, & populum dei iam esse augmentatum, non propagatione carnis sed generatione qua est ex aqua & spiritu sancto, ut dicitur 1o. 3. praetermisit hanc necessitatem, quia scilicet primitus institutum fuerat matrimonium in officium naturae, & proponit secundam necessitatem secundum quam institutum est in remedium culpa. Quia enim carnalis concupiscentia adhuc post baptismum remanet, licet non dominetur, infligat homines maxime ad actus ueneros, propter uehementiam delectationis. Et quia maioris uirtutis est totaliter hanc concupiscentiam superare quam possit hominibus conuenire, secundum illud Mat. 19. Non omnes capiunt uerbum hoc. Necessarium est quod in parte concupiscentiae cedatur, & in parte superetur, quod quidem fit dum actus generationis ratione ordinatur, & non totaliter homo concupiscentia ducitur, sed magis concupiscentia subditur rationi. Habet autem hoc ratio naturalis quod homo uiuatur generationis actu, secundum quod conuenit generationi & educationi filiorum: hoc autem in brutis animalibus inuenitur quod in quibuscunque speciebus animalium sola femina non sufficit ad educationem proles, masculus simul nutrit prolem cum femina, & ad hoc exigitur quod masculus cognoscat propriam prolem: & ideo in omnibus talibus animalibus, ut patet in colubis, turturibus & huiusmodi, naturaliter indita est sollicitudo de educatione proles, & propter hoc in huiusmodi non sunt uagi & in differetes concubitus, ex quibus sequeretur incertitudo proles, sed masculus determinatus determinatam feminam coniungit, non indifferenter quilibet cuilibet: sicut accidit in canibus & aliis huiusmodi animalibus, in quibus sola femina nutrit prolem. Maxime autem in specie humana masculus requiritur ad proles educationem, quae non solum attenditur secundum corpus nutritum, sed magis secundum nutrimentum animae, secundum illud Hab. 12. Partes quidem carnis nostrae habuimus eruditores & reuerbamur eos, & ideo ratio naturalis dicitur quod in specie humana non sint uagi & incerti concubitus quales sunt concubitus fornicarij, sed sint determinati uiri ad determinatam feminam, quae quidem determinatio fit per legem matrimonij. Sic igitur triplex bonum habet matrimonium, primum quidem quod est in officium naturae, prout scilicet ordinatur ad generationem & educationem proles, & hoc bonum est bonum proles. Secundum bonum habet prout est in remedium concupiscentiae, quae scilicet coartatur ad determinatam personam & hoc bonum dicitur fides, quia scilicet uir seruat uxori suae non accedit ad aliam, & similiter uxor uiro. Tertium bonum habet prout in fide contrahitur Christi, quod quidem bonum dicitur sacramentum in quantum significat coniunctionem Christi & ecclesiae, secundum illud Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & ecclesia: hoc est ergo quod dicit, Dicitur est quod bonum est homini mulierem non tangere, sed quia ad hoc bonum non sunt omnes homines idonei, unusquisque uir, propter fornicationem, scilicet uitandam, suam uxorem habeat. i. sibi determinatam, ut tollantur uagi & incerti concubitus, quod per

Triplex matrimonij bonum.

tinere ad fornicationem. Vnde & Prouer. 5. Latere cum muliere adolescentiae tuae. Et postea subditur, Quare seduceri fili mi ab aliena? Deinde cum dicitur, [Vxor uiri debet reddere, &c.] Agit de usu matrimonij contracti. Et primum agit de debito reddendo. Secundum de debiti intermissione, ibi Nolite fraudare, &c. Circa primum duo facit. Primum proponit quod intendit, dicens, Dicitur est quod uir habeat uxorem, & uxor uiri, habendi autem haec est ratio, ut uir reddat debitum uxori. scilicet de suo corpore per carnalem coniunctionem, similiter autem & uxor uiro, quia quantum ad hoc ad paria iudicantur. Vnde mulier non est formata de pedibus uiri tanquam ancilla, nec de capite tanquam domina, sed de latere tanquam focia, ut legitur Gene. 2. Vnde & mutuo debet sibi debitum reddere, secundum illud Ro. 14. Reddite omnibus debita. Secundum assignat debiti rationem, dicens [Mulier non habet potestatem sui corporis]. scilicet ad actum generationis, ut scilicet possit proprio arbitrio vel continere. scilicet vel alteri se tradere: sed uir. scilicet habet potestatem sui corporis, quantum ad usum carnalis copulae, & ideo uxor debet uiro proprii corporis officium offerre. Similiter autem & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, &c. Vnde & ipse debet uiro corporis officium offerre uxori, legitimum impedimento cessante. Vnde & Gene. 2. dicitur, Adhaerebit uxori suae & erunt duo in carne una. Deinde cum dicitur [Nolite fraudare inuicem, &c.] Agit de intermissione debiti reddendi. Et primum ostendit qualiter intermitteri debeat actus coniugalis. Circa quod docet unum esse cauendum, ne scilicet hoc per fraudem fiat, dicens [Nolite fraudare inuicem]. ut scilicet uir continere inuita uxore, aut etiam econuerso. Quod Apostolus fraudem nominat, quia unus subtrahit alteri quod ei debetur, quod ad fraudem pertinet, non minus in actu matrimonij quam in aliis rebus. Vnde & Prouer. 12. dicitur, Non inueniet fraudulenter lucrum, quia scilicet ille qui tali fraude continentiam deo offert, non lucratur meriti uitae aeternae. Sicut enim dicit Aug. non uult deus tale lucrum tali damno compensari, ut dum unus coniugium continet altero inuito ille incidat in danabiles corruptelas. Tria autem docet obseruanda in tali intermissione: quorum primum est ut fiat ex communi consensu. Vnde dicit, Nisi forte ex consensu. Vnde dicitur Eccl. 2. In tribus beneplacitum est spiritui meo quae sunt probata coram deo & hominibus. Concordia fratrum, amor proximorum, uir & mulier bene sibi consentientes. Secundum est ut sit ad certum tempus. Vnde subdit, Nisi forte ad tempus, secundum illud Eccl. 3. Tempus amplexandi & tempus longae fieri ab amplexibus. Tertium est ut hoc fiat propter debitum sine scilicet causam spiritualium actuum ad quos continentia reddit magis aptos. Vnde subdit, Ut vacetis orationi, secundum illud 1o. 2. Sacrificium & libamen domino deo nostro. Et postea subdit, Egrediatu r spousus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Secundum agit de reiteratione coniugalis actus: & primum ponit documentum, dicens, Iterum reuertimini in idipsum, ut scilicet uobis inuicem debitum reddatis finito tempore orationis. Vnde & 3. Reg. 8. dicitur, Quod celebratis dedicationis solennis profecti sunt in tabernacula sua latentes. Secundum assignat rationem documenti. Non enim hoc dicit quasi sit necessarium ad salutem, sed ad periculum uitandam. Vnde subdit, Ne tentet uos sathanas. in e sua tentatione uos profernat, sicut etiam dicitur 1. Thess. 3. Ne forte uos tetauerit is qui tetat & inanis sit labor noster. Tentatio autem sathanae non est fortibus timenda, de quibus dicitur 1. Io. 2. Scribo uobis iuuenes quonia fortes estis, & uerbum dei manet in uobis & uicisti malignum. Est autem timenda debilibus. Vnde subdit, Propter incontinentiam uestram. i. propter pronitatem ad incontinentiam, ex quo contingit quod diabolus hominem tentando proferat & prouocatur ad tentandum, secundum illud 1. Pet. 5. Circuit quaerens quem deuoret. Deinde cum dicit, [Hoc autem dico, &c.] Manifestat quo sensu praedicta sunt accipienda. Et primum facit quod dicitur est. Secundum rationem assignat, ibi Volo autem, &c. Tertium exponit quod dixerat, ibi Dico autem, &c. dicit ergo primum, Dixi quod unusquisque suam uxorem habeat & unaqueque mulier uirum suum, & iterum quod post continentiam determinati temporis, iterum reuertamini in idipsum, hoc autem dico secundum indulgentiam. i. parcem infirmitati uestrae, non secundum imperium, quia scilicet uobis necessarium ad salutem. Subdit enim sunt quaedam eorum infirmitati indulgentia, & non ad bona imperio cogendi. Vnde contra quosdam praeteros dicitur Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis & cum potentia, & dispersi sunt greges mei. Sed uidetur Apostolus inconuenienter loqui. Indulgentia enim non est nisi de peccato. Per hoc ergo quod Apostolus secundum indulgentiam se dicit matrimonium concessisse, uidetur exprimere quod matrimonium sit peccatum. Sed ad hoc potest respondere dupliciter. Vno modo ut indulgentia sumatur hic pro permissione. Est autem duplex permissio. Vna quidem de minus malo, sicut dicitur Mat. 19. Quod Moyses permisit Iudaeis dare libellum repudij propter duriciam cordis eorum. scilicet ad uitandum uxoricidium ad quod erant proni. Talis enim permissio non fit in nouo testamento propter sui perfectionem, secundum illud Hab. 6. Ad perfectum feramur. Alia autem est permissio de minus bono cum, scilicet homo praepro non cogitur ad maius bonum, & hoc modo Apostolus hic indulget, id est, permittit matrimonium quod est minus bonum quam uirginitas, quae non praecipitur quae est maius bonum. Alio modo potest accipi indulgentia prout respicit culpam, secundum illud Esa. 26. Indulgentiam domine, indulgentiam. Et secundum hoc indulgentia refertur ad actum coniugalem secundum quod habet annexam culpam ueniale, tamen propter bona matrimonij sine quibus esset mortalis. Vnde considerandum est quod actus coniugalis quadoque quidem est meritorius & absque omni culpa mortali vel ueniali, puta cum ordinatur ad bonum proles procreanda & educanda ad cultum dei. Sic enim est actus religionis. Vel cum fit causa reddendi debitum, licet enim est actus iustitiae. Omnis autem actus uirtutis est meritorius si sit cum charitate. Quandoque uero est cum culpa ueniali. scilicet cum quis ad actum matrimoniale ex concupiscentia excitatur, quae tamen infra limites matrimonij sistit, ut scilicet cum sola uxore sit contentus. Quadoque uero est culpa mortalis, puta cum concupiscentia ferretur, extra limites matrimonij. scilicet cum aliquis accedit ad uxorem aequae libeter vel libetius ad aliam accessurus. Primum ergo modo actus matrimonij non requirit indulgentiam. Secundum modo habet indulgentiam in quantum aliquis consentiens concupiscentiae in uxorem non fit reus peccati mortalis. Tertio modo omnino indulgentiam non habet. Deinde cum dicitur [Volo autem, &c.] Assignat rationem eius quod dixerat, & primum quare non loquatur secundum imperium. Secundum quare loquatur secundum indulgentiam, ibi Sed unusquisque, &c. Circa primum considerandum est quod nullus sapiens praecipit illud cuius contrariu magis uult fieri. Ideo Apostolus non praecipit quod homines matrimonium contrahant vel matrimonio contracto utantur, quia magis uult quod homines continent, & hoc est quod dicit, Volo autem omnes homines, esse sicut me

Pares sunt uir & uxor quantum ad actum matrimonij & redditionem debiti.

Permissio duplex. Eligitur ex his repudium illicitum.

ipsum, vt. f. contineant, sicut ego contineo. Et similiter dicit Act. 26, Opto apud deum omnes qui audiunt fieri tales qualis ego sum. Sed contra hoc videtur esse, quia si omnes homines continerent, sicut Apostolus continebat, cessasset generatio, & sic non fuisset impletus numerus electorum, quod erat contra dispositionem diuinam. Dicit quidam quod d' Apostolo reuelatum erat, quod si omnes homines saluarentur in continentia viuentes sicut ipse vivebat, sufficiebat ad implendum numerum electorum. Sed hoc nulla auctoritate fulcitur, & ideo potest dici quod Apostolus volebat omnes homines esse continentes, quia scilicet, volebat hoc de singulis, non tamen volebat quod omnes simul continerent. Vel potest dici & melius quod volebat omnes homines esse continentes voluntate antecedente, sicut ipse dicit 1. Tim. 2, Quod deus vult omnes homines saluos fieri, non autem voluntate consequente qua deus vult quosdam saluare. f. predestinatos, & quosdam damnare. f. reprobatos, secundum illud Malac. 1, Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Est autem voluntas antecedens de eo quod absolute consideratum est melius sicut omnes homines esse saluos, vel continentes; voluntas autem consequens est de eo quod est melius, consideratis circumstantiis personarum, & negotiorum, & secundum hoc deus vult quosdam damnari, & Apostolus quosdam matrimonio iungi. Deinde cum dicit [Sed vnusquisq;] Al signat ratione quare secundum indulgentiam matrimonium permiserit, quia, scilicet, non quilibet tanta virtutis donum accipit a deo, vt, scilicet, possit totaliter continere, sicut & dominus dixit Mat. 19, Non omnes capiunt verbum hoc, sed qui capere potest, capiat: & hoc est quod dicit, vellem quidem omnes esse continentes: sed vnusquisq; proprium, id est, secundum certam mensuram habet donum ex deo: alius quidem sic, puta vt in virginitate deo seruiat: alius vero sic, id est, vt deo seruiat in matrimonio, secundum illud Matth. 25, Vni dedit quinque talenta, alij vero duo, alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem. Et sapien. 8, Sciu quonia aliter non possum esse continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientie scire, cuius esset hoc donum. Deinde cum dicit [Dico autem, &c.] Exponit quod obscure dixerat, & primo quantum ad hoc quod dixerat, Volo omnes homines esse sicut me ipsum, quia, scilicet, hoc est absolute melius. Vnde dicit [Dico autem,] scilicet, exponendo: non nuptis, id est, virginibus & viduis, bonum est illis si sic permanserint, scilicet, continenter sicut ego, secundum illud Sapien. 4, Quam pulchra est casta generatio cum claritate. Secundum quantum ad hoc quod dixerat [Sed vnusquisq;] &c., quasi dicit, quia non quilibet hoc donum coepit a deo vt contineat. Vnde dicit quod si non continent, id est, si non continentium non acceperunt, nubant, id est, matrimonio iungantur, secundum illud 1. Timot. 5, Volo iuuenes nubere: & assignat rationem subdens, Melius est enim nubere, quam vri. i. concupiscentia superari. Concupiscentia enim est calor quidam noxius: qui ergo concupiscentia impugnat, calefit quidem, sed non vritur nisi humorem gratie perdat ad concupiscentia superatus. Vnde Job 31, dicitur, Ignis est vsq; ad summationem deorum: & vniuersa eradicans germina. Est autem hic attendendum quod d' Apostolus vritur abusua comparatione. Nam nubere bonum est, licet minus, vri autem est malum. Melius est ergo, id est, magis tollerandum, quod homo minus bonum habeat, quam quod incurrat in continentia malum, & hoc est quod supra dixit, propter fornicationem, scilicet, virandam, vnusquisq; suam vxorem habeat, &c. Et postmodum ne tenet vos sathanas propter incontinentiam vestram.

Quid volumus antecellere & quid consequens.

De indissolubilitate matrimonij propter eos qui sunt culti eius & eos qui sunt diuini cultus.

Eligitur matrimonij non dissolui nisi quoad thoru Septem casus in quibus vir non potest recedere dimittit ore propter fornicationem: nec eodem.

LECTIO 2. **H**is autem qui matrimonio iuncti sunt, precipio non ego, sed dominus, vxorem a viro non discedere. Quod si discesserit manere in nuptiis: aut viro suo reconciliari: & vir vxorem non dimittat. Nam ceteris dico ego non dominus, si quis frater vxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illo, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. **S**upra Apostolus posuit documenta de contractu matrimonij: hic instituit eos qui iam matrimonium contraxerunt de matrimonio non dissoluedo: & primo docet eos qui sunt in matrimonio iuncti, vt in matrimonio maneat: secundum ponit vtilem doctrinam quantum ad omnes status vel conditiones hominum, ibi [Vnum quemq; sicut vocauit deus, &c.] Circa primum duo facit primo agit de indissolubilitate matrimonij quantum ad eos qui sunt vnus cultus, secundo quantum ad eos qui sunt in dispari cultu, ibi [Nam ceteris dico, &c.] Circa primum duo facit, primo ponit praeceptum de indissolubilitate matrimonij: secundo docet quid sit seruandū quando matrimonium quodammodo separatur, ibi [Quod si discesserit, &c.] Dicit ergo primo, dixisse non nuptis i. virginibus & viduis quod melius est eis si sic permanserint: his autem qui matrimonio sunt coniuncti non patet eadem conditio: his enim precipio non ego. f. iudicata mihi auctoritate, sed dominus hoc praecipit, dicens, Mat. 19, Quos deus coniunxit, homo non sepatet, precipio inquam vxorem a viro non discedere, & subintelligendum est excepta causa fornicationis qua Christus excepit: & hic tacetur, quia nouissima est. Haec sola excepit dominus, ceteras omnes molestias iubet pro fide coniugij fortiter sustineri. Mat. 19, Quicumque dimiserit vxorem suam & aliam duxerit excepta causa fornicationis, mechatur. Hoc autem quod dicitur hic secundum glo. Aug. intelligitur de coniunctis matrimonialiter, quorum vterque fidelis est quod si discesserit. f. propter causam fornicationis, precipio, inquam, manere in nuptiis viuentem marito, quia si soluitur matrimonium quo ad thorum, non tamen quo ad vinculum, aut viro suo reconciliari. f. si vir non continet, & similiter vir vxorem non dimittat, nisi ob causam fornicationis. Similis forma in viro & in muliere seruatur. Vnde suppleendum est quod de vxore praemissum, quod si omnino dimisit, non ducat aliam, vel reconcilietur vxori. Sed contrarium videtur dicere. Ambro. vnde dicit, Ideo non subdit de viro sicut de muliere: quia licet viro aliam ducere, quia inferior non omnino hac lege vritur qua & superior. Sed magister dicit a falsariis esse appositum, & ideo nullatenus est tenendum. **N**otandum est hic quod septem sunt casus in quibus vir non potest ob causam fornicationis vxorem dimittere. Primus casus quando ipsemet eam prostituit. Secundus quando ipse cum alia fornicatus fuerit. Tertius quando ipse ei occasionem fornicandi dedit, vt quia non vult reddere debitum. Quartus quando ipsa credens probabiliter virum mortuum, alteri nupsit. Quintus quando violenter ab aliquo oppressa fuit. Sextus quando sub specie viri sui ab altero cognita fuit. Septimus quando fuit a viro post adulterium manifeste deprehensum nihilominus retenta. Deinde cum dicit [Nam ceteris dico, &c.] Agit de inseparabilitate matrimonij disparis cultus, cum alter est fidelis, alter non. Vbi primo dicit quod fidelis non dimittat

mittat infidelem volentem sine contumelia creatoris cohabitare, secundo quod si non vult fidelis non tenetur eum sequi, sed potest alteri nubere, ibi [Quod si infidelis discedit, &c.] Tercio quod nisi infidelis prior recedat fidelis debet patienter comanere, ibi [Vnde enim mulier, &c.] In prima primo ponit admonitionem. Secundo admonitionis rationem, ibi [Sanctificatus est enim, &c.] In prima primo loquitur generaliter tam viris quam feminis, secundo specialiter viris, ibi [Si quis frater, &c.] Tercio specialiter feminis, ibi [Et si qua mulier, &c.] Dicit ergo, Nam ceteris. i. vbi non vterque fidelis est, sed alter fidelis, alter infidelis. dico ergo consulendo non precipiendo, non dominus dixit hoc proprio ore, ac si dicit, & hoc dico ex deo, licet ipse non dicat hoc ore proprio, dico inquam hoc, si quis frater fidelis conuersus, f. ad fidem in coniugio. Intelligitur enim hoc de his qui in infidelitate contraxerunt, non de his qui in dispari cultu. Tunc enim nullum esset matrimonium, sed essent separandi, sicut fecit Esdras. 1. Esdras. 10, Si quis in qua, habet talem vxorem infidelem & haec consentit habitare cum illo sine contumelia. f. creatoris, non dimittat illam: consiliu est, non praeceptum, vt qui contrarium agit, non sit transgressor secundum glo. Deinde cum dicit, [Et si qua mulier,] hic loquitur specialiter feminis, vbi primo supponit fidem in aliquo cum dixit, [Et si qua mulier,] Secundo infidelitatem in altero, cum addit, [Virum infidelem.] Tercio infidelis voluntatem cohabitandi, ibi [Et hic consentit.] Quarto consulit fidelis comanere illi, ibi [Non dimittat.] Dicit ergo, & similiter si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & consentit habitare cum illa sine contumelia creatoris: nam si noller cohabitare sine contumelia nominis Christi, debet fidelis eum dimittere, quia contumelia creatoris soluit matrimonium secundum glo. & potest fidelis contrahere, si inquam ita est, non dimittat virum: consiliu est, non praeceptum: licet enim infidelem fidelis dimittere, sed tunc non expediebat. Deinde cum dicit, [Sanctificatus est vir,] posita admonitione hic ponit admonitionis rationem, vbi allegat exemplum. Secundo periculum, ibi [Alioquin, &c.] Tercio fructum, ibi [Nunc autem sancti, &c.] In prima primo explicat de viro infidelis, secundo de muliere, ibi [Et sanctificata est mulier, &c.] Dicit ergo, & similiter si qua mulier fidelis habet virum infidelem, non dimittat. hoc ideo dico, sanctificatus est enim, & hoc dupliciter legitur. Primo modo sic, sanctificatus est enim vir infidelis, aliquando per mulierem fidelem, id est aliquando contingit quod vnus per alium conuertitur ad fidem, & sic sanctificatur, & hoc iam forte contigerat, sicut Sifinnius per Theodoram Romae tempore Clementis conuersus est, & similiter sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, scilicet per ipsius admonitionem & doctrinam. Alio modo legitur sic, Ita fidelis infidelem non dimittat. [Sanctificatus est enim vir, &c.] id est nullam immunditiam contrahit fidelis ex cohabitatione vel ex commixtione cum infidelis, sed seruat veram pudicitiam secundum Augustinum. Deinde cum dicit, [Alioquin filij, &c.] Hoc legitur dupliciter: vno modo de filiis nascituris. Alio modo de iam natis. Primo modo sic, Alioquin, scilicet si disceditis, & vos alii copulatis: filij vestri qui de hac copula nascerentur immundi essent, scilicet spurij, quia non de legitimo matrimonio. Nunc autem si permanetis, sancti sunt, id est mundi, quia de legitimis coniugijs nati. Secundo modo legitur sic, Alioquin. f. si disceditis filij vestri iam nati immundi essent. i. in infidelitate remaneret sequentes. f. maiorem partem quae tunc erat infidelium, nunc autem si permanetis, sancti sunt. i. Christiani fiunt. Deinde cum dicit, [Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem,] Thema in festo beatae Ceceliae, quae conuertit virum suum ad fidem. Inter omnia quae regunt hominem in via salutis praecipuum est sequi societatem sanctorum. Hoc ostendit Psalmista verbo cum dicit, Cum sancto sanctus eris, &c. Hoc ostendit Cecelia facta secundum quod hic dicitur, [Sanctificatus est vir, &c.] In quibus verbis tria commendat ipsam. f. natura, gratia & doctrina. Natura humana quae notatur in muliere: gratia quae notatur in viri sanctificatione, vt sibi sit nobilis per naturam, deo humilis per fidem, proximo utilis per doctrinam: doctrina enim redditur commendabilior consideranti actum, obiectum, & oppositum. Actus est sanctificare, obiectum est vir, oppositum est infidelitas. Infidelitas est culpa tenacior: virilitas sexus robustior: sanctificare actus difficilior. Et tamen eum esset mulier per doctrinam suam conuertit incredulum, emoluit robustum, mundauit immundum, & sic sanctificauit infidelem virum. Multae vero sunt proprietates mulieris commendabiles, quae huic conueniunt, vt sint tres proprietates quoad actum cordis, tres quoad actum oris, & tres quoad actum operis. Tres primae sunt sapientia ex parte rationalis. Prou. 9, Sapienter mulier aedificat sibi domum. Mundicia ex parte concupiscentis. Eccles. 40, Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super eam mulier immaculata coputabitur. Constantia ex parte irascibilis. Ruth 3, Scit omnis populus te esse mulierem virtutis, &c. tres secundae sunt modesta contra multiloquium. Eccles. 26, Mulier senata & tacita non est immutatio anime eruditae. Veritas contra mendacium. Iudith 8, Omnia quae locuta es vera sunt. Discretio contra stultiloquium. 1. Reg. 25, Erat mulier prudensissima & speciosissima. Iudith 11, Non est talis mulier super terram in aspectu, & in pulchritudine & in sensu verborum. Tres vltimae sunt sanctimonia in facto. Iudith 8, Ora pro populo, quia mulier sancta es. Verecundia in signo. Ecclesiast. 26, Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata, Gratia in conuersando. Prouerb. 11, Mulier gratiosa inueniet gloriam. Propter eminentiam horum dicitur de beata virgine Maria, Benedicta tu in mulieribus.

Pro sancta Cecelia.

LECTIO 3. **Q**uod si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater vel soror in eiusmodi. In pace autem vocauit vos deus. Vnde enim scis mulier si virum saluum facies? Aut vnde scis vir si mulierem saluam facies? nisi vnicuique sicut diuisi dominus. Numquid sicut vocauit deus, ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesijs doceo. Circuncisus aliquid est, sed observatio mandatorum dei. Vnusquisque in qua uocatione vocatus est in ea permaneat. Superius ostendit quod fidelis non debet dimittere infidelem cohabitare volentem, hic autem dicit quod si non vult cohabitare, non tenetur fidelis eum sequi: sed potest alteri nubere: vbi primo ponitur ipsa coeactio, secundo coeactio ratio duplex, prima est libertas, ibi [Non est enim seruituti, &c.] Secunda est pacis tranquillitas, ibi [In pace autem, &c.] Dicit ergo quod si infidelis vel mulier discedit a fidelis, odio fidei, discedat: & potest fidelis qui dimittitur contrahere, primum enim matrimonium dissolubile erat, quia nunquam fuit ratum. Non enim seruituti. f. coniugali subiectus est frater aut soror fidelis. i. non cogitur sequi infidelem odio fidei disceden-

Docetur quid pars fidelis non obligatur infideli si velit discedere infidelis, si autem cohabitare velit, ferat fidei patienter, tandem dat documentum generale cum exemplis

rem, sicut dicit gl. Io. 8, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis, [In pace autem] q. d. Ideo discedat fidelis, quia in pace vocauit nos deus. i. non debemus litigare cum eo qui odio discedit. Vel sic, Quauis ita sit q. fidelis non est subiectus seruituti, nihilominus tamè non debet occasionem discordiæ & dissidij præbere, sed pacem seruare. In pace autem vocauit nos deus. Non est enim deus dissensionis, sed pacis, infra 11.

¶ Deinde cum dicit, [Vnde enim scis mulier, &c.] hic dicit q. si infidelis nō discedat, fidelis debet patienter cōmanere. Ad quod allegat primò spē alienæ conuersionis. Secūdo permanentiā in statu propriæ uocatio nis, ibi [Vnūquenque sicut vocauit deus, &c.] Tertio exēplum in ritu cōuersionis, ibi [Circūcisus aliquis, &c.] Quarto exēplum in statu conditionis, ibi [Seruus vocatus es, &c.] In prima primò innuit q. mulier fi delis cōmanendo virum ad fidem potest cōuertere. Secūdo q. similiter vir fidelis mulierem infidelem po test saluare, ibi [Aut vnde scis hoc vir, &c.] Tertio q. ideo debent patienter cōmanere, ibi [Nisi vniciue, &c.] Dicit ergo, vnde enim scis. q. d. verè debet manere fidelis cum infideli, quia vnde scis. i. scire potes ò tu mulier fidelis, si virum infidelem saluum facies, eum. f. cōmouendo & cōuertendo ad fidem. q. d. hoc potest cōtingere. Ambrosius hoc ideo dicit, quia forsā potest credere qui horret nomē Christi. Aut vnde scis. i. scire potes ò tu vir fidelis, si mulierem infidelem saluam facies, eam ad fidē conuertendo, quia hoc sperare debes. [Nisi vniciue,] hoc dupliciter legitur. vno modo sic, Vnde scis hoc, nisi ita habeas te, supple ad tuū comparem, sicut dominus diuisit vniciue. f. viro præesse, & mulieri sebesse. Secūdo modo sic, Vnde scis hoc nisi, supple, patienter expectes fieri, sicut diuisit dominus vniciue. i. ordinauit de vnoquoque quādo credat & quando saluetur. Ergo tu debes expectare & commanere. Rom. 12, Vnūquisque sicut diuisit domi nus. ¶ Deinde cum dicit, [Vnūquenque sicut vocauit, &c.] hic ostendit quòd fidelis debet manere cum infideli coniuge, allegans permanentiā in statu propriæ uocationis. Primò ergo allegat diuinam uocatio nem. Secūdo suam auctoritatē, ibi [Sicut in omnibus ecclesiis, &c.] Dicit ergo, vnūquenque. q. d. & quomodo scis hoc ò vir & mulier, nisi quilibet ambulet perseveratē: ita sicut deus vocauit vnūquēque, id est, in eo statu in quo deus vocauit vnūquenque, non autem quomodo sint: quasi dicat, & hoc ita præ dico in ecclesia vestra, sicut in omnibus ecclesiis. Turpis enim est pars quæ suo toto non conuenit. Est ergo sua ratio talis, vnūquisque debet manere in eo statu in quem deus vocauit, ergo si vocauit aliquos in con iugium, debent manere in ipso. Haymo, Si habeas vxorem maneat cū ea, & si non habeas, ducere non con cupiscas. ¶ Deinde cum dicit, [Circūcisus aliquis, &c.] hic ponit exemplum: vbi primò ponit ipsum exem plum. Secūdo exempli rationem, ibi [Circūcisio enim nihil est.] Tertio regulam generalem, ibi [Vnū quisque in qua uocatione.] Ponit autem exemplum in ritu viuendi: primò Iudæorum: secūdo Gentilium, ibi [In præputio aliquis vocatus est, &c.] Dicit ergo, circūcisus es, &c. quasi dicat, vnūquisque ambulet in eo statu in quo vocatus est: verbi gratia, circūcisus quis vocatus est, id est in ritu Iudaico, non adducat, id est, non cogatur adducere præputium, id est ritus Gētilium. In præputio, id est in ritu Gentili quis vocatus est, non circūcidatur, id est non cogatur ad ritus Iudaicos. Augustinus, Seruat ibi Apostolus quod cōgruit ecclesiis, siue Iudæorum, siue Gentilium: nunquam enim aufert consuetudinē quæ seruata non impedit sa lutem, ergo si coniugium non impediatur, debent vocati in coniugio, cōmanere. ¶ Deinde cum dicit, [Cir cūcisio enim nihil est] hic subdit rationem exempli, quæ talis est, ritus non impediens salutem, non debet mutari propter uocationem ad fidem, sed ritus tam Iudaicus quā Gentilis est huiusmodi, ergo, &c. A si mili ergo arguit in matrimonio. Primò ergo tangit quod est ad salutē indifferens: secūdo quod est neces sarium & expediens, ibi [Sed obseruatio mandatorum, &c.] Dicit igitur, circūcisio nihil est. i. nihil pro dest, & præputium nihil est, id est nihil prodest vel obest: quasi dicat talis vel talis ritus viuendi nihil proficit ad salutem. Gal. vlt. In Christo Iesu nec circūcisio aliquid valet, nec præputiū, sed noua creatura. Am brosius, Ad salutem nec prodest nec obest Iudaicus aut Gentilis ritus, sed obseruatio mādatorum dei aliquid prodest. Sapient. 6, Custodiū legum, consummatio est incorruptionis. ¶ Deinde cum dicit, [Vnūquis que in qua uocatione, &c.] hic concludit regulam generalem, dicens, vnūquisque, &c. quasi dicat, Ita Gen tilis non iudicatur ad circūcisionem, nec econuertio, sed potius vnūquisque in qua cōditiōne vocatus est in ea, sicut conditione uocationi non repugnante, in ea permaneat, & in qua, non à qua in glo. August. hoc enim ad eas consuetudines vitæ retulit quæ nihil obsunt fidei bonisque moribus: sicut enim cōiunx, sic & latro ad fidem vocatur. Sed ille in coniugio manet, non à coniugio reuocatur. Iste verò à latrocinio re uocatur, & in latrocinio non manet. Non enim necesse est vt coniuges desinant esse coniuges propter Christi fidem, sicut necesse est vt larrones desinant esse larrones. ¶ Hic queritur super illud, vxorem à vi ro non discedere, quare solam causam fornicationis dominus excipit, ceteras verò omnes molestias iubet fortiter sustineri. ¶ Contra, Leuit. 13, Præcipit lex leprosum extra castra eicere, ergo pro lepra debet vxor à viro discedere. Respondeo, licet possit ob lepram discedere à cohabitatione, non tamen à thoro quin ali quando teneatur reddere debitum, prope eam manendo. Item à viro suo reconciliari. ¶ Contra, Deuteron. 24, dicitur, Quòd semel repudiata, non potest amplius reconciliari. Respondeo, Illud habebat locum in re pudio legali, istud verò in diuortio euangelico. Lex enim erat seueritatis, sed euangelium pietatis. Item su per illud, vir vxorem non dimittat, glo. notabilis non subdit de viro sicut de muliere, quia licet viro aliam ducere. ¶ Contra August. dicit quòd similis forma debet seruari in viro & muliere. Respondeo, Illud pri mum in libris Ambrosij à falsariis creditur additum. Vel dicendum quòd illud Ambrosij intelligitur in re pudio, hoc autem in diuortio. Nam in repudio legali licebat viro contrahere, non vxori, quia licebat anti quirus vni viro habere plures vxores, non econuertio, quia per repudium illud soluebatur matrimoniū, non autem per diuortium. ¶ Item, nam ceteris ego dico, nō dominus. Contra, Mat. 9, Qui vos audit, me audit. Respondeo, non dominus dicit ore proprio, sed in spirando. ¶ Item super illud, si quis frater habet vxorem, glo. coniunx fidelis licet potest dimittere infidelem. ¶ Contra, catholica non potest dimittere hereticum, glo. loquitur de infideli qui caret sacramento fidei, non solum habitu. Item ibidem gl. Non est reputandum matrimonium quod extra decretum dei factum est. ¶ Contra, ergo matrimonium contractum causa volu ptatis, non est matrimonium. Respondeo extra decretum dei matrimoniū contrahi dicitur, quando contra-

Lepra non
dissoluit ma
trimonium
quantum ad
thorum: imò
pars sana re
natu reddere
debitum
pari leprosa.

hitur inter personas lege prohibitas. ¶ Itē si qua mulier habet virū infidelem, &c. Cōtrā ergo Iudæa cōuer sa non debet dimittere virū Iudæum, cohabitare volentē. Respondeo, secus est hodie q. tēpore primitiue ec clesie, quia tūc erat spes cōuersionis, nunc autē potius est spes subuersionis propter obstinationē infidelium. ¶ Item super illud, q. si infidelis discedat, glo. rectè dimittitur mulier si dicat viro, non ero mulier tua, nisi de latrocinio diuitias mihi augeas. Cōtrā: Mat. 19. Excipitur sola causa fornicationis. Respondeo, tunc debet dimitti, ne scandalum ad tempus exortum, sit in perpetuum. ¶ Item super illud, Non est enim seruituti sub iectus. glo. contumelia creatoris soluit ius matrimonij in eo qui relinquit. Cōtrā, matrimonium semper est inter duos, ergo in vtroque soluitur vel in nullo. Respondeo, matrimonium soluitur in vtroque, sed impe dimentum ex matrimonio resultans, manet in discedente solum. ¶ Item circūcisio nihil est. Cōtrā, circū cisio potest si legem obserues. Respondeo, ante Christum proderat, sed post non prodest. ¶ Item super il lud, Vnūquisque in qua uocatione. gl. Ad salutem nihil prodest vel obest Iudaicus vel Gentilis ritus. Cōtrā, Galat. 5, Si circūcisidimini. Christus vobis nihil prodest. Responso, gl. loquitur de ritu conuertendi in ter homines, non de ritu deum colendi.

Lectio 4.

Seruus vocatus es, non sit tibi cura, sed si potes fieri liber, magis vtere. Qui enim in domino vocatus est seruus, liberus est domini. Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Pretio empti estis: nolite fieri serui hominum. Vnūquisque ergo in quo vocatus est, in hoc permaneat apud deum.

¶ Superius ostendit q. si infidelis coniunx non discedat, fidelis debet patienter cōmanere. Primò ad hoc al legando spem cōuersionis infidelis. Secūdo permanentiā in statu propriæ uocationis. Tertio exēplum in ritu cōuersionis, hic. Quarto allegat exēplum in statu cōditionis. Vbi primò ipsum exēplum ponit. Secū do rationem exēpli subdit, ibi [Qui enim in domino, &c.] Tertio ex hoc regulam generalem concludit, ibi [Vnūquisque ergo, &c.] In prima primò proponit in aliquo statum seruilem. Secūdo supponit libertatis possibilitatē, ibi [Sed & si potes, &c.] Tertio horū præminentiam ad salutem, ibi [Magis vtere.] Dicit ergo, Seruus, &c. q. d. vnūquisque in qua uocatione vocatus est, in ea permaneat. Verbi gratia, seruus vocatus es ad fidē. f. Christi, non sit tibi cura, vt. f. velis seruitutem effugere. Vnde Onesimū seruum Phylemonis, qui ad eū confugerat, cū precibus remittit ad dominū, vt patet in epistola ad Phylemonē: sed potius si po tes fieri liber, maneat in seruitute, quia causa est humilitatis. Et sicut ait Ambros. quāto quis despectior est in hoc seculo propter dominū, tantò magis exaltabitur in futuro. Greg. quāto quis deo pretiosior est: tan to propter eū vilior. Boetius, Cū omnis fortuna timenda sit, magis tamen prospera q. aduersa. ¶ Deinde cum dicit, [Qui enim in domino vocatus est, &c.] hic subdit rationem exempli. Et primò ponit rationem exempli ex parte seruorum. Secūdo ex parte liberorum, ibi [Similiter qui liber est, &c.] Et est ratio talis in generali. Seruitus & libertas sunt in domino ad salutem, sed solum debemus esse solliciti de pertinentibus ad salutem, ergo pro indifferēti debet esse nobis seruitus & libertas. Dicit ergo, Qui enim in domino. q. d. & verè non debes curare, etenim, pro quia, qui in domino. i. in fide domini vocatus est: seruus seruitute cor porali, liberus est domini: quia. f. à domino manumissus liber est libertate spirituali. Est autē libertus à ser uitate liberatus, & talis à seruitute peccati à domino est liberatus: ideo domini libertus. Ioā. 8, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. ¶ Deinde cum dicit, [Similiter qui liber vocatus est, &c.] hic ponit rationem ex parte liberorum. Vbi primò tangit in liberis cum seruis pro Christo debitam seruitutem. Secūdo seruit utis rationem, ibi [Pretio empti.] Tertio seruitutis obligationem, ibi [Nolite, &c.] Dicit ergo, similiter & qui liber vocatus est libertate corporali, seruus est Christi, seruitute spirituali. Rom. 1. Paulus seru⁹ Christi Iesu, &c. quia siue seruus, siue liber, omnes tamen serui, & hoc iustum est, quia pretio empti estis. Hoc dicit tur, quia pretio inæstimabili sanguine Christi, 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argēto redempti estis de vestra vana conuersione, &c. Et quia tanto pretio empti estis, nolite fieri serui hominum postponen do seruitutem dei & vos humanis (superstitionibus occupando, hoc enim faciebant isti, Supra 1, Ego sum Pauli, ego autem Apollo: vnūquisque ergo & circūcisus & præputiatus, seruus & liber in quo statu vocatus est frater. i. fidelis, in hoc permaneat apud deum. f. obseruando diuina mandata. Qui enim perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit, Mat. 24, Ergo si coniugatus vocatus est ad fidē, maneat coniugatus ser uando fidem.

Lectio 5.

De virginibus autem preceptum domini non habeo, consilium autem do tāquam misericordiam consecutus à deo vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori, noli querere solutionem. Solutus es ab vxore, noli querere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.

¶ A principio huius cap. egit de matrimonio, hic incipit pars secūda, in qua agit de virginitate. Vbi primò agit de virginibus. Secūdo de virginū custodiis, ibi [Si quis autē turpem se videri existimat, &c.] In prima, primò ponit virginibus permanendi in virginitate consiliū. Secūdo nubentibus dat bene viuendi mo dum, ibi [Hoc itaq. dico fratres, &c.] Tertio ostēdit q. magis expedit seruare cōtinentiæ propositū, ibi [Vo lo autē vos sine sollicitudine esse, &c.] In prima parte virginitatē cōsulit & laudat. Secūdo matrimonium iam cōtractum concedit & approbat, ibi [Alligatus es vxori, &c.] Tertio matrimoniū contrahendum de fendit, & à peccato excusat, ibi [Si autem acceperis vxorē, &c.] In prima dicit duo de virginitate. Primò q. non est seruanda ex præcepto. Secūdo q. est seruanda ex consilio, ibi [Consiliū autem do.] Vbi ponit du plicem rationem quare istud consilium est seruandum. Prima est consiliarij auctoritas. Secunda rei consul tæ dignitas, ibi [Existimo enim hoc bonum.] Dicit ergo, de virginibus, &c. q. d. de coniugatis non separan dis præceptum dei est: de virginibus autem præceptū dei non habeo, vt. f. contineant, vel vt nubant. Quod enim de hoc dixit dominus Mat. 19, dixit consulendo, Qui potest, inquit, capere capiat. Virginitas autem, secundum August. res est non præcepti: suaderi potest, imperari non potest. Consilium autem do. f. de con tinendo, consiliū mihi à spiritu sancto inspiratum. Thob. 4, Consilium semper à sapiente perquirere. Consi lium inquam, do, & hoc tanquam consecutus à domino misericordiam. i. Apostolum mihi misericorditer concessum. Consecutus inquam, ad hoc vt sim fidelis in dispensatione mihi credita. Vnde credendum est mihi

in consiliis. Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus. Haymo, Quia ei mandatū fuit vt esset fidelis cōsiliator, nō debuit consilium indigentibus abscondere, & est argumentum quod est acquiescendum consilio praelati. ¶ Deinde cū dicit, [Exilimo ergo, &c.] hīc tāgitur dignitas eius quod cōsilitur: & hęc duplex. Vna quia expediens bonū, secūda quia honestū, ibi [Quoniam bonum est, &c.] Dicit ergo, existimo, &c. q. d. quia hīc cōsiliarius sum, existimo ergo hoc bonū esse. s. manere in virginitate, & hoc propter inflatē necessitatē coniugium. s. vitandam, quia multæ necessitates instant. Vnde dicuntur esse in mola. Luc. 17. Vnde vulgari- ter dicitur q. matrimonium habet magnum os: existimo, in quā, & verē, quia bonū est homini sic esse. s. in vir- ginitate. Bonū. s. honestum propter puritatē, delectabile propter libertatē, vtile propter mercedem, quia ei debetur aureola & fructus centesimus. Luc. 8. Aug. in glo. Super greditur virginitas conditionē humanæ naturę, per quā homines angelis assimilantur. Maior tamē victoria virginum q. angelorū. Angeli enim sine carne viuunt, virgines autē in carne triūphant. ¶ Deinde cū dicit, [Alligatus es vxori, &c.] hīc matrimo- nium contractū concedit & approbat. Vbi primō dicit q. coniugatus non debet querere diuortiu. Secū- dō consūlit q. solutus non querat coniugiu, ibi [Solutus es ab vxore, &c.] Dicit ergo, Alligatus, &c. q. d. li- cet continere sit bonū, tamen alligatus es vxori, noli querere solutiōnē, maxime si bona est. Eccles. 7. Noli discedere à muliere sensata. Et dicit alligatus, quasi duplici vinculo ligatus. s. cōsensu per matrimoniū initia- tum, & copula carnali per matrimoniū consummatū. Si enim tantū vno vinculo. s. solo consensu ligatus es- set, posset querere solutiōnē. s. intrādo religiōnē. Solutus es ab vxore, noli querere vxorē, si potes cōtine- re, quia sicut dicit Apostoli Mat. 19. Si ita est causā hominis cū vxore, nō expedit nubere. ¶ Deinde cū di- cit, [Si autē acceperis, &c.] hīc excusat matrimoniū contrahendū, à peccato. Vbi primō ostendit q. matrimo- niū potest cōtrahi sine peccato. Secūdō q. leuius est esse sine cōiugio, ibi [Tribulationē tamen, &c.] In prima primō proponit veritatē de nō virgine. Secūdō de virgine, ibi [Et si nupserit, &c.] Dicit ergo, si autē solutus es, noli querere vxorē. Si autē acceperis vxorē, s. bono sine non ad expletionē libidinis, nō peccasti: hīc est argumentū euidens cōtra hæreticos qui contēnunt matrimoniū, de quibus 1. Tim. 4. Prohibētes nu- bere, & similiter si nupserit virgo, nō peccat. s. nubēdo: alioquin peccasset beata virgo, cūm despō- sata esset Ioseph. Tribulationē tamen carnis habebit huiusmodi. s. cōiugati. i. afflictionē pro rebus necessa- riis procurandis & sibi & filiis suis & aliis. Vnde leuius est esse sine cōiugio. Ego autē vobis parco. q. d. cōsu- lo euitare coniugiu, quod tamen cōcedo parcendo infirmitati vestræ. Vel sic, Ego autē vobis parco in hoc q. consulo cauere tribulationes carnis. ¶ Notandū est hīc q. sancta virginitas magnum bonum est propter multa, primō quia carnis munditiā conseruat. Apo. 14. Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati, vir- gines enim sunt, &c. Sicut bonū est sal, quia cōseruat carnē à corruptiōe. Secūdō quia animā decorat & or- nat. Vnde frequēter in scriptura iūgitur virgo pulchra. Sap. 4. O q. pulchra est casta generatio cū claritate. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea. Terriō quia angelis cæli assimilatur, sicut dicit hīc glof. Et Mat. 22. In resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erūt sicut angeli dei. Hier. 1. In carne prater carnem viuere, &c. Quartō quia Christo despōsat. 2. Cor. 11. Despōdi enim vos vni viro virginē castam exhibere Chri- sto. Quintō quia iungit & approximat. Psal. Adducētur regi virgines post eā. Sap. 6. Incorruptio facit proxi- mū deo. Hier. 3. Dux virginitatis meæ tu es. Sextō quia cæteris statibus præpōderat. Eccles. 26. Non est digna pōderatio animæ cōtinentis. Infra eodē, Qui matrimonio iungit virginē bene facit, & qui nō iungit, melius facit. Septimō quia odorē bonæ famæ spirat. Luc. 1. dicitur, Et nomen virginis Maria. Cant. 2. Sicut lilii inter spinas, sic amica mea inter filias Ierusalem. Octauō quia ad nuptias æternas inuitat. Mat. 25. Quę paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, sed heu quia ad conseruandum difficiles. Ideo Eccles. 42. Filia patris abscondita est, &c. Et hoc, quia diabolus suggerit contrarium. Corruptio inclinat ad actum, pulchri- tudo allicit ad consensum.

Error dicitur matrimonium esse peccatum, sed clauditur. Virgini deo sacrata est damnabile vel nubere. Laus virginis mitatur.

Qualiter vxoribus for- truitis ementi- bus & mundi rebus sit vitandum do- cet, rationem omnium tam- dem subdens.

Hoc itaque dico fratres, tempus breue est, vt qui habent vxores, tanquā non habentes sint: & qui sicut, tanquam non sentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vnu- tur hoc mundo, tanquam non vrantur. Præterit enim figura huius mundi. ¶ Hęc est secūda pars vbi nubētibus siue nuptis ostēdit bene viuendi modū, docens primō qualiter vran- tur vxoribus, Secūdō qualiter fortunæ casibus siue euetibus, ibi [Et qui sicut, &c.] Terriō qualiter mūdi re- bus siue possessionibus, ibi [Et qui emunt, &c.] Quartō subdit rationē in his ammonitionibus, ibi [Præterit enim figura.] In prima implicat tria. s. auctoritatē consiliarij, [Hoc itaq. dico, &c.] Necessitatē consulendi, [Tēpus breue est, &c.] Formā consilij, [Reliquū est, &c.] Dixit ergo, hoc itaq. q. d. quia non est peccatum nubere, hoc itaque dico fratres si coniugij tēpus breue est, quo. s. non generatione carnali propagandus est populus dei, sed regeneratione spiritali colligēdus, secūdū glo. & quia tēpus breue est, reliquū est. i. hoc solum restat agendū, vt qui habent vxores, sint tanquā non habentes, studendo seruitio dei, non autē opeti carnali, debitū. s. exigendo. Vnde dicitur, sint tanquā non habētes, non dicit, tanquā non habēt, sicut erant antiqui patres, propter quod dicit August. q. celibatus Ioannis non præfertur coniugio Abraham: sed hodie faciunt ecōuerso, quia qui non habent sunt tanquā habentes. ¶ Est autē notandum q. tanquam non habens vxorem, est qui vel vxori debitum reddit nec exigit, vel propter infirmitatem vxorem ducit dolens, quod sine ea esse nequit. Vel pari affectu continentiam custodit. Vel causa generandæ proles ad cultum dei vxor- em propriā cognoscit. Et qui sicut pro casibus coniugij vel pro aliqua tristitia sæculi sint non sentes, con- solati, sicut spe appropinquantis boni futuri. Proverb. 12. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Et qui gaudent pro aliqua prosperitate sæculi, tanquam non gaudentes, sed tanquā in timore existētēs im- minentis mali periculi. Eccles. 11. In die bonorum ne immemor sis malorum. ¶ Deinde cū dicit, [Et qui emunt], hīc ostendit qualiter vrantur mundi rebus siue possessionibus. Et primō qualiter vti debeant ac- quirendis. Secūdō qualiter acquisitis, ibi [Et qui vtuntur, &c.] Dicit ergo, qui emunt, tanquam non pos- sidentes, id est post hęc terrena non sedentes. s. supple non apponendo cor rebus perituris. Psal. Diuitia si affluant, nolite cor apponere. Ezech. 7. Qui emit, nō latetur: & qui vendit, nō luceat. Et vt vniuersaliter col

Lectio 6.

ligam, qui vtūtur hoc mundo. i. rebus mūdānis, non dico fruuntur, vt mali qui de eis malū faciunt finē, qui dicunt Sap. 2. Fruamur bonis quæ sunt. i. præsentibus. Sed qui vtuntur eis ad finē debitū referendo, sint tan- quā non vtūtur. i. nō adhæreant eis nimia delectatione. 1. Tim. 6. Habētes alimenta & quibus tegamur his cōtenti simus. ¶ Prater actū ergo coniugialē ponit quatuor differētias actū circa sollicitudinē mundano- rū. s. flere, gaudere, emere, vti. Duo primi pertinet ad affectū, duo alij ad effectū. Ex humana verō sollicitu- dine generatur duplex effectus. s. emēdi respectu habēdorū, & vtēdi respectu habitōrū, & secūdū hoc po- nit Apostolus cōsiliū tēperatiæ in his quatuor actibus. ¶ Deinde cū dicit, [Præterit enī figura, &c.] hīc subdit rationē prædictarū ammonitiōnū quę talis est, Trāstoria sunt reputāda quasi non sint, sed talia sunt mūdāna paritura, ergo quasi nō sint, sunt reputāda: & hoc est quod dicit, q. ideo mūdāna quasi nō sint estī māda sunt, quia præterit figura. i. exterior pulchritudo, vel quod est ibi fragile cōueniens statui fragilitatis Trāstibunt enim qualitates mortales, & remanebūt immortales. Ideo trāstibit mūdus & cōcupiscentia eius. Omnia innouāda, quia figura nō substantia mūdi, non paradisi, præterit nō sinit. ¶ Hic queritur sup illo, si potest fieri liber. gl. Quātō quis propter dei despectū est in hoc sæculo, tātō magis exaltabitur in futuro Cōtrā, ergo magis exaltabitur bonus subditus, q. bonus praelatus. Respōdeo. glo. intelligēda est cæteris pa- ribus. ¶ Itē sup illud, vnuquisq. in quo vocatus est. glo. statu. Cōtrā, ergo q. vocatus est in statu sæculari, nō debet intrare religiōnē. Respōdeo, Apostolus loquitur de statibus promouentibus ad salutē, non de impe- dientibus. ¶ Item super illud, Existimo hoc bonū esse. gl. Maior est victoria virginū, q. angelorū. ¶ Contrā ergo maior corona, ergo homines erūt maiores angelis, nō solū æquales. Respōdeo, maior extēsiuē. i. mul- tiplicatiuē, quia habēt aureolam nō solum aurē. ¶ Itē super illud, Bonum est homini sic esse. gl. in virgini- tate. ¶ Cōtrā, Gen. 1. Crescite & multiplicamini: virginitas autē cōtraria est huic præcepto. Respōdeo, illud præceptū non est præceptū, sed datū vltque ad tēpus sufficientis multiplicationis humani generis. Itē super illud, Qui habēt vxores, glo. beatoria cōiugia iudicāda sunt quæ prole cōcepta pari cōsensu cōtinentiā ser- uare poterūt. Cōtrā, vnuquodque tātō beatus est, quātō magis cōuenit fini suo: finis autē cōiugij est gene- ratio prolis. Respōdeo, expone cōiugia. i. cōiuges. Vel dicēdū est q. ille non est vltimus finis cōiugij, sed ad- impletio numeri electōrū qui citius impleterut si omnes continerent. Itē super illud, Præterit figura huius, mūdi. glo. In iudicio mundanorū igniū flagratione huius mundi peribit, non substantia, sed figura. Cōtrā, 2. Pet. 3. Per quē cæli magno impetu trāsient. Respōdeo ille trāsitus & illa solutio accidentalit est, non sub- stantialis. i. secūdum qualitatem, non secūdum substantiam.

Lectio 7.

Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam: sed id quod honestū est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi.

Ostenditur status conti- nentia tripli- ci ratione ef- se melior sta- tu coniugij, vixore quia tranquillior, sanctior & vtilior.

¶ Superius dedit primō virginibus consiliū continendi. Secūdō nubentibus documentū bene viuendi. Hīc terriō ostēdit q. magis expedit tēpus continendi. Et hoc ostēdit primō ratione maioris trāquillitatis. Secū- dō ratione maioris sanctitatis, ibi [Et mulier innupta, &c.] Terriō ratione maioris vtilitatis, ibi [Porro hoc ad vtilitatem vestram, &c.] Primā ratio talis est, Trāquillitas in amore solius dei, præferēda est sollicitudini mundanorū, sed cōtinentes habent tranquillitatē, coniugati sollicitudinē mundi: ergo status cōtinentium præferendus est statui coniugatorū. Primō ergo dehortatur sollicitudinē mundi. Secūdō subdit q. conti- nentes non sunt solliciti nisi in his quæ sunt dei, ibi [Quoniam qui sine vxore, &c.] Terriō ostendit q. coniu- gatos oportet esse sollicitos in his quæ sunt mūdi, ibi [Qui autē cum vxore, &c.] Dicit ergo, volo autē, q. d. Sinubitis, prædicta facere cōsulo, sed magis volo vos esse sine sollicitudine rei vxoriæ. Phil. 4. Nihil sollici- titis. ¶ Nota q. dehortatur nos scriptura à sollicitudine triplici. s. circa mulierē, vt hīc, Volo vos sine solli- citudine esse circa ventrē. Mat. 6. Ne solliciti sitis animæ vestræ, &c. Circa burfam. Pro. 11. Expectatio solli- citōrū peribit. Et rectē hoc volo, quia qui sine vxore est, sollicitus est quę domini sunt, vt cōplaceat ei. Nō enim habet excusationem illorū qui dicunt Luc. 14. Vxorē duxi, & non possum venire. Sollicitudo in quā. s. quomodo placeat deo, interiori. s. pulchritudine sua. Felix cuius votū est vxorē fugere, cui sollicitudo est domino seruire, cuius intentio est deo placere. ¶ Deinde cū dicit, [Qui autem cum vxore est, &c.] hīc os- tēdit quomodo cōiugatos oportet esse sollicitos in his quæ sunt mūdi, vbi implicatur quatuor graua. Pri- mō vinculi cōiugale, ibi [Qui cū vxore.] Studiū mundiale, ibi [Sollicitus est.] Subiectio vxoris, ibi [Quo- modo placeat.] Operis diuisio, ibi [Et diuisus est.] Dicit ergo, qui autē cū vxore est. s. in matrimonio, sollici- tus est quæ sunt mūdi. i. de regimine familiæ & huiusmodi. Vnde Iacob acceptis vxorib⁹, ait Gen. 30. In istū est vt aliquādō prouideā domui meæ. i. sollicitus sim quomodo placeā vxori. Et hoc sine potest se licitē or- nare. Nā secūdū glo. Magna amaritudo in domo est vxor tristis, & talis diuisus est nō natura, sed actū. s. di- uisione officij, nō intentionis principalis. vnde glo. partim seruit deo, partim mundo. ¶ Deinde cū dicit, [Et mulier innupta, &c.] hīc ponitur secūda ratio probās q. magis expedit seruire propositū continētiæ, q. nubere ratione maioris sanctitatis, & est ratio sua talis, Continens studet sanctitati & diuinitati & amori dei, nupta verō mūdo, ergo illa præferenda est isti. Primō ergo tangit studiū innuptæ, quia cogitat totaliter placere deo. Secūdō studiū nuptæ, quia cogitat partim placere mundo, ibi [Quæ autē nupta est.] In prima implicat tria. s. continentium statum, cogitatum, & fructum. Statum honestum, quia innupta: & virgo cogi- tatum rectum, quia cogitat quæ domini sunt, multiplicatum fructum, quia vt sit sancta, &c. Dicit ergo, Et similiter mulier innupta. i. vidua, & virgo cogitat. i. maiorem habet facultatem cogitādi quæ domini sunt, id est spiritualia & æterna. Cogitat. inquam. vt sit sancta magis quā nupta. Multæ enim nuptæ sunt san- ctæ. August. Ampliorem non nuptarum & in corpore & in spiritu sanctificationem intelligi voluit, non ta- men nuptas omnino sanctificatione priuauit. Sancta, inquam. corpore. id est corporalibus actionibus: & spiritu. i. spiritualibus actionibus. Vel sancta corpore. contra vitia carnalia: & spiritu. contra spiritualia. ¶ Deinde cū dicit, [Quæ autem nupta est] hīc tangit sollicitudinē nuptiarū, vbi implicat tria. Primō

Dehortatur scriptura à sollicitudine mulieris, ven- ris & burse.

coniugiu. Secundò sollicitudinē, ibi [Cogitat quæ, &c.] Tertio cōiugij studiū, ibi [Quomodo placeat, &c.] Dicit ergo, quæ autē nupta est, cogitat quæ mūdi sunt. I. de cura filiorū, de regimine domus, & huiusmodi. Vnde parentes monuerunt Sarā honorare focū, diligere maritū, gubernare domum, &c. Tho. 10, Cogitat inquā, quomodo placeat viro. vnde hoc sine ornātes se non peccant: verūtamē magis debēt studere ei placere ornata morum q̄ vestimentorū. 1. Tim. 2, Mulieres in habitu ornate se, non in tortis crinibus, auro, &c. Deinde cū dicit, [Porro hoc ad vtilitatē, &c.] hīc allegat tertiā rationem. I. maiorem vtilitatē. Et est ratio talis. Illud quod est vtilius magis expedit, sed cōtinere est vtilius q̄ nubere, ergo magis expedit eligere continentia q̄ nuptias. Primò ergo ostendit q̄ vtile est continere. Secūdo q̄ honestū est, ibi [Sed id quod est honestū, &c.] Tertio q̄ facile, ibi [Et quod facultatē, &c.] Dicit ergo, porro, &c. q. d. cōsulo nō nubere, porro hoc ad vtilitatem vestrā maiorem: sed dico vt expeditis deo seruatis, quia sic mortificatur caro quæ est inimica spiritus. Aug. Sicut inimicus occisus non facit tibi iniuriā, sic caro mortificata non turbat animā. Dico inquā, non vt laqueū fornicationis. I. incontinentibus, vobis iniciam aliquid difficile super hoc faciendo, imò potius laqueus poneretur si consuleret nubere, quia de muliere dicitur Ecclē. 7, quòd laqueus venatorū est, sed potius intendens inducere omnes ad id quod honestū est. I. ad sanctitatem corporis & animæ: nō quia coniugalis status nō sit honestus, sed quia minus honestus. Aug. Non matrimoniu turpe esse mōstrauit, sed q̄ honestius erat generalis honesti nomine cōmendauit, & monens ad illud quod facultatē præbeat alicui obseruādi se in domino. i. ad seruitū domini, & hoc sine impedimēto, quod est in cōiugio. 2. Cor. 11, Despōdi vos vni viro virginē castam exhibere Christo. Verē eligēdus est status continentia vbi maius cōmodum, quia hoc ad vtilitatē vbi minus periculū: quia non vt laqueū, maior honestas, quia id quod honestū, liberior facultas seruiēdi deo, quia facultatē præbet, &c. Notādū est hīc q̄ multiplex sollicitudo est bona. Prima prælationis, sicut nauta sollicitus est de regimine nauis, pater de filiis. Ro. 12. Qui præest in sollicitudine. Secūda prædicationis, sicut pedagogus sollicitus de puero, doctōr de discipulis. 1. The. 2, Fiduciam habuimus loqui ad vos verbum dei in multa sollicitudine. Tertia discretionis, sicut amicus ve rus sollicitus est de conuersatione amoris. Ephef. 4, Solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis, &c. Quarta cōpansionis, sicut vir misericors sollicitus est de egenis & afflicis. 1. Ti. 1, Cū venisset Roma sollicitē me quæsiuit & inuenit. Quia deuotionis, sicut seruus sollicitus est de placēdo domino, religiofus deo. Mich. 6, Indicabo tibi dō homo, quid sit bonū, Et post sollicitē ambulare cū deo tuo. Sexta circūspēctionis, sicut speculator est de castro custodiēdo. Deut. 4, Custodite animas vestras sollicitē. Corpus enim cū organis, anima cū potētis quoddā castrū est. Septima actionis, sicut agricola sollicitus est de opere perficiēdo. Luc. 10, Martha Martha sollicita es. 2. Ti. 2, Sollicitē cura te ipsum probabilem exhibere deo. Octaua prouisionis, sicut dispensator de domo, mercator de computo, pauper de pane quærendo. Roma. 12, Sollicitudine non pigri.

Multe sunt sollicitudines bone.

Docentur virgines cūto des quomodo sese habere de beati circa suas virgines, quòd licet virgo permānet in statu virginum & licet recaratur, presertim tamen virginitas cōiugio, docentur cōiugati quomodo sese habere debeant ad quid obligentur, & quid possint.

Siquis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta, & ita fieri oportet, quod vult faciat: non peccat si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens sua voluntate, hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege. Cui autem vult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consiliū. Puto autem quòd & ego spiritum dei habeam.

Superius egit de virgine, hīc agit de virginū custodibus, ostēdēns primò q̄ licet eis virgines suas cōiugio copulare. Secūdo q̄ non similiter nuptis licet, nisi post mortē viri contrahere. ibi [Mulier alligata est, &c.] In prima primò ostēdit q̄ custos potest dare virginē suā in cōiugio. Secūdo q̄ non peccat hoc faciendo, ibi [Nec peccat si nubat, &c.] Tertio q̄ etiā bene facit seruando, ibi [Nā qui statuit, &c.] Quarto q̄ licet vtrūque sit bonū, tamen hoc est melius, illo. ibi [Igitur & qui matrimonio, &c.] In prima primò supponit in virgine etatē nubilem. Secūdo voluntatē nubendi, ibi [Et ita oportet fieri, &c.] Tertio dat nubēdi licētiā, ibi [Quod vult faciat, &c.] Dicit ergo, si quis autē, &c. q. d. esse sine cōiugio, honestus est & expeditus. Sed tamē si quis turpē se videri existimat apud iudiciū hominū super virgine sua timēs ne corrūpatur, eo q̄ sit superadulta. i. vltra pubertatē & iam in nubilibus annis, & ita oportet fieri vt nubat, quia nō vult continere, quod vult virgo, faciat custos. Ecclē. 7, Trade filiā tuam & grāde opus fecisti & homini sensato da illam. Nec peccat custos si nubat virgo: hoc ideo dicit secundū glo. ne et si virgo non peccet, custos videatur peccare. Aug. de bono cōiugali. Quæ si non cōtinet, nubat. Quæ non cōpedit, delibet. Quæ egressa est, perseueret, nulla aduersario detur occasio, sed falsa retrahatur oblatio. Deinde cū dicit, [Nā qui statuit, &c.] hīc ostēdit q̄ custos virginis bene facit eā in statu virginali seruādo, vbi implicatur quadruplex cōditio ad hoc expediens. Prima q̄ custos firmus sit in proposito cam virginē custodiendi. Secūda q̄ non timeat de casu virginali, ibi [Non habēs necessitatem, &c.] Tertia q̄ cognoscat in virgine propositum cōtinendi, ibi [Potestatem autem habens, &c.] Quarta q̄ hoc faciat ex deliberatione, ibi [Et hoc iudicauit.] Dicit ergo, Nam qui statuit, &c. q. d. ideo autem dico q̄ non peccat qui tradit virginē: nam de alio qui seruat eā, patet q̄ bene faciat. Nam qui statuit in corde seruare virginem suā, firmus in proposito suo, non curās sobolem, vel aliud huiusmodi, non habens necessitatem tradendi eā, cū virgo velit continere, potestare autem habens, secundum aliam continentiam voluntatis suæ perficiēdas, & hoc iudicauit in corde suo. i. ex iudicio rationis, non ex leuitate mentis discernit esse bonum. 1. Timoth. 5, Sine præiudicio nihil facias, iudicauit inquā, seruare virginem suam. Ambro. Non ingetens ei fomitem nuptiarū. Eccl. 7, Filie tibi sunt, serua corpus illarū. Qui facit inquā sic, bene facit. Deinde cū dicit, [Igitur & qui matrimonio, &c.] hīc ostēdit q̄ licet vtrunque sit bonum, tamen virginitas est melior matrimonio. Vbi primò approbat statum coniugalem. Secūdo præponit statum virginalē, ibi [Qui non iungit, &c.] Dicit ergo, Igitur & qui, &c. q. d. quia oportet fieri vt diximus: igitur & qui matrimonio iungit virginē, bene facit, quia licitū est quod facit: & qui non iungit, cū virgo acquiescat cōtinere, melius facit. glo. melius facit qui apud deū meritū suum collocat & à sollicitudine liberat eā. Melius enī est quod licet & expedit, q̄ q̄ licet & nō expedit. Hic enī

bene vitur malo, ibi verò bene vitur bono. Bene vitur quis bono cōtinētiā dedicās deo. Malè vitur quis bono continentia dedicās idolo. Malè vitur quis malo cōcupiscentia relaxās adulterio. Bene vitur malo cōcupiscentia restringens cōnubio. Bonū est pudicitia cōiugalis, sed melius est cōtinētia virginalis vel virginalis, secundum glo. Deinde cū dicit, [Mulier alligata est legi, &c.] hīc ostēdit q̄ non similiter coniugata, nisi viro mortuo potest contrahere. Vbi primò ostēdit q̄ coniugata nō potest nubere viro viuente. Secūdo q̄ viro mortuo, potest alij nubere, ibi [Quòd si dormierit, &c.] Tertio q̄ melius est illi cōtinere, ibi [Beatior autē erit, &c.] Quarto q̄ debet cōsilio ei credere, ibi [Puto autē q̄ & ego, &c.] Dicit ergo, [Mulier alligata est, &c.] q. d. Qui nō iungit virginem suā, melius facit. Et verè melius, quia mulier alligata est, &c. Vel sic, virgo quocūq; tēpore potest nubere, sed vxorata nō, quia mulier alligata est legi, ita vt nō possit nubere alteri quāto tēpore vir ei viuuit. Ro. 7, Quæ autē sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi. Deinde cū dicit, [Quòd si dormierit fomno mortis.] De qua dormitione Io. 11, Lazarus amicus noster dormit. [Vir eius, &c.] Aug. nō dicit primus, secūdus, vel tertius, vel quartus, vel quousq; licet. Nec nobis diffiniendū est quod nō diffinit Apōstolus. Vnde nec vllas nuptias debeat dānare, nec eis verecūdiā numerostratis afferre. Si dormierit inquā liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū in domino. i. viro suę religionis: nā in dispari cultu prohibitu est in lege matrimoniu. Deu. 7, Per hāc licentiā Apōstoli reuocata sunt omnes pœnæ & infamiae, quæ secūdu liberata est à lege viri, vnde pmittitur ei nubere. Hic patet q̄ refurgeni nō tenetur copulari, sed cui vult nubat. Inuita enim nuptia solēt habere malos prouētus, ideo dicit Gen. 24, Vocemus puellā & quæramus voluntatē eius. Nubat inquā tātū

aurem, &c. q. d. de prædictis quaeritis ad me. f. de pertinentibus ad matrimonium? de aliis autem ut de im-
molatis idolo non fuit necesse querere: quia omnes scitis super hoc veritatem: & hoc est quod dicit, de his
autem quaerit idolis sacrificantur an liceat edere vel non, scimus ego & vos quod liceat ea comedere, secundum il-
lud Titum 1, Omnia munda mundis. Scimus quia omnem scientiam habemus, ego. f. & vos perfecti inter
alios. f. scientiam de creatore & creaturis: & ideo minus excusabiles si male facimus. ¶ Deinde cum dicit,
[Scientia autem inflat, &c.] hic ostendit quomodo sine charitate scientiam inutiliter habent. q. d. Habetis
quidem scientiam, sed non valet vobis, quia inde superbitis contra ignaros: scientia autem si sola est, inflat.
Eccles. 1, In multa sapientia, multa est indignatio. Act. 26, Multa litera te facit insanire. Hæc enim fuit pla-
ga Aegyptiorum. i. sapientium huius mundi vesicae turgentes. Exod. 9, Charitas verò ædificat infirmos, quæ
quod eis obesse potest, dimittit, quia non quaerit quæ sua sunt. Vnde addenda est scientiæ charitas. August.
Addite ergo scientiæ charitatem, & utilis erit scientia. Per se quidem est inutilis, ex charitate utilis. Philoso-
phus, Scire autem nihil, aut parum prodest ad virtutem. ¶ Deinde cum dicit, [Siquis autem existimat, &c.]
hic ostendit à quibus hæc scientia habetur insufficienter, quia ab illis qui ea videntur in nocumentum pro-
ximi: & est sua ratio talis. Quicumque habet scientiam & non modum vtendi ea, habet scientiã insufficientem:
ter: sed qui habet scientiam sine charitate, est huiusmodi: ergo qui habet scientiã sine charitate habet insuffi-
cienter scientiam. Primò ergo supponit scientiam sine charitate. Secundò ostendit insufficientiã talis scien-
tiæ, ibi [Nondum cognouit, &c.] Tertiò rationem insufficientiæ, ibi [Quemadmodum oporteat, &c.] Di-
cit ergo, Siquis autem, &c. q. d. Habetis scientiam, sed non insufficientem: quia si quis vestrum existimat se
scire, habens scientiam sine charitate, aliquid scit, scilicet quod liceat comedere idolotum. Nondum tamen co-
gnouit, quia non se cognoscere factò ostendit quomodo oporteat eum scire. i. qualiter debeat uti scientia,
quia in ædificationem, non in nocumentum aliorum. Scire autem contingit dupliciter. f. habere scientiam
& uti scientia: sicut videre habere visum, & uti visu: glo. Bernardi. Hic nõ approbat Apostolus multa scien-
tiam, si modum sciendi nescierit. Modus enim sciendi est ut scias quo ordine, quo studio, quo sine scire quæ
que oporteat: quo ordine, ut id prius quod maturius ad salutem: quo studio, ut id ardentius quod efficacius
est ad amorem: quo sine, ut non ad inanem gloriam vel curiositatem velle aliquid, sed ad ædificationem tui
& proximi. Sunt nanque qui scire volunt eo sine tantum ut sciant, & curiositas est: quidam ut sciantur, &
vanitas est: quidam ut scientiam vendant, & turpis quaestus est: quidam ut ædificentur & prudentia est: qui-
dam ut ædificent, & charitas est. ¶ Deinde cum dicit [Siquis autem diligit, &c.] hic ostendit à quibus hæc
scientia habetur sufficienter, quia ab illis qui vtuntur ea ex charitate. Primò ergo supponit scientiam cum
charitate. Secundò ostendit sufficientiam talis scientiæ, ibi [Hic cognitus est.] Dicit ergo, Siquis, &c. q. d. Il-
le perfecte non scit qui nescit quemadmodum oporteat eum scire. Siquis autem diligit deum, & ita cū scien-
tia habet charitatem, hic cognitus est. i. approbatus est ab eo. Nouit enim dominus qui sunt eius. 2. Tim. 2, Vn-
de talis verè scit deo approbante, quia bene vtitur scientia propter charitatem annexam. Notandum est hic
quod ad hoc quod aliquis sciat quemadmodum oporteat scire, nouem sunt necessaria. Primò humiliter sine
inflatione. Philip. 4, Scio humiliari. Psal. Si non humiliter sentiebam. Secundò sobriè sine præsumptio-
ne. Suprà 1, Non iudicauit me scire. Rom. 12, Non plus sapere quam oportet. Tertiò certitudinaliter sine hæ-
sitatione. 2. Tim. 1, Scio cui credidi, & certus sum. Quartò veraciter & sine errore. 2. Tim. 3, Semper dicen-
tes, & nunquam ad scientiã veritatis peruenientes. Quintò simpliciter sine deceptione. 1. Tim. 6, Opposi-
tiones falsi nominis scientiæ. Sextò salubriter cum charitate & dilectione. Infrà 13, Si habuero omnè scien-
tiam, charitatem autem non habuero. Septimò utiliter cum proximorum ædificatione. Infrà 12, Alij datur
sermo scientiæ in eodem spiritu. Octauò liberaliter cum gratuita cõmunicatione. Sap. 6, Ponam in lucem
sapientiam eius. Nondò efficaciter cum bona operatione. Scienti enim bonum, & non facienti, peccatū est
illi. Iaco. 4, Primū. f. humilitas scientiæ arguit sapientes superbos, sobrietas curiosos, certitudo dubiosos,
veritas hæreticos, simplicitas aduocatos, salubritas magnos, utilitas iniquos, liberalitas auaros, efficacia o-
tiosos. ¶ Deinde cum dicit, [De escis autem quæ idolis, &c.] hic ostendit qualem scientiã habent de idoloti-
ris, ostendens primò quod sciunt idolum nihil esse. Secundò quod sciunt omnia à deo esse, ibi [Nam etsi sunt
qui dicuntur dii.] In prima primò dicit idolum nihil esse. Secundò iuxta hoc ad declarationem ostendit deum
non nisi vnum esse, ibi. [Et quod nullus deus, &c.] Dicit ergo, de escis autem, &c. quasi dicat, prædictis mo-
dis non valet scientia, sed tamen de escis quæ immolantur idolis scimus scientiã vera. f. quod in se sunt licita, nec
propter idolum sunt immunda: & hoc quia idolum nihil est in mudo. Hoc tripliciter exponitur. Primò mo-
do sic. Idolum nihil est in mudo. i. inter creaturas mudi quantum ad formam idoli: licet enim materia idoli
sit aliquid, f. aurum vel argentum vel huiusmodi, tamè nil est forma. f. quæ creditur ibi esse ab idolatris, qui
credunt idolum esse deum. Esa. 41, Ecce vos estis ex nihilo & opus vestrum ex eo quod non est. Secundò mo-
do sic, idolum nihil est. f. persona subsistens ex simulachro & spiritu præsidete. Ex istis enim duobus nihil
fit sicut ab idolatris putatur. Hier. 10, Cõfusus est omnis artifex in sculprili: quia falsum est quod cõflauit &
non est spiritus in eo. Tertiò modo sic, idolum nihil est in mudo. i. nullius rei quæ sit in mudo habens simi-
litudinẽ. Est enim differẽtia inter idolum & simulachrũ, quia simulachrũ dicitur quod sit ad similitudinem
rei alicuius naturalis: idolum ad nullius rei sit similitudinẽ, ut si corpori humano addatur caput equinũ. Ef.
40, Cui similem fecistis deum, &c. Et scimus etiã quod nullus deus nisi vnus. Deut. 6, Audi Israel, dominus
deus tuus vnus est. ¶ Deinde cum dicit, [Nam etsi sunt qui, &c.] hic ostendit quod sciunt omnia à deo esse
non à diis nũcupatiuis vel adoptiuis, vt sunt idola vel sancti, sed ab vno summo. Primò ergo dicit quomo-
do potest intelligi deorũ pluralitas. f. per adoptionem vel nũcupationẽ. Secundò quomodo est diuinitatis
vnitas. f. per essentialitẽ, ibi [Nobis tantum vnus deus, &c.] Vbi primò tangit vnitatem in patre. Secundò in
filio, ibi [Et vnus dominus, &c.] In prima tangit tria. f. essentialitẽ, quia vnus deus: personam, quia pater: po-
tentiam, ex quo omnia: clementiã, quia & nos in illo, similiter ista tangit in filio. Dicit ergo, Nam etsi sunt,
&c. q. d. & verè non est nisi vnus deus. Nã etsi sunt qui dicantur dii verè participatione diuinitatis vt sancti.
Psal. Ego dixi dii estis, siue in celo vt sancti comprehensores, siue in terra, vt sancti viatores. Siquidem sunt

Scientia non
prodest sine
vno & modo
studendi.
Quid modus
studendi.

Ad sciendũ
vt oportet sci-
re, nouẽ sunt
necessaria.

Differẽtia
idolum &
simulachrum

dij multi verè participatione diuinitatis vt sancti & iusti domini. Apostoli & prælati, nobis tamè &c. Alio
modo legitur sic, Nam & si sunt qui dicuntur dii à Gëribus. f. falsa nũcupatione: siue in celo vt sol & lu-
na: siue in terra, vt Mercurius & Dyana: siquidem sunt dii multi, sola. f. nũcupatione secundum Gentes,
Psa. Dii Gërium dæmonia, & domini multi, qui aliis præfunt: nobis tamen tantum vnus est deus essentiali-
ter. f. pater, ex quo omnia secundum naturam & per paternam authoritatem. Roma. 11, Ex quo omnia &
nos in illo per gratiam. Act. 17, In ipso viuimus, mouemur & sumus. Et vnus cum patre deus dominus Ie-
sus Christus. Io. 10, Ego & pater vnus sumus. Per quem omnia. f. facta sunt secundum naturam. Ioannis
1, Omnia per ipsum facta sunt, & nos per illũ. f. sumus in deo per gratiam. Romanorum 1, Per quem acce-
pi gratiam, &c. ergo vnus est altissimus creator omnium omnipotens. Ex his elicitur talis ratio, Non est
nisi vnus deus qui fecit omnia, sed multa sunt idola, ergo non sunt deus qui fecit omnia, nec creduntur ali-
quid, ergo nihil. ¶ Sed non in omnibus est scientia. ¶ Habito quod maiores illorum habent scientiam de ido-
lotis, hic ostendit quod minores hæc scientia carent. Vbi primò ostendit quod in quibusdam desuit prædicta de
idolotis scientia. Secundò quod propter hoc est idolotitum polluitur eorum conscientia. Vbi primò tan-
git pollutæ conscientiæ rationem. Secundò ipsam pollutionem, ibi, [Et conscientia ipsorum, &c.] Dicit er-
go, [Sed non in omnibus &c.] q. d. hoc scimus nos. f. quod idolum nihil est, sed non in omnibus vt in infirmis
est scientia hæc, & verè, non est in omnibus: quidã tamen &c. Vel sic, nos scimus quod idolum nihil est in mun-
do. Quidam enim cum conscientia idoli, quia. f. putant idolum aliquid diuinum esse vsq; nunc. i. post con-
uersionem sicut antè māducant idolotitum. i. de sanctificatis idolis, & hoc nõ quia cibum simpliciter, sed
quasi idolotitum. f. ad reuerentiam idoli, & conscientia illorum cum sit infirma polluitur per illos. f. qui ha-
bent rectam scientiam, sed non cum charitate per quos in hunc errorem infirmi inducuntur. Deut. 27, Ma-
ledictus qui errare facit cæcum in itinere. Hic innuit quod non cibum, sed conscientia polluitur per peccatum,
comedendo ad exemplum malorum. ¶ Deinde cum dicit, [Esca autem non comedat &c.] hic quartò osten-
dit quod coram eis idolotita comedere non debent. Vbi primò ostendit quod huiusmodi comestio nihil prodest
apud deum. Secundò probat quod non præstat aliquod bonum augmentum, ibi [Neque enim si non manduca-
ueritis.] Dicit ergo, esca autem &c. q. d. Illis nocet vestra comestio, vobis autem non prodest. Esca enim nos
non commendat deo, sed recta fides in edendo. Nam nec Esau esu lenticulæ iustificatus est, nec Helias esu
carnium pollutus est. Rom. 14, Non est regnum dei esca & potus. Hæc. vlt. Bonum est gratia stabilire cor,
non escis. ¶ Deinde cum dicit, [neque enim si non manducauerimus &c.] hic probat quod proposuit, & est
sua ratio talis. Non comedere idolotitum non dimittit bonum: comedere non auget, ergo talis esca sumpta
vel non sumpta nihil prodest apud deum: & hoc est quod dicit, Neque enim si non manducauerimus, defi-
ciemus. i. minus ab eo habemus: neque si manducauerimus abundabimus in virtutibus, quia esca ventri non
menti proficit, & ita cum non sit de veritate vitæ iustitiæ & doctrina, dimittenda est propter scandalum.

Lectio 2.

Videte autem ne forte hæc licentiã vestra offendiculum fiat infirmis. Si quis enim viderit eum qui habet scientiam in
idolo recubentem, nonne conscientia eius cum sit infirma, edificabitur ad manducandum idolotita? Et peribit infir-
mus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est. Si autem peccates in fratre, & percutientes conscien-
tiam eorum infirmam in Christo, peccatis. Quapropter si esca scandalizet fratrem meum, non manducabo carnem in
æternum, ne fratrem meum scandalizem.

Hæc est secunda pars huius capituli: superius enim ostendit quod in se licita est comestio idolotitum, hic
monet abstinere ab ea propter scandalum infirmorum. Vbi primò monet ne offendant fratres sua come-
stione. Secundò quod potest offendere, ibi, [Si enim quis viderit &c.] Tertiò ostendit malũ quod inde potest
accidere, ibi, [Et peribit infirmus &c.] Quartò præbet se in exemplum abstinentium, ibi, [Quapropter si
esca scandalizat &c.] Dicit ergo videte, quia quantum ad nos nihil prodest vel obest esca ipsa, sed tamè vi-
dete ne forte hæc licentiã vestra qua scitis licere vobis comedere de idolotitum, offendiculum fiat infirmis si fide
qui nondum sciunt idolum nihil esse. Leuit. 19, Coram cæco non pones offendiculum. ¶ Deinde cum di-
cit, [Si quis viderit &c.] hic ostendit quomodo possunt offendere, quia comedendo idolotitum coram in-
firmis: vbi implicatur quatuor concurrentia ad scandalum. Primò maior scientia. Secundò comestio ido-
lotitum publica, ibi, [In idolo recubentem.] Tertiò occasio scandali accepti, ibi, [Nonne conscientia eius.]
Dicit ergo, si enim quis, &c. q. d. Et verè potest esse offendiculum. Si enim quis infirmus viderit eum qui
habet scientiam recubentem in idolo. i. in præsentia idoli, nonne conscientia eius cum sit infirma, per te
ædificabitur. i. per factum tuum ad manducandum idolotita. i. sacrificata in reuerentiã idoli. q. d. sic videns
enim quis fratrem peritum in idolo sacrificata comedere, incipit ipse edere non illa conscientia qua ille. f.
peritiã causa, sed id putat esse nomen in cuius reuerentiã hoc fiat. ¶ Deinde cum dicit, [Et peribit infir-
mus.] Hic ostendit malum quod inde potest accidere, & hoc duplex. Primò scandalum proximi. Secundò
offensam proximi, ibi, [Si autem peccantes &c.] In prima implicatur tria, peccantis conditio, quia infir-
mus: peccandi occasio, quia in tua conscientia: peccati exaggeratio, quia propter quæ Christus mortuus est.
Dicit ergo, & ita peribit infirmus in fide, id est, in tua scientia, frater, id est, occasione accepta à tua scientia:
quia te sapietẽm videri comedere, putans quod sub idoli veneratione comedas, propter quæ saluandum Chri-
stus mortuus est, & ita grauius peccas. Rom. 14, Noli cibo perdere illum pro quo mortuus est Christus.
Sic autem peccantes in fratre peccato scandali, & percutientes conscientiam eorum infirmam gladio ma-
li exempli. Amos 9, Percute cardinẽ. i. conscientiam & commouebuntur super liminaria. i. intellectus &
affectus. In Christo peccatis, cuius membra sunt, non ait in Christum secundum glo. quia in Christum pec-
care, est Christum negare. i. peccare in fide. In Christo peccare est in his quæ Christi sunt peccare. f. in mo-
ribus: sicut ille qui in lege est, dicitur in lege peccare: qui autem in lege non est, dicitur peccare in legem.
¶ Deinde cum dicit, [Quapropter si esca &c.] Hic vltimò proponit se in exemplum abstinentiæ, vbi pri-
mò implicat scandalum. Secundò ex hoc explicat abstinentiã propositum, ibi, [Non manducabo &c.] Ter-
tiò præuenit dubium, ibi, [Ne fratrem meum &c.] Dicit ergo, Quapropter ne. f. peccem in Christum si e-

Monentur
fideles ne of-
fendant infir-
mos scãdalo
conscientiis
idolotitũ, &
se præbet ex-
emplum ad ab-
stinendum
Apostolus.

scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem aliquam, non solum idolotita in aeternum: si ergo propter scandalum fratrum abstinendum est quasi a necessariis vitæ, multo magis a superfluis: & hoc non ideo quod scilicet in se mala sit, sed ne scandalizem fratrem meum. Nam qui scandalizauerit unum de pusillis istis, expedit ei ut suspendatur in collo eius mola asinaria &c. Mar. 18. Ro. 14. Omnia munda mundis, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Hic queritur super illud, Scientia inflat. Glo. Scientia per se inutilis est. Contra, scientia per se bona est, ergo & utilis. Ratio, inutilis est ad salutem, utilis tamen ad multa alia. Item charitas edificat. Contra, sicut scientia inflat, non per causam, sed per occasionem, sic & charitas. Responso, Non est simile, quia scientia habenti se manifestat, sed non sic charitas: quia nemo certus est de charitate. Item super illud, Idolum nihil est gl'ia. Naturam deus formauit, sed stultitia hominum formam dedit. Contra, Omne esse est a deo, ergo omnis forma. Ratio, glo. loquitur de forma putatiua in natura, non de vera. Item ibidem glo. Forma hominis in idolo non est facta per verbum. Contra, Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Ratio, quauis forma hominis in illo sit facta per verbum, non tamen in idolo. ad colendum. Item ibidem glo. idolum nihil est, quia nullius rei quæ sit in mundo similitudinem habet. Contra, non potest artifex cogitare vel formare nisi qualia vidit. Ratio, Non habet similitudinem in toto, sed in partibus. Item super illud, Nullus deus nisi vnus, glo. hoc dicit ne putetur esse deus in idolo. Contra, deus, licet sit vnus, tamen est vbiq; Ratio, in idolo est per potentiam, non per prescientiam vel vnionem, vt putabant Gentiles. Item ibidem, glo. pars trinitatis, non potest esse quicunq; vnus in tribus. Contra, cuiuslibet numeri pars est vnitas. Ratio, Trinitas non est numerus simpliciter, sed numerus personarum. Item super illud, Et si sunt qui dicuntur dii. Glo. participatione diuinitatis. Contra, diuinitas est imparticipabilis. Ratio, Participatio hæc per causam est, non per essentiam. Item ibidem glo. queritur vtrum angeli vocandi sint dii. Ratio, quauis participent diuinitatem, tamen secundu[m] glo. non sunt dicendi dii propter periculum adorationis. Item super illud, Nobis tamen vnus pater, glo. trinitas est nobis vnus pater, non tamen ille qui tertia in trinitate persona alius. Contra, Idem & aduersum diuidunt ens, Respondeo, quod quauis idem & aduersum diuidant ens creatum, non tamen increatum, quia ibi est identitas in essentia cum diuersitate in personis. Item non in omnibus est scientia. Contra, supra eodem, omnes scientiam habemus. Responso, Illud non intelligitur vniuersaliter, sed de maioribus. Item super illud, Esca non commendat nos deo, dicit glo. sumpta vel non sumpta. Contra, ergo abstinentia nihil meretur. Responso, non virtus esca, sed virtus abstinentiæ prodest. Item si esca scandalizat &c. Contra, ergo pro scandalo fratris à pane & vino abstinendum est in perpetuum. Responso, Non est simile de necessariis & superfluis, vel loquitur hic de scandalo actiuo non passiuo. Vel perfectionis est hoc, non necessitatis. Notandum est hic super illud, Vnus deus, quod deus potest accipi multipliciter. scilicet falsa nuncupatione, sic idola dicuntur dii. Psal. Omnes dii gentium demonia. Hier. 10. Di qui caelum & terram non fecerunt, pereant de terra. Vera adoptione sic sancti dicuntur dii. Psal. Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes, vos autem sicut &c. Mundana praelatione sic praelati dicuntur dii. Exod. 22. Diis non detrahes. Io. 10. Si illos dixit deos ad quos &c. Essentia proprietate, sic trinitas dicitur deus. Deu. 6. Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. Item notandum quod Christus vnus sine pari multipliciter dicitur. Primum vnus deus propter naturam diuinitatis. Vnde sic nullus est deus nisi vnus. Secundum vnus creator propter infinitatem potestatis. Eccl. 1. Vnus est altissimus creator omnium. Tertium vnus homo propter singularem eminentiam sanctitatis. Psal. Non est qui faciat bonum &c. Io. 11. Expedit vt vnus moriatur homo. Quartum vnus dominus propter gubernationem praelationis. Eph. 4. Vnus dominus, vna fides &c. & hoc modo vnus dominus Iesus Christus. Quintum vnus magister propter infusionem cognitionis. Mat. 23. Non vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Sextum vnus pater propter productionem vniuersitatis. Mat. 23. Vnus est enim pater vester qui in caelis est. Septimum vnus pastor propter generalem refectionem populi fidelis. Io. 10. Fiet vnus ouile & vnus pastor. Octauum vna hostia propter singulare pretium nostræ redemptionis. Hebr. 10. Vna enim oblatione consummavit in æternum sanctificatos.

Christus dicitur vnus sine pari multipliciter.

Caput 9.

Hic probat sibi licere sumptus accipere scripserunt. auctoritate. apostolus consuetudinis & diuinitatis.

Non sum liber, non sum apostolus. Nonne Christum dominum nostrum vidi, nonne opus meum vos estis in domino? Et si alius non sum apostolus, sed tamen vobis sum. Nam signaculum apostolatus mei vos estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est. Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierculam circundendi, sicut & ceteri apostoli & fratres domini & ceteras? Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos vique hæc dicit? Nam propter nos vique scripta sunt: quoniam debet in spe qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Superius monuit cauere ab edendo idolotita coram infirmis propter scandalum fratrum infirmorum, hic proponit se in exemplum, quia propter alios abstinere se à sibi licitis. scilicet ab acceptance sumptuum, vbi primum proponit multipliciter, quia licitum est sumptus accipere. Secundum quod nihilominus non vult accipere, ibi, [Ego autem nullo horum usus sum &c.] In prima parte, quod licitum sit sumptus accipere, probat tripliciter. Primum per auctoritatem. Secundum per rationem. Tertium per exemplorum similitudinem, ibi, [Nescitis quod hi qui &c.] In prima primum probat per auctoritatem apostolica dignitatis. Secundum per auctoritatem humanæ consuetudinis, ibi, [Quis militat suis stipendiis &c.] Tertium per auctoritatem diuinæ legis, ibi, [Nunquid secundum hominem &c.] In prima primum probat quod sit apostolus generaliter. Secundum quod sit apostolus eorum specialiter, ibi, Et si alius non sum apostolus. Tertium quod potest accipere sumptus licite, ibi, [Nunquid non habemus, &c.] In prima primum querit an habeat libertatem accipiendi sumptus. Secundum an sit apostolus, ibi, [Non sum apostolus &c.] Tertium probat duplici ratione quod sit liber, & apostolus, ibi, [Nonne dominum Iesum Christum &c.] Dicit ergo, non sum liber &c. q. d. Abstineret ab hoc licito. scilicet ab

esu idolotitorum, quia ego etiam abstineo à stipendiis, cum tamen habeam libertatem accipiendi. Nunquid enim, non sum apostolus, immo verè sum apostolus. Gal. 2. Qui operatus est Petro in apostolatu circumcissionis operatus est & mihi inter Gentes. Est ergo ratio sua talis. Omnis apostolus ratione sui apostolatus habet libertatem accipiendi sumptus, sed ego sum apostolus: vtrunque probat postea, ergo &c. Deinde cum dicit [Nonne dominum Iesum Christum, &c.] Hic probat duplici ratione quod sit apostolus, primum per causam. Secundum per effectum, ibi [Nonne opus meum &c.] Prima ratio sumitur ex parte Christi mittentis. Secunda ex parte Corinthiorum quibus mittitur. Prima ratio talis est. Ego vidi dominum qui me misit ad predicandum, ergo sum apostolus. Et hoc est quod dicit, Nonne &c. q. d. Verè sum apostolus: Nonne dominum Iesum Christum vidi, hoc dicit propter pseudo apostolos qui dicebant ipsum non esse apostolum, quia non fuerat in societate domini sicut ceteri apostoli. Ipse autem vidit eum iam immortalem, secundum gloriam. Vel in via. Act. 9. Vel in templo. Act. 22. Vnde Act. 9. Barnabas apprehensum illum duxit ad apostolos, & narrauit quomodo in via vidisset dominum, infra 15. Nouissimè omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Nonne opus meum &c. Ecce secunda ratio talis. Vos estis conuersi ad fidem per me missum ad hoc, ergo sum apostolus. Nonne opus meum vos estis à Corinthiis, sicut templum architecti, supra 3. Vt sapiens architectus fundamentum posuit. Item vt filius opus genitoris, supra 4. In Christo Iesu per euangelium vos genui, opus inquam meum & hoc in domino. i. domino cooperante. Vel in domino. i. ad gloriam domini. q. d. sic estis. Deinde cum dicit, [Et si alius apostolis &c.] Hic probat quod est apostolus eorum specialiter. Vbi primum proponit quod est apostolus eorum specialiter. Secundum probat hoc per effectum, ibi, [Nam sigillum apostolatus &c.] Tertium ostendit quod per effectum illum defendit se esse apostolum, ibi, [Mea defensio ad eos &c.] Dicit ergo, Et si &c. q. d. Verè opus meum estis, quia & si alius. scilicet Iudæis quorum legem euacuo non sum. i. non videor esse apostolus: sed tamen vobis sum, qui per me conuersi estis specialiter. Ro. 11. Quamdiu Gentium sum apostolus ministerium meum honorificabo. Et verè vobis sum apostolus, nam vos estis sigillum apostolatus mei. i. forma & sigillum, quia apostolatus meus impressus est in vobis, sicut forma sigilli in cera. Glo. in vobis apparet quod sum apostolus dum habetis per me quod etiam per illos apostolos. i. Cor. 9. Signa apostolatus mei facta sunt super vos. Vos estis in qua, in domino. i. domino principali actore, & verè ita est, quia mea defensio ad eos qui me interrogant, vtrum. scilicet sum apostolus? hoc estis vos, per vos enim ostendo me esse apostolum. Deinde cum dicit [Nunquid non habemus &c.] Hic ostendit quod potest accipere sumptus libenter. Vbi primum querit an habeat hanc potestatem generaliter. Secundum quantum ad personas determinatas specialiter, ibi [Nunquid non habemus potestatem &c.] Tertium an ipse & Barnabas sint hac potestate priuati singulariter, ibi [An ego solus &c.] Dicit ergo nunquid &c. q. d. nam cum sum apostolus, nunquid non habemus ego & mei potestatem manducandi & bibendi non intra. i. viuendi stipendiis nostris. Aug. Permisit dominus, non iussit apostolis accipere necessaria à subditis. Nunquid non habemus potestatem mulierem fororem. scilicet fide, circunducendi nobiscum propter sumptus ministrandos? Ambrosius in glo. Mulieres desiderio doctrinæ dominicæ & virtutum cupidæ apostolos sequebantur, & ministrabant eis sumptus, & seruitia. Et similiter Christum secutæ sunt. Luc. 8. & 23. Sicut ceteri apostoli, vt habetur Act. 6. Et sicut fratres. i. cognati domini qui maiores sunt. Gal. 2. Iacobus & Ioannes qui videbantur columna esse &c. & Cephas qui maximus est inter apostolos, vnde Cephas interpretatur caput Ambrosius, Non hos reprehendit apostolus, sed eorum more sibi probat licere, idcirco autem [vt ait Augustinus.] dominus mulieres ministraturas sequi voluit, ostendens quid debetur à plebibus euangelistis. Vel ideo etiam ne viderentur alienæ à salute. Aut nunquid ego solus & Barnabas? Isti enim fuerunt coniuncti ad predicandum Gentibus. Act. 13. Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod assumpsi eos. Non habemus secundum opinionem vestram potestatem hoc operandi. scilicet mulieres circunducendi, & sumptus accipiendi. q. d. imò habemus sicut alij, sed omnes alij licite accipiunt, ergo & nobis licet. Deinde cum dicit [Quis militat suis stipendiis, &c.] Hic secundum probat quod licet accipere sumptus per auctoritatem humanæ consuetudinis: & primum in statu militis, secundum agricolæ, ibi [Quis plantat vineam &c.] Tertium pastoris, ibi [Quis pascit gregem &c.] Militi comparatur praelatus propter subsidium, agricolæ propter verbum, pastoris propter exemplum. Debet enim subditos defendere suffragio, plantare verbo, pascere exemplo. Primum respicit extra ecclesiam existentes, secundum ecclesiam intrantes, tertium in ecclesia commorantes. Dicit ergo, Qui militat, q. d. vtiq; habemus potestatem accipiendi sumptus, & merito. Quia militat suis stipendiis. q. d. vnquam nullus. Dabant enim militibus stipendia de republica. Vnde Io. dicitur. Tim. 1. Vt milites in illis militiam bonam. Quis enim plantat vineam, & de fructu eius non edit? Vinea domini est ecclesia. Esa. 5. Vinea domini fabaoth, domus Israel est. Apostoli enim fuerunt plantatores huius vineæ, supra 3. Ego plantavi, Apollo rigauit. Quis etiam pascit gregem, & de lacte eius non manducat? Quasi dicat, nullus. Grex domini sunt fideles ecclesiæ. Ezech. 34. Vos greges pascuæ meæ. Huius gregis pastores sunt praelati & predicatores. Vnde primo praelato dictum est, Pisce oues meas. Ioan. 21. Tales possunt pasci de lacte gregis, quia possunt accipere sumptus à subditis. Si ergo defendimus, plantamus & pascimus more boni militis, boni agricolæ, boni pastoris, licet nobis sumptus accipere. Sed quia hodie multi sunt qui stipendia accipiunt & non militat, edunt fructum vineæ, & non plantant, lac comedunt, & gregem non pascunt. Ezech. 34. Lac comedebatis, gregem autem meum non pascebatis. Notandum super illud, Nonne dominum Iesum vidi, quod multiplicem domini legimus visionem. Vnam corporalem quæ præterit, de qua Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Secundam spirituale quæ præsens est. Psal. Vacate & videte, quoniam ego sum deus, &c. Tertiam æternalem, quæ futura est, de qua Ioan. 17. Volo vt vbi ego sum & illi sunt mecum vt videant claritatem meam. Iob. 19. In carne mea videbo deum. Quartam momentaneam quæ etiam futura est, de qua Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, prima fuit in mundo, secunda in animo, tertia in celo erit, quarta erit in iudicio: prima visio dat exemplum viuendi: secunda adiutorium proficiendi: tertia desiderium perueniendi: quarta odium peccandi. Prima

Ratione apostolatus & officij predicationis licitum est sumptus accipere.

Predicatori licere accipere sumptus ostenditur ex similitudine ad militem, agricolam, & pastorem.

Multiplex legitur dominum visio. scilicet corporalis, spiritualis, æternalis, & momentanea.

dat exemplum viuendi tripliciter, quia visus est pauper & penosus, vt refrenetur cupiditas diuitiarum. Psa. Ego sum pauper & dolens &c. Et Plal. Videant pauperes & latentur. Sic viderunt pastores. Luc. 2. Vilis & abiectus, vt refrenetur ambitio bonorum. Esa. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum virum despectum. Ideo dicitur Mat. 11. Discite a me, quia mitis & humilis sum. Afflictus & passus, vt refrenetur concupiscentia voluptatum. Trenorum 1. O vos omnes qui transitis per viam, videte &c. ¶ Secundo visio dat adiutorium proficiendi tripliciter, quia dat robur penitentibus culpas & pœnas ostendendo sicut sol aromos. Dan. 5. Vidit Baltasar manum scribentis, Iob 42. Nunc oculus meus videt te &c. Spem certantibus mercedem manifestando, sicut dominus operanti. Act. 7. Ecce video caelos &c. Latitiam contentplantibus prægustationes offerendo, sicut tabernarius modicum vini. Psa. Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Gen. 32. Vidi dominum facie ad faciem. sicut Paulus hic. Tertia visio aternalis dat desiderium perueniendi propter tria, videlicet propter veram iocunditatem. Esa. vlti. Videbitis & gaudebit cor vestrum, quia dulce lumen & delectabile &c. Hoc significatum est Ioan. 20. Gaudis sunt discipuli viso domino, propter iocunditatis multiplicarem suae pluralitatem. Esa. 60. Tunc videbis & afflues &c. quippe quia videbimus eum sicuti est, & ipse erit omnia in omnibus. Erit enim rationi plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memoriae continuatio aternitatis, propter puritatis aternitatem. A poc. vlt. Serui eius seruiunt illi, & videbunt patrem eius, & regnabunt in secula seculorum. Psa. Adimplebis me letitia &c. Quarta visio dat odium suae terrorem peccandi propter tria, videlicet propter furtum propalandum coram iudice vidente. Malac. 3. Ecce veniet, & quis stabit ad videndum est. Ipse enim quasi ignis confans &c. Propter malefactorum suauitatem. Latio enim videns focium suum suspendi, plus timet furari. Hier. 7. Ite ad locum meum in Sylo, & videte quid fecerim ibi. Sylo interpretatur auulsa. Apoc. 1. Vidi similem filio hominis. Et infra, Ex ore eius quasi gladius ex vtraque parte acutus exibat &c. Propter visum bonorum pramiationem, videns enim clericus alium prabendari, quia bonus cauet a malo. Psa. Videbunt iusti & letabuntur, & omnis iniquitas opilabit os suum. ¶ Deinde cum dicit, [Nunquid secundum hominem &c.] Hic probat tertio, quod licet sumptus accipere per auctoritatem diuinae legis. Et primo proponit quod lex hac dicit. Secundo verbum legis ponit, ibi [Scriptum est enim &c.] Tertio qualiter intelligendum sit, ostendit, ibi [Nunquid de bobus cura est, &c.] Dicit ergo [Nunquid &c.] q. d. probaui ratione humanae consuetudinis, quod licet nobis sumptus accipere. Sed nunquid secundum hominem. i. secundum humanam consuetudinem vel similitudinem tantum dico hoc? an non lex Moysi diuinitus promulgata hoc dicit? quasi dicat, immo dicit, Scriptum est enim in lege Moysi Deut. 25. Et habetur idem prima Tim. 5. Non alligabis os boui trituranti, vt possit viuere de labore suo. i. non prohibebis pradicatorem viuere de euangelio. Trituratur enim est separare granum a paleis, quod facit pradicator abstrahendo animas a terrenis, discernendo virtutes a vitiis, separando vilia a vanis. Hier. 17. Si separaueris pretiosum a vili, quasi os meum eris. ¶ Deinde cum dicit [Nunquid de bobus &c.] Hic ostendit qualiter dicta auctoritas intelligenda sit. Et primo quod intelligenda sit literaliter de bobus. Secundo quod non tantum literaliter de bobus, sed spiritualiter de pradicatoribus, ibi [An propter nos &c.] Dicit ergo [Nunquid &c.] q. d. Hanc auctoritas de bobus spiritualibus, id est, pradicatoribus intelligitur. Nunquid enim de bobus materialibus cura est deo, vt de eis lege precepit? An propter nos hoc vtiq; dicit, q. d. Hoc vtiq; propter nos dicit. Nam propter nos scripta sunt haec & similia. Ro. 15. Quaecumq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Propter nos, inquam, idcirco, quoniam pradicator qui corda aperit ad fidem debet arare in spe stipendiorum temporalium, non tamen propter se hanc. Debet enim primum querere regnum dei. Et qui triturat. i. bonos a malis quasi grana a malis discernit pradicando. sed mores debet hoc facere in spe fructus percipiendi. 2. Tim. 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere, Eccles. 6. Is qui arat & qui seminat accedit ad illam, & sustinet bonos fructus illius. Lectio 2.

Videque in habitudine ne habebimus.

Viso Christi in indiciis terrebit.

Trituratur pradicator.

Ostendit sibi licere accipere sumptus, ratione, & pseudo Apostolorum facto sumptu, & dicit semel uisum illa potestate quam ostendit similitudine eorum qui templo & altari deserviunt.

In nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus. Si alij potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? Sed non vti sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi, nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt edunt? Et qui altario deseruiunt cum altario participant? Ita & dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. ¶ Superius probauit per auctoritatem quod licet accipere sumptus, hic probat idem per rationem. Et primo probat hoc ex eorum obligatione. Secundo ex pseudo Apostolorum accipientium ab eis operatione, ibi, [Si alij potestatis vestrae &c.] Tertio dicit quod nihilominus noluit vti hac potestate, ibi, [Sed non vti sumus, &c.] Prima ratio talis est. Maius est dare spiritualia, quam accipere temporalia: ergo si Apostolus dat spiritualia, licet ei accipere temporalia. Primo ergo explicat beneficium impensum, Secundo explicat stipendium exhibendum, ibi [Magnum est si nos &c.] Dicit ergo [Si nos &c.] q. d. verè habemus potestatem accipiendi sumptus a vobis: Si enim nos seminauimus vobis spiritualia, fidem, f. & sacramenta spirituum alentia à spiritu sancto ministrata, magnum est si nos metamus ad sustentationem nostram carnalia, i. ad carnis sustentationem concessa. Quasi dicat, Non est magnum. Ro. 15. Si spiritualium eorum participes facti sunt Gentes, debent in carnalibus ministrare. ¶ Deinde cum dicit [Si autem alij &c.] Ecce secunda ratio ad idem talis. Veri Apostoli licentius participant bona subditorum quam pseudo, sed pseudo Apostoli participat, ergo multo plus veri Apostoli participare debet. Primo ergo ponit antecedens. Secundo consequens, ibi, [Quare non potius nos &c.] Dicit ergo [Si autem alij]. Pseudo quos non exprimit ex nomine ne confundantur vocat eos alios quasi à consortio alienos ecclesiae. Omnes enim catholici vnum sunt. Io. 17. Vt sint vnum &c. Si inquam alij potestatis vestrae participes sunt. i. tam potenter vtuntur bonis vestris, quare non potius nos. Apostoli qui causa salutis vestrae laboramus? Eccle. 12. Da bono, & ne receperis peccatorem. ¶ Deinde cum dicit, [Sed non vti sumus.] Hic ostendit quod noluit vti hac potestate. Vbi dicit primo de sumptus non accepisse. Secundo dicit se nihilominus indignis, ibi [Sed omnia sustinemus &c.] Tertio ratione vti vtiq; assignat, ibi [Ne quod offendiculum &c.] Dicit ergo [Sed non &c.] Quasi dicat, Ecce patet quod licet nobis sumptus accipere, sed tamen vti non sumus hac potestate, supra sexto, Omnia mihi licent, sed non

omnia expediunt, Non sumus, inquam, vti, non quia non indigeamus, sed omnia sustinemus, quia & si penuriam patiamur, tamen patienter sustinemus. 2. Corin. 13. Cum essem apud vos & egerem, nulli onerosus fui. Et hoc feci ideo ne quod offendiculum demus euangelio Christi. Hoc autem potest accidere, vel quia pseudo Apostolis daret exemplum accipiendi vel quia Corinthij auari erant & scandalizarentur si ab eis acciperent. Vel forte putarent se emisse licentiam peccandi & diminueretur in Apostolo auctoritas arguendi, & his modis daret offendiculum euangelio Christi. Prou. 15. Via iustorum abiq; offendiculo. ¶ Deinde cum dicit, [Nescitis quoniam qui in sacrario, &c.] probauit quod licet sumptus accipere, primo per auctoritatem, secundo per rationem: tertio idem probat hic per exemplorum multitudinem. Vbi primo inducit similitudinem eorum qui templa reparant. Secundo eorum qui templo ministrant, ibi, [Et qui altari deseruiunt, &c.] Tertio adaptat similitudinem his qui pradicant, ibi, [Et dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere.] q. d. Et verè licet mihi sumptus accipere: nescitis quoniam qui in sacrario. i. in templo Iudaeorum vel Gentilium operantur vt artifices qui de sacrario sunt, edunt. Sustentantur enim artifices de denariis qui in gazophylacio templi offerbantur, vt patet tempore Ionas 4. Reg. 12. Et qui altario templi Hierosolymitani, vel etiam ipsi templo vt sacerdotum deseruiunt. i. deuote seruiunt, vna enim de duodecim abusionibus est irreuerantia coram altari. Cum altari participant, quia partem habent de his quae offeruntur in altari, vt patet per totum Leuiticum, & maxime 6. & 7. cap. Et sicut fit hic, ita & dominus ordinauit. i. rationabiliter disposuit his qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Hoc ordinauit, dicens. Mat. 10. & Luc. 10. Dignus est enim operarius mercede sua. ¶ Notandum est hic quod Apostolus nominibus multorum officiorum pradicacionem hic designat, quia vocat eum primo militem propter officium, ecclesiam contra aduersarios defendendo. 2. Cor. 10. Arma militiae nostrae, &c. 2. Tim. 2. Labora sicut bonus miles Christi. Secundo vitorem, propter officium palmites superfluos. i. malos refecandi. Osea 2. Dabo ei vitores eius, ex eodem loco, Sed heu Can. dicitur, Vineam meam non custodiuisti. Tertio pastorem propter officium, subditos bono exemplo pascendi. 1. Petr. 5. Pascite qui in vobis est grex. Sed heu, quia hodie impletur illud Zach. 11. O pastor & idolum derelinquens gregem, &c. Quarto bouem, propter officium maturitatis in omnibus procedendi. Prou. 14. Vbi non sunt boues, praesepe vacuum est, Iob. 1. Boues arabant, & asinae pascebant iuxta eos, &c. Quinto aratorem propter officium corda ad fidem & penitentiam aperiendi. Osea 10. Arabit Iudas confringet sibi sulcos Iacob, &c. Sexto trituratorem propter officium malos a bonis discernendi. Esa. 41. Ego posui te quasi plaustrum triturans nonnum habens rostra ferrantia, & triturabis montes, &c. Septimo seminatore propter officium frequenter & vtiliter pradicandi. Luc. 8. Exiit qui seminat seminare semen suum. Psa. Euntes ibant, &c. Nonde templi architectum propter officium ecclesiam construendi & reparandi, supra 3. Vt sapiens architectus fundamentum posuit, &c. Decimo altaris ministrum propter officium deo deuotum impendendi, supra 4. Sic nos existimet homo, &c. Queritur hic super illud, non sum liber. glo. Ipse enim Apostolica dignitate potestatem habens non operari manibus, sed de euangelio viuere. Contra, ergo qui pradicant, non habentes Apostolicam dignitatem, non possunt sine opere manuum de euangelio viuere. ¶ Responso, Glo. loquitur de potestate qua potest inuitos ad hoc cogere non de spontanea qua potest à voluntariè dantibus petere & accipere. ¶ Item ex dicta glo. videtur quod pralati non teneantur manibus operari. ¶ Contra, Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ipsi non sunt exempti ab hac maledictione, ergo, &c. ¶ Responso, Tenentur laborem spirituales, non corporales, tamen bene facerent si occuparent se in honestis antequam vacarent. ¶ Item super illud, Nonne opus meum, glo. perfectum. ¶ Contra, Ipsi erant imperfecti. ¶ Responso, Opus perfectum dicebatur, quia eis Apostolus pradicauerat, vel quia eos perfectè docuerat quantum in se erat. ¶ Item super illud, Nunquid non habemus potestatem manducandi. ¶ Contra, Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date. ¶ Responso, Gratis. i. sine pretio, sed non sine stipendio. ¶ Item super illud, Quis pascat gregem. glo. Ex euangelio viuentes panem gratuitum manducabant. ¶ Contra, subditi tenebantur dare. ¶ Responso, Gratuitus erat ex parte recipientium, quia humiliter, non potestatiuè recipiebant, licet debitus ex parte dantiu. Itè nūquid de bobus cura est deo. Quasi dicat, non. ¶ Cōtra, Sa. 6. Cura est illi de omnibus. ¶ Respondeo, Ibi loquitur de cura generali. f. prouidentiae. hic de speciali. f. disciplinae. ¶ Item debet in spe qui arat arare. ¶ Contra, spes nō est de visibilibus, sed aternis. ¶ Responso, spes accipitur æquiuocè. ¶ Itè in spe fructus percipiendi. ¶ Contra, non debet poni lucerna pradicacionis sub modio rei temporalis. ¶ Responso, Pradicare in spe rei temporalis non est ponere lucernam sub modio, sed pradicare propter spem. ¶ Item si nos vobis seminauerim spiritualia, &c. ¶ Cōtra, Galat. 6. Quae seminauerit homo, haec & metet: ergo qui seminat spiritualia debet metere spiritualia, &c. ¶ Respondeo, ibi loquitur de missione stipendi.

Lectio 3.

Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi haec, vt ita fiant in me. Bonum est enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Nam & si euangelizauero non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. ¶ Et e contrario mihi est si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quae est ergo merces mea, vt euangelium pradicans sine sumptu: ponam euangelium vt non abutar potestate mea in euangelio? ¶ Superius multipliciter probauit quod sibi licet accipere sumptus, hic ostendit quod nihilominus non vult accipere, sed abstinere tribus rationibus. Primo propter intentionem pramij. Secundo propter dilectionem euangelij, ibi, [Nam cum liber essem ex omnibus, &c.] Tertio propter expeditionem cursus sui, ibi, [Nescitis qui hi qui in stadio currunt.] In prima, primo dicit quare non vult accipere. f. ne gloria sua euacuetur. Secundo ostendit quod accipiendo euacuaretur, ibi, [Nam si euangelizauero non est mihi gloria, &c.] Tertio quod non accipiendo conseruabitur, ibi, [Quae est ergo merces mea, &c.] In prima, primo ostendit quod potestate accipiendi vti noluit. Secundo quod vti non intendit, ibi [Non autem scripsi hoc vt, &c.] Dicit ergo, [Ego autem, &c.] quasi dicat, tot modis constat, quod licet mihi sumptus accipere, sed tamen ego nulla horum auctoritate, ratione, exemplo, ad accipiendum usus sum. Ipse enim vel ab aliis ecclesiis accipiebat, vt 2. Corin. 11,

Predicator est miles, vniuersus pastor bouis arator, triturator, sator templi, architector altaris ministrus.

Ostendit se noluisse accipere sumptus, & hoc ne gloria sua euacuetur, quam alij euacuari demonstrat, & non accipiendo conseruatur.

Alias ecclesias spoliavi, &c. vel manibus operabatur. A ct. 2. Non autem, &c. Quasi dicat, Non sum vſus, ſed nec vti volo. Non enim ſcripſi hæc. ſ. q. licet mihi accipere vt ita ſiant in me ſicut ſcripſi, id eſt, vt ego accipiam, quia non quero datum, ſed fructum. ¶ Deinde cum dicit, [Bonum eſt enim mihi, &c.] Hic oſtendit quare hoc fecit, ſcilicet, ne gloria ſua euacuetur. Vbi primò, multiplicat afflictionem corporalem. Secundo ſupponit ei gloriæ diminutionem, ibi, [Quam vt gloriã, &c.] Dicit ergo, [Bonum eſt, &c.] quali diceret non accipiam, nam ſi acciperem, gloriã meã euacuarem, quod nullatenus facerem. Bonum eſt enim mihi mori, non ſolum ſumptuum egeſtate affligi, magis quã vt gloriã meã quã habeo de gratuita ſinceritate prædicationis de præmio ſupererogationis, abſtinẽdo à vitiiis, quis euacuet ab aliquo importunè accipiẽdo vel propter ſumptus euangelicos. Multi tamen moderni doctores gloriã iſtam euacuãnt, vel propter intentionem ſumptuum, vel propter fauorem humanum, dicente Iob 12. Ducit facerdoes in glorios & optimates ſupplantat. ¶ Norandũ eſt hic quòd gloria amittitur ſeptemplexiter propter ſeptem vitia. Nam gloria gulaſorum euacuatur. Vnde hic dicitur, Bonum eſt enim mihi magis, &c. Gloria luxurioſorum maculatur. Eccl. 7. Inclinaſti fœmora tua mulieribus, dediſti maculã in gloria tua. Gloria ſuperborum captiuatur. 1. Mach. 2. Vafa gloriæ eius captiua ducta ſunt. Gloria iracundorum intermittitur, Pſalm. Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. Et poſt, Perſequatur inimicus animã meã, &c. Et poſt, Et gloriã meã in puluerem deducar. Gloria inuidorum excluditur. Rom. 3. Vbi eſt gloriatio tua. Gloria auarorum annihilatur. Pſal. Ne timueris dum diues factus erit homo, &c. Gloria accidiorum culpatur 1. Machab. 9. Moriamur in virtute propter fratres noſtros, & non inferamus crimẽ gloriæ noſtræ, Eccl. 13. Præcellens eſto operibus tuis, & ne dederis malum in gloria tua. Ergo per gulã, euacuatur gloria ſobrietatis, per luxuriã maculatur gloria caſtitaſis: per ſuperbiã, captiuatur gloria humilitatis: per iracundiã, intermittitur gloria manſuetudinis: per inuidiã, excluditur gloria charitatis: per auaritiã, annihilatur gloria liberalitatis: per accidiã, culpatur gloria ſtrẽnitatis. De iſtis dicitur Oſea 4. Gloriã eorum in ignominiam commutabo. De primo exemplum in Eſau. Gene. 25. In Holoferne. Iudith. 13. De ſecundo in Salomone. 3. Reg. 11. De tertio in Luciferò. Eſa. 14. De quarto in Architeſel. 2. Reg. 16. De quinto in Cain. Gene. 4. De ſexto in Giezi. 4. Regum 5. De ſeptimo in exploratoribus. Num. 13. & 14. ¶ Nam & ſi euangelizauero, &c. Hic oſtendit qd accipiẽdo ſumptus euacuaretur gloria eius, quia non ſupererogaret. Et eſt ſua ratio talis, Gloria quæ eſt præmium ſupererogationis non debetur operibus neceſſitatis, ad quæ tenetur ex præcepto, ſed euangelizare tenebatur ex præcepto: ergo ex hoc non habebat gloriã ſupererogationis, ſed potiùs ex hoc, quòd non accipiebat ſumptus, primò ergo tangit gloriæ euacuationem. Secundo euacuationis rationem, ibi, [Neceſſitas enim mihi eſt, &c.] Tertio rationis declarationem, ibi, [Vx enim mihi eſt, &c.] Quarto rectè euangelizantium mercedem, ibi, [Si volens hoc ago, &c.] Dicit ergo, [Nam ſi euangelizauero, &c.] quali diceret, verè euacuaretur gloria mea: nam ſi euangelizauero ita qd ſumptus accipiam, non eſt mihi gloria. i. ſupererogationis præmium, neceſſitas enim mihi incumbit. A ct. 13. Vade, quoniam ad nationes longè mittam te. Et verè neceſſitas. Vx enim mihi eſt, id eſt, pœna tranſgreſſionis in me manet, ſi non euangelizauero. Eſa. 6. Vx mihi qui tacui. Aliter legitur ſecundum glo. Et hoc dupliciter. Primo modo ſic, Nam ſi, &c. quali dicat, vtique euacuaretur gloria mea cœleſtis, ſcilicet, ſi ideo prædicarem vt ſumptus acciperem. Nam ſi euangelizauero tantum, ita quòd non ex dilectione dei & proximi hoc faciam, nec libera voluntate non eſt mihi gloria apud deum. Neceſſitas enim præcepti, quod nõ audeo omittere, mihi incumbit, vnde ſi ſolo timore ſeruili prædico, vx enim, id eſt, æterna damnatio mihi eſt ſi non euangelizauero ſicut mihi iniunctum eſt. [Si autem volens, &c.] Quasi dicat, ſi neceſſitate hoc facio, non eſt mihi gloria: ſi autem volens hoc ago, id eſt, ſi voluntatem adiungo neceſſitati, mercedem æternam habeo, ideo Pſal. dicit, Voluntariè ſacrificabo tibi & confitebor, &c. Si autem inuitus, id eſt, ſolo præcepto coactus euangelizo, diſpenſatio mihi credita eſt ſicut ſeruo, vt. ſ. diſpenſem ad aliorum vilitatem, non meã. q. d. aliis proficio, non mihi. Intelligit enim hoc de diſpenſatione ſeruili, non filiali, ſecundum glo. Aug. Nemo inuitus bene facit & ſi bonum eſt quod facit. infra. 13. Si charitatem non habuero, factus ſum velut æs ſonans, &c. Secundo modo legitur ſic, Nam ſi euangelizauero pro ſumptibus accipiendis, non eſt mihi gloria de ſupererogatione in prædicando. Peto enim contra me. Mar. 10. Gratis accepitſtis, gratis date: neceſſitas enim vitæ ſuſtentandæ mihi incumbit, quia pro neceſſitate vitæ prædico. Vx enim mihi eſt. i. famis turbatio, ſi non euangelizauero. Si autem volens, id eſt, ſi non pro victus neceſſitate, ſed pro charitate hoc ago, mercedem æternam habeo: ſi autem inuitus, id eſt, pro neceſſitate coactus, diſpenſatio mihi credita eſt ſicut ſeruo, &c. ¶ Deinde cum dicit, [Quæ eſt ergo merces mea, &c.] Hic oſtendit quòd non capiẽdo ſumptus gloria eius obſeruatur. Vbi primò querit, ſecundò ſoluit, ibi, [Vt euangelii prædicans, &c.] Dicit ergo, Quæ eſt merces mea, id eſt, quid faciẽdo mercedem accipiam, quia hoc eſt meritum mercedis, vt ſcilicet ergo prædicans euangelium ſine ſumptu, ponam, id eſt, ſtabiliã euangelium. Eſa. 28. Ponerit triticum per ordinẽ, &c. Hoc autem faciebat, ſecundò glo. ne euangelii venale putaretur ſine ſumptu, in quã, & hoc vt non abutar poteſtate mea, id eſt, mihi commiſſa in euangelio prædicando, quòd eſſet ſi acciperem indiſtinctè, quia perderem authoritatem liberè arguendi: quia Eccl. 1. 20. Exenia & dona execant oculos iudicum, & quali mutus in ore auerter correptionem. Eccleſiaſtica ergo vtilitas implicatur in hac ſolutione, ſcilicet, confirmatio boni, quia vt euangelium prædicans: & declinatio mali, quia ne abutar poteſtate. ¶ Et norandum quòd quatuor tetigit differentias eorum qui tenentur prædicare. Quidam enim tenentur, ſed non euangelizant, hi merentur pœnam. Quidam tenentur & euangelizant, ſed coacti, hi non merentur mercedem, ſed vitant pœnam. Quidam tenentur & euangelizant voluntariè, ſed accipiunt ſumptus, & hi merentur mercedem, & vitant pœnam. Quidam tenentur ſed non habent ſupererogationis gloriã. Quidam tenentur & euangelizant voluntariè, nec accipiunt ſumptus, & hi mercedem merentur & vitant pœnam, & habent ſupererogationis gloriã. Primum ſtatim tangit, ibi, Vx mihi eſt, &c. ſecundum ibi, [Nam ſi inuitus, &c.] tertium, ibi, [Si autem volens, &c.] quartum, ibi, [Quæ eſt ergo merces, &c.]

Gloria inducitur ſeptemplexiter.

Predicator cui incumbit ex præcepto prædicare, non ſupererogatur ſi ſumptus accipit ex prædicatione.

Lectio 4.

Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucrificerem. Et factus ſum Iudæis tanquã Iudæus, vt Iudæos lucrarer. Etis qui ſub lege ſunt, quali ſub lege eſſem, cum ipſe non eſſem ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, lucrificerem. Etis qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem, cum ſine lege dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti, vt lucrificerem eos qui ſine lege erant. Et factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrificerem. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. Omnia autem facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar.

¶ Superius oſtendit quòd non vult ſumptus accipere, & hoc propter intentionem præmij, hic oſtendit qd idem fecit propter amorem euangelij. Vbi primò dicit qd omnium ſe ſeruum fecit. Secundo qd omnibus ſe contemperare ſtudit, ibi, Et factus ſum Iudæis, &c. Tertio ſubdit cauſam quare hoc fecit, ibi, [Omnia autem facio propter euangelium, &c.] In prima implicat triplicem conditionem commendabilem in ſeruio: quæ ſunt generalitas, liberalitas, vtilitas. Seruit ergo gratis ſue liberaliter, ibi, [Cum eſſem liber, &c.] Generaliter, ibi, [Omnium me, &c.] Vtiliter, ibi, [Vt plures lucrificerem, &c.] Dicit ergo, [Nam cum eſſem liber, &c.] Quasi dicat, ſine ſumptu ponam euangelium, nam & maius feci. ſ. q. cum liber eſſem ex omnibus. i. nullius meritis obnoxius, omnium me ſeruum feci, omnibus me contemperando per vtilitatem, & quali debitorem conſtituendo. 2. Corint. 4. Nos autem ſeruos veſtros per Ieſum, & hoc vt plures lucrificerem. i. lucrum meæ prædicationis & ſeruitutis facerem. Quærebat enim non res, ſed animas. 2. Corint. 12. Non quero veſtra, ſed vos. Si enim commendabile eſt ſeruire in temporalibus propter lucrum temporale, quantò plus in ſpiritualibus propter lucrum ſpirituale? ¶ Deinde cum dicit, [Et factus ſum Iudæis, &c.] Hic oſtendit qd omnibus ſe contemperare ſtudit. Et primò dicit qd contemperauit ſe nondum conuerſis, ſecundò qd etiam iam conuerſis, ibi, [Factus ſum infirmis, &c.] Tertio qd generaliter vniuerſis, ibi, [Omnibus omnia factus ſum, &c.] In prima, primò dicit qd contemperauit ſe Iudæis. Secundo qd Samaritanis, ibi, [Et his qui ſub lege, &c.] Tertio qd Gentilibus, ibi, [His qui ſine lege erant, &c.] In prima, primò tangit contemperationem. Secundo contemperacionis rationem, ibi, [Vt Iudæos, &c.] Dicit ergo, Et factus ſum Iudæis, tanquam Iudæus. ſ. aliqua legalia ſeruando, ſicut in diſcretionem ciborum, in circũſiſione Timothei. A ct. 15. in purificatione legali A ct. 21. Poteſt autè hoc intelligi dupliciter. Vno modo ſecundò Hieronymum, Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus per ſimulationis diſpenſationem. Simulabat enim ſe ſeruare legalia aliqua quæ tamen non ſeruabat. Alio modo ſecundum Auguſt. Factus ſum Iudæis, &c. Verè enim condeſcendebat eis in obſervatione aliquorum legalium propter piam compaſſionem, & hoc fecit vt Iudæos lucraretur Chriſto. i. eos ad fidem Chriſti conuerteret. ¶ Deinde cum dicit, [Et his qui ſub lege ſunt, &c.] Hic dicit qd contemperabat ſe Samaritanis. Vbi notatur tria de ipſo. Primò eius ſagacitas in hoc qd ſe contemperabat, ſecundò eius libertas in hoc qd ſub lege non erat. Tertio eius vtilitas in hoc qd lucrificabat. Dicit ergo etiã his, qui ſub lege Moyſi ſunt. i. Samaritanis qui nõ ſunt Iudæi, ſed Aſſyrij qui fuerunt adducti ad inhabitandum terram Iſrael. 4. Reg. 17. Iſti etiam erant ſub lege Moyſi, quia tantum quinque libros Moyſi recipiebant, his ergo factus ſum quali ſub lege eſſem, approbando. ſ. legem, & ex ea docendo Chriſtum: cum tamen ipſe ſub lege non eſſem ſecundum literalem obſeruantiã, vel ſeruilitatem, quia iuſto non eſt lex poſta. 1. Timot. 1. Et hoc ideo feci, vt eos qui ſub lege erant. ſ. ipſos Samaritanos lucrificerem, eos ad fidem Chriſti conuertendo. ¶ Deinde cum dicit, [His qui ſine lege erant, &c.] Hic dicit qd contemperauit ſe Gentilibus. Vbi primò tangit ſuam conformitatem. Secundo ſuæ fidei veritatem, ibi, [Cum tamen ſine lege, &c.] Tertio ſuæ intentionis rectitudinem, ibi, [Vt lucrificerem, &c.] Et hoc eſt, Et factus ſum his qui ſine lege erant. i. Gentibus. Rom. 2. Cum enim Gentes quæ legem non habent, tanquam ſine lege eſſem. i. aſſentiendo rationibus eorum, & bonis poſitionibus philoſophorum vt patet A ct. 17. Cum tamen ſine lege non eſſem. Rom. 7. Mente ſerui legi dei. Sed in lege eſſem non Iudaica, ſed Chriſti, qui eſt deus. non autem Moyſes. De qua Gal. 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis, &c. Et hoc ideo feci, vt lucrificerem eos qui ſine lege erant, Gentiles ad fidem conuertendo. O fœlix zelator. Gregorius, Nullũ tale ſacrificium quale zelus animarum. ¶ Deinde cum dicit, [Factus ſum infirmis, &c.] Hic oſtendit quòd ſe contemperauit iam conuerſis. Vbi primò ponit modum bonum. Secundo finem debitum, ibi, [Vt infirmos.] Dicit ergo, Factus ſum etiam infirmis in fide infirmus, à licitis abſtinendo. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor. Sic facit bonus medicus, qui comedit cibum infirmi, vt eum prouocet ad comedendum, & ſic ſanet. Et hoc feci, vt infirmos lucrificerem eos in fide roborando. Et breuiter omnibus omnia factus ſum, quali eſſem omnium ſeclorum. Ideo dicitur infra 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Et hoc vt omnes facerem ſaluos. Sap. 18. In veſtimento poderis quod habebat Aaron, totus orbis terrarum erat deſcriptus. Et. 2. Regum. 4. Eliſæus contraxit ſe ad modũ pueri, & ſic ſuſcitauit illum. Et quia ſecundum Homerum, omnis alteritas diſcors, ſimilitudo verò appetenda eſt: ideo viri ſpirituales ſaluã vitã & religioſis ſuã obſeruantiã, omnibus ſe debent conformare. ¶ Deinde cum dicit, [Omnia facio propter euangelium.] Superius oſtendit qd omnibus ſe contemperare ſtudit, hic ſubdit rationem quare hoc facit, & hanc duplicem. [V nam ex parte euãgelij.] [Vt curſum liberum habeat. Aliam ex parte ſui, ſcilicet vt promiſſum præmium obtineat, ibi, [Vt particeps, &c.] Et hoc eſt quod dicit, Omnia autem facio propter euangelium ſine impedimento prædicandum, vt particeps eius. i. promiſſionum quæ in eo continentur, efficiar. Mat. 5. Qui fecerit & docuerit ſic, magnus vocabitur in regno cœlorum.

Lectio 5.

Neſcis quoniam hi qui in ſtadio currunt omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauiũ. Sic currite vt comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. & illi quidem vt corruptibilem coronã accipiat, nõs autẽ incorruptã. Ego igitur ſic curro, non quali in incertũ, ſic pugno non quali ærem verberans. Sed caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

¶ Superius oſtendit quòd propoſuit à ſumptibus abſtinere. Primò propter intentionem præmij. Secundo propter amorem euangelij. Hic tertio propter expeditionem curſus & agonis ſui. Primò quidem oſtendit quòd oportet in ſtadio expedite currere. Secundo quòd ſimiliter oportet in agone expedite certare. ibi, [Omnis enim qui in agone, &c.] Tertio quòd ipſe facit vt runque, ibi, [Ego igitur ſic curro, &c.] In prima,

Oſtendit ſe à ſumptibus abſtinere propter expeditionem curſus & agonis ſui. ne oſtendẽdo in ſtudio oportere expedite currere, & in agone expedite certare & ſe illa feciſſe.

primò ponit exemplum expeditè currentium. Secundò monet eos ad similiter currentum, ibi [Sic currite &c.] In prima, primò tangit currèdi exercitium, secundò cōueniētiā currentiū ibi, [Omnes quidē currūt, &c.] Tertio differentiam peruenientium, ibi, [Sed vnus accipit brauium, &c.] In primo notatur conditio viatorum. In secundo multitudo vocatorum. In tertio paucitas electorum. Mat. 20, Multi sunt vocati, pauci verò electi. Cōditionem verò viatorum describit à tribus. A certitudine cūm querit, [Nescitis.] A breuitate cū addit [In stadio.] A labore cū subdit [Currūt.] Dicit ergo [Nescitis.] Quod tripliciter cōtinuatur. Primò modo sic. Quasi dicat. Rectè abstineo à sumptibus sumēdis vt particeps efficiar. Nā si non abstinere à contrarijs euangelio non essem eius particeps. Nescitis enim q̄ hi, &c. Vel sic, Nescitis q̄ hoc facio vt particeps euangelij efficiar, & vtique possum ellē particeps. Nam non sic est de euangelij premio, vel de cursu brauii, quia hīc vnus accipit brauium, ibi verò omnes accipere possunt. Tertio modo sic, [Nescitis.] quasi diceret, Ideo autem sic curro, quia licet multi currentes sint, pauci tamen sunt peruenientes. Nescitis enim q̄ hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt. In labore pares sunt, sed vnus tantum accipit brauium, id est, prēmium cursus. Stadium enim est spatium in quo pedites currunt, quod Hercules dicitur statuisse. Perficiunt autem stadium 125 passus. Et dicitur stadium à stando, quia Hercules tot passus currebat, & postea stabat & respirabat, in sine huius spacij ponebatur aliquid quod erat prēmium cursus, vt equus & pānus purpureus, & hoc dicitur brauiū. Et licet in hoc stadio omnes currerent, vnus tamē solus accipiebat brauiū. I. qui citius perueniebat. Sic in cursu spūali vnus tantū. I. perseuerās accipit brauiū. Quia qui perseuerauerit vsq; in finē hic saluus erit. Deinde cū dicit [Sic currite, &c.] Monet eos ad currēdū, Vbi implicat tria. A cū strenuū, [Currite.] Modum debitum. [Sic.] Finē optimū. [Vt cōprehendatis.] Dicit ergo, [Sic, &c.] quasi diceret, quia vnus accipit brauium sic currite per viam veritatis perseuerātes vt comprehendatis brauium vitæ æternæ. Hebr. 12. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. Deinde cū dicit, [Omnes autem qui in agone, &c.] Ostendit quod in agone oportet expeditè certare. Vbi primò tangit agonizantium pugnam: secundò pugnandi formam firmam, ibi, [Ab omnibus se abstinere, &c.] Tertio sic pugnantium mercedem debitam, ibi, [Et illi quidem vt corruptibilem, &c.] Primum est necessitatis, scilicet, pugnare, secundum virtutis, scilicet, abstinere. Tertium felicitatis, scilicet, coronam accipere. Dicit ergo, [Omnes qui in agone, &c.] quasi diceret, verè sic agendum est, quod patet exemplo quia omnis qui in agone contendit, ab omnibus impediētibz se abstinere. Vnde & nudī agonizabant in palaestra. Attende, vt Augustinus ait, quod de rebus non laudandis multa trahuntur similitudines. Deinde cū dicit, [Et illi quidem vt corruptibilem, &c.] tangit pugnantium mercedem. Et primò pugnantium materialiter. Secundò pugnantium spiritualiter, ibi, [Nos autem incorruptam, &c.] Dicit ergo, Et illi quidem abstinere, vt corruptibilem coronam accipiant, quod modicum est. Nos autem abstinere debemus vt accipiamus incorruptam. I. coronam vitæ, de qua Iac. 1, Beatus vir qui suffert tentationē, quoniam cū probatus fuerit, &c. Deinde cū dicit, [Ego igitur sic curro, &c.] ponit exemplum vtriusque scilicet currendi & pugnandi. Vbi primò tangit cursum suum in profectu boni. Secundò pugnam suam in victoria mali, ibi, [Sic pugno, &c.] Tertio rationem vtriusque facti, ibi, [Sed castigo, &c.] Dicit ergo, [Ego igitur, &c.] quasi dicat, talis corona seruatur: igitur ego sic curro bonum operādo, non quasi in incertum, id est, vt sim incertus de premio. In incertum enim currit qui talia facit, vt de quibusdam sperare, ex alijs possit desperare. Omnia instrunt ad bonum vt persona Apostolica quæ notatur, ibi, [Ego.] Et forma implicita quæ notatur ibi, [Sic.] Et actio strenua quæ notatur ibi, [Curro.] Et merces sperata quæ notatur ibi, [Non quasi in incertum.] Phil. 2, Non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboraui. Sic pugno contra hostes decertando contra malum. Non quasi aerem verberans, id est, non verbis tantum, sed factis. Non enim in sermone est regnum dei, sed in virtute: supra cap. 4. Vel non quasi aerem verberans, id est, non inaniter se fatigando, aduersarium non ledendo. Sic erit perfectus homo si sic se habeat vt sit intēsus in cōfessione. Esa. 38, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Deuotus in oratione. Matt. 6, Sicut ergo orabit, Pater noster qui es in cælis, &c. Efficax in prædicatione. Iac. 2, Sic loquimini & sic facite. Hac tria pertinent ad actum oris recti, ita tamen quod cōfessio dirigatur deo & proximo, oratio soli deo, prædicatio soli proximo: Fortis in pugnando. Vnde sic pugno, &c. Apocal. Qui vicerit sic vestietur veste alba. Patiens in sustinendo. Iudith. 8, Sic Isaac, sic Jacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transferunt fideles. Cautus in seruando. Iosue. 2, Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes, &c. & sic ibitis viam vestram. Primum propter malum culpæ, scilicet, pugna. Secundum contra malum pœnæ, scilicet, patientia. Tertium contra malum tentationis, scilicet, cautela. Benignus in condonando. Mat. 18, Sic non est voluntas ante patrem, &c. Inutilem se reputando. Luc. 17, Sic & vos cū feceritis omnia quæ præcepta, &c. Sollicitus, se discutiendo infra 11, Probet autē se homo, & sic de pane illo edat, &c. Primum reprobam malitiam proximi. Secundum probat bonitatem dei Tertium dubietatem status proprii. Humilis, in obsequendo. Mat. 4, Sic decet nos implere omnem iustitiam. Agilis in proficendo. Vnde hīc, Sic currite, id est, proficite in bono vt comprehendatis. Constans, in perseuerando. Vnde hīc, Sic currite. Phil. 4, Sic stare in domino charissimī. Famulus, in conuersando supra 4, Sic nos existimet homo, &c. Primum respicit insipientes. Secundum proficientes. Tertium perseuerantes. Quartum perfectos. Deinde cū dicit, [Sed castigo corpus meum, &c.] tangit rationem prædictorum vtriusque. Vbi primò tangit austeritatem vitæ. Secundò commendationem doctrinæ, ibi, [Ne fortè, &c.] Tertio, rationem concordia vtriusque, ibi, [Ipse reprobus, &c.] Ergo implet factō quod docet verbo, ne se damnet ore proprio. Et hoc est quod dicit, Sed castigo corpus meum per declinationem mali, motus carnis illicitos reprimeudo. Castigo ergo, non occido, corpus meum, non tantum alienum. Rom. 2, Exhibeatis corpora vestra hostiam viuētem, sanctam, deo placentem, rationale obsequium vestrum. Et in seruitutem redigo per operationem boni, corpus scilicet, spiritui seruire cogendo, & sensualitatem rationi subiciendo, sicut de beato Martino legitur. Carnē spiritui seruire cogebat, & hoc facio ne fortè cum alijs prædicauerim, &c. Augusto timore nos terruit Apostolus: quid enim faciet agnus vbi aries timet & tremet? [Ipse reprobus.] id est a

deo

deo reprobatus efficiar, quod turpe esset. Rom. 2, Qui prædicas non furandum, furaris. De huiusmodi posset verè dici Iob 4, Ecce docuisti plurimos, &c. Nunc autē venit super te plaga & defecisti. Hic queritur, ibi [Melius est mihi mori, &c.] Contra, gloria non euacuatur nisi per peccatum, ergo accipere esset ei peccatum, non ergo licitum. Respondeo, gloria essentialis per hoc non euacuaretur, sed gloria accidentalis de hoc opere supererogationis. Item si euangelizauero non est mihi gloria. Contra, euangelizanti & sumptus accipienti debetur & aurea & aureola. Sed glo. exponit quando euangelizatur ex necessitate timoris, vel ex cupiditate mercedis temporalis. Item super illud, Dispensatio mihi credita est. Glo. Nō debemus euangelizare vt manducemus. Contra, Ergo prædicatores quæstuarij peccant moraliter, quia faciunt quod non debent. Respondeo, si propter quæstum principaliter faciunt, peccant: sed si propter fructum spiritualem inde proueniētem, bene faciunt. Item ibidem. glo. propter regnum dei debemus operari omnia, non solum sed cum regno dei, mercedem temporalem meditari. Contra, ergo qui vadūt ad ecclesiam pro distributionibus, peccant. Respondeo, Verum est si solum vel principaliter propter hoc vadunt. Item super hoc. Vt non abutar potestate. Glo. quod esset si acciperet, quod probauit supra eodem, quod ei licet accipere. Respondeo, intelligendum est si acciperetur indiscretè & inordinatè & immoderatè. Item omnium seruum me feci. Contra, supra 6, Nolite serui effici hominum. Respondeo, hīc loquitur de seruitute charitatis. I. in bono, ibi de seruitute iniquitatis. I. in malo. Item, factus sum Iudæis Iudæus. Glo. in cibis accipiendis vel non accipiendis. Contra, glo. Iniuste ergo reprehendit Petrum de discriminatione ciborum. Gal. 2, Immo bene, quia Petrus discernebat cum scandalo Gētilium. I. in locis Gētilium, Paulus autem non. Item ibidem glo. propter scandalum Iudæorum circumcidit Timotheum Act. 16. Contra, veritas doctrinæ vitæ & iustitiæ non debet dimitti propter scandalum. Respondeo, vsque ad diuulgationem euangelij non erat de veritate doctrinæ vitæ, ne homines circumciderentur, sed ne spem ponerent in circumcisione. Item vt omnes facerem saluos. Contra, sciebat non omnes saluandos. Respondeo, volebat omnes in particulari, id est, quemlibet per se, non omnes simul. Item super illud omnes quidem currunt. glo. in spirituali agone. quotquot quidem currunt, si spiritualiter currunt, accipiunt: & qui prior venerit expectat vt coronetur cum posteriori. Contra, vnusquisque in morte coronatur. Respondeo. Hoc intelligitur de gloria corporis non anime. Item super illud, Ne fortè cūm prædicauerim. gl. Suo timore nos terret Apostolus. Contra, I. Ioan. 4, Perfecta charitas foras mittit timorem. Verum est timorem pœnæ, sed non timorem separationis siue offensæ.

Caput 10.

Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in nube baptizati sunt in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt: Bibebant autem de spiritali conseruente eos petra: Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Nam profirati sunt in deserto. Superius monuit abstinere ab idololatriis. Primò propter vitandum scandalum fratrum infirmorum: capitulo 8. Secundò propter exemplum suum qui abstinere propter alios ab acceptione sumptuum. Cap. 9, Hic tertio monet ad idem ex consideratione Iudæorum in deserto idola venerantium, vbi exemplo pœnæ istorum. Primò monet abstinere à perpetratione peccatorum similium. Secundò specialiter à comestione idolis immolatorum, ibi [Propter quod charissimi, fugite ab idolorum cultura, &c.] In prima, primò ostendit quod antiquitus Iudæis contingit. Secundò propter quod, quia non propter se tantum, sed propter nos corrigendos ita euenit. Hac autem in figura facta sunt nostri, &c. Tertio vt exemplo eorum caueant, concludit, ibi, Itaque qui se existimat stare, &c. Ergo pœna timenda, cautela adhibenda. In prima, primò ponit beneficia gratiæ eis impensa existentibus in desertum. Secundò præstita in deserto, ibi [Et omnes eandem escam, &c.] Tertio flagella, propter ingratiūdem in desertum, ibi [Sed non in pluribus, &c.] In prima tangit tria beneficia. Primum, in protectione nubis. Secundum, in transitu maris rubri, ibi [Et omnes mare transierunt, &c.] Tertio, in purgatione baptismatis, ibi [Et omnes in Moise, &c.] Dicit ergo [Nolo vos, &c.] quasi dicat, sic agendum est sicut monui. Non enim sufficiunt sacramenta ecclesiæ suscepta vobis postea peccantibus, sicut nec Iudæis dei beneficia, quin postea punirentur. Nolo enim vos ignorare, &c. Hoc dupliciter legitur. Vno modo de bonis & malis communiter. Alio modo de malis specialiter. Primò modo sic. Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri institutores fidei nostræ, omnes tam boni quàm mali sub nube protegente fuerunt. Exod. 13, Dominus præcedebat eos ad ostendendum viam per diem in columna nubis, &c. Vel sub nube, id est sub figura & vmbra Hab. 10, Vmbra habens lex futurorum, &c. Et omnes mare rubrum submersis hostibus transierunt, non de vna ripa ad ripam oppositam, sed ad eandem vnde transierunt quendam sinum maris. & omnes in Moise, id est, in ducatu Moysi, baptizati sunt in nube & in mari, id est, per vifa signa illa purgati ab ignorantia. Vel à vitijs per fidem, scilicet submersis Aegyptiis. Exod. 14, Timuit populus dominum, & crediderunt domino & seruo suo Moysi. Vel baptizati sunt, id est, signum baptismi receperunt. Nam baptismus constat ex aqua & spiritu. Ioan. 3, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Nubes autem symbolum erat spiritus, mare verò aquæ, vt dicit Damascenus. Deinde cū dicit, [Et omnes eandem escam spiritualem, &c.] post beneficia exhibita Israel de Aegypto exeuntes: hīc tangit beneficia exhibita in deserto. Et primò beneficium manna. Secundò beneficium aquæ, ibi [Et omnes eundem potum, &c.] Tertio potus originem mirabilem, ibi [Bibebant autem, &c.] Quarto, originis significationem, ibi [Petra autem, &c.] Dicit ergo, Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt manna, scilicet, de celo. Vocat autem eam spiritualem cūm esset corporalis, sed quia miraculose fuit data: de hoc habetur Sapientia 16, Panem de celo præstitisti eis. Et omnes eundem potum spiritualem, id est, aquam de petra. Num. 20, Loquimini ad petram, & ipsa dabit vobis aquam Percussit petram, & fluxerit aqua. Bibebant autem de petra spirituali, quæ dicitur spiritualis propter effectum miraculosum propter futuri signum. Petra conseruente eos. Dupliciter intelligitur, conseruente. id est, satisfaciēte voluntati eorum. Palm. Desiderium eorum attulit eis. Aquæ enim vbique sequebantur eos. Esa. 48, A quam

Exemplo pœnæ parum docet abstinere peccatorū ne peccatorū similitudo, proponendo quomodo beneficia exhibita patribus in egresso Aegypto & in deserto & pœnā iustitiam propter ingratiūdem.

In exitu ab Aegypto nō transierunt filij Israel mare rubrum à ripa in ripam oppositā, sed ad eandem diuisiōnem per modū circuli, vnde glo. iam ordinariū.

de petra produxit eis, &c. Vel conſequentē eos, id eſt, veritatem ſequentem ſignificante. Petra autem erat Chriſtus, non per ſubſtantiam, ſed per ſignificationem. Hic eſt lapis quem reprobauerunt, &c. Alio modo legitur de bonis breuiter ſic, Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri inſtitutores fidei noſtræ omnes boni ſpiritualiter. Vnde dicit patres noſtri non illorum, ſub nube fuerunt, ſicut prius, & omnes eandem eſcam manducauerunt ſpiritalem, id eſt, corpus Chriſti in ſigno ſpiritualiter intellecto. Vnde eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, idem ſcilicet, quod nos: ſed etiam corporalem quā nos: & hoc quantum ad maiores in Chriſtum credentes. Manducabant Chriſtum ſpiritualiter, ſecundum illud. Crede & manducaſti. Et omnes eundem potum biberunt. ſ. Chriſti ſanguinem in ſigno. Sic loquitur de ſigno & potu ſpirituali per fidem, non de corporali. Bibebant autem de ſpirituali, &c. ſicut prius. Appetendus cibus & potus, quia ſufficiens. Vnde dicit [Omnes manducauerunt.] Inſufficiens, quia eundem. Vtilis, quia potus & cibus ſpiritualis: quod notatur in ipſo nomine ſpiritualis, &c. ¶ Deinde cum dicit, [Sed nō in pluribus, &c.] Poſt beneficia tangit flagella. Et primò offenſam, ſecundò pœnam, ibi [Nam proſtrati ſunt.] Dicit ergo [Sed non in pluribus, &c.] q. d. his omnibus beneficiis vſi ſunt Iudæi: ſed nō in pluribus eorum beneplacitum eſt deo: in illis. ſ. qui deum offenderunt, ſed tantum in duobus. ſ. Caleph & Ioſue, quibus ſolis conſeſſum eſt terram promiſſionis obtinere. Numer. 14. Malac. 1. Non eſt mihi voluntas in vobis.

Lectio 2.

Oſtendit ea que facta ſunt tempore patriſacta ideo ſunt ut cohibeamur a peccato cordis, operis, oris, & ideo in niſſiſe pœnas omnia accidiſe illis in figuram ad noſtrā correptionem ſubſumendo.

Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, ut non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt. Neque idolatriæ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: quemadmodum ſcriptum eſt, ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque autem fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria milia. Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & a ſerpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebat illis: ſcripta ſunt ad correptionem noſtram in quos fines ſæculorum deuenerunt.

¶ Superius oſtendit quid antiquis Iudæis contigit. hic oſtendit quòd non propter ſe tantum, ſed propter nos corrigendos ita euenit. Vbi primò oſtendit quòd propter nos corrigendos à peccato prædicta facta ſunt. ſecundò quòd propter hoc etiam ſcripta ſunt, ibi [Hæc autem omnia in figura, &c.] In prima oſtendit quòd ideo facta ſunt ut cohibeamur à peccato: & primò à peccato cordis. ſecundò à peccato operis, ibi, neque idolatriæ efficiamini, &c. Tertio à peccato oris, ibi [Neque murmuraueritis ſicut quidam, &c.] In prima, primò deterret per pœnam. ſecundò ex hoc dehortatur culpam, ibi [Ut non ſimus concupiſcentes, &c.] Tertio malos reducit ad memoriam, ibi [Sicut illi concupierunt, &c.] Dicit ergo, Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, non facta, ſed verè facta. In figura, inquam, ideo. ſ. ut nos conſiderantes illorum ſupplicia, non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt, de quibus Pſal. Concupierunt concupiſcentiam in deſerto. Num. 11, dicitur qd vulgus promiſcuum flagrauit deſiderio carnum. ¶ Et notandum quòd ſicut in bonis longè melius eſt quod figuratur, quàm ipſa figura, ut regnum calorū, quàm terra promiſſionis: ita in malis longè peius eſt quod figuratur, quàm figura ſignificans, ſecundò autem Aug. illa ſupplicia quæ ſuſtinerunt, figura gehennæ fuerunt, quæ omni pœna maior eſt. Hæc autem pertinent ad ſapientes inter Corinthios, qui deſiderio carnes comedebant in idolo, & ſcandalizabant infirmos. Vnde ſimiles erant Iudæis carnes deſiderantibus in deſerto, vnde digni erant etiam ſimili pœna. ¶ Deinde cum dicit, [Neque idolatriæ, &c.] Dehortatur peccatum operis, vbi tangit tria peccata. Primò idolatriæ. ſecundò fornicationis, ibi, neque fornicemur, &c. Tertio diuinæ tentationis, ibi [Neque tentemus, &c.] In prima, primò diſſuadet idolatriæ vitium. ſecundò deterret per exemplum, ibi, Sicut quidam ex ipſis, &c. Tertio explicat exemplum implicitum, ibi [Quemadmodum ſcriptum eſt, &c.] Dicit ergo, Neque idolatriæ efficiamini idolotitis veſcendo in venerationem idoli, vel ſcandalum infirmorum. Sicut quidam illorum, ſupplicia idolatriæ fuerunt. Exod. 32. & Pſal. Et fecerunt vitulum in Oreb, & adorauerunt ſenſpile. Quemadmodum ſcriptum eſt. Exod. 32, [Sedit populus] id eſt, quidam de populo. [Manducare & bibere.] coram idolo quibus ſimiles ſunt, qui comedunt idolotita, idola venerando. Et ſurrexerunt ludere, id eſt, ludos facere, ſicut choreas & huiuſmodi in venerationem idoli. Vel ſurrexerunt ludere. i. idolum adorare, quod eſt ſimile ludo puerorum, qui faciūt imagines luteas. ¶ Deinde cum dicit, [Neque fornicemur, &c.] tangit peccatum fornicationis, vbi primò diſſuadet tale peccatum, ſecundò deterret per exemplum culpæ, ibi [ſicut quidam, &c.] tertio pœnæ, ibi, Et ceciderunt vna die. Dicit ergo, Neque fornicemur, ut quidam ex vobis ſuprà 5, Omnino auditur fornicatio inter vos. Sicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, cum Madianitis, ſcilicet, Num. 25, Et ideo ceciderunt vna die 23, immo 24. milia: ſed maior numerus non excludit minorem, vnde non dicitur hic cum præciſione, Vel fortè vitium ſcriptorum eſt. ¶ Deinde cum dicit, [Neque tentemus Chriſtum, &c.] tangit peccatum diuinæ tentationis, quod diſſuadet Primò, verbo, ſecundò, exemplo, ibi, [Sicut quidam, &c.] tertio, ſupplicio, ibi [Et à ſerpentibus, &c.] Dicit ergo [Neque tentemus Chriſtum.] diſſidendo de eius potentia, ſicut illi qui in vobis deſperat de reſurrectione, ſicut quidam eorum tentauerunt deum vel Chriſtum in Moyſe dicentes, Nunquid poterit parare menſam in deſerto? & ideo à ſerpentibus perierunt, donec. ſ. ſerpens æneus erectus eſt, ad cuius aſpectum ſanabantur. ¶ De hoc habetur Num. 21. & Deuter. 6, Non tentabis dominū deum tuum. Deinde cum dicit, [Neque murmuraueritis, &c.] Poſt peccatum cordis & operis, dehortatur peccatum oris. Vbi primò diſſuadet murmuratiōnis vitium. ſecundò adducit quòſdam in exemplum, & primò, culpæ, ibi [Sicut quidam, &c.] ſecundò pœnæ, ibi [Et perierunt à ſerpentibus.] Dicit ergo [Neque murmuraueritis] contra me vel minores contra maiores. Sap. 1, Custodite vos à murmuratiōne. [Sicut quidam eorum murmurauerunt] contra Moyſen. Nu. 16, Murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen, & ideo perierunt ab exterminatore, ab angelo. ſ. qui extra terminos terræ eos percuſit. Baruch. 3, Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt. ¶ Notandum ſuper illud, In Moyſe baptizati ſunt, quod Dam. lib. 4. cap. de baptiſmo diſtinguit nouem genera baptiſmum accipiēdo baptiſma largè. Primū eſt aqua diluuij, de quo habetur Ge. 6. ſecundum mare rubrum, de quo Exod. 14. Tertium aqua expiationis, de qua Nu. 19. Quartum, baptiſmus Ioānis, de quo Mat. 3. Quintum, baptiſ-

Notem genera baptiſmum.

mus de quo Chriſtus baptizatus fuit. Luc. 3. Sextum, baptiſmus ſpiritu ſancti ſuper diſcipulos. Actuum 1, Vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto. Septimum, baptiſmus pœnitentiæ & contritionis, de quo Eccleſiaſt. 34, Qui baptizatur à mortuo, &c. Octauum, baptiſmus ſanguinis, de quo Lu. 12, Baptiſma habeo baptizari, & quomodo coartor vſque dum perficiatur. Nonum, baptiſmus aquæ & ſpiritus, de quo Ioann. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto. Marth. vltimo, Baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritu ſancto. ¶ Deinde cum dicit, [Hæc autem omnia in figura, &c.] Habito quòd propter nos prædicta facta ſunt, hic oſtendit quòd propter nos etiam ſcripta ſunt. Et primò quòd in ſignificatione. ſecundò qd in correptione, ibi [Scripta ſunt autem, &c.] Dicit ergo, Hæc autem, &c. quaſi dicat, Iſta cōtingerunt illis, & hoc non tantum propter ſua peccata, non autem pro ſe, ſed omnia in figura noſtri, ſcilicet, contingebant illis: erat enim tunc tempus figuratum. ¶ Deinde cum dicit, [Scripta ſunt ad correptionem.] Tangit quòd ſcripta ſunt ad correptionem noſtram. Vbi implicatur tria incitantia ad correptionem noſtram. Primò antiquorum exempla quæ notantur in ſcripturis. ſecundò exemplorum cauſa quæ eſt correptione noſtra. Primò antio, atque nouiſſima quæ eſt finis ſæculorum. Dicit ergo, Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, quia quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Roma. 15, Nos dico, in quos fines ſæculorum deuenerunt, id eſt, ſexta ætas, quæ eſt vltima ætas laborantium. 1. Ioann. 2, Filioli mei, nouiſſima hora eſt. Quia ergo in vltima ſæculi ætate ſumus, tot exemplis priorum corrigi debemus. Vel in quos fines ſæculorum deuenerunt, id eſt, in quibus per fidem & amorem Chriſti finita eſt ſecularitas: quia Phillip. 3, dicitur, Conuerſatio noſtra in cælis eſt. Vnde temporalia non promittuntur tempore gratiæ: ſicut tempore legis. Vnde nec in pactum deducuntur, ſed adiiciuntur. Matth. 6, Priſtimum quærite regnum dei, &c. ſed antiquitas erant in pactum. Eſai. 1, Si volueritis, & audieritis, &c. Ecce ergo exempla certa, quia ſcripta ſunt: vtilia, quia ad correptionem noſtram: durabilia, quia in quos fines, & cætera. Lectio 3.

Triſ incitantia ad correptionem noſtram.

¶ Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, niſi humana. Fidelis autem deus eſt, qui non patietur vos tentari ſuprà id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſſitis ſuſtinere.

¶ Habita primò Iudæorum punitione. ſecundò punitionis ratione. Hic tertio concludit quòd exemplo eorum debent à malo cauere, vbi primò monet ut caueant caſum. ſecundò cauendi docet modum, ibi [Vos non apprehēdat, &c.] Tertio promittit firmum adiutorium, ibi [Fidelis autem deus eſt, &c.] In primo implicat quatuor ſollicitantia ſapientem, ſcilicet, multitudinem cadentium, cum dicit [Itaque.] incertitudinem ſtantium cum ſubdit, [Qui ſe exiſtimat ſtare.] Neceſſitatem cautelæ, cum addit [Videat.] facilitatem ruina, cum dicit [Ne cadat.] Dicit ergo [Itaque, &c.] Quasi dicat, Illi & ſi beneficiis dei vſi ſunt, nihilominus propter peccata perierunt. Itaq; ex eorum conſideratione qui exiſtimat aliqua coniecturatione ſe ſtare, id eſt, quòd ſit in gratia & charitate, videat diligētī attentione ne cadat peccando, vel alios faciēdo peccare. Eſa. 14, Quomodo cecidiſti Lucifer. Pla. Cadent à latere tuo mille, &c. Ideo Eph. 5, Videte quomodo cautè ambuletis. ¶ Deinde cum dicit [Tentatio vos non apprehendat, &c.] Docet modum cauēdi cauſam, ſcilicet, cauendo tentationem. Vbi primò docet aliquam tentationem fugiendam. ſecundò aliquam ſuſtinendam, ibi [Niſi humana.] Primò notificat, quia pulſat ut introeat. Vnde dicitur, Tentatio. ſecundò quia impugnat ut praualeat. Vnde ſubditur [Nō vos apprehēdat.] Dicit ergo, [Tentatio, &c.] Quasi diceret, ne cadatis. Tentatio, ſcilicet, peccati, non vos apprehendat trahendo in conſenſum peccati, niſi humana. hoc dupliciter exponitur. Vno modo de tētatione interiori mala, & tunc eſt permiſſio, quaſi dicat, nulla peccati dilectio vos apprehendat, niſi fortè humana, ſine qua vita de malis non ducitur. Non enim eſt homo qui ſemper faciat bonum & non peccet. 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. Alio modo exponitur de tentatione exterioris boni. Et tunc eſt exhortatio, ſic, Tentatio vos non apprehendat, niſi humana. ſ. tribulationum præſentium propter Chriſtum tolerantia. Auguſt. Propter Chriſtum pari humana tentatio eſt. Tho. 12, Quia acceptus eras deo, neceſſe fuit ut tentatio probaret te. ¶ Deinde cum dicit, [Fidelis deus.] oſtendit paratum adiutorium in tentatione. Vbi commendat deum adiutorem, quia dat nobis reſiſtendi potētiam, quod notatur ibi [Sed faciet cum tentatione, &c.] Perſeuerantiam, quod notatur ibi [Ut poſitis ſuſtinere.] Verè fidelis deus qui dat potentiam, ne vincamur, gratiam ut mereamur, conſtantiam ut vincamus. Dicit ergo, [Fidelis, &c.] Quasi diceret, vos ad hoc hortor & moneo quod poſitis: fidelis dominus in omnibus verbis ſuis, qui non patietur vos tentari ſuprà id quod poteſtis: quod vtiq; poſſet diabolus, ſi permitteretur, quia nō eſt poteſtas ſuper terram quæ ei comparetur. Eſa. 40, Dat laſſo virtutem. Ideo Iac. 1, Omne gaudium exiſtimate fratres cum in varias tentationes incideritis. Aug. Qui dat diabolo tentandi licentiam, ipſe dat tentatis miſericordiam, prouentum, inquam, ita ut poſitis ſuſtinere, ne deficiatis in luſta, ſed vincatis: quod ſit per humilitatem, ut dicit Aug. Illi enim non crepant in fornace, qui non habent ventum ſuperbiæ. ¶ Notandum eſt ſuper illud, Qui ſe exiſtimat ſtare, &c. quod ad caſum impellunt nos, primò debilitas virtutum, ſicut cadunt pueri decrepiti, infirmi. Eſa. 40, In infirmitate cadent, quod contingit per tepiditatem bene operandi & inſtabilitatem. ſecundò onus peccatorum, ſicut cadunt aſini ſub onere nimio. Pſal. Ceciderunt qui operantur iniquitatem, quod contingit per negligentiam pœnitenti: quia peccatum quod per pœnitentiam, &c. Tertio multitudo trahentium, ſicut arbor vel domus multis trahentibus deorſum cadit. ſuprà eodem, Neque fornicemur, &c. quod contingit per impulſum hoſtium. Quarto lubricitas viarum ſicut incanti cadunt in lubrico. Eccl. 28, Attende ne fortè labores in lingua & cadas, & in conſpectu, &c. Quod contingit per incautam cuſtodiam ſenſuum. Quinto varietas offendiculorū, ſicut auis capta in medio laqueorum. Pſal. Hi in curribus, &c. Prou. 24, Septies in die cadit iuſtus, quod contingit per corruptionem creaturarum. Sexto ignorantia agēdorū, ſicut cæci cadunt de facili. Mat. 15, Si cæcus cæco ducatum præſect, &c. quod contingit per negligentiam addiſcendi neceſſaria. Septimo exempla cadētium, ſicut angeli ad exemplum Luciferi. Pſal. Cadent à latere tuo mille, &c. Prouerb. 25, Fons turbatus pede & vena corrupta, iuſtus cadens coram impio, quia contingit per imitationem malorum. Octauo ponderoſitas corporum, Corpus enim quod corrumpitur aggravat animam, ſicut lapis in collo natantis. Iob 14, Mons cadens deſluit, quod contingit per carnis fomentum ſuperfluum.

Septem impellunt ad caſum in peccatum.

Manet ca-
nendum ab
idolorum cul-
tura & timo-
re confimilis
panis, & ab
idolorum
comestione, ex
sancta altaris
communione.

Propter quod, charissimi mei, fugite ab idolorum cultura. Et prudentibus loquor, vos ipsi indicat quod dico, Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis & vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.

Superius ex consideratione Iudaeorum pœnæ monuit abstinere à perpetracione peccatorum similium, hic specialiter monet cauere à comestione idolis immolatorum. Vbi primò ponit cõmonitionem cauendi à idolotitis. Secundò subdit causam cõmonitionis, ibi [Quid ergo dico, &c.] Tertio docet modum cauendi à dictis, ibi [Omne quod in macello venit, manducate, &c.] In prima cauere ab idolorum comestione monet. Primò ex timore pœnæ confimilis. Secundò ex cõmunione sancti altaris, ibi [Vt prudentibus loquor, &c.] Tertio ex similitudine sacrificij legalis, ibi [Videte Israel secundum carnem, &c.] In prima, vt eius obediant dictis. Primò arguit inferendo, cum dicit, [Propter quod.] Secundò allicit blandiendo, cum subdit, [Charissimi mei.] Tertio instruit exhortando, cum addit, [Fugite, &c.] Dicit ergo, [Propter quod, &c.] Quasi diceret, quia sacramenta sola non saluant, & qui cadit punitur, & auxilium dei non deest, propter quod charissimi mei, fugite ab idolorum cultura. i. ab omni idoli veneratione. glof. Ideo hos Aposto. hortatur fugere ab idolatriæ superstitione, vel ne sapientes comedant idolotita cum offendiculo infirmorum quibus idolatrare viderentur. Vel ne ipsi infirmi idolatræ sint, edendo in idoli veneratione. Fugite ergo ab idolorum cultura. Vel putatiua quo ad æsum sapietium: vel vera quoad æsum infirmorum. Deinde cum dicit, [Vt prudentibus loquor, &c.] Monet cauere ab idolorum comestione ex communione sacramenti altaris. Vbi primò quod dicitur est supponit eorum iudicio. Secundò ostendit quid est illud. f. q. per communionem eucharistiæ efficiuntur vnũ cum Christo, ibi [Calix benedictionis, &c.] Tertio probat q. ita est, q. omnes sumus vnum in corpore eius mystico, ibi [Quoniam vnus panis, &c.] Dicit ergo, [Vt prudentibus, &c.] q. d. Vt fugiatis loquor vobis vt prudentibus. Vel sic loquor vobis alium quid. f. quod sequitur vt prudentibus. Vel sic loquor infirmis, scilicet, qui sunt inter vos, vt supra locutus sum prudentibus. Et ideo vos ipsi maiores iudicate quod dico. Iob 21, Si contempseris subire iudicium cum seruo meo. Iudicate, inquam, hoc quod sequitur, Calix benedictionis, id est, potus calicis, per quem participantes benedicuntur. Luc. 22, Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, [Hic calix, &c.] Cui benedicimus. i. quod nos fideles exaltamus credendo & gratias agēdo. Vel cui benedicimus. i. quē nos sacerdotes consecramus. Nonne cõmunicatio sanguinis Christi est? facies nos vnũ cum ipso, secundũ illud Aug. Nec tu me mutabis in te. Est ergo sua ratio talis. Sicut participans calicem domini fit vnũ cum eo, sic participans calicem dæmoniorum fit vnum cum eis, sed dæmonum vnitas est maximè fugienda, ergo & participatio idolotitorũ in eorum veneratione. Et ideo fugite ab idolorum cultura. Et panis quem frangimus. i. sumptio panis fracti in altari, nõne participatio corporis domini est? facies nos vnum cum Christo: quia sub specie panis sumitur corpus Christi. Deinde cum dicit, [Quoniam vnus panis, &c.] Ostendit q. omnes sumus vnum in corpore eius mystico. Vbi proponit primò vnitatem. Secundò subdit vnitatis rationē, ibi [Omnes qui de vno, &c.] In prima tangit duplicem vnitatem. Primam incorporationis qua in Christum transformamur, cum dicit, [Vnus panis, &c.] Aliam vitæ & sensus quã à Christo capite accipimus, cum addit, Et vnum corpus, &c. Dicit ergo, [Quoniam vnus, &c.] q. d. per hoc patet q. vnũ sumus cum Christo, quoniam vnus panis vnione fidei, spei & charitatis, & vnum corpus multi sumus per subministracionem operum charitatis. Corpus. scilicet, capitis, qui est Christus. Multi dico. f. omnes qui de vno panē. i. corporis Christi & vno calice. i. sanguine participamus digna participatione. f. spirituali, non tantum sacramentali. Aug. Accipite, quia vnus panis & vnum corpus ecclesia Christi dicitur, pro eo q. sicut vnus panis ex multis granis, & vnũ corpus ex multis membris cõponitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus capite copulatis, connectitur. De ista vnitate infra 12. dicitur. Hic queritur super illo, Omnes in Moyse baptizati. Glo. per vna illa legalia purgati. Contra, legalia non iustificabant. Respondeo, iustificabant dispositiue à remotis, non causatiue, quia per modum signi, non causæ. Item super illud, Petra autem erat Christus. Glo. Non petra dedit aquas, sed Christus. Contra, Nume. 20, Loquimini ad petram, & ipsa dabit vobis aquas. Respondeo, petra dabat originaliter, non effectiue. Item super illud, Omnes eandem escam. glo. Si quis manducauerit ex hoc pane non morietur in æternum. f. qui manducat corde, non qui præmit ore. Contra, ergo non oportet sacramentaliter manducare. Respondeo, non qui præmit ore solum scilicet. Item super illud, Eundem potum spiritalem. Glo. Idem est effectus in illis sacramentis, sed non tantum quantum in nostris. Contra, sacramenta vetera non efficiebant quod figurabant. Respondeo, idem est effectus, sed aliter: nam illorum per modũ signi: nostrorum per modum causæ. Item super illud, Hæc autem in figura facta sunt. Glo. Omnes pœnæ minores sunt gehenna. Contra, carentia visionis dei maior est quàm gehenna, secundum Chrysof. Respondeo, loquitur de pœnis temporalibus. Item super illud, Qui stat, videat ne cadat. Glo. Non quod sit aliquis sine casu. Contra, multi sunt sine mortali. Respondeo, duplex est casus, vnus à domino per mortale, alter in domino per veniale. Item super illud, Fidelis deus. Qui dat tentanti diabolo licentiam, dat tentanti misericordiam. Contra, quod sit de licetia, licet sit. Ergo licet diabolo tentare. Respondeo, licentia accipitur hic pro permissione, non pro concessione. Item vos ipsi iudicate. Contra, non est inferiorum iudicare de factis superiorum. Respondeo, non debent iudicare iudicio superordinationis, sed licet iudicio discretionis. Item super illud, Benedicimus. Glof. Nos sacerdotes. Contra, Quod minus est à maiori benedicuntur. Respondeo, in sacramento altaris benedictio sacerdotis fertur super terminum à quo, id est, super panem, non super terminum, ad quem, id est, corpus Christi. Item panis quem frangimus, &c. Contra, iam tunc non est tibi panis. Respondeo, ponitur significatur pro signo, id est, panis pro specie panis. Item super illud, Nonne participatio, & cetera. Glo. per partes manducatur in sacramento, & manet integer in celo. Contra, Christus sub sacramento est impartibilis. Respondeo, manducatur per partes sacramenti, non sui. Item ibidem. Glof. in illo sacramento

corpus suum & sanguinem commendauit, quod est, fecit nos ipsos. Contrà, Non fecit nos corpus Christi verum. Respondeo, quod id est cuius significatum: vnde relatio est simplex.



Midete Israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid ergo? Dico quod idolis immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid: sed que immolant Gentes, dæmonis immolant, & non deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensam domini participes esse, & mensam dæmoniorum. An emulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia adificiant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius.

Dissuadet
comestione
idolorum,
ex similitu-
dine sacrificij
legalis,
ponit causam
admonitionis
quadruplex.

Superius monuit abstinere à comestione idolorum. Primò ex timore pœnæ confimilis. Secundò ex communione altaris: hic terriò monet ad idem ex similitudine sacrificij legalis. Vbi primò excitat attentionem. Secundò ostendit propositum, ibi [Nonne qui edunt hostias.] Dicit ergo, videte. Hoc dupliciter legitur. Vno modo de sacrificijs Iudaeorum. Alio modo de ritu Gentilium. Primò modo hoc quod dico, Israel est accusatiui casus. Alio modo vocatiui. Primò modo sic, Quasi dicat, Multi vnum corpus sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Et hoc patet per hanc similitudinem. Videte Israel secundum carnem, supple ambulante. i. carnalibus sacrificijs deseruientem. Hoc dicit ad differentiam Israel secundum spiritum. De vtroque Romanorum secundum. Non enim qui in manifesto Iudeus, &c. Nonne qui edunt hostias legales, participes sunt altaris legalis? Sicut qui edunt carnem Christi & sanguinē participes sunt corporis. Secundò modo legitur sic, Videte, d. Israel, d. vos qui estis Israel, spiritualis videtis. f. deum videre, inquam, ea quæ sunt secundum carnem. i. in idolatræ ritu carnali. Nonne qui edunt hostias idolis, scilicet, immolatas, participes sunt altaris dæmonum & idolorum? Quasi dicat sic. Est ergo sua ratio talis, Qui edunt hostias oblatas altari, participes sunt altaris. A simili, qui edunt hostias immolatas idolis, participes sunt idolorum siue dæmoniorum. Deinde cum dicit, [Quid ergo dico, &c.] Superius posuit monitionem cauendi ab idolotitorum comestione, hic ponit causam admonitionis. Ponit autem quatuor causas quare debent ab idolotitis abstinere. Primò propter vitandam dæmonis societatem. Secundò propter vitandam sacræ communionis exclusionem, ibi [Quia non potestis calicem domini bibere, &c.] Tertio propter vitandam dei indignationem, ibi [An emulamur dominum, &c.] Quarto propter fratrum læsionem, ibi [Omnia mihi licent, &c.] In prima, primò ostendit per hoc quod non dicit hoc, eo quod alicuius virtutis reputet idolum, vel idolotitum. Secundò, quod potius ideo, quia dæmonibus est immolatum, ibi [Sed quæ immolant, &c.] Tertio quod nõ vult eos esse socios dæmoniorum, ibi [Nolo autem vos socios, &c.] Dicit ergo, Quid ergo? Quasi dicat, Moneo cauere ab idolotitis. Quid ergo dico, id est, quid dicere videor hoc monendo? Nunquid hoc, supple quod illud quod idolis est immolatum sit aliquid vel alicuius virtutis vt noceat, aut quod idolum sit aliquid veneratione dignum? Quasi dicat, Non. Psalm. Neque enim est spiritus in ore ipsorum. Sed hoc potius dico, quod quæ immolant Gentes idolo, dæmoni immolant, & non deo. Psalm. Omnes dii Gentium dæmonia. Deuteronom. trigesimo secundo. Immolauerunt dæmoniis, & non deo. Deinde cum dicit, [Nolo autem vos fieri, &c.] Ostendit quod nõ vult eos fieri socios dæmonum, quod fieret si communicarent mensæ idolorum. Et hoc est quod dicit. Nolo autem vos qui fideles estis, socios fieri dæmonum, edendo, scilicet, de his quæ idolis immolantur, secundæ Corinthiorum sexto. Quæ societas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Christi ad Belial? Deinde cum dicit, [Non potestis calicem, &c.] Ecce secunda ratio, quare abstinendum est ab idolotitis, quæ est talis, Omne quod excludit à communione corporis & sanguinis Christi, vitandum est: Comestio idolorum est huiusmodi, ergo vitanda est. Primò ergo ostendit quod huiusmodi comestio excludit à communione sanguinis Christi. Secundò quod & à communione corporis Christi, ibi [Non potestis mensam domini participes esse, &c.] Dicit ergo, Non potestis, &c. Quasi dicat, Nolo vos fieri socios dæmoniorum. Hoc autem ideo dicit, quia non potestis calicem domini bibere potu spirituali, non sacramentali tantum. Psalm. Calicem salutaris accipiam. Et calicem dæmoniorum simul, & hoc quoad sacramentum sanguinis. Non potestis mensam domini participes esse quoad sacramentum corporis & mensam dæmoniorum. Matth. 6, Nemo potest duobus dominis seruire. Ecce ergo calix fructuosus, quia ad bibendum spiritualiter præciosus, quia domini specialiter purus & mundus, quia non datur immundis vitiler. Similiter potest dici de mensa. Deinde cum dicit, [An emulamur dominum, & cetera.] Ecce tertia ratio talis, Omne illud quod prouocat iram dei, vitandum est: Comestio idolorum est huiusmodi, ergo vitanda est. Primò ergo ostendit quod deus prouocatur ex tali comestione. Secundò quod stultum est eum prouocare, ibi [Nunquid fortiores illo, & cetera.] Dicit ergo, An emulamur, id est, ad iram prouocare volumus dominum comedendo idolotita. Vel sic, An emulamur dominum, id est, inuidemus ei, vt quasi in contemptum eius hoc faciamus. Deuteronomij 32, Prouocauerunt cum in diis. Nunquid, quasi dicat, Non debemus eum prouocare. Nunquid illo fortiores sumus? quasi dicat, Non. Iob 9, Si fortitudo queritur, robustissimus est. Fatuum est enim prouocare fortiosem se. Notandum super illud, Nolo autem vos socios fieri. quod est societas bona & mala, & vtraque quadruplex. Est ergo societas bona. prima personarum diuinarum, de qua prima Ioannis primo, Vt societatem habeamus cum deo, & societas nostra sit cum patre & cum filio eius Iesu Christo. Et hoc exigit summa iocunditas, quia nullius rei sine socio iocunda est possessio. Secunda angelorum sanctorum, de qua Thobix 5, Credo enim quod angelus dei bonus committetur ei. Et hoc exigit hominis dignitas. Hieronymus, Magna est dignitas animarum, & cetera. Tertia virorum iustorum, de qua Galat. secundo, Iacobus & Ioannes dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Et hoc exigit nostra vtilitas. Ecclesiastici 4, Melius est duos, &c. Quarta beatorum, de qua Apocalyp. 1, Ego Ioannes socius vester & frater in tribulatione & regno, & hoc exigit communis felicitas, quia si socii sumus passionis, erimus & consolations, supra 1, Societas mala similiter quadruplex. Prima à parte malorum, de qua Esa. 1, Principes tui infideles socij furum. Hæc est societas Herodis & Pilati in crucifixione Christi. Secunda hypocritarum, de qua Iob 30.

Quadruplex
bona societas.

Quadruplex
mala societas.

Frater sui draconum & socius strutionum, quæ alas habere videtur & volare non potest. Hæc est societas vulpis & lupi. Tertia dæmonum, de qua Iob 18, Habitent in tabernaculo eius socij eius qui non est, hæc societas carti & muris, carnificis & bouis. Quarta damnatorum, de qua 2. Cor. 6. quæ societas lucis ad tenebras, hæc est societas incarceratorum in igne. ¶ Deinde cum dicit, [Omnia mihi licent, &c.] Ponitur quarta ratio talis. Omne illud quod lædit proximorum salutem vitandum est, sed comestio idolotitorum est huiusmodi, ergo vitanda. Primò ostendit quòd talis comestio comedenti non proficit. Secundò quòd alterum lædit, ibi [Omnia mihi licent, &c.] Dicit ergo, Omnia mihi, &c. q. d. Si illos peccare dicam qui comedunt idolotita. Non tamen dico cibos in se illicitos, quia omnia quæ ad eccliam pertinent, mihi licent. Vel & si omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, id est, adiuvant me in cursu meo. Simile supra 6, Omnia mihi licent, id est, & si omnia mihi licerent, sed non omnia ædificant proximos, sed ea quæ charitatis sunt: supra 8, Scientia inflat, charitas ædificat, & quia non omnia ædificant, nemo quod suum est quærat tantum. Charitas enim non quæ sua sunt quærit. Infra 13, Sed quod alterius. i. quod alteri proficit. Sed heu Philipp. 2. dicitur, Omnes quæ sunt sua quærant. Audiendus est ergo Apostolus, qui & docet verum, & monet bonum. Docet verum duplex. s. expeditiæ sibi, quia omnia licent, sed non expediunt, & ædificationis aliis, quia omnia licent, sed non omnia ædificant. Monet bonum duplex. s. expeditiæ sibi. Nemo quod suum est quærat: & ædificationis aliis, sed quod alterius.

Lectio 6.

O Mne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra & plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad cœnam & vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicavit, & propter conscientiam: conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. ¶ Vt quid enim libertas mea indicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quòd gratias ago? ¶ Superius monuit cauere ab idolotitis, & posuit rationem quadruplicem suæ monitionis: hæc tertio docet modum cauendi à prædictis, ostendens de quomodo liceat edere, & quomodo non. Primò ergo ostendit an liceat edere. Secundò quòd non licet. [Si quis autem dixerit, &c.] Tertio quid in vtriusq; debet attendere, ibi [Siue ergo manducatis, &c.] In prima, primò ponit duos casus in quibus licet idolotita comedere. Primus, quòd comedit per se, secundus, quando cum aliis, ibi [Si quis autem infidelium, &c.] Vel primus quando nescit idolis immolatum: secundus quando non in proximi scandalum. In primo casu primò tangit comedendi licentiam, secundò comedendi præstat cautelam, ibi [Nihil interrogantes, &c.] Dicit ergo, Omne quod in macello venit, id est, venditur, &c. quasi dicat, quia licet edere, sed non expedit aliquòd, ideo sic edite, Omne quod in macello venit, id est, venditur, manducate si vultis, Omnis enim creatura dei bona, & nihil reiicendum, &c. r. Tim. 4. Vos dico nihil interrogates, scilicet, an sit idolis immolatum vel non, & hoc propter conscientiam astantis infirmi. [Domini est terra, &c.] Quasi dicat, Hoc securè potestis facere, quia domini est terra & plenitudo eius. i. omnia quibus terra impletur. Pal. Quoniam mæx sunt omnes feræ, &c. Am brof. Non potest esse immundum quod domini est, sed omnes carnes sunt domini, ergo de se mundæ sunt & licitæ. ¶ Deinde cum dicit, [Si quis autem vocat, &c.] Ostendit quando licet comedere idolotita cum aliis, quando, scilicet, dantur in conuiuio, & ignoratur ab infirmis quòd sint idolis immolata. Vbi implicatur quatuor expeditiæ cuiuslibet conuiuii, scilicet, ne sit impudens se ingerendo, quòd notatur ibi, [Si quis vocat vos] quòd non sit offendens in respùedo, quòd notatur ibi, [Et vultis ire.] quòd non sit onerosus impediendo, quòd notatur ibi, [Omne quod vobis apponitur,] quòd non sit indifferens in loquendo, ibi, [Nihil interrogantes.] Dicit ergo, Si quis infidelium, id est, Gætilium. Nam cum Iudeis comedere prohibitum est. 28. q. 1. c. omnes. vbi sic dicitur, Omnes deinceps, siue clerici siue laici, Iudeorum conuiuia vitent, nec eos ad conuiuium quicquam recipiat, quia cum Iudei apud Christianos cibis communibus non vtantur, indignum atque sacrilegum est eorum cibos à Christianis sumi. Si quis ergo infidelium, id est, Gentilium vocat vos ad cœnam & vultis ire, id est, placet vobis inuitatio, omne comestibile quod vobis apponitur, manducate. Concessio est, non iusio. Luc. 10, Manducate quæ vobis apponuntur. Vos dico nihil interrogantes an sit immolatum idolis vel non. Et hoc propter conscientiam infirmorum. ¶ Deinde cum dicit, [Si quis autem dixerit, &c.] Ostendit quòd non licet comedere. vbi assignat triplicem causam quare non licet comedere. Primò propter alterius conscientiam. Secundò propter damnationem propriam, ibi, [Vt quid enim libertas mea, &c.] Tertio propter imperitorum blasphemiam, ibi, [Si cum gratia participo, &c.] Prima ratio talis est. Nihil faciendum est scienter quod lædat conscientiam eius qui facit, sed comestio idolotiti est huiusmodi: ergo nihil tale est faciendum. Primò ergo proponit idolotiti cognitionem. Secundò dissuadet eius comestionem, ibi, [Nolite manducare, &c.] Tertio subdit huius rationem, ibi [Propter illum qui indicavit.] Dicit ergo, Si quis autem dixerit, etiam non interrogatus, hoc est immolatum idolis, nolite manducare: & hoc propter illum qui indicavit hoc esse immolatum idolis, ne. s. credat te manducare sub veneratione idoli, non quòd cibis de se sit immundus. Ro. 14, Scio & confido in domino, quòd nihil commune est per ipsum, nisi illi qui existimat aliquid commune esse, sed etiam propter conscientiam aliorum infirmorum. Conscientiam autem non tuam quæ firma est, sed alterius, scilicet infirmi. 2. Corinth. 6, Nemi dantes vllam offensionem. Deinde cum dicit, [Vt quid enim libertas mea, &c.] Ecce iam secunda ratio, quæ est talis, Quod facit ad iudicium damnationis propriæ vitandum est, sed comestio idolotiti cum scandalo proximi est huiusmodi, ergo talis comestio vitanda est, & hoc est quod dicit, Vt quid, &c. quasi dicat, Nolite manducare propter conscientiam infirmi. Vt quid enim libertas mea, id est, quòd liberum mihi est indicatur ab aliena conscientia, id est, mihi sit damnabile propter conscientiam ratione scandali, quasi dicat, si comedo cum alterius scandalo, sic ago vt reddam me danabilem, Matt. 18, Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei vt suspendatur mola asinaria, &c. Vt quid ergo sic ago. q. d. malè ago. ¶ Deinde cum dicit, [Si cum gratia participo, &c.] Ecce ratio tertia talis, Cauendum est casus in blasphemiam & vituperium aliorum, sed comedendo idolotitum cù scandalo comedo sic, ergo, &c. Vbi primò tangit modum edendi debitum. Secundò nihilominus blasphemiam inspicitur, ibi, [Quid blasphemor.] Dicit ergo, Si ego cū gra-

Modus canendi à comestione idolotitorum docetur, ostendens duas causas in quibus licet idolis immolatum edere, dando cautelam edentibus subdando quòd non licet edere.

tia, id est, cum gratiarum actione participo, id est, comedo, sic enim semper sumendus est cibus. Io. 6, gratias agens benedixit & fregit. Quid blasphemor ab imperitis dicentibus idolatrare, Blasphemor, inquit pro eo quòd gratias ago, id est, quòd gratias agendo participo. Roma. 14, Non ergo blasphemetur botium nomen vestrum.

Lectio 7.

S iue ergo manducatis siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote Iudeis & Gentilibus & ecclesiæ dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi vile est, sed quod multis, vt salui fiant. ¶ Habito quando licet de idolotitis comedere & quando non: hic ostendit quid in veroque debent intendere. Primò respectu dei, quia debent querere eius gloriam. Secundò quid respectu proximi, quia debet cauerere eius offensam, ibi, [Sine offensione estote, &c.] In prima, primò inducit actum multiplicem. Secundò persuadet actuum intentionem debitam, ibi, [Omnia in gloriam dei, &c.] Dicit ergo, Siue ergo, &c. q. d. Quia hæc mala contingunt, ergo siue manducatis siue bibitis quæ sunt opera necessitatis vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite, & cum inuocatione creatoris, ea intentione vt deus laudetur & glorificetur. Mat. 5, Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Col. 3, Omne quodcunque facitis in verbo aut opere, omnia in gloriam dei facite. Aug. Hæc si rectè sunt, laudes dei sunt. Non ergo solum vox tua laudes dei, sed etiam opera tua concordent cum voce tua. Cum enim deus laudatur de bono opere, deum laudas, & cum blasphematur deus de malo opere tuo, deum blasphemas. ¶ Deinde cum dicit, [Sine offensione estote, &c.] Monet vt caueant ab offensa aliorum, & persuadet hoc primò, verbo, secundò, ex èplo, ibi [Sicut & ego per omnia, &c.] Vbi ponit se in exemplum, primò pacificæ conuersationis. Secundò fructuosæ operationis, ibi, [Non querens quod mihi vile est, &c.] Tertio rectæ intentionis, ibi, [Vt salui fiant.] Felix cuius conuersatio amabilis, operatio vtilis, intentio salubris. Dicit ergo, Sine offensione, &c. q. d. Vt omnia in gloriam dei fiant, sine offensione estote Iudeis, qui non adorant idola: & ideo in tali comestione scandalizant, & Gentibus qui adorant idola, & ideo per huiusmodi comestionem in errore confirmantur, & ecclesiæ dei quantum ad infirmos in fide, qui inde offenduntur. Iudei sunt sub lege, sed non sunt sub fide, Gætes nec sub lege nec in fide: ecclesiæ dei & sub lege & in fide. Rom. 12, Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Sicut & ego omnibus placeo tanquam conuersus sine scádalo. Ego, inquam, non querens quod mihi vile est tantum, sed quod multis. Ecce optimus modus placendi omnibus, si omnium vtilitas non priuatur, commodum procuretur. Charitas, inquam, non querit quæ sua sunt. Quod est vile, inquam, multis, & non hoc ad aliquod commodum tēporale, sed ad hoc vt salui fiant. Phil. vl. Non quero datum, sed fructum. ¶ Notandum q̄ multa sunt quæ merito placere faciunt hominibus. Primum prudentia in consiliis, sicut aduocatus clienti. Dispensator principi placet. Genes. 41, Placuit Pharaoni consilium, & omnibus seruus eius. Eccles. 20, Vir prudens placebit magnatis. Secundum, munditia in factis, sicut coniunx coniugi, instrumentum videnti placet. 1. Reg. 2, Puer autem Samuel crescebat & proficiebat, placens tam deo, quam hominibus. Non sic filij Heli. Tertium, pietas in suffragiis sicut medicus infirmanti, baculus seni placet. Vnde de sepultura Abner dicitur 2. Reg. 3, Placuerunt eis omnia quæ fecit Dauid, &c. Quartum, sapientia in verbis, sicut lumen viatori, viror visui placet. Iosue 22, Placuit seruo cunctis audientibus. Eccl. 20, Sapiens in verbis producat seipsum, & homo prudens placebit magnatis. Quintum, clementia in responsis, sicut sapor gustui, melodia auri, placet. 2. Paralipome. 10, Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore. Sextum, fortitudo in bellis sicut pugil con ductori, miles principi, placet. 1. Regum 18, Dixerunt serui Saul ad Dauid, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te. Septimum, largitas in beneficiis, sicut pluuia terræ arèri, sicut fons sitienti, placet. 1. Machabæorum 14, de Simone. Quæ sunt bona gentis suæ, & placuit illis potestas eius. ¶ Hic queritur super illud, Nolo vos esse socios dæmoniorum. glo. ad hoc genus pertinent, quæ sunt in quibusdam rebus suspendendis vel allegandis. ¶ Contra, ergo suspensio herbarum ad collum vel cartularum quæ fieri solent, ad idolatriam pertinet. Respõsio, Aut herbae habent à natura vim naturalem ad effectum illum, aut non. In primò casu non pertinet ad idolatriam, sed in secundo. Similiter cedula, aut continent solum verba sacra, & ex hoc creduntur habere vim, aut non. In primo casu non pertinet ad idolatriam, sed in secundo. ¶ Item super illud, Omnia mihi licent. Glo. Potestate liberi arbitrij, & doctrina legis naturalis. ¶ Contra, secundum legem naturalem multa sunt illicita. Respondeo, hic loquitur de cibis specialiter. ¶ Item ibidem legitur, Item ibidem domini illa prohibentur. Respondeo, illa præcepta ad tempus fuerunt, & reuocata sunt. ¶ Item nihil interrogantes. Contra, Tho. 2, Videte ne fortè furtiuus sit. Respondeo, non est simile, quia cibum furtiuum non est licitum in se comedere, sed idolo immolatum licet edere, nisi propter scádalum alterius. ¶ Item, Omnia in gloriam dei facite. ¶ Contra, Ergo nullus actus est indifferens. Respondeo, Relatio hæc in gloriam dei intelligitur vel in actu vel in aptitudine referendi, quæ non est solum in bonis, sed etiam in differentibus. ¶ Item, domini est terra & plenitudo. ¶ Contra, eadem ratio fuit sub lege: Ergo si omnia sunt modò munda, quia domini sunt, & tunc fuerunt. Respondeo, Reputatio legis immunda dicta sunt, sed non sui naturæ. ¶ Item sicut ego per omnia omnibus placeo. ¶ Contra, Galat. 1, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. ¶ Item quomodo placebat persecutoribus suis. Respondeo ad primum, Placere volebat hominibus propter deum, non propter se. ¶ Ad argumentum secundum intelligitur hoc non de omnibus generaliter, sed de ecclesiasticis viris secundum gloriam.

Caput II.

Mitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis. Nolo autem vos scire, quòd omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, deus. ¶ Suprà Apost. remouit à fidelibus, id quod est contrarium eucharistiæ sacramento. s. participationem mensæ idolotitorum. Nunc autem instruit fideles de ipso eucharistiæ sacramento. Et primò præmittit quandam ammonitionem generalem. Secundò accedit ad propositum, ibi, [Volo autem vos scire, &c.] Circa primū duo fa-

Quid agendum in comestione & abstinentia idolotitorum, & aliorum quorumcumque partium docet, vt ostendit ordine ad deum querendam esse eius gloriam, & in ordine ad proximum cauendam offensionem, & in exemplum præbens.

Hic præmittit quandam generalem ammonitionem, ostendendo quomodo Corinthij se habeant ad dominum loquendo eis ironice, & ponit vnum documentum quod est quasi fundamentum sequentium.

cit. Primò proponit ammonitionem. Secundò significat quomodo Corinthij ad prædictam ammonitionem se habebant, ibi, [Laudo autem vos fratres, &c.] Circa primum considerandum est quod ita se habet naturalis ordo rerum, quod ea quæ sunt inferiora in entibus imitantur ea quæ sunt superiora secundum suum posse. Vnde etiam naturale agens tanquam superius assimilatur sibi patiens. Primordiale autem principium totius processiois rerum est filius dei, secundum illud Io. 1, Omnia per ipsum facta sunt. Et ipse ideo est primordiale exemplar, quod omnes creaturæ imitantur tanquam veram & perfectam imaginem patris. Vnde dicitur Coloss. 1, Qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt vniuersa. Speciali tamen quodam modo exemplar est spiritualium gratiarum, quibus spirituales creaturæ illustrantur, secundum illud quod in Psal. dicitur ad filium, In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te: quia. scilicet. genitus est ante omnem creaturam per gratiam lucentem habens exemplariter in se splendores omnium sanctorum: hoc autem exemplar dei prius erat à nobis valde remotum, secundum illud Ecclesiast. 2, Quid est homo ut sequi possit regem factorem suum. Et ideo homo fieri voluit, ut hominibus humanum exemplar præberet. Vnde Augustinus dicit in libro de agone Christiano. Quia peruersitate non caueat quæ dicta & facta illius hominis intueri diligit & sectatur, in quo se nobis ad exemplum vitæ præbuit filius dei. Et sicut diuinitatis eius exemplar primò quidem imitantur angeli, secundariò verò reliquæ creaturæ, ut Dionysius dicit 10, cap. angelicæ Hierarchiæ, ita humanitatis exemplar principaliter quidem imitantur prælati ecclesiæ tanquam superioribus. Vnde & dominus apostolis dicit Io. 13, Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Secundariò verò ipsi prælati informati exemplo Christi proponunt exemplar vitæ subditis, secundum illud 1. Pet. vlt. Forma facti gregis ex animo. Et 2. Thess. 3, Vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Et ideo Apostolus signanter dicit, Dixi ut sine offensione omnibus sitis, & hoc quidem facere poteritis, si hoc quod dico seruetis. Imitatores mei estote sicut & ego Christi. scilicet. sum imitator. Imitabatur enim eum primò quidem in mētis deuotione. Galat. 2, Vt ego, iam non ego, viuit verò in me Christus. Secundò in subditorum sollicitudine. Vnde dicebat Phil. 2, Si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Sicut & Christus obrulit semetipsum pro nobis, ut dicitur Eph. 5, Tertiò quantum ad passionis tolerantiam. 2. Cor. 4, Semper mortificationem Iesu in corpore circumferentes. Et Gal. vlt. Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Est autem notandum quod non simpliciter dicit, imitatores mei estote, sed addit, sicut & ego Christi, quia, scilicet, subditi prælatos suos imitari non debent in omnibus, sed in quibus illi Christum imitantur, qui est indeficiens sanctitatis exemplar. ¶ Deinde cum dicit, [Laudo autem vos fratres.] Ostendit qualiter Corinthij se habebant ad ammonitionem prædictam. Circa quod considerandum est quod subditi suos prælatos sequuntur dupliciter. scilicet. quantum ad facta & dicta: quantum ad facta, dum subditi prælatorum exempla imitantur. Vnde dicitur Iacob. 5, Exemplum accipite, fratres mei, prophetarum qui loquuti sunt in nomine domini. Quantum verò ad dicta dum eorum præceptis obediunt. Prouerb. 3, Custodi præcepta mea, & viues. In his autem Corinthij deficiebant, & maximè quantum ad maiorem multitudinem, & ideo Apostolus alloquens eos, dicit, Laudo autem vos fratres, quia si dicat, Super hoc laudandos vos præbere debetis, sed non facitis, quod per omnia memores estis quasi ad imitandum mea exempla. Non enim possumus illorum exempla imitari, quorum memoriam non habemus. Vnde dicitur Heb. 13, Memento te præpositorum vestrorum quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Quantum verò ad dicta, subdit, Et sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis. q. d. eodè renore obseruatis quo ego tradidi, hoc enim dicit, quia ab obseruantia præceptorum eius recesserant. Io. 15, Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed videtur hic modus loquendi non esse conueniens veritati sacre scripturæ quæ nihil patitur falsitatis, secundum illud Prouerb. 8, Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauum quid, neque peruersum. Sed dicendum quod ironica locutio est vna de locutionibus figuratiuis in quibus veritas non attenditur, secundum sensum quæ verba faciunt, sed secū dum id quod loquens exprimere intendit per simile, vel contrarium, vel quocunque alio modo. Et ideo in ironica locutione veritas attenditur secundum contrarium eius quod verba sonant, sicut in metaphoricis secundum simile. ¶ Deinde cum dicit, [Volo autem vos scire fratres, &c.] Accedit ad propositum instrues fideles de eucharistiæ sacramento. Et circa hoc tria facit. Primò redarguit eorum errores circa ritum huius sacramenti. Secundò ostendit huius sacramenti dignitatem, ibi, [Ego enim accepi à domino, &c.] Tertiò docet conuenientem ritum, ibi, [Itaq; fratres mei.] Circa primum tria facit. Primò redarguit eorum errorem, quo. scilicet. errabāt in habitu, quia. scilicet. mulieres ad sacra mysteria conueniebant capite non velato. Secū dō arguit errorem in conuētū, quia. scilicet. dum conuenirent ad sacra mysteria contentionibus vacabant, ibi, [Hæc autem præcipio non laudans, &c.] Tertiò quantum ad certum cibum, quia. scilicet. pransi ad sacra mysteria sumenda accedebant, ibi, [Conuenientibus autem vobis, &c.] Circa primum duo facit. Primò præmittit quoddam documentum ex quo sumitur ratio subsequētis monitionis. Secū dō ponit monitionem, ibi, [Omnis autem vir orans, &c.] Circa primum ponit triplicem comparationem, quarum prima est dei ad hominem, dicens, Dixi quod præcepta mea tenetis per contrarium. Sed ut appareat vos irrationabiliter agere: Volo vos scire tanquam rem necessariam, secundum illud Esa. 5, Caprius ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Quod omnis viri caput, Christus est, quod quidem dicitur secundum similitudinem capitis naturalis, in quo quatuor considerantur. Primò quidem perfectio, quia cum cætera mēbra vnum solū sensum habeat. scilicet. tactū: in capite vigent omnes sensus, & similiter in aliis viris inueniuntur singulæ gratiæ, secundum illud quod dicitur infra 12, Alij datur per spiritū sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, &c. Sed in homine Christo est plenitudo omnium gratiarum. Non enim ad mensuram dat ei deus spiritum, ut dicitur Ioan. 3. Secundò in capite inuenitur sublimitas, quia ut. scilicet. in homine, est superius omnibus membris, ita etiam Christus supereminet, non solum omnibus hominibus, sed etiam omnibus angelis, secundum illud Eph. 1, Constitutus illum ad dexteram suam in cælestibus super omnem principatum & potestatem. Et infra, Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiā. Tertiò in capite inuenitur influentia, quia. scilicet. quodam modo inluit cæteris mem-

Paulus Christus in multis imitabatur.

In quibus sunt imitandi prælati.

Prælatos subditi sequuntur dupliciter.

Christus caput dicitur metaphoricè ad caput naturale, propter quæ veritas in capite naturalis que in Christo reperitur.

bris sensum & motum, ita à capite Christo in cætera membra ecclesiæ motus & sensus spiritualis deriuatur, secundum illud Colos. 2, Non tenens caput ex quo totum corpus per nexum & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum dei. Quartò in capite inuenitur conformitas naturæ ad cætera mēbra, & similiter in Christo ad alios homines, secundum illud Phil. 2, In similitudine hominū factus & habitu inuentus ut homo. ¶ Secundam cōparationem ponit hominis ad hominē, cum dicit, Caput autem mulieris vir. Quod etiam secundum prædicta quatuor verificatur. Nam primò quidem vir est perfectior muliere, non solum quantum ad corpus, quia ut Philosophus dicit in lib. de Generatione animalium, Formina est masculus occasionatus: sed etiam quantum ad animæ vigorem, secundum illud Eccles. 7, Virum ex mille reperi vni, mulierem ex omnibus non inueni. Secū dō, quia vir naturaliter superminet forminæ, secundum illud Ephes. 5, Mulieres viris suis subiectæ sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris. Tertiò quia vir inluit gubernando mulierē, secundum illud Gene. 3, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Quartò vir & formina conformes sunt in natura, secundum illud Gen. 2, Faciamus ei adiutoriū simile sibi. ¶ Tertiā cōparationem ponit dei ad dominū, cum dicit, [Caput verò Christi deus.] Est autē considerandum quod hoc nomen, Christus, significat personā prædicatam ratione humanæ naturæ: & sic hoc nomen, Deus, non supponit solum personā patris, sed totam trinitatem à qua in humanitate Christi, sicut à perfectiori, omnia bona deriuantur, & cui humanitas Christi subicitur. Alio modo potest intelligi, secundum quod hoc nomen Christus, supponit dictam personā ratione diuinæ naturæ, & sic hoc nomen, deus, supponit personā patris: quæ dicitur caput filij, non quidem secundum maiorem perfectionē, vel secundum aliquā suppositionē, sed solum originē & secundum conformitatem naturæ, sicut in Psal. dicitur, Dominus dixit ad me, filiū meus es tu, ego hodie genui te. Possunt tamen hæc mysticè accipi prout in animā est quoddam spirituale coniugium. Nam sensualitas forminæ cōparatur, ratio verò viro, per quem sensualitas regi debet. Vnde & caput eius dicitur. Vel potius ratio inferior quæ inhæret temporalibus disponendis, mulieri cōparatur: viro autem ratio superior, quæ vacat contēplationi æternorum, quæ caput inferioris dicitur: quia secundum rationes æternas sunt temporalia disponēda, secundum illud Exod. 25, Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Dicitur autem caput viri Christus: quia sola ratio secundum superiorem sui partem deo inhæret. Lectio 2.

Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. Vnum est enim ac si decaluetur. Nam est non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velat caput suum. Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria dei est: mulier autem gloria viri est. ¶ Præmissis documento subiungit ammonitionem, cuius ratio sumitur ex documento prædicto. Et circa hoc duo facit. Primò ponit ammonitionem ex parte viri. Secū dō ex parte mulieris, ibi, [Omnis autem mulier, &c.] Dicit ergo primò, Dictū est quod caput mulieris est vir. Omnis autem vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. Circa quod considerandum est quod quilibet homo iudici assitens suā conditionē vel dignitatem debet profiteri, & præcipuè assitens deo, qui est omnium iudex: & ideo qui deo assitunt, ordinatissimè & cōuenientissimè se gerere debent, secundum illud Eccle. 4, Custodi pedem tuū in grediens domū dei. Dupliciter autē homo deo assitit. Vno modo, humana in deū referēs, quod quidem fit orando, secundum illud Eccle. 39, In conspectu altissimi deprecabitur, aperiet os suū in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Alio modo diuina ad homines deferens, quod quidem fit prophetando, secundum illud Ioel. 2, Effundam spiritum meū super omnem carnē, & prophetabunt filij vestri. Vnde signanter Apostolus dicit, Vir orans & prophetans. His enim duobus modis vir deo tanquam iudici vel domino assitit. Dicitur autē prophetans dupliciter. Vno modo inquantū homo alijs annuntiat, quæ ei diuinitus reuelantur, secundum illud Luc. 1, Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens, Benedictus dominus deus Israel, &c. Alio modo dicitur homo prophetans, inquantū profert ea quæ sunt alijs reuelata, vnde illi qui in ecclesia dicūt prophetias vel alias sacras scripturas legunt, dicuntur prophetantes. Et sic accipiuntur infra 14, Qui prophetat & ecclesiam ædificat: & ita etiam hic accipitur. Pertinet autē ad dignitatem viri [ut infra patebit] carere velamine capitis, & ideo dicit quod omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suū. i. rem inconuenientem sibi agit. Sicut enim in corpore pulchritudo dicitur ex debita proportione mēbrorū in cōuenienti claritate vel colore: ita in actibus humanis dicitur pulchritudo ex debita proportione verborū vel factorum, in quibus lumē rationis resplendet. Vnde & per oppositum, turpitudine intelligitur quando contra rationē aliquid agitur & non obseruatur debita proportio in verbis & factis. Vnde supra 7, dicitur est, Si quis turpē se videri existimat super virgine sua quæ sit superadulta. ¶ Sed contra hoc obiicitur, Nam multi velato capite, in ecclesia orant absque omni turpitudine secretis orare volentes. Dicendum est autem quod duplex est oratio. Vna priuata, quæ. scilicet. quis deo offert in propria persona. Alia publica, quæ quis offert deo in persona totius ecclesiæ, ut patet in orationibus quæ in ecclesia per sacerdotes dicuntur: & de talibus orationibus Apostolus hic intelligit. ¶ Item obiicitur de hoc quod dicit glo. quod prophetans dicitur scripturas referans, & secundum hoc ille qui prædicat, prophetat. Episcopi autem prædicant capite tecto mitra. Sed dicendum est quod ille qui prædicat vel docet in scholis ex propria persona loquitur. Vnde & Apostolus Rom. 2, nominat euangelium suum. scilicet. propter industriā qua utebatur in prædicatione euangelij, sed ille qui sacra scripturam in ecclesia recitat, puta legēdo lectionē vel epistolam, vel euangelium, ex persona totius ecclesiæ loquitur. Et de tali prophetante intelligitur quod hic Apostolus dicit. Sed tunc remanet obiectio de his, qui cantant psalmos in choro capite tecto. Sed dicendum quod psalmi non cantantur quasi ab vno singulariter se deo presentante, sed quasi à tota multitudine. ¶ Deinde cum dicit, [Omnis autem mulier, &c.] ponit ammonitionem quantum ad mulieres, dicens, Omnis autem mulier orans aut prophetans, ut supra non velato capite, quod repugnat propter conditionem eius, deturpat caput suum. i. rem inconuenientem facit circa sui capitis detractionem. ¶ Sed contra hoc obiicitur, quia Apostolus dicit 1. Timoth. 2, Docere in ecclesia mulierij non permitto. Quomodo ergo com-

Documentum pro viris & mulieribus in publicis rationibus & prophetis.

Homo deo assitit dupliciter.

Aliquis dicitur prophetans dupliciter.

Legentes prophetias vel alias scripturas sacras in ecclesia dicuntur prophetare.

An licet prædicetur capite tecto vide hic.

petit mulieri vt oret, aut propheter publica oratione aut doctrina? Sed dicendum est hoc intelligendum esse de orationibus ac lectionibus quas mulieres in suis collegiis proferunt. ¶ Deinde cum dicit, [Vnum est enim, &c.] probat ammonitionem praedictam. Et primo inducit probationem. Secundo probationis iudicium auditoribus committit, ibi [Vos ipsi iudicate, &c.] Circa primum duo facit. Primo inducit probationem. Secundo excludit obiectionem, ibi [Verutamen neque vir, &c.] Circa primum ponit triplicem probationem quarum prima sumitur per comparationem ad humanam naturam. Secunda per comparationem ad deum, ibi [Vir quidem non debet, &c.] Tertia per comparationem ad angelos, cum dicit, Et propter angelos. ¶ Circa primum considerandum est quod natura quae ceteris animalibus prouidit auxilia sufficientia vitae, hominibus praebuit ea imperfecta, vt per rationem arte, vsu, manu sibi ea perficerent, sicut tauris dedit cornua ad defensionem: homines autem arma defensionis sibi praeparat manuali artificio rationis, & inde est quod ars imitatur naturam, & perficit ea quae natura facere non potest. Sic igitur ad tegumentum capitis natura homini dedit capillos: sed quia hoc tegumentum insufficiente est, per artem praeparat homo sibi aliud velamen. Eadem igitur ratio est de velamine naturali capillorum, & de velamine artificiali. Naturale autem est mulieri quod comam nutriat. Habet enim ad hoc dispositionem naturalem, & vterius inclinatio quaedam inest mulieribus ad comam nutriendam. In pluribus enim hoc accidit quod mulieres magis student ad nutriendam comam quam viri. Videtur ergo conditioni mulierum conueniens esse quod magis vtantur velamine capitis quam viri. ¶ Circa hoc ergo tria facit. Primo conuenientiam velaminis naturalis & artificialis, dicens, Dicitur est, Mulier non velans caput, deturpat caput suum, vnum est enim. s. vnius rationis priuari, s. velamine artificiali, ac si decaluetur. i. ac si priuetur naturali velamine capillorum, quod in pena qui busdam praedicitur Esa. 3. Decaluet dominus verticem filiarum Syon, & crinem earum nudabit. Secundo ducit ad inconueniens, dicens, Nam si non velatur mulier, tondeatur. q. d. si abiicit velamen artificiale, abiiciat pari ratione etiam naturale, quod est inconueniens. ¶ Secundo contra hoc videtur esse quod sanctimoniales tondentur. Ad quod dupliciter potest responderi: primo quidem quia ex hoc ipso quod votum viduitatis vel virginittatis assumunt, Christo desponsante, promouentur in dignitate virilem, vt pote liberatae a subiectione virorum, & immediate Christo coniunctae. Secundo quia assumunt poenitentiae lamentum religionem intrantes. Est autem consuetudo viris quod tempore luctus comam nutriant, quasi hoc sit suae conditioni conueniens: mulieres autem e contrario tempore luctus comam deponunt. Vnde dicitur Hier. 7. Capillum tuum tonde & proiice, fume indirectum planctum. Tertio concludit propositum, dicens, Si vero turpe est mulieri tondere aut decaluari. i. priuari naturali velamine arte vel natura, vel et caput suum, vt est. s. velamine artificiali. ¶ Deinde cum dicit, [Vir quidem, &c.] ponit secundam probationem quae accipitur per comparationem ad deum. Et primo inducit probationem. Secundo probat quod supponerat, ibi [Non enim est vir, &c.] Dicit ergo primo, Dicitur est quod turpe est mulieri tondere, sicut, & non velari viro autem non est turpe, cuius ratio est haec, Vir quidem non debet velare caput suum, quia est imago & gloria dei. Per hoc autem quod dicit, est imago dei, excluditur quorundam error, dicentium quod homo solum est ad imaginem dei, non autem est imago, cuius contrarium hic Apostolus dicit. Dicebat autem quod solus filius est imago, secundum illud Colof. 1. Qui est imago inuisibilis dei. Est ergo dicendum quod homo imago dei dicitur & ad imaginem. Est enim imago imperfecta: filius autem dicitur imago, non ad imaginem, quia est imago perfecta. ¶ Ad cuius euidentiā considerandum est quod de ratione imaginis in communi duo sunt, Primo quidem similitudo, non in quibuscunque, sed vel ipsa specie rei, sicut homo filius assimilatur patri suo. Vel in aliquo quod sit signum speciei, sicut figura in rebus corporalibus. Vnde qui figuram equi describunt, dicuntur imaginem eius depingere. Et hoc est quod dicit Hilarius in lib. de synodis, quod imago est speciei indifferens. Secundo requiritur origo. Non enim duorum hominum qui sunt similes speciei, vnus imago alterius dicitur, nisi ex eo oriatur, sicut filius a patre. Nam imago dicitur ab exemplari. Tertio ad rationem perfectae imaginis requiritur aequalitas. Quia igitur homo simulatur deo secundum memoriam, intelligentiam & voluntatem metis, quod pertinet ad speciem intellectuales naturae, & hoc habet a deo, dicitur esse dei imago: quia tamen deest aequalitas, est dei imago imperfecta. Et ideo dicitur ad imaginem, secundum illud Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Sed filius qui est aequalis patri, est imago perfecta, non autem ad imaginem. ¶ Considerandum est etiam quod gloria dei dupliciter dicitur. Vno modo quia deus in se gloriosus est, & sic homo non est gloria dei, sed potius dei est gloria hominis, secundum illud Psal. Tu domine susceptor meus es gloria mea. Alio modo dicitur gloria deo claritas eius ab eo deriuata, secundum illud Exod. vlt. Gloria domini impleuit illum. Et hoc modo hic dicitur quod vir est gloria dei, in quantum claritas dei immediate super virum refulget. Secundum illud Psal. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. ¶ Deinde cum dicit, [Mulier autem, &c.] ponit id quod est ex parte mulieris, dicens, Mulier autem est gloria viri, &c. quia claritas mulieris deriuatur a viro secundum illud Gene. 2. Haec vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. ¶ Sed contra hoc obiecit, quia imago dei attenditur in homine secundum spiritum in quo non est differentia maris & foeminae, vt dicitur Col. 3. Non ergo magis debet dici quod vir dicitur imago dei quam mulier. Dicendum est autem quod vir dicitur hic specialiter imago dei secundum quaedam exteriora. s. quia vir est principium totius sui generis, sicut deus est principium totius vniuersi, & quia de latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta sanguinis & aquae a quibus fabricata est ecclesia. Potest etiam quantum ad interiora dici quod vir specialiter dicitur imago dei secundum mentem, in quantum est eo ratio magis viget. Sed melius dicendum quod Apostolus signanter loquitur. Nam de viro dixit quod vir imago & gloria dei est: de muliere autem non dixit quod esset imago & gloria viri, sed solum quod est gloria viri, vt dicitur intelligi quod esse imaginem dei, commune est viro & mulieri: esse autem gloria dei immediate proprium est viri. Restat autem considerandum propter quid vir non debeat velare caput, sed mulier. Quod quidem dupliciter accipi potest. Primo quidem quia velamen quod capiti superponitur, designat potestatem alterius super caput existentis ordine naturae: & ideo vir sub deo existens non debet velamen habere super caput, vt ostendat se immediate deo sub esse, mulier autem debet velamen habere, vt ostendat se prae deo

Sanctimonialis excellencia.

Homo dicitur vere imago dei, & non solum ad imaginem, sed et error contrarius tollitur hic. Deratione imaginis sunt duo & perfecta imaginis sunt tria.

alteri naturaliter subesse. Vnde cessat obiectio de seruo & subdito: quia haec subiectio non est naturalis. Secundo ad ostendendum quod gloria dei non est occultanda, sed reuelanda: gloria autem hominis est occultanda: vnde in Psal. dicitur, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

lectio 3.

Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. Ideo debet mulier velamen habere super caput suum, & propter angelos. Verutamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex deo. Vos ipsi iudicate: est illi: mulier vero si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Siquis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei.

Probat quod mulier sit gloria viri, & ex hoc in fert illud quod intendit, quod mulier debet velari.

¶ Praemisera Apostolus quod mulier est gloria viri, quod hic probare intendit. Et circa hoc tria facit. Primo ponit probationem. Secundo assignat rationem eius quod dixerat, ibi [Etenim non est creatus, &c.] Tertio infert conclusionem intentionem, ibi [Ideo debet, &c.] Circa primum considerandum quod sicut supra dictum est, mulier dicitur gloria viri per quandam deriuationem: & ideo ad hoc probandum, subdit, Non enim prima. s. rerum conditione vir est ex muliere. s. formatus, sed mulier ex viro. Dicitur enim Gen. 2. Quod edificauit dominus deus costam quam tulerat de Adam in muliere. De viro autem dicitur, Formauit dominus deus hominem de limo terrae. ¶ Deinde cum dicit, [Etenim, &c.] assignat rationem eius quod dixerat. Ad cuius euidentiā considerandus est talis ordo perfecti & imperfecti, quod imperfectum in vno & eodem subiecto prius est tempore quam perfectum. Prius enim aliquis homo est puer quam vir, simpliciter tamen perfectum est prius imperfecto, etiam tempore. Nam puer producitur ex viro. Haec igitur est ratio quare mulier producta est ex viro, quia perfectior est muliere, quod ex hoc probat Apostolus, quia finis est perfectior eo quod est ad finem: vir autem est finis mulieris. Et hoc est quod dicit, Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum in adiutorium. s. generationis: sicut patiens est propter agens, & materia propter formam. Vnde dicitur Genes. 2. Non est bonum hominem esse solū, faciamus ei adiutorium simile sibi. ¶ Deinde cum dicit, [Ideo debet, &c.] infert conclusionem intentionem, dicens, Ideo. s. quia est imago & gloria dei: mulier autem est gloria viri, mulier debet habere velamen super caput suum, quando. s. deo assistit orando vel prophetando, vt per hoc ostendatur quod non immediate subest deo, sed subiicitur etiam viro sub deo. hoc enim significat velamen quod capiti superponitur. Vnde alia litera habet quod mulier debet habere potestatem super caput suum, & idem est sensus. Nam velamen est signum potestatis, secundum quod in Psal. dicitur, Imposuisti homines super capita nostra. ¶ Deinde cum dicit, [Et propter angelos, &c.] assignat tertiam rationem quae sumitur ex parte angelorum, dicens, Etiam mulier debet habere velamen super caput suum propter angelos. Quod quidem dupliciter intelligi potest. Vno modo de ipsis angelis caelestibus qui conuentus fidelium visitare creduntur, praecipue quando sacra mysteria celebrantur. Et ideo tunc tam mulieres quam viri ad reuerentiam eorum honeste & ordinare se debent habere, secundum illud Psal. In conspectu angelorum psallam tibi. Alio modo potest intelligi, secundum quod angeli dicuntur sacerdotes, in quantum diuina populo annuntiant, secundum illud Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. ¶ Debet ergo mulier velamen habere semper in ecclesia propter angelos. i. propter sacerdotes duplici ratione. Primo quidem propter eorum reuerentiam ad quam pertinet quod mulieres coram eis honeste se habeant. Vnde dicitur Eccles. 7. Honora deum ex tota anima tua & sacerdos illius. Secundo propter eorum cautelam, ne scilicet, ex conspectu mulierum non velatarum ad concupiscentiam prouocentur. Vnde dicitur Ecclesia. 9. Virginem ne aspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Augustinus autem aliter exponit praedicta. Ostendit enim quod tam mulier quam vir est ad imaginem dei, per hoc quod dicitur Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit, vbi non est masculus & foemina. Et sic patet quod imago dei attenditur in homine secundum spiritum, in quo non est differentia masculi & foeminae, & ideo mulier est imago dei sicut & vir. Expressum enim dicitur Gen. 1. quod creauit deus hominem ad imaginem suam, masculum & foeminam creauit eos: & ideo Augu. dicit hoc esse intelligendum in spiritali coniugio, quod est in anima nostra, in qua (sicut supra dictum est) sensualitas, vel etiam inferior ratio se habet per modum mulieris, ratio autem superior per modum viri, in qua attenditur imago dei: & secundum hoc mulier est ex viro, & propter virum: quia administratio rerum temporalium vel sensibiliū, cui intendit inferior ratio, vel etiam sensualitas, debet deduci ex contemplatione aeternorum quae pertinent ad superiorem rationem & ad eam ordinari: & ideo mulier dicitur habere velamen vel potestatem super caput suum, ad significandum quod circa temporalia dispensanda debet homo cohibitionem quandam & refrenationem habere, ne vltra modum homo progrediatur in eis diligendis: quae quidem cohibitio circa amorem dei adhiberi non debet, cum praecipitur sit Deuter. 6. Diliges dominum deum tuum ex toto corde. Nam circa desiderium finis non apponitur mensura, quae necesse est apponi circa ea quae sunt ad finem. Medicus enim sanitatem inducit quantum perfectiorem potest, non tamen dat medicinam quantum maiorem potest, sed secundum determinatam mensuram: sic vir non debet habere velamen super caput. Et hoc debet propter angelos sanctos: quia sicut in glossa dicitur, gratuita est sanctis angelis sacra ta & pia significatio. Vnde & Augu. dicit 19. de Ciuitate dei, quod daemones alliciuntur quibusdam sensibilibus rebus, non sicut animalia cibis, sed sicut spiritus ignis. ¶ Deinde cum dicit, [Verutamen neque vir, &c.] excludit dubitationem quae posset ex dictis oriri. Quia enim dixerat quod vir est gloria dei mulier autem est gloria viri. Posset aliquis credere, vel quod mulier non esset ex deo, vel quod non haberet potestatem in gratia. Vnde primo hoc excludit, dicens, Licet mulier sit gloria viri, quia est gloria dei: verutamen neque vir est in domino. i. a domino productus sine muliere, neque mulier sine viro, vtrique enim deus fecit, secundum illud Genes. 1. Masculum & foeminam creauit eos. Vel aliter, neque vir est sine muliere in domino. s. in gratia domini nostri Iesu Christi, neque mulier sine viro, quia vterque per gratiam dei saluatur, secundum illud Galat. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et postea subdit, Non est

Spirale diuina secundum moralem expositionem Augustini.

masculus neque femina. s. differens in gratia Christi. Secundò assignat rationē, dicens, Nam sicut in prima rerum institutione, mulier est de viro formata, ita & in subsequētibz generationibus vir per mulierē productus est, secundū illud Iob 14, Homo natus de muliere. Nam prima productio hominis fuit sine viro & muliere, quando deus formavit hominē de limo terrae. Eua de costa viri, vt ibidē legitur. Secūda autē est ex viro & muliere, sicut Abel natus est ex Adam & Eua, vt legitur Genes. 4. Tertia autem est ex muliere sine viro, vt Christus ex virgine, secundum illud Galar. 4, Misit deus filiū suum factū ex muliere. Tertio ostendit rationē esse convenientem, dicens, [Omnia autē ex deo,] quia. s. & hoc ipsum quod mulier primò fuit ex viro, & hoc q̄ postmodum vir est ex muliere est ex operatione diuina. Vnde ad deum pertinet tam vir quā mulier. Vnde dicitur Rom. 11, Ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia. ¶ Deinde cum dicit, [Vos ipsi iudicate, &c.] cōmittit iudicium eius quod dixerat auditoribus. Et circa hoc duo facit. Primò cōmittit iudicium rationalibus auditoribus. Secundò cōprimit proteruos auditores, ibi [Si quis autem videtur, &c.] Circa primū quatuor facit. Primò cōmittit auditoribus iudicium eius quod dixerat, morte eius qui cōfidit se sufficienter probasse, dicens, [Vos ipsi iudicate, &c.] Pertinet enim ad bonum auditorem iudicare de auditis, Vnde dicitur Iob 6, Loquentes, id quod iustū est iudicate. Et 12, Nōne auris verba diiudicat? Secundò proponit sub quæstione id de quo debet esse iudicium, dicens, [Decet mulierem non velatā orare deū.] Hoc prohibetur 1. Pet. 3, vbi dicitur, quarum sit non exterius capillatura. Tertio ostendit vnde debeant sumere suū iudicium, quia ab ipsa natura, & hoc est quod dicit, [Nec ipsa natura docet vos.] Et vocat hęc naturam ipsam inclinationē naturalem quæ in est mulieribus ad nutriendū comā, quæ est naturale velamen, non autem viris. Quæ quidem inclinatio naturalis esse ostenditur, qua in pluribus inuenitur. Oportet autem ab ipsa natura doceri, quia est dei opus: sicut in pictura instruitur artificis pictoris: & ideo contra quosdam dicitur Esa. 24, Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerūt fœdus sempiternum. i. ius naturale. Quarto autem natura sumit rationē: & primò ponit id quod est ex parte viri, dicens, quod vir quidem si comā nutriat more mulieris, ignominia est illi. i. ad ignominiam ei reputatur apud plures homines, quia per hoc videtur mulieribus esse. Et ideo Ezech. 44, dicitur, Sacerdotes comā nō nutriant. Nec est instantia de quibusdam qui in veteri lege comā nutriant, quia hoc erat signum quod tunc erat positum in lectione veteris testamenti, vt dicitur 2. Corint. 3. Secundò ponit id quod est ex parte mulieris, dicens, [Mulier & si comā nutriat gloria est illi,] quia videtur ad ornatum eius pertinere. Vnde dicitur Cant. 7, Coma capitis eius sicut purpuri regis. ¶ Et assignat consequenter rationem, cum dicit, [Quoniam capilli dati sunt ei], s. mulieri pro velamine: & ideo eadem ratio est de capillis nutriendis & de velamine artificiali apponendo. Cant. 4, Capilli tui sicut grex captarum, &c. ¶ Deinde cum dicit, [Siquis autem videtur, &c.] Cōprimit proteruos auditores, dicens, [Siquis autē videtur contentiosus esse,] vt. s. rationibus prædictis non acquiescat, sed confidenter clamoris veritate impugnet, quod pertinet ad contentionē, vt Amb. dicit contra id quod dicitur Iob 6, Respondere obsecro absque contentione. Et Prouerb. 20, Honor est ei qui separat se à contentionibus. Hoc sufficit ad cōprimendum talem, quod nos Iudæi in Christum credentes talem conseruandū non habemus. s. quod mulieres orent non velato capite, neque etiā tota ecclesia dei per Gentes diffusa. Vnde si nulla esset ratio hoc solum deberet sufficere, ne aliquis ageret contra communem ecclesiæ consuetudinē. Dicitur enim in Psal. Qui habitare facit vnus moris in domo. Vnde Aug. dicit in epistola ad Casulanum, quod omnibus in quibus nihil certi diffinit sacra scriptura, mos populi dei, atque instituta maiorum pro lege habenda sunt.

Sequētia est consuetudo ecclesiæ, non credendum hereticis.

Preceptum seruaanda que dicit de velatione capitis, et arguit eos scissuras in consorcio.



Moc autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Primū quidem conuenitis vobis in ecclesiā, audio scissuras esse inter vos, ex parte credo. Nā oportet & hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti, fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vniuersū, iam non est dominicā cenā manducare. Vnusquisque enim suā cenā præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? An ecclesiam dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos, in hoc non laudo.

¶ Postquam Apostolus redarguit Corinthios de eorum errore in habitu, quia. s. mulieres ad sacra mysteria cōueniebant capite non velato, consequenter arguit eorū errorem de scissuris in conuentu, quia. s. dum conuenirent ad sacra mysteria, contentionibus vacabant. Et primò tangit eorum defectum in generali. Secundò in speciali, ibi [Primū quidem, &c.] Dicit ergo primò, Hoc autem quod dictum est supra quod mulieres velatæ sint in ecclesiis, præcipio, vt sic tripliciter eos induceret ad huiusmodi obseruantiam. Primò quidem ratione, Secundò consuetudine. Tertio præcepto: quod solum sine aliis necessitate induceret. Prouerb. 3, Custodi præcepta mea, & viues. Et Eccles. 4, dicitur, Funiculus triplex difficile rumpitur. Non laudans, sed magis vituperans q̄ cōuenitis in ecclesiā, nō in melius, sicut deberet esse, sed in deterius ex culpa vestra. Omnia enim animalia gregalia, puta, columbæ, grues, oues, naturali instinctu in vnū cōueniūt, vt sit eis corporaliter melius. Vnde & humo cum sit animal gregale vel sociale, vt Philosophus probat, secundū rationē agere debet vt multi in vnū conueniant propter aliquod melius, sicut in rebus secularibus multi in vnitatē ciuitatis conueniunt, vt sit eis melius seculariter. s. propter securitatē & sufficientiam vitæ. Et ideo fideles in vnū conuenire debent propter aliquod melius spirituale, secundum illud Psal. In conueniēdo populos in vnum & reges vt seruiant domino. Et alibi, In consilio iustorum & congregatione: magna opera domini. Sed isti in deterius conueniebant propter culpas quas cōmittēbant dum cōuenirent. Esa. 1, Iniqui sunt cœtus vestri. Eccles. 21, Supra collecta synagoga peccantium. ¶ Deinde cum dicit, [Primū quidem, &c.] ponit in speciali quomodo in deterius conuenirent. Et primò ponit iudiciū culpæ, dicens, Primū quidem inter cætera. s. quod in deterius conuenitis: conuenientibus vobis in ecclesia audio scissuras esse inter vos. s. per contentiones quas exercebant. Quod quidem ecclesiæ non conuenit, quæ in vnitatē cōstituitur secundum illud Ephes. 4, Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Hoc ramentum prædicatur. Esa. 22, Scissuras ciuitatis David videbitis, quia multiplicatæ sunt. Dicit autem glossa quod dicendo, primū, ostendit quod primū malum est dissensio vnde cætera oriūtur, vbi enim est dif-

senso nihil rectum est. Sed contrā videtur esse quod dicitur Eccles. 10, Initiū omnis peccati superbia. Et 10, Tim. vlti. Radix omnium malorum cupiditas. Dicendum est autem quod hæc authoritates loquuntur quantum ad peccata personalia singularium hominū, quorum primū est superbia ex parte aduersionis, & cupiditas ex parte conuersionis. Sed glo. hic loquitur de peccatis multitudinis inter quæ primū est dissensio, per quam soluitur rigor disciplina. Vnde dicitur Iaco. 3, Vbi est zelus & contentio, ibi est inconstantia & omne opus prauum. Secundò ponit credulitatem auditorum, cum dicit, [Et credo ex parte]. i. quantum ad aliquos vestrum qui erant ad contentionem proni, secundum illud quod dixerat supra 1. ca. Contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico quod vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cephæ. Alii verò non erant contentiosi, ex quorum persona ibi subditur, Ego autem Christi. Vnde & Cant. 2, dicitur, Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. i. boni inter malos. Tertio assignat rationem suæ credulitatis, dicens, [Nam oportet non solum quascunque scissuras, sed etiā hæreses esse.] Vbi duo consideranda sunt. Primò quid sit hæresis. Secundò quomodo oportet hæreses esse. Circa primum sciendum quod sicut Hieron. dicit super epistolam ad Galar. hæresis Græcè ab electione dicitur, quia. s. eam sibi vnusquisque eligat disciplinam quam putat esse meliorem: ex quo duo accipi possunt. Primò quidem quod de ratione hæresis est quod aliquis priuatam disciplinam sequatur, quasi per electionem propriam: nō autem disciplinam publicam quæ diuinitus traditur. Secundò quod huic disciplinae aliquis pertinaciter inhæreat. Nam electio firmā importat inhaesionem: & ideo hæreticus dicitur qui spernens disciplinam fidei quæ diuinitus traditur, pertinaciter propriū errorem sectatur. Pertinet autem aliquid ad disciplinam fidei dupliciter. Vno modo directè, sicut articuli fidei, qui per se credendi proponuntur. Vnde error circa hos secundum se facit hæreticum si pertinacia asit. Non possunt autem ad tali errore propter simplicitatem aliquam excusari, præcipuè quantum ad ea de quibus ecclesia solennizat, & quæ cōmuniter versantur in ore fidelium, sicut mysterium trinitatis, natiuitatis Christi, & alia huiusmodi. Quædam verò indirectè pertinent ad fidei disciplinam, in quantum. s. ipsa non proponuntur vt propter se credenda, sed ex negatione eorum sequitur aliquid contrariū fidei: sicut si negetur Isaac fuisse filiū Abraham, sequitur aliquid cōtrarium fidei. s. sacram scripturam continere aliquid falsi. Ex talibus autem non iudicatur aliquis hereticus, nisi à deo pertinaciter perseueret quod ab errore non recedat, etiā viso quid ex hoc sequatur: sic igitur pertinacia qua aliquis contentionem procedit ex radice superbiæ, qua aliquis præfert sensum suum toti ecclesiæ. Vnde Apostolus dicit 1. ad Tim. 6, Siquis aliter docet, & nō acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum. ¶ Secundò considerandum est quomodo oporteat hæreses esse. Si enim oportet hæreticos esse, videtur quod sint cōmendabiles, & non sint extirpandi. Sed dicendum est quod dupliciter de aliquo dicitur quod oportet illud esse. Vno modo ex intentione illius qui hoc agit, puta si dicamus quod oportet iudicia esse: quia. s. iudices iudicia exercentes iustitiam & pacem in rebus humanis constituere. Alio modo ex intentione dei, quæ etiā mala ordinat in bonū, sicut persecutionem tyrannorum ordinauit in gloriam martyrum. Vnde August. dicit in Enchyridion, quod deus est adeo bonus quod nullo modo permitteret fieri aliquod malum, nisi esset adeo potens, quod de quolibet malo posset elicere bonum & secundū hoc dicitur Matth. 18, Necessè est vt veniant scandala, veruntamen vā homini illi per quem scandalum venit. Et secundum hoc hęc dicit Apostolus, quod oportet hæreses esse, ex eo quod deus malitiam hereticorum ordinauit in bonum fidelium. Et hoc dicit primò quidem ad maiorem declarationem veritatis. Vnde dicit August. in glo. Ab aduersario mota quæstio discendi existit occasio: multa quippe ad fidē catholicam pertinentia, dum hereticorum callida inqueridine excogitantur, vt aduersus eos defendi possint, & cōsiderantur diligentius, & intelliguntur clarius, & prædicantur instantius. Vnde & Prouerb. 27, Ferrum ferro acuitur, & homo exarceuit faciem amici sui. Secundò ad manifestandam infirmitatem fidei in his qui rectè credunt. Et hoc est quod hęc subdit Apostolus, Vt qui probati. i. approbati sunt à deo manifesti fiant in vobis. i. inter vos, Sapient. 3, Tanquam aurum in fornace probauit illos. ¶ Deinde cum dicit, [Conuenientibus ergo vobis, &c.] redarguit eos de tertio delicto, quia. s. peccabant in modo & ordine sumendi corpus Christi. Et potest totum quod sequitur dupliciter exponi. Secundum autem primam expositionem redarguntur de hoc quod Corpus Christi præsumpue accipiebant. Circa hoc ergo quatuor facit. Primò ponit detrimentum quod incurrebant. Secundò ponit culpā, ibi [Vnusquisque enim, &c.] Tertio inquit de causa culpæ, ibi [Nunquid domos, &c.] Quarto concludit eorū vituperationem, ibi [Quid dicam vobis, &c.] Dicit ergo primò ita, Conuenientibus vobis, scissuræ sunt inter vos. Ergo conuenientibus vobis in vnum, corpore non animo, iam ad hoc aduenistis, quod non est, id est non licet vel non competit vobis dominicam cenam manducare, id est sumere eucharistiam sacramentum, quod dominus in cœna discipulis dedit. Hoc enim sacramentum, vt Augustinus dicit super Ioannem, est sacramentum vnitatis & charitatis. Et ideo non competit dissentientibus. Cantic. 5, Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi. Vel melius potest referri ad ea quæ sequuntur, vt sit sensus, Nō solum cōuenientibus vobis scissuræ sunt inter vos sed conuenit vobis conuenientibus iam, id est in præsentem hoc determinatum habetis quod non est, id est non licet vobis dominicā cenam manducare, ad quā præsumpue acceditis. Quia enim dominus discipulis suis post cenam hoc sacramentum tradidit, vt legitur Matth. 26, volebant enim Corinthij post cōmunem cenam sumere corpus Christi. Sed dominus hoc rationabiliter fecit propter tria. Primò quidem quia ordine conuenit figura præcedit veritatem. Agnus autem paschalis erat figura, siue umbra huius sacramenti. Et ideo post cenam agni paschalis, Christus hoc sacramentum dedit. Dicitur enim Colos. 2, de omnibus legalibus quod sunt umbra futurorū, corpus autem Christus. Secundò vt ex hoc sacramentum statim ad passionem trāsiret, cuius hoc sacramentum est memoriale. Et ideo dixit discipulis, Surgite, eamus hinc, ad passionē. Tertio vt artius imprimere hoc sacramentum cordibus discipulorum, quibus ipsum tradidit in vltimo suo, recessu. Sed in reuerentiā tanti sacramenti postmodum ecclesia instituit, quod nō nisi à ieiuniis sumatur, à

Quid sit hæresis.

Duo ad hæresim requiruntur.

Pertinet ad fidē aliquid simpliciter.

Quid sit veritas quæ oportet hæreses esse.

quo excipiuntur infirmi qui in necessitate, quæ legem non habet, possunt non ieiuni sumere Corpus Christi. Quia verò aqua non soluit ieiuniū, artemauerunt quidam quod post potum aquæ posset aliquis sumere hoc sacramentum, præsertim quia ut dicunt aqua non nutrit, sicut nec aliquid aliud simplex elementum. Quamvis autem aqua secundum se non nutriat, & ob hoc non soluat ieiunium ecclesie, secundum quod dicuntur aliqui ieiunantes, nutrit tamen aliis admixta, & ideo soluit ieiuniū nature: & secundum hoc dicuntur aliqui ieiuni, qui. scilicet eadem die nihil sumserunt, nec cibi nec potus. Et quia reliquæ cibi quæ in ore remanent, sumuntur per modum saluæ, hoc non impedit aliquos esse ieiunos: similiter & non impedit aliquos esse ieiunos, si tota nocte nihil dormierint, vel si etiam non sit plenè digesti, dummodo eadem die omnino cibi vel potus nihil sumserint. Vnde quia principium dici est sumendum secundum usum ecclesiæ à media nocte, ideo quicūque post mediam noctem aliquid sumserit quantumcunque modicum cibi vel potus, non potest eadem die sumere hoc sacramentum. ¶ Deinde cum dicit, [Vnusquisque enim, &c.] ponit culpam: & primò secundum quod peccabāt in deum. Secundò prout peccabant in proximū, ibi [Et alius quidem, &c.] Dicit ergo primò, Ideo dico quod non licet vobis dominicā cenā manducare, quia vnusquisque vestrum præsumit. i. ante sumit suam cenā. scilicet ciborum cōmuniū ad manducādum. Quilibet enim eorum portabat ad ecclesiam fercula præparata, & comedebat quilibet seorsum antequam sumeret sacra mysteria. Osee 4, Separatum est conuiuium eorum, nunc interibunt. Ecclē. 11. dicitur in persona parci, Inueni requiem mihi, & comedebam de bonis meis solus. ¶ Deinde cum dicit [Et alius quidem, &c.] arguit culpam eorum in quantum erat contra proximū. Diuites enim lautè comedebant in ecclesia, & bibebant vsque ad ebrietatem, pauperibus autē nihil dabant, ita quod remanebant esurientes. Et hoc est quod dicitur [Et alius quidē esurit]. i. pauper, qui non habebat vnde sibi præpararet: alter autem ebrius est. i. diues qui superflue comedebat & bibebat cōtra id quod dicitur Nehē. 8, Comedite pingua & bibite mullum & mittite partes eis qui non præparauerunt sibi. Iob. 31, Si comedi bucellam meam solus, & non comedi pupillus ex ea. ¶ Deinde cum dicit [Nunquid domos, &c.] inquit de causa huius culpæ. Et primò excludit causam per quam poterant excusari. Non enim est licitum domū dei quæ est deputata sacris vsibus, cōmuniū vsibus applicare. Vnde & dominus Ioan. 2. Eiiciens ementes & vendentes de templo, dicit, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam domū negotiationis. Et Augustinus dicit in regula. In oratorio nemo aliquid faciat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit, tamē propter necessitatem, quādo. i. aliquis aliam domū non inueniret, licitè posset ecclesia vti ad manducādum vel ad alios huiusmodi licitos vsus. Hanc ergo excusationē excipit Apostolus, dicens [Nunquid non habetis domos]. i. proprias ad manducādum & bibendum, vt propter hoc excusentur si in ecclesia conuiuia celebrent, quæ debent in propriis domibus facere. Vnde & Luc. 5. dicitur, quod Leui fecit Christo conuiuiū magnum in domo sua. Secundò, cum dicit [Aut ecclesiam dei, &c.] i. asserit causam quæ eos inexcusabiles reddit quāquā prima est contemptus ecclesiæ dei. Et hanc ponit dicens [Aut ecclesiam dei contempnitis]. Et ideo in ecclesia præsumitis cenam vestram ad manducādum. Et potest hic sumi ecclesia, tam pro congregatione fidelium, quā pro domo sacra quæ non est contemnenda, secundum illud Psal. Domum tuam decet sanctitudo. Et Hier. 7, Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meū in oculis vestris. Isti autem vtrunque contemnebant dum præfente conuentu fidelium in loco sacro conuiuia celebrabant. ¶ Secundò ponit contemptum proximorum in hoc quod subditur [Et confunditis eos qui non habent]. In hoc enim pauperes erubescēbant, quod ipsi esuriebat in conspectu totius multitudinis, aliis lautè comedentibus & bibentibus. Dicitur autem Prover. 17, Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius. Et Ecclē. 4, Animam esurientem ne despexeris. ¶ Deinde cum dicit [Quid dicam, &c.] Concludit eorum vituperationem, dicens [Quid dicam vobis]. ex consideratione prædictorum. Nunquid laudo vos? Et respondet, Et si in aliis factis laudo vos, in hoc tamen facto non laudo. Et est aduertendū quod supra dum de habitu mulierū loqueretur, saltē ironicè laudauit eos, dicens [Laudo vos quod per omnia mei, &c.] Hic verò nec ironicè vult eos laudare, quia in grauioribus delictis nullo modo sunt peccatores palpādi. Vnde & in Psal. dicitur, Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicatur. Exarcebat dominum peccator. Et Esa. 3, Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Secundum aliā verò expositionem arguuntur de alia culpa. In primitiua enim ecclesia fideles panem & vinū offerebant, quæ consecrabantur in sanguinem & Corpus Christi, quibus iam consecratis, diuites qui multa obtulerant, eadem sibi reperebant, & sic ipsi abundanter sumebant, pauperibus nihil sumentibus, qui nihil obtulerant. De hac ergo culpa, Apostolus eos hic reprehendit, dicens. [Conuenientibus enim vobis in vnū iam non est. i. non contingit inter vos dominicam cenam manducare. Cœna enim domini est cōmunis roti familiaris, vnusquisque autem vestrum sumit eam, non quasi cōmunem, sed quasi propriā dum sibi vult vendicare quod de obtulit: & hoc est quod subdit, Vnusquisque præsumit. i. præsumptuose attentant ad manducādum cenā. scilicet domini. i. panem & vinū consecratum, quasi suam. i. quasi propriā vendicans. i. ea quæ consecrata sunt domino in suos vsus. Et ita sequitur quod alius. i. pauper qui nihil obtulit, esurit, nihil. i. sumens de cōsecratis. [Alius autē]. i. diues qui multa obtulit, ebrius est, ad literā propter hoc quod nimium sumpsit de vino consecrato, quod. i. quasi propriū repoposcit. ¶ Sed videtur hoc esse impossibile, quod de vino consecrato aliquis inebrietur, vel etiam nutriatur de pane, quoniam post consecrationē sub speciebus panis & vini nihil remanet nisi substantia corporis Christi & sanguinis, quæ non possunt conuerti in corpus hominis, ad hoc quod ex eis nutriatur aut inebriatur. Dicunt ergo quidam quod hoc non fit per aliquā conuersionem, sed per solam immutationem sensuū hominis ab accidentibus panis & vini quæ remanent post consecrationem. Consequenter enim homines ex solo ciborū odore confortari, & ex multo odore vini stupefieri, & quasi inebriari. Sed confortatio vel stupefactio quæ prouenit ex sola immutatione sensuum paruo tempore durat, cū tamen post consecrationem panis aut vini, si vinū in magna quantitate sumeretur aut panis, diu sustentaretur homo propter panem, aut stupeficeret propter vinum. Et præterea manifestum est quod panis cōsecratus, in aliam substantiam conuerti potest, ex hoc quod per putrefactionem resoluitur in plures, aut per

In omnibus peccatis aperte est arguendus peccator.

cōbustionem in cineres, cum ad nutriendum nihil aliud requiratur quā quod cibis conuertatur in substantiam nutrimenti. Quidam ergo posuerunt quod panis aut vinum consecratum possunt conuerti in aliud, & sic nutrire, quia remanet ibi substantia panis aut vini cum substantia corporis Christi & sanguinis. Sed hoc repugnat verbis scripturæ. Non enim verum esset quod dominus dicit Matt. 26, Hoc est enim corpus meum: quia hoc demonstratum, est panis, sed potius esset dicendum, hic. i. in hoc loco est corpus meum. Et præterea corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per loci mutationem: quia iam desineret esse in celo. Vnde relinquatur quod ibi incipiat esse per conuersionem alterius. scilicet panis in ipsum vnde non potest esse quod remaneat substantia panis. Et ideo alij dixerunt, quod remanet ibi forma substantialis panis, ad quā pertinet operatio rei: & ideo nutrit sicut & panis nutrit. Sed hoc non potest esse, quia nutrire est conuerti in substantiam nutriti, quod non cōpetit nutrimento ratione formæ, cuius est agere, sed magis ratione materiæ, cuius est pati. Vnde si esset ibi forma substantialis, panis nutrire non posset. Alij verò dixerunt, quod aer circumstantis cōuertitur vel in substantiā nutriti, vel in quocumque aliud huiusmodi, sed hoc non posset fieri absque multa condensatione aeris quæ sensui latere non posset. Et ideo alij dixerunt quod diuina virtute ad hoc quod sacramentum non deprehendatur in huiusmodi conuersionibus redit substantia panis & vini: sed hoc videtur esse impossibile, quia cum substantia panis conuersa sit in corpus Christi, non videtur quod possit substantia panis redire, nisi e conuerso panis Christi cōuertetur in panem. Et præterea si substantia panis redit, aut hoc est manētibus accidentibus panis: & sic simul erit ibi substantia panis & substantia corporis Christi quod supra improbatū est. Nam tandiu est ibi substantia corporis Christi, quandiu species remanent. Aut redit speciebus non manētibus, quod etiā est impossibile, quia sic esset substantia panis absq; propriis accidentibus: nisi forte intelligatur quod deus in termino cōuersionis causaret ibi quādam materiā quæ sit subiectum huius cōuersionis, sed melius est, vt dicatur quod sicut virtute cōsecrationis miraculose, confertur speciebus panis & vini, vt subsistat sine subiecto ad modū substantiæ: ita etiā eis miraculose confertur ex consequenti quæ agant & patiatur quicquid agere aut pati posset substantia panis aut vini si adesset. Et hac ratione species ille panis & vini possunt nutrire & inebriare, sicut si esset ibi substantia panis & vini, cetera non mutatur à prima expositione.

Species sacra materiales miraculose agunt & patiuntur quicquid agere vel pati possent si ibi essent.

¶ Lectio 5. *Etiam accepit à domino quod tradidi vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit & dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem.* ¶ Postquam Apostolus redarguit Corinthiorū inordinationes, quas cōmittebant conueniendo ad eucharistiæ sacramentum sumendum: hic agit de ipso sacramento. Et primò agit de dignitate huius sacramenti. Secundò inducit fideles ad reuerenter sumendū, ibi [Itaque quicūque manducauerit, &c.] Circa primū duo facit. Primò cōmendat authoritatem doctrinæ quæ daturus est. Secundò ponit doctrinā de dignitate huius sacramenti, ibi [Quoniam dominus noster, &c.] Circa primum duo facit. Primò cōmendat authoritatem doctrinæ ex parte actoris, qui est Christus, dicens, Dixi quod iam non est vobis dominicam cenā manducare, sacramentū eucharistiæ dominicam cenā vocans, ego enim accepit à domino. scilicet Christo, qui est actor huius doctrinæ, non ab aliquo puro homine. Galat. 1. Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum. Heb. 2, Qui cum initium accepisset enarrari per dominū, &c. Secundò commendat authoritatem doctrinæ ex parte ministrī, qui est ipse Paulus, cum subdit, quod & tradidi vobis. Esa. 71, Quæ audiui à domino exercituum deo Israel, annuntiaui vobis. Sapient. 7, Quam sine fictione didici, & sine inuidia comunico. ¶ Deinde cum dicit [Quoniam dominus Iesus] commendat dignitatem huius sacramenti, tradens institutionem ipsius. Et primò ponit institutionem. Secundò tempus institutionis, cum dicit [In qua nocte tradebatur, &c.] Tertiò modum instituendi, ibi [Accipit panem, &c.] Institutor autem sacramenti est ipse Christus. Vnde dicit [Quoniam dominus noster Iesus Christus, &c.] Dicitur enim supra cum de baptismo ageretur, quod Christus in sacramentis haberet excellentiæ potestatem, ad quam quatuor pertinet. Primò quidem quod virtus & meritum eius operetur in sacramētis. Secundò quod in nomine eius sanctificetur sacramentum. Tertiò quod effectum sacramenti sine sacramento præbere potest. Quartò institutio noui sacramenti. Specialiter tamen congruebat vt hoc sacramentum ipse in sua persona institueret, in quo corpus & sanguis eius communicatur. Vnde & ipse dicit Ioā. 6, Panis quem ego dabo vobis, caro mea est pro mundi vita. ¶ Deinde cum dicit [Qua nocte tradebatur] describit tempus institutionis huius sacramenti, quod quidem congruum fuit. Primò quidem quantum ad qualitatem temporis. Fuit enim in nocte per virtutem enim huius sacramenti anima illuminatur. Vnde 1. Regum 14. dicitur quod Ionathas intinxit virgam in fauam mellis, & cōuertit manū suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius, propter quod & in Psal. dicitur, Nox illuminatio mea in deliciis meis. Secundò quantum ad negotium quod in illo tempore gerebatur, quia, scilicet quando tradebatur ad passionem, per quam transtulit ad patrem, hoc sacramentum quod est memoriale passionis instituit. Vnde dicitur Ecclesiast. 29, Transi hospes, & orna mensam, & quæ in manu habes, ciba ceteros. ¶ Deinde cum dicit [Accipit panem, &c.] ostendit modum institutionis. Et primò ponit ea quæ fecit & dixit Christus instituendo hoc sacramentum. Secundò exponit, ibi [Quotienscunque enim, &c.] Circa primum duo facit. Primò agit de institutione sacramenti huius, quantum ad corpus Christi. Secundò quantum ad eius sanguinem, ibi [Similiter & calicem, &c.] Circa primum ante expositionem literæ oportet primò considerare necessitatem institutionis huius sacramenti. Est autem sciendum quod sacramenta instituta sunt propter necessitatē vitæ spiritualis. Et quia corporalia sunt quedam similitudines spiritualium, oportet sacramenta proportionari eis quæ sunt necessaria ad vitam corporalem. In qua primò inuenitur generatio cui proportionatur baptismus, per quem regeneratur aliquis in vitam spirituales. Secundò ad vitam corporalem requiritur augmentum, per quod aliquis perducitur ad quantitatem & virtutem perfectam: & huic proportionatur sacramentum confirmationis, in quo spiritus sanctus datur ad robur. Tertiò ad vitam corporalem requiritur alimentum, per quod corpus hominis sustentatur. Et similiter vita spiritualis per sacramentum eucharistiæ reficitur, secundum illud, In lo

Et agit de sacramento eucharistiæ præmittendo quod dignitatem & ipsius institutionem quo ad cōsecrationem corporis.

Bona compo-
ratio pro bu-
ptisimo & eu-
charistia.

Proprietate
traditur eu-
charistia sub
duplici specie.

co pasceat ibi me collocavit: super aquam refectiois educavit me. ¶ Est autem notandum quod generans non coniungitur generico secundum substantiam, sed solum secundum virtutem: sed cibus coniungitur nutritio secundum substantiam. Unde in sacramento baptismi quo Christus regenerat ad salutem, non est ipse Christus secundum suam substantiam, sed solum secundum suam virtutem. Sed in sacramento eucharistie, quod est spirituale alimentum, Christus est secundum suam substantiam. Continetur autem sub alia specie propter tria. Primum quidem ne esset horribile fidelibus sumentibus hoc sacramentum, si in propria specie carnem hominis ederent, & sanguinem biberent. Secundum ne hoc ipsum esset derisibile infidelibus. Tertio ut cresceret meritum fidei, quae consistit in hoc quod creduntur ea quae non videntur. Traditur autem hoc sacramentum sub duplici specie propter tria. Primum quidem propter eius perfectionem, quia cum sit spiritualis refectio, debet habere spirituale cibum, & spirituale potum. Nam & corporalis refectio non perficitur sine potu & cibo. Unde & supra 10. dictum est quod omnes eandem escam spirituale manducaerunt, & omnes eandem potum spirituale biberunt. Nam & corporalis refectio non perficitur sine cibo & potu. Secundum propter eius significationem. Est enim memoriale dominicae passionis, per quam sanguis Christi fuit separatus a corpore, & ideo in hoc sacramento offertur sanguis ad corpus. Tertium propter huius sacramenti effectum salutarem. Valet enim ad salutem corporis, & ideo offertur corpus; & valet ad salutem animae, & ideo offertur sanguis. Nam anima in sanguine est, ut dicitur Genes. 9. Offeritur autem specialiter hoc sacramentum sub specie panis & vini, primo quidem, quia pane & vino communis videntur homines ad suam refectioem. Et ideo assumuntur in sacramento haec, sicut aqua ad abluionem in baptismo, & oleum ad unctioem. Secundum propter virtutem huius sacramenti. Nam panis confirmat cor hominis, vinum vero laxat. Tertium, quia panis qui ex multis granis fit, & vinum ex multis vis, significant ecclesiae unitatem, quae constituitur ex multis fidelibus. Est autem haec eucharistia specialiter sacramentum unitatis & charitatis, ut dicit Augustinus super Ioan. His autem visis circa litera: expositio. nem. Primum considerandum est quid Christus fecerit. Secundum quid dixerit, ibi [Et dixit, &c.] Tria autem facit. Primum quidem designatur, cum dicitur [Accipit panem.] Per quod duo significari possunt. Primum quidem quod ipse voluntarie passionem accepit, cuius hoc sacramentum est memoriale, secundum illud Esa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Secundum potest significari quod ipse accepit a patre potestatem perficiendi hoc sacramentum, secundum illud Mat. 11. Omnia tradita sunt mihi a patre meo. Secundum tangit, cum dicitur [Et gratias agens.] In quo datur nobis exemplum gratias agendi de omnibus quae nobis diuinitus dantur, secundum illud 1. Thessal. vlti. In omnibus gratias agite. Tertium tangit, cum dicitur [Fregit.] Esa. 58. Frange esurienti panem tuum. ¶ Sed videtur hoc esse contrarium vsui ecclesiae, secundum quam prius consecratur corpus Christi, & postea frangitur: hic autem dicitur quod prius fregit, postea protulit verba consecrationis. Et ideo quidam dixerunt quod Christus consecravit prius verbis aliis, & postea protulit verba quibus nos consecramus: sed hoc non potest esse, quia sacerdos dum consecrat, non profert ista verba quasi ex persona sua, sed quasi ex persona Christi consecrantis. Unde manifestum est quod eisdem verbis quibus nos consecramus & Christus consecravit. Et ideo dicendum est quod hoc quod dicitur, Et dixit, non est sumendum consequenter quasi Christus accepit panem & gratias agens fregit, & postea dixerit verba quae sequuntur, sed concomitanter quod dum accepit per se panem, gratias agens fregit & dixit. Et ideo cum Mat. 26. dicatur quod Iesus accepit panem & benedixit ac fregit, Apostolus non curavit hic de benedictione facere mentionem, intelligens nihil aliud esse illam benedictionem, quam hoc quod dominus dixit, Hoc est corpus meum. ¶ Deinde cum dicitur [Et dixit.] ostendit quid Christus dixerit in istituendo hoc sacramentum. In verbis autem, primo quidem iniunxit sacramenti usum. Secundum expressit sacramenti veritatem. Tertio docuit mysterium. Vsum quidem sacramenti iniunxit, dicens [Accipite.] Quasi diceret, non ex potestate vel merito humano competit vobis vsus huius sacramenti, sed ex eminenti dei beneficio. Sap. 16. Angelorum esca nutriti sunt populum tuum domine. Supra 14. Quid habes, quod non accepisti. Et determinat speciem vsus, cum dicitur [Et manducate.] Ioan. 6. Nihil manducaeritis carnem filij hominis. Job 31. Si non dixerint viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius ut saturemur. Sciendum est tamen quod haec verba non sunt de forma consecrationis. Est enim haec differentia inter haec & alia sacramenta, quia alia sacramenta perficiuntur, non quidem in consecratione materiae, sed in vsu materiae consecratae, sicut in abluione aquae, aut in unctioe olei, seu chrismatis: & hoc ideo, quia in materiis aliorum sacramentorum non est aliqua natura rationalis, quae sit gratiae sanctificantis susceptiva: & ideo in forma aliorum sacramentorum fit mentio de vsu sacramenti, sicut cum dicitur, Ego te baptizo vel confirmo te chrismate salutis, &c. Sed hoc sacramentum perficitur in ipsa consecratione materiae, in qua continetur ipse Christus, qui est finis totius gratiae sanctificantis. Et ideo verba quae pertinent ad vsu sacramenti, non sunt de substantia forma, sed solum illa quae continent veritatem & continentiam sacramenti, quae consequenter ponit, subdens, Hoc est corpus meum. ¶ Circa quae verba tria oportet considerare. Primum quidem de re significata per haec verba, quae sicut ibi corpus Christi. Secundum de veritate huius locutionis. Tertio vtrum haec sit conueniens forma huius sacramenti. Circa primum considerandum est quod quidam dixerunt corpus Christi non esse in hoc sacramento secundum veritatem, sed solum sicut in signo, licet exponentes quod hic dicitur, Hoc est corpus meum, id est hoc est signum & figura corporis mei: sicut & supra 10. dictum est, Petra autem erat Christus. i. figura Christi. Sed hoc est hereticum, cum expresse dominus dicat Ioan. 6. Caro mea verum est cibus, & sanguis meus verum est potus. Unde alij dixerunt quod est ibi verum corpus Christi, sed simul cum substantia panis, quod est impossibile, ut supra ostensum est. Unde alij dixerunt quod est ibi solum corpus Christi, substantia panis non remanente, quae annihilatur vel in praeracientem materia resoluitur. Sed hoc non potest esse, quia sicut Aug. dicit in lib. 83. quae est. Deus non est author redendi in non esse. Secundum, quia etiam per hanc positionem tollitur hoc quod substantia panis conuertatur in corpus Christi, & sic cum corpus Christi non incipiat esse in hoc sacramento per conuersionem alterius in ipsum, relinquatur quod incipiat ibi esse per motum localem, quod est impossibile, ut supra dictum est. Oportet igitur dicere quod corpus Christi verum sit in hoc sacramento per conuersionem panis in ipsum. Considerandum tamen

An corpus
sibi sit in hoc
sacramento
realiter.
Reliquetur
eorum quae voluit
renouare Eco-
lempadus.
Reliquetur
Lutheri dicit
cum corpore
Christi renou-
uare panem.

tamen quod haec conuersio differt ab omnibus conuersionibus quae sunt in natura. Actio enim naturae praesupponit materiam, & ideo eius actio non se extendit nisi ad immutandum aliquid secundum formam vel substantialem vel accidentalem. Unde omnis conuersio naturalis dicitur esse formalis. Sed deus qui facit hanc conuersionem est actor materiae & formae, & ideo tota substantia panis, materia non remanente, potest conuerti in totam substantiam corporis Christi. Et quia materia est indiuiduationis principium totum hoc indiuiduum signatum, quod est substantia particularis, conuertitur in aliam substantiam particularem, propter quod dicitur ista conuersio substantialis seu transsubstantiatio. Contingit igitur in hac conuersione contrarium eius quod accidit in conuersionibus naturalibus, in quibus manere subiecto fit transmutatio interdum circa accidentia: hic autem transmutata substantia manet accidentia sine subiecto virtute diuina, quae sicut causa prima sustentat ea sine causa materiali quae est substantia causata ad hoc quod corpus Christi, & sanguis sumatur in specie aliena rationibus supradictis: & quia ordine quodam accidentia referuntur ad substantiam, ideo dimensiones sine subiecto remanent, & alia accidentia remanent in ipsis dimensionibus, sicut in subiecto. Si autem sub illis dimensionibus nulla substantia remaneat nisi corpus Christi, dubium potest esse de fractionibus hostiae consecratae, cum corpus Christi glorificatum sit, & per consequens infragibile. Unde non potest huic fractioni sub stare, sed nec etiam aliud potest fingi quod subsistat, quia sacramentum veritatis non decet aliqua fictio. Unde nihil sensu percipitur in hoc sacramento, quod non sit ibi secundum veritatem. Sensibilia enim per se sunt qualitates, quae quidem remanent sicut prius fuerant in hoc sacramento, ut dictum est. Et ideo alij dixerunt quod est quaedam ibi verum fractio sine subiecto, unde nihil ibi frangitur. Sed nec hoc dici potest, quia cum fractio sit in genere passionis quae habet debilitatis esse quod qualitas, non potest esse in hoc sacramento sine subiecto, sicut nec qualitas. Unde restat dicendum quod fractio illa fundatur sicut in subiecto in dimensionibus panis & vini remanentibus: corpus autem Christi non attingitur ab huiusmodi fractione, quia totum remanet sub qualibet parte dimensionum diuisarum. Quod quidem hoc modo considerari potest. Nam corpus Christi est in hoc sacramento ex conuersione substantiae panis in ipsum. Non autem fit conuersio ratione dimensionum. Nam dimensiones panis remanent, sed solum ratione substantiae. Unde & corpus Christi est ibi ratione suae substantiae, non autem ratione suarum dimensionum, licet dimensiones eius sint ibi ex consequenti in quantum non separantur a substantia ipsius. Quantum autem ad naturam substantiae pertinet, tota est sub qualibet parte dimensionum. Unde sicut ante consecrationem tota veritas substantiae & natura panis erat sub qualibet parte dimensionum, ita post consecrationem totum corpus Christi est sub qualibet parte panis diuisi. Significat autem hostiae consecratae diuisio: primo quidem passionem Christi, per quam corpus eius fuit vulneribus fractum, secundum illud Psal. Foderunt manus meas & pedes meos. Secundum distributionem donorum Christi ex ipso progredientium: secundum illud infra 12. Diuisiones gratiarum sunt. Tertio diuersas partes ecclesiae. Nam eorum quae sunt membra Christi quidam adhuc in hoc mundo peregrinantur, quidam viuunt in gloria cum Christo, & quantum ad animam & quantum ad corpus, quidam autem expectant finalem resurrectionem in fine mundi, & hoc significat diuisio hostiae in tres partes. ¶ Secundum considerandum est de veritate huius locutionis: videtur enim haec locutio esse falsa. Hoc est corpus meum. Conuersio enim panis in corpus Christi fit in termino prolotionis horum verborum. Tunc completur significatio huius locutionis. Formae enim sacramentorum significando efficiunt, & ideo sequitur quod in principio locutionis quando dicitur quod non sit ibi corpus Christi, sed sola substantia panis quae demonstratur per hoc pronomen, hoc, quando est demonstratiuum substantiae. Idem est ergo, hoc, cum dicitur, Hoc est corpus meum, ac si diceret, substantia panis est corpus meum, quod manifeste falsum est. Dixerunt ergo quidam quod sacerdos haec verba materialiter & recitatiue profert ex persona Christi, & ideo demonstratio huius pronominis non refertur ad presentem materiam, ut ex hoc locutio falsa reddatur secundum quod obiectioni procedebat. Sed hoc non potest stare. Primum quidem quia si haec locutio non applicetur ad presentem materiam nihil faciet circa eam, quod est falsum. Dicit enim Aug. super Io. Accedit verbum ad elementum & fit sacramentum. Unde necesse est dicere quod verba ista formaliter accipiantur referendo ea ad presentem materiam. Profert autem ea sacerdos ex persona Christi, a quo virtutem sumpserunt ad ostendendum quod eandem efficaciam nunc habent, sicut quando Christus ea protulit. Non enim virtus his verbis collata euanescit, neque temporis diuersitate, neque ministro rum varietate. Secundum, quia eadem difficultas remanet de prima prolotione qua Christus ea protulit. Ideo alij dicunt quod sensus huius est, Hoc est corpus meum, id est hic panis designat corpus meum, ut ly hoc, designet id quod est in principio locutionis. Sed hoc etiam esse non potest, quia cum sacramenta efficiantur quod figurant, haec verba nihil efficiunt, nisi quod significant. Secundum quia ex hoc sequeretur quod per haec verba nihil efficeretur quam quod corpus Christi esset ibi sicut sub signo, quod supra improbatum est. Et ideo alij dicunt quod ly hoc, facit demonstrationem ad intellectum, & demonstrat id quod erit in fine locutionis. Corpus Christi. Sed nec hoc videtur conuenienter dici, quia secundum hoc sensus esset, Corpus meum est corpus meum, quod non sit per haec verba, cum hoc ante verba consecrationis fuerit verum. Et ideo aliter dicendum est, quod formae sacramentorum non solum sunt significatiuae, sed etiam factiuae, significatio enim efficiunt. In omni autem fractione oportet subiici aliquid commune tanquam principium. Commune autem in hac conuersione non est aliqua substantia, sed accidentia quae & prius fuerunt, & postea manent, & ideo ex parte subiecti in hac locutione non ponitur nomen quod significat certam speciem substantiae, sed ponitur pronomen quod significat substantiam sine determinata specie. Est ergo sensus, Hoc, id est contentum sub his accidentibus, est corpus meum, & hoc est quod fit per verba consecrationis. Nam ante consecrationem id quod erat contentum sub his accidentibus non erat corpus Christi, quod tamen fit corpus Christi per consecrationem. ¶ Tertio autem oportet considerare quomodo est haec conueniens forma huius sacramenti. Nam hoc sacramentum, ut dictum est, non consistit in vsu materiae, sed in consecratione ipsius. Consecratio autem non fit per hoc quod materia consecrata solum suscipiat aliquam virtutem spiritualem, sed per hoc quod transubstantiatur secundum esse in corpus Christi, & ideo nullo alio verbo vrendum fuit, nisi verbo substantiuo, ut dicatur, hoc est corpus meum. Per hoc enim significatur id quod est finis, quod significatio efficitur.

Quomodo
verificatur
haec oratio
hoc est cor-
pus meum.

Conueniens
forma huius
sacramenti
est ista, hoc
est corpus
meum.

¶ Deinde cum dicit, [Quod pro vobis tradetur] tangit mysterium huius sacramenti. Est enim sacramentum representativum divinae passionis, per quam corpus suum tradidit in mortem pro nobis: secundum illud Ets. 50, Corpus meum dedi percussibus. Et Eph. 5, Tradidit semetipsum pro nobis. Et ut ostendat rationem frequentandi hoc mysterium, subiungit, Hoc facite in meam commemorationem, hoc recolendo, scilicet tam magnum beneficium quo pro vobis me tradidi in mortem. Vnde & Treno. 3, dicitur, Recordare paupertatis meae abinthii & fellis. Et in Psalm. Memoriam fecit mirabilia suorum misericors & miserator dominus escam dedit timentibus se.

Declaratur
institutio
eucharistiae
quantum ad
consecrationem
sanguinis.

Similiter & calicem postquam cenavit, dicens, Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat.

¶ Postquam Apostolus posuit institutionem huius sacramenti quantum ad consecrationem corporis, hic ponit institutionem eius quantum ad sanguinis consecrationem. Et primo ponit ordinem institutionis. Secundo verba cum dicit [Hic calix &c.] Ordo autem attenditur quantum ad duo. Primum ad concomitantiam utriusque speciei, cum dicit [Similiter & calicem.] Vtrique enim est de perfectione huius sacramenti, tum propter perfectionem refectionis, tum propter representationem passionis, tum propter efficaciam salutem animae & corporis, ut supra dictum est: sed si prius consecratur in hoc sacramento corpus Christi, & postea sanguis, videtur sequi quod ante consecrationem sanguinis corpus Christi in hoc sacramento sit exangue: quod quidam inconueniens reputantes dixerunt, quod duae formae se expectant in efficiendo, ita scilicet quod prima forma consecrationis corporis non consequitur suum effectum antequam perficiatur forma consecrationis sanguinis, sicut etiam dictum est quod verba quae proferuntur in consecratione corporis non consequuntur suum effectum usque ad finem prolationis verborum. Sed hoc non est simile. Nam significatio verborum quibus consecratur corpus Christi non completur nisi in termino prolationis. Tunc autem habent plenam significationem etiam antequam proferantur verba consecrationis sanguinis, & ideo necesse est quod etiam tunc habeat suum effectum. Alioquin sacerdos peccaret statim post verba consecrationis, proponens hostiam non consecratam populo adorandam, nisi iam esset corpus Christi, quia induceret populum ad idololatriam. ¶ Est ergo dicendum quod ante consecrationem sanguinis est in hoc sacramento corpus Christi, non sine sanguine. ¶ Sciendum est enim quod in hoc sacramento dupliciter aliquid est. Vno modo ex vi consecrationis illud, scilicet in quod terminatur conuersio panis & vini, sicut per formam consecrationis significatur, & sic sub specie panis, est corpus Christi. Alio modo est aliquid in hoc sacramento ex reali concomitantia, sicut diuinitas verbi est in hoc sacramento propter insolubilem unionem ipsius ad corpus Christi, licet nullo modo substantia panis in diuinitatem conuertatur. Et simile est ibi anima quae coniuncta est realiter ipsi corpori. Si vero in triduo mortis Christi fuisset corpus Christi ab aliquo apostolorum consecratum, non fuisset ibi anima quae tunc realiter erat à corpore separata. Et idem dicendum est de sanguine. Nam sub speciebus panis ex vi consecrationis est corpus Christi in quod substantia panis conuertitur. Sanguis autem est ibi ex reali concomitantia, quia nunc realis sanguis Christi non est ab eius corpore separatus, & eadem ratione sub specie vini est sanguis Christi ex vi consecrationis: corpus autem ex reali concomitantia, ita quod sub utraque specie est totus Christus. Si vero tempore passionis quando sanguis Christi erat ex corpore effusus, fuisset hoc sacramentum ab aliquo Apostolorum perfectum, sub panis specie fuisset solum corpus Christi exangue, sub speciebus autem vini fuisset solus sanguis Christi. ¶ Secundo attenditur ordo per comparationem ad cibos materiales, quoniam praecesserant, vbi subdit, Postquam cenauit, quod videtur signatè addidisse. Nam Christus corpus suum tradidit inter cenam. Vnde Mat. 26, dicitur, quod cenantibus illis accepit Iesus panem &c. Sed sanguinem dedit expressè post cenam. Vnde & Luc. 22, dicitur, Similiter & calicem postquam cenauit, dicens &c. Cuius ratio est, quia corpus Christi representat mysterium incarnationis, quae facta est adhuc legalibus obseruantis statum habentibus, inter quas praecipua erat cena agni paschalis. Sed sanguis Christi in sacramento directe representat passionem per quam est effusus, per quam sunt terminata omnia legalia. Vnde Heb. 9, dicitur, quod per proprium sanguinem introiuit semel in sancta aeterna redemptione inuenta. ¶ Deinde ponit verba, dicens [Hic calix, &c.] Et primo demonstrat veritatem huius sacramenti. Secundo iniungit vsum, ibi [Hoc facite &c.] Quantum ergo ad primum, dicit, Hic calix &c. Quod quidem dupliciter sumi potest. Vno modo methonimicè, scilicet ponatur continens pro contento, quod d. Contentum in hoc calice quod conuenientiùs ponitur in consecratione vini quod ratione suae humiditatis indiget aliis terminis contineri, quod in consecratione panis, qui ratione suae siccitatis propriis terminis continetur. Alio modo potest accipi metaphorice, ut sit sensus, Sicut calix inebriat & perturbat, ita & passio. Vnde Mat. 22, dicit, Potestis bibere calicem quem bibiturus sum? Et Mat. 26, Trāseat à me calix iste. Est ergo sensus, Hic calix. i. contentum in hoc calice, vel haec mea passio, Est nouum testamentum in meo sanguine. Vnde considerandum est quod testamentum dupliciter sumitur in scripturis. Vno modo communiter pro quolibet pacto, quod quidem testibus confirmatur, & sic considerandum est quod deus dupliciter pactum inicit cum humano genere. Vno modo promittendo bona temporalia, & à malis temporalibus liberando, & hoc vocatur, vetus testamentum vel pactum. Alio modo promittendo bona spiritualia & à malis oppositis liberando, & hoc vocatur, testamentum nouum. Vnde dicitur He. 31, Feriam domui Israel & domui Iuda foedus nouum, non secundum pactum quod pepigit cum patribus vestris, ut educerent eos de terra Aegypti, sed hoc erit pactum. Dabo legem meam in visceribus eorum & ero eis in deum. Est autem considerandum quod apud antiquos erat consuetudo, ut alicuius victimae sanguine funderent ad confirmationem pacti. Vnde Gen. 31, legitur, quod postquam inierunt foedus Laban & Iacob, immolatis victimis in monte, vocauit fratres suos. Vnde & Exod. 24, legitur, quod Moyses sumptum sanguinem resperxit in populum, & ait, Hic est sanguis foederis quod pepigit dominus vobiscum. Sicut ergo vetus testamentum seu pactum confirmatum est sanguine figurati taurorum, ita nouum testamentum seu pactum confirmatum est in sanguine Christi, qui per passionem est effusus. Et in hoc calice sacramentum taliter continetur. Alio modo testamentum accipitur magis

Testamentum
in facis du-
pliciter acci-
pitur.

strictè, per dispositionem hereditatis percipiendam, quae necesse est secundum leges certo numero testium confirmari. Non autem testamentum sic acceptum confirmatur nisi per mortem, quia ut Apostolus dicit Heb. 9, Testamentum in mortuis confirmatum est, alioquin non dicitur valere, dum viuunt qui testati sunt. Deus autem primo quidem dispositionem fecerat de aeterna hereditate percipienda, sed sub figura temporalium bonorum, quod pertinet ad vetus testamentum: sed postmodum fecit nouum testamentum expresse, promittens hereditatem aeternam, quod quidem confirmatum est per sanguinem mortis Christi. Et ideo dominus de hoc dicit, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. quod d. Per id quod in hoc calice continetur, commemoratur nouum testamentum per Christi sanguinem confirmatum. Est autem aduertendum quod eadem verba quae hic Apostolus ponit, habentur Luc. 22, nisi quod ibi additur, qui pro vobis effundetur. Lucas enim discipulus fuit Pauli, & eum in descriptione euangelij est secutus. Sed Mat. 26, dicitur, Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Eadem verba ponuntur in Marco 14. Dicunt ergo quidam quod quaecumque formae horum verborum proferantur quae sunt scripta in canone sufficere ad consecrationem. Probabilius autem dici videtur quod illis solis verbis perficitur consecratio, quibus ecclesia vitur ex traditione apostolorum structa. Euangelistae enim verba domini recitauerunt quantum pertinet ad rationem historicam, non autem secundum quod ordinatur ad consecrationem sacramentorum quas in occulto habebat in primitiua ecclesia propter infideles. Vnde Dionysius dicit in ultimo cap. ecclesiasticae hierarchiae. Perfectius inuocationes non est fas in scripturis exponere, neque mysticum ipsarum ante factas in ipsis ex deo virtutes ex occulto in communi adducere. ¶ Sed circa ista verba quibus ecclesia vitur in consecratione sanguinis, quidam opinantur quod non omnia sint de necessitate formae, sed solum quod dicitur, Hic est calix sanguinis mei, non autem residuum quod sequitur, noui & aeterni testamenti mysterium fidei qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Sed hoc non videtur conuenientiùs dici. Nam totum illud quod sequitur est quaedam determinatio praedicati. Vnde & ad eundem locutionis sententiam seu significationem pertinet. Et quia ut saepe dictum est, formae sacramentorum significatio efficiunt, totum pertinet ad vim effectiuam formae. Nec obstat ratio quam inducunt, quia in consecratione corporis, sufficit quod dicitur, Hoc est corpus meum, quia sanguis seorsum consecratus, specialiter representat passionem Christi, per quam eius sanguis separatus est à corpore, & ideo in consecratione sanguinis oportuit exprimere Christi passionis virtutem quae attenditur. Primum quod respectu nostrae culpae quam Christi passio abolet, secundum illud Apoc. 1, Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et quantum ad hoc, dicit, Qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Effusus est siquidem sanguis in remissionem peccatorum, non solum pro multis, sed etiam pro omnibus, secundum illud 1. Io. 2, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Sed quia quidam se reddunt indignos ad recipiendum talem effectum, quantum ad efficaciam dicitur esse effusus pro multis in quibus habet effectum passio Christi. Dicit autem signatè pro vobis & pro multis, quia hoc sacramentum valet in remissionem peccatorum sumētibz per modum sacramenti: quod notatur signatè, cum dicitur, pro vobis, quibus dixerat, accipite. Valet etiam per modum sacrificij multis non sumētibz pro quibus offertur: quod significatur, cum dicitur, Et pro multis. Secundum virtus eius consideratur per comparisonem ad vitam iustitiae, quam facit per fidem, secundum illud Rom. 3, Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quem proposuit propitiator per fidem in sanguinem ipsius. Et quantum ad hoc, dicit, Mysterium. i. occultum fidei, quia. i. fides passionis Christi erat occulta in omnibus sacrificijs veteris testamenti, sicut veritas in signo. Hoc autem ecclesia habet ex traditione Apostolorum, cum in canone scripturae non inueniatur. Tertiū virtus eius attenditur quantum ad vitam gloriae, in quam per passionem Christi introducit, secundum illud Heb. 10, Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Et quantum ad hoc dicit, [Noui & aeterni testamenti.] Aeterni siquidem, quia est dispositio de hereditate aeterna. Noui autem, ad differentiam veteris, quia temporalia promittebat. Vnde Heb. 9, dicitur, Ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente repromissionem accipiant qui vocati sunt aeternae hereditatis. ¶ Deinde cum dicit, [Hoc facite &c.] iniungit vsum huius sacramenti, dicens, Hoc facite quotiescumque sumetis in meam commemorationem. i. in memoriam meae passionis. Vnde & Treno. 3, dicit Propheta, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Et Esa. 43, Miserationum domini recordabor. Est autem notandum quod in calice principaliter quidem debet poni vinum rationibus supradictis. Debet autem apponi & aqua. Probabile enim est quod Christus in cena vinum mixtum discipulis dedit propter consuetudinem terrae illius in qua, ut temperetur fortitudo vini, ab omnibus vinum bibitur aqua mixtum. Vnde & Prouerb. 9, Sapientia dicit, Bibite vinum quod miscui vobis. Nihilominus tamen aqua vino mixta significat populum Christianum Christo per passionem coniunctum, secundum illud Apoc. 17, Aquae populi sunt & gentes. Et participatio sanguinis Christi à fidelibus pertinet ad vsum sacramenti, qui non est de necessitate huius sacramenti. Sed potest vinum consecrari absque aqua, licet peccet qui sic consecrat non seruans ritum ecclesiae. Et ideo si sacerdos ante consecrationem vini aduertat quod aqua non fuerit apposta calici, debet apponere. Si vero post consecrationem aduertat, non debet apponere, sed debet perficere sacramentum. Nihil enim post consecrationem est sanguini Christi miscendum, quia talis permixtio non posset esse sine qualicumque corruptione vini consecrati, quod pertinet ad crimen sacrilegij. Dicunt autem quidam quod cum de latere Christi pendens in cruce fluxerit sanguis & aqua, ut legitur Ioan. 19. Sicut vinum conuertitur in sanguinem, ita aqua in aquam. Sed hoc non competit, quia aqua admiscetur vino ante consecrationem, quando non differt ab alio vino. Vnde non seorsum manet, sed permiscetur. Et ideo dicendum est quod aqua conuertitur in vinum, & sic totum conuertitur in sanguinem Christi. Propter quod mos est modicum de aqua apponere & praecipue si sit vinum debile, quod non potest nisi modicum aquae in seipsum conuertere. ¶ Deinde cum dicit, [Quotiescumque &c.] exponit verba domini quae dixerat, Hoc facite in meam commemorationem, dicens, Quotiescumque enim manducabitis panem hunc &c. Et dicit panem, propter species remanentes. Dicit autem hunc, propter idem numero

Difficultas
de forma con-
secrationis
sanguinis.

corpus significatū & contētum. Et calicem. s. hunc bibetis, mortē domini annūtiabitis repræsēntādo. s. eam per hoc sacramētum. Et hoc donec veniat. i. vsq; ad vltimū eius aduētum, in quo datur intelligi q; hic ritus ecclesiæ nō cessabit vsq; ad finē mūdi, secūdm illud Mat. vlt. Ecce ego vobiscū sum vsq; ad consummationem sæculi. Et Luc. 21. Nō prætēribit generatio hæc. s. ecclesiæ, donec omnia fiant. **LECTIO 7.**

Inducuntur fideles ad reuerentiam fructum eu charitatem, declarando periculum in digne sumētiū, & salutare adhibendo remediū.
Itaque quicumque manducauerit panem & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmet ipsos diiudicauerimus, non vtiq; iudicauerimus. Dum iudicamur autem, a domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniat. Cetera autem cum venero, disponam.

Postquam Apostolus ostēdit dignitatem huius sacramenti, hinc excitat fideles ad sumēdum illud reuerenter: & primò ponit periculū quod imminet indignè sumētibus: secūddò adhibet salutare remediū, ibi [Probet autem &c.] Dicit ergo primò, Itaq; ex quo hoc quod sacramentaliter māducatur, est corpus Christi, & quod bibitur, est sanguis Christi. Quicumq; manducauerit hunc panem, vel biberit calicē domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. In quibus verbis primò considerandum est qualiter aliquis indignè manducat & bibit: quod quidem secundum glo. contingit dupliciter. Primò quidem quantum ad celebrationem huius sacramenti, quia. s. aliquis aliter celebrat sacramentum eucharistiæ, quàm à Christo traditum est: putā si offerat in hoc sacramento alium panem, quàm triticum, vel alium liquorem, quàm de vite. Vnde de Leui. 10. dicitur, q; Nadab & Abiu, filii Aaron, obtulerunt coram domino ignem alienū, quod eis preceptum non erat: egressūq; ignis à domino, deuorauit eos. Secūddò ex hoc quòd aliquis non deuota mente accedit ad eucharistiā: quæ quidem in deuotio quandoq; est veniale: puta cūm aliquis distrahta mente ad seclaria negotia accedit ad hoc sacramentum habitualiter retinens debitam reuerentiā ad ipsum: & talis in deuotio licet impediatur fructum huius sacramēti, qui est spiritualis refectio: non tamen facit reum corporis & sanguinis domini, sicut hinc Apostolus loquitur. Quædam vero in deuotio est peccatū culpæ. s. est cum contēptu huius sacramēti, prout dicitur Malac. 1. Vos polliuistis nomen meum in eo quòd dicitis, Mensa domini contaminata est, & quod supponitur, contempibile. Et de tali in deuotione loquitur glo. Tertio modo dicitur aliquis indignus, ex eo quòd cum volūtate peccādi mortaliter, accedit ad eucharistiā. Dicitur enim Leui. 21. Nō accedat ad altare qui maculam habet. Intelligitur aliquis maculam peccati habere quādiu est in volūtate peccādi, quæ tamen tollitur per pœnitentiā. Per cōtritionem quidem, quæ tollit volūtate peccādi cum proposito confitēdi & satisfaciēdi quātum ad remissionē culpæ & pœnæ æternæ: per confessionem autem & satisfactionem quātum ad totalem remissionem pœnæ & recōciliationem ad mēbra ecclesiæ. Et ideo in necessitate quidem, putā quando aliquis copiam cōfessionis habere non potest, sufficit cōtritio ad sumptionem huius sacramenti. Regulariter autē debet confessio precedere cum aliqua satisfactione. Vnde in lib. de ecclesiast. dogmatibus dicitur, Cōmunicaturus satisfaciatur lachrymis & orationibus, & cōfidēs de domino mīlus accedat ad eucharistiā intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia peccata & mortalia nō grauant. Nāque quem mortalia crimina post baptismū cōmissa præmunt, horror prius publica pœnitētia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio recōciliatum cōmunioni sociari, si non vult ad condēnationem eucharistiā percipere. Sed videtur q; peccatores nō indignè accedant ad hoc sacramētum. Nā in hoc sacramēto sumitur Christus, qui est spiritualis medicus, qui de se dicit Mat. 9. Nō est opus valentibus medicus, sed malè habētibus. Sed dicēdum q; hoc sacramētum est spirituale nutrimentum, sicut baptismus est spiritualis natiuitas. Nascitur autem aliquis ad hoc vt viuat, sed nō nutritur nisi iam viuū, & ideo hoc sacramētum non cōpetit peccatoribus qui nondum viuunt per gratiam: competit eis tamen baptismus. Et præterea eucharistiā est sacramētum charitatis & ecclesiasticæ vnitatis, vt dicit Aug. s. per Io. Cūm igitur peccator careat charitate, & sit separatus meritò ab ecclesiæ vnitate, si accedat ad hoc sacramētum, falsitatem cōmittit, dum significat se habere charitatem, quam nō habet. Quia tamen peccator quandoq; habet fidē huius sacramēti, licitū est ei hoc sacramētum percipere, quod omnino infidelibus denegetur, vt Dion. dicit 3. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ. Secūddò considerādum est quomodo ille qui indignè sumit hoc sacramētum sit reus corporis & sanguinis domini. Quod quidē in gl. tripliciter exponitur. Vno modo materialiter. Incurrit enim reatum ex peccato cōmissō circa corpus & sanguinem domini, prout in hoc sacramēto cōtinetur, quod indignè sumit, & ex hoc eius culpa aggrauatur. Tātò est enim ei⁹ culpa grauior, q̄tò magis est cōtra quem peccatur. Hæb. 10. Quātò magis putatis deteriora mereri supplicia eum qui filium dei cōculcauerit, & sanguinē testamenti pollutū duxerit. Secūddò exponitur per similitudinē, vt sit sensus, Reus erit corporis & sanguinis domini & mortis domini pœnas dabit, hoc est ac si Christū occiderit, punietur: secūdm illud Hæb. 6. Rursum crucifigētes sibi metipsis filii dei & ostēti habētes. Sed secundum hoc videtur grauius esse peccatum eorū qui indignè sumūt corpus Christi. Sed dicēdum q; peccatum aliquod habet grauitatē dupliciter. Vno modo ex ipsa specie peccati quæ sumitur ex obiecto, & secūddum hoc grauius est peccatū quod cōtra diuinitatē cōmittitur, putā infidelitas, blasphemia vel aliquid huiusmodi, q̄ quod cōmittitur cōtra humanitatem Christi. Vnde & ipse dominus Mat. 12. Quod qui dixerit verbum cōtra filiū hominis remittetur ei: qui autē dixerit cōtra spiritū sanctum, nō remittetur ei. Et iterū grauius est peccatū quod cōmittitur cōtra humanitatem in ppria specie, q̄ sub specie sacramēti. Alio modo grauitas peccati attēditur ex parte peccātis. Magis autē peccat qui ex odio aut inuidiā vel ex quacūque malitia peccat, sicut peccauerūt illi qui Christū crucifixerūt, q̄ qui peccat ex infirmitate, sicut interdū peccant illi qui indignè sumunt hoc sacramētum. Non ergo per hoc intelligitur q; peccatū indignè sumētum hoc sacramētum, cōparetur peccato occidētium Christum secūdm æqualitatem, sed secūdm similitudinē speciei: quia vtrūq; est circa eisdem Christum. Tertio modo exponitur, Reus erit corporis & sanguinis domini. i. corpus & sanguis domini facient eum reum. Ita enim bonum malè sumptum nocet, sicut prodest malū quo quis bene vitur, sicut stimulus fathanæ Paulo. Per hæc autē verba excluditur error quorū-

dam dicentium q; quàm statim hoc sacramētū tēgitur à labiis peccatoris, desinit sub eo esse corpus Christi. Contra quod est quod Apostolus dicit, Quicumq; manducauerit panē hunc, vel biberit calicem domini indignè. Secūddò enim prædictam opinionē nullus indignus manducaret vel biberet. Contrariatur autem prædicta opinio veritati huiusmodi sacramenti, secundum quam tandiu corpus & sanguis Christi manent in sacramento, quādiu remanent species in quocūq; loco existant. Deinde cūm dicit, [Probet autem, &c.] Adhibet remediū contra prædictum periculū. Et primò ponit remediū. Secūddò assignat rationē, ibi [Qui enim manducat, &c.] Tertio rationē manifestat per signū, ibi [Ideo inter vos, &c.] Dicit ergo primò. Quia tantū reatum incurrit qui indignè sumit hoc sacramētum, ideo necesse est vt primò homo seipsum probet. i. diligēter examinet suam conscientiā ne sit in eo volūtas peccādi mortaliter, vel aliquod peccatum præteritū de quo non sufficiēter pœnituerit, & sic post diligētē examinationē de pane illo edat & de calice bibat, quia dignè sumētibus non est venenū, sed medicina. Gal. vlti. Opus autē suum probet vnusquisq; 2. Cor. 13. Si estis in fide Christi, vos probate. Deinde cūm dicit, [Quicumque enim manducauerit, &c.] Assignat rationē prædicti remediij, dicens, Ideo probatio præexigitur. Qui enim indignè manducat & bibit, iudicium. i. condēnationem sibi manducat & bibit, sicut dicitur Ioan. 5. Resurgēt qui malè egerūt in resurrectionē iudicij. Non diiudicans corpus domini, id est, ex eo q; nō discernit corpus domini ab aliis indifferenter ipsum assūmēs sicut alios cibos. Leuit. 22. Omnis homo qui accesserit ad ea quæ cōsecrata sunt in quo est immunditia, peribit corā domino. Sed contrā videtur esse quod dicit Io. 6. Qui manducat me, viuī propter me. Sed dicēdū est quòd duplex est modus manducandi hoc sacramētum. s. spiritualis & sacramentalis. Quidā ergo manducant sacramentaliter & spiritualiter, qui, scilicet, ita sumunt hoc sacramētum q; etiam rem sacramenti participāt, scilicet, charitatē per quam est ecclesiastica vnitas. Et de talibus intelligitur verbum domini inductū, qui manducat me, viuī propter me. Quidā verò manducant sacramēta liter tantū, qui, scilicet, ita hoc sacramētū percipiunt q; rem sacramenti, id est, charitatē non habēt, & de talibus intelligitur, quod hinc dicitur: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Est autem præter duos modos quibus sumitur sacramētum hoc, tertius modus sumendi quo manducatur per accidens, dū, scilicet, sumitur nō vt sacramētum, quod quidem cōtingit tripliciter. Vno modo sicut quādo aliquis fidelis sumit hostiā consecratam quam nō credit esse consecratā. Talis enim habet habitum vtēdi hoc sacramento. Alio modo sicut quando hostiā consecratam sumit aliquis infidelis qui nullam fidē habet huius sacramēti. Talis enim nō habet habitum vtēdi hoc sacramēto, sed solum potētiā. Tertio modo sicut quando hostiā sacratā comedit mus vel quodlibet animal brutū, quod etiam non habet potētiā vtēdi hoc sacramēto. Et hoc igitur quòd spiritualiter sumentes hoc sacramētum acquirunt vitam: alliciuntur quidam ad hoc quòd frequenter hoc sacramētum assūmāt. Ex hoc autē quòd indignè sumentes acquirunt sibi iudicium plures deterrentur, vt rarius sumant, & vtrūq; cōmendandum videtur. Legimus enim Luca 19. Quòd Zachæus recepit Christū gaudens in domum suā, in quo eius charitas commendatur. Legitur etiam eodem 7. quòd Centurio dixit Christo, Non sum dignus vt intres sub tectū meum. In quo commendatur honor, & reuerentia eius ad Christum. Quia tamen amor præfertur timori per se loquendo, commendabilius esse videtur quòd aliquis frequentius sumat quā q; rarius. Quia tamen quod est in se eligibile, potest esse minus eligibile quātū ad hunc vel illum: cōsiderare quilibet in seipso debet quē effectum in se habent frequens susceptio huius sacramēti. Nam si aliquis sentiat se proficere in seruire dilectionis ad Christum, & in fortitudine resistēdi peccatis quæ plurimū consequuntur homines, debet frequēter sumere. Si verò ex frequenti sumptione sentiat aliquis in se minus reuerentiā huius sacramenti, monendus est vt rarius sumat. Vnde & in libro de ecclesiasticis dogmatibus dicitur, Quotidie eucharistiā sumere, nec laudo, nec viru pero. Deinde cūm dicit, [Ideo inter vos, &c.] Manifestat prædictā rationē per signum. Er primò ponit signum. Secūddò assignat causam illius, signi ibi, [Quod si nosmetipsos, &c.] Circa primum considerandum est, quòd sicut Aug. dicit in 1. de ciuit. dei, Si omne peccatū nunc manifestè deus plecteret pœna, nihil vltimo iudicio reseruari putaretur. Rursus si nullū peccatum nunc puniret, nulla esse diuina prouidētia crederetur. In signū ergo futuri iudicij deus etiam in hoc mundo pro peccato quosdā tēporaliter punit, quod maximè obseruatū videtur in principio legislationis, tam nouę quàm veteris. Legimus enim Exod. 32. Propter peccatū vituli auri adorati, multa milia hominum perēpta. Rursum legitur Act. 5. Propter peccatum mēdaciæ & furti Ananiæ & Saphiram interiisse. Vnde & propter peccatū huius sacramenti indignè sumpti, aliqui in primitiua ecclesiā puniebātur à deo infirmitate corporali vel etiā morte. Vnde dicit, Ideo. s. in signum futuri iudicij. Inter vos multi indignè sumentes corpus Christi sunt infirmi corporaliter. Psal. Multi plicatę sunt infirmitates. Et imbecilles. i. longa inualerudine laborantes. Et dormiunt multi. s. morte corporali secundum quòd sumitur dormitio. 1. ad Thessalo. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus. Deinde cūm dicit, [Quod si nosmetipsos, &c.] Assignat duplicē rationem prædicti signi, quarum prima sumitur ex parte nostri. Secunda ex parte dei, ibi [Cūm iudicamur autē, &c.] Ex parte autē nostra causa diuina punitionis est à negligētia, quia in nobis ipsis peccata cōmissa punire negligimus. Vnde dicit, quòd si nosmetipsos diiudicauerimus redarguendo & puniendo peccata nostra, non vtiq; iudicauerimus. i. non puniremur à domino neq; postmodū in futuro, neq; etiā in præsentī. Sed contrā est quod supra 4. dictum est, Sed neq; me ipsum iudico. Et Roma. 14. dicitur, Beatus qui non iudicat semetipsum. Sed dicendum est q; aliquis potest seipsum iudicare tripliciter. Vno modo discutiendo, & sic aliquis debet iudicare seipsum, & quantū ad opera præterita, & quantū ad futura, secundū illud Gala. vlt. Opus suum probet vnusquisque. Alio modo sentētiā seipsum absolūdo quasi iudicādo se innocentem quantū ad præterita, & secundum hoc nullus debet iudicare seipsum, vt. s. se innocentem iudicet, secundū illud Iob 9. Si iustificare me volueris, os meū condēnabit me. Si innocentē me ostēdero, prauum me cōprobabit. Tertio modo repræhendendo, vt scilicet faciat aliquid quod ipse iudicat esse malum. Et hoc modo intelligitur quòd inductum est, Beatus est qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Sed quantum ad ea quæ iam fecit, debet quilibet seipsum iudicare, repræhendendo & puniendo pro maleficiis. Vnde dicitur Iob 13. Vias meas in con-

specu eius arguam & 23. Ponam coram eo iudiciu, & os meum replebo increpationibus. Et de hoc iudicio Augu. dicit in lib. de penitentia, & inducitur hic in glo. Verferetur ante oculos nostros imago futuri iudicij, & ascendat homo aduersum se ante faciem suam: atq; constituto in corde iudicio asit accusans cogitatio & restis conscientia & carnifex cor. Inde quide sanguis animi cofitentis per lachrymas profluat, postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, vt se indignum homo iudicet participem corporis & sanguinis do mini. ¶ Deinde cum dicit, [Cum iudicamur autē, &c.] Ponit causam quæ est ex parte dei, dicens, Cum iudicamur autē à domino. i. in hoc mundo punimur. Corripimur. i. hoc fit ad correctionem nostrā, dum, s. qui liber propter pœnā quam sustinuit à peccato recedat. Vnde & Job 5. dicitur, Beatus vir qui corripitur à domino. Et Prouerb. 3. Quem diligit dominus, corripit. Vel etiam dum per pœnā vnus, alius peccare desistit. Prouerb. 19. Pestilente flagellato stultus sapientior erit, & hoc ideo vt non damnemur aeterna damnatione in futuro cum hoc mundo. i. cum hominibus mundanis. ¶ Deinde cum dicit, [Itaq; fratres mei, &c.] reducit eos ad debitā obseruantia: & primò ponitur id quod nunc ordinat. Secundò ponitur promissio de ordinatione futura, ibi [Cætera autē.] Circa primum tria facit. Primò ponit ordinationē suam, dicens [Itaq; fratres mei, &c.] Ne vnusquisque cœnā suā præsumat ad manducandū, cum conuenitis. s. in ecclesia ad manducandū. s. corpus Christi, inuicem exspectate, vt. s. simul omnes sumatis. Vnde & Exod. 12. dicitur, Immolabit hedum multitudo filiorum Israel. Secundò excludit excusationem, dicens [Si quis autem esurit, &c.] Et non potest tantum exspectare, domi manducet. s. cōmunes cibos, postmodum eucharistiam nō sumpturus. Eccle. 36. Omnem escam manducabit venter. Tertiò rationem assignat, dicens [Vt non conueniatis.] scilicet, ad sumendum corpus Christi, in iudicium, id est, in vestram condemnationem. ¶ Deinde ponitur promissio, cum dicit [Cætera.] s. quæ non sunt tanti periculi. cum venero præsentialiter disponā, qualiter. s. ea conseruare debeatis. Ex quo patet qd ecclesia multa habet eum dispositione Apostolorū, quæ in sacra scriptura non continentur. Eccle. 10. Ciuitates inhabitabuntur. i. ecclesiæ disponentur per sensum prudentiū, scilicet, Apostolorum.

Multa sunt in ecclesia ex traditione Apostolorū quæ non sunt in sacris scripturis. Hoc 12. c. 13. & 14. Instruit de spiritualibus domi & gratiis. In isto quidem de gratiis gratis datus in vilitate ecclesie sub analogia corporis naturalis diuersa membra diuersorum officiorum habent. Et hic sua proponit intentionē, eandem prosequitur ostendendo necessitatem gratiarū, & eandem de distributionem.

Caput 12. De spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens, dicit Anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministrarum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem verò deus, qui operatur omnia in omnibus. Postquam Apostolus profecutus est de tribus sacramētis, scilicet, baptismo, matrimonio, & eucharistia: hic incipit determinare de his quæ pertinent ad rem sacramentorū. Est autem duplex res sacramenti. Vna significata & contrēta. s. gloria resurrectionis quæ in fine expectatur. Primò ergo agit de donis gratiarum. Secundò de gloria resurrectionis. 15. cap. ibi [Notum autem vobis facio, &c.] Circa primum agit de gratiis gratis datis. Secundò præfert omnibus his charitatem quæ pertinet ad gratiam gratum facientem. 13. cap. ibi [Si linguis hominum, &c.] Tertiò cōparat gratias datas adiuuicem. 14. capi. ibi [Sequitur charitatem, &c.] Circa primum duo facit. Primò principaliter exponit quid intendat, dicens, Dixi qd cætera quæ pertinent ad vsum sacramentorū cum venero disponam. Sed quædam statim vobis tradere oportet, & hoc est quod dicit [De spiritualibus autem] id est, de donis gratiarū quæ sunt à spiritu sancto, o fratres, nolo vos ignorare. Est enim maximum genus ingratitude ignorare beneficia accepta: vt Seneca dicit in lib. de beneficiis: & ideo vt homo non sit deo ingratulus, non debet spirituales gratias ignorare. Suprà 2. Spiritū accepimus qui ex deo est vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, scilicet, spiritualium. ¶ Secundò, ibi [Scitis quoniam cum gentes, &c.] Profecquitur suam intentionem: & primò ostendit spiritualiū gratiarum necessitatem. Secundò ponit gratiarū distributionem, ibi [Diuisiones verò, &c.] Necessitas autē alicuius rei maximè cognoscitur ex defectu ipsius. Vnde circa primum duo facit. Primò ponit defectū quem patiebatur ante susceptam gratiam. Secundò concludit gratiæ necessitatem, ibi [Ideo notū vobis, &c.] Dicit ergo primò. Scitis quasi experti, quoniam cum gētes essetis, id est, gentilitate viuentes, nondū suscepta gratia per baptismum. Gal. 2. Nos enim natura Iudæi non ex gētibus peccatores. Eph. 4. Gentes ambulat in vanitate sensus sui. Eratis euntes quasi prompta mente & asidue, secundū illud Hier. 8. Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi æquus impetu vadens in prælium. Prouerb. 1. Pedes eorum ad malum currunt. [Ad simulachra muta.] scilicet, adorāda & colenda, secundū illud Psal. O s habent & non loquentur. Et ponit specialiter in eis defectū locutionis, quia locutio est proprius effectus cognitionis: vnde ostenditur non intelligere simulachra, & per consequens nihil diuinitatis habere si sunt muta. Et hoc prout ducebamini. i. sine aliqua resistentia. Ducebantur autē vel allecti ex pulchritudine simulachrorū. Vnde dicitur in epistola Hier. Videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos, videre ne metus vos capiat in ipsis. Aut etiā ex imperio alicuius principis, sicut legitur Dan. 3. Quod Nabuchodonosor cogebat homines adorare statuam auream, & secundi Machab. 6. dicitur de quibusdā quod ducebantur cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia. Vel etiam in instinctu demonum qui ad hoc præcipue anhelant vt diuinus cultus eis exhibeatur, secundū illud Matthæi 4. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Ibant ergo ad idola colenda prout ducebatur, id est, sine aliqua resistentia, sicut de iuvene etiam recordē dicitur. Prouerb. 7. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam. Per hoc ergo appareret quod homo ante susceptam gratiam promptē currit in peccatum sine resistentia. Specialiter autem facit mentionem de peccato idolatriæ propter tria. Primò quidem, quia hoc est peccatum grauissimum introducere alium deum, sicut grauissimè peccaret cōtra regem, qui alium regem in regnum eius introduceret. Vnde dicitur Job 31. Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè, & oscular sum manū meam, scilicet, quasi cultor solis & luna, quæ est iniquitas maxima & negatio contra deum alifimum. Secundò quia à peccato idolatriæ omnia alia peccata oriēbantur, secundum illud Sapient. 14. Ne phandorum idolorū cultura omnis mali causa est. Tertiò quia hoc peccatum apud Gentiles cōmune erat, & non reputabatur. Vnde in Psal. dicitur, Omnes dii gentium dæmonia. Est autem considerandū quod quidam dixerunt hominē in peccato mortali existentē sine gratia quadā non posse à peccato cui subiacet, libe

rari: quia remissio peccatorum non fit nisi per gratiā, secundū illud Ro. 3. Iustificati per gratiam eius: posse autem se præseruare à peccato mortali sine gratia per liberum arbitrium. Sed hæc posito nō videtur vera. Primò quidem, quia non potest aliquis se à peccato mortali præseruare nisi omnia legis præcepta seruādo: cum nullus mortaliter peccet nisi transgrediendo aliquod legis præceptū: & ita posset aliquis obseruare omnia legis præcepta sine gratia, quod est hæresis Pelagiana. Secundò, quia charitatē, per quā deus diligitur super omnia, nullus potest habere sine gratia, secundū illud Ro. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nō potest autē esse qd homo omnia peccata declinet nisi deū super omnia diligit: sicut illud magis contēnitur, quod minus diligitur. Poterit ergo esse per aliquod tempus qd ille qui caret gratia, à peccato abstinere quousq; occurrat illud propter quod dei præceptum contēnet à quo ducitur ad peccandum: signāter autem Apostolus dicit, prout ducebamini. ¶ Deinde cum dicit, [Ideo notum vobis facio, &c.] Concludit duos effectus gratiæ, quorū primus est quod facit abstinere à peccato. Secundus est quod facit operari bonū & hoc ponit, ibi [Et nemo potest, &c.] Dicit ergo primò ex quo quādo sine gratia eratis, prōptē ad peccādum currebatis. Ideo notum vobis facio qd si gratiam habuissetis, hoc vobis non contigisset. Nemo enim in spiritu dei, &c. i. per spiritum dei loquens dicit, Anathema Iesu, &c. i. blasphemia contra Iesum, secundum illud Ioan. 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est. ¶ Notandum quod supra posuit grauissimum peccatū quod est blasphemia, quod per gratiam declinatur, vt de aliis minoribus peccatis intelligatur. Potest autē p hoc quod dicitur, Anathema Iesu intelligi quodlibet peccatum mortale. Anathema enim separationem significat. Dicitur ab Ana quod est sursum, & thesis quod est positio, quasi sursum positum, quia olim res quæ ab vsu hominum separabantur, suspendebantur in templis vel in locis publicis. Omne autē peccatum mortale separat à Iesu, secundum illud Esa. 59. Iniquitates vestra diuiserunt inter vos, & deum vestrū. Quicunq; ergo mortaliter peccat, dicit corde vel ore, Anathema. i. separationem à Iesu. Nemo ergo in spiritu dei loquens, dicit Anathema Iesu, quia nullus per spiritū dei peccat mortaliter, quia vt dicitur Sapient. 1. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, sed secundum hoc videtur qd quicūque habet spiritum sanctum non possit peccare mortaliter: quia etiam dicitur 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet. ¶ Sed dicendū est quod quantum est ex spiritu dei, homo non facit peccatum, sed magis à peccato retrahitur, potest tamen peccatum facere ex defectu volūtatis humanæ: quæ spiritu sancto resistit, secundū illud Act. 7. Vos autem semper spiritu sancto resististis. Non enim per spiritū sanctum inhabitantē tollitur facultas peccandi à libero arbitrio totaliter in vita præsentī, & ideo signanter Apostolus nō dixit, Nemo spiritum dei habens, sed nemo in spiritu dei loquens. ¶ Deinde cum dicit, [Et nemo potest, &c.] Ponit secundū effectum gratiæ. s. quod sine ea homo nō potest bonum operari. Dicit ergo. Et nemo potest dicere qd Iesus est dominus nisi in spiritu sancto. ¶ Contra quod videtur esse, quia per spiritum sanctum homo introducit in regnum cælorum, secundum illud Psal. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam. Dominus autem dicit Matt. 7. Non omnis qui dicit, domine domine, intrabit in regnū cælorum. Non omnis ergo qui dicit, dominū Iesum, dicit hoc in spiritu sancto. ¶ Dicendum est autem qd dicere aliquid in spiritu sancto potest intelligi dupliciter. Vno modo in spiritu sancto mouente, sed nō habito. Mouet enim spiritus sanctus corpora aliquorū ad loquendum quos non inhabitat, sicut legitur Ioā. 11. Quod Caiphas hoc quod de vilitate mortis Christi prædixit, & semetipso nō dixit, sed per spiritū prophetiæ. Balaam etiā multa vera prædixit mortis Christi prædixit, vt legitur Num. 23. & 24. Licet enim non haberet. Secundum hoc ergo intelligendū est qd nullus potest dicere quodcūq; verū, nisi à spiritu sancto motus, qui est spiritus veritatis, de quo dicitur Io. 16. Cum autē uerit ille spiritus veritatis docebit vos omnē ueritatem. Vnde & in glo. Ambr. dicit, Omne verū à quocumque dicatur, à spiritu sancto est. Et specialiter in illis quæ sunt fidei quæ per specialem reuelationē spiritus sancti sunt habita, inter quæ est qd Iesus sit omnium dominus. Vnde Act. 4. dicitur, Certissimè sciat omnis domus Israel, quia deus fecit hūc dominū Iesum quē vos crucifixistis. Alio modo loquitur aliquis in spiritu sancto mouente & habito. Et secundū hoc etiā potest verificari quod hic dicitur, ita tamē qd dicere accipitur non solum ore, sed etiam corde & opere. Dicitur enim aliquid corde, secundū illud Psal. Dixit in spiritibus in corde suo, non est deus. Dicitur etiā aliquid opere, in quātum exteriori opere aliquis suum conceptū manifestat. Nemo ergo nisi habēdo spiritum sanctū potest dicere, Iesum dominum, ita. s. quod nō solum hoc ore cofiteatur, sed etiā corde reueatur ipsum vt dominum, & opere obediat ipsi quasi domino. Sic igitur ex verbis præmissis tria circa gratiam cōsiderare possumus. Primò qd sine ea peccatum homo vitare nō potest, secundū illud Psal. Nisi quia dominus adiuuauit me, paulominus in inferno habitasset anima mea. Secundò qd per eam vitatur peccatum, secundū illud 1. Io. 3. Qui natus est ex deo. nō peccat. Tertiò qd sine ea non potest homo bonum facere, secundū illud Io. 15. Sine me nihil potestis facere. ¶ Deinde cum dicit, [Diuisiones verò, &c.] Incipit distinguere gratias gratis dadas, & primò distinguit eas in generali. Secundò manifestat in speciali, ibi [Vnicuique autem datur, &c.] In his autem quæ per gratiā spiritus sancti conferuntur, tria oportet considerare. Primò quidē facultatem hominum ad operandum, secundò auctoritatem, tertiò executionem vtriusq;. Facultas quidem habetur per donum gratiæ, putā, per prophetiā, vel potestatem faciendi miracula aut per aliquid huiusmodi: auctoritas autē habetur per aliquod ministeriū, putā, per apostolatū vel aliquid huiusmodi. Executio autē pertinet ad operationem. Primò ergo distinguit gratias. Secundò ministeria. Tertiò operationes. Quantum ergo ad primum, dicit, Ostendi necessitatem gratiæ quæ tamen nō totaliter aduenit omnibus nisi Christo cui datus est spiritus non ad mensurā, vt dicitur Io. 3. sed quantum ad alios sunt diuisiones gratiarum, quia quidā abundant in vna, quidā in alia. Sicut enim in corpore naturali caput habet omnes sensus, non autē alia membra, ita in ecclesia solus Christus habet omnes gratias, quæ in aliis mēbris diuiduntur, quod significatur Gen. 12. Vbi dicitur qd fluuius. s. gratiarū egrediebatur ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Et Matt. 25. dicitur, Et qd vnū dedit quinque talēta, alij duo, alij vnū. Et quāuis dona gratiarū sint diuersa quæ à diuersis habentur, nō tamē procedūt à diuersis actoribus, sicut ponebāt gētilēs qui sapientiā attribuēbāt Mineræ, locutionē Mercurio, & sic de aliis. Ad quod

excludendum subdit, Idem autē spiritus. s. sanctus qui est actor omnium gratiarum. Ephē. 4. Vnum corpus & vnus spiritus. Et sapiē. 7. Est spiritus vnus & multiplex. Vnus in substantia, multiplex in gratiis. ¶ Deinde ponit distinctiones ministratiōnū, dicens [Et diuisiones ministratiōnum sunt]. i. diuersa ministeria & officia requiruntur ad gubernatiōnē ecclesiā. Prælati enim ecclesiā ministri dicitur. Suprà 4. Sic nos existimemus homo vt ministros Christi: pertinet autē ad decorem & perfectionem ecclesiā, vt in ea diuersa ministeria sint quæ significantur per ordines ministratiōnū, quod mirabatur regina Sabba in domo Salomonis, vt legitur 3. Reg. 10. Omnes tamen vni domino seruiunt. Vnde subditur, Idem autē dominus, suprà 8. Nobis vnus dominus Iesus Christus per quem omnia. ¶ Deinde ponit distinctionē operationum, dicens [Et diuisiones operationum sunt.] quibus aliquis in seipso bonū operatur, sicut per ministratiōnes ad proximum. Psa. Exiit homo ad opus suum. s. sibi propriū. Eccle. 33. Immutauit. i. distinxit vias. i. operationes eorū, quæ tamen omnes procedunt ab vno principio. Vnde subdit, Idem verò deus qui operatur omnia, sicut prima causa creans omnes operationes. Ne tamen aliæ causæ videantur esse superflue, subdit, in omnibus, quia in causis secundariis prima causa operatur. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Et notandum quod Apostolus valde cōgruē gratias attribuit spiritui qui est amor: quia ex amore procedit quod aliquid gratis detur ministerij à domino cui ministratur, operationes deo sicut primæ causæ mouēt. Et quod dicit, spiritus, potest referri ad personam spiritus sancti. Quod dicit, dominus, ad personam filij: quod dicit, deus, ad personam patris. Vel hæc tria possunt attribui spiritui sancto qui est dominus deus.

Lectio 2.

Vnicuique autem datur manifestatio spiritus, ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo sapientiæ, secundum eundem spiritum: alij fides in eodem spiritu: alij gratia sanctorum in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.

¶ Posita in generali distinctione gratiarū & ministratiōnū, & operationum, hęc manifestat ea quæ dixerat in speciali. & primò quantum ad diuisionem gratiarum. Secundò quantum ad diuisionem ministratiōnū, ibi [Et quosdam quidē posuit deus, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit distinctionem gratiarū in speciali. Secundò adhibet similitudinē, ibi [Sicut enim corpus, &c.] Circa primū tria facit. Primò ponit conditionem gratiarū gratis daturarum. Secundò ponit earum distinctionē, ibi [Alij quidē datur, &c.] Tertio describit earum actionē, ibi [Hæc autē omnia, &c.] Dicit ergo primò, dicitur est quod sunt diuisiones gratiarum. Vnicuique autē datur in quo designatur earum subiectum. Sicut enim nullum mēbrum est in corpore quod non participet aliquo modo sensum vel motum à capite: ita nullus est in ecclesiā qui nō aliquid de gratiis spiritus sancti participet, secundū illud Mat. 25. Dedit unicuique secundum propriā virtutem. Et Ephē. 4. Vnicuique nostrum data est gratia. Manifestatio spiritus, in quo designatur officij gratiæ gratis datæ. Pertinet autem ad gratiam gratū facientem quod per eam spiritus sanctus inhabitet, quod quidem non pertinet ad gratiā gratis datam, sed solum vt per eam spiritus sanctus manifestetur: sicut interior motus cordis per vocē. Vnde Ioan. 3. dicitur, Vocem eius audis. Et in Psal. dicitur, Notum fecit dominus salutarem suū. Manifestatur autem per huiusmodi gratias spiritus sancti dupliciter. Vno modo vt inhabitans ecclesiam & docēs & sancti ficans eam, putā cūm aliquis peccator quem nō inhabitat spiritus sanctus faciat miracula ad ostendendū quod fides ecclesiæ quam ipse prædicat, sit vera. Vnde dicitur Heb. 2. Cōtestante deo signis & prodigijs & varijs spiritus sancti distributionibus. Alio modo manifestatur per huiusmodi gratia spiritus sancti, vt inhabitans eum cui tales gratiæ conceduntur. Vnde dicitur Act. 6. quod Stephanus plenus gratia faciebat prodigia & signa multa, quem spiritu sancto plenum elegerūt, sic autē non conceduntur huiusmodi gratiæ nisi sanctis. Et ne huiusmodi manifestatio vana videatur, subdit, Ad utilitatem. s. cōmunem. In quo designatur finis huiusmodi gratiarum, & hoc vel dum probatur vera doctrina ecclesiæ, & sic fideles confirmantur & infideles cōuertuntur. Vel dum sanctitas alicuius proponitur alijs in exēplum. Vnde & infra 14. Ad ædificationē ecclesiæ querite vt abundetis. Et suprà 10. Non querēs quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. ¶ Deinde cūm dicit, [Alij quidem, &c.] Ponit distinctionem gratiarū, quæ quidem, vt dictū est, datur ad utilitatem cōmunem. Et ideo oportet earū distinctionem accipere secundum quod per vnum, potest aliorum salus procurari. Quod quidem homo nō potest facere interius operando, hoc enim solius dei est, sed solum exterius persuadēdo. Ad quod quidē tria requiruntur. Primò quidem facultas persuadēdi: secundò facultas persuasionem cōfirmandi: tertio persuasiōnē intelligibiliter proponendi. Ad facultatem autē persuadēdi, requiritur quod homo habeat peritiā conclusionū & certitudinem principiorum, circa ea in quibus debemus persuadere. Conclusiones autē in his quæ pertinent ad salutem, quædam sunt principales. s. res diuinæ & ad hoc pertinet sapientia quæ est cognitio diuinarū rerum, vt Aug. dicit 13. de trinitate: & quātum ad hoc dicitur, Alij quidē datur per spiritum. s. sanctum, sermo sapientiæ vt possit persuadere ea quæ ad cognitionē diuinorum pertinent. Luc. 21. Ego dabo vobis os & sapientiā cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. suprà 2. Sapientiā loquimur inter perfectos. Secundariæ cōclusiones sunt quæ pertinent ad notitiā creaturarum, quarū cognitio dicitur scientia, secundū Aug. ibidem, Et quantum ad hoc subdit, Alij autē. s. datur sermo scientiæ secundum eundem spiritum, vt. s. per creaturas ea quæ sunt dei, manifestare possit. Huius enim scientiæ attribuitur illud quo pia fides defenditur & roboratur: non autem quicquid curiositatis in humanis scientiis inuenitur, vt Aug. ibidem dicit Sapien. 10. Dedit illi scientiam sanctorum. Esa. 33. Diuinitas salutis sapientia & scientia. Est tamen notandum quod sapientia & scientia inter septē dona spiritus sancti cōputatur, sicut habetur. Esa. 11. Vnde Apostolus signatet inter gratias gratis datas nō ponit sapientiā & scientiam, sed sermonem sapientiæ & scientiæ quæ pertinent ad hoc, vt homo alijs persuadere valeat per sermonem ea quæ sunt sapientiæ & scientiæ. Principia autē doctrinæ salutis, sunt articuli fidei: & ideo quātum ad hoc subditur, Alteri. s. datur fides in eodem spiritu: non autē hęc accipitur pro fidei virtute, quia hoc cōmune est omnibus mēbris Christi, secundum illud Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Sed accipitur pro sermone fidei, prout. s. homo potest rectē proponere ea quæ fidei sunt, vel pro certitudine fidei quā aliquis habet excellenter, secundum illud Mat. 15. Mulier, magna est fides tua. Ea verò quæ pertinent ad salutarem

doctrinam non possunt confirmari seu probari ratione, quia rationem humanā excedunt, secundum illud Eccl. 3. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. Confirmantur seu probantur signo diuino, vnde & Moyses mittendus ad populum Israel signum accepit à deo per quod confirmaret ea quæ ex parte dei dicebat, vt patet Exod. 4. Sicut & signo regio confirmatur quod aliquid sit de mādato regis. Signum autem dei sumitur vno quidē modo ab eo quod solus deus facere potest. Sicut sunt miracula quæ Apostolus hęc in duo distinguit. Nam primò dicit, alij. s. datur gratia sanctorum. i. per quā alicuius possit sanare infirmitatē in vno. s. & eodem spiritu. Hier. 17. Sana me domine & sanabor. Ex his enim persuaderet aliquis nō solum propter magnitudinem facti, sed etiā propter beneficium. Secundò autem dicit, alij datur operatio virtutū ex quibus aliquid persuadetur solum propter magnitudinē facti, putā cūm mare diuiditur, vt legitur Exod. 14. Vel quod sol & luna steterit in celo, sicut legitur Iosue 10. Gal. 3. Quis tribuit nobis spiritū & operatur virtutes in nobis. Alio autē modo accipitur signū diuinū ab eo quod solus deus cognoscere potest. Hoc autē est vel futurum cōtingens, secundum illud Esa. 41. Annuntiate quæ vterura sunt & sciemus quia dii estis vos. Et quātum ad hoc dicit, Alij. s. datur prophetia quæ est diuina reuelatio inter euentus immobili veritate denuntians. Ioel. 2. Effundā de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri. Aliud autem est cognitio humani cordis, secundū illud Hier. 17. Præuū est cor hominis & inscrutabile quis cognosceret illud? Ego dominus scrutans corda & probans renes. Et quātum ad hoc, subdit, Alij discretio spirituum, vt. s. homo discernere possit, quo spiritu aliquis moueatur ad loquendū vel operandum, putā vtrum spiritu charitatis vel spiritu inuidiæ. i. Ioan. 4. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus si ex deo sunt. Facultas autē persuasionem pronuntiandi cōsistit in hoc quod homo possit loqui intelligibiliter alijs. Quod quidē impeditur dupliciter. Vno modo per diuersitatē idiomatum. Contra quod remedium adhibetur per hoc quod dicit, Alij. s. datur gratia linguarū, vt. s. possit loqui diuersis linguis vt intelligatur ab omnibus, sicut de Apostolo legitur Act. 2. Quod loquebantur varijs linguis. Alio modo per obscuritatē scripturæ inducendæ. Contra quod remediū datur per id quod subditur. Alii interpretatio sermonū. i. difficilium scripturarū. Dauid. 5. Audiui de te quod possis obscura interpretari. Gen. 40. Nunquid non dei est interpretatio? ¶ Deinde cūm dicit, Hæc autem omnia, &c.] Determinat authorem prædicarum gratiarum. Circa quod tres errores excludit. Primò quidem gentiliū attribuentium diuersa dona diuersis dijs. Contra quod dicit, Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus. Eph. 4. Vnum corpus & vnus spiritus. Secundò errorem eorum qui deo attribuebāt solum vniuersalem prouidentiam rerum, ponentes quod distinctiones particularium sunt solum per causas secundas. Contra quod subditur, Diuidens singulis prout vult. Eccl. 33. In multitudine disciplina domini separauit eos. Tertio excludit errorem eorum qui diuersitatē gratiarū attribuebant vel facti: vel humano merito, & non solum voluntati diuinæ, sicut Macedonii qui dicebant spiritum sanctū esse ministerium patris & filij, & hoc excludit per hoc quod subdit, Prout vult. Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat.

Lectio 3.

Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vno corpore baptizati sumus, sicut Iudei, & gentes, & serui, & liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus. Nā & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore: non ideo est de corpore? Si totū corpus oculus, vbi audiret? Si totū audiret, vbi odoratus? Nunc autē posuit deus membra, vniquodque eorū in corpore sicut voluit: quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autē multa quidem membra: vnum autem corpus. Non potest autē oculus dicere manū, opera tua non indigeo: aut iterū caput, pedibus: non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt: & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorum circūdamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorum honestatem habent, honesta autem nostra nullius egent: sed deus temperauit corpus ei cui deest abundantiorum tribuendo honorem, vt non sit schisma in corpore, sed i idipsum pro vnicuique sollicita sint membra. Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Sicut gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autē estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdā quidem posuit deus in ecclesiā, primò Apostolos, secundò prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratias habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? *Emulami autem charismata meliora: & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.*

¶ Posita distinctione gratiarū, hęc manifestat eam per similitudinē corporis naturalis. Et primò ponit similitudinem in generali. Secundò explicat eam in speciali. ibi [Nam & corpus, &c.] Circa primū duo facit. Primò ponitur similitudo. Secundò similitudinis adaptatio, ibi [Ita & Christus, &c.] Circa primum cōsiderandū est quod sicut dicitur in 5. Meta, tripliciter dicitur aliquid vnum per se. Vno modo indiuisibilitate, vt vnitas & punctum, secundū quem modum vnitas excludit totaliter multitudinem, nō solum actualē, sed etiā potentialem. Alio modo dicitur vnum cōtinuitate, vt linea & superficies, quæ quidem vnitas excludit multitudinē actualē, sed nō potentialem. Tertio modo integritate quæ non excludit multitudinem neque potentialem, neque actualē: sicut domus est vna quæ constituitur ex diuersis lapidibus & lignis. Et eodem modo corpus hominis aut cuiuslibet animalis est vnum, quia eius perfectio integratur ex diuersis membris, sicut ex diuersis animæ instrumentis. Vnde & anima dicitur esse actus corporis organici. i. ex diuersis organijs constituti. Proponit ergo primò Apostolus quod vnitas corporis mēbrorum multitudinē non excludit, dicens quod sicut corpus vnum est, & multa mēbra habet. Vnde & Ro. 12. dicitur, In vno corpore multa mēbra habemus. Item proponit quod multitudo membrorum nō tollit corporis vnitatem. Vnde subdit, Omnia autem membra corporis cum sint multa, nihilominus vnum corpus sunt, quod ex omnibus perficitur. Vnde & Iob 10. dicitur, Pelle & carne vestisti me, ossibus & neruis compegisti me. ¶ Deinde cūm dicit, [Ita & Christus, &c.] Ponitur adaptatio similitudinis. Et primò adaptat similitudinē, dicens, Ita & Christus. s. est vnus, secundum illud suprà 8. Vnus dominus noster Iesus per quē omnia. Et tamen multa & diuersa habet mem-

bra. f. omnes fideles, secundum illud Roma. 12. Multi enim corpus sumus in Christo. Secundò ponitur ratio adaptationis. Vbi ponitur duplex ratio distinctionis. Vna quidè ratio vnitatis est spiritus sanctus, secundum illud Eph. 4. Vnum corpus & vnus spiritus. Sed per virtutè spiritus sancti duplex beneficium consequimur. Primò quidem, quia per ipsum regeneramur, secundum illud Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Vnde dicit, Et enim in vno spiritu. f. Per virtutem vnus spiritus sancti. Omnes nos qui sumus membra Christi, sumus baptizati in vnum corpus. i. in vnitatem ecclesie, quæ est corpus Christi, secundum illud Eph. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius. Et Gal. 3. Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Secundò per spiritum sanctum reficimur ad salutem. Vnde subdit, Et omnes potati sumus in vno spiritu. i. per virtutè vnus spiritus sancti. Potest autè hinc potus intelligi dupliciter. Vno modo de interno refrigerio quod spiritus sanctus cordi humano prebet extinguendo sitim carnalium desideriorum, & concupiscentiarum. Vnde Eccl. 15. Aqua salutaris sapientiarum potauit eum. Et Io. 7. Flumina de ventre eius fluent aqua viua. Alio modo potest intelligi de potu sacramentali, qui per spiritum factur, supra 10. Omnes eundem potum spiritualem biberunt. Interponitur autem duplex ratio diuersitatis. Vna ex parte ritus cum dicit, Siue Iudæi, siue Gentiles, &c. Alia ex parte conditionis cum dicit, Siue serui, siue liberi. Nulla enim huiusmodi diuersitas impedit vnitatem corporis Christi. Vnde Gala. 3. dicitur, Non est Iudæus, neq; Græcus: non est seruus, neque liber: vnum enim estis in Christo Iesu. Deinde cum dicit [Nam & corpus.] explicat similitudinem in speciali. Et primò describit conditionem corporis naturalis & membrorum ipsius. Secundò adaptat ad corpus mysticum Christi, ibi [Vos autem estis, &c.] Circa primum duo facit. Primò describit integritatè corporis naturalis. Secundò habitudinem membrorum adinuicè, ibi [Non potest autem oculus dicere, &c.] Circa primum tria facit. Primò proponit quod intendit. Secundò manifestat explicando, ibi [Si dixerit pes, &c.] Tertiò probat ducendo ad inconueniens, ibi [Si totum corpus, oculus, &c.] Dicit ergo primò. Dicitur est quod omnes nos in vnum corpus mysticum baptizati sumus, quod representat similitudo corporis naturalis. Nam corpus naturale hominis non est vnum membrum, sed multa: quia. f. eius perfectio non saluatur in vno membro, sed integratur ex multis quæ necesse habent deferuere diuersis potentis, & actibus animæ. Vnde & Ro. 12. dicitur, Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra corporis non eundè actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. Deinde cum dicit [Si dixerit pes, &c.] Manifestat quod dixerat ex explicando in membris quibusdam. Et primò in membris deferuientibus motui: & ponit duo membra, pedem tanq; ignobilius membrum, eo quod calcet terram & portat totius corporis pondus: manum autem tanq; membrum nobilius, eo quod ipsa est organum organorum. Et hoc est quod dicit, Si dixerit pes non sum de corpore, quoniam non sum manus, non ideo non est de corpore: quasi dicat, perfectio corporis non tota consistit in vno membro, quauis nobiliori, sed ad eius perfectionem requiruntur etià ignobiliora. Per membra autem deferuientia motui, designantur in ecclesia homines dediti vitæ actiuæ, ita quod pedes sunt subditi, de quibus dicitur Eze. 1. Pedes eorum pedes recti: per manus autè figurantur prelati per quos alij disponuntur. Vnde & Canti. 5. dicitur, Manus illius tornatiles auræ plena hiacinthis. Sunt autè in ecclesia necessaria non solum manus. i. prelati: sed etià pedes. i. subditi. Vnde Prou. 14. dicitur. In multitudine populi dignitas regis. Secundò exemplificat de membris seruentibus virtuti apprehensiuæ: & ponit oculum qui deseruit visui: & auram quæ deseruit auditui. Nā isti duo sensus præcipue delectant humanæ sapientiæ: visus quidè quantum ad inuentionem, eo quod plures rerum differentias ostendit: auditus autè quantum ad disciplinam quæ fit per sermonem. Horum tamè sensuum dignior est visus quæ auditus, quia & spiritalior est & plura demonstrat, ac per hoc oculus est dignior aure. Dicit ergo, Et si dixerit auris quæ est ignobilius membrum, non sum de corpore, quia non oculus qui est membrum nobilius, non ideo non est de corpore, &c. Per membra ergo deferuientia virtuti apprehensiuæ, designantur in ecclesia illi qui student vitæ contemplatiuæ. Inter quos sunt sicut oculi, doctores qui per seipsos veritatem inspicunt. Vnde dicitur Cant. 5. Oculi eius sicut colubæ super riuos aquarum quæ resident iuxta fluentia plenissima. Per aures autè significantur discipuli qui à magistris veritatem audiendo recipiunt. Vnde & Matt. 13. dicitur, qui habet aures audiendi, audiat. Sūt enim in ecclesia necessarij non solum doctores, sed etià discipuli. Vnde & Iob 29. dicitur, Auris audiens beatificauit me. Deinde cum dicit [Si totum corpus, &c.] Probat ducendo ad inconueniens duplex, quorum primū est subtractio necessariorum à corpore, secundū est remotio integritatis corporis, ibi [Quod si essent omnia, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit inconueniens, quod sequitur, dicens, Si totum corpus esset oculus quod est membrum nobilius, vbi esset auditus. i. instrumentum audiendi, quasi dicat, si in ecclesia essent omnes magistri. Vnde dicitur Iac. 13. Nolite plures magistri fieri, fratres mei. Et iterum, si totum corpus esset auditus. i. instrumentum audiendi, vbi esset odoratus, &c. Per quæ possunt in ecclesia intelligi illi qui, & si non sint capaces verborum sapientiæ, percipiunt tamen quædam ei' indicia à remotis quasi odorem. Vnde & Cati. 1. dicitur, In odorem vnguentorum tuorum currimus. Secundò asserit contrariam veritatè. f. nec visus, nec auditus corporis debet deesse, dicens, Nunc autem deus posuit. i. ordinatè disposuit membra diuersa. Nam si membrorum distinctio sit opus naturæ, hoc tamen agit natura vt instrumentum diuinæ providentiæ. Et ideo primam causam dispositionis membrorum assignans, subdit, Vnumquodq; eorum in corpore, quasi dicat, Non sic posuit membra diuersa, vt vnumquodq; eorum secundum se separatim existeret, sed vt omnia cõuenirent in vno corpore. Et sicut voluit. Nam prima causa institutionis rerum, est voluntas diuinæ, secundum illud Psal. Omnia quæcumq; voluit fecit, sic autem & in ecclesia disposuit diuersa officia, diuersos status secundum suam voluntatem. Vnde & Eph. 1. dicitur, Prædestinati secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Deinde cum dicit [Quod si esset, &c.] Ducit ad aliud inconueniens quod est defectus integritatis corporis. Vnde primò ponit hoc inconueniens: dicens quod si essent omnia vnum membrum, vbi esset corpus. i. vbi esset integritas corporalis, quasi dicat, non esset. Ita si omnes in ecclesia vnus conditionis & gradus essent, tolleretur perfectio & decor ecclesie quæ in Psal. describitur. Circumacta varietate. Secundò asserit veritatè contrariam, dicens, Nunc autem multa quidem sunt membra, sed vnum corpus quod ex omnibus integratur.

Sic ecclesia ex diuersis ordinibus constituitur. Vnde & Cañ. 6. describitur, Terribilis vt castrorum acies ordinata. Deinde cum dicit [Non potest autem oculus, &c.] Ponit comparationem membrorum adinuicem. Et primò quantum ad necessitatem. Secundò quantum ad cultum membrorum adhibendum, ibi [Et quæ putamus, &c.] Tertiò quantum ad mutuum sollicitudinem, ibi [Sed in idipsum, &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit omnia membra corporis esse necessaria, quauis quædam sint ignobiliora. Secundò ponit necessitatis coparationem, ibi [Sed multò magis, &c.] Ostendit autè primò rationem necessitatis membrorum secundum duplicem differentiam. Primò quidem secundum differentiam membrorum deferuientium motui. Vnde dicit, Non potest autè oculus qui deseruit cognitioni, & significat contemplatiuos, dicere manui quæ deseruit motui, & significat actiuos, opera tua non indigeo. Indigent enim contemplatiui per opa actiuorum sustentari. Vnde & Luc. 10. dicitur, Quod cum Maria secus pedes domini sederet audiens verba eius, Martha satagebat circa frequens ministerium. Secundò ostendit idè secundum differentiam prelatorum, qui significantur per caput, & subditorum, qui significantur per pedes. Et hoc est quod subdit, Aut iterum caput. i. prelatorus, secundum illud 1. Reg. 15. Caput in tribus Israel factus es, Non potest dicere pedibus. i. subditis, Non estis mihi necessarij, quia vt dicitur Prouerb. 14. In multitudine populi dignitas regis. Deinde cum dicit [Sed multò magis, &c.] Comparat diuersa membra adinuicem quoad necessitatem eorum, dicens, quod membra corporis quæ videntur esse infirmiora sunt magis necessaria, sicut intestina: ita etiam in ecclesia sine officio aliquarum abiectionum personarum, puta, agricultorum & aliorum huiusmodi, præfens vita transferri non potest: quæ tamen possent duci sine aliquibus excellentioribus personis contemplationi & sapientiæ deputatis, quæ ecclesie deferuunt, ad hoc quod sit ornatus & melius se habens. Ex hoc enim aliquid dicitur necessariū, quod est vile ad finem. Illa verò quæ sunt nobilissima non se habent in ratione vtilium: sed sunt per se ipsa appetenda: vt fines. Et ideo dicitur Iob. 21. Si fructus terræ comedi absq; pecunia & animam agricolarum eius afflixit. Deinde cum dicit [Et quæ putamus, &c.] Comparat membra quantum ad exteriorum cultum. Et primò ponit diuersitatè quæ diuersis membris adhibetur. Secundò causam diuersitatis assignat, ibi [Deus temperauit, &c.] Cultus autè exterior membrorum adhibitus ad duo pertinet. f. ad honorem, sicut ea quæ apponuntur ad ornatum, vt monilia, & inanes: & ad honestatè sicut quæ apponuntur ad tegumentum, vt bracia & alia huiusmodi. Quantum ergo ad primum cultum dicit primò, Et quæ putamus esse ignobiliora membra corporis, his circumdamus abundantiorum honore. i. maiore ornatum: sicut auribus alicubi suspenduntur inanes, oculis autem nihil apponitur, & pedibus apponuntur calceamenta depicta & gemmata: secundum illud Cañ. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis. Manus autem nudæ habentur. Et similiter in ecclesia imperfectioribus tui magis consolationes adhibenda, quibus perfectiores non egent. Vnde dicitur Esa. 40. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fetas ipse portabit. Et 1. Petri 3. dicitur, Viri quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem. Secundò profequitur quantum ad cultum honestatis, dicens, Et quæ inhonesta sunt, abundantiorum honestatem habent. f. per studium humanum. Dicuntur autem membra aliqua inhonesta in sanctis, non propter aliquam peccati turpitudinem, sed propter inobediētiam membrorum genitalium subsecutam ex peccato originali. Vel etiam sunt ignobilivivi deputata, sicut omnia membra quæ deseruunt emissioni superfluitatum, quibus abundantior honestas adhibetur dum studiose teguntur, quo non indigent membra nobilibus vñibus deputata. Vnde subdit, Honestas autem nostra nullius egent. f. exterioris honestatis: vnde nec faciei velamè apponitur. Et similiter in ecclesia illi qui sūt in aliquo culpabiles, sunt admonendi & custodiendi, secundum illud Eccl. 4. Super filiam luxuriosam cõfirma custodiam. Et Gala. 6. dicitur, Si præoccupatus quis fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, illi autè qui sunt absq; culpa his non egent. Et est notandum quod triplicem defectum circa membra notauit, scilicet, inhonestatis, ignobilitatis, & infirmitatis. Quorum primum in membris ecclesie pertinet ad culpam. Secundum ad conditionem seruilem. Tertiū ad statum imperfectiorum. Deinde cum dicit [Et deus temperauit, &c.] Ponit causam prædicti cultus, & primò assignat causam efficientem primam: licet enim homines taliter se habeant ad cultum membrorum, hoc tamè procedit ex ordinatione diuina. Vnde dicit, Sed deus temperauit corpus, abundantiorum honore tribuendo ei membro cui deest. Nam homines hoc faciunt ex quodam diuino instructu, secundum illud Iob 33. Aperit aures virorum & erudiens eos instruit disciplina. Secundò ponit causam finalem, dicens, Vt non sit scisma in corpore. Quod quidè sequeretur si defectui membrorum non subueniretur, hoc autem scisma quantum ad membra corporis mystici manifestè vitatur, dū pax ecclesie custoditur per hoc quod singulis, ea quæ sunt necessaria attribuuntur. Vnde & supra dictum est. cap. 1. Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata. Sed quantum ad membra corporis naturalis, scisma esset in corpore si debita proportio membrorum tolleretur. Deinde cum dicit [Sed in idipsum, &c.] Ponit coparationem membrorum adinuicè quantum ad mutuum sollicitudinem. Et primò proponit eam, dicens, Non solum prædicta membra operantur adinuicem, sed etià per se inuicem sunt sollicita in idipsum, id est, in vnitatem corporis conseruandi. Et hoc quidè manifestè in corpore naturali apparet. Nam quodlibet membrum naturalem quædam inclinationem habet adiuuamentum aliorum membrorum. Vnde & naturaliter homo opponit manum ad protegendum alia membra ab ictibus. Et similiter alij fideles qui sunt membra corporis mystici pro se inuicè sollicitudinem gerunt, secundum illud Eccl. 17. Vnicuique mandauit deus de proximo suo. Et Gala. 6. Alter alterius onera portato. Secundò specificat hanc sollicitudinem: & primò in malis in quibus magis est manifestum. Vnde dicit, Et si quid, scilicet mali, patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Quod quidem manifestum est in corpore naturali. Nam vno membro languente, totum corpus quasi languescit, & ad locum languoris confluunt spiritus & humores quasi ad subueniendum. Et similiter debet esse in fidelibus Christi, vt vnus malum alterius compatiatur, secundum illud Iob 30. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & anima mea compatiabatur. Secundò in bonis, vnde subdit, Siue gloriatur, id est, quocumq; modo vigoratur vnum membrum, eongaudent omnia membra. Quod etiam manifestum est in corpore naturali, in quo vigor vnus membrum in iuuamentum cedit aliis membris. Sic debet etiam esse in membris ecclesie, vt vnusquisq; bonis alterius

congaudeat. Phil. 2. Gaudeo & congratulor omnibus vobis. Roma. 12. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. ¶ Deinde cum dicit [Vos autē estis.] Adaptat similitudinem ad propositū. Et primò quantum ad corpus vnitate, dicens, Vos autem, scilicet, qui estis in vnitate fidei congregati, estis corpus Christi, secundū illud Ephe. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam quæ est corpus eius. Secundò quantum ad membrorum distinctionem, cum subdit, Et estis mēbra de mēbro. Quod potest intelligi tripliciter. Vno modo sic, Estis mēbra de pēdētia de Christo mēbro, quod quidē dicitur mēbrum secundū humanitatē secundum quā præcipue dicitur ecclesie caput. Nam secundum diuinitatem non habet rationē mēbri aut partis, cum sit cōmune bonum totius vniuersi. Alio modo sic, Vos estis mēbra de pēdētia de mēbro, in quantum per me Christo acquisiti estis: secundū illud supra 4. In Christo Iesu per euāgelium ego vos genui. Tertio modo posset exponi vt designaretur distinctio & series membrorum, vt sit sensus, Vos estis mēbra de mēbro. i. ita distinguimini & ordinamini adinuicem, sicut vnum membrū ad aliud. ¶ Deinde cum dicit [Et quosdā quidem, &c.] prosequitur de distinctione ministracionum. Circa quod tria facit. Primò assignat ordinem ministracionum: secundò manifestat earū distinctionem, ibi [Nunquid Apostoli omnes, &c.] Tertio ordinat eorū affectiōne circa diuersas administraciones & gratias, ibi [Aemulamini autē, &c.] Circa primū duo facit. Primò ponit maiores seu principales administraciones. Secundò ministraciones secundarias, ibi [Oportulationes, &c.] Maiores autē ministri in ecclesia sunt Apostoli, ad quorū officii tria pertinet, quorū primū est autoritas gubernandi fidelē populū, quæ proprie pertinet ad officii Apostolatus: secundò facultas docendi: tertio potestas miracula faciēdi ad confirmatiōne doctrinæ: & de his tribus habetur Luca 9. vbi dicitur, Conuocatis Iesus duodecim Apostolis dedit illis virtutē & potestatem super omnia dæmonia, vt languores curaret & misit illos prædicare regnū dei. In omnibus autē potestatibus seu virtutibus ordinatis illud quod est principale referuatur suprema potestati. Alia verò etiā inferioribus cōmunicantur. Potestas autē faciēdi miracula ordinatur ad doctrinā sicut ad fidem: secundū illud Mar. vlti. Sermonē eō firmante sequētibz signis. Doctrina autē ordinatur ad gubernatiōne populū sicut ad finem, secundū illud Hier. 3. Dabo vobis pastores secundū cor meū, & pascent vos in sciētia & doctrina. Et ideo primus gradus inter ecclesiastica ministeria est Apostolorū, quibus specialiter cōpetit ecclesie regimē. Et propter hoc dicit, Et deus posuit. i. ordinatē collocavit in ecclesia quosdā. s. in determinatis ministeriis, secundū illud Io. 15. Posui vos vt eatis. Primū quidem Apostolos, quorum regimini cōmisit ecclesiam, secundū illud Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposui mihi pater meus regnū. Vnde & Apoc. 21. Super duodecim fundamenta ciuitatis describuntur 12. Apostolorū nomina. Propter quod & ipsi inter ceteros fideles primatū in spiritualibus gratis obtinuerūt, secundū illud Rom. 8. Nos ipsi primitias spiritus habētes. Et quoniam ad Apostolos præcipue pertinet doctrinæ officii, quibus dictum est Mar. vlti. Euntes docete omnes gentes: tamen alij in cōmunionem huius officij assumuntur, quorū quidam per seipsos reuelaciones à deo accipiunt, qui dicuntur prophetæ: quidā verò de his quæ sunt aliis reuelata populū instruunt, qui dicuntur doctores. Vnde subdit secundò, prophetas, qui etiā in nouo testamento fuerunt. Quod enim dicitur Mat. 11. Lex & prophetæ vsq; ad Ioannē: intelligitur de prophetis qui futurū Christi aduentum prænuuntiauerunt. Tertio doctores. vnde & Act. 13. dicitur, Erant in ecclesia quæ erat Antiochia, prophetæ & doctores. Similiter etiā & gratia miraculorū fuit aliis cōmunicata quæ primitus à Christo data fuit Apostolis. Vnde subdit, Deinde virtutes, qui. s. miracula faciunt circa ipsa elementa mundi. Gal. 3. Operatur virtutes in nobis. Quantum autem ad miracula quæ sunt in corporibus humanis, subdit, Exinde gratias curatiōne, secundū illud Luca 9. Vt languores curarent. ¶ Deinde cum dicit [Oportulationes, &c.] Ponit minores sive secundarias administraciones, quarum quædam ordinatur ad regimen ecclesie, quod ad Apostolatus dignitatē pertinere diximus. Quædam verò ad doctrinā. Ad regimen ecclesie pertinet in generali quædam oportulationes. i. illi qui opē ferunt maioribus prælatis in vniuersali regimine, sicut archidiaconi episcopis, secundū illud Phil. 4. Adiuua illas quæ mecū laborauerunt in euangelio cum Clemēte & ceteris adiutoribus meis. In speciali autem ponit gubernaciones, sicut sunt parochiales sacerdotes, quibus cōmittitur gubernatio aliquarū particularium plebiū. Prover. 11. Vbi non est gubernator, corruet populus. Ad doctrinā autem pertinet secundariò, quod subdit, Linguarū genera, quantum ad illos qui variis linguis loquuntur magnalia, vt dicit Act. 2. Ne. s. propter varietatem idiomarū euangelica doctrina impediretur. Quantum verò ad ammouendū impedimentum doctrinæ quod posset prouenire ex obscuritate sermonū, subdit, Interpretaciones sermonum, infra 14. Qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. ¶ Deinde cum dicit [Nunquid omnes Apostoli, &c.] Manifestat distinctionem prædictarum ministracionum, dicens, Nunquid omnes in ecclesia sunt Apostoli: quasi dicat, Non [Nunquid omnes prophetæ, &c.] Ex quo patet diuersitas harum administracionum. Eccl. 33. In multitudiue disciplinæ domini separauit eos. Et 37. Non omnia omnibus expediunt. ¶ Deinde cum dicit [Aemulamini autem, &c.] Ordinatur eorum affectum circa prædicta spiritualia dona, dicens, Cum multa sint dona spiritus sancti, vt dictum est. Aemulamini. i. desiderate charismata meliora. i. gratias potiores, vt. s. magis desideretis ea quæ sunt meliora, puta, prophetiam quam donum linguarum, vt infra 13. dicitur. 2. ad Theff. vlti. Omnia probate, quod bonum est tenete. Et ne in præmissis donis eorum affectus quiesceret, subdit, Et adhuc excellentiorem viam demonstro. s. charitatem qua directus in deum itur. Psal. Viam mandatorum tuorum cucurri. Esa. 30. Hæc est via ambulatē in ea.

Capitulum 13.

Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habebam factus sum velut æsonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. ¶ Apostolus gratiarum gratis datarū distinctionem assignauit, & ministracionū in quibus membra ecclesie distinguuntur: hic agit de charitate quæ inseparabiliter concomitur gratiæ gratum facientem. Et quia promiserat eis se demonstraturū viam excellentiōre, ostendit præeminētiā charitatis ad cetera gratuita

Agit de gratia gratis faciente & charitate, ad omnes gratias gratis præsentis & sic ostendit in ea viam excellentiorem, &c.

dona. Et primò quantum ad necessitatem, quia. s. sine charitate alia dona gratuita non sufficiunt. Secundò quantum ad vtilitatē, quia. s. per charitatē omnia mala vitantur & omnia bona aguntur, ibi [Charitas patiens est, &c.] Tertio quantum ad permanentiam, ibi [Charitas nunquā excidit, &c.] Omnia autē dona gratuita reducere videtur Apostolus ad tria. Nam primò ostendit quod donum linguarū quod pertinet ad locutionem, sine charitate nō valet. Secundò quod etiam nō valent ea quæ pertinent ad cognitiōne, ibi [Et si habuero prophetiam, &c.] Tertio ostendit idē de his quæ pertinent ad operationē, ibi [Et si distribuero in cibos pauperum, &c.] Erat autē apud Corinthios desiderabile donū linguarum, vt infra 14. patebit: & ideo ab eō incipiens, dicit, Promisi me demonstraturū excellentiorem viam: & hoc primò patet in dono linguarū, quia si linguis hominum. s. omnium loquar. i. si habuero donū gratiæ, per quod loqui possim linguis omnium hominum, & ad maiorē abundantiam, subdit, Et angelorū, charitatem autem non habebam factus sum velut æsonans aut cymbalum tinniens, recta cōparatione vitur. Anima enim per charitatē viuunt quæ viuunt deo, qui est animæ vita, secundū illud Deut. 30. Ipse est vita tua. Vnde & 1. Io. 3. dicitur, Translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres, qui nō diligit manet in morte. Recte ergo cōparat loquelam charitate carētem sono rei mortuæ. s. æris aut cimbali, quia licet clarū sonum reddat, non tamen est viuus sed mortuus: ita etiam locutio hominis charitate carētis quantūcūq; sit diserta, tamen habetur pro mortua, quia non proficit ad meritū vitæ æternæ. Est autem differentia inter æsonans & cymbalum tinniens, quia æs cum sit planū ex percussione simplicem sonum emittit. Cymbalum autē cum sit concuum ex vna percussione sonum multiplicat, quod pertinet ad tinnitum. Aeri ergo cōparantur qui veritatē simpliciter pronuntiant, cimbalo verò qui veritatē multiplicant & pronuntiant multas rationes & similitudines apponēdo, & cōclusiones plurimas eliciendo, quæ tamen omnia sine charitate habentur, vt mortua. Considerandū est autem quæ lingua angelorū dicantur. Nam cum lingua sit membrū corporeum & ad eius vsum pertineat donum linguarum, quod inter dū lingua dicitur, vt patebit infra 14. Neutrum videtur angelis competere qui membra nō habent. Potest ergo dici quod per angelos intelliguntur homines angelorū officium habētes, qui, scilicet, aliis hominibus diuina annuntiant, secundū illud Mala. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & le gem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercitū est. Sub hoc ergo sensu dicitur. Si linguis hominum loquar & angelorum. i. non solum minorū, sed etiam maiorum qui alios docent. Potest etiā intelligi de ipsis incorporeis angelis, prout in Psal. dicitur, Qui facit angelos suos spiritus. Et quāuis non habeat linguam corpoream, per similitudinē tamen lingua in eis dici potest vis qua manifestant aliis quod habent in mente. Est autē sciendum quod in cognitiōne mētis angelicæ aliquid est de quo superiores angeli non loquuntur inferioribus, neq; econuerso. s. ipsa diuina essentia quæ omnes immediatē vident deo se omnibus monstrante: secundū illud Hier. 31. Non docebit vltra vir proximum suum & vir fratrem suum, dicens, Cognosce dominum. Omnes enim cognoscunt me à minimo vsq; ad maximum eorum. Aliquid autē est in cognitiōne mentis angelicæ, de quo superiore loquitur inferioribus, sed non econuerso. Et huiusmodi sunt diuine prouidentie mysteria, quorū plura cognoscunt in ipso deo superiores qui clarius cum vident quā inferiores. Vnde superiores de huiusmodi inferioribus instruunt vel illuminant, quod locutio potest dici. Aliquid verò est in cognitiōne mētis angelicæ, de quo superiores loquuntur inferioribus, & econuerso: & huiusmodi sūt occulta cordium, quæ ex libero arbitrio depēdent, quæ soli deo parent: & his quorum sunt secundum illud supra 2. Quæ sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. Quæ in notitiam alterius deueniunt eo cuius sunt manifestate, siue sit inferior, siue superior. Fit autem huiusmodi manifestatio dum inferior angelus superiori loquitur, nō per illuminationem, sed per quēdam significationis modū. Est enim in quolibet angelo aliquid quod naturaliter ab altero angelo cognoscitur. Dū ergo id quod est naturaliter notum proponitur vt signum eius quod est ignotum, manifestatur occultum: & talis manifestatio dicitur locutio ad similitudinē hominū, qui occulta cordium manifestat aliis per voces sensibiles, aut per quodcūq; aliud corpale exterius apparēt. Vnde & ea quæ sunt in angelis naturaliter nota, in quantum assumuntur ad manifestationem occultorum, dicuntur signa vel nutus. Potestas autem manifestandi cōceptum suum hoc modo metaphorice lingua nominatur. ¶ Deinde cum dicit [Et si habuero &c.] ostendit idē de his quæ pertinent ad cognitiōne. Est autē attendēdum quod supra proposuit quatuor dona gratuita ad cognitiōne pertinentia. s. sapientiā, sciētiā, fidē & prophetiam. Incipit ergo hic à prophetia, dicens [Et si habuero prophetiam, &c.] per quam diuinitus occulta reuelantur: secundū illud 2. Pet. 1. Nō enim volūtate humana allata est aliā quādo prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Secundò quantum ad sapientiā, subdit [Et si nouerim omnia mysteria.] i. occulta diuinitatis, quod pertinet ad sapientiā: secundum illud supra 2. Loquimur dei sapientiā in mysterio absconditam. Tertio quantum ad sciētiā, dicit [Et omnem scientiā] siue humanitas acquisitam, sicut habuerūt philosophi: siue diuinitus infusam, sicut habuerunt eā Apostoli. Sap. 7. Dedit mihi eorū quæ sunt verā sciētiā. Quarto quantum ad fidem, subdit [Et si habuero omnem fidē ita vt mōtes trāseram.] Potest autē exponi id quod dicit, omnē fidem. i. omnium articulorum: sed melius est vt expannatur omnem. i. perfectā fidem, propter illud quod subditur, Ita vt mōtes trāseram. Dicitur enim Mat. 17. Si habueritis fidē sicut granū sinapis, dicetis mōti huic, trāsi hinc, & trāssit. Et quis granū sinapis sit minimum quātitate, nō tamen intelligitur parua, sed perfecta fides grano sinapis cōparati. Dicitur enim Mat. 21. Si habueritis fidem, & nō resistueritis, nō solum de siculnea facietis, sed etiā si mōti huic dixeritis, tolle & iacta te in mari, fiet. Fides ergo quæ nō hēsit, grano sinapis cōparatur, quod quōd magis atteritur, tātō magis eius fortitudo sentitur. Obiciūt autē aliqui quod cū multi sancti perfectā fidē habuerūt, nullus legitur mōtes trāstulisse, quod quidē soluitur per id quod supra 12. dictū est, Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatē. Illo enim modo, loco & tēpore miracula per gratiā spiritus sancti sūt, quo ecclesia requirit vtilitatē. Fecerūt autem sancti multa maiora, quā trāslationem mōtiū, prout erat fidelibus vtile, putā suscitādo mortuos, diuidēdo mare & alia huiusmodi opera faciendo. Et hoc etiam fecissent, si necessitas affuisset. Potest etiam hoc trāsseri ad expulsionem dæmonū de humanis corporibus, qui mōtes dicuntur propter superbiam. Hic. 13. Anteq̄ offendāt pedes vestri ad mōtes caliginosos, ecce ego ad te mōs pēstifer

qui corruptis vniuersam terram. Attribuitur autem operatio miraculorum fidei non hestitati: quia fides innititur omnipotentia, per quam miracula fiunt. Si, inquam, habuero omnia predicta ad perfectionem intellectus pertinentia, charitatem autem non habuero, per quam perferitur voluntas, nihil sum. secundum esse gratia, de quo dicitur Ephe. 2. Ipsius sumus factura creati in Christo Iesu in operibus bonis. Vnde & contra quendam dicitur Ezech. 28. Nihil factus es & non eris in perpetuum. Quod quidem fit propter defectum charitatis per quam homo bene vitur intellectu perfecto. Sine charitate autem eius vltus bonus non est. Vnde & supra 8. dicitur, quod scientia inflat, charitas edificat. Est autem notandum quod Apostolus hic loquitur de sapientia & scientia, secundum quod pertinent ad dona gratia gratis data, quae sine charitate esse possunt. Nam secundum quod computantur inter septem dona spiritus sancti, nunquam sine charitate habentur. Vnde & Sap. 1. dicitur, In maliuolam animam non intrabit sapientia. Et Sap. 10. dicitur, Dedit illi scientiam sanctorum. De prophetia autem & fide, manifestum est, quod sine charitate haberi possunt. Sed notandum est hic quod fides firma, etiam sine charitate miracula facit. Vnde Mat. 7. Nonne in nomine tuo prophetauimus, & multas virtutes fecimus? dicitur, Nunquam noui vos. Spiritus enim sanctus operatur virtutes etiam per malos, sicut & per eos loquitur veritate. Deinde cum dicitur [Et si distribuero &c.] ostendit idem in his quae pertinent ad opera quae consistunt in hoc quod homo faciat bona, secundum illud Gala. 6. Bonum facientes, non desiciamus in hoc quod patienter sustineat mala, secundum illud Psal. Bene patientes erunt, ut annuntient. Inter caetera vero bona opera magis commendantur opera pietatis, secundum illud 1. ad Tim. 4. Pietas ad omnia utilis est. Circa quod opus quatuor condiciones designat. Quarum prima est, quod opus pietatis non tantum congregetur in vnum, sed diuidatur in plures: secundum illud Psal. Dispersit, dedit pauperibus. Et hoc designatur, cum dicitur [Si distribuero.] Secundum ut opus pietatis fiat ad subueniendum necessitati, non ad seruandum superfluitati: secundum illud Esa. 58. Frange esurienti panem tuum, & hoc designatur, cum dicitur [In cibos pauperum.] Tertio ut opus pietatis exhibeatur indigentibus: secundum illud Luc. 14. Cum facis conuiuium, voca pauperes: & hoc designatur, cum dicitur [Pauperum.] Quarto ad perfectionem pertinet, ut homo omnia bona sua in opera pietatis expendat: secundum illud Mat. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus: & hoc designatur, cum dicitur [Omnes facultates meas.] Inter mala vero quae quis sustinet patienter, potissimum est martyrium. Vnde dicitur Mat. 5. Beati qui persecutio nem patiuntur propter iustitiam. Quod etiam quadrupliciter commendat. Primum quidem, quia laudabilis est quod necessitate imminente, puta propter defensionem fidei, seipsum offerat passioni, quam si deprehensus patiatur. Et ideo dicitur [Si tradidero.] Sicut & de Christo dicitur Ephe. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Secundum quia grauior est corporis humani iactura, quam rerum, de quo tamen quidam commendantur. Heb. 4. Rapina bonorum vestrorum cum gaudio sustinistis. Et ideo dicitur [Corpus.] Esa. 5. Dedi corpus meum percussoribus. Tertio laudabilis est quod aliquis exponat corpus suum supplicio, quam corpus filij vel cuiuscumque, propter quod tamen commendatur quaedam mulier 2. Macha. 7. Supra modum videtur mirabilis & bonorum memoria digna quae perites septem filios sub vnius diei tempore conspiciens bono animo ferebat. Et ideo dicitur [Meu.] Iudith 5. Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini pro domino. Quarto redditur martyrium laudabilis ex acerbitate poenae, de quo subditur [Ita ut ardeam] sicut Laurentius. Eccl. 48. Quasi ignis effulgens & thus ardens in igne. Si, inquam, praedicta opera tam excellentia fecero, charitatem autem non habuero, vel quia simul cum praedictis operibus adest voluntas peccandi mortaliter: vel quia fuim propter inanem gloriam, nihil mihi prodest. Quatum ad meritum vitae aeternae, quae solis diligentibus deum reprobmittitur: secundum illud Iob 37. Annuntiat de ea amico suo quod possessio eius sit. Et notandum quod locutionem, quae est vox animalis, si sit sine charitate, comparat non existenti, opera autem quae sunt propter finem, si sint sine charitate, dicit esse infructuosa. Sap. 3. Vacua est spes eorum & labores sine fructu. Lectio 3.

Charitas patiens est, benigna est. Charitas non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert omnia sperat, omnia sustinet.

Postquam Apostolus ostendit charitatem esse a deo necessariam quod sine ea nullum spirituale donum sufficiat ad salutem: hic ostendit eam a deo esse utilem & efficacis virtutis, quod per eam cuncta opera virtutis implentur. Et primum praemittit duo quasi generalia. Secundum subiungit in speciali virtutum opera quae per charitatem complentur, ibi [Charitas non amulatur, &c.] Circa primum duo facit. Nam omnis virtutis consistit in hoc, quod aliquis in operando bene se habeat in sustinendo mala, vel in operando bona. Quatum ergo ad tollerentiam malorum, dicitur [Charitas patiens est.] i. facit patienter tollerari mala. Cum enim homo diligit aliquem propter eius amorem, de facili tollat quaecumque difficulta. Et similiter qui diligit deum propter eius amorem patienter tollat quaecumque aduersa. Vnde & Cantic. 8. dicitur, Aquae multae non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent eam. Iaco. 1. Patientia opus perfectum habet. Quantum autem ad operationem bonorum, subdit [Benigna est.] Benignitas autem dicitur quasi bona igneitas, vt. s. sicut ignis liquefaciendo effluere facit, ita charitas hoc efficit, vt bona quae homo habet non sibi soli retineat, sed ad alios deruet, secundum illud Prouerb. 5. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Quod quidem charitas facit. Vnde 1. Io. 3. dicitur, Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Vnde & Ephe. 4. dicitur, Estote inuicem benigni & misericordes. Et Sap. 1. dicitur, Benignus est spiritus sapientiae. Deinde cum dicitur [Charitas non amulatur, &c.] proponit in speciali virtutum opera quae charitas efficit, & quia ad virtutem duo pertinent. scilicet abstinere a malo & facere bonum, secundum illud Psal. Declina a malo & fac bonum, & Esa. 1. Quiescite agere peruersi, discite benefacere. Primum ostendit quomodo charitas facit omnia mala vitare. Secundum quomodo facit omnia bona efficere, ibi [Congaudet autem veritati, &c.] Malum autem efficaciter non potest homo deo facere, sed solum sibi & proximo, secundum illud Iob 35. Si peccaueris quid ei nocebis? Et postea subditur, Homini qui si milis tui est nocebit impietas tua. Primum ergo ostendit quomodo per charitatem vitantur mala quae sunt contra proximum. Secundum quomodo vitantur mala quibus aliquis deordinatur in seipso, ibi [Non inflatur, &c.] Ma-

lum autem quod est contra proximum potest esse in affectu & in effectu. In affectu autem praecipue est cum per inuidiam quis dolet de bonis proximi, quod directè contrariatur charitati, ad quam pertinet quod homo diligat proximum sicut seipsum, vt habetur Leuit. 19. Et ideo ad charitatem pertinet, vt sicut homo gaudet de bonis propriis, ita gaudeat de bonis proximi. Ex quo sequitur quod charitas excludat inuidiam. Et hoc est quod dicitur [Charitas non amulatur.] i. non inuidet, quia. s. facit cauere inuidiam. Vnde & in Psal. dicitur, Noli amulari in malignitatibus. Et Prou. 25. Non amuletur cor tuum peccatores. Quatum ad effectum, subdit, Non agit perperam. i. peruersè contra aliquem. Nullus enim iniuste agit contra illum quem diligit sicut seipsum. Esa. 1. Quiescite agere peruersi. Deinde cum dicitur [Non inflatur, &c.] ostendit quomodo charitas facit vitare mala quibus aliquis deordinatur in seipso. Et primum quatum ad passionem. Secundum quatum ad electionem, ibi [Non cogitat malum.] Ostendit ergo primum quod charitas repellit inordinatam passionem quatum ad tria. Primum quidem quatum ad superbiam, quae est inordinatus appetitus propriae excellentiae. Tunc autem inordinatè suam excellentiam quis appetit, quando non sufficit ei contineri in eo gradu qui sibi est a deo praestitus. Et ideo dicitur Eccl. 10. Inuitum superbiae hominis, apostatare a deo. Quod quidem fit, dum homo non vult contineri sub regula ordinationis diuinæ. Et hoc repugnat charitati, quia quis super omnia deum diligit. Col. 2. Inflatu sensu carnis suae, & non tenens caput &c. Rectè autem superbia inflationi comparatur. Nam id quod inflatur, non habet solidam magnitudinem, sed apparetem: ita superbi videntur quidem esse sibi magni, cum tamen vera magnitudine careant, quae non potest esse absque ordine diuino. Sap. 4. Diruper illos inflatos sine voce. Est autem principalis superbiae filia, ambitio, per quam aliquis quaerit praesse: quam etiam charitas excludit, quae potius proximis eligit ministrare: secundum illud Gal. 5. Per charitatem spiritus seruit inuicem. Et ideo subdit [Non est ambitiosa.] i. facit hominem ambitionem vitare. Eccl. 7. Noli quaerere ab homine ducatum, neque a rege cathedram honoris. Secundum ostendit quomodo charitas excludit inordinationem cupiditatis, cum dicitur [Non quaerit quae sua sunt] vt intelligatur cum praesione. i. neglectis bonis aliorum: nam qui diligit alios sicut seipsum, bona aliorum quaerit, sicut & sui ipsius. Vnde & supra 10. Apostolus dixit, Non quaeris quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. Contra quod de quibusdam dicitur Phil. 2. Omnes quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi. Potest & aliter intelligi, non quaerit quae sua sunt. i. non repetit ea quae sunt sibi ablata. s. in iudicio cum scadalo: quia magis amat salutem proximi, quam pecuniam: secundum illud Phil. 4. Non quaero datum, sed requiro fructum abundantem in iustitia vestra. Quod tamen qualiter intelligendum sit, supra 6. dictum est. Tertio ostendit quomodo charitas excludit inordinationem irae, dicens [Non irritatur.] i. non prouocatur ad iram. Est enim ira inordinatus appetitus vindictae. Ad charitatem autem pertinet magis remittere offensas quam supra modum aut inordinatè vindicare: secundum illud Col. 3. Donates vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Iac. 1. Ira viri iustitiae dei non operatur. Deinde cum dicitur [Non cogitat &c.] ostendit quomodo per charitatem excluditur inordinatio electionis. Est autem electio, vt dicitur in 3. Ethic. appetitus praesens. Tunc ergo homo peccat ex electione, & non ex passione, quando ex consilio rationis affectus eius prouocatur ad malum. Charitas ergo primum quidem excludit peruersitatem consilij. Et ideo dicit, Non cogitat malum. i. non permittit excogitare quomodo aliquis perficiat malum. Mic. 2. Vae qui cogitatis inutile & operamini malum in cubilibus vestris. Esa. 1. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Vel charitas non cogitat malum, quia non permittit hominem per varias suspitiones, & temeraria iudicia cogitare malum de proximo. Mat. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Secundum charitas excludit inordinatum affectum malorum, cum dicitur [Non gaudet super iniquitate.] Ille enim qui ex passione peccat, cum quodam remorsu & dolore peccatum committit, sed ille qui peccat ex electione, gaudet ex hoc ipso quod peccatum committit, secundum illud Prou. 2. Qui letantur cum male fecerint & exultant in rebus pessimis. Hoc autem charitas impedit in quatuor est amor summi boni, cui repugnat omne peccatum. Vel dicitur quod charitas non gaudet super iniquitate. s. a proximo commissa, quinimo de ea luget in quantum contrariatur proximorum saluti quam cupit. 2. Cor. 12. Ne iterum cum venero humiliet me deus apud vos, & luceam multos ex his qui ante peccauerunt. Deinde cum dicitur [Congaudet autem, &c.] ostendit quomodo charitas facit operari bonum. Et primum quantum ad proximum. Secundum quantum ad deum, ibi [Omnia credit, &c.] Quantum ad proximum autem, homo operatur bonum dupliciter. Primum quidem gaudente de bonis eius. Et quantum ad hoc dicitur [Congaudet autem veritati.] i. proximi, vel vitae, vel doctrinae, vel iustitiae, ex eo quod proximum diligit sicut seipsum: in secunda Ioan. Gaudius sum valde venientibus fratribus & testimoniis perhibentibus veritati tuae, sicut in charitate ambulat. Secundum in hoc quod homo mala proximi sustinet prout decet. Et quantum ad hoc dicitur [Omnia suffert.] i. absque turbatione sustinet omnes defectus proximorum, vel quaecumque aduersa. Rom. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. s. charitatem. Deinde cum dicitur [Omnia credit,] ostendit quomodo charitas facit operari bonum in comparatione ad deum. Quod quidem fit praecipue per virtutes theologicas, quae habet deum pro obiecto. Sunt autem praeter charitatem duae virtutes theologicae, vt infra dicitur. s. fides & spes. Quantum ergo ad fidem dicitur [Omnia credit.] s. quae diuinitus traditur. Gene. 15. Credidit Abraham deo & reputatum est ei ad iustitiam. Credere vero omnia quae ab homine dicuntur, est leuitatis, secundum illud Eccle. 11. Qui cito credit leuis est corde. Quantum autem ad spem dicit, Omnia sperat, quae. s. promittuntur a deo. Eccle. 2. Qui timetis deum sperate in eum. Et ne spes frangatur per dilationem, subdit [Omnia sustinet.] i. patienter expectat quae promittuntur a deo quantum dilata, secundum illud Abac. 2. Si moram fecerit expecta eum. Psal. Confortetur cor tuum & sustine dominum. Lectio 3.

Charitas nunquam excidit, sive prophetae euacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur. Ex parte enim co- gnoscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuauit quae erant paruuli.

Postquam Apostolus ostendit quod charitas excellit alia dona spiritus sancti necessitate & fructuositate: hic ponitur excellentia charitatis super gratias datas in permanentia super eas et probatur.

Error dicitur
charitatis ha-
bitu inquam
amitti.

ostendit excellentiam charitatis ad alia dona quantum ad permanentiam. Et circa hoc tria facit. Primò proponit differentiam charitatis ad alia dona spiritus sancti, quantum ad permanentiam. Secundò probat quod dixerat, ibi [Ex parte epim cognoscimus &c.] Tertio infer conclusionem intertam, ibi [Nunc autem manet &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit permanentiam charitatis. Secundò cessationem aliorum donorum, ibi [Siue prophetia, &c.] Dicit ergo primo, Charitas nunquam excidit. Quod quidè malè intelligentes, in errore ceciderunt, dicentes, quòd charitas semel habita, nunquam potest amitti, cui videtur consonare quod dicitur 1. Ioan. 3, Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: sed huius dicti primò quidem sententia falsa est. Potest tamen aliquis charitatem habens, à charitate excidere per peccatum: secundum illud Apocal. 2, Charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto ita que vnde excideris, & age penitentiam. Et hoc ideo est, quia charitas recipitur in anima hominis secundum modum ipsius, vt. s. possit ea vti vel non vti. Dum verò ea vitur homo peccare nò potest: quia vsus charitatis est dilectio dei super omnia: & ideo nihil restat propter quod homo deum offendat: & per huc modum intelligitur verbum Io. inductum. secundò, prædicta sententia nò est secundum intentionem Apostoli, quia nò loquitur hic de cessatione donorum spiritualium per peccatum mortale, sed potius de cessatione donorum spiritualium, quæ pertinent ad hanc vitam per gloriam superuenientem. Vnde sensus Apostoli est, Charitas nunquam excidit, quia. s. sicut est in statu viæ, ita permanebit in statu patriæ, & cum augmento: secundum illud Esa. 31, Dixit dominus cuius ignis est in Syon. s. in ecclesia militante, & caminus eius in Hierusalem. i. in pace cælestis patriæ. Deinde cum dicit [Siue prophetia, &c.] proponit cessationem aliorum donorum spiritualium, & specialiter eorum quæ præcipua videntur. Primò quatum ad prophetiam, dicit [Siue prophetia euacuabitur]. i. cessabit, quia. s. in futura gloria prophetia loci nò habebit propter duo. Primò quidem quia prophetia respicit futurum, status autem ille non expectabit aliquid in futurum: sed erit finale complementum omnium eorum quæ antè fuerant prophetata. Vnde in Psal. dicitur, Sicut audivimus, scilicet per prophetas, ita & vidimus præsentialiter in ciuitate domini virtutum. Secundò quia prophetia est cum cognitione figurali & enigmatica, quæ cessabit in patria. Vnde dicitur Numer. 12, Si quis fuerit inter vos propheta domini per somnium aut in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Et Osee 12, In manibus prophetarum assimilatus sum. Secundò quantum ad donum linguarum, dicit [Siue linguæ cessabunt]. Quod quidem non est intelligendum quantum ad ipsa membra corporea, qualis linguæ dicuntur, vt dicitur infra 15, Mortui resurgent incorrupti. i. absque diminutione membrorum. Neque autem intelligendum est quatum ad vsum linguæ corporeæ. Est enim futura in patria laus vocalis, secundum illud Psal. Exultationes dei in gutture eorum, vt gloriabidem exponit. Est ergo intelligendum quantum ad donum linguarum, quo. s. aliqui in primitiua ecclesia linguis variis loquebantur, vt dicitur Act. 2. In futura enim gloria quilibet quamlibet linguam intelliget. Vnde nò erit necessarium variis linguis loqui. Nà etiam à primordio generis humani, vt dicitur Gen. 11, Vnus erat sermo, & vnum labium omnibus, quod multò magis erit in vltimo statu in quo erit vnitas consummata. Tertio quantum ad scientiam, subdit [Siue scientia destruetur]. Ex quo quidam accipere voluerunt quòd scientia acquisita totaliter perditur cum corpore. Ad cuius veritatis inquisitionem considerare oportet quòd duplex est vis cognitiua. s. vis sensitua & vis intellectua. Inter quas est differentia, quia vis sensitua est actus organi corporalis: & ideo necesse est quòd designat corpore corrupto: vis autè intellectua non est actus alicuius organi corporei vt probatur in tertio de anima, & ideo necesse est quòd maneat corpore corrupto. Si ergo aliquid scientiæ acquisita cõseruetur in parte animæ intellectua, necesse est quòd id permaneat post mortem. Quidam ergo posuerunt quòd species intelligibiles non cõseruantur in intellectu possibili, nisi quandiu intelligit. Cõseruatur autè species fantasmatum in potentis animæ sensitua, putà in memoratiua & imaginatiua. Ita. s. quòd semper intellectus possibilis quando de nouo vult intelligere, etià quæ prius intellexit, indiget abstrahere à fantasmatibus per lumen intellectus agentis, & secundum hoc consequens est quòd scientia hic acquisita non remaneat post mortem. Sed hæc positio, est primò quidem contra rationem. Manifestum est enim quòd species intelligibiles in intellectu possibili recipiuntur ad minus dum actu intelligit. Quod autem recipitur in aliquo est in eo per modum recipientis. Cum ergo substantia intellectus possibilis sit immutabilis & fixa, cõsequens est quòd species intelligibiles remaneant in eo immobiliter. ¶ Secundò est contra auctoritatem Aristotelis in tertio de anima, qui dicit quòd cum intellectus possibilis est sciens vnum quòdque, tunc etiam est intelligens in potentia. Et sic patet quòd habet species intelligibiles per quas dicitur sciens, & tamè adhuc est in potentia ad intelligendum in actu, & ita species intelligibiles sunt in intellectu possibili, etià quando non intelligit actu. Vnde etià ibidem Philosophus dicit quòd anima intellectua est locus specierum, quia. s. in ea cõseruantur species intelligibiles. Indiget tamen in hac vita cõuertere se ad fantasmata, ad hoc quòd actu intelligat, nò solum vt abstrahat species à fantasmatibus, sed etià vt species habitas fantasmatibus applicet: cuius signum est quòd læso organo virtutis imaginatiue, vel etiam memoratiue, nò solum impeditur homo ab acquisitione noue scientiæ, sed etià ab vsu scientiæ prius habitæ. Sic ergo remanet scientia in anima post corporis mortem quatum ad species intelligibiles, nò autem quatum ad inspectionem fantasmatum, qua anima separata nò indigebit, habens esse & operatione absque corporis cõmunionem. Et secundum hoc Apostolus hic dicit, quòd scientia destruetur. s. secundum cõuersionem ad fantasmata. Vnde & Esa. 29, dicitur, Peribit sapientia à sapientibus, & intellectus prudentium eius abscondetur. Deinde cum dicit [Ex parte enim cognouimus] probat quòd dixerat. Et primò inducit probationem. Secundò manifestat ea quæ in probatione continentur, ibi [Cum essem paruulus &c.] Inducit ergo primò ad probandum propositum talè rationem. Adueniens perfectio cessat imperfectum, sed dona alia præter charitatem habet imperfectionem, ergo cessabit superueniente perfectione gloria. Primò ergo proponit minorè propositionem quo ad imperfectionem scientiæ, cum dicit, Ex parte enim cognoscimus. i. imperfectè. Nam pars habet ratione imperfecti. Et hoc præcipue verificatur quòd ad cognitionem dei, secundum illud Iob 36, Ecce deus magnus vincens scientia nostrâ. Et 26, Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Proponit etiam imperfectione prophetia, cum subdit [Et ex parte]. i. imperfectè prophe-

Scientia
acquisita ma-
neat post hæc
viam.

Ad hoc quod
actum intel-
ligat pro hac
vita indiget
semper abstrahere
à fantasmatibus,
etià post speciem
et scientiæ pro
ductionem in
intellectu.

Scientia post
hanc vitam de-
struetur nò se-
cundum se, sed se-
cundum cõuer-
sionem ad fan-
tasmatum.

phetamus. Est enim prophetia cognitio cum imperfectione, vt dictum est. Tacet autè de dono lingua- rum, quod est imperfectius his duobus, vt infra 14. patebit. Secundò ponit maiorem, dicens [Cum autè uenerit quod perfectum est]. i. perfectio gloriæ, euacuabitur quod ex parte est. i. omnis imperfectio tollitur. De qua perfectione dicitur 1. Per. 6. Modicum passos ipse perficiet. Sed secundum hoc videtur quòd etiam charitas euacuetur per futuram gloriam, quia ipsa est imperfecta in statu viæ per cõparationem ad statum patriæ. Dicendum ergo quòd imperfectio dupliciter se habet ad id quod dicitur imperfectum. Quadoque enim est de ratione eius, quadoque verò non: sed accidit ei sicut imperfectio est de ratione pueri, nò autem de ratione hominis. Et ideo adueniente perfecta ætate cessat quidem pueritia: sed humanitas sit perfecta. Imperfectio est ergo de ratione scientiæ, prout hic de deo habetur, in quantum. s. cognoscitur ex sensibilibus: & similiter de ratione prophetiæ, in quantum est cognitio figuralis & in futurum tendens: non est autem de ratione charitatis ad quam cognitum bonum diligere pertinet, & ideo superueniente perfectione gloriæ, cessat prophetia, & scientia: charitas autem non cessat, sed magis perficitur: quia quanto perfectius cognoscitur deus, tanto etiam perfectius amabitur. Deinde cum dicit, [Cum essem paruulus, &c.] manifestat ea quæ præmissa sunt. Et primò manifestat maiorem. s. quòd ueniente perfecto, cessat imperfectum. Secundò manifestat minore, scilicet quòd scientia & prophetia sunt imperfecta, ibi [Videmus nunc, &c.] ostendit autem primum per similitudinem perfecti & imperfecti, quod inuenitur in ætate corporali. Vnde & primò describit imperfectum ætatis corporalis, dicens [Cum essem paruulus]. s. ætate, loquebar vt paruulus, id est prout congruit paruulo. s. balbutiendo. Vnde propter naturalem defectum locutionis, qui est in paruulis, commendatur sapientia. Sapient. 10, Quòd linguas infantium fecit desertas, & vt paruulus loquitur, qui vana loquitur. Psal. Vana locuti sunt vniquisque ad proximum suum. Quantum verò ad iudiciū subdit [Sapiebam vt paruulus]. i. approbavam vel reprobavam aliqua stultè, vt faciunt paruuli, qui quadoque pretiosa contemunt, & vilia appetunt, vt dicitur Prouerb. 1, Vique quo paruuli diligitis infantiam, & stulticia quæ sunt sibi noxia cupiunt? Sapient. ergo vt paruuli, qui spiritualibus contemptis, terrenis inhaerent: de quibus dicitur Phil. 3, Gloria in cõsultione eorum qui terrena sapiunt. Quatum autem ad rationis discursum, dicit [Cogitabam vt paruulus]. i. aliqua vana. Vnde & in Psal. dicitur, Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanae sunt. Et videtur Apostolus ordine præposito hæc tria ponere. Nam locutio præexigit iudiciū sapientiæ: iudiciū verò præsupponit cogitationes rationis. Et hoc satis congruit imperfectioni puerili, in qua est locutio sine iudicio: & iudiciū sine deliberatione. Potest autem referri quòd dicit, Loquebar vt paruulus, ad donum linguarum, cum dicit, Sapiebam vt paruulus, ad donum prophetiæ: quòd autè subdit, Cogitabam vt paruulus, ad donum scientiæ. Secundò ponit id quod pertinet ad perfectionem ætatis, dicens [Quando autè factus sum vir]. i. quando perueni ad perfectam & virilem ætatem, euacuauit. i. abiicit ea quæ erant paruuli, quia vt dicitur Esa. 65, Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Et est attendendum quòd Apostolus hic cõparat statum præsentem pueritiæ propter imperfectionem: statum autem futuræ gloriæ propter perfectionem, virili ætati.

lectio 4.

Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut cognoscam. Nunc autem manent fides, spes, charitas, irra hæc. Maior autem horum est charitas. Hic loquitur de visione quæ est cognitio dei. Vnde omnia præcedentia dona euacuanda, sunt intelligenda secundum quòd ordinantur ad cognitionem dei. Circa hoc duo facit. Primò enim probat id quod intendit in generali. Secundò in speciali de seipso, ibi [Nunc cognosco &c.] Dicit ergo, dixi quòd ex parte cognoscamus, quia nunc videmus per speculum in enigmate, sed tunc. s. in patria videbimus facie ad faciem. Vbi primò cõsiderandum est, quid sit videre per speculum in enigmate. Secundò quid sit videre facie ad faciem. Sciendum est ergo quòd sensibile aliquid potest tripliciter videri. s. aut per sui præsentiam in re videtur: sicut ipsa lux quæ præfens est oculo, aut per præsentiam suæ similitudinis in sensu immediatè deriuatà ab ipsa re, sicut albedo quæ est in pariete videtur, nò existere ipsa albedine præsentialiter in oculo, sed eius similitudine: licet ipsa similitudo nò videatur ab eo, aut per præsentiam similitudinis nò immediatè deriuatè ab ipsa re: sed deriuatè à similitudine rei in aliquid aliud: sicut cum videtur aliquis homo per speculū. Non enim similitudo hominis immediatè est in oculo, sed similitudo hominis resultat in speculo. Per huc ergo modum loquedo de visione dei, dico quòd naturali cognitione solus deus videt seipsum: quia in deo idè est sua essentia & suus intellectus. Et ideo sua essentia est p̄sens suo intellectui. Sed secundò modo forrè angeli naturali cognitione deū videt in quantum similitudo diuinæ essentiæ relucet immediatè in eos. Tertio verò modo cognoscamus nos deū in vita ista, in quantum inuisibilia dei per creaturas cognoscamus: vt dicitur Ro. 1. Et ita tota creatura est nobis sicut speculū quoddam: quia ex ordine & bonitate & magnitudine quæ in rebus à deo causata sunt, venimus in cognitione sapientiæ, bonitatis & eminentiæ diuinæ. Et hæc cognitio dicitur visio in speculo. ¶ Vltimus autè sciendum est quòd huiusmodi similitudo quæ est similitudinis in alio relucetis, est duplex: quia aliqua do est clara & aperta, sicut illa quæ est in speculo: aliqua obscura & occulta, & tunc illa visio dicitur enigmatica: sicut cum dico, me mater genuit, & eadè gignitur ex me. Istud est per simile occultū. Et dicitur de glaciè quæ gignitur ex aqua congelata, & aqua gignitur ex glaciè resoluta. Sic ergo patet quòd visio per similitudinem similitudinis est in speculo per simile occultū in enigmate: sed per simile clarū & apertū facit alia speciem allegoricè visionis. In quantum ergo inuisibilia dei per creaturas cognoscamus, dicimus videre per speculum. In quantum verò illa inuisibilia sunt nobis occulta, videmus in enigmate. Vel aliter videmus nunc per speculū. i. per ratione nostram, & tunc ly per, designat virtutem tantum. Quasi dicat videmus per speculū. i. virtute animæ nostræ. ¶ Circa secundum verò sciendum est quòd deus, secundum quòd deus, non habet faciè: & ideo hoc quòd dicit, Facie ad faciem, metaphoricè dicitur. Cum enim videmus aliquid in speculo, nò videmus ipsam rem, sed similitudinem eius: sed quado videmus aliquid secundum faciè, tunc videmus ipsam rem sicut est. Ideo nihil aliud vult dicere Apostolus, cum dicit, videbimus in patria facie ad faciè, quam quòd videbimus ipsam dei essentiam. 1. Io. 3, Videbimus eum sicuti est, &c. ¶ Sed contra est, quia Gen. 3, 2. dicitur, Vidi dominū facie ad faciè, &c. Sed cõstat quòd tunc non vidit essentia dei, ergo videre facie ad faciè,

Imperfectio duplex.

Prosequitur dicta. quod euacuabitur quod ex parte est, & hoc ostendit in cognitione & tendit inferre quod intendit.

Quid videre per speculum in enigmate.

Quid videre facie ad faciè.

Error dicitur, rei essentia videbitur in patria per speciem seu similitudinem creaturam

non est videre essentiam dei. Responso, dicendum est quod illa visio fuit imaginaria: visio autem imaginaria est quidam gradus, altior, scilicet videre illud quod apparet in ipsa imagine in qua apparet est alius gradus infimus. scilicet audire tantum verba. Vnde Iacob ut in sinuaret excellenciam visionis imaginariae sibi ostendit, dicit, Vidi dominum facie ad faciem. i. vidi dominum imaginariè apparerem in sua imagine, & non per essentiam suam. Sic enim non fuisset visio imaginaria. Sed tamen quidam dicunt quod in patria ipsa, diuina essentia videbitur per similitudinem creaturam: sed hoc est omnino falsum & impossibile, quia nunquam potest aliquid per essentiam cognosci per similitudinem, quae non conueniat cum re illa in specie. Lapis enim non potest cognosci secundum illud quod est, nisi per speciem lapidis quae est in anima. Nulla enim similitudo ducit in cognitionem essentiae alicuius rei, si differat à re illa secundum speciem, & multò minus si differat secundum genus. Non enim per speciem equi vel albedinis potest cognosci essentia hominis, & multò minus essentia angeli. Multò ergo minus per aliquam speciem creatam, quaecumque sit illa, potest videri diuina essentia, cum ab essentia diuina plus distet quaecumque speciem creata in anima, quam species equi vel albedinis ab essentia angeli. Vnde ponere quod deus videatur solum per similitudinem seu per quaedam resurgentiam claritatis suae, est ponere diuinam essentiam non videri. Et praeterea cum anima sit quaedam similitudo dei, visio illa non magis esset specularis & enigmatica, quae est in via, quam visio clara & aperta, quae reprobantur sanctis in gloria, & in qua erit beatitudo nostra. Vnde Augustinus dicit hic in glo. quod visio dei quae est per similitudinem, pertinet ad visionem speculi & enigmatis. Sequeretur etià quod beatitudo hominis vltima esset in alio, quam in ipso deo, quod est alienum à fide. Naturale etià hominis desiderium, quod est perueniendi ad primam rerum causam, & cognoscendi ipsam per seipsam, esset inane. Sequitur [Nunc cognosco ex, &c.] Hic illud quod probauit in generali, probat in speciali de cognitione sui ipsius, dicens, Nunc. i. in praesenti vita, ego Paulus cognosco ex parte. i. obscure & imperfectè: tunc autem, scilicet in patria, cognoscam sicut & cognitus sum. i. sicut deus cognouit essentiam meam, ita deum cognoscam per essentiam suam, sicut, non importat hic aequalitatem cognitionis, sed similitudinem tantum. Consequenter infert principalem conclusionem, cum dicit [Nunc autem manent &c.] Causa autem quare non facit mentionem de omnibus donis, sed istis tribus tantum, est quia haec tria coniungunt deo: alia autem non coniungunt deo, nisi mediantribus istis. Alia etiam dona sunt quaedam disponenda ad gignendum ista tria in cordibus hominum. Vnde & solum ista tria, scilicet fides, spes, & caritas dicuntur virtutes theologicae, quia habent immediatè deum pro obiecto. Sed cum dona sint ad perficiendum, vel affectum, vel intellectum: & caritas perficiat affectum, fides intellectum, non videtur quod spes sit necessaria, sed superflua. Ad hoc sciendum quod amor est quaedam vis vnitiva, & omnis amor in vniione quadam consistit, vnde & secundum diuersas vniiones, diuersae species amicitiae à Philosopho distinguntur. Nos autem habemus duplicem coniunctionem cum deo. Vna est quantum ad bona naturae quae hic participamus ab ipso. Alia quantum ad beatitudinè, in quantum nos hic sumus participes per gratiam supernae felicitatis, secundum quod hic est possibile: speramus etiam ad perfectam consecutionem illius aeternae beatitudinis peruenire & fieri ciues caelestis Hierusalem. Et secundum primam communicationem ad deum, est amicitia naturalis, secundum quam vnus quodque secundum quod est, deum vt causam primam & summum bonum appetit & desiderat vt finem suum. Secundum verò communicationem secundam, est amor charitatis, quia solum creatura intellectualis deum diligit. Quia verò nihil potest amari nisi sit cognitum, ideo ad amorem charitatis exigitur primò cognitio dei. Et quia hoc est supra naturam, primò exigitur fides quae est non apparentium. Secundò ne homo deficiat vel aberrat exigitur spes, per quam tendat in illum finem, sicut ad se pertinet: & de his tribus dicitur Eccle. 2, Qui timetis deum, credite in illum, quantum ad fidem: qui timetis deum sperate in illum, quantum ad spem: qui timetis deum, diligite eum, quantum ad caritatem. Ista ergo tria manent nunc, sed caritas maior est omnibus, propter ea quae dicta sunt supra.

Caput 14.

Hic posita monitione ad charitatem & alia spiritualia secundum, praefert donum prophetiae donum linguarum.

Est amari charitatem, emulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem & exhortationem & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum edificat, qui autem prophetat, ecclesiam dei edificat. Posita excellentia charitatis ad alia dona, hic consequenter Apostolus comparat alia dona adinuicem, ostendens excellentiam prophetiae ad donum linguarum. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit excellentiam prophetiae ad donum linguarum. Secundò quomodo sit vtendum dono linguarum, & prophetiae, ibi [Quid ergo est fratres &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quod donum prophetiae est excellentius quam donum linguarum rationibus sumptis ex parte infidelium. Secundò ex parte fidelium, ibi [Fratres mei &c.] Prima pars diuiditur in duas. Primò ostendit quod donum prophetiae est excellentius dono linguarum quantum ad vsum eorum in exhortationibus seu praedicationibus. Secundò quantum ad vsum linguarum qui est in oratio. Ad haec enim duo, est vsum linguarum, ibi [Et ideo loquitur &c.] Circa primum duo facit. Primò enim praemittit vnum per quod continuat se ad sequentia: & hoc est quod dicit, Dicitur est quod caritas omnia dona excellit. Si ergo ita est, sectamini. scilicet viribus charitatem, quae est dulce & salubre vinculum metium. i. Pe. 4. Ante omnia charitatem &c. Col. 3. Super omnia autem caritate habere, &c. Secundò subdit illud per quod continat se ad sequentia. Et hoc est quod dicit [Emulamini, &c.] q. d. Licet caritas sit maior omnibus donis, tamen alia non sunt contemnenda. Sed emulamini. i. feruenter amatis spiritualia dona spiritus sancti. i. Pet. 3, Quid est quod vobis noceat &c. Licet autem emulatio quandoque sumatur, pro feruenti dilectione: quandoque pro inuidia, tamen non est equiuocatio: immo vnus procedit ab alio, zelari enim & emulari designat feruenter amorem alicuius rei. Contingit autem quod res amata, ita diligatur feruenter ab aliquo quod non paritur sibi cõsortem, sed ipse vult eam solum & singulariter. Et iste est zelus, qui secundum quod dicitur est amor intensus non patiens cõsortium in amato. Hoc tamen non contingit in spiritualibus, quae possunt perfectissimè à multis participari: sed solum in illis quae non possunt à multis participari. Vnde in charitate non est huiusmodi zelus non patiens cõsortium in amato, sed tamen in corporalibus, in quibus

prouenit, quod si aliquis habet illud quod ipse zelat, doleat: & ex hoc cõsurgit emulatio, quae est inuidia, sicut si ego amo dignitatem seu diuitias, doleo quod aliquis habet eas, vnde & ei inuideo. Et sic patet quod ex zelo surgit inuidia. Cum ergo dicitur, emulamini spiritualia, non intelligitur de inuidia, quia spiritualia possunt à multis haberi, sed dicit, emulamini, vt inducat ad feruenter amandum deum. Et quia inter spiritualia est gradus quidam, quia prophetia excedit donum linguarum, ideo dicit [Magis autem vt, & prophetetis.] quasi dicat, Inter spiritualia magis emulamini donum prophetiae. i. Thessal. 5, Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Ad explanationem autem totius cap. praenotanda sunt tria, scilicet, quid sit prophetia, quor modis dicatur in scriptura sancta prophetia, & quid sit loqui linguis. Circa primum sciendum est quod propheta dicitur quasi procul videns, & secundum quosdam, dicitur à for faris, sed melius dicitur à phanos, quod est videre. Vnde i. Regum 9. dicitur, quod qui nunc dicitur propheta, olim videns dicebatur. Vnde de visio eorum quae sunt procul, siue sint futura contingetia, siue supra rationem nostram, dicitur prophetia. Est igitur prophetia visio seu manifestatio futurorum contingentium seu intellectum humanum excedentium. Ad huiusmodi autem visionem quatuor requiruntur. Cum enim cognitio nostra sit per corporalia & per fantasmata à sensibilibus accepta, primò exigitur quod in imaginatione formentur similitudines corporales eorum quae ostenduntur: vt Dionysius dicit quod impossibile est aliter lucere nobis diuinum radium, nisi varietate sacrorum voluminum circūuelatum. Secundum quod exigitur, est lumen intellectuale illuminans intellectum ad ea quae supra naturalem cognitionem nostram ostenduntur cognoscenda. Nisi enim ad similitudines sensibiles in imaginatione formatas intelligendas asit lumen intellectuale, ille cui similitudines huiusmodi ostenduntur non dicitur propheta, sed potius somnator, sicut Pharaon, qui licet viderit spicas & vacchas quae erant indicatua futurorum quorundam: quia tamen non intellexit quod vidit, non dicitur propheta, sed potius ille scilicet Ioseph, qui interpretatus est. Et similiter est de Nabuchodonosor, qui vidit statuas & non intellexit. Vnde nec propheta dicitur, sed Daniel. Et propter hoc dicitur Danielo, Intelligentia opus est in visione. Tertium quod exigitur, est audacia ad annuntiandum ea quae reuelantur. Ad hoc enim deus reuelat vt aliis denuntientur. Hierem. 1. Ecce dedi verba mea in ore. Quartum est operatio miraculorum, quae sunt ad certitudinem prophetiae. Nisi enim facerent aliqua quae excedunt operationem naturam, non crederetur eis in his quae naturalem cognitionem transcendunt. Secundum ergo hos modos prophetiae, dicuntur aliqui diuersis modis prophetae. Aliquando enim aliquis dicitur propheta qui habet omnia ista quatuor. scilicet, quod videt imaginarias visiones, & habet intelligentiam de eis, & audacter annuntiat aliis, & operatur miracula: & de hoc dicitur Nume. 12, Si quis fuerit inter vos propheta, &c. Aliquando autem dicitur propheta ille qui habet solas imaginarias visiones, sed tamè impropiè, & valde remotè. Aliquando enim dicitur propheta, qui habet intellectualem lumen ad explanandum etiam visiones imaginarias, siue sibi, siue alteri factas. Vel ad exponendum dicta prophetarum, vel scripturas Apostolorum. Et sic dicitur propheta omnis qui discernit doctorum scripturas, quia eodem spiritu interpretatae sunt quo editae sunt. Et sic Salomon & Dauid possunt dici prophetae, in quantum habuerunt lumen intellectualem ad clarè & subtiliter intendum. Nam & visio Dauid intellectualis tantum fuit. Dicitur etiam propheta aliquis solum ex hoc quod prophetarum dicta denuntiat seu exponit, seu cantat in ecclesia: & hoc modo dicitur i. Reg. 19, quod Saul erat inter prophetas. i. inter cantantes dicta prophetarum. Dicitur etiam aliquis propheta ex miraculorum operatione, secundum illud Eccles. 48, quod corpus Helisei mortuum prophetauit. i. miraculum fecit. Quod ergo dicit hic Apostolus per totum cap. de prophetis, intelligendum est de secundo modo. scilicet, quod ille dicitur propheta, qui per lumen intellectualem diuinum visiones sibi, & aliis factas, exponit. Et secundum hoc planum erit quod hic dicitur de prophetis. Circa secundum sciendum est quod quia in ecclesia primitiua pauci erant quibus imminere fidem Christi praedicare per mundum, ideo dominus vt comodius & pluribus verbum dei annuntiarent, dedit eis donum linguarum, quibus omnibus praedicarent, non quod vna lingua loquentes ab omnibus intelligeretur, vt quidam dicit, sed ad literam quod linguis diuersarum gentium, imò omnium loquerentur. Vnde dicit Apostolus, Gratias ago deo quod omnium vobis istum lingua loquor. Et Act. 1. dicitur, Loquebatur variis linguis, &c. Et hoc donum multi adepti sunt à deo prophetiae. Quod ergo dicitur hic loqui lingua, vult Apostolus intelligi lingua ignota, & non explanata, sicut si lingua Theutonica loquatur quis alicui Gallico, & non exponat, hic loquitur lingua. Vel etià si loquatur visiones tantum & non exponat, loquitur lingua. Vnde omnis locutio non intellecta nec explanata quae cinque sit illa, est proprie loqui lingua. His ergo visis ad expositionem literae accedamus, quae plana est. Circa hoc ergo duo facit. Primò probat quod donum prophetiae excellentius est dono linguarum. Secundò excludit quandam obiectionem, ibi [Volo autem vos, &c.] Quod autem donum prophetiae excedat donum linguarum, probat duabus rationibus, quarum prima sumitur ex cõparatione dei ad ecclesiam. Secunda ratio sumitur ex cõparatione hominum ad ecclesiam. Prima autem ratio talis est, illud per quod facit homo ea non solum quae sunt ad honorem dei, sed etià ad vtilitatem proximorum est melius, quàm illud quod fit tantum ad honorem dei: sed prophetia est non tantum ad honorem dei, sed etiam ad proximi vtilitatem: per donum verò linguarum solum illud fit quod est ad honorem dei, ergo, &c. Huius autem rationis ponit medium: & primò quantum ad hoc quod dicit, quod qui loquitur lingua, honorat tantum deum. Et hoc est quod dicit [Qui loquitur lingua]. C. ignota, non loquitur hominibus. i. ad intellectum hominum, sed deo. i. ad honorem dei tantum. Vel deo, quia ipse deus solum intelligit. Sap. 5, Auris zeli dei audit omnia, &c. Et quod non loquatur homini, subdit, Nemo enim audit. i. intelligit. Sic enim frequenter accipitur, non audire, pro non intelligere. Mat. 13, Qui habet aures audiendi audiat. Quare autem soli deo loquatur, subdit quod ipse deus loquitur. Vnde dicit, Spiritus autem dei loquitur mysteria. i. occulta. Mat. 10. Non enim vos estis qui loquimini, &c. Suprà 2, Nemo nouit quae sunt spiritus dei, &c. Secundò probat id quod dicit, quod prophetia est ad honorem dei & vtilitatem proximorum. Vnde dicit [Nam qui prophetat, &c.] Id est explanat visiones seu scripturas, loquitur hominibus. i. ad intellectum hominum, & hoc ad adificationem incipientium, & ad exhortationem.

Quid sit prophetia.

Ad visionem prophetiam quatuor requiruntur.

Quor modis dicatur quis propheta.

Interpres scripturae sacrae & cantor eiusdem in ecclesia propheta dicitur, qui annuntiat dicta prophetarum. Propheta in toto hoc cap. pro interprete prophetiarum & sacrae scripturae seu reuelationum sibi vel aliis ponitur. Quid sit loqui linguis.

tationem proficientium. i. Tim. 5, Consolamini pusillanimes. Titum 2, Loquere & exhortare ad cōsolatio- nem desolatorū. Vel aedificatio pertinet ad spiritualē affectionē, quia ibi primò incipit ad aedificiū spiritua- le. Eph. 2, In quo & vos aedificamini, &c. Exhortatio verò ad inductionē ad bonos actus, quia si affectus est bonus, tūc actus est bonus. Tit. 2, Hæc loquere & exhortare. Cōsolatio verò inducit ad tolerantiam malo- rum. Ro. 15, Quæcūque scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt. Ad hæc enim tria inducūt prædican- tes diuinā scripturam. Secunda ratio talis est, Illud quod est vtile soli faciēti, est minus q̄ illud quod prodest etiā aliis: loqui autē linguis est vtile soli ei qui loquitur, prophetare verò aliis prodest. Igitur, &c. Hui⁹ autē rationis ponit mediū, & primò quantum ad primā partem mediij, & hoc est quod dicit [Qui loquitur lin- gua, semetipsum, &c.] Plal. Concaluit cor meū intra me, &c. Secūddò quantum ad secundā partem, & hoc est quod dicit [Qui autem prophetat, ecclesiam] i. fideles aedificat instruendo. Eph. 2, Super aedificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum.

Docetur quod licet pro- pheta si me- lior, quam lo- qui linguis, nō tamen con- temnendum esse loqui lin- guis & ponit ratio cur magis velit Paulus eos prophetare, quam loqui linguis, ostē- dendo simul excellentiam doni prophē- tiae supra do- nū linguarū, exemplo sum- pto a se, a re- bus inanima- tis & ab ho- minibus di- uersimodè lo- quentibus.

Volo autem vos omnes loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur vtr ecclesia aedificationem accipiat. Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens quid vo- bis prodero, nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt, vocem dantia, sive tibia, sive cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur aut cithari? Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem deder- itis, quomodo scietur quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa, vt puta, genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Sic & vos quo- niā amulatores estis spirituum ad aedificationem ecclesie, quærite vt abundetis.

Hic Apostolus excludit obiectionem seu falsum intellectum, qui posset esse circa præmissa: possent en- nim aliqui credere quod ex quo Apostolus præfert prophetiam dono linguarum, quod donum lingua- rum esset contemnendum. Vnde vt hoc excludat, dicit [Volo autem vos, &c.] Vbi primò ostendit quid in- tenderit insinuare. Secūddò rationem horum assignat, ibi [Nam maior, &c.] Dicit ergo, Licet hæc quæ di- cta sunt supra dixerim, non tamē volo vos donum linguarum spernere, sed volo vos omnes loqui linguis, tamen magis volo vt prophetetis. Nume. 11, Quis tribuat vt omnis populus, &c. Cuius rationem assignat, cum dicit [Nam maior, &c.] Quasi dicat, Ideo volo vt magis prophetetis, quia maior est, &c. Et huius ra- tio est, quia aliquando aliqui mouentur à spiritu sancto loqui aliquid mysticum, quod ipsi non intelligunt. Vnde isti habent donum linguarum. Aliquando autem non solum loquuntur linguis, sed etiam ea quæ di- cunt, interpretantur. Et ideo dicit [Nisi vt interpretetur.] Nam donum linguarum cum interpretatione est melius quam prophetia: quia sicut dictum est, interpretatio cuiuscunque ardui pertinet ad prophetiam. Vnde qui loquitur & qui interpretatur, propheta est, & donū linguarum habet, & interpretatur vt ecclesia dei aedificet, ideo dicit [Vt ecclesia, &c.] i. non solum intelligat se, sed etiam vt ecclesia aedificetur. Ro. 14, Quæ aedificationis sunt inuicem, custodiamus. & Ro. 15, Vnusquisque proximo suo placeat in bonum ad aedificationem. [Nunc autem fratres, &c.] Hic probat donum prophetie esse excellentius quam donum linguarum per exempla, & hoc tripliciter. Primò per exemplum à seipso sumptum. Secūddò per exemplum sumptum à rebus inanimatis, ibi [Tamē quæ sine anima, &c.] Tertio per exemplum sumptum ab hominibus diuersimodè loquentibus, ibi [Tam multa, &c.] Ex seipso autem argumentatur sic, Constat ergo quod ego non minus habeo donum linguarum quam vos, sed si loquerer vobis solum linguis, & non interpretarer, nihil vobis prodessem. Ergo nec vos ab inuicem. Et hoc est quod dicit [Nunc autem fratres si venero ad vos linguis loquens.] Hoc dupliciter potest intelligi: scilicet vel linguis ignotis, vel ad literam quibuscun- que signis non intellectis, quid vobis prodero, nisi loquar vobis aut in reuelatione, &c. Vbi notandum quod ista quatuor, scilicet aut in reuelatione, &c. possunt dupliciter distingui. Vno modo penes ea de qui- bus sunt. Et sic sciendum est quod illustratio mentis ad cognoscendum est de quatuor, vel quia est de diui- nis, & hæc illustratio pertinet ad donum sapientiæ. Diuinorum enim, vt supra dictū est 2. est reuelatio, quia quæ sunt dei, nemo nouit, &c. Et ideo dicit in reuelatione, qua scilicet illuminatur mens ad cognoscendum diuina, vel est de terrenis, & non de quibuscunque, sed de illis tantum quæ sunt ad aedificationem fidei: & hoc pertinet ad donū scientiæ: & ideo dicit [In scientia] non geometriæ nec astrologiæ, quia hæc non perti- nent ad aedificationē fidei, sed in scientia quæ est sanctorū. Sap. 10, Dedit illi scientiā sanctorum, &c. vel est de euentibus futuroū, & hoc pertinet ad donum prophetiæ. Et ideo dicit [Aut in prophetia.] Sap. 8, Signa & monstra sint antè quàm fiant & euentus tēporum & seculorū. Notandum autem quod prophetia non ac- cipitur hīc cōmuniter. s. secundum quod supra dictum est, sed accipitur hīc particulariter prout est manife- statio futurorum tantum. Et secundum hoc diffinitur à Calsiodoro, Prophetia est diuina inspiratio rerum futurarum immobili veritate denuntians. Eccl. 24, Ad hunc doctrinam quasi prophetiam effundam, &c. vel est de agendis moralibus, & hoc pertinet ad doctrinam. Et ideo dicit [Aut in doctrina.] Ro. 12, Qui docet in doctrina. Prouerb. 13, Doctrina bona dabit gratiam. Alio modo possunt hæc distingui penes mo- dos acquirendi cognitionem. Et sic sciendum est quod omnis cognitio, aut est à supernaturali principio, scilicet deo, aut naturali, scilicet lumine naturali intellectus nostri. Si autem à supernaturali principio, scilicet lumine diuino infuso, hoc potest esse dupliciter, quia aut infunditur subito cognitio, & sic est reuelatio, aut infunditur successiue, & sic est prophetia quam non subito habuerunt propheta, sed successiue & per partes, vt eorum prophetiæ ostēdunt. Si verò cognitio acquiratur à naturali principio, hoc est, aut per stu- dium proprium, & sic pertinet ad scientiam, aut traditur ab alio, & sic pertinet, ad doctrinam. [Tamen quæ sine anima, &c.] Hic ostendit idem per exempla sumpta ex rebus inanimatis, scilicet per instrumenta quæ videntur vocem habere. Et primò per instrumenta gaudij. Secūddò per instrumenta pugna, ibi [Ete- nim si incertam, &c.] Dicit ergo, Hoc non solum patet per ea quæ supra dicta sunt, sed etiam quantum ad ea quæ sine anima vocem dant, quod loqui linguis non solum non prodest aliis. Et quæ sine anima sunt vocem dantia. Contra vox est sonus ab ore animalis prolatus naturalibus instrumentis formatus. Non ergo ea quæ sunt sine anima dant vocem. Dicendum est quod licet vox non sit nisi animalium, tamen

LECTIO 2.

potest dici per quandam similitudinem, scilicet secundum quod quedam, sicuti instrumenta, habent quan- dam consonantiā & melodiam, & ideo de illis facit mentionem. s. de cithara quæ dat vocem tactu, & tibia quæ flatu. Si ergo hæc dāt vocem sine distinctione, quomodo scietur, &c. Cum enim homo per instrumen- ta aliquid intendat exprimere. saliquos cantus qui ordinantur vel ad fletum vel ad gaudium. Esa. 30, Can- tem domini. Vel etiam ad lasciuia non poterit diiudicari ad quid canitur tibia, aut ad quid cithara si sonus sit confusus & indistinctus. Ita si homo loquitur linguis, & non interpretatur, nō poterit sciri quid velit di- cere. [Etenim si incertā vocem dederit, &c.] Hic ostēdit idem per exēpla inanimatarū. s. per instrumenta ad pugna ordinata. Et sumitur hæc similitudo ex lib. Num. 10. Ibi enim legitur qd dominus præcepit Moyse, vt faceret duas tubas argenteas, quæ essent ad conueniendum populum ad mouendū castra & ad pugnan- dum. Et pro quolibet istorū habebant certum modum tubandi, quia aliter dabant vocem quando debebāt conuenire ad concilium, aliter quando mouebant castra, & aliter quando pugnant: & ideo arguit Apo- stolus quod sicut si tuba det incertam vocem. i. indistinctam, nescitur vtrum se debeant parare ad bellum, & ita vos si loquimini tantum linguis, nisi distinctum sermonem dicatis interpretado vel exponendo, non poterit quis scire quid loquamini. Per tubā potest intelligi prædicator. Esa. 58, Quasi tuba exalta vocē tuā, &c. Ratio autem quare non potest sciri quid loquamini, est quia eritis in aera loquentes. i. inutiliter. Supra 9, Sic pugno non quasi aera verberas, &c. [Tam multa, &c.] Hic sumit exēplum à diuersis linguis loquentium Et circa hoc tria facit. Primò ostendit diuersitatē linguarū. Secūddò inutilitatem loquentiū sibi adiuicem in linguis extraneis, ibi [Si ergo nesciero, &c.] Tertio cōcludit quod intendit, ibi [Sic & vos quoniā amula- mini, &c.] Dicit ergo primò, Multa & diuersa linguæ in mundo sunt, & quilibet potest loqui quacunque vult, si tamen non loquatur determinatē non intelligitur. Et hoc est quod dicit [Tam multa, &c.] hoc po- test dupliciter exponi, quia potest continuari cum præcedentibus, vt dicatur, Eritis in aera loquentes, [Et tam multa vt puta, &c.] quasi dicat, Ideo in aera, id est, inutiliter loquimini omnibus linguis, quia loquimi- ni sine intellectu, quæ tamen proprias significationes vocum ad hoc habent vt intelligatur. Nihil enim si- ne voce est. Vel potest sic pūctuari. Eritis in aera loquentes. Tam multa, vt puta, sunt genera linguarū. i. sin- gulis linguis. [Si ergo nesciero, &c.] Hic ostendit horū inutilitatem. Et hoc est quod dicit [Si loquar omni- bus linguis.] Sed si nesciero virtutē vocis. i. significationem vocis, ero cui loquar barbarus. Hiere. 5, Addu- cam super te gentem de longinquo, gentem cuius ignoras linguam. Nota quod barbari secundum quos- dam dicitur illi, quorum idioma discordat omnino à Latino. Alij verò dicunt quod quilibet extraneus est barbarus omni alij extraneo, quando scilicet non intelligitur ab eo. Sed hoc non est verum, quia secundum quosdam verius dicitur. Barbari proprie dicitur illi qui in virtute corporis vigent, in virtute rationis deficiūt, & sunt quasi extra leges & sine regimine iuris. Er huic videtur cōsonare Aristoteles in polycticis suis. Con- sequenter cum dicit [Sicut, &c.] concludit quod intendit: & hoc potest dupliciter construi. Primò vt pun- ctetur hoc modo, quasi dicat, sic ego ero barbarus vobis, si loquar sine significatione & interpretatione, sicut & vos eritis barbari adiuicem, & ideo querite vt abuderis, &c. & hoc, quoniam estis amulatores, &c. Vel alio modo vt totum ponatur sub distinctione. Quasi diceret, Ne ergo sitis barbari, sic scilicet sicut ego facio, quoniam estis amulatores spirituum. i. donorum spiritus sancti, querite à deo vt abundetis. Prouer. 15, In abundantia iustitia, virtus maxima est. Quæ quidem iustitia est aedificare alios. Matth. 7, Petite & dabi- tur vobis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.

LECTIO 3.

Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente. psallam spiritu, psallam & mente. Caterum si benedixeris spiritu, quis sup- plet locum idiotæ? Quomodo dicet, amen, super tuam benedictionem? Quoniam quid dicas, nescit. Nam tu quidem bene gra- tias agis, sed alter non aedificatur. **S**upra ostendit Apostolus excellentiā doni prophetiæ ad donum linguarum, rationibus sumptis ex parte exhortationis: hīc verò ostēdit idem rationibus sumptis ex parte rationis: hæc enim duo per linguā exerce- mus, orationem. s. exhortationem. Et circa hoc duo facit. Primò enim probat excellentiam prophetiæ ad donum linguarum rationibus. Secūddò exemplis, ibi [Gratias ago deo meo, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit necessitatem orationis. Secūddò ostendit quomodo in oratione plus valet donum prophetiæ, quam donum linguarum. [Nam si orem lingua, &c.] Dicit ergo primò, Dixi quod donum linguarum sine dono prophetiæ non valet: & ideo quia interpretari est actus prophetiæ, quæ est excellentior illi qui loqui- tur lingua ignota, vel extranea, vel aliqua mysteria occulta, oret scilicet deum vt interpretetur, id est vt in- terpretandi gratia detur sibi. Coloss. 4, Orantes vt deus aperiat ostium. Glosa aliter exponit, oret. Orare enim dicitur dupliciter. s. vel deprecari deum, vel persuadere: quasi dicat, Qui loquitur, oret lingua, id est, ita persuadeat, vt interpretetur, & sic accipit orare hīc glosa per totum capitulum. Sed non est hæc inten- tio Apostoli, sed pro deprecatione ad deum. [Nam, si oret, &c.] Hic ostendit quod in orando plus valet prophetia, quam donum linguarum, & hoc dupliciter. Primò ratione sumpta ex parte ipsius orātis. Secun- dò ratione sumpta ex parte audientis, ibi [Caterum si benedixeris, &c.] Circa primum duo facit. Primò po- nit rationem ad propositum ostendendum. Secūddò remouet obiectionem, ibi [Quid ergo, &c.] Circa pri- mum sciendum est quod duplex est oratio. Vna est priuata, quando scilicet quis orat in seipso, & pro se. A- lia publica, quando quis orat coram populo, & pro aliis: & in vtraque contingit vti & dono linguarum, & dono prophetiæ. Et ideo vult ostendere quod in vtraque plus valet donum prophetiæ, quam donum lin- guarum. Et primò in oratione priuata, dicens, quod si sit aliquis idiota qui faciat orationem suam, dicens Psalmum, vel Pater noster, & non intelligat ea quæ dicit, iste orat lingua, & non refert vtrum oret verbis sibi à spiritu sancto concessis, sive verbis aliorum. Et si sit alius qui orat, & intelligit quæ dicit, hic quidem orat, & prophetat: cōstat quod plus lucratur qui orat, & intelligit, quam qui tantum lingua orat, qui scilicet

Ostenditur excellentia prophetie supra donum linguarum, ostendendo primò necessi- tatem oratio- nis, & secun- dō ostendo in oratione plus valere donū prophetiæ, quā linguarū, & hoc ostē- ditur primò in oratione priuata & secūdo in pu- blica.

In orationi- bus melior est oratio que est intelligitur & ideo si sine scandalo fieri possit, asserme- lius idioma orat, & quilibet

intelligibili oratione, sicut in orationibus propriis, sicut publicis.

In oratione triplex attentio.

Cum non in vulgari sunt orationes.

Ostenditur excellentia prophetiae supra linguarum donum rationibus ex parte ipsius Pauli sumptis, sed primo agit gratias de dono linguarum, tandem praefert prophetiam linguarum rationibus sumptis ex parte infidelium, excusans eos prius ad attendendum.

non intelligit quae dicit. Nam ille qui intelligit, reficitur & quantum ad intellectum, & quantum ad effectum: sed mens eius qui non intelligit, est sine fructu refectionis. Vnde & cum melius sit refici quantum ad effectum & intellectum, quam quantum ad effectum solum: constat quod in oratione plus valet prophetiae donum, quam solum donum linguarum. Et hoc est quod dicit, Dico quod ore vobis interpretetur. Nam si oram linguam. i. orando vtor dono linguarum, ita quod proferam aliqua quae non intelligo: tunc spiritus meus. i. spiritus sanctus mihi datus, orat, qui inclinat & mouet me ad orandum. Et nihilominus mereor in ipsa oratione, quia hoc ipsum quod moueor a spiritu sancto est mihi meritum. Ro. 8. Na quid orem, sicut oportet nescim, sed ipse spiritus sanctus postulare nos facit. Vel spiritus meus. i. ratio mea orat. i. dicit quod ego loquar ea quae ad bonum sunt, sive verbis propriis, sive aliorum sanctorum. Vel spiritus meus. i. virtus imaginatiua orat, in quantum voces seu similitudines corporaliu sunt tantum in imaginatione absque hoc quod intelligatur ab intellectu: & ideo subdit, Me autem mea. i. intellectus meus, sine fructu est: quia non intelligit. Et ideo melius est in oratione prophetia seu interpretatio, quam donum linguarum: sed nunc quid quocumque quis orat, & non intelligit quae dicit, est sine fructu orationis. Dicendum quod duplex est fructus orationis. Vnus fructus est meritum quod homini prouenit. Alius fructus est spiritualis consolatio & deuotio concipitur ex oratione. Et quantum ad fructum deuotionis spiritualis, priuatur qui non attendit ad ea quae orat seu non intelligit, sed quantum ad fructum meriti, non est dicendum quod priuatur: quia sic multae orationes essent sine merito, cum vix vnus Pater noster, potest homo dicere quin mens ad alia feratur. Et ideo dicendum est, quod quando orans aliquando diuertit ab his quae dicit, seu quando quis in vno opere meritorio non continue cogitat in quolibet actu, quod facit hoc propter deum, non perdit rationem meriti. Cuius ratio est, quia in omnibus actibus meritorius qui ordinatur ad finem rectum, non requiritur quod intentio agentis coniungatur fini secundum quolibet actum: sed vis prima quae mouet intentionem, manet in toto opere, etiam si aliquando in aliquo particulari diuertat: & hic prima vis facit totum opus meritorium, nisi interruptatur per contrariam affectionem quae diuertat a fine praedicto ad finem contrarium. Sed sciendum est quod triplex est attentio. Vna est ad verba quae homo dicit, & haec aliquando nocet in quantum impedit deuotionem. Alia est ad sensum verborum, & haec nocet, non tamen est multum nocua. Tertia est ad finem, & haec est melior & quasi necessaria. Tamen id quod dicit Apostolus, mens est sine fructu, intelligitur de fructu refectionis. [Quid ergo est, &c.] quia posset aliquis dicere, ex quo orare lingua est sine fructu mentis, sed tamen spiritus orat, nunc quid ergo non est orandum spiritu, ideo Apostolus remouet dicens, quod vtroque modo orandum est & spiritu & mente: quia homo debet seruire deo de omnibus quae habet a deo: sed a deo habet spiritum & mentem, & ideo debet de vtroque orare. Eccl. 47. De omni corde suo laudabit deo minum, &c. Et ideo dicit [Orabo spiritu, orabo & mente: Psallam spiritu, &c.] Et sic dicit orabo, & psallam: quia oratio vel est ad deprecandum deum, & sic dicit orabo: vel ad laudandum, & sic dicit psallam. De istis duobus, Iaco. 5. Tristatur quis in vobis, oret aequo animo & psallat. Psal. Psallite domino, &c. Orabo ergo spiritu. i. imaginatione: & mente. i. voluntate. Caeterum si benedixeris, &c. Hic secundo ostendit quod donum prophetiae plus valet quam donum linguarum, etiam in oratione publica, quae est quando sacerdos publice orat, vbi aliquando dicit quaedam quae non intelligit, aliquando aliqua quae intelligit. Et circa hoc tria facit. Primum ponit rationem. Secundo exponit eam, ibi [Quomodo dicit, &c.] Tertio probat quod supposuerat, ibi [Quonia quid, &c.] Dicit ergo, Dixi quod donum prophetiae in oratione priuata plus valet, caeterum, pro sed: & in publica, quia si benedixeris. i. si benedictionem dederis spiritu. i. in lingua quae non intelligatur, seu imaginatione & motus a spiritu sancto, quis supplet locum idiotae? Idiotae, proprie dicitur qui scit tantum linguam in qua natus est: quasi diceret, Quis dicit illud quod debet dicere ibi idiotae? quod est dicere, amen. Et ideo dicit, Quomodo dicit supplet tuam benedictionem: vbi glo. exponit. i. quomodo consentiet benedictioni a te factae in persona ecclesiae. Es. 65. Qui benedictus est super terram benedictur in eo, amen. Amen idem est quod fiat, vel verum est. q. d. si non intelligit quae dicit, quomodo conformabit se dictis tuis? potest quidem se conformare etiam si non intelligat, sed in generali tantum, non in speciali, quia non potest intelligere quid boni dicas, nisi quod benedicas tantum. Sed quare non dantur benedictiones in vulgari, vt intelligantur a populo, & conforment se magis eis? Dicendum est quod hoc forte fuit in ecclesia primitiua, sed postquam fideles instructi sunt, & sciunt quae audiunt in communi officio, sunt benedictiones in Latino. Consequenter probat quare non potest dicere, amen, cum dicit [Nam tu quidem]. i. licet tu gratias agas bene deo in quantum intelligis, sed alter qui audit, & non intelligit, non edificatur in quantum non intelligit in speciali, & si in generali intelligat & edificetur. Ephes. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad edificationem fidei. Et ideo melius est vt non solum lingua benedicat, sed etiam vt interpretetur & exponat, licet tu qui gratias agis bene agas.

LECTIO 4.

Gratias ago deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor. Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruat, quod decem millia verborum in lingua. Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. In lege enim scriptum est, Quoniam in aliis linguis, & in labiis aliis loquar populo huic, & nec exaudient me dicit dominus. Itaque linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiae autem, non infidelibus, sed fidelibus. Hic ostendit Apostolus excellentiam doni prophetiae ad donum linguarum, per rationes sumptas ex parte sui ipsius. Et circa hoc duo facit. Primum agit gratias de dono linguarum, sibi a deo dato. Secundo se eis in exemplum proponit, ibi [Sed in ecclesia volo, &c.] Dicit ergo, Gratias ago, &c. q. d. Non ideo vilipendo donum linguarum, quia ego dico quod donum prophetiae sit excellentius, sed debet charum haberi. Vnde & ego gratias ago, &c. Est ergo de omnibus gratias agendum. i. Thef. 5. In omnibus gratias agite, &c. Vel gratias ago. q. d. Non ideo vilipendo donum linguarum, quasi eo carens, imò etiam ego habeo: & ideo dicit, Gratias ago, &c. Et ne intelligatur quod omnes loquerentur vna lingua, dicit, Omnium vestrum lingua loquor. Act. 2. Loquebatur variis linguis Apostoli, &c. [Sed in ecclesia.] Hic ponit se in exemplum. q. d. Si ego habeo donum linguarum sicut & vos, debetis facere illud quod facio. Sed ego volo. i. magis volo loqui in ecclesia quinque. i. pauca verba sensu meo. i. intellectu, vt scilicet ego intelligam, & intelligat, & ex hoc instruat alios, quam decem millia. i. quancumque multitudinem verborum in lingua, quod est loqui non ad intellectum quocumque modo

fiat, vt supra expositum est. Dicunt quidam quod ideo dicit quinque, quia Apostolus videtur velle quod magis velit dicere solum vnā orationē ad intellectum, quam multas sine intellectu. Oratio autem, secundum grammaticos ad hoc quod debeat facere perfectum sensum, debet habere quinque. scilicet Subiectum, Praedicatum, Copulam verbaalem, Determinationem subiecti, & Determinationem praedicati. Aliis videtur melius quod quia ad hoc loquendum est cum intellectu vt alij doceantur: ideo ponit quinque, quia doctor debet quinque docere. scilicet credere. Titum 3. Haec loquere & exhortare, &c. Agenda, Matth. vlti. Euntes in mundum, &c. Viranda. scilicet peccata, Eccles. 21. Quasi a facie colubri fuge, &c. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera, &c. Speranda. scilicet mercedem aeternam. 1. Pet. 1. De qua salute exquisierunt, &c. Timenda. scilicet poenas aeternas. Matt. 25. Ite maledicti in ignem aeternum, &c. Fratres mei nolite, &c. Hic ostendit excellentiam doni prophetiae ad donum linguarum, rationibus sumptis ex parte infidelium. Et circa hoc duo facit. Primum excitat attentionem & reddit attentos. Secundo arguit ad propositum, ibi [In lege quid scriptum est.] Circa primum videtur Apostolus excludere pallium excusationis aliquorum, qui ideo docent quaedam rudia & superficialia, quasi ostendant se volentes viuere in simplicitate, & ideo non curantes de subtilitatibus ad quas secundum rei veritatem non attingunt, habentes verbum domini ad hoc Mat. 18. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, &c. Sed hoc Apostolus excludit, cum dicit [Nolite pueri effici sensu]. i. nolite puerilia & inutilia & stulta loqui & docere. Supra 3. Cum essem paruulus, &c. Sed quomodo debetis effici pueri affectu non intellectu. Et ideo dicit [Sed malitia]. Vbi sciendum est, quod paruuli deficiunt in cogitando mala, & sic debemus effici paruuli: & ideo dicit, Sed malitia paruuli estote: & deficiunt in cogitando bona, & sic non debemus esse paruuli, imò viri perfecti. Et ideo dicit [Sensibus autem perfecti, &c.]. i. ad discretionem boni & mali, perfecti sitis. Vnde Hab. 5. Perfectorum est solidus cibus, &c. Non ergo laudatur in vobis simplicitas quae opponitur prudentiae, sed simplicitas quae astutiae. Et ideo dominus dicit Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Rom. 16. Volo vos sapientes esse in bono, simplices in malo. Consequenter cum dicit [In lege quid scriptum est.] arguit ad propositum. Vbi sciendum est quod hoc argumentum, sicut patet per glo. distinguitur per multa: sed secundum intentionem Apostoli non videtur quod attendatur in loco hoc, nisi vna ratio. Et ratio sua ad probandum quod donum prophetiae est excellentius, quam donum linguarum, est talis. Omne quod plus valet ad illud ad quod alterum precipaliter ordinatur, est melius illo altero ordinato ad hoc. Sed tam donum prophetiae, quam donum linguarum ordinatur ad conuersionem infidelium: sed prophetiae plus valet ad hoc, quam donum linguarum, ergo prophetia est melior. Circa hanc ergo rationem duo facit. Primum ostendit ad quid ordinatur donum linguarum, & ad quid ordinatur donum prophetiae. Secundo quod plus valet donum prophetiae, ibi [Si ergo conueniat vniuersa, &c.] Circa primum duo facit. Primum inducit auctoritatem. Secundo ex auctoritate arguit ad propositum, ibi [Itaque lingua, &c.] Circa primum sciendum est quod dicit, In lege quid scriptum est, potest legi vel interrogari, quali dicat, non debetis effici pueri sensibus, sed perfecti: & hoc est videre & scire legem. Vnde si estis perfecti sensibus, sciatis. scilicet legem & in lege quid scriptum est: de linguis quae sunt inutiles aliquando ad id ad quod ordinatae sunt, quia licet in diuersis linguis loquar, scilicet populo Iudaeorum, tamen homo non exaudit, & c. Potest etiam legi remissiue, in lege quid scriptum est, Quasi dicat, Nolite moueri sicut pueri ad aliquod appetendum non discernentes, vtrum bonum vel minus bonum sit quod affectatis & praeporatis meliori bono, sed estote perfecti sensibus. i. discernatis inter bona & magis bona, & sic affectetis. Et hoc sit si cogitatis quid scriptum est in lege, quonia in aliis, &c. Sap. 6. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus. Et dicit, in lege, non accipiendo legem strictè pro quinque libris Moyfi tantum, sicut accipitur Luc. vlti. Necessè est impleri omnia quae scripta sunt de me in lege, &c. sed pro toto veteri testamento, sicut accipitur Ioan. 15. Vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Quod tamen in Psal. scriptum est. Accipitur tamen haec auctoritas ex Esa. 28. vbi litera nostra habet, In loquelam labij, & lingua altera loquitur ad populum istum. Hoc igitur scriptum est, Quoniam in aliis linguis, id est in diuersis generibus linguarum & labijs, id est in diuersis idiomatibus & modis pronuntiandi, loquar populo huic, scilicet Iudaico, quia hoc signum spiritualiter fuit datum ad conuersionem populi Iudaeorum. Nec sic exaudit, quia scilicet signis visis, non crediderunt. Esa. 6. Excra cor populi huius, &c. Sed quare deus dedit eis signa si non debebant conuerti? Ad hoc sunt duae rationes. Vna ratio est quia licet non omnes conuersi fuerint, tamen aliqui sunt conuersi, eo quod non repellit dominus plebem suam, &c. Alia ratio est, vt iustior appareat eorum damnatio, dum manifestus apparet eorum nequitia. Ioan. 15. Si non venissem & locutus eis non fuisset, &c. Consequenter cum dicit [Itaque lingua, &c.] lex inducitur auctoritate argumentatur ad propositum, quasi dicat, Et ex hoc manifestè apparet quod donum linguarum datum est non fidelibus ad credendum, quia iam credit. Ioan. 4. Non propter tuam loquelam, &c. Sed infidelibus vt conuertantur. In glosa autem ponuntur duae expositiones Ambrosij, quae non sunt literales, quarum vna est vt dicatur, Sicut in veteri testamento locutus sum populo Iudaeorum per linguas, id est per figuras: & per labia, id est promittendo bona temporalia: sic adhuc in nouo testamento loquar huic populo in aliis linguis, id est aperte & clarè, & aliis labijs, id est spiritualibus, nec tamen sic exaudient me, scilicet quantum ad eorum multitudinem. Itaque linguae datae sunt non fidelibus, sed infidelibus, ad manifestandum, scilicet eorum infidelitatem. Alia est, In aliis linguis, id est obscure & parabolice loquar, vt quia sunt indigni, non exaudient, id est non intelligent. Consequenter ostendit ad quid ordinatur prophetia, scilicet ad instructionem fidelium qui iam credunt. Et ideo quod prophetae datae sunt non infidelibus qui non credunt. Esa. 53. Domine quis credidit auditui nostro? sed fidelibus vt credant & instruantur. Ez ech. 3. Fili hominis speculatorem dedi te, &c. Prouerbiorum 29. Cum defecerit prophetia, &c. dissipabitur populus.

LECTIO 5.

Ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotae & infideles, nonne dicent, quid insantis? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiotae, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit deum, pronuntians quod deus in vobis sit. Quid ergo est fratres? Cum conuenitis vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocata sit sine dono

Ostenditur inconueniens quod sequitur ex dono linguarum, si sit sine dono

barentur. Ergo spiritus sanctus non cogit homines ad loquendum. 2. Corinth. vlti. Deus pacis & dilectionis erit vobiscum, &c. Veruntamen, quia adhuc posset obicere quod hoc non faceret, quia solum eis ista mandabat, & non aliis ecclesiis. Vnde & in grauen possit videri ideo Apostolus subdit hoc, non solum in eis, sed etiam in omnibus ecclesiis docere: & hoc est quod dicit, Sicut in omnibus ecclesiis sanctorum dico. s. de vlu linguarum & prophetia, supra primo, Idipsum dicatis omnes. Lectio 7.

Declaratur que psona scilicet datur ab vno propheta, & sunt mulieres & esse tatur curis dicitur quo ad tota Corinthiorum ecclesiam & quoad sapientes, & de de donis appetitis motus & de honesto modo & ordine se habendi in omnibus.

Mulieres in ecclesiis taceat. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit, Si quid autem voluit discere, domi viros suos interrogat. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An a vobis verbum dei processit? aut in vos solos peruenit? Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat que scribo vobis, quia domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaque, fratres, amulamini prophetare, & loqui linguis, nolite prohibere. Omnia autem honeste, & secundum ordinem fiant in vobis.

¶ Hic Apostolus ponit personas quibus interdicit vsum prophetia. Et circa hoc duo facit. Primum ostendit quibus prophetia vlu interdicitur. Secundum remouet obiectionem, ibi [Si quid autem voluit, &c.]

¶ Circa primum duo facit. Primum proponit mandatum de interdictione. Secundum huius rationem assignat, ibi [Non enim permittitur, &c.] Dicit ergo, Volo vt viri hoc modo vtantur dono prophetia, sed mulieres in ecclesia nolo loqui, sed taceant in ecclesiis. 1. Tim. 2. Mulierem docere in ecclesia non permitto. Et ratio nem huius assignat Chrysostomus, dicens, quod semel est locuta mulier, & totum midum subuertit. Sed contra hoc videtur, quia de multis mulieribus legitur quod prophetauerunt sicut de Samaritana. Ioan. 4. Et de Anna vxore Phanuel. Luc. 2. Et de Delbora. Iud. 4. Et de Olda propheta vxore Sellum. 4. Regum 2. 2. Et de filiabus Philippi. Act. 21. supra 10. etiam dicitur, Omnis mulier orans vel prophetans, &c. ¶ Responso, dicendum quod in prophetia sunt duo, scilicet, reuelatio, & manifestatio reuelationis, sed de reuelatione non excluduntur mulieres, sed multa reuelantur eis sicut & viris, sed annuntiatio est duplex. Vna publica, & ab hac excluduntur. Alia est priuata, & hac permittitur eis, quia non est predicatio, sed annuntiatio: huius autem rationem assignat, dicens, Non enim permittitur eis loqui. Lab ecclesie autoritate, sed hoc est officium earum vt sint subditae viris. Vnde cum docere dicat praelationem & presidentiam, non decet eas que subditae sunt. Ratio autem quare subditae sunt, & non prae sunt, est, quia deficient ratione que est maxime necessaria presidenti. Et ideo dicit Philosophus in politica sua, quod corruptio regiminis est quando regimen peruenit ad mulieres. ¶ Consequenter cum dicit [Si quid voluit, &c.] Quia possent aliqui dicere quod ad minus de dubiis possunt quare in ecclesia: ideo Apostolus hoc excludit. Et circa hoc duo facit. Primum enim remouet obiectionem. Secundum rationem assignat, ibi [Turpe est, &c.] Dicit ergo, Dico quod mulieres taceant in ecclesia, sed si aliqua de quibus dubitant, addicere volunt, interroget viros suos domi. 1. Timot. 2. Mulier in silentio discat cum omni, &c. Huius autem ratio est, quia turpe est non solum indecens. In mulieribus enim commendatur verecundia. Ecclesiasti. 2. 6. Gratia super gratiam, &c. Si ergo in publicum quareret, & disputaret, signum esset inuerecundia: & hoc est ei turpe, & inde est etiam quod iure interdicitur mulieribus officium aduocandi. ¶ Consequenter cum dicit [An a vobis sermo dei, &c.] Confutat contradicentes, & quia possent omnes simul contradicere, vel ad minus sapientes inter eos. Ideo circa hoc duo facit. Primum enim confutat eos quantum ad totam eorum ecclesiam. Secundum, quantum ad sapientes tantum, ibi [Si quis autem videtur, &c.] Circa primum sciendum est quod causa quare populus confuevit contradicere domino vel rectori, est singularitas. Singularitas enim potest causari vel ex prioritate in aliquo bono vel excellentia. Et ideo Apostolus volens & contradicentes Corinthios confutare, excludit primum ab eis prioritatem, cum dicit [An a vobis sermo dei processit.] Quasi dicat, Non, sed a Iudaeis. Esa. 2. De Syon exibat lex, &c. Quasi dicat, si in ecclesia Iudaeorum facerem aliquas ordinationes contra ordinationes suas possent contradicere, quia ipsi prius habuerunt verbum dei, sed vos non, quia non processit a vobis sermo dei. Secundum excludit ab eis excellentiam. An in vos solos, &c. q. d. non solum vos creditis, sed etiam alij. Vnde vos non excellitis eos. Psalm. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Et ideo debetis facere, vt alij faciunt. ¶ Consequenter cum dicit [Si quis autem videtur, &c.] In speciali confutat maiores. Et circa hoc duo facit. Primum confutat eos. Secundum respondet cuidam tacite obiectioni, ibi [Si quis autem ignorat, &c.] Dicit ergo, esto quod tota ecclesia non contradicat, sed aliquis qui videtur esse propheta, &c. Et dicit, videtur, quia si contradicit, non verum est propheta vel sapiens in spiritualis, quia non contradiceret. Dicit etiam, propheta & spiritualis, quia multi sunt spirituales qui non sunt prophetae, licet omnes prophetae sint spirituales. Ille, inquam, qui sic videtur propheta & spiritualis, non contradicat, sed cognoscat, id est, sciat quia ea que scribo vobis sunt mandata dei, & non tantum mea. Quasi dicat, ex quo nullus ausus est mandatis domini contradicere, & ea que scribo sunt mandata dei, non audeat aliquis contradicere. 2. Cor. vlt. An experimetur quareritis, &c. Et ex hoc possumus colligere q. verba Apostolorum sunt ex familiari reuelatione spiritus sancti & Christi, & ideo seruanda sunt sicut praecepta Christi. Vnde & signa ter Apostolus distinguit illa que ex se mandat. cum dicit, de virginibus autem mandatum domini non habeo. Sed posses dicere, O Apostole, quomodo ego cognoscam quod haec sint mandata dei? Non possum hoc scire. Hoc Apostolus excludit, dicens, Non valet tibi hoc, quia non debes ignorare. Quare? Quia omnis ignorans, &c. Mat. 25. Amen dico vobis, nescio vos. Ex quo patet q. omnes tenentur scire ea que sunt de necessitate salutis, que ipse prius madat, & Apostoli, & prophetae. Vel aliter, si quis videtur, & c. Vt sit confirmatio precedentium, quasi dicat, Ita scribo, sed vos non potestis ea agnoscere propter eorum difficultatem, & quia simplices estis, sed vt sciatis quod ea que scribo, iusta sunt & honesta. Volo adducere testimonium prophetarum & spiritualium virorum qui sunt inter vos, & ideo dicit, Si quis autem, &c. supra 2. Spirituales iudicat omnia. Et ne aliquis dicat, non curamus scire ista, subdit quod tenentur scire, quia omnis ignorans, &c. Esa. 5. Propterea caprius ductus, &c. Psalm. Nescierunt neque intellexerunt, &c. ¶ Itaque fratres mei, &c. Apostolus hic concludit generalem ammonitionem. Et circa hoc tria facit. Primum monet eos ad appetitum omnium donorum, dicens, Itaque & loqui linguis & prophetare est bonum. Amulamini, id est, desideretis prophetare, cuius causa est, quia sicut dicitur Prouerb. 29. Deficiente prophetia dissipabitur

Verba Apostolorum a spiritu sancto, & sunt seruanda vt verba Christi.

populus, Et accipitur prophetare hic secundum quod totum capitulum expositum est, & tamen licet desideretis prophetare, nolite prohibere loqui linguis ne fiat dissensio. Secundum inducit ad modum debitum cum dicit, Omnia autem honeste, vt. l. vno loquente alij taceant, & mulieres in ecclesia non loquantur, & similia. Roma. 13. Sic vt honeste in die ambulemus, &c. Tertio inducit eos ad congruum ordinem, cum dicit, Et secundum ordinem, vt scilicet, primum vnus, & postea alius loquatur, & per partes, & similia quae dicta sunt Iudicum 5, Stella manentes in ordine & cursu suo aduersus Syfaram pugnaverunt.

Caput 15.

Notum vobis facio, fratres, euangelium, quod predicavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini: quia ratione predicauerim vobis si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas: & quia visus est Cepha: & post undecim. Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari. Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi. Non ego autem, sed gratia dei sum. Siue enim ego, siue illi, sic predicamus, & sic credidistis.

Hic commemorat doctrinam euangelicam, & amicitiam que scire oportet circa Christi resurrectionem.

¶ Postquam Apostolus instruxit Corinthios de ipsis sacramentis, & de re contenta & significata in sacramentis, scilicet, de gratia & eius effectibus. Hic consequenter instruit eos de re non contenta, sed significata in sacramentis, scilicet, de gloria resurrectionis, quae non est contenta in sacramento, cum non statim habeat eam qui suscipit sacramenta, sed significatur gloria resurrectionis in ipsis, in quantum conferuntur in eis gratia per quam ad beatitudinem peruenitur. Circa hoc autem duo facit. Primum permittit tractatum de resurrectione. Secundum per hoc probat resurrectionem communem omnium hominum, ibi, Si autem Christus praedicatur, &c. Circa primum duo facit. Primum commendat euangelicam doctrinam. Secundum annuntiat quae oportet scire circa resurrectionem Christi, ibi [Tradidi enim vobis, &c.] Commendat enim eminentiam euangelicam doctrinam quantum ad quatuor. Primum quantum ad praedicationem, quia incipit a Christo, vel est de ipso Christo, dicitur euangelium. Quod praedico vobis, quasi dicat, Illud quod praedicaui vobis de Christo, notum facio vobis, id est, reduco vobis ad memoriam quasi non sint noua ea quae scribo. Phil. 3. Eadem scribere vobis, &c. Praedicaui ego scilicet, vobis, & alij Apostoli, aliis. Et in hoc apparet auctoritas huius doctrinae, quia a Christo, a Paulo, & ab aliis Apostolis habet. 2. Quae cum initium accepisset enarrandi. Secundum quantum ad communem fidem omnium populorum, & ideo dicit, Quod & accepistis omnes, sed hoc Augustinus dicit pertinere ad eminentiam huius fidei, faciens tale argumentum. Ad credenda ea quae sunt fidei, aut sunt miracula facta, aut non. Si sunt facta miracula, habeo propositum quod dignissimi & certissima est. Si non sunt facta, hoc est maximum omnium miraculorum, quod per quosdam paucos conuersi sunt ad fidem infinita multitudo hominum: per pauperes praedicantes paupertatem, diuites: per idiotas praedicantes ea quae rationem excedunt, conuersi sunt sapientes & philosophi. Psalm. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Sed si obiciatur quod etiam lex Machometi recepta est a multis. Dicendum quod non est simile, quia ille opprimendo & vi armorum subiugauit eos, sed isti Apostoli moriendo, ipsi alios ad fidem duxerunt, & faciendos signa & prodigia. Ille enim praeponebat quaedam, quae ad delicias & lasciuias pertinebant: sed Christus & Apostoli terrenorum contemptum. 1. Thessal. 2. Cum accepistis a nobis verbum dei, &c. Tertio quantum ad virtutem, quia confirmat & eleuat ad caelestia. Ideo dicit, In quo statis, scilicet, eleuari ad caelestia. Ille enim dicitur stare qui rectus est, & hoc sola lex Christi facit. Rom. 5. Iustificati ergo per fidem, &c. Lex enim vetus non faciebat stare, sed curuabat ad terrena. Deut. 33. Oculus Iacob in terra frumenti & vini. Quarto quantum ad vtilitatem, quia sola noua lex perducit ad finem salutis: vetus autem, non habet. 7. Neminem ad perfectum adduxit lex. Et ideo dicit, Per quod & saluamini. Hic iam ex certitudine spei per inchoationem [quae est per fidem.] saluamini, & in futuro in veritate rei & spei. Iacob. 1. In mansuetudine suscipite in istum verbum, &c. Io. 20. Haec autem scripta sunt vt credatis, & vt credentes, &c. Et apponit hic duas conditiones. Prima cum dicit, si tenetis, &c. glo. sic exponit, Si tenetis qua ratione praedicaui vobis illud euangelium, id est, resurrectionem mortuorum ea ratione qua confirmaui vobis, id est, per resurrectionem Christi. Vel aliter, Saluamini ita tamen si tenetis, id est, si seruatis ea ratione qua praedicaui vobis euangelium Christi. Secundum conditionem ponit cum dicit, nisi frustra credidistis. Quasi dicat, Saluamini per fidem, si non frustra credidistis, id est, si fidei adduntur bona opera, quia fides sine operibus mortua est. Iac. 2. Illud enim dicitur esse frustra quod est ad finem quem non consequitur. Finis autem fidei est visio dei. Vnde si non saluamini, frustra credidistis non simpliciter, sed in quantum non peruenit ad finem, vel aliter, si tenetis, quasi dicat, teneatis, nisi frustra, &c. ¶ Tradidi enim. Hic ostendit propositum, &c. Circa hoc tria facit. Primum ostendit originem doctrinae de resurrectione Christi. Secundum ostendit ea quae in doctrina huiusmodi continentur, ibi [Quoniam Christus mortuus.] Tertio consonantiam seu convenientiam praedicationum, ibi [Siue enim ego, &c.] Dicit ergo primum, Istud debetis tenere, id est, memoria habere quod tradidi vobis in primis, & adhuc trado, Et dicit in primis, id est, inter prima credenda. Credenda enim vel pertinent ad trinitatem vel fidem incarnationis. Et primum debet homo credere ea quae ad fidem incarnationis pertinent, & postea quae ad trinitatem pertinent. Vnde quod tradidi vobis in primis, scilicet, de incarnatione, & non a me vel ex mea auctoritate tradidi, sed quod accepi a Christo vel spiritu sancto. Gal. 1. Paulus apostolus, &c. supra 11. Ego accepi a domino, &c. Esa. 21. Quae audiuisti a domino exercituum, &c. Ea autem quae acceperit & tradidit, sunt quatuor. s. mors, sepultura, resurrectio, apparitio Christi. Dicit ergo primum, tradidi vobis primum mortem Christi, & ideo dicit, Quoniam Christus mortuus est. In quo remouet duplicem suspicionem, quae suboriri posset circa mortem Christi. Prima est, quod mor-

Articulus
deus incipit
de ratio defi-
cit in cre-
dendis.

tuus esset pro peccatis suis actualibus vel originali. Et hoc excludit, cum dicit, pro peccatis nostris, non suis. Esa. 53, Propter scelus populi mei percussus eum. 1. Pet. 3, Christus semel pro peccatis nostris, &c. Alia suspitio est, quod mors Christi esset casualis vel violentia Iudaeorum, & hoc excludit cum dicit, secundum scripturas. s. veteris & noui testamenti. Et ideo signanter specialiter dicit secundum scripturas. Esa. 53, Sicut ovis ad occisionem ductus est Hier. 11, Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, &c. Marr. 20, Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. Tradidi enim vobis. Secundum sepulchrum Christi, & ideo dicit, Et quia sepultus est. Sed nunquid sepultura est articulus fidei specialiter, quia facit hic mentionem specialiter de ea? Dicendum quod secundum illos qui numerant articulos secundum credenda, non est specialis articulus fidei, sed includit cum articulo passionis & mortis Christi. Cuius ratio est, quia fides est eorum quae sunt supra rationem. Vnde ibi incipit articulus fidei, ubi deficit ratio. Hoc autem primum est quod dominus sit conceptus, & ideo conceptio est articulus fidei. Secundum, quod deus est natus de Virgine, & ideo hic est alius. Tertium, quod impassibilis deus patitur & moriatur, & hic est alius, & cum hoc intelligitur etiam de sepultura. Vnde non est specialis articulus. Facit autem Apostolus hic mentionem de sepultura propter tria. Primum ut ostendat veritatem mortis Christi. Evidens enim mortis signum alicuius est, quod sepe liatur. Secundum ad ostendendum veritatem resurrectionis, quia si non fuisset sepultus, nec custodes fuisset iuxta sepulchrum, illis diebus possent dicere quod discipuli fuissent eum furati. Tertio quod Apostolus vult eos inducere ad fidem resurrectionis, & hoc videtur magis difficile quod sepultus resurgat. Et de hoc dicitur Esa. 11, Et erit sepulchrum eius gloriosum. Esa. 53, Dabit impiis, &c. Tradidi etiam vobis resurrectionem, quia resurrexit tertia die. Osee 6, Vivificabit nos post, &c. Et etiam dicit tertia die, non quod fuerint tres dies integri, sed duae noctes, & una dies per Sinecdochem. Et huius causa fuit, sicut dicit Augustinus, quia deus per suum simplum, id est, per malum poena, quod significatur per unum diem, destruxit nostrum duplicem. i. poenam & culpam, quod significatur per duas noctes. Tradidi etiam vobis quartum Christi apparitiones, quia visus est Cephae. Et ponit primum apparitiones factas aliis. Secundum apparitiones factas sibi soli, ibi [Nouissimè.] Sciendum est autem circa primum, quod apparitiones Christi non sunt factae omnibus communiter, sed aliquibus specialibus personis. Act. 10, Dedit eum manifestum fieri, &c. Et huius ratio fuit, ut servaretur ordo in ecclesia, ut per quosdam speciales, fides resurrectionis deueniret ad alios. Notandum autem est, quod apparitiones Christi non ponuntur hic omnes, nec illae quae factae sunt mulieribus. Ponuntur autem hic quaedam quae non leguntur in euangelis. Et horum ratio fuit, quia Apostolus vult ex ratione confutare infideles, & ideo noluit ponere testimonia nisi authentica, & ideo tacuit apparitiones mulieribus factas: & posuit quasdam quae non inveniuntur, ut ostendat quod etiam aliis pluribus apparuit, sed facit mentionem specialem de Petro & Iacobo, qui erant quasi columna, ut dicitur Ga. 2. Dicit ergo, tradidi vobis, quia visus est Cephae, id est, Petro. Luc. vlt. Surrexit dominus verè, &c. Et creditur quod inter viros primum apparuit Petro, quia erat in maxima tristitia. Vnde & Angelus dixit Marc. vlt. Ite dicite discipulis eius & Petro, &c. Postea, id est, in alia vice visus est vndecim Apostolis. Semel quidem visus est decem tantum, quando Thomas erat absens, & post octo dies vndecim, quando Thomas erat cum eis. Augustinus dicit quod debet dicere duodecim, sed corruptum est vitio scriptorum, & dicit quod non refert quod Iudas iam obierat, & Mathias nondum erat electus, quia consuetum est quod quando maior pars collegij facit aliquid, dicitur quod totum collegium hoc facit. Vnde quia dominus elegerat duodecim, ideo potest dici quod visus est duodecim, id est, toti collegio Apostolorum, sed non est vitium, siue dicatur duodecim siue vnde cim. Deinde iterum visus est plusquam quingentis fratribus. Sed de hoc nihil legimus in sacra scriptura, nisi hoc quod hic dicitur. Potest tamen dici quod haec apparitio fuit, de qua loquitur Dionysius in tertio de diuinis nominibus, quando omnes discipuli conuenerunt ad videndum corpus quod ferebat principem vitam. Sed contra hoc videtur esse, quia hoc fuit ante ascensionem, quando scilicet, Christus apparuit Iacobo. Sed congregatio discipulorum ad videndum beatam virginem, de qua videtur loqui Dionysius, fuit multum post. Et ideo melius videtur dicendum quod apparuit quingentis fratribus simul ante ascensionem suam, & non refert quod dicitur, discipuli erant centum viginti, quia licet illi qui erant in Hierusalem essent centum viginti, tamen in Galilaea multi erant discipuli, & forte omnes congregati sunt simul cum apparuit. Et ut huius testimonium sit magis certum, dicit quod ex eis adhuc multi manent, id est, viuunt, quidem autem ex eis dormierunt, id est, mortui sunt in spe resurrectionis. Et vocat sanctorum mortem, dormitionem, quia moriuntur carne corruptibili ut resurgant incorruptibiles, Rom. 6, Christus resurgens, &c. Deinde, i. post, visus est Iacobo. s. Alphae. Et ratio huius potest assignari, quia [ut legitur.] Iacobus vouit se non sumpturum cibum, nisi prius videret Christum: sed secundum hoc non seruaretur ordo apparitionis, quia si post omnes numeratas apparitiones apparuisset Iacobo, nimis fuisset sine cibo, & hoc est difficile. Et ideo dicendum est quod ideo singulariter Christus apparuit Iacobo, quia specialem deuotionem Iacobus ad Christum habuit. Et de ista etiam apparitione nihil habetur in euangelio. Deinde post hoc. s. visus est omnibus Apostolis in ascensione, ut legitur Matt. vlt. & Act. 1. Nouissimè autem omnium, &c. Hic Apostolus commemorat apparitionem factam sibi soli. Et circa hoc duo facit. Primum ostendit ordinem apparitionis. Secundum rationem eius assignat, ibi [Ego enim sum, &c.] Dicit ergo ita, Dixi quod omnibus manifestatus est Christus nouissimè. i. vltimò: & post ascensionem visus est mihi tanquam abortiuo & ideo nouissimè. Dicit autem tanquam abortiuo propter tria. Abortiuus dicitur aliquis foetus, vel quia nascitur extra tempus debitum. Vel cum violentia educitur. Vel quia non perducitur ad debitam quantitatem, & quia haec tria videbat in se Apost. ideo dicit tanquam abortiuo. Primum enim ipse extra tempus aliorum Apostolorum renatus est in Christo. Nam alij Apostoli renati sunt Christo ante aduentum spiritus sancti. Paulus verò post. Secundum quia alij Apostoli spontaneè conuersi sunt ad Christum, sed Paulus coactus. Act. 9, Prostravit eum ad terram, &c. Et hoc multum valet contra haereticos, qui dicunt quod nullus debet cogi ad fidem, quia Paulus coactus fuit. Et sicut dicit Augustinus, plus profecit in fide Paulus cum coactè conuersus est, quam multi qui spontaneè venerunt. Tertio quia reputat se aliis minorem, & non peruenisse ad virtutem aliorum Apostolorum. Et ideo quasi rationem asser-

gnans, dicit. Ego enim sum minimus, &c. Circa hoc duo facit. Primum enim ostendit suam paruitatem. Secundum rationem huius exponit, ibi [Quoniam persecutus sum, &c.] Paruitatem suam manifestat, primum in comparatione ad Apostolos cum dicit, Ego enim sum minimus. Esa. 60, Minimus erit in mille, & Paulus in gentem fortissimam. Eccles. 3, Quanto maior es, &c. Et licet sit minimus in comparatione ad Apostolos, potest tamen dici quod est magnus in comparatione ad alios, quia est Apostolus: & ideo secundum ostendit suam paruitatem in comparatione ad alios, cum dicit, Qui non sum dignus, non solum esse, sed vocari Apostolum, licet vocer. 2. Corin. 3, Non quod sufficientes, &c. Sed posses dicere, O Apostole propter humilitatem persecutus, &c. ostendit quomodo sit minimus, & quomodo non minimus: minimum autem dicit se, cõsiderando praeterita facta sua, & dicit, Nō sum dignus, &c. Quare? Quia persecutus sum ecclesiam dei, quod alij Apostoli nō fecerunt. Gal. 1, Supra modum persequebar, &c. 1. Tim. 1, Qui fui blasphemus, & persecutor, &c. Et licet in me sim minimus, tamen ex deo non sum minimus: & ideo dicit, Gratia dei sum id quod sum. Et circa hoc duo facit. Primum commendat conditionem suam quantum ad statum. Secundum quatum ad executionem status, ibi [Et gratia eius, &c.] Dicit ergo primum, ex me nihil sum, sed id quod sum, gratia dei sum, id est, ex deo, non ex me. Ephes. 3, Cuius factus sum minister, &c. Et dicit, id quod sum, quia homo sine gratia nihil est: supra 13, Si habuerō oēm prophetiam, &c. Sed qualiter visus sit & executus statum suum ostendit, dicens, Et gratia eius, &c. Vbi primum ostendit quomodo visus sit gratia ista quia ad bonum, & ideo dicit, In me vacua non fuit, id est, otiosa, quia ea visus est ad id ad quod data est sibi. Gal. 2, Non in vacuum cucurri, &c. Secundum manifestat quomodo alios excessit: & ideo subdit, Sed abundantius illis omnibus, id est, Apostolis sigillatim, laboraui praedicando, quia nullus per tot loca praedicauit & annuntiavit Christum. Vnde dicit Rom. 15, Ita quod ad Hierusalem vsque ad Illiricum, &c. Et etiam vsque ad Hispaniam operando: quia licet ipse sicut alij Apostoli posset exigere sumptus sibi necessarios, tamē specialiter voluit de labore manuum querere sumptus suos ut ipse dicit 2. Thessal. 3, Noctē & die manibus nostris, &c. Tribulationes sustinēdo. Nullus enim Apostolorum tot persecutiones & tribulationes sustinuit ut ipse enumerat 2. Corin. 11. In laboribus plurimis & carceribus, &c. Tertio ostendit visus efficaciam, quia hoc non à se solo, sed ex instinctu & adiutorio spiritus sancti: & ideo dicit, Non autem ego solus operor, sed gratia dei mecum, quae mouet voluntatem ad hoc. Esa. 26, Omnia opera nostra, &c. Philipp. 2, Qui operatur in nobis velle, &c. Deus enim non solum infundit gratiam qua nostra opera grata fiunt & meritotia, sed etiam mouet ad bene vtendum gratia infusa, & hęc vocatur gratia cooperans. [Siue ego enim, &c.] hic ostendit concordiam praedicantium, & hoc potest dupliciter legi. Primum ut sit confirmatio dictorum. Quasi dicat, aliquis, Tu ita praedicas, sed tamen non credimus tibi soli, quia minimus es inter Apostolos. Ideo respondens Apostolus, ait, Immo debetis mihi credere, quia ego non praedico alia, siue ego, siue alij Apostoli sic praedicamus. s. Christum resurrexisse & visum fuisse. &c. Et vos etiam credidistis sicut ego & illi praedicauerunt, scilicet, quod Christus resurrexit, & visus est, &c. 2. Corin. 2, Habentes eundem spiritum, &c. Secundum potest legi ut efficacia praedicationis sit omnibus Apostolis ex vno. i. à gratia dei. q. d. siue ego praedico siue illi id est, Apostoli, sicut praedicamus hoc fecimus adiuti & firmati per gratiam dei: & etiam vos ipsi credidistis. s. inspirati spiritu sancto & gratia dei, sine qua nihil facere possumus. Ioan. 15, Sine me nihil potestis facere.

Lectio 2.

Si autem Christus praedicatur quod resurrexerit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est praedicationis nostra, inanis est & fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes dei, quoniam testimonium diximus aduersus deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit, quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus miserabiles sumus omnibus hominibus.

Probat
resurrectio
futuram esse
sumpta ex
Christi resur-
rectione.

Supra Apostolus astruxit fidem per resurrectionem Christi, hic verò probat per resurrectionem Christi, resurrectionem mortuorum futuram. Et primum probat futuram resurrectionem. Secundum ostendit quatenus resurgentium, ibi [Sed dicit aliquis, &c.] Tertio verò describit ordinem resurrectionis, ibi [Ecce mysterium vobis dico, &c.] Circa primum duo facit. Primum probat resurrectionem mortuorum futuram ratione sumpta ex resurrectione Christi. Secundum ratione sumpta ex vita sanctorum, ibi [Alioquin quid faciet, &c.] Probat autem mortuorum resurrectionem ex resurrectione Christi tali ratione, Si Christus resurrexit, ergo & mortui resurgent. Circa ergo hanc rationem tria facit. Primum ponit conditionalem, scilicet, si Christus resurrexit, & mortui resurgent. Secundum verò probat antecedens ipsius conditionalis, ibi [Si autem resurrectio mortuorum, &c.] Tertio probat conditionalem esse veram, ibi [Nunc autem Christus resurrexit, &c.] Dicit ergo primum, Dixi quod siue ego praedicauerim, siue illi, scilicet, alij Apostoli, sic credidistis, sed si praedicatur à nobis quod Christus resurrexit à mortuis, quomodo quidam in vobis, id est, inter vos dicunt, &c. q. d. Si Christus resurrexit à mortuis secundum quod nos praedicamus. 1. Thessal. 4, Si credimus quod Christus, &c. nullus debet dubitare resurrectionem mortuorum futuram. Vnde Rom. 8, Qui suscitauit Iesum, &c. Sed videtur quod haec argumentatio non valcat, cum sit locus à maiori affirmatio: quia licet Christus resurrexit specialiter ex virtute diuinitatis suae, non sequitur quod alij homines resurgant. Sed ad hoc dicunt aliqui quod non est locus à maiori, sed à simili. Mori enim & resurgere competit Christo secundum humanam naturam, & dicitur quod est simile argumentum, sicut si dicerem, Anima fortis est immortalis, ergo omnes. s. animae hominum sunt immortales. Videtur autem quod sit melius dicendum quod sit locus à simili causa, quia resurrectio Christi est causa resurrectionis nostrae. Et ideo secundum glo. dicendum est, si Christus, qui est causa efficiens nostrae resurrectionis, resurrexit, quomodo dicunt, &c. sed tamen non est dicendum quod sit causa efficiens tantum per modum meriti, quia resurgendo non meruit eam, cum iam esset comprehensor, & viueret vita gloriosa, nisi forte meritum resurrectionis mortuorum referatur ad passionem

Christus ve-
surrexit, ergo
nos resurge-
mus, locus est
à causa ad
effectum est
enim Chri-
stus causa
sua resurre-
ctio causa
efficiens &
exemplaris
nostrae resur-
rectionis.

[Oportet illum regnare &c.] Circa primum duo facit. Primum ostendit quod adeptio ipsius boni cōsistit in inhaerentia ad deum. Secundum ostendit quod in immediata inhaerentia, ibi [Cum euacuauerit &c.] Dicit ergo quod deinde, i. post hoc erit finis resurrectionis: & finis huiusmodi non erit ut uiuat uita corporis & voluptatibus, ut Iudaei & Saraceni fingunt, sed quod inhaerentia deo per immediatam uisionem & beatam fruitionem, & hoc est tradere regnum deo & patri. Et ideo dicit, Cum tradiderit, i. perduxerit regnum, i. fideles suos quos, proprio sanguine acquisiuit. Apoc. 5, Redemisti nos deo in sanguine tuo, deo & patri, i. ante conspectum dei, i. creatoris sui in quantum est homo, & patris in quantum est deus. Et hoc est quod pererat Philippus Ioan. 14, Domine ostende nobis patrem, &c. Sed sic tradet, ut sibi non adimat, immo ipse unus deus cum patre & sancto spiritu regnabit. Vel, cum tradiderit regnum deo & patri, i. cum ostenderit deum patrem regnare. In scriptura enim tunc dicitur aliqua fieri, quando primum innoscant, & huiusmodi innoscencia fit per Christum. Mat. 11, Nemo nouit patrem nisi filius, & cui &c. Cum euacuauerit. Hic ostendit immediationem dictae inhaerentiae. Sicut enim dicitur Gal. 4, Quanto tempore haeres paruulus est, est sub tutoribus, &c. Sed quando iam est magnus & perfectus, tunc immediatè ab ipso pedagogo & tutore sub patre est in domo. Status autem huius uita praesentis assimilatur pueritiae, & ideo in uita ista sumus sub angelis, sicut sub tutoribus, in quantum praesunt nobis & dirigunt nos: sed quando tradetur regnum deo, & patri: tunc immediatè erimus sub deo, & cessabunt omnia alia dominia: & hoc est quod dicit, Et cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & uirtutem, i. cum cessauerit omne dominium tam humanum, quam angelicum, tunc immediatè erimus sub deo. Esa. 2, Exaltabitur dominus solus in die illa. Hier. 31, Non docebit ultra uir proximum suum, &c. Sed nunquid non remanebunt ordines angelorum distincti? Dicendum quod sic, quia cum eminētiam gloriā: qua uisualiter praeminet, sed non, quantum ad efficaciam executionis ad nos: & ideo illos dicit euacuari: quorum nomina pertinent ad executionem, i. principatus, potestates, & uirtutes. Illos autem qui sunt de superiori hierarchia non nominat, quia non sunt exequētes, nec angelos, quia est nomen commune. Dominationes autem non dicit euacuari, quia licet sint de exequētibz, non tamen ipsi exequūtur, sed dirigunt & imperāt. Dominorum enim est dirigere & imperare, non exequi. Archāgeli uero intelliguntur cum principatibus: archos enim idem est quod princeps. Hi tres ordines secundum Greg. leguntur de descendēdo, quia secundum ipsum, principatus sunt super potestates: & potestates super uirtutes: sed secundum Dio. ascendēdo, quia uult quod uirtutes sint super potestates: & potestates super principatus. Vel aliter, cum euacuauerit &c. i. tunc erit notum quod principatus, & potestates, & dominationes nihil potestatis habuerunt ex seipsis, sed a deo ex quo sunt omnia. ¶ Deinde cum dicit [Oportet autem illi &c.] ostendit Apostolus finem resurrectionis quo ad remotionem mali. Quod quidem ostendit per destructionem omnium inimicorum ad Christum. Et primum ponit ipsorum destructionem. Secundum subiectionis perfectionem, ibi [Nouissimè autem &c.] Tertio subiectionis finem, ibi [Cum autem subiecta fuerint] Dicit ergo primum, dixi quod finis erit, cum tradiderit regnum deo, & patri. Sed nūquid Christus habet regnum, ita quod oportet illum regnare? si enim dicitur Mat. vlti. data est mihi &c. Luc. 1, Et regnabit in domo Iacob. Oportet, inquam, donec ponat inimicos suos sub pedibus eius. Et nunquid modò non sunt inimici eius sub pedibus eius, i. sub potestate Christi? Dicendum quod modò inimici Christi sunt sub potestate eius, sed dupliciter. Vel in quantum per ipsum conuertuntur, sicut Paulus, quem praestituit. Act. 9. Vel in quantum Christus facit uoluntatem suam, etiam de his qui faciunt hanc contra uoluntatem Christi. Sic ponit inimicos suos sub pedibus suis, puniēdo eos: sed in futuro ponet sub pedibus i. sub humanitate Christi. Sicut enim per caput, deitas Christi intelligitur, quia caput Christi, deus, i. Cor. 11. Ita per pedes, humanitas. Psal. Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius, &c. Sic ergo inimici erunt non solum sub deitate, sed etiam sub humanitate Christi. Phil. 2, In nomine Iesu omne genu &c. Sed quid est quod dicit: Donec ponat &c. Nunquid non regnabit priusquam posuerit inimicos sub pedibus? Dicendum quod hoc potest intelligi dupliciter, nam ly donec, quandoque determinat tempus, & ponitur pro finito: sicut si diceret, non uidebo deum donec moriar, quia usque tunc non uidebo, sed postea uidebo. Quandoque ponitur pro infinito: sicut cum dicitur, Non cognouit eam donec peperit filium suum. Non quod uelit dicere, quod non cognouit eam solū usque ad partum filij, sed nec etiam postea quam cognouit: sicut dicit Hier. Iste modus seruatur quando aliqui intendunt excludere illa solum de quibus est dubium. Vnde euāgelium exclusit illud solū quod uideretur esse dubium, scilicet quod Ioseph cognouisset beatam uirginem ante partum. Hoc uero quod post partum non cognouit eam, nulli est dubium, cum tot mysteria pueri uiderit, & toriens ab angelis monitus sit, & adoratus etiam a Magis Iesus fuisset: unde poterat eam iam dei matrem cognoscere, & ideo non curauit hoc excludere: sic etiam loquitur hic Apostolus. Quod enim aliquis regnet adhuc inimicis non subiugatis, uideretur esse dubium: sed quod regnet postquam inimici subiugati sunt, nulli est dubium: & ideo illud excludit principaliter dicens, Donec ponat &c. q. d. uerum est, quod Christus habet regnum, & licet sint aliqui inimici, dum non faciunt uoluntatem suam, tamen regnat donec ponat &c. Potest etiam alio modo intelligi donec ponat &c. ut ly donec, determinet tempus, & ponatur pro futuro: ut dicatur sic, Oportet illum regnare. Sed quando? donec ponat &c. q. d. usque tunc regnabit, quousque ponat inimicos sub pedibus, postea uero non regnabit. Sed secundum hanc expositionem, regnare non importat regnum habere, sed in regnando proficere, & regnum augeri: & hoc quod ad manifestationem perfectam regni Christi, q. d. Regnum Christi paulatim proficit, in quantum manifestatur & innoscit, donec ponat inimicos sub pedibus, i. quousque omnes inimici regnare eum fateantur. Boni quidem cum gaudio beatitudinis: mali uero cum confusione: & postea non regnat, i. regnum suum non proficit, & non amplius manifestatur, quia iam plene manifestū erit. Sic ergo pater omnium aduersantium subiectionis: quae quidem subiectionis perfectissima erit, quia etiam illud quod maximè inimicatur, subiicitur sibi: hoc autem est mors quae maximè contrariatur uita, & ideo dicit, Nouissimè autem &c. ubi tria facit. Primum ponit subiectionem mortis. Secundum probat hoc per auctoritatem, ibi [Omnia enim subiecit &c.] Tertio ex ipsa auctoritate arguit, ibi [Cum autem dicat &c.] Dicit ergo, dixi quod omnes inimicos subiecit sub pedibus eius. Sed qualiter? Perfectissimè, inquam, quia nouissimè inimica mors destruetur, i. in fine, quia non poterit esse cum uita, ubi omnes per resurrectionem uiuent. Osee 13, Ero mors tua, & mors, Esaia 20, Praecipitabit

mortem

mortem in sempiternum. ¶ Sciendum est autem quod Origenes ex hoc uerbo sumpsit occasionem erroris sui, quem ponit in periarcho. Ipse enim uoluit quod poenae damnatorum essent purgatoria: & non aeterna, & uoluit quod omnes qui sunt in inferno, quandoque conuerterentur ad Christum & saluarentur, & etiā diabolus. Et hoc confirmat per ista uerba donec ponam inimicos &c. Et intelligit quod hoc quod dicitur de subiectione qua sunt subiecti Christo etiam illi qui nunquam conuertuntur ad Christum, in quantum puniunt eos in inferno. Et ideo dicit, Oportet illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus, quia tunc omnes damnati & qui sunt in inferno saluabuntur, in quantum scilicet conuertentur ad ipsum, & seruient ei, & non solum ipsi homines damnati, autē pro, sed, nouissimè ipsa mors, id est, diabolus destruetur, non quod non sit omnino, sed quod non sit mors, quia etiam ipse diabolus in fine saluabitur. Sed hoc est haereticum & damnatum in concilio. ¶ Iterum sciendū est quod Apostolus signanter posuit hoc quod dicitur, nouissimè autē &c. ad remouendū duas quaestiones quae possent fieri circa praedicta de resurrectione, scilicet utrum Christus possit uiuificare mortuos? Et hoc soluitur quia omnes inimicos posuit sub pedibus eius, & subiecit inimicos sub pedibus, & nouissimè cum destruetur ipsa mors, tunc resurgēt omnes ad uitā. Non ergo differet, quia non potest, sed ut seruet ordinē, quia quae a deo sunt, ordinata sunt. Quod autem ipsa mors subieciatur Christo, probat per auctoritatem. Psal. Omnia subieciisti sub pedibus, id est, sub humanitate eius. I. Christi. Phil. 2. Omnis lingua &c. Esa. 45, Mihi curuabitur omne genu &c. Ex hac autem auctoritate arguetur, dicens, Cum autē dicat &c. Est ratio sua talis. Propheta dicit omnia subieciisti &c. Sed dicēdo omnia, constat quod nihil excludit nisi illū qui subiecit, ergo subiecta sunt Christo omnia & ipsa mors. Dicit ergo, Cum autē dicat psalmista, scilicet omnia subiecta sunt ei, scilicet Christo, in quantum homini praeter eū, scilicet patrem qui subiecit sibi omnia. Hab. 2, In eo qui omnia sibi subiecit &c. Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas &c. ¶ Sed contra, si pater subiecit omnia filio, ergo filius est minor patre. ¶ Responso, Dicendum est quod pater subiecit omnia filio in quantum est homo ut dictū est, & sic pater est maior filio. Est enim minor pater, secundū humanitatem, equalis uero secundū diuinitatem. Vel dicendū quod etiā ipse filius in quantum deus subiecit sibi omnia, quia sic potest omnia quae pater potest. Phil. 3, Saluatorē expectamus &c. secundū operationē qua potēs est subicere omnia. ¶ Consequenter cum dicit, [Cum autem subiecta fuerint illi omnia &c.] Ostendit finem huius resurrectionis non esse in humanitate Christi sed ulterius perducitur rationalis creatura ad contemplationē diuinitatis & in ea est beatitudo nostra, & finis noster ipse deus est, & ideo dicit, Cum autē subiecta &c. q. d. Nōdū deus subiecit omnia Christo, sed cum omnia fuerint ei subiecta, scilicet Christo, tunc ipse filius secundū humanitatem subiectus erit illi, scilicet patri Io. 14, Pater maior me est, & subiectus est, tunc etiam Christus secundū quod homo patri, sed hoc, tunc manifestus erit. Et ratio huius subiectionis est, ut sit deus omnia in omnibus, id est ut anima hominis totaliter requiescat in deo, & solus deus sit beatitudo. Modò enim in uino est uita, & uirtus in alio, & gloria in alio, sed tunc deus erit uita, & salus, & uirtus, & gloria, & omnia. Vel aliter ita ut sit deus omnia in omnibus, quia tunc manifestabitur, quod quicquid boni habemus, est a deo. Lectio 4.

Error Origenis qui dixit diabolos tanquam saluandos, etiam damnatos.

Differunt uero resurrectio nostra, ut omnia ordinatè fiant a Christo.

Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ¶ Ut quid & baptizantur pro illis? ¶ Ostenditur futura resurrectio nostra ex sacramento uita, deducendo ad uia inuentionem si uos sit futura resurrectio tandem morietur.

P

tionem exponatur, tunc sic potest dici [Si omnino mortui nō resurgūt.] vt quid etiā baptizatur pro illis, id est, pro peccatis cum ipsa non dimitatur. [Vt quid periclitatur &c.] Hic ponit secundum inconueniēs, & circa hoc duo facit. Primō ponit inconueniens in cōmuni. Secundō in speciali, ibi [Quotidie &c.] Dicit ergo non solum frustra baptizatur aliqui pro remissione peccatorum, sed nos etiā frustra affligimur si resurrectione mortuorū nō est & hoc est quod dicit [Vt quid.] & nos sancti Apostoli periclitatur, id est pericula patimur omni hora. 2. Corin. 11. Periculis fluminū periculis &c. Constat enim quod sancti exponunt se tribulationibus & affligunt seipos propter spem vitæ æternæ secundum illud Roma 5, Non solum autem sed & gloriamur &c. [Spes autem non cōfundit &c.] Si ergo resurrectio mortuorum nō sit, totaliter spes perit. Frustrā ergo affligent se si mortui non resurgunt. Nec obstat si dicatur quod anima separata præmiatur, quia vt probatum est supra, non posset probari quod anima esset mortalis. ¶ Consequenter cum dicit [Quotidie &c.] Enumerat pericula in speciali, & primō quantum ad personam. Secundō quantum ad locum, ibi [Si secundum hominem ad bestias, &c.] Manifestat ergo in speciali pericula quantum ad personam suam vnde dicit. [Quotidie morior &c.] Quasi dicat. Non quacunque pericula patimur, sed etiam mortis, quia quotidie morior. i. sum in periculis mortis. Psal. Propter te mortificamur tota die. Er hoc ostēdit Apostolus Rom. 8, in persona Apostolorum esse dictum. 2. Corin. 4. Semper mortificationem &c. Propter gloriam vestram. i. vt ego acquiram gloriam quam expecto ex vestra cōuersione ad fidem. 1. Thess. 2. Vos estis gloria nostra, & gaudium habeo. i. spero me habiturum in Christo Iesu domino nostro. i. per charitatem Christi. Alia litera habet per gloriam &c. & tunc ly, per gloriam est verbum iurantis. Quasi dicat per gloriam vestrā, quā. i. expectatis quæ est deus. Ac si diceret. Iuro per deum quem habeo in spe in Christo Iesu. i. per passionem &c. Ex quo apparet quod etiā Apostolus iurauit, & quod in viris perfectis iurare non est peccatum. [Si secundum hominem &c.] Hic specificat pericula quantum ad locum. Vbi sciendum est quod hoc legitur. Act. 19, vbi dicitur quod cum Paulus apud Ephesum multos cōuertisset ad fidem, quidam concitauerunt contra eum populum intantum quod non esset ausus exire in theatrū, & quod multa pericula sit ibi passus. Ergo forte facit hic de hoc mentionem, quia è vicino passus hoc fuerat. Dicit ergo si secundum hominem. i. secundum rationem ex qua homo est hoc disputado de resurrectione concludens quod homo non moritur sicut bestia. Pugnavi ad bestias. i. ad homines bestialiter viuētes apud Ephesum. Vel si pugnavi ad bestias Ephesi, & hoc dico non ex reuelatione diuina, sed secundum hominem. i. ex instinctu humano si tot pericula passus sum &c. ¶ Deinde cum dicit, [Manducemus &c.] Ponit tertium inconueniens quod est si resurrectio mortuorum non esset daretur occasio fruendi voluptatibus. Quasi dicat si non est alia vita, stulti sumus si affligimus nos, sed manducemus & bibamus. i. vtamur deliciis & fruamur voluptatibus. Sap. 2. Non est qui sit agnitus &c. Venite fruamur &c. Cras enim. i. proximo moriemur, totaliter enim deficiemus in anima & corpore si mortui non resurgunt. ¶ Deinde cum dicit, [Nolite seduci.] Ex prædictis concludit ammonitionem, & primō quātum ad infirmos. Secundō verō quātum ad perfectos & iustos, ibi [Vigilate iusti &c.] Circa primum duo facit. Primō reddit eos attētos, dicens [Nolite seduci.] Quasi dicat dictum est, quod si resurrectio mortuorum non sit, stultum esset non vti lasciuus & voluptatus. Ne ergo ad lasciuas inducamini nolite seduci ab his qui negant resurrectionem. Col. 2. Videte ne quis vos seducat &c. Secundō rationem attentionis assignat, dicens [Corrumpunt &c.]. q. d. Ideo nolite seduci, quia colloquia mala illorum. s. qui negant resurrectionem, corrumpunt bonos mores. 2. Tim. 2. Sermo eorum serpit vt cancer. Hiero. dicit quod hoc est sumptum ex dictis Gētilium, & est versus cuiusdam Meandri. Et ex hoc, vt ipse dicit, argumentum habemus, quod licet nobis quandoq; in sacra scriptura vti auctoritatibus gentilium. ¶ Deinde cum dicit, [Vigilate, &c.] Ponit ammonitionem quantum ad perfectos. Posset enim dicere quod à colloquiis illorum debent cauere infirmi, qui de facili seducuntur; perfecti autē non sic seduci possunt. Apostolus autem vult quod etiam perfecti sint cauti. Vnde circa hoc duo facit. Primō reddit eos attētos, dicens [Vigilate iusti.] id est, vos qui reputamini iusti, vigilate, id est solliciti sitis. Mat. 24. Vigilate, quia nescitis &c. Apoc. 16. Beatus qui vigilat, &c. Secundō rationem assignat, dicens, [Nolite &c.] & hanc duplicem, quarum vnā propter seipos. Nullus enim est ad eō perfectus quin debeat sibi cauere à peccatis. Inertia autē & torpor frequenter inducit ad peccatum, vnde ne peccent inducit eos ad vigiliam, & ideo dicit, & nolite peccare, id est ne peccetis. Tob. 4. In mente habetō deum, & caue ne aliquando peccato consentias. Aliam rationem inducit propter alios: quia non solum propter seipos sint solliciti, sed & propter alios ne illi seducantur, & hoc est quod dicit. Quidam enim habent ignorantia dei, id est nō rectam fidem. Ro. 10. Ignorantes dei iustitiam &c. Et hoc loquitur vobis ad reuerēciam vestram, vt sitis cauti. Vel ad verecundiam vestram, quia verecundum est vobis qui reputamini sapientes, & instructi in fide q̄ sint aliqui inter vos ignorantiam dei habentes, id est non rectam fidem. Lectio 5.

Declaratur
qualitas re-
surgentiū &
astruuntur re-
surrectio simi-
litudine semi-
num, ex hoc
ostendendo
esse tandem
substantiā in-
suscipitō que
sunt prius.

Sed dicit aliquis. Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Insuper, tu quod feminas non viuificatur nisi si prius moriatur, & quid feminas? Non corpus quod futurum est feminas, sed nudum granū, vt putā, tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuique seminum proprium corpus.

¶ Superius Apostolus probauit resurrectionem mortuorum, hic ostendit qualitatem & modum resurgentium. Et circa hoc duo facit. Primō mouet quæstionem circa qualitatem resurgentium. Secundō soluit, ibi [Insuper tu &c.] Circa resurrectionem fuerunt duo errores. Quidam enim totaliter negabāt resurrectionem mortuorū futurā. Cum enim non considerarent nisi principia naturæ & posse, & viderēt quod secundum principia naturæ & posse nullus de morte potest redire ad vitam, nec cæcus potest recuperare visum, ideo totaliter negauerunt resurrectionem, ex quorum persona dicitur. Sapient. 2. Vmbræ transitus est tempus nostrū, &c. Et ibidem, de nihilo nati sumus &c. Tob. 14. Putā sine mortuus homo rursum viuat, &c. Alij autem dixerunt resurrectionem mortuorum futuram esse, sed dicebant quod resurgebant ad eundem modum viuendi, & ad eōdem actūs. Et hoc etiam posuerunt quidam Philosophi qui dicunt post multa annorum curricula Plato adhuc resurget, & habebit eōdem scolares Athenis quos aliquādo habuit. Hoc etiam asserunt Pharisei. Mat. 22, de muliere septem virorum, vnde dicebant. In resurrectione cuius erit? Saraceni

etiam fingunt quod habebūt post resurrectionē vxores, & voluptates, & delicias corporales. Tob. 20. Non videat riuulos fluminis torrentis mellis & butiri. ¶ Contra quos dicitur Mat. 22, Quod erunt sicut angeli dei in celo. Has ergo duas quæstiones mouet hic Apostolus, primam cum dicit [Quomodo resurgunt mortui.] quomodo est possibile quod mortui qui sunt cinis possunt resurgere? Secundam cum dicit [Quali autem corpore venient.] Quasi dicat. Nunquid cum tali corpore resurget cum quali sumus modo? Has duas quæstiones soluit cum dicit [Insuper &c.] Primō soluit secundam. Secundō verō soluit primā, ibi. [Ecce mysterium vobis dico &c.] Ad intellectum autem eorum quæ Apostolus ponit in prima parte, oportet inuestigare quid Apostolus intendat. Intēdit autem in ista parte Apostolus ostēdere quod mortui resurgūt, & quod erit eadem substantia. Vbi primō ponit similitudines. Secundō adaptat, ibi [Sic etiam resurrectio mortuorum &c.] Tertio probat, ibi [Si est corpus animale &c.] Circa primum duo facit. Primō proponit similitudines in vna specie. Secundō in diuersis speciebus, ibi, Non omnis caro, eadem caro &c. Circa primum sciendum est quod videmus in vna & eadem specie quod vna res in via generationis habet diuersas qualitates & formas, sicut granum aliam formam & qualitatem habet quādo seminatur, aliam quando pullulat, aliam quando iam est in herba. Et ideo ex hac similitudine Apostolus intendit ostendere qualitatem resurgentium. Vnde circa hoc tria facit. Primō comparat ordinem seminacionis ad pullulationem. Secundō differentiam qualitatis in femine & in pullulatione, ibi [Tu quod feminas &c.] Tertio causam qualitatis in pullulatione, ibi [Deus autē &c.] Dicit ergo, Insuper &c. ¶ Sed contra Mat. 5, Qui dixerit fratri suo Racha &c. Dicendū quod dominus prohibet dici fratri, Racha seu fatue, ex ira, non ex correctione. Causa autem quare dicit insuper, est quod hæc obiectio contra resurrectionem procedit ex principiis humanæ sapientia, quæ tandiu est sapientia, quādiu est subiecta sapientiæ diuinæ, sed quādo recedit à deo tūc vertitur in insipientiam, vnde cum contradicatur sapientiæ diuinæ, vocat eum insipientem. Quasi dicat. Insuper nonne quotidie experiris tu, quia quod feminas in terra non viuificatur. i. vegetatur nisi prius moriatur. i. putrescat. Io. 12. Nisi granum frumenti &c. Ex hoc videtur Apostolus facere comparationem, quod quando corpus hominis ponitur in sepulchro in terra, tunc est quædam seminatio: quādo verō resurget tūc est quædam viuificatio. Vnde ex hoc opinatur aliqui resurrectionem mortuorum esse naturalem, propter hoc quod Apostolus hic resurrectionem comparat pullulationi feminis quæ est naturalis. Opinantur enim in pulueribus resolutis in quos resoluuntur humana corpora esse quasdam virtutes seminales actiuas ad corporum resurrectionem. Sed istud non videtur esse verū. Fit enim resolutio corporis humani in elementa, sicut & aliorum mixtorum corporum, vnde pulueres in quos humana corpora resoluuntur, nullam aliam habent virtutem actiuam quā alij pulueres, in quibus constat non esse aliam virtutem actiuam ad corporis humani constitutionem, sed solum in femine hominis: differunt autem pulueres in quos humana corpora resoluuntur ab alijs pulueribus solum secundum ordinationem diuinam, prout huiusmodi pulueres sunt ex diuina sapientia ordinati, vt iterum ex eis humana corpora reintegrēt. Vnde resurrectionis actiua causa, solus deus, erit, & si ad hoc vtatur ministerio angelorum, quantum ad puluerum collectionem. Propter quod Apostolus infra modum resurrectionis exponens, attribuit sono tubæ, & supra attribuit Christo resurgenti, non autem alicui virtuti actiua in pulueribus. Non ergo intendit hic probare Apostolus q̄ resurrectio sit naturalis, per hoc q̄ semē naturaliter pullulat, sed intendit hic manifestare per exēpla quædam q̄ non sit eadē qualitas corporū resurgentiū, & corporū morientiū: & primō per hoc quod non est eadem qualitas feminis & pullulationis, vt ex sequentibus manifestē ostendetur. Nam cōsequenter cum dicit [Et quod feminas &c.] Ostēdit qualitatem feminis differentē esse à qualitate pullulationis, cum dicit, & quod feminas non corpus quod futurum est feminas. i. non quale futurum est feminas. Quod exponens subdit. Sed nudum granum, purā, tritici vel alicuius cæterorum. s. seminum, quia seminatur nudum semen, pullulat autem ornatum herba, & aristis & huiusmodi. Et similiter corpus humanum aliam qualitatem habebit in resurrectione quā nunc habet, vt infra exponetur. Est tamen differentia inter resurrectionē humani corporis, & pullulationem feminis: nam resurget idem corpus numero, sed habebit aliam qualitatem, sicut infra dicit Apostolus, quod oportet corrumpibile hoc inducere incorruptionem. Et Tob. 19. dicitur, Quem visurus sum ego ipse, & non alius. Sed in pullulatione, nec est eadem qualitas, nec idem corpus numero, sed solum idem specie. Et ideo signanter Apostolus de pullulatione loquens dixit, nō corpus quod futurum est, feminas, dans intelligere quod non sit idem numero. Et in hoc opus naturæ deficit ab opere dei. Nam virtus naturæ reparat idem specie, sed non idem numero: virtus autem dei reparare potest etiā idem numero. Et sic etiā ex hoc q̄ hic dicitur potest sumi probatio ad hoc q̄ resurrectionē futurā fieri nō est impossibile sicut insipientes obiebat, quia si natura ex eo q̄ mortuū est potest reparare idem specie, multo magis deus potest reparare idem numero: quia & hoc ipsum q̄ natura facit, opus dei est. Habet enim hoc natura à deo quod hoc facere possit. Et ideo cōsequenter describens qualitatem pullulationis attribuit eam, primū qui dem deo, secundō proportioni naturæ. Dicit autē primō, deus autem dat illi corpus sicut vult, quia. s. ex ordinatione diuinæ voluntatis procedit quod ex tali femine talis plāta producat, quæ quidem planta est quasi corpus feminis. Vltimus enim fructus plāte est semē. Et hoc ideo attribuit operationi diuinæ quia omnis operatio naturæ est operatio dei, secundū illud supra. 12. Idem autem deus qui operatur omnia in omnibus. Et hoc sic potest cōsiderari. Manifestū est enim q̄ res naturales absq; cognitione, operantur ad finē determinatū, alioquin non semper vel in maiori parte eundem finē consequerēt. Manifestum est etiā q̄ nulla res cognitione carens in certū finem tendit, nisi directā ab aliquo cognoscente, sicut sagitta tendit ad certū signū ex directione sagittantis. Sicut ergo si aliquis videret sagittā directē tēdere ad certum signum quantum sagittatē nō videret, cognosceret statim q̄ dirigeretur à sagittate. Ita cum videamus res naturales absq; cognitione tendere ad certos fines, possumus pro certo cognoscere q̄ operatur ex voluntate alicuius dirigentis, quæ dicimus deū. Et sic dicit Apostolus q̄ deus dat femini corpus. i. ex femine producit plantā sicut vult. Sed rursus, ne aliquis crederet huiusmodi naturales effectus ex sola dei voluntate provenire absq; operatione & proportionem naturæ, subiungit, Et vnicuiq; seminū propriū corpus, putā, ex femine oliuæ gene-

Optio dicitur
tūm resurre-
ctionem fieri
naturaliter
raucium.

ratur oliua, & ex femine tritici generatur triticum. Vnde & Gen. 1, Germinet terra herbam virentem & facientem semen iuxta genus suum. Sic ergo & in resurrectione erit alia qualitas corporis resurgentis, quae tamen proportionabitur meritis morientis.

Declaratur diuersitas qualitatis corporum resurgentium, ex diuersitate in diuersis corporibus & in diuersis personis comparationibus.

¶ *Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora caelestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem caelestium gloria: alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunae, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surgit in gloria. Seminatur in infirmitate, surgit in virtute. Seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale.*

¶ Hic Apostolus ponit exemplum de diuersitate qualitatis corporis resurgentis in diuersis speciebus. Et primo comparando caelestia ad terrestria. Secundò terrestria ad caelestia, ibi [Sunt corpora caelestia &c.] Tertio corpora caelestia adinuicem, ibi [Alia claritas solis &c.] Quia posset aliquis dicere, quomodo est possibile quòd mortui resumant corpus & carnem, si non sint habituri eandem corporis qualitatem: ideo ad hoc excludendum intro ducit diuersas qualitates corporis & carnis, vt sic manifestum sit quod non oportet si non erit eadem qualitas, quod non resumatur idem corpus, vel eadem caro. Dicit ergo primo, quod non omnis caro est eadem caro secundum formam, Sed alia est caro hominum, alia piscium, alia pecorum, alia volucrum &c. Et similiter est alia morientis, & alia resurgentis: sicut autem exemplum superius inductum de femine & pullulatione deficiebat in hoc, quod in feminatio ne, & pullulatione non est idem numero, nec eadem qualitates, ita haec exempla deficiunt, quia in his exemplis nec est eadem species, nec eadem qualitas: sed caro hominis resurgentis est eadem secundum speciem cum carne morientis, sed tamen erit alia secundum qualitatem. Erit enim eiusdem naturae, sed alterius gloriae: vt Gregorius de corpore Christi dicit, si quis autem haec quae dicta sunt ad diuersum statum resurgentium referre vellet, potest dici quod per homines intelliguntur boni secundum rationem viuentes: secundum illud Ezech. 34, Vos autem greges mei, greges pascae meae homines estis. Per pecora verò intelliguntur luxuriosi, secundum illud 2. Pet. 2, Hi verò velut irrationabilia pecora & cetera. Per volucres, superbi, per pisces cupidi: secundum illud Psal. Volucres caeli, & pisces maris & cetera. ¶ Ad idem autem introducit diuersitatem caelestium, & terrestrium corporum, cum subdit, Sunt corpora caelestia, vt sol, & luna, & huiusmodi. Et sunt corpora terrestria, vt ignis, aqua, &c. sed alia quidem est gloria, id est, pulchritudo & decor caelestium corporum, alia autem terrestrium, Ecl. 43, Species caeli gloria stellarum. Et possunt per caelestia corpora intelligi contemplatiui. Philip. 3, Nostra conuersatio in caelis est. Per terrestria actiui, qui circa terrena occupantur, vnde Marthae dictum est, Turbaris erga plurima. Luc. 10, Et ad idem vltius introducit diuersam qualitatem caelestium corporum, cum dicit, Alia claritas solis &c. Similiter inter stellas est differentia. Stella enim differt, &c. Et potest intelligi per solē Christum, Malach. vltimo, Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiae &c. Per lunam beata virgo, de qua Cant. 6, Pulchra vt luna. Per stellas, adiuuicem ordinatas, ceteri sancti. Iudic. 5, Stellae manentes in ordine suo, &c. ¶ Consequenter cum dicit [Sic erit resurrectio mortuorum.] Ad praecepta ex epla ad resurrectionem mortuorum. Nec intelligendum est quantum ad literalem expositionem. quòd Apostolus hoc dicit ad designandum in resurgentibus generis diuersitatem, propter id quod praemisit, Stella differt, &c. Sed hoc refert ad omnia praecedentia, vt ostendatur ex omnibus praemisit, quòd sicut in rebus inueniuntur diuersae qualitates corporum: ita erit diuersa qualitas resurgentium a qualitate morientium. Vnde sequitur, Seminatur corpus &c. Vbi Apostolus maxime ostendit aliam esse qualitatem corporis morientis, & corporis resurgentis. Et agit hic de corpore resurgente glorioso, cuius propriae qualitates dotes corporis gloriosi dicuntur. Quae quidem sunt quatuor, quas hic Apostolus tangit. Primum enim tangit dotem impassibilitatis, cum dicit [Seminatur in corruptione &c.] Et quauis seminatio accipi possit pro prima corporis origine, secundum quod generatur ex femine, tamen conuenientius est secundum intellectum Apostoli, vt seminatio referatur ad mortem & sepulturam, vt respondeat ei quod supra dictum est. Quod feminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Dicitur autem mors & resolutio seminatio, non quod in corpore mortuo, vel in cineribus ex eo resolutis sit aliqua virtus ad resurrectionem, sicut est virtus actiua in semine ad generationem, sed quia a deo talis ordinatio est deputata, vt ex eo iterato reformetur corpus humanum. Sicut igitur corpus humanum quando seminatur, id est quando moritur, est in corruptione, id est secundum suam proprietatem est corruptioni subiectum, secundum illud Rom. 8, Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Sed resurget in incorruptione. Dicitur autem hic incorruptio, non solum ad excludendum separationem animae à corpore: quia hanc incorruptionem & corpora damnatorum habebunt, sed ad excludendum tam mortem quam quamlibet noxiam passionem, siue ab interiori siue ab exteriori. Et quantum ad hoc intelligitur impassibilitas corporis gloriosi. Secundum illud Apocal. 7, Non esurient, neque sitient amplius, &c. Secundò tangit dotem claritatis cum dicit [Seminatur in ignobilitate.] id est corpus quod ante mortem, & in morte est deformitatis, & miseris multis subiectum: secundum illud Iob. 14, Homo natus de muliere, &c. Sed resurget in gloria quae claritatem significat, vt Augustinus dicit super Ioan. Erunt enim corpora sanctorum clara & fulgentia, secundum illud Matt. 13, Fulgebunt iusti sicut sol &c. Tertio, tangit dotem agilitatis, cum dicit, [Seminatur in infirmitate.] id est corpus animale, quod ante mortem est infirmum & tardum, & ab anima non facile mobile, secundum illud Sapient. 9, Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sed resurget in virtute, quae scilicet vt ex tanta virtute ab anima moueri possit, vt in nullo difficultatem ad motum exhibeat, quod ad dotem agilitatis pertinet. Tanta enim erit ibi facilitas, quanta felicitas, vt August. dicit, Vnde dicitur Sapient. 3, de iustis, Fulgebunt iusti & tanquam scintillae in arundinetis discurrent. Et Esa. 40, Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assumunt pennas &c. Quarto tangit dotem subtilitatis, cum dicit, [Seminatur corpus animale &c.] Quam quidam ad hoc referre volunt quòd corpori glorioso secundum hanc dotem competat, vt possit simul esse cum corpore non glorioso in eodem loco. Quod quidem sustineri possit, si corpori secundum statum praesentem compereret, quod non possit simul cum alio corpore esse in eodem loco secundum aliquid, quod à corpore remoueri possit. Nunc autem si diligenter consideretur, quòd secundum nihil aliud hoc corpori competit, nisi secundum quòd habet dimensiones cor-

Quatuor dotes corporum gloriosorum hic tanguntur

porales. Vnde videmus corpora quantumcumque subtilia, non compati secum alia corpora vt patet in aere & in igne: & vltius si essent corpora separata omnino absque materia, sicut quidam posuerunt, non possent simul cum corporibus naturalibus esse in eisdem locis vt Philo sophus dicit. Remanentibus igitur dimensionibus in quocumque corpore, est contra suam naturam quod sit cum alio corpore in eodem loco. Vnde si hoc aliquando contingit, erit ex miraculo. Propter quod Grego. & Aug. miraculo ascribunt quod corpus Christi, ad discipulos ianuis clausis intrauit. Nulla enim virtus terminata potest facere miraculum, hoc enim solius dei est. Relinquitur ergo quòd esse simul cum alio corpore, in eodem loco non possit esse ex dote seu ex qualitate corporis gloriosi. Non tamen negandum est quin corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore in eodem loco: quia corpus Christi post resurrectionem intrauit ad discipulos ianuis clausis, cui corpus nostrum in resurrectione conformandum speramus: sed sicut corpus Christi hoc habuit non ex proprietate corporis, sed ex virtute diuinitatis vnitae, ita corpus cuiuslibet alterius sancti hoc habebit non ex dote, sed ex virtute diuinitatis existētis in eo. Per quod modum corpus Petri habuit quod ad vmbra eius sanaretur infirmi, non per aliquam proprietatem ipsius. Est ergo dicendum quod ad dotem subtilitatis pertinet, quod hic Apostolus tangit, dicens, Seminatur corpus animale, surgit spirituale. Quod quidem male intelligentes dixerunt, quod corpus in resurrectione resurget in spiritu, & erit simile aeri aut vtroque, qui spiritus dicitur. Quod maxime excluditur per illud quod ad Apostolos dicitur Luc. vltimo, Palpate & videte quia spiritus &c. Vnde & hic Apostolus non dicit quòd resurget spiritus, sed spirituale corpus. Ergo in resurrectione spirituale erit, non spiritus, sicut nunc est anima le, non anima. Ad horum autem differentiam cognoscendam considerandum est, quod vnum & idem in nobis est, quod dicitur & anima & spiritus: sed anima dicitur secundum quod perficit corpus, spiritus autem proprie secundum mentem secundum quam spiritualibus substantiis assimilatur: secundum illud Eph. 4, Renouamini spiritu mentis vestrae. Item considerandum est quod triplex est differentia potentiarum in anima: quaedam enim potentiae sunt quatuor operationes ad bonum corporis ordinantur, sicut generatiua, nutritiua, & augmentatiua. Quaedam verò sunt potentiae actus ad corpus non ordinantur directe, sed magis ad perfectionem animae. Quaedam verò sunt potentiae quae neque vtuntur corporeis organibus, neque directe ad bonum corporis ordinantur, sed magis ad bonum animae: sicut quae pertinent ad intellectuam partem: prima ergo potentiae pertinent ad animam, in quantum animat corpus: secunda verò maxime pertinent ad animam in quantum est spiritus: tertia verò medio modo se habent inter vtraque: quia tamen iudicium de potentia aliqua magis debet sumi ex obiecto & fine, quam ex instrumento, ideo secundae potentiae magis se tenent cum tertiis, quam cum primis. Item considerandum est quod cum vnaquaque res sit propter suam operationem, corpus ad hoc perficitur ab anima, vt sit subiectum operationibus animae. Nunc autem in statu isto corpus nostrum est subiectum operationibus, quae pertinent ad animam in quantum est anima prout generatur & generat, nutritur, crescit, & decrescit. Quantum autem ad spirituales animae operationes, corpus, licet aliquo modo subleuiatur, tamen multum impeditum affert: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, vt dicitur Sapient. 9. Sed in statu resurrectionis cessabunt operationes animales à corpore, quia non erit generatio nec augmentum aut nutrimētum, sed corpus absque aliquo impedimento & fatione incessanter seruiet animae ad spirituales operationes eius, secundum illud Psal. Beati qui habitant in domo tua domine &c. Sicut ergo nunc est corpus nostrum animale, tunc vero erit spirituale. Causam autem harum proprietatum, quidam attribuunt luci, quae dicunt esse de natura quinquae essentiae, & venire in compositionem humani corporis, quod quia friuolum est & fabulosum, sequentes Augustinum dicimus quod procedunt ex virtute animae glorificatae. Dicit enim Augustinus in epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura deus fecit animam, vt eius plenissima beatitudine quae in fine temporum promittitur sanctis, redundet etiam in inferiorem naturam, quae est corpus non beatitudo, quae fructus est propria, sed plenitudo sanitatis, id est incorruptionis vigor. Videmus autem ex anima quatuor corpori provenire, & tunc perfectius, quando anima fuerit virtuosior. Primum quidem dat esse. Vnde quando erit in summo perfectionis, dabit esse spirituale. Secundò conseruat a corruptione. Vnde videmus homines quatuor sunt fortioris naturae, minus à calore & frigore pati. Cum ergo anima fuerit perfectissima, conseruabit corpus omnino impassibile. Tertio dat pulchritudinem & claritatem. Infirmi enim & mortui propter debilitatem operationis animae in corpus, efficiuntur discolorati: & quando erit in summa perfectione, faciet corpus clarum & fulgidum. Quarto dat motum, & tunc facilius, quatuor virtus animae fuerit fortior supra corpus. Et ideo quando erit in vltimo suae perfectionis, dabit corpori agilitatem. Lectio 7.

¶ *Si est corpus animale, est & spirituale. sicut scriptum est. Factus est primus homo. Adam in animam viuentem, nouissimus Probatur corpus animale, sed non prius quod spirituale est, sed quod animale: deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de caelo caelestis. Qualis terrenus: tales & caelestes. Igitur animaliter sic portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.*

¶ Hic Apostolus differentiam qualitatis corporum morientium ad corpora resurgentium supra exemplis ostensam, ostendit ratione. Circa autem hoc, duo facit, Primum enim praemittit quod probare intendit. Secundò praemissum probat, ibi [Sicut scriptum est &c.] Dicit ergo primo. Dixi quòd id quod seminatur animale, surgit spirituale: & quòd hoc sit verum, scilicet quòd sit aliquod corpus spirituale, ostendo, quia si est corpus animale, est & spirituale: & non intendit Apostolus ex hoc arguere ad propositum, sed hoc superponit, intendens probare ipsum quod dicit [Si est corpus &c.] Ecclesiastici vigesimo tertio. Intuere in omnia opera altissimi, duo contra duo, & vnum contra vnum. [Sicut scriptum est, &c.] Hic probat propositum. Est autem sua probatio talis. Duo sunt principia humani generis. Vnum secundum vitam naturae, scilicet Adam: aliud secundum vitam gratiae, scilicet Christus: sed animalitas est deriuatiua in omnes homines à primo principio. Adam ergo constat quòd multò amplius à secundo principio, scilicet Christo, spiritualitas deriuabitur in omnes homines. Huius rationis primo probat primam diuersitatem principiorum. Secundò mediam, scilicet determinationem similitudinis ex vtroque principiorum, ibi [Qualis ter-

Duo aut plus na corpora non possunt esse simul ex dote nec naturae, sed bene miraculo & virtute supernaturali.

Error dicens in resurrectione resurget corpus spirituale.

Probatur corpus animale, sed non prius quod spirituale est, sed quod animale: deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de caelo caelestis. Qualis terrenus: tales & caelestes. Igitur animaliter sic portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.

Forma hu-
mana dicitur
anima, & e-
tiam spiritus.

renus &c.] Circa primum tria facit. Primò ostendit principiorum differentiam. Secundò, principiorum or-
dinem ad inuicem, ibi [Sed nõ prius quod spirituale &c.] Tertiò rationis ordinẽ assignat, ibi [Primus &c.]
Ponit ergo primò conditionem primì principij secundum vitam naturæ, sumens auctoritatem. Gen. 2. Vn-
de dicit, Sicut scriptũ est, Factus est à deo primus homo Adam in animam uiuentem, vita. f. animali, qualem
anima potest dare, cum. f. spirauit dominus in faciem eius spiraculum vitæ. Gen. 2. Forma humana enim &
anima dicitur & spiritus. In quantum enim intendit cura corporis. f. uegetado, nutriendo, & generando, sic
dicitur anima: in quantum autẽ intendit cognitioni. f. intelligendo, volendo, & huiusmodi, sic dicitur spiritus.
Vnde cum dicit, Factus est primus homo Adam in animã uiuentẽ. Intendit hĩc Apostolus de vita qua ani-
ma deseruit circa corpus, nõ de spiritu sancto, sicut quidã fingũt, propter hoc quod precedit, & inspirauit
in faciem eius spiraculum vitæ, dicẽtes hoc esse spiritũ sanctũ. Secundò ponit conditionẽ secundì principij,
dicẽs [Nouissimus verò Adam] .i. Christus. & dicitur nouissimus, quia Adã induxit vnũ statũ. f. culpæ, Chri-
stus verò gloriæ & vitæ. Vnde cum post statũ istũ nullus alius sequatur in vita ista, ideo dicitur nouissimus.
Esa. 53. Desiderauimus enim despectum & nouissimũ uirorũ. Et alibi. f. Apoc. 1. Ego primus & nouissimus.
Et alibi, Ego sum alpha & o &c. Dicit autẽ Adam, quia de natura Adæ factus in spiritum uiuentẽ. Et ex hoc
cõditionibus principiorũ uisus apparet eorũ diuersitas, quia primus homo factus est in animã, nouissimus
in spiritũ. Ille autẽ in animã uiuentem solũ, iste verò in spiritum uiuentẽ & uiuificantem. Cuius ratio est:
quia sicut Adam cõsecutus est perfectionẽ sui esse per animam, ita & Christus perfectionẽ sui esse in quãtũ
homo per spiritũ sanctum. Et ideo cum anima non possit nisi proprium corpus uiuificare, ideo Adã factus
est in animã, non uiuificantẽ, sed uiuentẽ tantũ: sed Christus factus est in spiritũ uiuentẽ & uiuificantẽ, &
ideo Christus habuit potestatem uiuificãdi. Io. 1. De plenitudine eius &c. & Ioan. 10. Veni ut uitã habeant
& abundantius habeant. Et simbolo. Et in spiritũ sanctum uiuificantem. Sed ne aliquis diceret, si Christus
factus est in spiritũ uiuificantẽ, quare dicitur nouissimus. Ideo cõsequenter dicit [Sed nõ prius &c.] Osten-
dit ordinẽ principiorũ. Videmus enim in natura quòd in vno & eodem, prius est imperfectum quã perfectũ.
Vnde cum spiritualitas se habeat ad animalitatẽ, sicut perfectũ ad imperfectũ, ideo in humana natura
non prius debet esse spirituale, quod est perfectũ, sed ut seruetur ordo prius debet esse imperfectũ. f. quod
animale est: deinde perfectũ. f. quod spirituale est: supra 13. Cum ueniret quod perfectũ est &c. Sicut dicit
August. Huius signum est quòd primogeniti antiquitus confecerunt esse animales, sicut Cayn ante Abel
natus: Ismael ante Isaac: & Esau ante Iacob. Rationem autem dicitur diuersitatis assignat, dicens [Primus ho-
mo &c.] q. d. verè primus homo factus est in animã uiuentem, quia de terra. Gen. 2. Formauit dominus ho-
minem de limo terræ: & ideo dicitur esse terrenus. i. animalis: secundus homo. f. Christus factus est in spiri-
tum uiuificantẽ, quia de celo: quia diuina natura quæ fuit huic naturæ vnita, de celo est. Et ideo debet esse
caelestis. i. talem perfectionem debet habere, qualem decet de celo venire, scilicet perfectionem spirituale.
Ioan. 3. Qui de celo uenit, super omnes est. Dicit autem primum hominem de terra, secundum modum lo-
quendi quo res de illo esse dicuntur: quia prima pars est in eorum ferri: sicut cultellus dicitur de ferro, quia
prima pars vnde est cultellus, est ferrum. Et quia prima pars vnde Adam factus est, terra est: & ideo dicitur
de terra. Secundus homo dicitur de celo: non quòd attulerit corpus de celo, cum de terra assumpserit. f. de
corpore beatae uirginis: sed quia diuinitas [quæ naturæ humanæ vnita est.] de celo uenit, quæ fuit prior
quàm corpus Christi. Sic ergo pater principiorum diuersitas, quòd erat maior propositio rationis princi-
palis. ¶ Consequenter cum dicit [Qualis terrenus &c.] Ostendit deriuationem similitudinis horum princi-
piorum ex utroque, & primò in cõmuni. Secundò diuidit eam per partes, ibi [Igitur sicut portauimus &c.]
Dicit ergo [Qualiter terrenus &c.] q. d. Primus homo qui terrenus fuit & mortalis. ideo deriuatum est ut
omnes essent & terreni & mortales: supra eodem, Et sicut in Adam omnes moriuntur. Zach. 13. Adam exem-
plum meum, &c. Quia verò fuit secundus homo caelestis. i. spiritualis & immortalis: & ideo omnes & im-
mortales & spirituales erimus. Rom. 6. Sed complantati facti sumus similitudini &c. Igitur sicut portauimus, &c.
Hic concludit qualiter in speciali debeamus conformari homini. f. caelesti. Possumus autem dupli-
citer conformari caelesti in vita. f. gratiæ & gloriæ, & vna est via ad aliam: quia sine vita gratiæ non perueni-
tur ad uitam gloriæ, & ideo dicit [Sicut portauimus &c.] .i. quãdiu peccatores fuimus, in nobis fuit si-
militudo Adæ 2. Re. 7. Ista est lex Adami domine deus &c. ut ergo possimus esse caelestis. i. peruenire ad ui-
tam gloriæ portemus imaginem caelestis per uitam gratiæ. Col. 3. Exuentes veterem hominem, induite no-
uum hominem. f. Christum. Rom. 8. Quos præsciuit & prædestinauit cõformes &c. Sic ergo debemus con-
formari caelesti in vita gratiæ, quia aliàs non perueniemus ad uitã gloriæ. Et hoc est quod dicit, Hoc autẽ di-
co fratres q. d. Nisi uiuatis. f. uita gratiæ, non poteritis peruenire ad regnum dei. f. ad uitam gloriæ: quia caro
& sanguis regnum dei non possidebunt. Quod quidem non est intelligendum sicut quidam Heretici di-
cunt, quòd non resurget caro & sanguis secundum substantiam, sed quòd totum corpus vel uerteret in spiri-
tum vel in aërem, quod est hæreticum & falsum: nam Apostolus dicit quòd conformabit corpus nostrum
corpori claritatis suæ. Vnde cum Christus post resurrectionem habuerit carnem & sanguinẽ, sicut dicitur
Lucæ ultimo, Palpate & uidete quia spiritus carnem & ossa non habet &c. Constat quòd & nos in resurre-
ctione carnem & sanguinẽ habebimus. Non est intelligendum caro & sanguis. i. substantia carnis & sangui-
nis, regnum dei non possidebunt, sed caro & sanguis. i. carni & sanguini operam dantes. f. homines dediti
uitiis & uoluptatibus. regnum dei non possidebunt. Et sic accipitur caro. i. homo carnaliter uiuens. Ro. 8.
Vos autem non in carne &c. Vel caro & sanguis. i. opera carnis & sanguinis, regnum dei non possidebunt,
quod est contra Iudeos & Sarracenos, qui fingunt se habituros post resurrectionem uxores, fluuios mellis
& lactis. Vel caro & sanguis. i. corruptio carnis & sanguinis regnum dei non possidebunt. i. post resurrectio-
nem corpus non subicietur corruptioni carnis & sanguinis secundum quam uiuit homo. Vnde & secun-
dum hoc subdit, neque corruptio incorruptionem possidebit. i. neque corruptio mortalitatis que nomine
carnis hic exprimitur, possidebit incorruptionem. i. incorruptibile regnum dei, quia resurgemus in gloria.
Ro. 8. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis &c.

Lectio 8.

Ecc̃e mysterium uobis dico, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissi-
ma tuba: canet tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.
¶ Hic Apostolus postquã respõdit quæstioni de qualitate resurgentiũ: respõdet cõsequẽter quæstioni qua
querebatur de modo & ordine resurgẽdi. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit modũ & ordinẽ resurrectio-
nis. Secundò cõfirmat per auctoritatẽ, ibi [Cum autẽ mortale hoc &c.] Circa primũ duo facit. Primò enim
proponit intẽtũ. Secundò ostendit quo ordine fiat, ibi [In momento, in ictu oculi, &c.] Primò igitur reddit eos
attẽtos, ostẽdẽs id quod proponit esse arduũ & occultũ, dicẽs, Ecce mysteriũ. i. occultũ quoddã dico uobis
i. aperio uobis fratres quod debet uobis aperiri & omnibus credẽtibus. Luc. 8. Vobis datũ est nosse, &c. su-
pra secũdo, Sapientiã loquimur inter perfectos. Et pòst, sed loquimur dei sapientiã quæ abscondita est &c.
Quid autẽ sit istud mysteriũ, subdit, Omnes quidẽ, &c. ¶ Circa primũ sciendũ est, quòd sicut Hieronimus
dicit in quadã epistola ad Mineruiũ & Alexandrũ monachos. Hoc quod hĩc dicitur, Omnes quidẽ resurge-
mus &c. In nullo libro Græcorũ habetur, sed in quibusdã habetur, Omnes quidẽ dormiemus. i. omnes mo-
riemur. Et dicitur mors somnus, propter spẽ resurrectionis. Vnde idẽ est ac si diceret, omnes quidẽ resurge-
mus, quia nullus resurget nisi moriatur. Sed nõ omnes immutabimur. Hoc nõ mutatur in libris Græcis, &
hoc est uerũ, quia ista mutatio de qua hĩc loquitur, non erit nisi secundũ corpora beatorũ, quia immutabun-
tur ad illa quatuor quæ supra posita sunt quæ dicuntur dotes corporũ glorioforum. & hanc desiderabat Iob
14. Cunctis diebus quibus nũc milito, expecto donec ueniat immutatio mea. In quibusdã uerò libris inue-
nitur, Nõ omnes quidẽ moriemur, sed omnes immutabimur. Et hoc intelligitur dupliciter. Primò ad lite-
rã, quia quorũdã opinio fuit, q. nõ omnes homines moriẽtur, sed quòd aliqui in aduentu Christi ad iudiciũ
ueniẽt uiui, & isti nõ moriẽtur, sed isti mutabũtur in statu incorruptionis: & propter hoc dicunt, nõ omnes
quidẽ dormiemus. i. moriemur, sed omnes immutabimur tã boni quã mali, & tã uiui quã mortui. Vnde secun-
dũ hos immutatio nõ intelligitur de statu animalitatis ad statũ spiritualitatis: quia secundũ hãc soli boni
immutabũtur, sed de statu corruptionis ad statũ incorruptionis. Alio modo exponitur mysticẽ ab Orige-
ne: & dicit q. hoc nõ dicitur de somno mortis, quia omnes moriuntur. ps. Quis est homo qui uiuet, &c. Sed
de somno peccati, de quo in Psal. Illumina oculos meos ne vnquã obdormiã, ut sit dicatur, Nõ omnes mo-
riemur. i. nõ omnes peccabimus mortaliter, sed omnes immutabimur, sicut supra de statu corruptionis ad
incorruptionẽ. Et licet hæc litera. f. nõ omnes moriemur &c. nõ sit cõtra fidẽ, tamẽ ecclesia magis acceptat
primã. f. q. omnes moriemur siue resurgemus, &c. Quia omnes moriẽtur etiã si sint tunc aliqui uiui. ¶ Or-
dinẽ autẽ & modũ resurrectionis manifestat cõsequenter cum dicit [In momento, in ictu oculi, &c.] Et hoc
quãtũ ad tria. Primò manifestat ordinẽ quãtũ ad tẽpus. Secundò quãtũ ad causam resurrectionis, ibi
[In nouissima tuba.] Tertiò quãtũ ad progressum effectus à causa, ibi [Canet enĩ tuba, &c.] Dicit ergo q.
omnes resurgemus, sed quomodo? In momento. Per quod excludit errorẽ dicentiũ resurrectionẽ nõ esse fu-
turã omnĩũ simul. Sed dicit quòd martires resurgẽt ante alios per mille annos, & tũc Christus descẽdet cũ
illis & possidebit regnũ corporale Hierusalẽ mille annis cũ eis. Et hæc fuit opinio Lactãtij. Sed hoc pater
esse falsum, quia omnes in momento resurgemus & in ictu oculi. Excluditur etiã per hoc alius error eiusdẽ
qui dicebat, q. iudiciũ duraturũ erat per spatiũ mille annorũ. Sed hoc est falsum, quia nõ erit ibi aliquod p-
ceptibile tẽpus, sed in momento &c. ¶ Sciendũ est autẽ q. momentũ potest accipi uel pro ipso instãti tẽpo-
ris, quod dicitur nũc: uel pro aliquo tẽpore imperceptibili: tamẽ utroq. modo potest accipi hoc rẽfẽrendo
illud ad diuersa, quia si nõ referimus hoc ad collectionẽ puluerũ [quæ fiet ministerio angelorũ.] tũc momẽ-
tũ accipitur pro tẽpore imperceptibili. Cum enim in collectione illorũ puluerũ sit mutatio de loco ad lo-
cum, oportet q. sit ibi tẽpus aliquod. Si autẽ referamus ad reuentionẽ corporum & pro vnione anima, quæ
omnia fiẽt à deo, tũc momentũ accipitur pro instãti tẽporis, quia deus in instãti vnit animam corpori & vi-
uificat corpus. Potest etiã hoc q. dicit, in ictu oculi ad utrũq. referri, quia si in ictu oculi intelligitur tantũ
apertio palpebrarũ [quæ fit in tẽpore perceptibili] tũc refertur ad collectionẽ puluerũ. Si uerò in ictu oculi
intelligitur ipse subitus cõruitus oculi & qui fit in instãti, tũc refertur ad vnionẽ ad corpus. ¶ Cõsequenter
cum dicit [In nouissima tuba.] Ostendit ordinẽ resurrectionis quãtũ ad causam immediatã. Et ista tuba est
uox illa Christi, de qua Matth. 25. dicitur, Media nocte clamor factus est. Ioã. 5. Audiẽt uocẽ filij dei, & qui
audierint &c. Vel ipsa presentia Christi manifesta mũdo secundũ q. dicit Grego. Tuba nihil aliud esse de-
signat quàm presentia Christi mũdo manifestatã, quæ dicitur tuba propter manifestationẽ: quia omnibus
erit manifesta. Et hoc modo accipitur tuba. Matt. 6. Cum facis elemosinã noli tuba canere ante te. Item
dicitur tuba propter officiũ tubæ quod erat ad quatuor, ut dicitur Num. 10. f. ad uocãdũ cõsiliũ & hoc erit
in resurrectione, quia tũc cõuocabit ad cõsiliũ. i. ad iudiciũ. Esa. 3. Dominus ad iudiciũ ueniet, &c. ad solẽ-
nizandũ festũ. Psal. Buccinate in neomenia tuba. Sic & in resurrectione. Esa. 33. Respice Syon ciuitatem so-
lẽnitatis nostræ. Ad pugnã & hoc in resurrectione. Sap. 5. Pugnabit pro illo &c. Esa. 30. In cytharis & tym-
panis &c. Ad mouendũ castra, sic & in resurrectione. Quidã eũdo ad paradysum, quidã eũdo ad infernum.
Matt. 25. Ibũt qui bona fecerũt in uitã æternã, qui uerò mala in ignẽ æternũ. ¶ Cõsequenter cũ dicit, [Canet
enim tuba &c.] Ponit progressum effectus à causa prædicta. Et circa hoc duo facit. Primò enim ponit pro-
gressum effectus. Secundò necessitatem huius assignat, ibi [Oportet enim mortale &c.] Progressus effectus
est, quia statim ad sonitũ tubæ sequetur effectus. Quia mortui &c. ps. Dabit uoci suæ uocẽ uirtutis &c. Po-
nit autẽ duplicẽ effectũ. Vnus est cõmunis, quia mortui resurgẽt incorrupti. i. integri sine aliqua diminutio-
ne mẽbrorũ. Quod quidẽ est cõmune omnibus, quia in resurrectione est cõmune omne quod pertinet ad
reparationẽ naturæ, quia omnes habet cõmunionem cum Christo in natura. Et licet August. relinquat sub
dubio utrũ deformitates remaneãt in dãnatis, ego tamẽ credo q. quicquid pertinet ad reparationẽ naturæ
totũ cõfertur eis: sed quod pertinet ad gratiã, solũ electis cõfertur. Et ideo omnes resurgẽt incorrupti. i. in-
tegrĩ, etiã damnati. Hieronymus autẽ exponit incorrupti. i. in statu incorruptionis, ut. f. ulterius post resur-
rectionẽ nõ corrũpantur, quia isti ad beatitudinẽ æternã ibũt, mali uerò ad pœnã æternã. Dan. 12. Multi de
p iij

Resoluit factũ
tam resurre-
ctionem decla-
rans modũ,
& ordinẽ
ipsius.

Error Lactan-
tij excluditur
duplex.

Presentia
Christi dici-
tur tuba iud-
cij propter tu-
bæ officium
quod erit quæ
duplex.

terre puluere cuigilabit. Alius effectus est proprius. i. Apostoloru tati, quia nos immutabimur. f. Apostoli & no solu erimus incorrupti, sed etia immutabimur. f. de statu miseria ad statu gloria, quia seminatur ani male, surgit aut spirituale. Et secundu huc modu exponedi apparet q melior est litera illa qua dicit, Oes quidē resurgemus, sed no omnes immutabimur, q illa qua habet, Omnes immutabimur, quia licet omnes resurgēt, tamē soli sancti & electi immutabuntur. Possēt tamē etia secundū illos qui habēt, Nō omnes quidem morimur, sed omnes immutabimur, legi sic, Mortui resurgent incorrupti. i. ad statu incorruptionis ad incorruptionem. Et videtur consonare iis qua dicit primae Theff. 4. Nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis &c. vt sicut & ibi & hic connumeret se viuus.

LECTIO 9.

Infert diuersi- tatem quali- tatis corporu resurgentiu ad seipia ante resurrectionē, ex hoc inferē- do absorptam mortem & declarando exultationē qua exulta- bunt sancti in morte: & tandem in fide confir- mat: ad bonū inducit: vitiū spem & labo- rem non esse vniū demon- strat.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere domini, semper scientes quod labor vester non est inanis in domino.

Hic Apostolus ponit necessitatē effectus resurrectionis ab ipsa causa progrediētis. Et circa hoc duo ponit correspondētia duobus qua posuerat in progressu effectū ab ipsa causa. Primū fuit generale omniū, q mortui resurgēt incorrupti. Et ideo primū quātū ad hoc dicit, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē. Secundū fuit speciale Apostolis & bonis. f. Et nos immutabimur, & ideo secundū quātū ad hoc dicit, Et mortale hoc induere immortalitatem: quia enī corruptibile opponitur incorruptibili, & in statu presentis vitę subiicimur corruptioni. Ideo dicit q cū resurgemus, oportet hoc corruptibile &c. Necessitate, f. cōgruētia. Et hoc propter tria. Primū propter cōpletionē humanę naturę. Nā sicut etiā dicit Augustinus, Anima quādiu est separata à corpore est imperfecta, nō habēs perfectionē suę naturę, & ideo nō est in tā beatitudine separata existens, in quanta erit corpori vnita in resurrectione. Vt ergo perfruatur beatitudine pfecta, oportet corruptibile hoc. i. corpus induere vt ornamētū, incorruptionē, vt vltierus aliquatenus nō ledatur mortale. Secundū propter exigētia diuinę iustitię, vt. scilicet qui bona fecerūt seu mala in corpore, pēmiētur vel puniātur, etiā in ipsis corporibus. Tertiū, ppter cōformitatē mēbrorū ad caput: vt sicut Christus resurrexit à mortuis p gloriā patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Ro. 6. ¶ Notandū autem q ipsam incorruptionē seu immortalitē assimilat vestimēto, cū dicit, induere: vestimētū enim adest vestitō, & abest manente eadem numero substantia vestiti. vt per hoc ostēdat q corpora eadē numero resurgāt: & iidē homines iidē numero erūt in statu incorruptionis & immortalitatis, in quo sūt modo. Vnde ex hoc excluditur error dicētium, q corpora nō resurgēt eadē numero. Vnde signatē dicit, Oportet corruptibile hoc. f. corpus. Nam anima nō est corruptibilis. ¶ Excluditur etiā error dicētium q corpora glorificata non erūt eadē cū istis, sed cęlestia & de isto modo simile habetur secūda Cor. 5. Nā in hoc ingemiscimus &c. Esa. 52. Induere vestimētis glorię tuę. Iob. 40. Circūda tibi decorem &c. ¶ Sed cōtra hoc est quia videtur impossibile q corruptibile hoc induat incorruptionē. i. q corpora resurgant eadē numero: quia impossibile est ea quę differūt genere vel specie esse eadē numero: sed corruptibile & incorruptibile nō solū differūt specie, sed genere. Ergo impossibile est q corpora resurgentiū sint incorruptibilia & remaneant eadē numero. Præterea Philosophus dicit q impossibile est q illa quorū substantia corruptibilis mota est, reitēgrētur eadē numero, sed specie substantia autē corporū humanorū est corruptibilis, ergo impossibile est reitēgrari eadē numero. ¶ Respondeo, dicendū est ad primū quōd vnū quodq; cōsequitur genus & specie ex sua natura & non ex aliquo intrinseco sūx naturę, & ideo dico q si resurrectio corporū futura esset ex principiis naturę corporū, impossibile esset q corpora resurgerēt eadem numero. ¶ Sed dico q incorruptio corporū resurgentiū dabitur ab alio principio quā à natura ipsorū corporū. f. à gloria animę, ex cuius beatitudine & incorruptione tota beatitudo & incorruptio corporū deriuabitur. ¶ Sicut ergo eiusdem naturę & idē numero est liberū arbitriū, modū dū est volubile ad vtrāq; partē & cū erit firmatū in fine vltimo, ita & eiusdem naturę & idem numero erit corpus quod modū est corruptibile, & tūc quādo per liberū arbitriū firmatum erit per gloriā animę, erit incorruptibile. ¶ Ad secundum dicendū q ratio Philosophi procedit contra illos qui ponebāt omnia in istis inferioribus causari ex motu corporum cęlestiū, & q reuolutis eiusdem reuolutionibus corporū superiorū, sequebantur iidem effectus numero, qui aliquādo fuerāt. Vnde dicebāt q, adhuc Plato idem numero leget Athenis & q habebit eadēmodū scholas & eadē auditores, quos habuit. Et ideo Philosophus cōtra eosdem arguit, q licet idem cælum numero & idem sol sit in eiusdem reuolutionibus, tamen effectus, qui inde proueniūt non consequuntur identitatē numero, sed specie, & hoc secundum viam naturę. Similiter dico q si corpora induerent incorruptionem & surgerent secundū viam naturę, quōd non resurgerent eadē numero, sed eadē specie. Sed cū reintegratio & resurrectio, sicut dictum est, fiant virtute diuinā, dicimus quōd corpora erunt eadem numero, cū neq; principia indiuiduaria huius hominis sint aliud, quā hęc anima & hoc corpus. In resurrectione autem redibit & anima eadē numero cū sit incorruptibilis, & hoc corpus idem numero ex eiusdem pulueribus in quibus resolutū fuit ex virtute diuinā reparatum, sic erit idem homo numero resurgens. Nec facio vim in formis intermediis, quia non pono esse aliquam aliam formam substantialem in homine nisi animam rationalem, à qua habet corpus humanum quod sit animatum natura sensibili & vegetabili, & quod sit rationale. Formę verō acēdentales nihil impediunt identitatē numeralem quam ponimus. ¶ Consequenter cū dicit[Cum autem corruptibile &c.] Confirmat quod dixerat per autoritatem. Et circa hoc duo facit. Primū ponit autoritatem. Secundū ex ea concludit tria, ibi[Vbi enim est mors &c.] Dicit ergo primū. Dixi quōd oportet corruptibile hoc induere &c. Sed cū mortale hoc induerit immortalitatem tunc. f. in futuro. Quod est contra illos qui dicunt iam resurrectionem factam. Fiet sermo qui scriptus est. f. Absorpta est &c. Hoc secundū translationem nostram nō inuenitur in aliquo libro Biblię. Si tamen inueniatur in trālatione. 70. nō est certum vnde sumptum sit. Potest tamen dici hoc esse sumptum. Esa. 26. Viuent mortui &c. Et. 25. Præcipi-

abit mortem in sempiternum. Osee 13, vbi nos habemus, Ero mors tua o mors. 70, habent, Absorpta est mors in victoria. i. propter victoriam Christi. Et ponit præteritum pro futuro propter certitudinem prophetiæ. 1. Petri. 3. Degluties mortem. &c. ¶ Consequenter cū dicit[Vbi est mors victoria tua? &c.] Concludit tria ex præmissa autoritate. Infulationem sanctorum cōtra mortem. Gratiarum actiones ad deū, ibi[Deo autem gratias,] Et ammonitionē suam Corinthiis, ibi[Itaque fratres mei, &c.] Circa primū duo facit. Primū ponit infulationē. Secundū exponit, ibi[Stimulus autem, &c.] Loquēs ergo Apostolus de victoria Christi cōtra mortē quasi in quodā speciali gaudio positus, assumit personam vitorum resurgentiū, dicens, Vbi est mors victoria tua? Hoc non inuenitur in aliquo loco sacrę scripturę, vtrum autem ex se, vel aliunde habuerit hoc Apostolus, incertū est. Si tamē aliunde accepisset, videtur accepisse de Esa. 14. Quo modo cessauit exactor, qui cuius tributum &c. Dicit ergo[Vbi est mors victoria tua? &c.] f. corruptionis victoria tua. i. potentia qua totum humanum genus prosternebas, de omnibus triumphabas. 2. Reg. 14. Omnes morimur, &c. Iob. 18. Calcet super eum quasi rex interitus, &c. ¶ ¶ Vbi est mors stimulus tuus? Quid autem sit stimulus, consequenter exponit, dicens[Stimulus autē &c.] Vnde duo ponit. Vnū p quod exponit quod dicit. Aliud per quod obiectionem excludit, ibi[Virtus peccati &c.] Sciendum est autem q stimulus mortis potest dici vel stimulus ad mortem, vel quo vitur, seu quem facit mors, sed literalis sensus est, stimulus mortis. i. stimulus ad mortem: quia homo per peccatum est impulsus & deictus ad mortē. Ro. 6. Stipendia peccati, mors, &c. ¶ Sed quia aliqui possēt obiecere q iste stimulus est remotus per legem, ideo consequenter hoc Apostolus excludit, subdens. Virtus verō. i. augmentum peccati lex. q. d. Nō est remotū peccatū p legem, immo virtus peccati lex. i. augmentum occasionaliter. f. nō q induceret ad peccatum, sed in quantum dabat occasionem peccati, & non conferebat gratiam ex qua magis accendebatur concupiscētia ad peccandū. Rom. 5. Lex subintravit vt abūderet delictum. Rom. 7. Occasione accepta, peccatum per mandatum &c. Est autem alius sensus, sed non literalis, vt stimulus mortis dicatur, quo vitur mors. Et sic per mortem intelligitur diabolus. Apo. 6. Nomen illi mors. Et sic stimulus mortis est tentatio diaboli. Et sicut totum quod dicitur de morte, exponitur de diabolo. Vt in Glosa habetur. Vel stimulus mortis. i. à morte factus. i. à carnali concupiscentia. Iac. 1. Concupiscentia cū conceperit, &c. Concupiscentia enim primū volentes allicit, sicut in intemperatis. Secundū repugnantes trahit vt in incontinentibus. Postea contendit, sed non vincit vt in continentibus. Postea debilitatur eius contentio, sicut in temperatis, & vltimo totaliter deficit sicut in beatis, quibus dicere competit. Vbi est mors, contentio, vel victoria tua? Quia ergo stimulus mortis destructus est non per legem, sed per victoriam Christi ideo deo sunt reddendę gratiarū actiones. Et hoc est quod dicit, Deo autē gratias. f. ago seu agamus, qui dedit nobis victoriā mortis & pcti per Iesum Christum, non per legē. Ioan. 16. Hęc est victoria, &c. Ro. 15. Quis me liberabit, &c. Gratia dei, &c. Nam quod impossibile &c. ¶ Consequenter cū dicit[Itaq; fratres mei &c.] Subdit ammonitionē, sicut enim dictū est pseudo Apostoli corrūpebant Corinthios negando resurrectionē. & ideo postquam iam astruxit fidē resurrectionis & per exēpla ostendit, ammonet eos q bene se habeāt ne seducantur à pseudo Apost. Et circa hoc tria facit. ¶ Primū enim eos in fide confirmat, dicens. Itaq;. f. iam ostensa resurrectione fratres mei per fidem per quam oēs sumus filij dei. Io. 1. Dedit eis potestatem, &c. Dilectissimi per charitatē qua debemus nos inuicem diligere. 1. Io. 4. Hoc mandatum habemus à Deo &c. Stabiles estote. f. in fide resurrectionis, ne recedatis à fide Ephes. 4. Non simus sicut paruuli fluctuantes &c. Et immobiles, ne. f. ab aliis seducamini. Col. 1. In fide fundati, stabiles & immobiles &c. Secundū inducit ad bona opera, dicens, Abundantes in oī ope bono semp. Galat. vltimo, Dū rēpus habemus & cetera. Prou. 3. In abundantia iustitię. Tertiū pbat eos p spem, dicens, Scientes per quod &c. Sapientię 3. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus.

Capitulum 16.

De collectis autē que sūt in sanctos, sicut ordināu in ecclesijs Galatię: ita & vos facite per vnā sabbati. Vnusquisq; vestrū dāpud se reponat recordens quod ei bene placuerit, vt non cū venero viciu collecta sūt. Cū autē presens fuero, quos ap. pbaueris, per epistolas hos mittā perferre gratiā vestrā in Hierusalē. Quod si dignu fuerit vt ego eā, mecū ibiūt. Veniā autē ad vos cū Macedoniā pertransibo, apud vos autē forsitā manebo vel etiā hyemabo vt vos me deducatis quocūq; iero, nolo enim vos modū in transitu videre. spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si dominus permiserit: permanebo autē Ephesusque ad pentecostem. Ostitium enim mihi apertum est magnū, & euidentē & aduersarij multū. ¶ Suprà per totam seriem epistolę proposuit Apostolus Corinthiis quādam doctrinam generalem, & hoc vltimo ca. proponit eis quādam specialia & familiaria. Et circa hoc duo facit. Primū monet eos quid ipsi debeant aliis facere. Secundū ostendit quid alij faciant ipsis, ibi[Salutat vos ecclesia &c.] Circa primū duo facit. Primū instruit eos de his quę debent facere ad absentes. Secundū verō de his quę debent facere ad presentes, ibi[Vigilate, & state in fide &c.] Circa primum tria facit. Primū instruit eos de his quę pertinent ad absentes pauperes sanctos qui sunt in Hierusalem. Secundū de his quę pertinent ad Apostolum, ibi[Veniam ad vos cum &c.] Tertiū de his quę pertinent ad discipulos, ibi[Si autem venerit &c.] Circa ea quę debent fieri sanctis qui erant in Hierusalem, de tribus instruit eos Apostolus. Primū qualiter elemosina sanctis faciendā sit colligendā, Secundū qualiter sit cōseruandā, ibi[Vnusquisq; autem vestrum &c.] Tertiū qualiter sit in Hierusalem transmittendā, ibi[Cū autem presens fuero, &c.] Circa primū sciendū est q sicut legitur. Act. 4. Mos erat in primitiua ecclesia vt conuersi ad fidem venderent possessiones & omnia quę habebant, & pretiū ponerent ad pedes Apostolorū, & de eis vnicuiq; [prout erat opus.] provide retur, vt sic nullus haberet ppiū, sed essent illis omnia communia. Et sicut dicitur in collationibus patrum, omnis religio ab illa sancta societate sumpsit exordium. Contingit autem vt fame perualida exorta, pauperes sancti qui erant in Hierusalem inopia maxima laborarent. Vnde factum est vt Apostoli ordinarēt ad ipsorū subuentionē quod per alias ecclesias Christi collectę fierent, & hęc cōmissio facta est Paulo & Barnabę. Gal. 2. Dederunt mihi & Barnabę, &c. & quia Apostolus super hoc sollicitus erat, monebat illos, quos conuerterat et eis subueniret, quia sicut ipse ad Ro. dicit, Iustus est vt a quib⁹ spūalia receperāt, tēporalia ministrēt. Et hoc est quod dicit, De collectis autē q sūt p ecclesias in sanctos. i. in vīū sanctorum &

Monētur Corinthij ad collectas pro ab sentibus Christi- tianis pau- peribus, & ad modū de mini- stris admittē- dū & de sup- se loquimur. Apostolus narrando sūā peregrinatio- nē, & ea que in ea est actū- rus, & que sibi sunt para- ta.

Incipit postilla doctoris angelici SANCTI THOMAE ORDINIS FRATRVM prædicatorum super secunda epistola ad Corinthios.

Ratio scribendi secundam epistolam corinthiis, prout dicitur in istis scribitur de epistola.



Ministri dei nostri dicitur vobis. Esa. 16. In his verbis cogruè tãgitur materia huius secunde epistolæ ad Corinthios. Nã in prima epistola agit Apostolus de ipsis sacramentis, sed in hac secunda agit de ministris ipsorum sacramentorũ, tã bonis, quã malis. Ratio autẽ hãc epistolã scribendi fuit, quod Corinthii post prædicationẽ eius admiserãt pseudo Apostolos, quos Apostolo p̄ferebãt. Propter hoc scribit eis hãc epistolã, in q̄ cõmẽdat Apostolos & ostendit verorum Apostolorum dignitatẽ: ostendit etiã & vituperat falsorũ Apostolorũ falsitatẽ, cõmẽdat autẽ verorum Apostolorum dignitatẽ, ex hoc q̄ sũt ministri dei. Ministri [inquit] dei dicitur vobis. f. Apostolis qui quidem dicitur ministri quantum ad tria. Primò quãtũ ad dispensationẽ sacramentorũ. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt mini. &c. Christus enim institutor est sacramentorũ, sed Apostoli & eorũ successores ea dispensant, & ideo subditur in p̄dicta autoritate, & dispensatores ministeriorũ dei. Secundò quãtũ ad gubernationẽ. In quãtũ gubernat populu dei. Sap. 6. Cũ essetis ministri nõ rectẽ iudicastis &c. Deus enim gubernat oĩa p̄ prudẽtia. Vnde quicunq; aliquid gubernat dicitur minister dei. Tertiò quãtũ ad humanã salutis operationẽ, in quãtũ. eorũ ministerio & prædicatione, hoĩes ad salutẽ cõuerfi sũt: cuius salutis solus deus est author, quia ipse est qui venit saluum facere quod perierat: Apostoli verò ministri. 1. Cor. 3, Quid ergo est Apollos? quid Paulus? ministri eius, cui credidistis &c.

Et sic ponitur tota saluatio epistolaris.

Capitulum 1.
Aulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei: & Timotheus frater ecclesie dei que est Corinthij, cũ omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia: gratia vobis, & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo.
Questio ergo ministris tractat hãc Apostolus, ostendens in hac epistola eorũ dignitatẽ etiã scribens Corinthiis. In qua quidẽ p̄mittit. Primò salutationẽ. Secundò p̄sequit epistolã, ibi [Benedictus deus &c.] In salutatione autẽ tria ponit. Primò enim describit p̄sonas salutes. Secundò personas salutatas, ibi [Ecclesia quã est, &c.] Tertiò bona optata, ibi [Gratia vobis &c.] Circa primũ, primò describitur p̄sona salutis principalis, quia Paulus. Secundò persona adiũcta, quia Timotheus. Persona salutis describitur ab humilitate, quia Paulus [qui latine dicitur modicus.] iste est ille modicus de quo El. 60. Minimus erit in mille &c. Vel à doctrina, quia Paulus dicitur os tubę. Ista est illa tuba de qua Zach. 9. Dominus in tuba canet &c. Et cõpetit quod dicitur Esa. 58. Quasi tuba exalta vocẽ tuã &c. A dignitatis autoritate, quia Apostolus, &c. Vbi tria ponuntur. Primò q̄ sit legatus. Vnde dicitur Apostolus. i. principaliter missus. Soli enim duodecim Apostoli electi missi sunt à Christo, Lu. 9. Elegit duodecim quos & Apostolos &c. Alij autẽ discipuli nõ missi sũt principaliter sed secundariò. Et inde est q̄ Apostolis succedũt episcopi qui habent speciale curã gregis domini. Alij autẽ sacerdotes succedũt 72. discipulis qui gerũt vices cõmissas sibi ab episcopis. Est ergo ei⁹ dignitas, quia Apostolus. 1. Cor. 9. Si alius nõ sum Apostolus, sed tamẽ vobis sum &c. Gal. 2. Qui operatus est Petro &c. Sed quare vocat se hãc Apostolu, dicens, Paulus Apostolus cũ in epistola ad Romanos scribat se seruũ, Ratio huius est quia Romanos reprehendit de dissensione & superbia, quã est mater dissensionis, quia iter sup bos semp iurgia sũt. Vnde vt eos reuocet à dissensioẽ, inducit eos ad humilitatẽ vocado se seruũ. Corinthij verò erãt prinaces & rebelles, & ideo vt reprimat eorũ p̄teruã, vsus est hãc noĩe dignitatis, dicens se Apostolu. Secundò ponitur cuius sit legatus, quia Iesu Christi. infra. 5. Pro Christo legatioẽ fungimur. Tertiò ponitur modus quo adeptus est legationẽ, quia nõ iniicit se vt pseudo. Hie. 23. Nõ mitteba eos & ipsi curbebãt. Non est datus populo ex diuino furore, iuxta illud Iob. 34. Qui facit regnare hypocritã &c. Osee. 12. Dabo tibi regem, sed in furore meo. Est adeptus Apostolatũ ex voluntate dei & beneplacito. Act. 9. Vas electionis est mihi iste. Et ideo dicit p̄ voluntatẽ dei. Persona autẽ adiũcta est Timotheus. Vnde dicit, Et Timotheus frater. Frater, in quã, propter fidem. Matt. 23. Omnes vos fratres estis &c. Et propter dignitatẽ, quia episcopus: & inde est q̄ papa vocat omnes episcopos fratres, Connumerat autẽ sibi Timotheum, quia cũ ipse transfisset per eos, sicut dicit in prima epistola ultimo cap. possent credere q̄ malitiosẽ retulisset Apostolo ea de quibus ipse scribit ad eos. Consequenter ponuntur personæ salutata, & primò principales: secundò adiunctæ principalibus, in hoc q̄ dicit [Ecclesie dei.] quã est totus populus fidelis tã cleri quã laici. 1. Ti. 3. Vt scias quomodo oporteat te cõuersari [Quã est Corinthij.] quia Corinthus erat metropolis Achaia. Sed adiũctæ p̄sonæ sunt oēs sancti, qui sunt vnus sp̄s sancti gratia renati. 1. Cor. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati &c. Qui sunt in Achaia, cuius Metropolis est Corinth⁹. Istis autem personis salutatis optat Apostolus bona. Vnde dicit, Gratia vobis &c. Et circa hoc duo facit. Primò ponit ipsa bona. Secundò ipsorũ actõrẽ, ibi [A deo patre &c.] Ponit autẽ ista duo extrema bona, vt in eis intelligãtur media. Primò em̄ bonũ est gratia quã est principiu omnĩ bonorũ. Nã ante gratiã nihil est nisi diminutum in nobis. Vltimum autẽ omĩ bonorũ est pax, quia pax est generalis finis mentis. Nã qualitercũq; pax accipiatur, habet rationẽ finis & in gloria aeterna & in regimine, & in cõuersatione finis est pax. ps. Qui posuit fines tuos pacem. Quis autẽ sit actor horũ bonorũ ostendit, subdẽs, A deo patre &c. Et hãc duo possunt dupliciter distingui, quia cum dicit a deo patre, potest intelligi pro tota trinitate. Nam licet persona patris dicatur pater Christi per naturã, tamẽ tota trinitas est pater noster per creationẽ & gubernationẽ. Esa. 63. Et nũc dñe pater noster es tu. Hie. 3. Patrem vocabis me. A deo ergo patre nostro. i. à tota trinitate proueniunt bona. Matth. 7. Si vos cũ sitis mali &c. Sed si de⁹ pater noster accipiat p̄ tota trinitate quare additur persona filij, cũ dicit. Et dño Iesu Christo, nunquid est alia persona à trinitate? Dicendum quod additur nõ propter aliã personam, sed propter aliã naturã, scilicet humanitatis assumptã: ad filio in personã diuinã: quã quidẽ trinitati cõnumerat quia omnia bona proueniunt nobis à trinitate per incarnationẽ Christi. Et primò gratia. Ioan. 1. Gratia &

Apostolis succedunt episcopi & 72. discipulis succedunt alij sacerdotes.

veritas &c. Secundò pax. Epha. 2. Ipse est pax nostra &c. Item cum dicit. A deo patre nostro. Potest intelligi persona patris solũ, & licet tota trinitas sit pater noster vt dictũ est, tamẽ persona patris est pater noster per appropriationem, & sic hoc, quod dicit. Et domino Iesu Christo, intelligitur de persona filij. De persona autẽ spiritus sancti nõ fit hãc mētio, quia sicut dicit Augustinus, Cum sit nexus patris & filij, vbicunq; ponitur persona patris, & persona filij, intelligitur persona spiritus sancti. Lectio 11.

Benedictus deus pater & domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus, & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationem, qua exhortamur, & ipsi à deo: quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.

Hic incipit epistolã in qua Apostolus duo facit, Primò enim excusat se de eo q̄ nõ iuerat ad eos sicut promiserat. Secundò prosequitur intentionem suam cap. 3. ibi [Incipimus iterum &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit excusationẽ de mora. Secundò morã assignat causam, secundo cap. ibi [Statui autem &c.] Circa primum duo facit. Primò enim reddit eos beniuolos. Secundò excusationem ponit. ibi [Et hac confidentia &c.] Circa primum duo facit. Primò captat eorum beniuolentiam recitando quãdã in generali. Secundò quãdam in speciali, ibi [Non enim &c.] Beniuolentiam autem eorum captat Apostolus ostendendo q̄ quicquid facit, totum facit ad eorum vtilitatẽ. Et circa hoc duo facit. Primò p̄mittit vtilitatẽ quã ex ipso alius prouenit, Secundò rationẽ eorum assignat, ibi [Quoniam sicut abundat &c.] Circa primum tria facit. Primò enim ponitur gratiarum actio. Secundò actionis gratiarum modus, ibi [Qui consolatur &c.] Tertiò causa, ibi [Vt possimus & ipsi consolari.] Agit ergo gratias toti trinitati à qua prouenit omne bonum, Et ideo dicit, Benedictus deus. ita trinitas. Item personã patris, cum dicit. Et pater dñi nostri Iesu Christi, per quem Christum pater nobis omnia donauit. Sed sciendum q̄ nos benedicimus deum, & deus benedicit nobis, sed aliter, & aliter. Nam dicere dei, est facere. ps. Dixit & facta sunt. Vnde benedicere dei est bonum facere, & bonum infundere: & sic habet rationẽ causalitatis, & Gen. 1. & 22. Benedicens benedicti tibi &c. Dicere autem nostrum nõ est causale sed recognoscitiuũ seu expressiuum. Vnde benedicere nostrũ, idem est, q̄ bonum recognoscere. Cũ ergo gratias agimus deo, benedicimus sibi. i. recognoscimus eũ bonum & datorẽ omĩ bonorũ. Tob. 12. Benedicite deum cæli &c. Dani. 3. Benedicite omnia opera &c. Rectẽ ergo gratias agit patri, quia misericors est. Vnde dicit pater misericordiarũ. Et quia consolator. Vnde dicit, Et deus totius consolationis. Et agit gratias de duobus quibus homines maximẽ indigent. Primò enim indigent vt auferantur ab eis mala: & hoc facit misericordia, quã auferit miseriam: & miserere est propriũ patri. ps. Quomodo miseretur pater filiorum &c. Secundò indigent vt sustententur in malis quã adueniũt. Et illud est propriũ consolari, quia nisi homo haberet aliquid in quo quiesceret cor eius quãdo supueniũt mala, nõ subsisteret. Tunc ergo aliquis cõsolatur aliqũe, quãdo affert ei aliquid refrigeriũ in quo quiescat in malis. Et licet in aliquibus malis homo possit in aliquo consolari & quiescere & sustentari, tamẽ solus deus est qui nos cõsolatur in omnibus malis. & ideo dicit, Deus totius consolationis, quia si peccas, consolatur te deus, quia ipse misericors est. Si affligeris, cõsolatur te, vel eruedo ab afflictioẽ per potẽtiã suã, vel iudicãdo per iustitiã. Si laboras, cõsolatur te remunerãdo. Gen. 15. Ego merces tua &c. Et ideo dicitur Mat. 7. Beati q̄ lugẽt &c. Materiam autẽ gratiarũ actiois subdit, dicens, Qui cõsolatur. &c. q. d. Ideo benedict⁹, quã cõsolatur nos in oĩ tribulatione, infra. 7. Qui cõsolatur &c. Causã autẽ huius ponit cum dicit. Vt possimus & ipsi cõsolari. Vbi notãdũ est q̄ i donis diuinis est ordo. Ad hoc em̄ de⁹ dat aliquib⁹ specialia dona, vt ipsi effundant illa in vtilitatẽ aliorũ. Nõ em̄ dat lumẽ soli vt sibi soli luceat, sed vt toti mũdo. Vnde vult quod de oĩb⁹ bonis nostris, siue sint diuitiã, siue potẽtia, siue scientia, siue sapiẽtia accrescat aliqua vtilitas aliis. 1. Pet. 4. Vniuscuiq; gratiã quã accepit &c. Hoc est ergo quod Apostolus dicit, Consolatur nos in oĩ tribulatione. Sed quare, nõ vt solum nobis hoc sit ad bonũ, sed vt etiã aliis p̄sit. Vnde dicit, Vt possimus & ipsi cõsolari eos &c. possimus per exẽplũ cõsolationis nostrẽ. Qui em̄ nõ est consolatus, nescit cõsolari. Eccle. 33. Qui non est tentatus, qualia scit quã sunt in omni. i. in qualibet pressura: Esa. 61. Spiritus domini misit me &c. vt cõsolarer oēs lugẽtes &c. Eccl. 48. Consolatus est lugẽtes &c. Possimus, dico consolari per exhortationẽ ad tolerantiã passionũ, promittẽdo premia aeterna, quã. c. exhortamur vos per scripturas & in aeternas inspirationes vt paciẽter sustineam⁹, & alios exhortemur exẽplo nostro & p̄ ipsas scripturas. 1. Cor. 11. Ego em̄ accepi à domino &c. Esa. 48. Quã audiui à domino &c. Posita vtilitate quã ex Apostolis aliis prouenit dicitõrũ consequenter rationem assignat, dicens [Quoniam sicut abundant &c.] Et quia duo dixerat. f. q̄ deus consolatur nos in omni tribulatione & q̄ possimus & ipsi &c. Hic rationẽ horum duorum exponit, & primò ostendit quomodo deus consolatur nos in omni tribulatione. Secundò quomodo cõsolatio nostra conuertitur in consolationem aliorũ, ibi [Siue autem tribulamur &c.] Dicit ergo rectẽ dico q̄ consolatur nos in omni tribulatione nostra, quia secundũ q̄ abundant passiones Christi in nobis, & dicit Christi. i. inchoatã à Christo. Eze. 9. A sanctuario meo incipite. In Christo em̄ inceperũt passiones pro peccatis nostris, quia ipse peccata nostra pertulit in corpe suo super lignum. 1. Pe. 2. Deinde per Apostolos qui dicebãt Mortificamur tota die, Psal. &c. Deinde per martyres qui secti sunt, tentati sunt &c. Hab. 11. Vltimo ipsi peccatores pro suis peccatis patienter irã domini portabunt, quia peccauerunt ei. Vel passiones Christi. i. quas sustinemus propter Christũ. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes &c. & Psal. Propter te mortificamur &c. Sicut, inquam huiusmodi passiones abundant, sic abundat per Christum consolatio nostra Psal. Secundum multitudinem dolorum, &c.

Sue autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur p̄ vestra exhortatione & salute que operatur tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur, vt spes vestra firma sit pro vobis scientes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Non enim volumus ignorare vos fratres, in aduersis in de tribulatione nostra que facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt tederet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobis ipsi: responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in deo qui suscitauit mortuos qui de tantis periculis non eripuit & eruit, in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet adiuantibus nobis in

Cor. captat beniuolentiã, ostendit se omnian bonũ eorũ, facere: as signando vtilitatẽ que ex ipso prouenit aliis, cum ratione.

Differẽtia inter benedicere quo deus nos benedicit & quo nos deum aut nos benedicimus.

Ostenditur cadere in bonũ Corinthiõ tribulatio nẽ Apostolo vñ, eorundem cõsolationẽ exhortationem: que ac ostenditur eorũ p̄tibiã habitã in aduersis in exemplũ p̄tibiã Corinthiorum.

postmodum in secunda epistola, quā nos habemus primā, scribit eis q̄ primò iret in Macedonia, & postmodum iret in Corinthum. Quia ergo videtur secundum hoc contrarium primā promissioni, Apostolus excusat se modò de hoc. Ponens primò ipsam promissionem primò factam, & ideo dicit, & hac cōfidentia, q̄ d. vos scitis puritatē & sinceritatem meam, & estis testes mei & gloria mea, ideo in hac cōfidentia, i. in hoc cōfessus, quia per alterutrum glorificari speramus, volui primò venire ad vos, vt secundā gratiā haberetis, quia secunda vīstatio & cōfirmatio in fide, dicitur secunda gratia respectu conuersionis, quam primò habuerunt ministerio & prädicatione ipsius, & per vos tranire in Macedonia, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Iste est ordo primæ promissionis, sed in precedenti epistola est ordo contrarius, sicut dictum est. Consequenter huius mutationis accusationem qua accusabant eū Corinthij ponit sub quæstione, dicēs. Cum ergo hoc voluissem, &c. Duo imponebat ei ex hoc, leuitatē, quia mutauerat propositū. Eccl. 2. 7. Stultus vt luna mutatur. Et carnalitatem, quia visum erat eis quòd ex aliquo carnali & humano affectu hoc fecisset. Vnde hæc duo tangit & primò leuitatem, vnde dicit, Nūquid leuitate vsus sum, si non feci quod aliquando volui. Abstr. Heiter. 16. Nec putare debetis si diuersa tubercula ex animi leuitate venire. P. al. In populo graui. &c. Secūdo tēgit carnalitatem cum dicit. Aut nūquid ea que cogito facienda vel dimitrenda secundū carnem cogito. i. secundū aliquem carnalem affectū. Vt sit apud me, est & nō. i. affirmatio & negatio, infra. 10. Arbitratur nos tanq̄ secundū carnem ambulemus. Iac. 1. Vir duplex aō, &c. Exposita eorū accusatione, cōsequenter excusat se, dicens, Fidelis aut̄ deus, &c. & circa hoc duo facit. Primò insinuat se nō fuisse mentitū. Secūdo ostēdit modū quomodo nō fuit mētītus, ibi. Qui aut̄ cōfirmat, &c. Quòd aut̄ non fuerit mētītus, excusat se dupliciter. s. ex consuetudine, & ex causa. Ex cōsuetudine quidē, quia nō debet credi q̄ aliquis de facili mētīatur, qui nunq̄ inuentus est mendax, & secūdo hęc expositionē fidelis deus, &c. accipitur in vi iuramenti, quasi testis sit mihi deus quòd sermo meus. s. prädicationis qui fuit apud vos, nō est in illo, est & nō. i. nō est in illo falsitas. Deut. 3. 2. Deus fidelis & absq̄ vlla &c. Si aut̄ sumatur fidelis deus, &c. pro veritate diuinę promissionis, tūc est sensus. Fidelis est deus. i. seruat promissā suā. Promiserat aut̄ mittere ad vos prädicatores veritatis. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor. &c. Et ideo cum sum missus ab eo sermo noster qui fuit, &c. sicut supra. Ex causa excusat se cū dicit, Dei enī filius, & hoc dupliciter. s. motiua & efficiēte, ibi. Qui aut̄ cōfirmat, &c. Causa aut̄ motiua ad non mentitū est, quia qui assumit aliquod officium, naturaliter mouetur ad ea quę congruunt illi officio, & nō ad cōtraria. Sed constat quòd officiū Apostolicū est prädicare veritatē. Nō ergo mouetur ad contrarium veritatis, quod est mentiri, Et circa hoc tria facit. Primò probat veritatē dicti sui per dictū Christi. Secūdo veritatē Christi per dictum dei, ibi. Quotquot autē, &c. Tertio cōcludit suum propositum, ibi. Ideo & per ipsum, &c. Dicit ergo primò, dico q̄ dicta nostra debēt reputari vera, & vera sunt quia prädicaui Christum in quo non fuit aliqua falsitas, & hoc est quod dicit, Dei enim filius Christus qui est prädicatus per nos in vobis: per me. s. principaliter, & Syllanum secūdariō. Iste est Syllas de quo habetur. Act. 18. & Timotheus de quo supra. Isti enim duo fuerunt cū Apostolo, quādo primò conuertit eos. In illo. s. filio dei nō fuit, est & non. i. falsitas, vel nō fecit quod non cōuenit. Sed fuit in illo est. i. veritas, nā verum & ens cōuertuntur. Io. 1. 4. Ego sum via veritas, & vita. Sed quia posset videri dubium hoc quod dicit q̄ in Christo non fuit falsitas, ideo statim hoc probat, subdens, Quotquot autē, &c. & probat hoc modo. Cōstat quòd in illo quod est manifestatiū diuinę veritatis nō potest esse falsitas, filius dei venit ad manifestandū diuinā veritatē in promissionibus à deo factis cōplendis per ipsum, ergo in ipso nō est falsitas. Et hoc est quod dicit, Nō est in filio dei, est & nō. sed, est, quia quotquot p̄missiones dei. s. sunt factę hominibus in illo. i. in Christo, est. i. in Christo verificantur & complentur, Rom. 15. Dico Iesum Christum ministrū fuisse, &c. Ad cōfirmandas &c. Ex his ergo cōcludit, q̄ postq̄ dicta sua vera sunt, quia prädicat filium dei in quo est veritas, ideo & per ipsum. s. Christum dicimus. Amen deo. i. verum. Apocal. 1. Hęc dicit, amē testis fidelis, &c. Esa. 65. Qui benedictus est in terra, benediceret in deo amen. &c. Et istā veritatē dicimus deo. i. ad honorē dei. s. manifestantes eius veritatem & gloriā nostrā, quia gloria nostra est cōuersio vestra, vel gloriā vestrā, quia gloria nostra est ostēdere & prädicare verbū dei. Consequenter cum dicit, Qui autē confirmat nos &c. Probat Apostolus q̄ nō est mentitus per causam efficiētem sic. licet enim homo ex libero arbitrio possit vti lingua sua ad verū vel ad falsum loquendū, nihilominus tamen deus potest confirmare hominem sicut vero, vt non nisi vera loquatur. Si ergo deus aliquē cōfirmaret in vero, manifestū est q̄ non diceret falsum, sed deus confirmat nos in veritate, ergo &c. Et ideo dicit q̄ deus est qui confirmat vos nobiscum in Christo. i. in vera prädicatione Christi. q̄. d. si Christus esset extra nos, possemus mentiri, sed ex quo est nobiscū & nos sumus in Christo, non mentimur. p̄. Ego confirmauimus columnas eius, &c. Sumus ergo in Christo dupliciter, s. per gratiam & per gloriam. Per gratiam quidem sumus in quantum vncti sumus spiritu sancti gratia, & effecti sumus membra Christi & iuncti sibi, quia etiam gratia Christus vnctus est secundum quod homo. p̄. Vnxit te deus, &c. Et ex plenitudine istius vnctionis redundauit in omnes suos, sicut vnguentū in capite, scilicet Christo, quod defēdit. &c. Et ideo dicit quòd vnxit nos deus, vnxit, in quā, in reges & sacerdotes. Apo. 5. Fecisti nos deo, &c. 1. Pe. 2. Vos autem genus electum, &c. Vnionem autem quę est per gloriam non habemus in re, sed in spe certa, in quantum habemus firmam spem vitę æternę. Et habemus duplicem certitudinem spei huius vnionis consequenda. Vna est per signum, alia per pignus. Per signū euidentē, quia fidei. Vnde dicit, Signauit nos signo fidei Christi. Item signum crucis. Ezech. 9. Signa thau. i. signum crucis. Apoc. 7. Quoad usq̄; signemus seruos dei nostri &c. Et hoc per spiritū sanctum. Ro. 8. Si quis spiritū Christi non habet, &c. Et ideo speciale & certum signum est vitę æternę consequendę configurari Christo. Can. 8. Pone me vt signaculum, &c. Vel signauit signo vitę: per pignus verò maximum, quia spiritus sancti, & ideo dicit, Dedit pignus spiritus in cordibus nostris. De quo certum est q̄ nullus potest eum accipere à nobis. Sed nota in pignore duo sunt consideranda. s. q̄ faciat spē habendę rei, & quòd valeat tantum, quantum valet res vel plus. & hæc duo sunt in spiritu sancto, quia si consideremus substantiā spiritus sancti, sic valet tantum spiritus sanctus quantum vita æterna quę est ipse deus, quia. s. valet quantum omnes

tres persona. Si verò cōsideretur modus habēdi, sic facit spem, & nō possessionē vitę æternę, quia nō dum perfectē habemus ipsum in vita ista. Et ideo nō perfectē beati sumus, nisi quādo perfectē habebimus in patria. Eph. 1. Signari estis spiritu. Consequenter cum dicit, Ego autem testis, &c. Excusat se de eo q̄ non venit: & hoc per iuramentum quod maius est. Et circa hoc tria facit. Primò ponit suā excusationē. Secūdo respōdet tacitę quæstioni, ibi. Nō quia dominamur. Tertio exponit quod dicit, ibi. Nā fidei status. Excusat se autē per iuramentum duplex. Vnū attestationis, cū dicit, Ego autē testem deū inuoco. Aliud est execrationis cū dicit, In animā meam. i. contra animā meā. Ro. 1. Testis est mihi deus &c. Testis, in quā, inuoco deum: quia nō veni vltra. i. post primā vicem, vel postq̄ discessi à vobis, & hoc feci parcens vobis. s. quia ipse sciebat eos incorrigibiles. Vn si iuisset tūc aut puniisset, & sic fortē recessissent totaliter à fide: aut nō puniisset, & sic dedisset occasionem magis peccādi. Sed quia aliquis posset dicere, quare dicis, parcēs vobis. Nunquid dominus noster estis? Ideo cōsequēter hoc remouet, dicēs, Nō dico, quia dominamur fidei vestrę: sed adiutor, &c. q̄. d. nō dico hoc, vt dominus, sed vt coadiutor. 1. Pet. 5. Nō enim dominātes in cleris, &c. Adiu tor, in quā, gaudij vestri vel emedationis vestrę. Quare autē dicat, fidei vestrę, exponit consequēter, dicēs, Nam fidei status. i. status in gratia ista Christi per fidem. Cap. 2.

*S*tatim autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. si enim ego contristo vos, quis est qui me letificet, nisi qui contristat ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis, vt non cum venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis, quia gaudium meum omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt contristemini, sed vt sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis.

Apostolus supra posuit excusationē in generali de mora eundi ad Corinthios, hęc verò insinuat causam rāta mora, & quomodo eis pepercit. Circa hoc autē duo facit. Primò enim insinuat vnā causam dilationis fuisse, ne in aduētū suo tristitiā inferret eis. Secūdo ostēdit aliā causam fuisse, ne fructus quē apud alios sperabat & inceperat facere, impediretur, ibi. Cum venissem autē, &c. Circa primū duo facit. Primò ostendit causam dilationis esse in cōmuni, ne tristitiā inferret. Secūdo loquitur in speciali de quodā qui eū cōtristauerat, ibi. Si quis autē contristauit me. Circa primū tria facit. Primò assignat rationē quare venire distulit. Secūdo causam dicti assignat. Si enim ego cōtristatus, &c. Tertio manifestat quare dicit, ibi. Nā ex multa tribula. Dicit ergo, dixi q̄ non veni ad vos parcēs vobis, in hoc. s. quia nolui vos cōtristare, & ideo statui. i. firmiter disposui hoc ipse apud me, quod p̄posui, cū aliā epistolā misi. Eccl. 37. Ante omnia verbū verum, &c. Ne iterū. i. alia vice in tristitia venire ad vos. i. vos contristē. Et ratio quare noluit eos cōtristare, est illa quā dñs noluit ieiunare discipulos suos. s. ad hoc vt amore & nō timore afficerētur ad Christū, & iūgerētur sibi. Voluit em̄ eos dñs firmare & nutrire in fide i. oī dulcedine & desiderio cordis, & sic firmati ex amore nō de facili euellerētur p̄pter tribulationes, quia aqua multa nō potuerūt extinguere charitatē. Can. 8. Si militet Apo. nō vult eos p̄pter hoc cōtristare. Rationē huius dicti. s. q̄ nō vult eos cōtristare, assignat cū dicit, Si enim ego cōtristo, &c. Et circa hoc duo facit. Primò assignat cām quare noluit eos cōtristare. Secūdo manifestat quare hoc significauit, ibi. Et hoc ipsum scripsi. Dicit ergo, Ratio quare nolui in tristitia venire, est, quia tristitia vestra redudat in tristitiā meā, & de cōsolatione vestra gaudeo, & solū vos cōsolamini me cū sum apud vos: vñ si venirē & cōtristatē vos, ego ex tristitia vestra tristarer, & sic nullus esset qui latificaret me inter vos qui cōtristamini ex me, quia cōtristatus nō de facili aliū cōsolatur. Pro. 10. Filius sapiens, &c. Pro. 29. Vir qui amat sapiētīā, &c. Vel aliter est duplex tristitia. Vna secūdū mūdū: alia secūdū deū, quę penitentiā in salutē operatur. Apo. nō loquitur de prima, sed de secūda. Et dicit ex hoc ipso ego cōsolabor si cōtristo vos. i. si increpādo reduco ad penitentiā: sed si venirē, & viderē vos nō penitere de peccatis: tunc nullā cōsolationē haberē, quia nullus cōtristatur & penitet ex me. i. mea correptione & increpatione. Causa autē quare hoc scribo vobis, est, vt ita disponatis vos, q̄ quādo venero nō habeā tristitiā de eo q̄ viderim vos incorreptos: super tristitiā quā habui. qñ audiui vos peccasse. Et circa hoc duo facit. Primò ponit ammonitiōnē. Secūdo spē de impletione ammonitiōnis ostēdit, ibi. Cōfidens, &c. Ammonitio est ita. Ideo scripsi vobis hoc. s. q̄ tristis de peccato vestro cōmissio. 2. Pe. 1. Iniquis operibus animā iusti cruciabat, &c. Vt pareatis & disponatis vos corrigēdo: vt cū venero ad vos non habeā tristitiā de peccatis: de quibus. s. vobis oportuerat me gaudere. i. debebāt latari, & nō cōtristari. s. de p̄sentia vestra. Lu. 15. Gaudiū est angelis dei, &c. Quale autē spē habeat de impletione suę ammonitiōnis, subdit dicēs. Cōfidēs, &c. q̄. d. hęc fiduciā habeo de vobis valiter disponi vos, vt cū venero oēs detis mihi materiam gaudij, & hoc debetis libenter facere, quia gaudiū meū, &c. i. cædit ad gaudiū vestrū, vel est p̄pter gaudiū vestrū quod habetis de recuperatiōe gratię. 1. Ti. 2. Quod est gaudiū meū, &c. Ro. 12. Gaudete cum gaudētibus, &c. Sed quia posset aliquis dubitare de hoc quod dicit, Ne cū venero tristitiā super tristitiā habeā: & q̄tere quā tristitiā habuit de eis, ideo consequēter hoc exponit, dicēs, Nā ex multa tribulatione, &c. Et circa hoc duo facit. Primò manifestat tristitiā iam dudū habitā. Secūdo respōdet cuidā tacitę quæstioni, ibi. Non vt cōtristemini, &c. Dicit ergo primò quia haberem tristitiā si nō inuenirem vos correctos sup̄ tristitiā quam habui quādo peccastis, & oportuit me cōtristare vos redarguēdo durē. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi primā epistolam per multas lachrymas, quas fudi pro vobis iam mortuis per peccatū. He. 9. Quis dabit capiti meo aquas, &c. Eccl. 2. 2. Cōfusio est patri de filio indisciplinato. Esa. 57. Iustus perit & non est qui recogitet, &c. Scien dū est autem q̄ duo ponit ad exaggerationē tristitię: tribulationē. s. & angustiam: quia vnū additū alteri aggrauat tristitiā. Nam aliquādo quis tribulatur, sed sine angustia, tunc. s. quādo aliqua aduersitate quasi acutissimo tribulo pungitur, & tamen videt sibi patere vias euadēdi, quia si non pateat, tribulationi angustia iungitur. Dicit ergo, Ex multa tribulatione, qua pungebat de malo vestri & angustia cordis, quia non videbam vnde de facili posset poni remediū. Scripsi, & cę. Psa. Tribulatio & angustia inuenierunt me. Sed quia posset dicere. O Apostole etiam hæc scribis nobis vt tristemur, & ideo hoc remouet, dicēs, Nō vt cōtristemini. s. scribo vobis illa, sed vt sciatis quam charitatē habeam in vobis. Duo enim sunt signa dilectiōis. s. quòd gaudeat quis de bono alterius, & tristetur de malo eius: & hæc ego habeo ad vos: infra 5.

Charitas Christi vrget nos [Abundantius.] quam credatis, vel abundantius quam ad alios. Lectio 2.
 Si quis autem contristauit me, non me contristauit: sed ex parte ut non operem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est ob-
 iurgatio hac qua fit à pluribus: ita ut e contrario magis donetis & consolamini, ne forte abundantiori tristitia absorbeat
 qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illum charitatem. Ideo enim, & scripsi vobis ut cognoscam expe-
 rimentum vestrum, an in omnibus obediētes sitis: cui autem aliquid donastis, ego. Nam & ego quod donauit, siquid do-
 nauit, propter vos in persona Christi, ut non circumueniamur à sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius.
 Postquam Apost. insinuat causam dilationis, ne. l. tristitia inferret, & de eius contritione tractauit, hic cose-
 quēter tractat de cōtristate. Et circa hoc tria facit. Primò enim exaggerat culpā contristatis. Secūdo penā
 eius p culpa inflicta, ibi [Sufficit illi, &c.] Tertio hortatur eos habere misericordiā ad cōtristatē, ibi [Ita &
 ecōtrario, &c.] Dicit ergo primò, Scripsi vobis p multas lachrymas quas fudi propter tristitia cōceptam, &
 ppter penā infligēdam peccati. Sed si quis cōtristauit me, ille, s. fornicarius: de quo dicitur 1. Cor. 5. Omni
 no auditur inter vos fornicatio, &c. Iste, inq̄, & si cōtristauit nō cōtristauit me, sed ex parte. i. nō cōtristauit
 me. s. solūm, sed vos & nos. Non oēs, sed ex parte. Et hoc dico nō vt onerē vos oēs. i. vt vobis hoc omnibus
 nō imponā derisorie loquēdo. q. d. non ita elitis boni & diligitis me, q. pro tristitia mea & p peccato fratris
 oēs doleatis. Vel vt onerē omnes vos, nō tātūm illos qui nō doluerūt de peccato. Vel aliter dicēdum & me-
 lius, Nō me contristauit, sed ex parte, &c. Sciendū est enim q̄ aliquis aliquādo tristatur totaliter, & aliquā-
 do non totaliter, Totaliter quidē tristatur quis, quādo prē tristitia absorbetur à dolore: & hæc tristitia est
 quæ mortem operatur, vt dicitur in 7. Quæ quidē, secūdum Philosophum, nō cadit in sapiētē. Nō to-
 taliter autem tristatur quis quādo licet ex aliquo modo quod patitur seu videt fieri, tristatur, tamen ex aliis
 causis bonis gaudet, & ista tristitia est secūdum deum, & cadit in sapiētē. Quia ergo Apost. dicit se con-
 tristatum, ne credatur totaliter à tristitia absorptus, quod nō est sapiētis. Dicit se cōtristatum ex parte qua
 si nō totaliter. Et secūdum hoc legitur sic, Cōtristauit me. s. fornicarius. tamen in vobis propter multa
 bona quæ facitis, & in ipso propter pœnitentiā quam fecit, habeo gaudium. Et dico ex parte, vt nō onerem
 omnes vos. i. vt non imponam vobis hoc onus, quod. l. contristaueritis me. Sed ne isti propter tristitiā Apo-
 stoli adhuc vellet eum magis punire, ostendit eis penam sufficientē fuisse, dicens, Sufficit illi qui eiusmodi
 est, q. s. contristauit me tam grauitur peccādo: obiurgatio quæ fit à pluribus. i. tam manifesta & dura corre-
 ctio. q. separatus fuit ab omni cōmuniōe. i. excōmunicatus ab ecclesia & traditus sathana, vt habetur 1.
 Cor. 5. Est ergo sufficiens hæc pœna ppter dictas causas. Vel potest dici sufficiens, nō quantum ad dei iudiciū,
 sed q̄rū expediebat tēpori & personæ. Melius enim est sic seruare lenitatis spiritū in corrigēdo, vt per pœ-
 nitentiā correctionis fructus sequatur, q̄ si durius corrigatur, & desperet peccās, & maioribus peccatis im-
 mergatur. Et ideo dicitur Eccl. 21. Obiurgatio & iniuriā annulabūt substantiā. Quia ergo pœna sufficiens
 fuit, & pœnitentiā egit: ideo cōsequēter inducit eos ad miserēdum, dicens, Ita vt ecōtra magis, &c. Vbi tria
 facit. Primò mādāt, vt ei. s. peccātū, parcant. Secūdo huius rationē assignat, ibi [Ne forte, &c.] Tertio indu-
 cit eos ad obseruatiā huius monitionis, ibi [Propter quod, &c.] Dicit ergo primò, Dico q̄ sufficiens pœna
 est illi, & intātum vt velim vt e contrario magis donetis. i. remittatis. Luc. 6. Dimittite & dimittetur vobis.
 Ephe. 4. Donātes inuicem sicut & deus in Christo donauit vobis. Et non solūm donetis, sed quod plus est,
 cōsolemini: & hoc proponēdo sibi exēpla peccātium qui restituti sunt ad statū gratiæ, sicut dicitur de Da-
 uid, Petro, Paulo, & Magdalena, & per verba dei. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, &c. 1. The. vlt. Cori-
 pite inquietos, cōsolamini pusillanimes, & c. Rationē autem huius ammonitionis subdit, Ne forte abundan-
 tiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est. Aliquis enim propter peccatū & pœnam peccati, aliquando sic
 mergitur tristitia, quod absorbetur, dum nullū habet consolatore: & hoc est malum, quia nō sequitur ex
 hoc pœnitentiā fructus qui speratur. s. correctio: sed potius desperas tradit se omnibus peccatis sicut Cain,
 cūm dicit, Maior est iniquitas, &c. Gen. 4. & Ephe. 4. Qui desperātes tradiderunt se, &c. Et propter hoc di-
 citur 2. Reg. 2. q̄ periculosa res est desperatio. Et ideo dicebat David in Ps. Neq; absorbeat me, &c. Et ideo
 ne hoc cōtingat, dicit, Cōsolemini, vt. s. cesset à peccato. Et 27. Hic est omnis fructus vt auferatur peccatū.
 Contra Apost. nō solūm per rationē, sed ex aliis causis inducit eos ad hoc, cūm dicit, Propter quod obse-
 cro, &c. Et inducit eos à tribus. Primò precibus, dicens, Propter quod. s. ne absorbeat, obsecro qui possūm
 præcipere. Phylem. Multam fiduciā habēs in Christo Iesu imperādī tibi, &c. Contrarium faciunt mali præ-
 lati. Eze. 34. Cum austeritate imperabatis eis, &c. Vt confirmetis in illum charitatem. Quod fit si ostenditis
 charitatem vestram ad deum, & non abominamini eum propter peccata, nec contemnitis: sed propter con-
 solationem vestram facitis eum habere odio peccatū suum, & diligere iustitiā, Luc. 22. Et tu cōuersus cō-
 firma fratres tuos, &c. Secūdo, præcepto, dicens, Ideo enim scripsi hoc. s. vt cognoscam experimentū vestrū,
 an in omnibus obediētes sitis. Et dicit, in oibus. s. siue i his quæ placēt vobis: siue in his quæ displicēt. Primò
 enim mādauerat eis q̄ excōmunicarent eū, & sic fecerūt mādātum Apostoli: nūc verò secūdo mādāt eis q̄
 parcat. Et ideo dicit, An in omnibus obediētes sitis. Tertio ex cōm memoratiōe beneficij, cūm dicit, Cui au-
 tem aliquid donastis, & car. Quasi dicat, Vos debetis hoc facere, quia etiā ego feci. Sic enim vos remisistis
 alicui & rogastis me, quod ego remitterem, & ego remisit. Et hoc est quod dicit, Cui autē aliquid donastis
 vos, & ego, scilicet donauit. Et hoc patet. Nam & ego quod donauit, &c. Vbi quatuor tanguntur ad huius-
 modi donationem seu remissionem necessaria. Primum est discretio, vt. l. nō p̄sum & temerē remittatur.
 Et ideo dicit, Si quid. s. in debito modo. Prouer. 4. Palpebræ tuæ præcedant, &c. Secundum finis, quia non
 propter amorem vel odium debet fieri, sed propter vilitatem aliquam ecclesiæ vt aliquorum. Et ideo di-
 cit, Propter vos. Tertius est autoritas, quia nō debet fieri autoritate propria, sed Christi, qui remittit pec-
 cata autoritate: alij verò quibus cōmissum est ministerio, & sicut membra Christi. Et ideo dicit, in perso-
 na Christi, scilicet non mea autoritate. Et tamen quodcūq; remittetur, Christus remittit. Ioan. 20. Quorū-
 rum remisistis peccata, & cetera. Quartum est necessitas: Vnde dicit, Vt non circumueniamur à sathana.
 Diabolus enim multos decept, quosdam. s. trahēdo ad peccatorum perpetratiōem, quosdā verò ad nimis

Agit de eo
 qui causa a-
 rat tristitia
 exag gerando
 culpam eius
 & penam,
 dicendo eum
 sufficere &
 hortatur Co-
 rinthios ad
 miserendum
 contristanti
 qui erat ille
 fornicator in-
 cestuosus de
 quo.
 1. Corin. 5.

rigiditatem cōtra peccātes, vt si non potest eos habere per perpetratiōem facinorum, saltem perdat quos
 iam habet per prelatorū austeritatē, qui eos nō misericorditer corrigētes in desperationem inducūt, & sic
 hos perdit, & illos diaboli laqueus includit. Eccl. 7. Noli esse nimis iustus. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabo-
 lus, &c. Et hoc cōtingeret nobis si non remittamus peccātibus. Et ideo vt nō circumueniamur à sathana, ego
 donauit, si quid donauit. Nō enim ignoramus cogitationes eius. s. sathana: verū est in generali, sed in speciali
 nullus potest scire eius cogitationes, nisi solus deus. Job 41. Quis reuelauit faciē indumētū eius, &c. Lectio 3.
 Cum venissem Troadem propter euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino: non habui requiem
 spiritui meo, quod non inuenirem Titū fratrem meū, sed valefaciens eis profectus sum in Macedoniā. Deo autem gratias
 qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sum⁹
 deo in us qui salui fiunt, & in us qui pereūt. Aliis quidem odor mortis in mortē, aliis autem odor vitæ in vitā. Et ad hæc quis
 tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbū dei, sed ex sinceritate, sicut ex deo, corā deo in Christo loquimur.
 Posita prima causa suæ dilationis ne. s. cum tristitia iret ad eos, hic ponit causam secundā quæ est ex fru-
 ctu quem alicubi faciebat. Et circa hoc duo facit. Primò ponit sui itineris processum. Secūdo ipsius pro-
 cessus effectum, ibi [Deo autem gratias, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit impedimentum fru-
 ctificandi, quod habuit in Troade. Secūdo subiūgit processum suum in Macedoniā, ibi [Sed vale faciēs,
 &c.] Dicit ergo [Cum venissem Troadem propter euangelium]. i. ad prædicādum Christū. Io. 15. Posui vos
 vt eatis, &c. [Et ostium mihi apertum esset]. i. mentes hominū paratæ & dispositæ essent ad recipiendū
 prædicationis verba & Christū. 1. Cor. 16. Ostium mihi apertum est, &c. Apo. 3. Ecce sto ad ostium, &c. Sed
 non in quocunq; immō in domino: quia ipsa præparatio mentis humanæ est ex virtute diuina. Nam licet
 facilitas qua mentes preparantur, sit causa conuersionis, tamen ipsius facilitatis & præparatiōis causa est
 deus. Tref. vlti. Conuertere nos domine ad te & conuertemur. Cūm, inquam, ita esset apertum mihi ostium
 in domino, non habui requiem spiritui meo. i. nō potui facere quod spiritus meus volebat. i. dicebat. Tūc
 enim dicitur habere spiritus requiem, quando efficit quod vult: sicut tunc dicitur caro requiescere, quādo
 habet quod concupiscit. Lu. 12. Anima mea habes multa bona, &c. Apostolus non dicit, Non habui requiē
 carni meæ vel corpori, sed spiritui meo. i. voluntati meæ spirituali, quæ est vt Christum firmem, in cordi-
 bus hominum. Et impeditur, quia videbat corda parata & disposita, & non poterat prædicare. Sed quare
 non habuit requiem spiritui suo, subdit, Eo quod non inueni Titū fratrem meū. i. propter absentiam Titī,
 & hoc duplici de causa. Vna causa est, q̄ licet Apostolus sciret omnes linguas, ita vt diceret, Gratias ago deo
 meo, quod omnium vestrū lingua loquor, tamen magis expeditus & edoctus erat in lingua Hebræa, quā
 in Græca. Titus autem magis in Græca. Et ideo volebat eum habere præsentem, vt prædicaret in Troade.
 Et quia erat absens, nā Corinthij detinuerant eū, dicit, Non habui requiem spiritui meo: sed quia dona dei
 non sunt imperfecta & donum linguarum fuit specialiter Apostolis collatum ad prædicādum per totum
 mundum. Psal. In omnem terrā exiuit sonus eorum, &c. Et ideo alia causa est melior, quæ est, quia Aposto-
 lo imminēbant in Troade multa faciēda. Nam ex vna parte imminēbat ei prædicare his qui parati erant
 recipere Christum per fidem, ex alia parte imminēbat ei resistere aduersariis qui impediēbant: & ideo quia
 ipse non poterat solus ista facere, angustiabatur de absentia Titī, qui institisset prædicationi & cōuersioni
 bonorū, & Apostolus restitisset aduersariis. Et specialiter etiā hoc scribit eis, vt innuat q̄ non solūm prima
 causa dilationis suæ fuit ex eis, sed etiam secunda. Non ipse propter duritiā & dissensionem eorū detinue-
 rat tanto tempore Titū, & ideo dicit, Eo q̄ non inueni Titum fratrem vel in Christo vel coadiutorem. Pro-
 18. Frater qui iuuatur à fratre, &c. Et quia non inueni Titum in Troade, non remansi ibi, sed valefaciens eis
 qui erant conuersi, & in quibus ostium apertum erat, profectus sum in Macedoniā, vbi credebā cum in-
 uenire. Causa autē essendi in Macedoniā legitur. Act. 26. vbi dicitur quod vir Macedo, &c. Consequēter
 cūm dicit [Gratias autem deo, &c.] Pōnit profectum sui processus: & circa hoc duo facit. Primò enim de-
 scribit ordinem sui processus. Secūdo excludit ab isto processu pseudo Apostolos, ibi [Ad hoc quis tā ido-
 neus, &c.] Circa primum duo facit. Primò insinuat profectum quem faciebat. Secūdo exponit quoddam
 quod dixerat, ibi [Christi bonus odor, &c.] Circa primum sciendū quod Apostolus profectū & fructum
 quem faciebat, non attribuit sibi, neque propriæ virtuti, sed deo. 1. Cor. 15. Abundantius omnibus laborauit
 non ego, sed gratia, &c. & ideo dicit, Gratias autem deo. Iago. 1. Thef. 5. In omnibus gratias agite. Ephe. 5.
 Gratias agentes, &c. Qui semper triumphat in Christo Iesu. i. triumphare nos facit in prædicatione Chri-
 sti contra aduersarios. Vbi sciēdum est q̄ prædicatores veritatis duo debent facere. s. exhortari in doctrina,
 facta, & contradicentem deuincere: & hoc dupliciter, disputatione hæreticos: paciētia verò persecutores.
 Vnde per ordinem, ista tangit hic Apostolus: & ideo dicit, Qui triumphat nos quantum ad contradicētes.
 Ro. 8. In his omnibus speramus. Et 1. Mach. 2. Non in fortitudine exercitus victoria belli, sed de celo, &c.
 Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quātum ad exhortationem sacræ doctrinæ. Sed
 odorem notitiæ suæ exponit glo. i. filium suum: sed melius est vt hoc dicatur ad differētiā notitiæ de deo
 quam facit alia sciētiæ, & quam facit fides. Nam notitia de deo quæ habetur per alias sciētiās, illuminat
 intellectum solum, ostendens quod deus est causa prima, quod est vnus & sapiens, &c. Sed notitia de deo
 quæ habetur per fidem, & illuminat intellectum, & delectat affectum: quia non solum dicit quod deus est
 prima causa, sed q̄ est saluator noster, q̄ est redēptor, & quod diligit nos, quod est incarnatus pro nobis quē
 omnia affectū inflāmant. Et ideo dicēdum quod odorē notitiæ suæ. i. notitiā suæ suauitatis, credenti per
 nos in omni loco manifestat: quia iste odor longē latēq; diffunditur. Eccl. 24. Ego quasi vitis fructificauit,
 &c. Gen. 27. Ecce odor filij, &c. Quia verò aliqui possent dicere, quid est odor dei in omni loco: nā multa
 loca sunt in quibus nō recipitur prædicatio nostra: ideo Apo. exponit, dicens, Non curo, quia siue recipiant
 prædicationem, siue non: tamen notitiā dei manifestatur vbiq; per nos, quia sumus bonus odor Christi
 deo, id est ad honorem: & loquitur ad similitudinem legis, vbi dicitur quod sacrificiū fiat in odorem suā-
 uitatis suauissimum deo, quasi dicat, Nos sumus holocaustum quod offeritur deo in odorem suauitatis. Et
 tam in his qui salui fiunt, vt scilicet non pereant, quod est eis à deo, quā in his qui pereūt, quod est eis ex

Causa secun-
 da, cur ad Co-
 rinthios non
 inuenit pon-
 tificis fructus
 euangelij ma-
 ior: & fru-
 ctus iste hic
 declaratur,
 scilicet quæ
 prædicatores ex-
 cluduntur.

Predicator,
 & prædicare
 habet, & con-
 tradicentes
 deuincere.
 Vnde latam
 differētiā
 inter notitiā
 que habetur
 de deo per sa-
 lūm sciētiās,
 & que per
 fidem, & ex
 hoc conuictus
 cur requiritur
 fides ad salu-
 tem, & non
 sufficit sciētiā
 seu notitiā de
 deo per alias
 sciētiās.

Roman. 11. Cæcitas ex parte contingit &c. Quando autem & quomodo remouetur ab eis illud velamen, ostendit consequenter, cum dicit [Cum autem conuersus &c.] Et primò describit modum remouendi hoc velamen. Secundo rationem huius reddit, ibi [Dominus autem spiritus &c.] Dicit ergo qd illud velamen adhuc est in eis, sed non qd vetus testamētum sit velatum, sed quia corda eorum velata sunt. Et ideo ad hoc vt remouetur, nihil restat, nisi qd conuertatur, & hoc est quod dicit, Cum autem conuersus fuerit, scilicet aliquis eorum ad deum per fidem in Christū ex ipsa conuersione auferetur velamen. Esa. 10. Reliquiæ cōuertentur, &c. Et hoc idem habetur Rom. 11. Et nota quod cum ager de cæcitate, loquitur in plurali. Vnde dicit, Super corda eorum: cum verò loquitur de conuersione, loquitur de singulari, dicens, Cum autem conuersus, vt ostendat eorum facilitatem ad malum, & difficultatē ad bonum, quasi pauci conuertantur. Ratio autem quare conuertatur, & velamen remouetur, hoc modo est, quia deus vult. Posset enim dicere qd velamen illud appositum est ex præcepto domini, & ideo non potest remoueri. Sed Apostolus ostēdit qd non solum potest remoueri, immo quia remouetur per eū qui est dominus: & hoc est quod dicit, Dominus enim, &c. Quod potest dupliciter legi. Vno modo vt spiritus teneatur ex parte subiecti, vt dicatur spiritus, i. spiritus sanctus. s. qui est author legis, est dominus. i. operatur ex proprio libertatis arbitrio. Ioā. 3. Spiritus vbi vult spirat. 1. Cor. 12. Diuidens singulis prout vult. Vbi autē spiritus dei, ibi libertas. Quasi dicat, Quia spiritus est dominus, potest dare libertatem, vt possimus liberē vti scriptura veteris testamēti absq; velamine. Et ideo qui non habet spiritum sanctum, nō possunt liberē vti. Gal. 5. Vos in libertatem vocati estis, 1. Pet. 2. Quasi liberi, non quasi velamen habentes malitiæ libertatem. Alio modo, vt per dominum intelligatur Christus, & tūc legitur sic, Dominus. i. Christus est spiritualis. i. spiritus potestatis, & ideo vbi est spiritus domini. i. lex Christi spiritualiter intellecta nō scripta literis, sed per fidem cordibus impressa, ibi est libertas ab omni impedimento velaminis. ¶ Sciendum autem quod occasione istorum verborum. s. vbi spiritus domini, ibi libertas. s. illorum. s. iusto lex nō est posita: aliqui erroneè dixerūt qd viri spirituales nō obligantur præceptis legis diuinæ. sed hoc est falsum: nam præcepta dei sunt regula voluntatis humanæ. Nul lus autē homo est, nec etiam angelus cuius voluntatem non oporteat regulari & dirigi lege diuina. Vnde impossibile est aliquem hominem præceptis dei non subdi. Hoc autem quod dicitur, iusto lex non est posita, exponitur. i. propter iustos qui interiori habitu mouētur ad ea que lex dei præcipit, lex non est posita: sed propter iniustos, nō quin etiam iusti ad eam teneantur. Et similiter, vbi spiritus domini, ibi libertas intelligitur: quia liber est qui est causa sui: seruus autem est causa domini: quicūq; ergo agit ex seipso, liberē agit: qui verò ex alio motus, nō agit liberē. Ille ergo qui vitat mala, nō quia mala, sed propter mādatur domini, non est liber: sed qui vitat mala, quia mala, est liber. Hoc autē facit spiritus sanctus, qui mentē interioris perficit per bonum habitum, vt sic ex amore caueat, ac si præciperet lex diuina, & ideo dicitur liber, non quin subdatur legi diuinæ, sed quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciendum quod lex diuina ordinat. ¶ Dein de cūm dicit [Nos verò omnes &c.] ostēdit quomodo Christi fideles sunt omnino liberi ab hoc velamine. Dicit ergo, Dico qd ab illis auferitur velamen hoc, cūm aliquis cōuersus fuerit sicut nos: non aliquis, sed omnes qui sumus Christi fideles. Luc. 8. Vobis datum est, &c. Reuelata facie non habētes velamen supra cor, sicut illi: & intelligitur per faciem cor seu mēs, quia sicut per faciem videt quis corporaliter, ita per mētem spiritualiter. Psa. Reuela oculos meos, &c. Gloria domini nō Moyfi: gloria enim significat libertatem: vt dicit Aug. Iudæi autē videbāt quādam gloriam in facie Moyfi ex hoc qd locutus est cū deo: sed hæc gloria est imperfecta, quia nō est claritas ex qua ipse deus est gloriosus: & hoc est cognoscere ipsum deū: vel gloriam domini. i. filium dei. Prou. 10. Gloria patris, filius sapiens &c. Speculātes nō sumitur hīc à specula, sed à speculo. i. ipsum deum gloriosum cognoscentes per speculū rationis, in qua est quādam imago ipsius: & hunc speculamur quādo homo ex cōsideratione sui ipsius affurgit in cognitionē aliquā de deo, & trāsformatur. Cū enim omnis cognitio sit per assimilationem cognoscentis ad cognitū, oportet qd qui vident aliquo modo trāsformantur in deum. Et si quidem perfectē vident, perfectē trāsformantur: sicut beati in patria per fruitionis vnionem. 1. Ioan. 3. Cū autem apparuerit, &c. Si verò imperfectē, imperfectē, sicut hīc per fidem. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum & in enigmate, & ideo dicit, In eandem imaginem. i. sicut videmus. Trāsformamur, inquam, à claritate in claritatem, in quo distinguit triplicem gradum cognitionis in discipulis Christi. Primus est à claritate cognitionis naturalis in claritatem cognitionis fidei. Secundus est à claritate cognitionis veteris testamēti in claritatem cognitionis gratiæ noui testamēti. Tertius est à claritate cognitionis naturalis & veteris & noui testamēti in claritatem visionis æternæ: infra 4. Licet is qui foris est, &c. Sed vnde est hoc? Non ex litera legis, sed tanquam à spiritu domini. Rom. 8. Quicunque spiritu dei aguntur. Pal. Spiritus tuus deducet, &c.

Caput 4.

Agitur de vfu ministerij noui testamēti in bonis agendis, in malisque tolerandis, & hīc quidē de vfu in bonis.

Deo habentes hanc administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficiamus: sed abdicamus occulta de decoris: non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum dei: sed in manifestatione veritatis, commendantes nosmet ipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. ¶ Ostensa dignitate ministerij noui testamēti, hīc consequenter Apostolus determinat de vfu ministerij. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit vsum huius ministerij qui debet esse in agendis bonis. Secundo illum qui debet esse in malis patienter tolerandis, ibi [Habemus autem thesaurum, &c.] ¶ Circa primum duo facit. Primò ponit huius ministerij vsum. Secundo objectionem excludit, ibi [Quod si &c.] Dicit ergo, Quia igitur huiusmodi ministerium est tantæ dignitatis in se & in ministris. Ideo nō habētes hanc administrationem. i. hanc dignitatem administrandi spiritualia. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros. &c. Rom. 11. Quādiu sum Gentium Apostolus, ministerium &c. Habentes, inquam, non ex nobis, seu ex meritis nostris, sed iuxta quod misericordiam consecuti sumus à deo, id est, ex misericordia dei, quam in hoc consecuti sumus à deo. primæ Timoth. primo, Misericordiam consecutus sum, & cætera. ¶ Consequenter cūm dicit [Non deficiamus, & cætera.] describit vsum huius ministerij, qui debet esse circa bona agenda: & hoc quantum ad duo. Primò quantum ad vitiationem malorum. Secundo quantum ad operatio-

nem bonorum, ibi [In manifestatione, &c.] Docet autem vitari mala in vfu huius ministerij, & quātum ad vitam, & quātum ad doctrinam, sed quantum ad vitam dupliciter. s. quantum ad operationem, & quātum ad intētionem. Nam si quis vitat mala operari & bona intētionem, perfectē vitat mala. In operatione autem vitatur malū in aduersitate patienter mala sustinendo & ideo dicit, Non deficiamus per impatientiam. Gal. 6. Bonum autē facientes nō deficiamus. 2. Cor. 1. Cū infirmos, tunc fortior sum & potēs. Vitatur etiam in prosperitate tēperatē vtendo eis quæ prosperē succedunt: & ideo dicit, Sed abdicamus occulta de decoris. i. amouemus à nobis quæ hominem turpem & dedecorofum faciūt. s. immūda & turpia, & etiam occulta nō solum manifesta. Iac. 1. Abiciamus omnem immūditiam. Ephes. 5. Quæ in occulto ab eis fuit turpe &c. in intentione autem vitatur malum vitæ, sicut in intentione recta, & quātum ad hoc, dicit, Non ambulātes in astutia. i. in astutia & simulatione & hypocrisis, quod faciunt pseudo, qui aliud prætendunt exterius & aliud gerunt interius in corde. Iob 36. Simulatores & callidi prouocāt iram dei. In doctrina autē vitatur malum quādo verbum domini debito modo proponitur, & quātum ad hoc, dicit, Non adulterantes verbum. Quod dupliciter exponitur, vt patet supra 2. Et primò nō permiscētes doctrinā Christi, falsam doctrinam, quod faciebant pseudo, dicētes legalia debere seruari cum euangelio. Secundo non prædicātes propter lucrū vel gloriā propriam. Et istorum primus est lupus. Secundus mercenarius. Sed qui vera prædicat, & propter gloriā dei, est pastor. Vnde August. Pastor est amandus, lupus vitandus, sed mercenarius ad tempus tolerandus. Sed quia non sufficit ad perfectā iustitiam solum vitare mala, sed requiritur operatio bona, ideo consequenter subiungit de operatione bonorū in ipso vfu huius ministerij. Et ponit triplex bonū quod facit contra triplex malū. Primum bonū contra malum vitæ, sicut in intentione recta, & quātum ad hoc, dicit, In manifestatione veritatis. q. d. non deficiamus, sed vitātes mala ambulamus & proficimus in manifestatione veritatis. i. veritatē puram manifestamus. Ioan. 19. Ad hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati. Ecclē. 2. 4. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, Cōtra malū operationis faciunt bona opera: & quātum ad hoc dicit, cōmendantes nos, &c. Et circa hoc non facimus dicendo de vobis bona, quia non de facili creditur ei qui seipsum cōmendat: sed operādo bona: quia talia opera facimus, vt ex ipsis operibus reddamus nosmet ipsos cōmendabiles ad omnem conscientiam hominum. 1. Pet. 2. Cōuersationem vestram inter Gentes, &c. Contra malum intētionis facimus bonum reddēdo nos cōmendabiles, nō solum ad omnem conscientiam hominum, sed etiam corā deo, qui intuetur corda. infra 10. Non enim qui seipsum cōmendat, ille probatus est, &c. Rom. 12. Prouidētes bona, nō solum coram, &c. Et secūdo August. in glos. Apostolus implet in hoc mandatum domini. Mar. 5. Sic luceat, &c. Item 6. Attendite ne iustitiam &c. Primum hoc quod dicit, Cōmendantes nos, &c. Secundum verò in hoc quod dicit, Coram deo. Rom. 2. Non enim qui in manifesto, &c. Vel potest totum hoc magis secundum cōtinationem literæ legis, sic vt dicitur, ideo habentes hanc manifestationem, iuxta quod, &c. Non deficiamus, supple à bene operādo, sed abdicamus &c. Et iterum, non deficiamus in manifestatione veritatis, seruato tamen eodem modo exponendi sunt in prima lectura.

lectio 2.

Quod si etiā opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt, est opertum, in quibus deus huius seculi excæcavit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei. Non enim nosmet ipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum: quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis dei in facie Christi Iesu. Hic cōsequēter Apostolus respondet cuidā tacitæ obiectioni. Posset enim dici sibi ab aliquo, tu dicis qd nō deficitis in manifestatione veritatis Christi, sed hoc nō videtur, quia multi cōtradictū tibi. Huic ergo quæstioni respondet. Et circa hoc duo facit. Primò enim respondet quæstioni prædictæ. Secundo excludit quoddam dubium, quod videtur ex responsione sua sequi, ibi [Non enim nosmet ipsos, &c.] Circa primum tria facit. Primò ostendit quibus occultatur veritas Christi. Secundo occultationis causam assignat, ibi [In quibus deus huius seculi.] Tertiò ostendit qd hoc nō est ex defectu veritatis euangelij vt occultetur, ibi [Vt nō fulgeat, &c.] Dicit ergo, Dixi qd non deficiamus in manifestatione, quod. i. sed, si euangelij nostrū, quod. i. nos prædicamus, est opertum. i. occultum: non est opertum omnibus, sed illis tantum qui pereunt. s. præbēdo impedimentum ne eis manifestetur. 1. Corin. 1. Verbum crucis pereuntibus stultitia est, &c. Causa ergo huius occultationis est non ex parte euangelij, sed propter eorū culpam & malitiam. Et hoc est quod subdit, In quibus deus huius seculi, &c. Et hoc potest exponi tribus modis. Primo modo sic. Deus huius seculi, id est, deus qui est dominus huius seculi, & omnium rerum creatione & natura, iuxta illud Psal. Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum. Excæcavit mentem infidelij non inducendo malitiam, sed merito: ostenditur immo demerito præcedentium peccatorū (subtrahendo gloriam. Esa. 6. Excæca cor populi huius, &c. Vnde & præcederit peccata in sinuat, cūm dicit. Infidelij quasi infidelitas eorum fuerit causa huius excæcationis. Secundo modo sic. Deus huius seculi. i. diabolus qui dicitur deus huius seculi. i. seculariter viuentiū non creatione, sed imitatione qua seculares cum imitantur. Sapient. 2. Imitantur eum qui sunt, &c. Et hīc excæcat suggerendo, trahēdo, & inclinando ad peccata. Et sic quando iam sunt in peccatis, operiuntur in tenebris peccatorū ne videant. Ephe. 4. Tenebris obscuratum habētes intellectum, &c. Tertiò modo sic. Deus habet rationem vltimi finis, & cōplementum desideriorum totius creaturæ. Vnde quicquid aliquis sibi p sine vltimo constituit in quo eius desiderij quiescit, potest dici deus illius. Vnde cūm habes pro sine delicias, tunc delitiæ dicitur deus tuus. Similiter etiam si voluptates carnis vel honores. Et tunc exponitur sic, Deus huius seculi. i. illud quod homines seculariter viuentes sibi pro sine cōstituit, vt putā, voluptates vel diuitiæ & huiusmodi. Et hīc deus excæcat mētes inquantū impedit ne homines lumē gratiæ hīc, & gloriæ in futuro videre possint. Pal. Supercecidit ignis. s. cōcupiscentiæ, vt nō viderent solē. Sic ergo excæcatio in infidelium non est ex parte euangelij, sed ex culpa infidelium. Et ideo subdit, Vt non fulgeat, &c. Vbi sciēdū est qd deus pater est fons totius luminis. 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebræ in eo, &c. Ex hoc autem fōtano solum lumine deriuatur imago huius luminis. s. filius verbum dei. Heb. 1. Qui cūm sit splendor, &c. Hīc ergo

Ostenditur quibus occultatur: occultationis causa assignatur ostendit hoc non esse ex defectu veritatis euangelij: tandem docēdo esse idē euangelij ministerij noui testamēti cū euāgelio Christi vt potest esse occultationem de Christo ostenditur unde sit virtus illuminatiua euangelij Apostolorum.

ratur. i. propter spem resurrectionis, & propter amorem Christi, vestigia mortis Christi in nobis apparēt, in quātum passionibus mortis exponimur. P[er] sal. Propter te mortificamur tota die, sed in vobis operatur fo- lum vita Christi, per quam vitam fides plātatur in vobis & vita spiritalis. Vnde autem proueniat Aposto- lo hæc spes certitudinis, subdit, dicens [Habētes autem, & cetera.] Et circa hoc duo facit. Primō ponit cau- sam certitudinis. Secundō concludit ipsam certitudinem, ibi [Scientes quoniam qui, &c.] Causa autem hu- ius certitudinis est spiritus infundens fidem in cordibus eorum. Vnde primō ponit causam hanc. Secundō verō manifestat eam per exemplum, ibi [Sicut scriptū est, &c.] Dicit ergo ex hoc speramus, & nō deficimus, quia sumus habētes eūdem spiritum fidei quē antiqui habuerunt: quia licet tēpora mutata sint, spiritus ta- men & fides nō est mutata, nisi q̄ illi credebāt Christū venturum & passurum, nos autem credimus ipsum venisse & passum fuisse. Et hīc spiritus est spiritus sanctus, qui est spiritus fidei. i. Cor. 12. Hæc autē omnia o- peratur vnus atq; idē spiritus, &c. Et ibidē, Alteri fides in eodē spiritu. Hunc ergo spiritū habentes, quē an- tiqui habuerūt, facimus eadē quæ illi & credimus. Illi autē quid fecerint, dicit P[er] sal. Credidi. f. deo & p[er] fectē. Et hoc omnes antiqui fecerūt. Hæb. 11. Hi omnes testimonio fidei, &c. p[ro]pter quod. f. credidi, locutus sum i. cōfessus sum fidē. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiā, &c. Quod etiam nō facimus, quia propter hoc quod credimus, loquimur, & cōfitemur fidem, & pradicamus. A. 4. Nō enim possumus quē vidimus, & audiui- mus nō loqui. Spiritus ergo sanctus est causa huius certitudinis. Vltimō ergo concludit cōclusionē in rē. f. ipsam certitudinē. Et primō de salute propria. Secundō de salute aliorū, ibi [Et cōstituet vobiscū, &c.] Dicit ergo, Scientes. i. certā sciētiam habētes, quoniam qui suscitauit Iesum. i. deus pater vel tota trinitas, & nos cum Iesu suscitabit, vt. f. sumamus eādē gloriā cum Iesu: quia cū sumus mēbra eius, debemus esse cum ca- pite. Ioā. 12. Volo pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus, &c. Ro. 8. Qui suscitauit dominū Iesum à mortuis suscitabit, &c. Et non solū sum certus de salute nostra, sed etiā de vestra, q̄ cōstituet nos vobiscū. i. simul erimus: quia sicut nos sumus mēbra Christi, ita & vos per nos. i. Thef. 4. Et sic semp cum domino erimus. Mat. 24. Vbiq; fuerit corpus, &c. & ideo dicit vobiscū, vt animer eos ad bonum, in quātum osten- dit eos non esse inferiores, sed pares. Et bene hoc possum certē dicere, quia oīa sunt propter vtilitatem ve- stram. Nam omnia quæ sustinemus, omnes gratiā, quas recipimus à deo sunt p[ro]pter vos. f. instruendo nos- tro exēplo. Et hoc ideo vt gratia abundans à nobis, in vos abunder per multos in gloriā dei. i. multi agāt gratias deo super beneficio tanto. Ephes. 5. Gratias agentes deo & patri, &c. Lectio 5.

Infirmatur bonorum mi- nistrorum pa- tētia, patien- tia remuneratio & eiusde causā.

Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est, noster homo corruptatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostre: supra modum in sublimitate eternū glo- riæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur, quæ enim videntur, tempora- lia sunt: quæ autem non videntur, eterna sunt. Posita patientia quam Apostoli habebant in tribulationibus, & præmio quod expectabant manifestato hīc consequenter agit de patientiæ causa & patiētia modo seu ratione. Et circa hoc tria facit. Primō enim insinuat sanctorū patientiam. Secundō patientiæ causam, ibi [Non contemplantibus nobis, &c.] Tertiō pati- entia remuneratiōe, ibi [Id enim, &c.] Circa primum intēdit ostendere q̄ sanctorum patientia est iūni- cibilis. Et hoc est quod dicit [Propter quod,] .f. quia sumus scientes, q̄ qui suscitauit Iesum à mortuis, susci- tabit nos & cōstituet nobiscū, ideo nō deficimus. f. in tribulationibus. i. non deducimur ad hoc quod nō possumus propter Christū amplius ferre & sustinere. Nam deficere idē est quod ferre non posse. Hier. 20. Defeci ferre non sustinui. Causa autē quare non deficimus est, quia licet quantum ad aliquid deficiamus. f. quantum ad exteriorem hominē, tamen quantum ad aliquid semper renouamur. f. quātum ad interiorem hominem: Et hoc est quod dicit [Sed licet is qui foris est, &c.] Vbi sciendū est q̄ occasione istorum ver- borum hereticus Tertulianus nomine, dixit q̄ anima rationalis quæ est in hominis corpore, habet corpo- ream figurā & membra corporea, sicut & corpus habet: & hoc dicitur homo interior: corpus verō cū sen- sibus suis dicitur homo exterior. Quod quidē falsum est. Vnde ad intellectum huius verbi, sciēdum est q̄ etiam secundū Philosophum in Ethic. & secundum consuetudinē loquendi. Vnum quodq; dicitur esse illud, quod est principalis in ipso, puta, quia in ciuitate principalis est potestas & conciliū, id quod facit pote- stas & conciliū dicitur tota ciuitas facere. Principalis autē in homine potest aliquid iudicari, & secundū ve- ritatem & secundū apparentiam, secundū veritatē quidē principalis in hoīe est ipsa mens. Vnde secundū iudicium spiritalium virorum mēs, dicitur homo interior: secundū apparentiam verō principalis in ho- mine est corpus exterius cū sensibus suis: vnde secundum iudiciū illorū qui tantū corporalia & sensibilia cōsiderant & terrena sapiūt, quorū deus venter est: corpus cum sensibus dicitur, homo exterior, Et ideo se- cundum hunc modum loquitur hīc Apostolus, dicens [Licet homo noster,] scilicet corpus cū natura sensi- tiva corrūpatur in tribulationibus, ieiuniis & abstinentiis & vigiliis. Rom. 6. Vetus homo noster simul, &c. Abac. 3. Ingrediar putredo, &c. Tamen is homo qui intus est. f. mens, seu ratio munita spe futuri præmij, & firmata munimine fidei, renouatur. Quod sic intelligēdum est, Vetus enim est via ad corruptionem. Heb. 8. Quod antiquatur & fenescit, &c. Natura autē humana fuit in integritate condita, & si in illa integri- tate permansisset, semper esset noua: sed per peccatū incepit corrūpi: quo fit, quod quicquid cōsecutum est sicut ignorātia, difficultas ad bonum, & pronitas ad malū, pœnalitas & alia huiusmodi, totū pertinet ad ve- tustatē. Cū ergo natura humana huiusmodi peccatum sequētia deponit, tunc dicitur renouari. Quæ qui- dem depositio hīc incipit in sanctis, sed p[er]fectē cōsummabitur in patria. Hīc enim deponitur vetustas cul- pæ, nā spiritus deponit vetustatē p[er]tī & subiicitur nouitati iustitiæ. Hīc intellectus deponit errores & assu- mit nouitatem veritatis, & secundū hoc is qui intus est homo. f. anima, renouatur. Eph. 4. Renouamini in spiritu mentis vestræ. Sed in patria tolletur etiam vetustas pœnæ, vnde ibi erit cōsummata renouatio. P[er] sal. Renouabitur vt aquilæ, &c. Sed quia sancti quotidie proficiunt in puritate cōsciētia & in cognitione diui- norū, ideo dicit [De die in diē.] P[er] sal. Ascensiones in corde suo. Sic ergo patientia est inuincibilis, quia reno- uatur de die in diem. Tertiū principale est huius patiētia causa, & est recogitatio præmij, quæ est efficacis- sima, quia secundū Gre. Recogitatio præmij diminuit vim flagelli. Et hoc est quod dicit [Id enim quod, &c.]

quasi dicat, Nihil sunt tribulationes quas hīc patimur, si respiciatur ad gloriā, quam ex eis cōsequimur. Vn- de comparat statum sanctorum qui sunt in vita ista ad statum eorum qui sunt in patria, & ponit quinq; in- vtroq; statum correspondētia sibi inuicē. Nā primō status istī vitæ in sanctis est status, quantum in se est puus, & quasi imperceptibilis. Vnde dicit. Id. i. minimū. Esa. 54. Ad punctū in modico dereliquite. Item transito- rium. Vnde dicit, In presenti. i. in vita ista, quæ est in afflictionibus & erumnis. Iob 7. Militia est vita homi- nis, &c. Item tēporis breuitas. Vnde dicit, Momentaneum. Esa. 54. In momento indignationis abscondi faciē meam parūper à te, &c. Nam totū corpus huius vitæ cōparatum ad æternitatem, nō est nisi momentū. Itē est leuis: vnde dicit Ieue. Nā licet supra. i. dicatur, Graui sumus supra modū, quia. f. graue est corpori, tamē spiritui charitate feruētī leuissimum est. Aug. Omnia grauiā & immania facilia & propē nulla facit amor. Item est pœnensus, & ideo dicit, Tribulationis. Mich. 7. Iram domini portabo, &c. Sed quātum ad statum bea- titudinis ponit quinq; quia cōtra hoc quod dicit, Id, ponit supra modū. i. supra mensurā. ¶ Sed cōtra. Mat. 16. Reddet vniciq; iuxta opera sua. Nō ergo supra mēsuram. Respōdeo, dicēdum est, quod ly sed, nō desi- gnat æqualitatem quātitatis, vt. f. quātum quis meruit, tantū præmiatur, sed designat æqualitatem proportio- nis, vt. f. qui plus meruit, plus præmij accipiat. Itē contra id quod dicit, In presenti, ponit, In sublimitate. i. in statu sublimi absq; perturbatione. Esa. 58. Sustollā te super altitudinē nubium, &c. Cōtra id quod dicit, mo- mentaneum, ponit, æternum. Esa. 55. Laritā sempiterna super capita eorū, &c. Cōtra id quod dicit, Ieue, po- nit pōdus. Et dicit pōdus propter duo. Pōdus enim inclinā & trahit ad motū suum quæ subsunt sibi. Sic gloria æterna erit tāta q̄ totū hominē facit gloriosum, & in anima & i corpore nihil erit in homine quod nō sequatur imperum gloriæ. Vel dicitur, pondus, propter pretiositatem. Nam pretiosa solū ponderari consueverunt. Contra hoc quod dicit, tribulationis, ponit, Gloria, vel hoc, q̄ dicit, gloria, potest esse com- mune ad alia quatuor quæ de statu patriæ dicitur. Hoc verō quod dicit, tribulationis, ad quatuor quæ de sta- tu presentis vitæ dicta sunt. Operatur supra id. f. q̄ tribulationes patimur: nam hæc sunt causa & meritum quare deus istam gloriā nobis conferat. Est ergo sanctorum patientia inuincibilis, eorū remuneratio in- effabilis: sed remuneratiōis eorum recompensatiō recta & delectabilis. Vnde dicit, Non contemplantibus nobis, &c. q. d. Licet hæc quæ speramus sint futura, & interim corpus nostrū corrumpatur, nihilominus ta- men renouamur, quia non attendimus ad ista tēporalia, sed ad cælestia. Et hoc est q̄ dicit, Operatur in no- bis pondus gloriæ, nobis, dico, non contemplantibus. i. non attendentibus ad ea quæ videntur, i. ad terrena: sed ad ea quæ non videntur. f. cælestia. Phil. 3. Quæ retrō sunt obliuiscēs, &c. i. Cor. 2. Oculus non vidit, &c. Et quare cælestia contemplantur: quia ea quæ videntur. i. terrena, sunt tēporalia & trāsitoria, ea autē quæ non videntur. f. cælestia, sunt æterna. Esa. 49. Salus autem mea in sempiternum erit. Caput 5.

Scimus autem quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod adificationem ex deo habemus, do- sum non manufactam, sed æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de celo est, super- indui cupientes: si tamen vestiri & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo q̄ nolumus expoliari, sed superuolūti, vt absorbeat quod mortale est, a vita. Postquam Apostolus commendauit ministerium noui testamenti & quantum ad dignitatem, & quantum ad vsum: consequenter hīc commendat illud quantum ad præmium, licet de præmio quantum ad aliquid aliqualiter & incompletē supra tractauit: hīc tamen de hoc completē tractat. Circa quod tria facit. Primō enim agit de præmio. Secundō verō de præparatione & præmij susceptione, ibi [Et ideo contendimus si- ne, &c.] Tertiō verō de causa vtriusq; .f. præparationis & præmij quod expectatur, ibi [Omnia autem ex deo qui reconciliauit, &c.] Circa primum duo facit. Primō ponit præmium quod expectatur. Secundō ex- primit desiderium præmij expectati, ibi [Nam in hoc ingemiscimus, &c.] Sed quia præmium quod expe- ctatur est inæstimabile. f. gloria cælestis, & ideo dicit [Scimus quoniam, &c.] quali. d. secundum Glo. Verē operatur in nobis pondus gloriæ, quia in corporibus erit hæc gloria, nō tantum in animabus. Enim. i. quia, scimus. i. certi sumus, quia iā habemus in spe, qm̄ si terrestris domus nostra. i. corpus. Homo enim, vt dictū est dicitur mens, cū sit principalis in homine quæ quidē mens se habet ad corpus, sicut homo ad domū. Sicut enim destructa domo non destruitur homo eā inhabitans, sed manet, sic destructo corpore, non de- struitur mens seu anima rationalis, sed manet. Corpus ergo terrestrē dicitur domus habitationis. i. in qua habitamus. Iob 4. Qui habitant domos luteas, &c. [Dissoluatur]. i. destruat. [Scimus, inquam, q̄ habe- mus ædificationem]. i. ædificium ex deo. i. paratum à deo. Aedificium, dico, domum non manufactam. i. nō opere hominis, nec opere naturæ: sed corpus incorruptibile, quod assumemus: quod quidē non est manufa- ctum, quia incorruptibilitas in corporibus nostris prouenit solum ex operatione diuina, Phi. 3. Reforma- bit corpus humilitatis nostræ, &c. [Domum æternam]. i. domum ab æterno preparatam. Esa. 33. Tabernacu- lum quod nequaq; destruetur in cælis, Mat. 5. Merces vestra copiosa est in cælis. Hanc autem commutatio- nem, vt. f. pro terrestrī domo habeant cælestem, desiderabat Iob, dicens, 14. Cunctis diebus quibus nunc milito, expositio est secundum glo. Sed tamen non est secundū intellectū Apostolicum, nec præcedētibus, nec sequētibz cōcordat. Nam ipse cum habeat vnam materiā cōtinuam de qua loquitur, nō interponit aliā. Et ideo videamus quid intendat Apostolus dicere. ¶ Sciendum est autē q̄ Apostolus vult hīc ostendere q̄ sancti rationabiliter sustinēt tribulationes, ex quibz vita præsens corrūpitur: quia ex hoc statim pueniunt ad gloriā, nō ad gloriosum corpus, vt dicitur in glo. Et ideo dicit, Ideo sustinimus enim. i. quia scimus. i. pro certo habemus, qm̄ si terrestris domus nostra huius habitationis. i. corpus dissoluatur. i. corrūpatur per mortē: habemus statim non in spe, sed in re, meliorem domū. f. adificationē, domū non manufactā. i. glo- riam cælestē, non corpus gloriosum. De hac autē domo dicitur Io. 14. In domo patris mei mansiones mul- tæ, &c. Quæ quidē est ex deo non manufacta, quia gloria æterna est ipse deus. P[er] sal. Esto mihi in deum pre- ctore & in domū, &c. Et æternam ad literā, quia ipse deus est æternus. In cælis. i. in excelsis, quia statim cor- rupto corpore anima sancta consequitur hæc gloriā nō in spe, sed in re. Si ergo præmiū sanctorum est ad- mirabile & desiderabile, quia gloria cælestis est: ideo cōsequenter subiungit, desiderii sanctorū ad ipsum præmiū, dicēs [Nam in hoc ingemiscimus, &c.] Vbi tria facit. Primō exprimit desiderii gratiā ad præmiū

Et ponitur premium ex- pectati & se- cundo exprimitur deside- rium præmij expectati.

ipsum. Secundo ostendit quod desiderium gratie retardatur ex desiderio natura...

Ostenditur auctor super naturalis desiderij habitacionis celestis esse deus...

Quia autem efficit nos in hoc ipsum, deus, qui dedit nobis pignus spiritus...

hoc tria facit. Primo enim ostendit incoposibilitatem ditorum desideriorum...

Iudicij futuri quibusque conditiones.

An pueri sint futuri in iudicio.

deatur à bonis & malis. Mali enim nō possunt videre gloriā dei. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere &c. Tribunal autem dicit iudiciariam potestatem, & iustum est ab antiqua cōsuetudine Romano rū, qui elegerunt tres tribunos plebis, ad quorum officii pertinebat diiudicare excessus cōsulum & senatorum, & loca istorū vocabātur tribunalia. Quintō ponit iudicis aequitatē, quia secundum merita propria erunt p̄mia vel p̄cē. Vñ dicit, Vt referat vnusquisq; &c. Ro. 2. reddet vnusquisq; secundū opera sua. Et dicit corporis, nō solum pro his q̄ fecit motu corporis, sed p̄ his quē mēte gessit, alias infideles non puniretur. Et ideo cūm dicit, corporis, intelligendum est, i. pro his quā gessit dum vixit in corpore. Lectio 3.

Ostendit Apostolus se sollicitū de proximorū salute esse suadēdo & causā sine sollicitudinē assignando.
Scienter ergo timorem domini, hominibus suademus, deo autem manifesti sumus. Spero autē in conscientiis vestris manifestos nos esse. Non iterū commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui i facie gloriatur, & non in corde. Siue enim mente excedimus, deo: siue sobrii sumus vobis. Charitas enim Christi vrget nos estimantes hoc quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt iam non sibi viuunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

Questio qualiter facti se preparat ad premiū eternā gloriā placēdo deo: hīc ostēdit cōsequēter quomodo preparat se ad hoc proficiēdo pximo. Et circa hoc duo facit. Primō ostēdit sollicitudinē suā quā habet de salute proximorū. Secūdo verō huius sollicitudinē causam assignat, ibi [Charitas Christi, &c.] Circa primū tria facit. Primō ponit curā quā habet de salute proximorū persuadēdo eis. Secūdo excludit quādā falsam suspicionē, ibi [Nō iterū nos, &c.] Tertiō ostēdit q̄ etiā in modo docēdi, pximorū vtilitatē intēdat, ibi [Siue em̄ mēte, &c.] Circa primū duo facit. Primō ponit studiū suum de vtilitate proximorū. Secūdo mani festat hoc, ibi [Deo autē, &c.] Dicit ergo, Dico q̄ oportet nos manifestari ante tribunal, &c. Et hęc cōside ratio inducit homines ad timēdum iudiciū. Et ideo dicit [Sciētes ergo timorē domini]. i. q̄ purē & castē timēdus sit dñs Iesus Christus suademus hominibus, vt timeat & credat. Iob 23. Cōsiderans cū timore sollicitor. Hic. 10. Quis nō timebit te o rex gētium. Esa. 8. Dominū exercitū ipsū sanctificatē, &c. Sed quia aliquis possit dicere q̄ nō ex gratia, sed ex cōmodo suo suadebat hoībus. Et ideo manifestat hoc esse falsū duplici testimonio. s. dei. Vnde dicit, Deo autē manifesti sumus. s. ex timore dei loquimur. Deus enim videt in tentionē cordis nostri. Hic. 17. Prauū est cor hominis & inscrutabile & q̄s cognoscerit illud? Ego dominus, &c. Io. 2. Ipse sciebat, &c. Itē testimonio cōsciētiarū ipsorū. Vnde dicit, Spo autē in cōsciētis vestris, &c. & verē spero, quā sic me exhibui, vt vos scire possitis nos esse probatos: & firmiter hoc tenere, & nō cōfiteamini ore: supra 4. Cōmendātes nosmetipsos ad omnē cōsciētiam, &c. Cōsequēter quia possent credere q̄ hoc dixerit Apostolus ad cōmendationē propriā, remouet hęc suspicionē falsam, dicens [Nō iterū nos cōmendamus vobis]. i. non dicimus hoc ad cōmendationē nostrā, vt quasi iterū velimus nos cōmendare: supra enim 3. & etiā 1. Cor. 3. aliqua dixerat ad cōmendationē suā. Et ideo dicit, Iterū infra 10. Non enim qui seipsum cōmendat, &c. Sed hoc dicimus p̄pter vtilitatē vestram. q. d. Damus vobis occasionē gloriādi. i. materiā gloriādi. Pseudo em̄ p̄ elationē gloriābātur, dicētes se fuisse doctos ab Apostolis, qui fuerūt à domino. s. à Petro & Iacobo, qui erāt colūna fidei detrahētes in hoc Apostolo, quasi non fuerit cū domino Iesu, & volentes ei doctrinā destruere. Vt ergo & Corinthij haberēt in quo gloriāretur cōtra ipsos pseudo. s. de gratia Apostolo data, & vt eos refellāt, & nō seducātur ab eis: ideo dicit hoc. Vnde subdit [Vt habeatis ad eos.]. i. cōtra eos, vel ad eos reprimēdos qd possitis dicere. Ad eos dico qui i facie gloriātur, & nō in corde. Quod tripliciter exponitur sic, In facie gloriātur. i. exterioribus obseruatiis legalibus, q̄ ad literā docebāt seruare legalia. Et i corde. i. i virtute Christi quā est in corde, quia in spiritualibus, sicut Apo. qui in virtute Christi dicebat, Mihi autē ablit gloriari, &c. Item in facie gloriābātur. i. in cōspectu hominū, sicut hypocritā faciunt, & nō in corde. i. in testimonio cōsciētia, sicut Apostolus. Vnde dicit, Gloria nostra hęc est, &c. Vel in facie gloriātur, quia aliqua prætendebāt exterius, quā tamen non ita sentiebant interius in corde. s. q̄ dicebāt se doctos ab Apostolis, & sequebantur eorū doctrinam quam mitebātur destruere. Patet ergo qualiter Apostolus in docendo proximorū salutem procurabat. ¶ Sequitur videre quomodo ipsorum salutem procurabat etiā in modo docēdi. Vnde dicit [Siue enim mēte, &c.] Quod exponitur dupliciter: vno modo sic, vt Apo. dicat se excedere quādo loquitur eis cōmendādo se sobriū esse, quādo loquitur de cōmendatione p̄ptia, se cūm hoc dicit, Quocūq; modo doceamus, vel est honor dei, vel vtilitas pximi, quia si excedim⁹ mēte. i. cōmendamus nos deo. s. est. i. ad honorem dei, vel de seruādo iudicio dei: siue sobrii sumus. i. nō alta dicamus de nobis. Hoc est vobis. i. ad vtilitatē vestrā. Sed aliter & est magis literalis sensus. Dico q̄ damus vobis occasionem gloriādi pro nobis, quia nos in omnibus quā facimus, & etiā in modo faciēdi intēdimus bonū vestrum. Vnde sciēdum q̄ Apostoli sunt medij inter deum & populum. Deut. 5. Ego sequester medius fui, &c. Oportebat ergo q̄ haurirent à deo quod effunderent populo. Et ideo necessarium erat q̄ quandoq; eleuarent se per cōtēplationem in deum ad percipiendum cęlestia, quandoq; conformarent se populo ad tradendum quā à deo perceperant, & hoc torum in eorum vtilitatem cedebat. Et ideo dicit, Siue enim excedimus mente. i. eleuamur ad hoc q̄ percipiamus dona gratiarū, & hoc vt deo. s. vniamur quod fit per excessum rerū tēporaliū. Psal. Ego dixi in excessu meo. Dyon. Est enim extasim faciēti diuinus amor, &c. Siue sobrii sumus. i. cōmensuremus nos vobis tradendo diuina p̄cepta. Hoc est vobis. i. ad vtilitatem vestram. Sobrietas enim idē est q̄ cōmensuratio. Bria enim in Græco idem q̄ mensura. Hęc sobrietas nō opponitur ebrietati quā est de vino quā ad bella trahit in terra, sed opponitur ebrietati quā est à spiritu sancto quā rapit hominem ad diuina, de qua dicitur Can. 5. Bibite amici & iebriamini charissimi. Nā illa. s. sobrietas est p̄pter vtilitatē proximis: sed hęc ebrietas est propter amorē dei. Huiusmodi autē descensus signatus est per descensum angelorū per scalam quam vidit Iacob. Gene. 28. Io. 1. Videbitis cęlū apertum, &c. ¶ Consequenter cūm dicit [Charitas autē Christi, &c.] Subiungit Apostolus causam p̄missā sollicitudinē quā quidem est charitas Christi. Circa hoc autem duo facit. Primō ostēdit se vrgeri à charitate Christi ad procurandam salutem proximorum. Secūdo ostendit vnde prouocetur charitas Christi in ipso, ibi [Estimantes hoc, &c.] Dicit ergo. Dico quod siue excedimus deo, siue sobrii sum⁹ vobis est ad vtilitatē vestram. Et huius causa est, quia charitas Christi vrget nos ad hoc. Et dicit, vrget, quia vrgeri idem est quod stimulare.

stimulare. q. d. Charitas Christi quasi stimulus stimulat nos ad faciēdum ea quā charitas imperat, vt. s. procuremus salutem proximorum. Hic est effectus charitatis. Rom. 8. Qui spiritu dei aguntur. i. agitantur &c. Can. 8. Lampades eius vt lampades ignis &c. Vnde autem proueniat iste stimulus charitatis, ostendit consequenter subdens, Estimantes hoc quoniam si vnus &c. Et primō affirmat rationē huius. Secūdo exponit, ibi [Et pro omnibus mortuus est &c.] Dicit ergo, Dico q̄ omnia pro vobis facimus, quia vrget nos charitas Christi, quia estimamus, q̄ si vnus. s. Christus pro omnibus mortuus est, q̄ etiam nos ita viuamus, id est ad vtilitatem vestrā, q̄ etiam nobis mortui simus, id est nihil curemus de nobis, sed de Christo & de his quā Christi sunt. Et hoc est quod dicit, Si vnus. Rom. 5. Commendat deus suam charitatem in nobis &c. i. Pe. 2. Christus passus est pro nobis &c. Quod ergo infertur, Ergo omnes mortui sunt, exponitur tribus modis. Primō vt dicatur omnes mortui sunt, morte peccati in Adam. Non enim esset necessarium q̄ Christus pro omnibus moreretur, nisi omnes mortui fuissent morte peccati in Adam. i. Corin. 15. Sicut in Adā omnes, &c. Secūdo vt dicatur, Omnes mortui sunt, scilicet veteri vitæ. Christus enim mortuus est ad delenda peccata. Ergo omnes debēt mori veteri vitæ, scilicet peccati, & viuere vitā iustitiæ. Ro. 6. Quod enim mortuus est peccato &c. ita & vos estimare vos mortuos esse &c. Tertiō & magis literaliter Ergo mortui sunt omnes, id est ita debet se quilibet reputare ac si esset mortuus sibi ipsi. Col. 3. Mortui estis &c. Et hęc modum exponit consequenter cūm dicit, Et pro omnibus mortuus est Christus. i. Io. 2. Mortuus est vt viuamus Christo. Vnde subdit, Vt & qui viuunt. s. vitā naturalē, iam non sibi viuunt. i. non propter seipsum & propter bonum suum tantum, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. s. Christo. i. totam vitam suam ordiner ad seruitium & honorem Christi. Gal. 2. Viuo ego iam non ego &c. Eccl. 29. Gratiam fideiustoris tui ne obliuiscaris &c. Et horū ratio est quia vnusquisque operam sumit regulā operis sui à fine. Vnde si Christus est finis vitæ nostræ: vitam nostram debemus regulare, non secundum voluntatem nostram, sed secundum voluntatem Christi. Sic enim & Christus dicebat Ioan. 6. Descendi de cęlo non vt facerem voluntatem meam &c. Nota autē q̄ duo dicit. s. q̄ mortuus est Christus & quod resurrexit pro nobis: vbi duo exi-gūtur à nobis, quia enim mortuus est pro nobis, & nos debemus mori nobis ipsis. i. pro ipso obnegare nos ipsos. Vnde dicebat. Lu. 9. Qui vult venire post me abneget semetipsum &c. Quia verō Christus resurrexit pro nobis, & nos debemus ita mori peccato, & veteri vitæ, & nobis ipsis, quod tamē resurgamus ad nouam vitam Christi. Ro. 6. Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate &c. Et propter hoc dominus non dixit solum, abneget semetipsum & tollat crucem suam, sed addidit & sequatur me, scilicet in nouitate vitæ proficiendo in virtutibus. Psal. Ibunt de virtute in virtutem &c.

Lectio 4.

Itaque, nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Posito quomodo sancti preparant se ad susceptionem gloriæ cęlestis placendo deo & proficiendo proximo. Hic consequenter ostendit quō preparant se ad hoc idem abdicādo à se carnalē affectū. Et circa hoc tria facit. Primō ponit abdicātionem carnalis affectus. Secūdo excludit instantiam, ibi [Et si cognouimus &c.] Tertiō concludit intentum, ibi [Si qua ergo in Christo &c.] Dicit ergo primō, Ex quo ergo à deo certissimum de gloria aterna, ita q̄ nos ex hoc neminem secundum carnem nouimus, vbi nota quod secundum carnem est quadam determinatio, & potest dupliciter exponi, secundum quod dupliciter cōstructio fieri potest. Vno modo vt ly, secundum carnem, construat cum hoc accusatiuo neminem, & sic exponit Glo. Neminem secundum carnem, id est carnaliter viuētē approbamus. Ex quo enim quilibet debet mori, non approbamus eum qui carnaliter viuunt. Et hoc modo accipitur caro. Rom. 8. Vos autem in carne non estis &c. Alio modo, neminem secundum carnem, id est secundum carnales legis obseruantias, viuētē, nouimus, id est approbamus. Et hoc modo accipitur caro Philip. 3. Qui confidunt in carne, id est in carnali bus legis obseruantias &c. Tertiō, neminem secundum carnem, id est secundum carnis corruptionem nouimus, id est reputamus. Licet enim fideles adhuc carnem corruptibilem gerāt, tamen in spe iam habent corpus incorruptibile. Vnde non reputant se secundum q̄ modō carnem corruptibilem habent, sed secundum quod habituri sunt corpus incorruptibile. Hoc modo accipitur caro. i. Corin. 15. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Alio modo potest construi, vt ly, secundum carnem, construat cum hoc verbo, nouimus. Et sic est sensus. Dico quod ex quo non debemus nobis viuere, sed ei qui pro nobis mortuus est: itaque nos ex hoc neminem secundum carnem nouimus, id est non sequimur in aliquo carnalem affectum, nec aliquem hoc modo reputamus. Et hoc modo Deuter. 33. Qui dixerit patri suo & matri nescio vos &c. Et sic ly, secundum carnem, refertur ad cognoscētem, sed in prima expositione referebatur ad cognitum. Quia verō aliquis possit dare instantiam de Christo quod saltem cognouisset eum secundum carnem. Ideo consequenter hoc remouet, dicens, quod si cognouimus & cetera. Circa quod sciendum est quod Manicheus adducebat verba ista pro se in fulcimentum sui erroris. Ipse enim dicebat Christum non habuisse verum corpus, nec fuisse ex semine Dauid natum. Et sic Augustinus dicit in lib. contra Faustum, Si quis contra cum allegaret verbum Apostoli ad Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, & illud. i. Tim. 3. Et manifestē magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne &c. & 2. Ti. 2. Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid &c. Respondebat quod Apostolus aliquando fuerat huius opinionis, scilicet quod fuisset ex semine Dauid, & quod verum corpus habuisset: sed postea hanc opinionem mutauit & correxit se hęc. Vnde dicebat, Et si cognouimus secundum carnem Christum, id est si fuerimus aliquādo huius opinionis quod Christus habuisset veram carnem, sed nunc iam non nouimus, id est modō mutauimus illam opinionem & non credimus ita. Quod quidem dupliciter improbat Aug. 1. quia de eo quod falsō putamus, nullus dicit, nouimus, sed opinamur. Cū ergo Apostolus vratur hęc hoc verbo, cognouimus: videtur quod non aliquando falsō putauerit. Secūdo quia supra Apostolus dicit, Neminem nouimus secundum carnem. Si ergo verum esset quod dicit Manicheus, Apostolus nullum cognosceret habere verum corpus, quod est falsum. Est ergo falsum quod Manicheus

dicit. Et ideo aliter exponendum secundum veritatem & dupliciter. Vno modo vt sumatur hęc, caro, pro corruptione carnis. i. Cor. 15, Caro & sanguis &c. Et tunc est sensus. Et si cognouimus aliquādo Christum secundum carnem. i. habere eum carnem corruptibilem ante passionem, sed nunc iam non nouimus. Cum habere carnem incorruptibilem, quia Ro. 6, dicitur, Christus resurgens ex mortuis iam non moritur &c. Alio modo secundum Glo. vt ly, si aliquādo secundum carnem Christum cognouimus, referatur ad statum Pauli ante conuersionem ad Christum. Quod verò sequitur, sed nunc iam non nouimus, referatur ad statum eius post conuersionem. Et sic est sensus. Et ego & alij Iudaei infideles aliquando. i. ante conuersionem meam, cognouimus Christum secundum carnem. i. secundum quod carnaliter opinati sumus de Christo. scilicet esse tantum hominem, & quod venit tantum ad carnales obseruantias legis, sed iam. i. postquam cōuersus sum, non nouimus. i. hęc opinio cessauit, immo credo quod sit verus deus, & quod non sit colendus per carnales obseruantias. Vnde dicebat Gal. 5, Si circumcidimini Christus nihil vobis proderit. Potest & aliter exponi, vt hoc quod dicit, & si cognouimus &c. Dicat Apostolus in persona omnium Apostolorum Christi, & sic videtur respondere vltimæ expositioni huius quod dicitur, Neminē cognouimus. Vnde sciendum est quod August. exponens illud Io. 16, Expedit vobis vt ego vadam. Vbi ratio domini ad hoc subditur. Si enim non ab iero paracletus non veniet ad vos. Dicit quod hoc ideo erat, quia discipuli carnaliter amantes Christum afficiebantur ad ipsum, sicut carnalis homo ad carnalem amicum: & sic non poterant eleuari ad spirituales dilectionem quæ etiam pro absente multa facit pati. Vt ergo radicaretur in eis affectus spiritualis qui est à spiritu sancto, & cessaret carnalis, dixit eis dominus, Pax vobis &c. Hoc ergo Apostolus in persona omnium discipulorum commemorans dixit, Et si cognouimus. i. si adhuc sumus Christo aliquando. scilicet quando nobiscū erat presentia corporali secundum carnem. i. secundum quod carnalem affectum: sed iam non nouimus. i. iam iste affectus cessauit à nobis per spiritum sanctum qui datus est nobis, & consequenter cum dicit [Si qua igitur in Christo &c.] Ex præmissis concludit quendam effectum esse consecutum. scilicet nouitatis in mundo, & ideo dicit, Si qua igitur. i. si aliqua in Christo. i. in fide Christi, vel per Christum noua creatura est facta. Gal. 5, In Christo Iesu neque præputium neque circumcisio &c. Vbi notandum quod ignouatio per gratiam dicitur creatura. Creatio enim est motus ex nihilo ad esse. Est autem duplex esse, esse naturæ & esse gratiæ. Prima creatio facta fuit qua creaturæ ex nihilo productæ sunt à deo in esse naturæ, & tunc creatura erat noua, sed tamē per peccatum inueterata est. Tren. 3, Vetustā fecit pellē meam &c. Oportuit ergo esse nouam creationem, per quam producerentur in esse gratiæ, quæ quidē creatio est ex nihilo, quia qui gratia carent, nihil sunt. Cor. 13, Si nouerim misteria omnia &c. charitatem autem non habeam &c. Job. 18, Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est. i. peccati. Aug. Peccatum enim nihil est & nihil fiunt homines cum peccant. Et sic patet quod infusio gratiæ est quædam creatio. Si ergo aliqua creatura facta est noua per ipsum, vetera transferuntur ei. Hoc quidem sumptum est. Leui. 26, vbi dicitur, Nouis superuenientibus vetera proicietis. Ex quo sic argumentauerunt. Si omnia noua facta sunt & secundum legem nouis superuenientibus vetera sunt proicienda, ergo si qua creatura est, vetera transferuntur ei. i. transferre debent ab eo, vetera autem quæ transferre debent sunt legalia. Ro. 7, Seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Item errores Gentilium. Esa. 26, Vetus error abiit. Item corruptiones peccati. Ro. 6, Vetus homo noster &c. Quibus quidem in nobis transeuntibus virtutes contrariæ his vitis debent in nobis innouari. Apocal. 21, Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Lectio 5.

Omnia autem ex deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia dei in ipso.

Postquā Apostolus in superioribus tractauit de præmio sanctorum & de preparatione ad susceptionem eius. Hęc consequenter agit de causa vtriusque. Et circa hoc tria facit. Quia primò ostendit auctoritatem omnium prædictorum esse deum. Secundo commemorat beneficium à Christo collatum, ibi [Qui reconciliauit &c.] Tertio beneficij vsum, ibi [Pro Christo ergo legatione.] Dicit ergo, Dixi quod intendimus salutem proximorum, & vetera transferunt, sed hæc omnia sunt nobis ex deo patre. Vel ex deo authore. Ro. 11, Ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Iac. 1, Omne datum optimum &c. Sequitur beneficium susceptum à deo, ibi [Qui reconciliauit &c.] Vbi primò ponit ipsum beneficium collatum. Secundo exponit, ibi [Quoniam quidem deus &c.] Commemoratur autem duplex beneficium per Christum collatum. Vnum commune, aliud speciale. Commune quidem toti mundo. scilicet reconciliationis ad deū, & hoc est quod dicit, Qui. scilicet deus pater reconciliauit. i. pacificauit nos sibi, & hoc per Christum. i. per incarnatum verbū. Homines enim erant inimici dei propter peccatum, Christus autem hanc inimicitiam abstulit de medio satisfaciens pro peccato. Et fecit concordiam. Col. 1, Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis &c. Et ideo dicit per Christum. Ro. 5, Reconciliati sumus deo per mortem &c. Speciale autem beneficium est Apostolis collatum. scilicet quod ipsi sint ministri huius reconciliationis. Vnde dicit, Et dedit nobis Apostolis vicarij Christi ministerium huius reconciliationis: supra 3, Ministros nos elegit &c. Psal. Suscipiant mōtes. i. Apostoli, pacem populo, scilicet à domino. & consequenter cum dicit [Quoniam &c.] Exponit quæ dixit. Primò primum. Secundo secundum, ibi [Posuit in nobis &c.] Dicit ergo, Dico quod deus reconciliauit nos sibi, & hoc modo. Inimicitia enim inter deum & hominem erant propter peccatum, vt dictum est, secundum illud Esa. 59, Peccata vestra diuiserunt &c. Destructo ergo peccato per mortem Christi, inimicitia iam soluta sunt. Et hoc est quod dicit, Quoniam quidem deus erat in Christo per vnitatem essentia. Ioan. 1, Ego in patre & pater in me est. Vel deus erat in Christo per Christum mundum sibi reconcilians Ro. 5, Reconciliati sumus deo &c. Et hoc non reputans illis delicta ipsorum, id est non habens in memoria illorum delicta tã actualia quæ originalia ad puniendū, p quibus Christus plenē satisfecit. Et secundū hoc dicitur nos reconciliauit sibi, in quatuor nō imputat delicta nostra nobis. ps. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatū. & Cōsequenter cū dicit [Et posuit in nobis &c.] Exponit secundū. scilicet de beneficio Apostolis collato. q. d. Hoc modo

dedit nobis ministerium reconciliationis, qui posuit in nobis verbū reconciliationis. i. dedit virtutem & in spirando inducimus hoīes vt cōformēt se Christo per baptismū. Hie. 1, Ecce dedi verba mea. & Consequenter cū dicit [Pro Christo ergo legatione, &c.] Ostendit vsum beneficij. Et primò quātū ad secundū beneficij collatū Apostolis. Secundo quātū ad primū collatū omnibus, ibi [Obsecramus pro Christo &c.] Dicit ergo, Ex quo deus posuit verbū reconciliationis debemus eo vt. Et hoc est ergo quod fungimur legatione pro Christo. i. sumus legati Christi. Ephe. 6, Pro quo legatione fungimur in cathena ista &c. Et idoneitas ad hanc legationē est nobis ex virtute dei, quæ est in me. Et ideo dicit, Tanquā deo exhortante per nos, quia deus qui in nobis loquitur, dat nobis idoneitatem ad hanc legationē. Mat. 10, Nō vos estis qui loquimini &c. infra 13, An experimētū quartis eius qui in me &c. & Cōsequenter cū dicit [Obsecramus &c.] Subdit quātū ad vsum primū beneficij. Et primò inducit ad vsum. Secundo ostendit vnde asit nobis facilitas ad ipsum vsum, ibi [Eum qui nō &c.] Dicit ergo, Ex quo deus fecit reconciliationē, & nos sumus legati dei in hoc obsecramus &c. Blandē alloquitur cū posset imperare. 2. Ti. vlti. Argue, obsecra, increpa &c. Ad Phile. Potestatem habens imperandi &c. Obsecramus, inquit pro Christo. i. propter amorē Christi, reconciliamini deo. & Videtur autē hoc esse cōtrariū ei quod dicit quod deus reconciliauit nos sibi, Si ergo ipse reconciliauit, quid necesse est vt nos reconciliemur, iā enim reconciliati sumus. Ad hoc dicendū quod deus reconciliauit nos sibi: vt causa efficiēs. scilicet ex parte sua: sed vt sit nobis meritoria, oportet etiā quod fiat reconciliatio ex parte nostra. Et hoc quidē in baptismo & in penitentia, & tunc cessamus à peccatis: Vnde autē asit nobis huiusmodi facultas reconciliandi deo ostendit ex hoc. scilicet quod dedit nobis potestatem iuste viuēdi qua possumus abstinere à peccatis, & hoc faciendo reconciliamur deo. Et ideo dicit [Eum qui nō &c.] quasi dicat. Bene potestis reconciliari, quia deus. scilicet pater, eum. scilicet Christū qui nō nouerat peccatū. 1. Pe. 2, Qui peccatū non fecit &c. Io. 8, Quis ex vobis arguet me &c. & Pro nobis fecit peccatū. Quod tripliciter exponitur. Vno modo quia cōsuetudo veteris legis est, vt sacrificium pro peccato peccatū nominetur. Osee 4, peccata populi mei comedēt, i. oblata pro peccato. Tunc est sensus. Fecit peccatum. i. hostiā vel sacrificiū pro peccato. Alio modo quia peccatū aliquādo sumitur pro similitudine peccati, vel pro pena peccati. Ro. 8, Misit deus filiū suū in similitudinē peccati &c. i. de similitudine peccati dānauit peccatū. Et tunc est sensus. Fecit peccatū. i. fecit eū assumere carnē mortālē & passibilē. Tertio modo quia aliqui dicitur hoc esse hoc vel illud, nō quia sit: sed quia opinatur hoīes ita esse. Et tūc est sensus. Fecit peccatū. i. fecit eū reputari peccatorē. Es. 53, Cū iniquis reputatus est. Et hoc quidē fecit vt nos efficeremur iustitia. i. vt nos qui peccatores sumus, efficeremur nō solum iusti, imo ipsa iustitia. i. iustificaremur à deo, vel iustitia, quia nō solū nos iustificauit, sed etiā voluit quod per nos alij iustificarentur. Iustitia dico dei, nō nostra. Et in Christo. i. per Christū vel aliter vt ipse Christus dicatur iustitia. Et tūc est sensus vt nos efficeremur iustitia. i. vt inhereremus Christo per amorē & fidē qui Christus est ipsa iustitia. Dicit autē dei vt excludat iustitiam hominis quæ est, qua homo confidit de proprijs meritis. Ro. 10, Ignorantes dei iustitiam &c. In ipso. scilicet Christo. i. per Christū, quia ipse factus est nobis iustitia. 1. Cor. 1. Caput 6.

Ad diuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim, tempore accepto exaudiuit te: & in die salutis adiuu te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Neminē dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrū, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiunijs.

Suprà Apostolus cōmendauit ministeriū Apostolatus: hęc cōsequenter ipsum ministeriū sibi cōmissum ad vtilitatem subditorū exequitur. Et circa hoc duo facit. Primò horrat eos in generali ad omnia quæ committere sunt necessaria ad bonā vitā. Secundo horrat eos de quodā speciali suffragio siēdo sanctis in Hierusalē, & hoc 8. ca. ibi [Notū autē vobis facimus fratres &c.] Circa primū autem duo facit. Primò horrat eos ad bona presentia. Secundo cōmendat eos de bonis in præterito factis, & hoc 7. ca. ibi [Has igitur habētes promissiones &c.] Circa primū tria facit. Primò hortatur in generali quod gratia dei non vitatur in vanū. Secundo ostendit gratiā dei eis esse collatā, ibi [Ait enim tempore accepto &c.] Tertio docet eos in speciali modū vtēdi dictā gratiā, ibi [Neminē dātes vllā offensionē &c.] Dicit ergo primò. Ex quo facultas adest nobis ad bene operandū, & hæc est gratia dei. nos autē ad hoc pro Christo legatione fungimur. Ideo adiuuantes nos. scilicet predicationibus, exēplis & exhortationibus. Prou. 18, Frater qui adiuuatur à fratre &c. Vel adiuuantes. scilicet deū. 1. Cor. 3, Adiuutores dei sumus. & Sed cōtrā Esa. 40, Quis adiuuit spiritū domini &c. Nō ergo bene dicitur, Adiuuantes deū. Responso, quod iuuare deum potest intelligi, vel ei vires ministrare ad aliquid agendū, & sic nullus iuuat deū, nec iuuare potest. Vel eius mādatum exequi, & sic sancti homines deū iuuare dicuntur exequendo eius mandata. Nos inquam, sic iuuātes hortamur vos. Ro. 12, Qui exhortatur &c. Hoc, exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis. q. d. Ne perceptio gratiæ sit vobis inutilis & vacua. Quod tunc contingit, quando ex perceptione gratiæ quis non sentit fructum. Qui quidem duplex est. scilicet remissio peccatorum. Esa. 27, Hęc est omnis fructus &c. Et vt homo iustē viuendo perueniat ad gloriam cælestem. Ro. 6, Habetis fructum vestrum. Quicumque ergo gratia percepta non vitatur ad vitandum peccata, & consequendum vitam aternā, hic gratiam dei in vanum recipit. Phil. 2, Non in vacuum cucurrit &c. Et ne aliquis dubitaret de perceptione huius gratiæ à deo, ideo cōsequenter Apostolus probat eos iā recepisse gratiam hanc, vel paratā habere ad recipiendū, dicens [Ait enim tempore &c.] Et circa hoc duo facit. Primò inducit auctoritatem prophetæ. Secundo inducitur adaptat ad propositū, ibi [Ecce nūc tēpus &c.] Dicit ergo primò. Dico quod paratis vos ad fructuosē percipiendū gratiā quæ vobis est collata vel parata. Ait enim dominus per Es. 49, Tempore accepto &c. Circa quod sciendū est quod dominus dicitur facere nobis gratiā vel exaudiendo nos in petitionibus nostris, vel iuuādo in operationibus nostris, sed exaudit vt percipiamus quod petimus. Ia. 1, Si quis indiget sapiētia postulet &c. Adiuuat vt perficiamus quod operamur. Psal. Nisi quia dominus adiuuit me &c. Et hæc duplex est gratia praueniens. scilicet & cooperans vel subsequens, quæ quidē necessaria est nobis ad obtinendū. Et primò gratiā praueniētē quā optare debemus vt sumus accepti à deo. Psal. Pro hac orabit te omnis sanctus. Et quātū ad hoc dicit, In tempore accepto. i. acceptionis & gratificationis, hoc enim

tempore accepto fit quod gratis fit, Ro. 4, Beatitudinē hominis cui deus accepto fert iustitiā &c. Exaudiui te, i. acceptaui te. Vel tempore accepto. i. in tempore gratiæ. Et hoc modo gratia preueniēs dicitur illa per quā liberamur à peccatis. Gratia verò subsequens dicitur per quam virtutes nobis ex perseuerantia in bono conseruntur. Secūdo necessaria est nobis gratia cooperans & hanc petebat. Psal. Et misericordia eius subsequatur me &c. Et q̄tū ad hoc dicit, In die salutis adiuui te. Tēpus enim ante Christū non fuit dies, sed nox. Ro. 13, Nox præcessit &c. Sed tēpus Christi dicitur dies & non solūm dies, sed dies salutis. Ante enim non erat salus, quia nullus ad finē salutis perueniebat. s. ad visionem dei, sed modò quando iam nata est salus in mundo, homines salutem sequuntur. Mat. 1, Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum &c. 1. Pet. 4, Operamini vestram salutem, Et hoc fit auxilio gratiæ cooperantis qua per nostra opera peruenimus ad vitā æternam. Phil. 2, Deus est qui operatur &c. ¶ Consequenter auctoritatem inductam adaptat ad propositum, dicens [Ecce nunc &c.] Quasi dicit. Hæc quæ dixit dominus de tempore gratiæ per propheta implentur modò, quia ecce nūc tempus acceptabile. i. gratificationis per quam exaudimur à deo, quia iam venit plenitudo temporis. s. incarnationis Christi. Gal. 4, Et hoc quantum ad primā partem auctoritatis. Psal. Tempus beneplaciti deus. Ecce nunc dies salutis, in quo. s. adiuui gratia cooperante possumus operari ad consequendum salutem æternam. Io. 9, Me oportet operari &c. Gal. 6, Dum tempus habemus &c. ¶ Consequenter cum dicit [Nemini dantes &c.] Docet modum vtendi gratia eis collata. Et primò in generali, qualiter. s. in vacuū non recipiatur. Secūdo in speciali, ibi [In multa patientia &c.] Dicit ergo, Sic vtendū est gratia vt dantes nemini vllam offensionē. Nam gratia ad duo datur, s. ad vitandū mala, & ad operandum bona. Et idē duo docet, vt. s. vitemus mala, & quantum ad hoc dicit [Nemini dantes &c.] quod potest dupliciter exponi. Vno modo vt referatur ad Apostolos. q. d. Nos adiuuantes vos exhortamur. Nos dico nemini vllam dantes offensionem, quia si per malā vitam aliquos offenderemus, vituperaretur ministerium nostrum, & contēneretur prædicatio nostra. Rom. 2, Nomen dei per vos blasphematur. Gregorius, Cuius vita despicitur restat vt eius prædicatio contēnatur. Vnde publicus & famosus peccator cauere debet sibi ne prædicet, aliās peccat. Psal. Peccatori autē dixit deus &c. Alio modo vt referatur ad subditos. q. d. Hortamur vos ne in vacuū &c. Vos dico nemini dantes vllam &c. i. non facientes aliquid vnde alij scandalizentur. 1. Co. 10, Sine offensione estote &c. Rom. 14, Non ponatis offendiculum &c. Et ratio huius est, vt non vituperetur &c. i. ita irreprehensibiliter vos habeatis vt ministerium nostrum. i. Apostolatus nosster nō vituperetur. Quando enim subditi malē se habēt vituperium est prælati. 1. Pet. 2, Cōuersationem vestram inter gentes &c. Vel vt non vituperetur cōmune ministeriū quo ad vos & nos, qui sumus ministri dei. Nos dico sumus ministri dei ad exequendum voluntatem eius in vobis & in aliis. Sed vos ad exequendum voluntatem eius in vobis tantūm. Esa. 61, Vos sacerdotes domini vocabimini &c. ¶ Consequenter cū dicit [Sed in omnibus exhibeamus &c.] Docet eos modū vtendi percepta gratia quantum ad bona operanda. Dicit ergo nemini demus vllam offensionē, sed exhibeamus nos & vos opere, & sermone in omnibus quæ ad virtutes pertinent tales, quales debent esse ministri dei, vt. s. cōformemur nos deo faciendo eius voluntatem. Eccl. 10, Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. 1. Co. 4, Sic nos existimet homo vt ministros &c. ¶ Consequenter cum dicit [In multa patientia &c.] Ostendit in speciali quomodo nos debemus exhibere sicut dei ministros in vsu gratiæ collatæ. Et hoc quantum ad tria. Primò quantum ad exteriorem operationem. Secūdo quantum ad maiorē deuotionem, ibi [Os nostrum patet &c.] Tertiò quātum ad infidelium vitationē, ibi [Nolite iugū ducere &c.] Circa primū tria facit, secundū tria in quibus cōsistit operatio exterior. Primò enim cōsistit in sufferētia malorū. Et quātū ad hoc dicit [In multa patientia &c.] Secūdo in operatione bonorū, & quātū ad hoc dicit [In castitate &c.] Tertiò in mutua cooperatione bonorū ad mala, & quātū ad hoc dicit [Per arma iustitiæ &c.] Est ergo necessaria in malis sustinēdis virtus patientiæ. Vnde dicit [In multa patientia &c.] Vbi tria facit. Primò inducit ad patientiā. Et hoc quia in ps. legitur, Bene patientes erunt vt annūtiēt. Et quātū ad hoc dicit [In multa patientia &c.] Pro. 19, Doctrina viri per patientiam noscitur. Luc. 21, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Dicit in multa. i. propter multas tribulationes quæ occurrunt. Secūdo ostendit viam patientiæ in generali: & hoc in superuentione malorū. Vnde dicit, In tribulationibus. Ro. 12, In tribulatione patientes. Act. 14, Per multas tribulationes &c. Et in defectu necessario rū. Vnde dicit, In necessitatibus. s. eorū quæ sunt necessaria ad vitā. Psal. De necessitatibus &c. Tertiò ostendit materiā patientiæ in speciali. Et primò in his quæ pertinent ad tribulationes quæ sunt volūtaria, & hoc quātū ad tribulationes quæ pertinent ad animā, & sic dicit, In angustiis. s. cordis quādo. s. sic ardetur aduersis vt non pateat via euadēdi. Hæb. 11, Angustiati, afflicti &c. Itē inquantū ad tribulationes quæ sunt in corpore, & sic dicit, In plagis. s. illatis ab aliis. Et carceribus. Act. 16, Cum multas plagas ei intulissent &c. in frā 11, In carceribus abundantius, in plagis suprā modū &c. In seditionibus. s. totius populi cōmoti. Act. 19, Periclitamur argui seditionis hodiernæ &c. Secūdo in his quæ pertinent ad necessitates. Necessitas autem aliquādo est volūtaria. Et sic dicit, In laboribus, propria manu operādō apud Corinthios, quia auari erant ne eos grauaret sumptibus. Et apud Thessaloni. quia erant otiosi, vt daret exēplum exercitij. Act. 11, Ad ea quæ mihi opus erant &c. In vigiliis propter prædicationes: in frā 11, In vigiliis. in ieiuniis aliquādo voluntariis aliquādo inuoluntariis propter penuriam. 1. Co. 9, Castigo corpus meū &c. ¶ Sed contrā est quod dicitur Mat. 11, Iugum meum suauē est. Hic verò dicitur in tribulationibus multis &c. Nō ergo suauē sed grauiissimum. Respondeo, hæc sunt in seipsis aspera, sed propter amorem & interiorem feruorem spiritus qui corantur. Vnde Aug. Omnia grauiā & immania, facilia & propē nulla facit amor.

Lectio 2.

In castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: vt seductores, & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. ¶ Positis his quæ pertinent ad tolerantiam malorū, ponit cōsequētē ea quæ pertinent ad obseruantiam bonorum. Bonitas autē operis consistit in tribus. In perfectione virtutum, & hoc pertinet ad cor. In veritate lo-

cutionis: & hoc pertinet ad os. In virtute operis: & hoc pertinet ad opus. ¶ Primò ergo ostendit Apostolus qualiter se habeant in his quæ pertinent ad perfectionē virtutum quæ cōsistunt in corde. Secūdo in his quæ ad virtutem oris, ibi [In verbo veritatis.] Tertiò in his quæ pertinent ad perfectionē operis, ibi [In virtute dei.] Circa primum ponit quatuor virtutes. Et primò virtutē castitatis quæ maximū locū tener in virtute temperantia, & quātū ad hoc dicit, in castitate. s. mentis & corporis. Vbi notandū est q̄ immediatē post multos labores, vigiliās & ieiunia subdit de castitate, & qui vult habere virtutē castitatis, necesse habet laboribus dari, vigiliis insistere, & macerari ieiuniis. 1. Corint. 9, Castigo corpus meum & in seruitutē redigo &c. Hæb. 12, Pacem sequimini &c. ¶ Si autem quaratur quare nō facit mentionē de aliis virtutibus, nisi solum de temperantia. Dicendū est q̄ sic facit, sed implicite, quia hoc quod dicit, In multa patientia, in tribulationibus &c. pertinet ad virtutem fortitudinis, hoc verò quod dicit, Per arma iustitiæ, pertinet ad virtutem iustitiæ. Secūdo ponit virtutē scientiæ. Vnde dicit, In scientia. Et si quidem scientia referatur ad sciētiam qua aliquis scit bene conuersari in medio nationis prauæ & peruersæ, sic referatur ad virtutē prudentiæ. Si verò scientia referatur ad certitudinem, qua fideles certi sunt de his quæ pertinent ad cognitionē dei, sic pertinet ad virtutē fidei. Et vtraq; necessaria est Christianis: quia sine sciētia primo modo, siue secūdo modo accepta homines de facili ruunt in peccatis. Esa. 5, Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nō habuit scientiam. Hiere. 3, Dabo vobis pastores iuxta cor meū. Tertiò ponit virtutē spei. Vnde dicit, In longanimitate qua pertinet ad perfectionem spei. Nihil autē aliud est longanimitas, quā qui arduū aliquod ex spe semper ac diu dilatū patienter expectat, & hoc à spiritu sancto. Gal. 5, Fructus autē spiritus, charitas &c. Longanimitas &c. Col. 1, In omni patientia & longanimitate. Quartò ponit virtutē charitatis. Charitas autē duo habet. s. effectum exteriorem & interiorem. Sed in effectū exteriori, habet suauitatem ad proximū. Nō enim cōuenit q̄ aliquis non sit suauis ad eos quos diligit. Et idē dicit, In suauitate. i. dulci cōuersatione ad proximos, vt scilicet blandi simus. Prouer. 12, Qui suauis est viuuit in moderationibus &c. Eccl. 6, Verbum dulce multiplicat amicos &c. Sed nō in suauitate mūdī, sed in ea quæ causatur ex amore dei. s. ex spiritu sancto, & idē dicit ex spiritu sancto. i. quā spiritus sanctus causat in nobis. Sap. 12, O quā bonus & suauis &c. In effectū autē interiori habet veritatē abiq; fictione, vt. s. nō pretendat exterius contrariū eius quod habet interior. Et idē dicit, In charitate nō ficta. 1. Io. 3, Nō diligamus verbo neq; lingua, sed &c. Col. 3, Super omnia charitatē habentes. Et huius ratio est, quia, vt dicitur Sap. 1, spiritus sanctus disciplinā effugiet fictū. ¶ Consequenter ostendit quomodo se habeat in his quæ pertinent ad veritatē oris, vt. s. sint veraces. Et idē dicit In verbo veritatis. s. vera loquendo & prædicando. Quomodo autem se habeat in perfectione operis, subdit, dicens [In virtute dei.] i. non in operibus nostris cōfidamus, sed solum in virtute dei, & nō in propria. 1. Corin. 4, Regnum dei non est in sermone &c. ¶ Consequenter cum dicit [Per arma iustitiæ &c.] Ostendit qualiter se habeat in operatione bonorum & malorum, inter bona & mala, prospera & aduersa, & hoc pertinet ad virtutē iustitiæ. Et primò ostendit hoc in generali. Secūdo exponit in speciali. Dicit ergo primò q̄ exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia. Et quod plus est, per arma iustitiæ. Vbi sciendum est q̄ iustitiā ordinat, & facit hominem tenere locum suum à dextris. i. in prosperis: vt. s. nō cleuetur, & à sinistris. i. in aduersis, vt scilicet, non deiciatur. Phil. 4, Vbiq; est in omnibus &c. scio abundare &c. ¶ Consequenter hoc exponit per partes prosperorum, & aduersorum, dicens [Per gloriam &c.] Vbi sciendum est q̄ in rebus temporalibus prosperitas, vel aduersitas in tribus consistit. In superbia vitæ, in concupiscentia carnis, in concupiscentia oculorum. Iuxta illud. 1. Io. 2, Omne quod est in mundo aut est cōcupiscentia carnis &c. Et hæc prosequitur ordine suo, quia primò dicit quō se habeant in aduersis & prosperis, quæ pertinent ad superbiā vitæ, dicens [Per gloria &c.] Secūdo quomodo se habeant in his quæ pertinent ad concupiscentiam carnis, ibi [Quasi morientes &c.] Tertiò quomodo se habeant in his quæ pertinent ad cōcupiscentiam oculorū, ibi [Sicut egentes &c.] Sunt autē duo quæ ad superbiā pertinet. s. sublimitas status, & operum. Et idē dicit, Per gloriā. i. per starum excellentiæ. q. d. Exhibeamus nos dei ministros. s. per dei gloriā. i. in prosperitate. Esa. 23, Dñs exercituum cogitauit &c. Et q̄ Apostoli gloriosi appareāt, patet act. 14, Quod Paulus & Barnabas credebatur esse dij. Et ignobilitatē quæ est in sinistris q. d. nec in gloria eleuatur, nec si contemptibiles sumus, deiciamur. 1. Corint. 1, Ignobilia huius mundi elegit deus &c. Quātum ad famam operū dicit, per infamiam & bonā famam. Vbi sciendū est q̄ sicut Greg. dicit, Homo non debet ex se dare causam infamiam suā, sed potius debet procurare bonam famā, iuxta illud Eccl. 41, Curam habe de bono nomine, & hoc propter alios, quia oportet nos bonum testimonium habere ad eos qui foris sunt. 1. Timo. 3, Si verò contingat aliquem incurrere in infamiam iniustē, non debet esse ita pusillanimis, vt propter hoc derelinquat iustitiā. Si verò sit in bona fama apud infideles, nō debet tamen superbire, sed debet inter vtrū que medio modo incedere. ¶ Consequenter exponit ista duo quæ posuit. Et primò quam infamiam habuerit, & ostendit q̄ magnam, quia vt seductores &c. quasi dicat. A quibusdā habemur vt seductores, à quibusdam verò habemur vt veraces. Nec mirum, quia etiam de Christo, alij dixerunt, quia bonus est, alij verò quod non, sed seducit turbas, vt dicit Io. 7. Secūdo ostendit quomodo fuerunt gloriosi & ignobiles, quia sicut ignoti & cogniti. i. approbati à bonis, & incogniti. i. despecti à malis. 1. Cor. 4, Tanq̄ purgamenta &c. ¶ Consequenter prosequitur ea quæ pertinent ad concupiscentiam carnis. Et ponit tria quæ cōcupiscit caro. Primò enim cōcupiscit longam vitam, & quātū ad hoc dicit [Quasi morientes] id est, licet exponamur periculis mortis, in frā 11, In mortibus frequenter &c. tamen ecce viuimus virtute & fide. Et idē Abachuc 2, Iustus in fide viuuit. Psal. Non moriar, sed viuam &c. Secūdo cōcupiscit incolumitatem & quietem. Et quantum ad hoc dicit, Vt castigati, & non mortificati, quasi dicat, licet diuersis flagellis castigemur à domino, non tamē tradit nos morti. Psal. Castigans castigauit me dominus. &c. 2. Tim. 3, Omnes qui piē volunt &c. Tertiò cōcupiscit gaudium & iocunditatem, & quantum ad hoc dicit [Quasi tristes] semper autē gaudentes: quia licet in exterioribus, & quæ ad carnem sunt patiuntur tristitiam, & amaritudinem: interiorius tamen continuum gaudium habemus, quod crescit in nobis ex consolationibus spiritu sancti, & spe remunerationis æternæ. Iac. 1, Omne gaudium existimate &c. Ioann. 16, Tristitia vestra vertetur in gaudium &c.

vt arguamus eos, cum male agunt. Et ideo dicit immundum ne terigeritis. s. consentientes eis in malis. Ro. 1, Non solum qui faciunt ea, sed, & qui consentiunt &c. Ephes. 5, Nolite communicare operibus infructuosis. Et hoc quia qui tangit picem &c. Eccles. 13, Praemium autem re promissum seruauit monitionem est duplex, scilicet diuina familiaritas, & diuina adoptio. Diuina familiaritas, quia ego recipiam vos. q. d. Secundo excatis, quia ego recipiam vos in meos. Psal. Quonia pater meus, & mater mea &c. Pla. Beatus quem elegisti &c. Esa. 41, Ecce seruus meus &c. Sed diuina adoptio, quia adoptat nos in filios, quia dicit, Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios Rom. 8, Non accepistis &c. Et dicit filios quantum ad perfectos, & filias, quantum ad imperfectos, & hoc sumitur de. 2. Reg. 7. vbi dicitur de Salomone, Ego ero in patrem &c.

Capitulum 7.

Monet. P. praeuidendo motuum obferuandem monitionis & exemplum se exhibendo & suam intentionem esse non vt confundere eos cum eos in corde habeat in bonum

Habitu habentes promissiones charissimi. mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos. Neminem lesimus, neminem corripimus, neminem circumuenimus. Non ad condemnationem vestram dico. Praediximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendum & conuiuendum.

¶ Monuit Apostolus Corinthios qualiter se in futuro debeant habere. Hic commendat eos de bonis praeiuris. Sed vt fiat quaedam continuatio praeiurorum ad futura. Primum concludit ammonitionem. Secundo vero commendat eos, ibi [Multa mihi fiducia &c.] Circa primum tria facit. Primum ponit ammonitionem. Secundo inducit exemplum sui ipsius ad ammonitionem seruandam, ibi [Capite nos &c.] Tertio ponit ammonitionis intentionem, ibi [Non ad condemnationem vestram &c.] Circa primum tria facit. Primum ponit motuum ad obseruantiam ammonitionis, & hoc est promissio eis facta. Et ideo dicit, Has igitur habentes promissiones charissimi. s. q. deus habet in nobis, & recipiat nos &c. Secundo ponit ammonitionem, cu dicit [Mundemus &c.] Et hoc ideo quia promissiones istae non dantur nisi mundis, & ideo mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus. i. carnalium & spiritualium vitiorum. Esa. 52, Mundamini qui fertis va fa domini &c. Vbi sciendum est q. omne peccatum quod consummatur in delectatione carnis est carnale: illud vero quod consummatur in delectatione spiritus, est spirituale. Et inde est q. peccata carnalia si considerentur quantum ad sui consummationem sunt duo tantum. s. gula & luxuria: caetera vero peccata sunt spiritualia. Si vero considerentur quantum ad sui originem, sic omnia peccata possunt dici carnalia, quia omnia ex conceptione carnis originem habent, & hoc modo loquitur ad Gala. 5, Manifesta sunt autem opera carnis &c. Tertio ponit modum implendi ammonitionem, ibi [Perficietis &c.] Possit enim aliquis dicere, Numquid non sumus mundati in baptismo? Et ideo addit perficientes sanctificationem. i. perficimus emundationem inchoatam in baptismo. Sanctus enim idem est quod mundus. Leuit. 11. & 19, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum &c. Perficiamus, inquam, quia philosophi conati sunt perficere, & non potuerunt, quoniam non potuerunt omnia peccata vitare: quantumcumque enim aliqua peccata vitarent & exercerent actus virtutum, adhuc tamen remanebat in eis peccatum infidelitatis. Et ideo in vero cultu dei solum perficitur emundatio, & hoc est quod dicit, in timore. i. in cultu dei, Eccles. 25, Timor domini, &c. ¶ Sed contra Col. 3, Super omnia charitate habentes quae est vinculum perfectionis. Non igitur perficitur sanctificatio in timore dei, sed in charitate dei. Respondeo, dicendum q. hic loquitur de timore filiali, qui est charitatis affectus, & non de seruili qui contrariatur charitati. Dicit autem in timore, vt doceat nos habere affectum ad deum, cu quaedam reuerentia & sollicitudine. Amor enim causat securitatem, quae quoadq. negligentiam parit, sed qui timet, semper est sollicitus. ¶ Consequenter cum dicit [Capite nos &c.] In exemplum se praebet. Quasi diceret, Accipite nos in exemplum. i. Cor. 11, Imitatores mei estote &c. Ego enim mihi caui ab immunditia per sanctificationem, quia ne minem laesi. Vbi notandum q. tripliciter potest aliquis ledere proximum, & nullo istorum modorum laesi aliquem. Primum in persona, & quantum ad hoc dicit, Neminem laesimus. s. in persona sicut faciunt mali domini. Mich. 3, Violenter tollitis pellem eorum &c. Secundo quantum ad famam inducendum eos vel exemplo vel persuasionibus ad malum, & quantum ad hoc dicit neminem corripimus. i. Corinth. 15, Corrumptis bonos mores. Tertio quantum ad subtractionem bonorum, & quantum ad hoc dicit, Neminem circumuenimus. i. in bonis fraudauimus. i. Theff. 4, Ne quis circumueniat &c. ¶ Consequenter cum dicit [Non ad condemnationem vestram &c.] Aperit suam intentionem. q. d. non dico hoc condemnando vos, sed vt emendemini. Mala enim praeterita propter duo consueuerunt commemorari. Aliquando ad condemnationem, & hoc quando non est ultra spes correctionis. Aliquando autem ad emendationem, vt. f. corrigatur, & hoc modo loquitur hic, Non ad condemnationem vestram &c. i. Cor. 4, Haec ad vililitatem vestram dico &c. Et ratio huius est, quia gaudeo de bono vestro, praedixi enim q. vos estis &c. supra. 3, Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris. Phil. 1, Eo q. habeat vos &c. Estis, inquam, in cordibus nostris. s. ad commoriendum & ad conuiuendum. Quod potest intelligi de morte culpa, & de morte naturali. De morte culpa, vt non intelligatur q. nos sumus parati ad commoriendum vobiscum. i. quando vos peccatis nos volumus peccare, sed q. mortem culpa vestra eo dolore accipimus quo nostra. 2. Corin. 11, Quis infirmatur, & ego non infirmor. i. Cor. 15, Quotidie morior &c. Et ad conuiuendum, quia ita gaudeo de bona vita vestra in gratia, sicut & de nostra. De morte vero naturali, vt intelligatur ad commoriendum. i. paratus sum mori pro vobis. infra. 12, Libenter impendar, & super impendar &c. & ad conuiuendum. i. vt desiderem vos esse socios in vita aeterna. 2. Tim. 2, Si commortui sumus, & conuiuemus.

Lectio 2.

Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatio, superabundo gaudio in omni tribulatione vestra. Nam cum venissemus in Macedonia, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus. Foris pugna: intus, timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos deus, in aduentu Titi. Non solum aut in aduentu eius, sed etiam in consolatio in qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram emulationem pro me, ita vt magis gauderem. Quonia estis contristati vos in epistola, non me paenitet. Estis paeniteret videns quod epistola illa (s. ad horum) vos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad paenitentiam. ¶ Apostolus posuit supra ammonitionem ex praemissis conclusam. Hic subdit sua commendationem. Et circa hoc duo facit. Primum ponit eorum commendationem. Secundo ipsam exponit, ibi [Na & cu venissem &c.] Commendationem autem ipsorum ponit ostendendo affectum suum, qui confurgit ex bonis operibus quae Corinthij

Laudantur Corinthij: & declaratur in quo interponit ad suam in Macedonia. ¶ Persecutionem & consolationem pariter & ex eorum consensione.

faciebant. Consequenter enim quadrupliciter affectus in cordibus diligentium confurgere ex bonis quae dilecti operantur, & hos quatuor se Apostolus concepit de eis ostendit. Et primo affectum fiducia. Vnde dicit, Multa mihi fiducia est apud vos. In quantum. s. confido q. qui bene cepistis, semper proficietis in melius. Vnde ex bonis auditis, de vobis spero maiora in futuro. Phil. 1, Confido de vobis quod qui cepit opus bonum &c. Hab. 6, Confidimus de vobis charissimi &c. Et haec fiducia bona est & salubris. Habr. 10, Nolite amittere fiduciam &c. Secundo ex hoc concipit affectum gloriationis. Ex quo enim quis bona amici, sicut sua diligit: consequens est vt de bonis amici, sicut de propriis gloriatur. Et hoc specialiter quonia ipse est causa illorum bonorum, sicut magister est causa doctrinae discipuli. Et ideo dicit, Multa mihi gloriatio pro vobis est &c. Prouer. 10, Gloria patris filius sapiens. Tertio ex praedictis concipit affectum consolationis, quando is qui laetatur, & gloriatur de bonis suis vel amici habet remedium contra tristitias. Consolatio enim est remedium contra tristitias. Naturale autem est quod semper delectatio & gaudium tristitia opponitur. Et secundum Philosophum, Omnis delectatio debilitat vel totaliter tollit tristitiam. Si delectatio sit contraria tristitia, totaliter absorbet tristitiam: si autem non sit contraria, debilitat & diminuit eam. Et inde est quod quando quis est in tristitia quandoque nuntiantur sibi aliqua bona diminuitur tristitia. Et ideo quia audit lata de Corinthiis, dicit, Repletus sum consolatione, audita. s. correctione vestra. supra. 1. Sicut abundat Christi passiones &c. Phil. 2, Si qua consolatio &c. Implete gaudium meum &c. Quarto concipit ex praedictis affectus exuperantis gaudij: licet enim ex aliquibus delectationibus diminuat tristitia non tamen totaliter tollit nisi gaudium sit magnum. Quamuis autem Apostolus multas tribulationes sustineret, quia tamen multum gaudebat de bonis Corinthiorum, ideo non solum non absorbebat tristitia totaliter, sed etiam superabundabat gaudio. Et ideo dicit, Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. i. gaudium meum superat omnem tribulationem quae erat in animo meo. i. The. 2, Quae est enim spes nostra aut gaudium &c. Rom. 12, In tribulatione patientes. ¶ Consequenter cum dicit [Nam cum venissemus &c.] exponit suam commendationem. Duo autem dixerat. s. se accepisse gaudium & habuisse tribulationem. Primum ergo manifestat suam tribulationem. Secundo vero suam consolationem. ibi [Sed qui consolatur &c.] Tribulationem autem aggrauat ex duobus. s. ex subtractione remedij, cum dicit [Nam & cum venissemus, &c.] q. d. Verè tribulationem habeo, quia in nullo consolor. ¶ Nam cum venissemus Macedonia, nullam requiem habuit caro nostra, hic facit mentionem de persecutione quam passus est in Macedonia, quando liberauit ancillam Phytionissam, vt legitur Act. 16. Dicit autem, nullam requiem habuit caro nostra, & non dicit, spiritus noster: quia sancti semper habent pacem spiritus, cum etiam in aduersis anima que in corpore patitur spe futuri praemij quiescat, quamquam multa sustineat affectui carnis contraria. ¶ Ex multiplicitate vero tribulationum aggrauat, cum dicit, Omnem tribulationem passi sumus. i. omne genus tribulationis secundum corpus, & secundum animam: supra. 4, In omnibus tribulationem patimur &c. Io. 16, In mundo praesuram &c. ¶ Et quod omnem tribulationem passus fuerit, exponit consequenter, cum dicit [Foris pugna: intus timores.] Foris. i. extra meipsum pugnae persecutionem, sed tamen intus. i. in corde est timor de malo, timens persecutionem in futuro. Deut. 32, Foris vastabit eos gladius &c. ¶ Sed contra, Prou. 28, Iustus quasi leo confidens absq. terrore erit. Respondeo, est sine timore quantum ad spiritum, non tamen quantum ad carnem. Vel foris. i. extra ecclesiam pugnae illatae ab infidelibus, sed intus timores, ne. s. illi qui intra ecclesiam sunt, excidant a fide propter persecutores. Vel foris. i. in manifesto, pugnae quibus impugnantur a manifestis inimicis. Intus timores qui iniunguntur nobis ab illis qui dicunt se amicos, & non sunt: quia vt dicit Boetius de consola. Nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. Matt. 10, Inimici hominis domestici eius. ¶ Consequenter cum dicit [Sed qui consolatur &c.] Ponit materiam suae consolationis quam extollit ex duobus. s. ex gratia praesentia Titi, & ex consolatione Titi, ibi [Non solum autem &c.] Dicit ergo, licet hic grauius afflicti fuerimus, sed qui. s. deus consolatur humiles, consolatus est &c. Cuius praesentia vt pote mihi gratissima est, & in adiutorium. supra. 1, Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Dicit autem qui consolatur humiles, quia superbos non consolatur, sed eis resistit: vt dicitur Iac. 4. & 1. Pet. 5, Consolatur autem humiles dando eis gratiam, quae est consolatio spiritus sancti. Esa. 61, Vt consolaretur omnes lugentes &c. [Non solum autem &c.] Hic ponitur alia materia consolationis Apostoli. s. consolatio Titi. Et materia huius consolationis est duplex. Prima emendatio Corinthiorum, quam habuerunt in praesentia Titi. Secunda est deuotio Corinthiorum quam ostendit ad Titum, ibi [In consolatio autem vestra &c.] Circa primum duo facit. Primum ponit consolationem de penitentia Corinthiorum. Secundo exponit quaedam quae dixit, ibi [Contristati enim estis &c.] Circa primum tria facit. Primum ponit consolationem Titi. Secundo materiam consolationis, ibi [Referens nobis &c.] Tertio effectum consolationis in mente Apostoli, ibi [Ita vt magis gauderem &c.] Dicit ergo, Non solum consolatur nos deus in aduentu Titi, sed etiam in consolatio qua ipse Titus consolatus est de vobis & in vobis. Et huius consolationis materia est, quia ipse Titus consolatus est referens nobis vestrum desiderium &c. Vbi tria ponit laudabilia propter tria reprehensibilia quae fuerunt in eis. Fuerunt enim pigri ad bonum, & contra hoc dicit [Referens nobis vestrum desiderium.] de proficiendo in melius. Item erant prouisi ad malum, & contra hoc dicit [Nostrum fletum.] s. de peccatis commissis. Hier. 6, Luctum vniuersi fac &c. Item erant faciles deceptio pseudorum, & contra hoc dicit [Vestram emulationem contra pseudos habitam pro amore mei.] Nam ante emulationem contra me pro eis. ¶ Consequenter cum dicit [Ita vt magis &c.] Ponit affectum conceptum ex consolatione Titi, qui quidem affectus est gaudium. Vnde circa hoc tria facit. Primum ponit conceptum gaudium. Secundo ostendit suae estimationis imitationem. Tertio subdit rationem gaudij. Dicit ergo, tantum gaudium sum de his quae Titus retulit mihi, ita vt magis gauderem de hoc, quae de tribulatione mea doluerim. Nam spiritualia praeferenda sunt temporalibus. Vel vt magis gauderem de hoc quod contristati vos quam doluerim olim. Peccauerant enim faciendo fornicationem, & Apostolus increpauerat eos, vt patet in prima epistola. 5. & 6. Tunc autem incertus erat Apostolus quem euentum deberet habere illa tristitia, bonum. s. an malum. Et ideo dubitans paenitet: sed videns postmodum quod

bonum inde prouenerat, gaudebat: ideo dicit [Quoniam et si contristati.] vos increpado in prima epistola, non me pœniter modò, quia correcti estis: & si olim pœniteret, quando. f. eram incertus, vtrum tristitia induceret vos ad correctionem vel desperationem, videns quòd epistola illa, et si ad horam vos contristauit, nunc gaudeo, quia estis conuersi. Et rationem gaudij assignat, quia non gaudeo de hoc, quia contristati estis: sed de effectu. f. de correctione, quia. f. contristati estis nò ad desperationem, sed ad pœnitentiam, sicut medicus non gaudet de amaritudine, sed de effectu. f. de sanitate. f. supra. 6. Quasi tristes, semper autem gaudentes.

lectio 3.

Assignatur ratio cur de tristitia Corinthiorum gaudeat. A. postolus ipsi que eorum tristitia laudatur ex suo effectu.

Tristitia ex se ois affectio ex amore causatur. Duplex amor ex eo duplex tristitia. Quod tristitia secundum deum.

Effectus tristitia secundum deum.

Contristati enim estis secundum deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quae enim secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur, seculi aut tristitia, mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum, secundum deum contristati vos, quantum in vobis operatur sollicitudinem, sed de passionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Postea consolatione Apostoli & Titi de tristitia Corinthiorum, eo quòd fuerit ad pœnitentiam, & non ad desperationem: hic consequenter huius consolationis ratio assignatur, eorum tristitiam commendando. Et circa hoc duo facit. Primò enim commendat eorum tristitiam. Secundò ex hoc concludit propositum, ibi [Et si scripsi vobis &c.] Commendat autem Corinthiorum tristitiam ex duobus. Primò ex causa: secundò ex effectu, ibi [Quae enim tristitia est, &c.] Causa autem ex qua commendatur eorum tristitia haec est, quia est secundum deum, & ideo dicit, Licet ad horam contristauerim vos per epistolam, tamen nunc gaudeo, i. quia contristati estis secundum deum. Vbi sciendum est quòd tristitia & gaudium, & communiter omnis affectio ex amore causatur. Tristatur enim quis, quia caret eo quod amat. Qualis autem est amor, talis est tristitia ex amore causata. Est autem duplex amor. Vnus quo diligitur deus, & ex hoc causatur tristitia, quae est secundum deum. Alius amor quo amatur seculum, & ex hoc causatur tristitia seculi. Amor quo diligimus deum, facit nos liberè seruire deo, sollicitè querere honorem dei, & vacare deo dulciter. Et quia peccado impeditur à seruitio dei, & ideo ei non vacamus, nec eius honorem querimus, ideo amor dei causat tristitiam de peccato, & haec est tristitia secundum deum, quae quidem tristitia non fuit nobis ad malum, nec detrimentum, sed potius ad fructum & meritum. Et ideo dicit, Ut in nullo detrimentum patiamini à nobis, quia non solum bona & grata quae vobis impendimus, vobis profunt: sed etiam hoc ipsum quòd vos corrigimus & contristamus. Hab. 12, Omnis disciplina in presenti, &c. Consequenter cum dicit [Quae enim tristitia, &c.] Commendat eorum tristitiam ex effectu, qui quidem est primum vitae aeternae. Et circa hoc duo facit. Primò enim ponit effectum in generali. Secundò experimentum specialiter in eis consecutum, ibi [Ecce enim hoc ipsum, &c.] Circa primum duo facit. Primò enim ponit effectum tristitiae, quae est secundum deum. Secundò ponit effectum tristitiae, quae est secundum mundum, ibi [Seculi autem, &c.] Dicit ergo primò. Dico quod tristitia nostra non fuit vobis detrimentum. Enim. i. quia, tristitia quae est secundum deum, operatur pœnitentiam: pœnitentia autem dico in salutem stabilem. i. sempiternam, quae est salus stabilis, & est beatorum: de qua Esa. 49, Salus autem mea in sempiternum erit. Et hanc operatur pœnitentia. Matt. 3, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum caelorum. Et dicit stabilem ut excludat salutem temporalem, quae est transitoria: & communis ipsis hominibus & iumentis, de qua in Psal. Homines & iumenta saluabis domine, &c. Sed contra hoc quòd dicit quòd tristitia quae est secundum deum operatur pœnitentiam, videtur esse, quia ipsa tristitia secundum deum est pœnitentia. Pœnitere enim est tristari de malo & secundum deum. Non ergo operatur pœnitentiam. Respondeo. Dicendum est quòd pœnitentia habet tres partes, quarum pars prima est tristitia. f. dolor & cõpunctio de peccatis. Alia duae sunt confessio & satisfactio. Cum ergo dicit quòd tristitia operatur pœnitentiam, intelligendum est quòd cõpunctio, seu dolor de peccato operatur in nobis pœnitentiam. i. alias partes pœnitentiae. f. confessionem & satisfactio. Vel dicendum est quòd tristitia secundum deum est communior quam pœnitentia: quia pœnitentia est de proprio peccato, sed tristatur quis secundum deum, & de peccatis propriis & de alienis. Sic ergo effectus tristitiae quae est secundum deum est salus aeterna, effectus verò tristitiae quae est secundum mundum, est mors. Quia enim qui diligit seculum, inimicus dei constituitur, ut dicitur. Iac. 4, Ideo ex amore seculi mors causatur. Tristatur enim secundum seculum quis, nò quia peccatis deum offendit, sed deprehensus in peccato, punitur de eo & detegitur. Et haec tristitia est vitanda in peccatis. Eccl. 30, Tristitiam longè fac à te, &c. Consequenter manifestat effectum praedictum per experimentum sumptum in ipsis, cum dicit [Ecce enim hoc ipsum, &c.] q. d. Verè salutem stabilem, quia experimento patet quòd in nobis multa quae ad salutemducunt, operatur. Ponit autem sex ad hoc pertinentia, quorum vnus est generalis. f. sollicitudo: quando enim homo est in letitia, de facili cõmittit aliquas negligentias: sed quando est tristis, & in timore sollicitatur, & ideo dicit, Ecce enim. f. in vobis experti estis hoc ipsum. f. secundum deum contristati vos quantum in vobis operatur sollicitudinem ad vitandum mala, & ad faciendum bona. Mich. 6, Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, &c. Et infra, sollicitum, &c. Alia verò sunt specialia, quorundam quaedam pertinent ad effectum interiore, quaedam ad actum exteriorem. Eorum verò quae pertinent ad effectum exteriorem, quaedam sunt ad peccati remotionem, quaedam verò ad boni adaptionem. Nam verus pœnitens debet recedere à malo, & facere bonum. Quantum autem ad remotionem mali ponit tria. Primum est, ut desistat facere malum. Et quantum ad hoc dicit, Sed defensionem, contra illos qui nos ad malum inducunt. i. Pet. 5, Cui resistite fortes in fide. Vel secundum gloss. ut cõtra pseudo me defendatis. Ephe. vlt. Accipite armaturam dei, &c. Secundum est quòd homo indignetur contra se pro peccatis quae fecit, & quantum ad hoc dicit, sed in indignationem. Indignatio autem sui operatur tristitiam secundum deum. Esa. 63, Indignatio mea auxiliata est mihi. Tertium est quòd sit in continuo timore de futuro, ut caueat, & quantum ad hoc dicit, Sed timorem, de reciduo, ne. f. in futuro similiter contingat. Eccl. 25, Timor domini omnia, &c. Quantum ad boni adaptionem duo ponit. Primò desiderium, quo ad bonum afficitur, & quantum ad hoc dicit, Sed desiderium, quo bonum facere affectus. Prouerb. 11, Desiderium iustorum omne bonum. Secundò emulationem bonam qua bonos imitari conatur: & quantum ad hoc dicit, Sed emulationem, ut. f. me & alios bonos imi-

temini. i. Corin. 4, Sectamini charitatem amulamini charismata meliora. Eorum verò quae pertinent ad exteriorem actum duo ponit. Primum est ut vindicent in seipsis quod peccauerunt, & hoc vtile est. Cum enim omne malum necessarium sit puniri vel ab homine vel à deo, si hoc nò punit melius est quòd homo malum in se puniat, quod fecit, quam quòd deus: quia ut dicitur Hebr. 10, Horrendum est incidere in manus dei, &c. Et quantum ad hoc dicit, sed vindictam, id est, quia peccantes punitis & etiam vos ipsos. Corin. 9, Castigo corpus meum, &c. Esa. 26, Iustitiam non fecimus, &c. Secundum est quòd totaliter abstineat à malo. Et ideo dicit in omnibus exhibuistis duce, scilicet fide, in contaminatos esse negotio, scilicet Christiano. supra. 5. In omnibus exhibeamus. Ephe. 1, Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, Psal. Ambulans in via immaculata, &c. Vel negotio de quo, scilicet correcti estis, putà, de fauore què deditis fornicatori: sed postmodum puniendo & condemnando ipsum ostendistis vos in hoc incontaminatos esse.

lectio 4.

Titur et si scripsi vobis non propter eum qui fecit iniuriam nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis coram deo, ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titii, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita et gloriatio nostra quae fuit ad Titum, veritas facta est, et viscera eius abundantius in vobis sunt, remissis omnium vestrum obedientiam, quomodo cum timore et tremore excepistis illum. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis. Hic assignata ratione quare gaudet Apostolus de ipsorum tristitia, consequenter inducit conclusionem suam in qua duo facit. Primò enim ostendit intentionem suam quam habuit in scribendo. Secundò manifestat gaudium quod habuit de ipsorum correctione, ibi [Ideo consolati &c.] Dicit ergo primò, ex quo incontaminati estis, igitur apparet quòd & si scripsi vobis per epistolam increpado, non scripsi propter eum tantum qui fecit iniuriam in cestu maculando cubile patris sui, ut dicitur. i. Cor. 5, Nec propter eum tantum qui passus est, propter patrem, quasi non propter zelum vindictae solum, sed hoc fecit ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam pro vobis habemus. i. ut sciretis quàm solliciti sumus pro vobis, & hoc dico coram deo, ut sit iuramentum. i. deo teste. Vel ad manifestandam coram vobis deo. f. de omnibus sollicitudinem nostram. Collo. 2, Volo vos scire quam sollicitudinem, &c. Vel aliter. Non scripsi tantum propter eum qui fecit iniuriam, ut. f. corrigeretur. Vel propter eum qui passus est, ut placaretur, sed ad manifestandam, &c. ut. f. vos qui indignati fuistis pro contumelia & pœna inflicta fornicatori reconciliaremini deo. Consequenter concludit gaudium quod habuit de eorum correctione, cum dicit [Ideo & consolati sumus, &c.] q. d. Quia hoc cõsecutum sum eo quòd scripsi. f. quòd estis correcti, ideo consolati sumus. i. consolationem accepimus. Gaudium enim hominis est cum consequitur, quod cum desiderio intendit, supra 1, Abundantius autem, &c. Consequenter cum dicit [In consolatione autem, &c.] Ponit secundam causam suae consolationis quae sumitur ex deuotione quam ostenderunt ad Titum. Et circa hoc tria facit. Primò ponit gaudium suum de gaudio Titi conceptum. Secundò gaudij rationem assignat, ibi [Et si quid apud illum, &c.] Tertio materiam gaudij Titi assignat, ibi [Remissis omnium vestrum, &c.] Dicit ergo primò. Gauisi sumus, de correctione vestra: autem. i. sed, in consolatione nostra abundantius magis gauisi sumus quàm turbati fuerimus de tribulatione super gaudio Titi. Vel magis gauisi sumus. i. magis gaudium artulit consolationi nostrae gaudium Titi, & hoc quia refectus est spiritus eius. Tunc enim reficitur animus prelati, quando subditi eius sunt obedientes ei, & eum reuerentur. Philem. Refice viscera, &c. Refectus, inquam ab omnibus vobis, quia omnes vel correcti estis, vel est spes correctionis. Rationem autè huius gaudij assignat quantum ad duo. Vnum est ex parte Apostoli, quia, si ipse inuentus est verax. Nam Apostolus commendauerat Corinthios Tito antequam iret ad eos. Quia vero nunc ita inuenit Titum, sicut Apostolus dixit, gaudet Apostolus verba sua vera fuisse, & hoc est quòd dicit [Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum] commendando vos. Dicit autem gloriatus sum, quia gloria Apostoli erat bonum illorum [Nò sum confusus]. i. non erubescio me falsa dixisse. Quando enim aliquis inuenitur mendax, confunditur. Eccl. 37, Ante omnia sermo verax, &c. Sed sicut omnia in veritate vobis locutus sum. i. sicut praedicaui vobis veritatem, ita gloriatio nostra quae fuit ad Titum de vobis, veritas facta est. i. inuenta est vera. Alia ratio est ex parte Corinthiorum. Nam amici desiderant, ut illi quos diligunt ab omnibus diligantur. Quia ergo Titus diligebat Corinthios propter eorum deuotionem, ideo de hoc Apostolus gaudebat. Et ideo dicit Apосто. [Et viscera eius, &c.] q. d. Non solum gaudeo, quia inuentus sum verax, sed etiam quia viscera eius. i. viscerosa charitas eius, & nimius amor abundantius quàm ante in vobis esset, ex quo vidit profectum vestrum. Vel abundantius quàm in aliis. Ephe. 6, Induite vos sicut electi dei, &c. Materiam autem gaudij manifestat ex duobus. f. ex obedientia & reuerentia. Ex obedientia quidem, cum dicit [Remissis omnium vestrum obedientiam], qua obedientes sibi obtuleratis. In quo etiam & laudauit vos. i. Reg. 15, Melior est obedientia, &c. Eccl. 3, Filii sapientiae ecclesia iustorum. Ex reuerentia autem cum dicit [Quomodo cum timore]. f. filiali, non seruilium cum timore animi, & tremore corporis excepistis eum. Gal. 4, Testimonium enim vobis, &c. Et quia ita habuistis vos ad eum, gauisus sum, quia verax inuentus sum, & ipse diligit vos. Vnde gaudeo quòd in omnibus confido in vobis. Non solum in bona voluntate, sed etiam in bonis operibus in futuro, quòd bene vos habeatis. Hab. 6, Confidimus de vobis meliora & viciniora saluti.

Caput 8.

Notam autem vobis facimus fratres gratiam dei quae data est in ecclesiis Macedoniae, quod in multo exemplo tribulationis abudantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias sim pliciter eorum. Quia secundum virtutem, testimonium illis reddo. Et supra virtutem voluntary fuerit, sed cum multa exhortatione obsecrantes nos gratia & communicationem ministerij quod sit in sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt, primò domino, deinde nobis per voluntatem dei: ita ut rogaremus lemosinas: ex Titum, ut quemadmodum cepit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus abudatis fide, sermone, & scientia, & omni sollicitudine, in super & charitate vestra in nos, ut & in hac gratia abundetis.

Ostenditur Pauli inuentio quam habuit in scribendo Corinthijs: & gaudium quod habuit de ipsorum correctione & deuotione ostensa Tito.

Prouocantur Acaici ad faciendum pro fide, qui erat Hienfale e lemosinas: exemplo Macedoniae

rum magna Non quasi imperans dico: sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestre charitatis ingenium bonum comprobans. commemoratur liberalitas, et commendatur missi huius eleemosine gratia Titus et alij duo fratres probate vice, nec mouentur tamen quasi imperio sed consilij modo.

Polita iam exhortatione ad bonum in generali: hic consequenter exhortatur eos ad quoddam bonum particulare. scilicet largitionem collectarum pro sanctis qui erant in Hierusalem. Nam sicut Actuum. 15. dicitur, & Apostolus tangit ad Galat. 2. Apostoli imposuerunt Paulo, & Barnabae ut proponeret verbum salutis Gentibus, exhortando eos ad subueniendum sanctis qui erant in Hierusalem, qui venditis omnibus, & positis ad pedes Apostolorum in maxima erant paupertate, & ad hoc inducit eos ad presens. Vbi duo facit. Primò inducit eos ad dandum. Secundò monet ad modum dandi, vt. scilicet cito & abundanter dent. & hoc. 9. cap. ibi [Nam de ministerio, &c.] Circa primum duo facit. Primò tractat de collectis dandis. Secundò de ministris per quos huiusmodi collectaerant fieri, ibi [Gratias autem deo qui dedit, &c.] Circa primum duo facit. Primò inducit eos ad dandum. Secundò excludit excusationem, ibi [Si enim voluntas prompta est, &c.] Inducit autem eos ad dandum tripliciter. Primò exemplo aliorum qui dederunt. Secundò exemplo Christi, ibi [Scientis enim gratiam domini nostri, &c.] Tertiò ex ipsorum propria voluntate, ibi [Hoc enim vobis utile est, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit exemplum. Secundò ostendit se per motum ab hoc exemplo, ibi [Ita vt rogaemus Titum, &c.] Tertiò monet vt ipsi hoc exemplum sequantur, ibi [Sed sicut in omnibus abundatis, &c.] Circa primum sciendum est quòd Apostolus ad hoc vt Corinthij liberaliter tribuant, apponit eis Macedones in exemplum. Et commendat eos quantum ad duo. scilicet quantum ad patientiam in aduersis. Secundò quantum ad liberalitatem in dónis, ibi [Et altissima paupertas, &c.] Circa primum sciendum est quòd Apostolus inducit eos ad eleemosinas, vt merita ipsorum crescant, & ideo in illo tempore hoc fecit quando possunt mereri. In tempore gratiae tunc enim eleemosinae meritoriae sunt. Et hoc est quòd dicit, Notam vobis facimus gratiam. i. gratuitum donum dei. scilicet eleemosinarum largitione, & dicit hoc esse gratiam, quia quicquid boni facimus est ex gratia dei, quae quidem gratia non est data istis, sed mihi, in quantum. scilicet ex mea procuratore & sollicitudine & monitione. Macedones ad hoc moti sunt. Eph. 3. Mihi autem omnium sanctorum minimo &c. Data est, inquam, mihi in ecclesiis Macedonia. i. apud fideles Macedoniae, quae quidem gratia est quantum ad duo. scilicet quantum ad patientiam, quia in multo experimento &c. Vbi ponit conditiones patientiae perfectae. Vna est quòd homo sit constans, ita quòd nec timore tribulationis deiiciatur, sed nec etiam in ipso tribulationis experimento. Et ideo dicit quòd in multo experimento tribulationis. scilicet constantes fuerunt. Alia est quòd in ipsis tribulationibus gaudeat, sicut legitur de beato Laurentio: & quantum ad hoc dicit, Abundantia gaudij ipsorum. scilicet Macedoniae fuit. Iac. 1. Omne gaudium existimate &c. Ro. 13. In tribulatione gaudete &c. Vel in multo experimento tribulationis, non quia ipsi passi fuerunt, sed quam viderunt pari in Macedonia, abundantia gaudij ipsorum fuit. Item secundò gratia est quantum ad liberalitatem in eleemosinis. Et quantum ad hoc dicit. [Et altissima, &c.] Vbi duo facit. Primò ponit eorum liberalitatem. Secundò exponit quòd dixerat, ibi [Quia secundum virtutem, &c.] Dicit ergo primò. Non solum fuerunt patientes in tribulationibus. scilicet Macedoniae: sed etiam fuerunt liberales, quia altissima. i. maxima paupertas eorum vel nobilissima. Secundum glossa. facit paupertatem altam eleuatio spiritus supra tres temporales & contemptus earum. Et sic istorum paupertas altissima erat, quia non habebant diuitias, & contemnebant eas. Iac. 7. Nonne deus elegit pauperes in mundo, &c. Hec, inquam paupertas abundauit. i. excreuit in diuitiis copiose dando. Sed haec expositio glossa non videtur esse secundum intentionem Apostoli, & ideo aliter dicendum est. Altissima paupertas, &c. Vbi sciendum est quòd homo ex duabus causis habet promptum animum ad dandum satis. scilicet ex abundantia diuitiarum, sicut diuites, vel ex contemptu diuitiarum: & sic idem facit in paupere contemptus quod facit in diuite abundantia, & ideo dicit altissima paupertas sic supra abundauit. i. effectum abundantia fecit in diuitiis simplicitatis eorum, quia cor eorum erat solum ad deum, & ex hoc prouenit contemptus diuitiarum. Prouer. 10. Simplicitas iustorum, &c. Consequenter cum dicit [Quia secundum veritatem, &c.] Exponit quòd dicit commendando ipsorum liberalitatem quantum ad tria. scilicet quantum ad quantitatem dati, quantum ad voluntatem dandi, & quantum ad ordinem dationis. Quantum ad quantitatem dati, quia dederunt supra virtutem, & ideo dicit. Verè abundauit in diuitiis, quia ego reddo illis testimonij quod fuerunt voluntarij ad dandum secundum virtutem rerum suarum, & supra virtutem: quia intantum dederunt quod post egerunt. Vel dicendum est & melius, quod est virtus interior animi, & virtus exterior. scilicet facultas rerum temporalium. Virtus interior, est propertudo animi ad dandum, & ideo dicit. Testimonij illis reddo quòd fuerunt voluntarij ad dandum secundum virtutem animi interioris, & supra virtutem exterioris. scilicet diuitiarum. Thob. 4. Si multum tibi fuerit, &c. Contra. Quicquid dat supra virtutem dat immoderate. Respondeo. Dicendum est quòd virtus in dando potest considerari dupliciter. scilicet simpliciter seu absolute, & secundum proportionem aliorum. Quando ergo dat plus quam alij suae proportionis, non peccat: sed si simpliciter dat supra virtutem, tunc immoderate dat. Sic ergo commendat eorum liberalitatem quantum ad quantitatem dati. Commendat autem eam quantum ad voluntatem dandi, cum dicit [Quia voluntarij fuerunt.] Exod. 25. Ab omni qui vltro necis offert. In hoc autem fuerunt voluntarij, quia rogauerunt nos cum multa exhortatione, obsecrantes. i. rogantes. q. d. Non solum rogauerunt, sed etiam per rationes nos induxerunt, vt habeant gratiam & communicationem ministerij. &c. i. vt liceret eis dare sua pauperibus sanctis qui sunt in Hierusalem, non reputantes se facere gratiam nobis, sed quòd eis gratia fiat. Habr. vlt. Beneficentiae autem & communionis, &c. Commendat etiam eorum liberalitatem quantum ad ordinem dandi, quia non solum sua dederunt, sed primò seipso quia talis debet esse ordo in dando, vt primò homo sit acceptus deo. Gene. 4. Respexit dominus ad Abel. scilicet primò, & ad munera eius consequenter. Eccl. 30. Miserere animae tuae, &c. & ideo dicit, Non sicut sperauimus. q. d. Verè voluntarij fuerunt, quia non sicut sperauimus. i. non ea intentione qua putabamus. vt. scilicet darent pro culpis redimendis: sed semelipsum dederunt primò domino emendandam vitam suam, & deinde nobis obediendo per omnia per voluntatem dei, quae est, vt subdantur homines vicariis suis. Habr. vltim. Obedite praepositis vestris, &c. Glofa dicit quòd non aliter erat ab eis recipiendum, nisi. scilicet prius seipso dedissent deo, ergo videtur quòd non sint recipiendae eleemosinae à peccatoribus. Sed dicendum est quòd

non est ab eis recipiendum quando dant ea intentione, vt foueantur in peccatis. Sic ergo posito exemplo Macedonum, ostendit se consequenter permotum esse hoc exemplo, cum dicit [Ita vt rogaemus Titum.] quasi diceret, Intantum nos permoti fuimus hoc exemplo de liberalitate Macedonum, vt. scilicet rogaemus Titum vt etiam vos sitis participes ipsius gratiae, vt. scilicet Titus quemadmodum cepit vos monere ad bene faciendum postquam vidit vos correctos, & inducere vos ad communionem, ita perficiat in vobis, & spiritaliter gratiam istam de largitione eleemosinarum, vt non desit vobis. Phil. 2. Qui cepit in vobis &c. Consequenter admonet eos vt hoc exemplo ipsi inducantur, cum dicit [Sed sicut in omnibus, &c.] Vbi duo dicit. Primò monet, vt ipsi exemplo Macedonum sint prompti ad eleemosinas faciendum. Secundò quamdam suspensionem auferit. ibi [Et non quasi imperans dico, &c.] Dicit ergo [Sed sicut in omnibus, &c.] q. d. Sicut vos superatis Macedones in omnibus alijs gratis, ita debetis eos superare etiam in ista. scilicet eleemosinis faciendis. Et hoc est quòd dicit. Sicut in omnibus alijs abundatis. Et primò in his quae pertinent ad intellectum, & quantum ad hoc dicit, In fide qua creditur, & sermone quo confitemur. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, quantum ad fidem: ore autem confessio fit ad salutem, quantum ad sermonem. In scientia scripturarum. 1. Cor. 1. In omnibus diuites facti estis &c. Secundò in his quae pertinent ad opus, & quantum ad hoc dicit, Et in omni sollicitudine. scilicet bene operadi. Rom. 12. Sollicitudine non pigri, Tertiò in his quae pertinent ad affectum, & quantum ad hoc dicit, In charitate vestra spiritali habita in nos superabundatis. Col. 4. Super omnia charitatem habentes &c. Sicut inquam, in omnibus istis abundatis, ita. scilicet rogauit Titum, vt in hac gratia. scilicet eleemosinarum abundetis. Et quia posset haberi suspitio quòd quasi ex imperio mandaret, vt darent eleemosinas. Contra quòd est quòd dicitur Eze. 34. Vos autem cum austeritate &c. Et ideo contra remouet, dicens, Non quasi imperans dico, hoc est quòd rogauit Titum, vel quòd ego ipse hoc dico vobis. i. non feci quasi imperans. i. Petri vltimo, Non vt dominantes in cleris. Sed dico hoc comprobans. i. volens comprobare per aliorum sollicitudinem. scilicet Macedoniae, vestrae charitatis ingenium. Vbi sciendum est quòd ingenium bonum sumitur, non solum pro aptitudine ad sciendum facilius, sed etiam ad bene operandum. Cuius ratio est, quia ad hoc quòd aliquis bene operetur, exigitur scientia dirigens. Et ideo sicut in adiscendo dicitur boni ingenij esse qui cito capit verba magistri, ita in operando boni ingenij dicitur qui exemplo aliorum cito mouetur ad bene operandum: & ideo dicit Apostolus, Comprobans. i. probare volens bonum ingenium vestrum. i. quam promptam voluntatem habeatis ad dandum moti exemplo Macedonum. 1. Cor. 4. Non vt confundam vos, haec scribo. Lectio 2.

Citis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues: vt illius inopia vos inducantur diuites esse, & consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed & velle cepistis ab anno priorum. Nunc verò & facti persicite, vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & persicendi ex eo quòd habetis. Si enim voluntas prompta est secundum id quòd habet, accepta est, non secundum id quòd non habet. Non enim vt alij sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex aequalitate in presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam superpleat, vt & illorum abundantia, vestra inopia sit supplementum, vt fiat aequalitas sicut scriptum est. Qui multum habuit, non abundauit, & qui modicum, non minorauit.

Hic inducit Corinthios ad dandum eleemosinas exemplo Christi, dicens, Volo comprobare ingenium vestrum bonum ad dandum. scilicet pauperibus, & hoc facere debetis exemplo Christi, enim. i. quia scitis gratiam domini nostri Iesu Christi quam quidem humano generi contulit. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum, &c. Et haec dicitur gratia, quia quicquid filius dei personalitatem nostrarum assumpsit, totum gratiae est imputandum: quia nec praeventus alicuius bonitate, nec alicuius virtute coactus, nec inductus sua necessitate. Et autem gratia ista quomodo propter nos egenus factus est. Et dicit egenus quòd plus est, quam pauper. Nam egenus dicitur ille, qui non solum parum habet, sed qui indiget seu eget. Pauper verò ille qui parum habet. Ad significandum ergo maiorē paupertatem dicitur egenus factus est. scilicet in temporalibus. Luc. 9. Filius hominis non habet, &c. Tre. 3. Recordare paupertatis, &c. Est autē factus egenus, non ex necessitate, sed ex voluntate, quia gratia ista iam non esset gratia: & ideo dicit, Cum diues esset. scilicet in bonis spiritualibus. Ro. 10. Idē deus diues in omnes, &c. Pro. 8. Mecum sunt diuitiae, &c. Dicit autē esset, non fuisse, ne videretur Christus amisisse diuitias spirituales, cum assumpsit paupertatem. Sic enim assumpsit hanc paupertatem quod illas inestimabiles diuitias non amisit. Psal. Simul in vno diues & pauper. Diues in spiritualibus, pauper in temporalibus. Causam autē quare voluit fieri egenus, subdit, cum dicit, Vt illius inopia diuites essemus. i. vt illius paupertate in temporalibus, vos essetis diuites in spiritualibus. Et hoc est propter duo. scilicet propter exemplum propter sacramentum. Propter exemplum quidē, quia si Christus dilexit paupertatem, & nos exemplo suo debemus diligere eam. Diligendo autē paupertatem in temporalibus, efficitur diuites in spiritualibus. Ia. 2. Nonne deus elegit pauperes in mundo, diuites in fide, &c. & ideo dicit [Vt illius inopia, &c.] Propter sacramentum autem, quia omnia quae Christus egit vel sustinuit, fuit propter nos. Vnde sicut per hoc quòd sustinuit mortem, liberati sumus ab inopia in spiritualibus, & facti diuites in spiritualibus. 1. Corinth. 1. Diuites facti estis in illo in omni scientia, &c. Consequenter cum dicit [Consilium in hoc do, &c.] Inducit eos ad dandum ex parte eorum. Et circa hoc duo facit. Primò ponit ipsorum utilitatem, quae ex hoc prouenit. Secundò ostendit quòd hoc etiam ab ipsis volitum est. scilicet vt darent eleemosinas, ibi [Qui non solum, &c.] Dicit ergo considerans hoc beneficium consilium vobis do. i. hortor vos ad hoc. scilicet ad dandum eleemosinas. scilicet non solum propter utilitatem sanctorum qui sunt in Hierusalem, sed & propter utilitatem vestram. Prouer. 27. Boni amici consilium anima dulcoratur, &c. Et hoc, quia utile est vobis. Bonum enim pietatis plus est vile facienti, quam illi cui fit: quia faciens reportat inde commodum spirituale, recipiens verò temporale. 1. Tim. 4. Pietas ad omnia valet. Hoc autem non solum est eis utile, sed etiam ipsi hoc voluerunt: & ideo dicit [Qui non solum, &c.] Vbi tria facit. Primò commemorat bonum principium in eis. Secundò hortatur eos ad debitum finem, ibi [Nunc verò & facti, &c.] Tertiò exponit quoddam quòd dixerat, ibi [Si enim voluntas, &c.] Dicit ergo, Verè debetis libenter dare eleemosinas, quia non solum est vobis utile, sed etiam

Inducuntur Corinthij ad largiendas eleemosinas exemplo Christi, ex eorum utilitate & accepta voluntate.

hoc ipsum velle spore cepistis. f. dare elemosinas a priori anno quo. f. veni ad vos. Vel a priori anno. i. praecedenti. q. d. plus est velle, q. facere, iuxta illud Eccle. 18, Verbu melius est q. datu, &c. Et ideo debetis esse propi ad dandu. Er quia estis propi ad dandu, ideo nunc qd habuistis in animo perficite factu, alioquin illa voluntas esset frustra. r. Io. 4, No diligamus verbo neq; lingua &c. Phil. 1, Qui cepit in vobis, &c. Er huius ratio est, vt quemadmodu propus est animus voluntatis. i. discretio voluntatis secundu glo. propa est, ita sic propa discretio perficiendi. Vel aliter vt animus sumatur pro voluntate. Et tuc dicitur: Quemadmodu propi fuistis ad volendu, ita propi ad perficiendu, & hoc ex eo quod habetis. i. secundu facultate vestra. ¶ Consequenter exponit hoc quod dicit, Ex eo quod habetis dicens [Si enim, &c.] q. d. Dico quod debetis esse prompti ad dandum, & in hoc non intendo vos grauare, vt. f. deris supra facultates vestras, quia forte voluntas prompta ad hoc inducit vos, sed in hoc opus no potest imitari voluntate, & ideo dicit [Ex eo quod habetis.] Enim, pro quia, si voluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est. Et huius ratio est, quia voluntas acceptatur in perfectione operationis, opus autem non perficitur, nisi ex eo quod habetur, & ideo dicit secundum quod habet, accepta est. Thob. 4, Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, &c. ¶ Consequenter cum dicit [Non enim vt alii, &c.] Remouet suspitionem quandam. Possent enim dicere illi: Si damus elemosinas pauperibus sanctis qui sunt in Hierusalem ipsi otiosi viuunt, & nos damna patiemur, & sic efficiemur miseri. Ideo Apostolus primò hanc suspitionem excludit. Secundò suam intentionem manifestat, Tertio verò confirmat per auctoritatem, & remouet suspitionem, cum dicit [Non em vt alii &c.] q. d. Non enim ita moneo vos elemosinas dare, vt alii sit refrigerium, dum otiose viuere de elemosinis vestris: vobis autem sit tribulatio. i. paupertas, quia vos affligeremini. Sen nunquid peccant illi qui dant omnia alii, & ipsi postea paupertate affliguntur. Et videtur quod sic per hac verba Apostoli. Respondeo, dicendum est secundum Glo. quod melius esset totum dare pauperibus: & affigi pro Christo. Illud autem quod dicit hic, condescendendo fecit, quia infirmi erant, & forte deficerent, si egestate preme-rentur. ¶ Intentionem suam manifestat, cum dicit [Sed ex aequalitate &c.] q. d. Non intendo tribulatione vestram, sed quandam aequalitatem, vt. f. vestra abundantia &c. Quod potest exponi tripliciter. Primò de aequalitate quantitatis. Secundò de aequalitate proportionis. Tertio de aequalitate voluntatis. De aequalitate quantitatis, quia isti. f. Corinthij abundabant in temporalibus, & deficiebant in spiritualibus. sancti verò qui erant in Hierusalem abundabant in spiritualibus, & deficiebant in temporalibus. Vult ergo vt fiat inter eos aequalitas quantitatis, vt. f. illi qui abundant in temporalibus, dent medietatem omnium illis qui deficiunt in eis, & isti dent medietatem spiritualium eis, vt sic sint aequaliter diuites. Et ideo hoc potius dicit, vt. f. ex aequalitate quatitatis. i. dimidia parte bonorum vestrorum in praesenti tempore, quod breue est vestra abundantia terrenorum, suppleat illorum inopiam, qui deseruerunt omnia mundi: & vt illorum abundantia. f. in spiritualibus sit supplementum vestrae inopiae in spiritualibus. i. vt sitis participes vitae aeternae. Luc. 16, Facite vobis amicos &c. Eccl. 14, In diuisione fortis da, & accipe. da temporalia, & accipe spiritualia. De aequalitate autem proportionis exponitur sic, & melius. Vos Corinthij habetis abundantiam temporalium, sancti qui sunt in Hierusalem abundantiam spiritualium. Volo ergo ex quadam aequalitate, no qua sit secundum quantitatem, sed secundum proportionem: vt. f. sicut illi sustentantur elemosinis vestris, ita vos ditementi praecibus illorum apud deum. Sicut enim illi non ita ditantur de bonis vestris temporalibus, sicut vos estis diuites, ita vos nec bonis illorum spiritualibus ditementi sicut illi. Et ideo dicit, Sed ex aequalitate praedicta vestra abundantia terrenorum, illorum. f. sanctorum inopia in temporalibus suppleat, vt & illorum abundantia in spiritualibus &c. r. Cor. 9, Si nos vobis spualia seminauimus &c. De aequalitate autem voluntatis exponitur sic, Sed ex aequalitate &c. i. volo quod sit in vobis aequalitas voluntatis, vt. f. sicut illi habent voluntatem communicandi vobis ea in quibus abundant, ita vos habeatis voluntatem communicandi illis ea in quibus abundatis. ¶ Consequenter confirmat hoc per auctoritatem. Vnde dicit, Sicut scriptum est. f. Exo. 16, Qui multum. f. collegerat de manna. i. qui amplius habuit quam Gomor, non abundauit. i. non habuit vltra sufficientiam suam, & qui modicum non minorauit. i. non deficit ei, quia omnes aequaliter abundabant, vt dicitur. Exod. 16, Et sic nec qui plus collegerat plus habuit, nec qui minus parauerat, reperit minus. Lectio 3.

Agitur de ministris per quos elemosinae erant recipiendae & laudantur.

Gratias autem ago deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titii, quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cum sollicitior esset sua voluntate, profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias, non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae, in hanc gratiam qua ministratur a nobis ad domini gloriam, & destinatum voluntatem nostram. Deuitantes hoc ne quis nos vituperet in hac plenitudine quae ministratur a nobis in domini gloriam. Prouidemus enim bona non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis, & fratrem nostrum, quem probauimus in multis saepe sollicitum esse: nunc autem, multo sollicitiorem, confidentia multa in vos, siue pro Tito qui est socius meus, & in vobis adiutor: siue fratres nostri, Apostoli ecclesiarum, gloriae Christi. Ofsensionem ergo quae est charitatis vestrae, & nostrae gloriae pro vobis, in illos ostendite in faciem ecclesiarum. ¶ Postquam tractauit de collectis dandis: hic consequenter tractat de ministris per quos collectae fiat. Et circa hoc duo facit. Primò nominat eos. Secundò recomendat eos Corinthiis, ibi [Ofsensionem ergo quae est &c.] Circa primu tria facit. Primò enim nominat Titu: secundò Barnabam, ibi [Misimus etiam cum illo fratre &c.] tertio Apollo, ibi [Misimus autem cum illis &c.] Circa Titum duo commendat. f. eius sollicitudinem & sollicitudinis signum, ibi [Quoniam exhortatione &c.] Dicit ergo primò. Dixi supra quod rogauit Titum vt perficeret gratiam istam de elemosinis colligendis, quod imminet sollicitudini meae ex ordinatione Apostoloru, de quo inueni etiam ipsum sollicitum. Et ideo ago gratias deo, qui dedit eandem sollicitudinem quam ego habeo pro vobis exhortandis & promouendis ad opera misericordiae in corde Titii: quia ipse etiam sollicitus est, sicut & ego vt perficiat in vobis hanc gratiam. Heb. 6, Cupimus vnum quemque vestru eandem ostentare sollicitudinem &c. Rom. 12, Qui praest in sollicitudine. Signum autem huius sollicitudinis est: quia quando rogauit eum ipse consensit exhortationi meae. Et ideo dicit, Quoniam exhortatione

quidem suscepit. Et quia profectus est quando petij. Vnde dicit, Sed cum sollicitior esse sua voluntate qua mea exhortatione, profectus est ad vos: qui tamen primò recusabat venire propter peccata vestra. Rom. 12, Sollicitudine non pigri. ¶ Consequenter cum dicit, [Misimus autem &c.] Tractat de secundo ministro. Et circa hoc duo facit. Primò commendat ipsum. Secundò subdit rationem quare mittit tam solennes nuntios, ibi [Deuitantes &c.] Frater iste secundum quosdam est Lucas, vel secundum alios Barnabas: quem quidem commendat ex tribus. f. ex fama, quia laus eius. f. Lucae est in euangelio ab eo scripto per omnes ecclesias, quia est approbatum per Apostolos. Vel cuius laus. f. Barnabae est in euangelio praedicato ab ipso per omnes ecclesias: quia Iudaeis & Gentibus. Vnde dicitur de Barnaba Act. 10, quod erat vir bonus plenus fide & spiritu sancto. Item commendat ipsum ex societate sua, quia non solum est famosus, sed ordinatus est ab ecclesiis Iudaeae comes peregrinationis meae. i. praedicationis meae, qua vt peregrini mundu circumuimus, supra 5, Quandiu sumus in corpore, peregrinamur a deo &c. Et hoc est verum de Luca, quia ipse fuit vnus de 72. discipulis & sociis Pauli. De Barnaba similiter, quia per spiritum sanctum dicitur. Act. 13, Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus &c. Et factus est comes in hanc gratiam. f. collectionis elemosinarum. Vel in hac gratiam. f. praedicationis de qua dicitur Eph. 3, Mihi autem omnium sanctorum ministro &c. Item commendat eum ex officio, quia est minister gratiae quae ministratur a nobis. r. Cor. 4, Sic nos existimemus homo. supra 3, Qui & idoneos nos &c. Ministratur autem gratia ista ad domini gloriam: vt. f. dominus noster glorificetur. f. de elemosinis factis de conuersione Apostolorum praedicationis nostrae, quia vt dicitur Pro. 14, In multitudine populi &c. Item ministratur, vt voluntas nostra impleatur, quia nos hoc volumus fieri. Et ideo dicit, Et voluntatem nostram destinatum. i. praedestinatum a deo qui praedestinavit ab aeterno nos talem voluntatem habere. ¶ Consequenter cum dicit [Deuitantes &c.] Afsignat causam quare mittat tam solennes nuntios. Er primò huius rationem afsignat. Secundò probat, ibi, Prouidemus ergo &c. Dicit ergo, Causa quare tam solennes nuntios mittimus, est ista, vt sciatis negotiu huius mundi diuine cordi nostro. Et ideo dicit, Deuitantes hoc. f. ne quis &c. q. d. vt vitemus vituperium quod posset mihi impingi ab aliquibus: vel negligentia, si non mitterem strenuos: vel fraudis, si non mitterem securos. Et isti strenui erant & prompti & securi, quia dati ab ecclesiis, & electi per spiritum sanctum: supra 6, Nemini dantes vllam ofensionem &c. Dicit autem in hac plenitudine. f. elemosinarum vel conuersionis gentium. r. Pet. 4, Vnusquisque sicut accipit gratiam in alterutrum &c. Et hoc probat dicens, prouidemus enim &c. q. d. Bene dico deuitantes, quia prouidemus. i. prouidere debemus bona. i. vt opera nostra bona sint non solum coram deo vt ei placeamus, sed etiam coram hominibus, vt scilicet eis bona videantur. Et hoc facit sollicitè procurando & bonos imitando. Rom. 12, Adhaerentes bono &c. ¶ Consequenter cum dicit [Misimus autem cum illis & fratrem nostrum &c.] Tractat de tertio nuntio. f. de Apollo. Vbi duo facit. Primò commendat eum de sollicitudine, cum dicit, Quem. f. Apollo probauimus saepe sollicitum esse de salute vestra: nunc autem multo sollicitiore. Nam sicut supra apparet Apollo fuit primus qui post Apostolum praedicauit apud Corinthum. r. Cor. 3, Ego plantaui, Apollo rigauit. Hic autem turbatus de peccato ipsorum recessit, & sollicitudinem quam ante pro ipsis habebat, post posuit. Nunc verò audita conuersione eorum factus est de salute ipsorum sollicitior quam antea esset. Ephe. 4, Solliciti seruate vnitatem spiritus &c. Roma. 12, Qui praest in sollicitudine &c. Secundò subdit causam sollicitudinis quam assumpsit: quia Apollo confidit de vobis ex his quae Titus dixit de vobis commendans vos. Vnde dicit, Multa confidentia in vobis siue pro Tito qui est socius meus: & quia libenter venit in societate Titii, & Lucae seu Barnabae: & quia ad hoc inductus fuit ab Apostolis ecclesiarum quae sunt in Iudaea. Et ideo dicit, Siue fratres nostri Apostoli ecclesiarum Iudaeae. f. induxerunt eum ad sollicitudinem habendam pro vobis, quae quidem ecclesiae sunt gloriae Christi. i. ad gloriam Christi. ¶ Consequenter cum dicit [Ofsensionem ergo quae est &c.] Recommendar istos nuntios Corinthiis dicens, Quia tales misimus ad vos, ergo ofensionem &c. i. ostendatis opere, quod charitatem habetis ad eos, & quod verè commendauit vos, & quod ego verè gloriarus: sim de vobis in facie ecclesiarum ad quas perueni, & quibus praedicaui. Vel in faciem omnium ecclesiarum, quia quod facitis eis innotescet omnibus ecclesiis.

Caput 9.

Am de ministerio quod fit in sanctos ex abundantia, est mihi scribere vobis. Scio enim promptu animu vestru pro quo de vobis glorior apud Macedones, quonia Achaia parata est ab anno praeterito, & vestra aemulatio prouocauit plurimos. Misimus autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt quemadmodum dixi, parati sitis: ne cu venerint Macedones mecu, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos. [vt non dicamus vos.] in hac substantia. Necessariu ergo existimaui rogare fratres, vt praeueniatur ad vos, & praeparent re promissam benedictionem hanc parata esse sic, quasi benedictionem non qualis auaritia. Hoc autem dico, Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Pnisquisque prout desinat in corde suo: non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. ¶ Supra Apostolus induxit Corinthios ad dandum elemosinas sanctis qui sunt in Hierusalem: hic verò inducit eos quantum ad modum dandi, vt. f. hilariter & abundanter dent. Vnde ad hoc quod bene darent, mittit tam solennes nuntios. Circa hoc autem duo facit. Primò excludit opinatam causam de missione nuntiorum. Secundò verò asstruit veram, ibi [Misimus autem fratres &c.] Circa primum tria facit. Primò excludit suspitionem. Secundò ad hoc causam afsignat, ibi [Scio enim promptum &c.] Tertio causam probat, ibi [Pro quo de vobis &c.] Quantum ad primum quia posset aliquis dicere Apostolo, tu mones nos quod bene recipiamus nuntios quos mittis, sed quare non potius mones quod bene largiamur elemosinas. Et ideo hoc remouens dicit, Non est necessarium quod hoc moneam. Nam. i. quia, de ministerio quod fit in sanctos ex abundantia est. i. superfluum est mihi scribere vobis, & huius causa est, quia scio promptum animum vestrum ad subueniendum eis. Pal. Paratum cor meum deus &c. Quod autem sit promptus animus vester, proba ex duobus. Primò ex gloriatione nostra de vobis. Nam nisi scire vos esse promptos ad hoc, non fuisset gloriarus de vobis apud alios. Et ideo dicit, Pro qua. f. promptitudine animi vestri, supra. 1,

Docetur mundus dandi elemosinas vt potest deuenit velociter, ab illi dante, hilari ter: sed Pauli tollitur suspitio & questio que Apost. post fieri. f. tu mones de missionibus recipiendi de elemosinae & nil mones de elemosinis bene largiendis, hoc, quia, tollis ab exordio dicens qd secebas eos ad hoc promptos &c.

Gloria nostra &c. Et supra, 7, Multa mihi fiducia &c. Glorior apud Macedones, de hoc. f. quonia & Achia in qua Corinthus metropolis est, parata est ab anno preterito ad largiendum. Secundò ex effectu, quia vos prouocastis exemplo vestro multos ad hoc. Et ideo dicit, Et vestra emulatio. i. amor & studium imitandi vos prouocauit plurimos, quia enim audierunt vos bene correctos proficere: prouocantur plurimi scilicet ad proficiendum. Prouer. 27, Ferrum ferro acquirat &c. Gal. 4, Bonum autè emulamini &c. i. Corinth. 12, A emulamini charismata &c. ¶ Consequenter cum dicit [Miserum autem fratres &c.] Pōnit veram causam quare miserit tam solennes nuntios. Et primò ponit in generali. Secundò in speciali, ibi [Vt quem admodum dixi &c.] Circa primum duo facit. Primò assignat veram causam, dicens, Causa autè quare istos misit, est non quòd credam vos nolle subuenire pauperibus, sed vt ne quòd gloriamur de vobis. i. ne gloria nostra quam habemus de vobis euacuetur si. f. deficeretis. i. Cor. 9, Bonum est mihi mori &c. Euacuetur, inquam, in hac parte, quia bene constat mihi quòd in aliis virtutibus, & bonis non euacuabitis gloriam meam. Secundò cum dicit, Vt quemadmodum &c. horrat eos ad debitum modum dandi. Et primò horrat, vt dent promptè. Secundò vt dent abundanter, ibi [Necessarium ergo &c.] Tertiò vt dent hylariter, ibi [Vnusquisq; prout destinauit &c.] Circa primum duo facit. primò ponit modum dandi. Secundò ratione assignat, ibi [Ne cum venero &c.] Modus dandi est, vt. f. promptè detur. Et ideo dicit, ideo mihi ministros, vt sitis parati ad dandum quemadmodum dixi. f. exemplo Macedonum. Matt. 25, Quæ parate erant &c. Prouer. 3, Ne dicas amico tuo vade, & reuertere, & cras dabo tibi &c. Ratio autem huius est, ne cum venerint mecum. f. ad vos, Macedones, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos. q. d. Vobis erit confusio si promisistis, & non soluisistis. Sed esto quòd sustineatis, & non curetis de confusione vestra, ad minus caueatis erubescantia nostra, qui dicimus vos esse paratos. ¶ Consequenter cum dicit [Necessarium ergo &c.] Hortatur eos quòd dent abundanter. Et circa hoc duo facit. Primò ponit ammonitionem. Secundò ammonitiōis ratione assignat, ibi [Hoc autem dico &c.] Dicit ergo. Ne ergo euacuetur gloria nostra, & vos non erubescatis, necessarium existimaui rogare fratres. f. Lucam, Titum & Apollo, vt perueniant ad vos, vt præparent re promissam benedictionem, hanc. f. elemosinam, quæ dicitur benedictio, quia est causa aternæ benedictionis. Nam per actionem dandi, homo benedicitur à deo. Psal. Hic accipiet benedictionem à domino &c. Et ab hominibus. Eccle. 13, Splendidum in panibus &c. Prouer. 22, Qui pronus est ad misericordiam &c. Et dicit hanc benedictionem paratam esse quasi benedictionem. i. abundanter, & non quasi auariciam. i. parcè. Ratio autem quare debeant abundanter dare, est, quia ego dico quòd qui parcè seminat. i. qui parum dat in mudo isto, parcè & metet. i. parum recipiet in alio seculo. Et dicit seminat, quia semina nostra sunt quicquid boni fecerimus. Et iterum, quia parum seminat, non multū colligetur. Gal. 5, Quæ seminauerit homo hæc & metet, sed multiplicata. Et qui seminat in benedictionibus. i. abundanter metet & de benedictionibus. f. dei largam retributionem. Sed nunquid non metent omnes abundanter? Dicendum est sic, quantum ad quantitatem præmij, quia omnes affluent, & nullus ibi parcè metet. Sed dicit abundanter quasi ad proportionem & bene seminatum. i. Corinthiorum 15, Stella à stella differt. Abundanter omnes quantum ad præmium substantiale, sed parcè in comparatione ad præmium accidentale in quo est sanctorum differentia supra. 8, Qui multum non abundauit & qui modicum non minorauit. Exo. 16, Quia aliquando aliquis parcè dat, & cum magna charitate & abundanter metet. ¶ Consequenter cum dicit [Vnusquisque enim &c.] Hortatur eos, vt dent hylariter & gaudenter. Et circa hoc duo facit. Primò enim monet eos ad gaudere dandum. Secundò rationem assignat, ibi [Hylarem enim datorem &c.] Dicit ergo, Dico quòd paretis illud quod vultis dare quasi benedictionem. i. abundanter, & dignum benedictione non quasi auariciam. i. non parcè. Et hoc dicit, quia illud quod sponte fit, non potest auarè fieri. Et ideo subdit, Vnusquisque enim &c. quasi nō auarè, quia vnusquisque. f. vestrum, det elemosinas prout destinauit. i. p. deliberauit in corde suo. f. secum conferens. Non ex tristitia autem &c. q. d. Vnusquisque voluntariè det non coactè. Pōnit autem duo opposita voluntario. f. tristitiam & necessitatem. Voluntarium enim tollitur per violentum. Est autem duplex violentum. f. simplex & mixtum. Simplex quādo absolute quis cogitur ad aliquid contra voluntatem suam faciendum. Ad remouendum ergo illud violentum, dicit, Non ex necessitate, quod fieret si darent coacti mandato Apostoli. q. d. Non cogat vos ad dandum mandatum nostrum, sed moueat vos ad hoc prompta voluntas vestra. Exo. 35, Omnis voluntarius &c. Violentum mixtum est quando quis non absolute cogitur ad faciendum aliquid contra voluntatem suam, sed secundum quid. f. quòd nisi faciat incurrit maius damnum: sicut si non proiciantur merces in mari, navis submergitur. Et ideo aliquo modo fit sponte & aliquo modo violentè, in quantum. f. cogitur timore maioris damni. Vt ergo hoc remoueat, dixit, Non ex tristitia. i. non ita quòd scit violentum mixtum. q. d. Non ex timore confusionis, ne, scilicet erubescatis, sed ex gaudio quod conceperitis propter amorem quem habetis ad sanctos. Psal. Voluntariè sacrificabo tibi &c. ¶ Consequenter cum dicit [Hylarem enim datorem &c.] rationem assignat, & est talis. Omnis remunerator remunerat ea quæ sunt remuneratione digna: hæc autem sunt solum actus virtutum: in actibus autem virtutum duo sunt, scilicet species actus & modus agendi qui est ex parte agentis. Vnde nisi in actu virtutis vtrunque istorum concurrat, non dicitur actus ille simpliciter virtuosus, sicut non dicitur perfectè iustus secundum virtutem qui operatur opera iustitiæ, nisi delectabiliter & cum gaudio operetur. Et licet apud homines qui non vident nisi ea quæ patèt, sufficiat quòd quis operetur actum virtutis secundum ipsam speciem actus, puta, actum iustitiæ, tamen apud deum qui intuetur cor, non sufficit quòd solum operetur actum virtutis secundum speciem, nisi etiam secundum debitum modum operetur, scilicet delectabiliter & cum gaudio. Et ideo non datorem tantum, sed hylarem datorem diligit deus. i. approbat & remunerat & non tristem & remurmurantem. Psal. Seruete domino in lætitia. Eccle. 35, In omni dato hylarem &c. Rom. 12, Qui miseretur in hylaritate &c.

Lectio 2.

Ponitur ratio cur debent dare

Potens est enim deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum: sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi.

culi. Qui autem ministrat semen seminanti, & panem ad manducandum prestabit. Et multiplicabit semen vestrum, & promptem, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestre, vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo. Quoniam ministerium huius officij, non solum supplet ea quæ defunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino, per probationem ministerij huius, glorificat deum in obedientia confessionis vestre in euangelio Christi, & simplicitate communicationis vestre in illos, & in omnes: & in ipsorum obsecratione pro vobis, deest denarium vos propter eminentem gratiam dei in vobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

¶ Hic rationem trium modorum assignat. Et circa hoc duo facit. Primò assignat rationem sumptam ex parte ipsorum, Secundò rationem sumptam ex parte dei, ibi [Et in omnibus locupletati, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit rationem. Secundò ipsam confirmat, ibi [Sicut scriptum est, &c.] Ratio est talis. Quicumque dat aliquid quod multiplicat sibi, debet promptè abundanter & hylariter dare, sicut videmus quòd homines abundanter, & promptè, & cum gaudio seminant semen, quia multiplicarum illud recolligunt. Cum ergo elemosinæ multiplicentur dantibus, debetis illas promptè, gaudenter & abundanter facere. Et quòd multiplicentur patet, quia deus potens est omnem gratiam, &c. q. d. Non timeatis dare ne indigentia grauari pœniteat aliquando vos dedisse, quia potens est deus facere abundare omnem gratiam spiritus sancti, quæ. f. semper gaudeatis de bono opere quod fecistis. Et ideo dicit, Abundetis in omne opus bonum, id est abundanter affectum habeatis ad dandum elemosinam, sicut habetis ad alia opera virtutum, & tamè habeatis plenam sufficientiam bonorum exteriorum. Et ideo dicit, Semper omnem sufficientiam habentes. i. vos reputatis habere. Iaco. 1, Qui dat omnibus affluenter, &c. i. Ti. 6, Habentes alimenta, &c. De ista sufficientia dicitur in frā 12, Sufficit tibi gratia mea, &c. De multiplicatione verò dicitur Es. 30, Dabitur plura semini tuo. Mat. 19, Omnis qui reliquerit, &c. centuplum accipiet, &c. ¶ Consequenter cum dicit [Sicut scriptum est, &c.] probat postam rationem dupliciter. f. autoritate & experimento, ibi [Qui autem ministrat, &c.] probat autem autoritate, dicens. Rectè debet vos mouere prædicta ratio: Quia sicut scriptum est, &c. Sed glo. in alio sensu adducit hanc autoritatem quàm sit intentio Apostoli. Nam glo. sic adducit, Dico quòd abundetis in omne opus bonum. f. largitione elemosinarum: quia scriptum est, Dispersit dedit pauperibus. Sed Apostolus videtur hoc velle referre ad illud quod dicit abundare facere omnem gratiam. Et hoc quia ille qui dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Eccl. 12, Bene fac iusto, & inuenies retributionem, &c. In autoritate autem proposita notatur quibus sit dandum, quia pauperibus. i. indigentibus, &c. Luc. 14, Cum facis prandium, &c. Quomodo dandum, quia dispersit: quia non rotum vni, sed diuisim multis. i. Corinth. 12, Si distribuero, &c. Esa. 58, Frange esurienti panem, &c. Iustitia eius. i. virtus iustitiæ manet in æternum: quia ex quo dat, augetur voluntas ad dandum: vel iustitia eius. i. merces iustitiæ eius manet in æternum. Prouer. 11, Seminanti iustitiam merces fidelis, &c. Experimento autem confirmat rationem prædictam, dicens, Qui autem ministrat, &c. q. d. Experti estis, quia hoc ipsum quod datis in elemosinas, habetis à deo. Et ideo debetis libèter dare amore dei. i. Paral. vltimo, Tua sunt omnia quæ de manu, &c. Et insinuat tria circa hoc. Primum est quod aliquis possit dicere, Si nos damus modò quod habemus, deficient nobis necessaria ad quotidianum victum. Et hoc remouet, quia non solum semen ministrat seminanti, sed panem. i. necessaria vitæ prestabit ad manducandum. Psal. Qui dat escam omni carni. Secundum est: quia posses dicere quòd si multum daremus, deficient nobis quæ habemus ad dandum iterum. Et hoc Apostolus remouet dicens, quòd non deficient, sed multiplicabit semen vestrum, vnde scilicet plures elemosinas facitis. Tertium est, quia possit aliquis dicere quòd si modò damus deficient nobis voluntas ad dandum, & pœnitebit nos dedisse. Et hoc remouet, dicens, Et augebit incrementa frugum iustitiæ vestre, id est intantum augebit facultatem, & voluntatem dandi elemosinas ex quibus procedit iustitia vestra, quòd semper parati & prompti eritis ad dandum elemosinas, & quòd fruges maxime erunt in comparatione ad paruum semen. Prouer. 3, De primitiis frugum tuarum da pauperibus. Leuit. 25, Dabo benedictionem, &c. i. Timot. 4, Pietas ad omnia valet. ¶ Deinde cum dicit [Vt in omnibus locupletati, &c.] assignat rationem, quare promptè, abundanter & hylariter dare debeat ex parte ipsorum dantium. hic assignat rationem ex parte ipsius dei pro quo dare debent. Et primò assignat rationem. Secundò manifestat eam, ibi [Quoniam ministerium huius officij, &c.] In ratione autem assignanda tria cōsiderantur: quorum primum est ipsorum locupletatio, quod respondet præmissis. Dixerat enim supra, Multiplicabit semen vestrum & augebit incrementa frugum iustitiæ vestre: & hoc primò resumit, dicens, Et vt in omnibus locupletati, id est, tam in corporalibus quàm in spiritualibus bonis. i. Corinth. 1, Diuites facti estis, & car. Sed ne aliquis crederet quòd finis ponendus sit in abundantia diuitiarum temporalium: aut quòd diuitias spirituales aliquis otiosè absque vsu possidere deberet, refert hoc primum ad aliud secundum dicens, Abundetis in omnem, id est perfectam simplicitatem, id est largitatem simplici animo factam, vt largitio procedat ex diuitiis temporalibus, simplicitas autem ex spiritualibus. Prouer. 10, Simplicitas iustorum, &c. Sed & hoc ipsum ad alium finem referendum est, scilicet ad deum. Et ideo tertio subdit, quæ scilicet largitio simplex, operatur per nos, id est mediantibus nobis, gratiarum actionem deo. i. Thessal. 5, In omnibus gratias agite deo, &c. ¶ Deinde cum dicit [Quoniam ministerium, &c.] manifestat rationem supra positam, scilicet quomodo eorum largitio operetur gratiarum actionem deo. Et primò hoc ostendit. Secundò ponit gratiarum actionis materiam, ibi [Glorificantes deum, &c.] Tertio ipse prorumpit in gratiarum actionem, ibi [Gratias deo, &c.] Dicit ergo. Dico quòd largitio vestra operatur gratiarum actiones deo, quia ministerium huius officij vestri quo subuenitis sanctis, multa bona habet, quia non solum supplet ea quæ defunt sanctis quantum ad temporalia. supra 8, Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, &c. Non solum ergo hoc bonum sequitur inde, sed etiam quòd ipsi orant pro vobis & agunt gratias deo probantes & approbantes ministerium vestrum. Et hoc est quod dicit, sed etiam abundat. i. excrescit in actione gratiarum, quæ fit per multos, non solum perfectos, sed per alios fideles pauperes qui inde agunt gratias deo in domino, qui eos ad hoc mouet videntes & probantes ministerium vestrum. supra 1, Vt ex multarum personis facierum, &c. Huius quidem gratiarum actionis materia est propter tria. Primò propter eorum fidem quam acceperunt,

& ideo dicit, Dico quod abundat in gratiarum actione. Glorificantes. f. fideles deum in obedientia confessionis vestrae. i. de confessione fidei vestrae, quam confitemini & creditis in Christum. Mat. 5, Sic luceat lux vestra, &c. Prou. 21, Vir obediens loquitur victorias. Secundo propter eorum largitionem. Et ideo dicit, Glorificantes, & in simplicitate communicationis vestrae. id est pro largitione vestra in illos. f. sanctos pauperes, & in omnes. f. fideles qui indigent, simplici, & puro animo facta. Gal. 6, Communicet is qui catechizat, verbo ei qui se catechizat, &c. Et iterum operemur bonum ad omnes, &c. Tertiò propter hoc quod ipsi viri sancti habet à deo, vt pro eis agant gratias deo, Et ideo dicit, Glorificantes etiam deum pro ipsorum obsecratione pro vobis. i. glorificant deum de hoc quod ipsi viri sancti obsecrant pro nobis: ipsorum dico desiderantium vos videre in æterna beatitudine, & hoc propter eminentem gratiam dei in vobis. Ex his ergo Apostolus prorumpit in gratiarum actionem deo, dicens, Gratiarum, &c. i. quia tot bona inde proueniunt de ministerio vestro, ego ago gratias deo, &c. f. charitatis quæ maximè videtur vigere in vobis qui subuenitis etiam illis qui sic agunt gratias deo, & orant pro vobis. Et hoc donum est inenarrabile: quia non potest dici, quantum vtile sit, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, &c.

Caput 10.

Monentur Corinthij ad collectas pro absentibus Christianis, pauperibus, & admodum de ministris admittendum, & de seipso loquitur Apostolus narrando suam peregrinationem, & ea quæ in ea est acturus, & quæ sibi sunt parata.

Ipsè autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem vos, ne presens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam: qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulamus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiae nostræ non carnalia sunt: sed potentia deo ad destructionem munitionum destruentes, & omnem altitudinem extolentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes. Nesci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Postquam tractauit de bonis ministris Christi & fidei, consequenter Apostolus inuehit contra falsos ministros & pseudo illos prophetas. Et primò inuehit contra eos. Secundo verò contra illos qui decepti ab eis ad hærebant eis, in 13, cap. ibi [Ecce tertio, &c.] Circa primum duo facit. Primò excusat se de eis quæ imponuntur sibi per rationem. Secundo verò per facti euidentiã, ibi [Quæ autem secundum faciem sunt, &c.] Circa primum duo facit. Primò recusat se excusare per experimentum, cum tamen posset. Secundo verò excusat per rationem, ibi [Qui arbitrantur, &c.] Circa primum tria facit. Primò premitit obsecrationem. Secundo interponit illud quod imponitur sibi à pseudo, ibi [Qui in faciem quidem, &c.] Tertiò recusat experimentum, ibi [Rogo autem ne.] Dicit ergo, Ipse ego autem Paulus qui vos & alios ad eleemosinas exhortor, ego, inquam, imple obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi. De mansuetudine Christi habetur Mat. 11, Discite à me quia mitis sum, &c. De modestia. Sapient. 11, Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti, &c. Modestia enim nihil aliud est quàm modum seruare in agendis. Facit autem specialiter hęc mentionem de mansuetudine & modestia Christi, quia pseudo & Corinthij specialiter imponebant Paulo quòd cum esset presens apud eos conuerfaretur humiliter, & cum esset absens scriberet eis valde dure. Et ideo posuit illa duo quæ Christus habuit vt sciatur quòd Apostolus hæc etiam ostendit & seruauit exemplo Christi. Et ideo consequenter interponit vitium sibi impositum, dicens, Ego ipse Paulus. id est, vere humilis. quia paulus humilis & quietus interpretatur. 1. Cor. 15, ego sum minimus, &c. Vnde ego ipse. verè Paulus. Psal. Tu quidem ipse es. Ecclesi. 19, Est qui nequit humiliat se, &c. Et Iac. 3, Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia, &c. Ego, inquam, obsecro qui in facie. i. exterius vt dicitis, humilis sum inter vos. i. humiliter conuersatus, cum sum vobis presens. absens autem. i. cum sum absens à vobis, quando. f. non timeo lædi ab aliquo vestrum, confido in vobis. i. confidenter ago asperè vobis per epistolam scribens. Prouer. 28, Iustus quasi leo confidens, &c. Consequenter cum dicit [Rogo autem, &c.] Recusat sumere experimentum. isti enim credebant quòd Apostolus ex timore ductus conuerfaretur humiliter inter eos, & ideo dicit, Vos ita creditis, sed ego rogo vos, qui & ipse obsecro vt velitis experiri vtrum ego si necesse sit, faciam in presentia, quomodo facio in absentia. Et ideo dicit, Ne presens. i. cum fuero apud vos audeam facere in vobis si necesse sit: per eam confidentiam. i. ita confidenter sicut existimor à vobis audere. i. audacter & confidenter agere in quosdam incorrectos dure reprahendendo, per literas etiam corrigendo. Iob 31, Exaltat audacter, &c. Deinde excusat se per rationem, dicens [Qui arbitrantur, &c.] quasi dicat. Et licet nolim experimento me excusare propter vos: tamen ratio in promptu est ad excusandum me sufficienter. Circa hoc ergo tria facit. Primò ponit causam quare imponunt ei quod dictum est. Secundo destruit causam illam. Tertiò confirmat per rationem. Causa autem quare hoc sibi imponitur scilicet quòd presens sit humilis, absens autem seuerus & austerus est: quia isti arbitrabantur Apostolum secundum carnem ambulare. Et quia vnusquisque secundum regulam operis operatur, finis autem habet rationem regulæ, quia quilibet dirigit opus suum ad finem quem intendit. Qui ergo ponunt finem suum in bonis carnalibus, dicuntur ambulare secundum carnem. Et inde est quòd ita regulant opera sua, vt consequantur ea quæ sunt carnis, quæ quidem quia possunt subtrahi ab hominibus: ideo homines quæ in carnalia intendunt, blandè se habent ad homines & humiliter. Et ideo quia credebant Apostolum ambulare secundum carnem: ideo credebant quòd propter hoc humiliter conuersatus sit inter eos. Sed hæc ratio nulla est & vana, & ideo destruit eam, dicens [In carnem enim, &c.] q. d. quòd nos simus in carne non possumus negare, quia Rom. 8, dicitur, Debitorum sumus carni, &c. sed quòd nos regemur secundum carnem ponendo in bonis carnalibus finem, siue intentionem nostram, hoc est falsum: quia non secundum carnem militamus. i. vitam nostram quæ est quædam militia, vt dicitur Iob 7, Non regulamus secundum carnem. Et quòd non militemus secundum carnem, probat cum dicit, [Nam arma nostra, &c.] Et primò ex militaribus armis sicut vnusquisque pugnat, habet arma accommodata militiæ & pugnae suæ. Sed constat quòd arma eorum qui pugnant secundum carnem seu militant, sunt diuitiæ, voluptates, honores, & potentia mundana & temporales. Sed ergo arma nostra non sunt huiusmodi, quia arma militiae nostræ non sunt carnalia, sed potentia deo. i. secundum deum vel ad honorem dei. Ergo nos non militamus secundum carnem. Secundo verò cum dicit, [Ad destructionem, &c.] Ponit virtutem armorum spiritualium, quorum quidem virtus patet ex triplici effectu

eorum. Primus effectus est quod per ipsa arma confunduntur rebelles. Et quantum ad hoc dicit [Ad destructionem munitionum.] Quasi dicat. Bene sunt potentia deo vt destruat rebelles, infra Titum. 1, Vt sit potens exhortari &c. Hier. 1, Vt euellas & destruas &c. Muniunt autem se aliqui contra deum dupliciter. Aliqui astutis consiliis, sicut sunt tyranni qui machinantur prauis consiliis suis destrucere quæ dei sunt vt ipsi tyrannizent. Et quantum ad hoc dicit, Consilia destruentes, scilicet, tyrannorum. Iob 5, Qui apprehendit sapietes &c. Aliqui verò per superbiam vel altitudinem ingenij propriij. Et quantum ad hoc dicit, Et omnem altitudinem. f. suam superbia. Ro. 11, Non alta sapientes &c. i. superba. Siue profunditatem intellectus tam legistiarum, quàm philosophorum. Ro. 8, Neque altitudo, neque profundum. Esa. 5, Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Altitudinem, dico, extollentia aduersus scientiam dei. f. fidem quæ est scientia dei: quia quæ de deo dicuntur, impugnant. f. partum virginis: & alia dei mirabilia. Esa. 11, Repleta est terra scientia dei. Apo. 2, Quam dicunt altitudinem sathanæ. Apo. 2, Qui non cognouerunt altitudinem sathanæ. Ro. 11, Noli altum sapere, sed time. Secundus effectus est conuersio infidelium ad fidem. Et quantum ad hoc dicit [Et in captiuitatem redigetes &c.] quod quidem fit quando id quod homo scit totum supponit ministerio Christi & fidei. Psal. Ad alligandos reges eorum in compedibus &c. Eccl. 6, Iniice pedem tuum in compedes illius. i. in documenta fidei, &c. Tertiù effectus est correctio peccati. Et quantum ad hoc dicit [Et in promptu habentes, id est promptum & liberum animum habentes ad puniendum inobedientiam. Psal. Gladij accipites in manibus &c. Et hoc erit cum impleta fuerit vestra obedientia, id est cum vos perfectè obediens eritis, quia si vos velitis obedire non erit nobis locus puniendi inobedientiam aliorum & vestram. Vel tunc vlticemur vos de inobedientia quando impleta fuerit obedientia vestra, id est quando destruetur inobedientia vestra. contraria enim contrariis curantur.

LECTIO 2.

Quæ secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut & ipse Christi est, ita & vos. Nam & si amplius aliquid gloriaris fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in edificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam, vt aut non existimer tãquã terrere vos per epistolas (quonia quidem epistole, inquit, graues sunt, & fortes: presentia autem corporis infirma, & sermo contumibilis,) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & presentes in factis. Non enim audeamus inferere, aut comparare nos qui huiusmodi, qui seipso commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Suprà excusauit se Apostolus per rationem: hęc excusat se per facti euidentiã. Et circa hoc duo facit. Primò enim committit auditoribus iudicium suæ excusationis. Secundo profectur suam causam, ibi [Si quis confidit &c.] Dicit ergo primò. Licet appareat per rationem falsum esse quod imponunt mihi pseudo, tamen si aliqui sunt inter vos qui ratione non vincantur & noluerit rationi acquiescere, saltem videte, id est considerate ea quæ sunt secundum faciem, id est in manifesto apparent de me euideter. Committit autem eis iudicium causæ suæ, ad ostendam securitatem cordis sui. Iob 6, Respondete obsecro absque contradictione. Sed contra Iob. 7, Nolite secundum faciem iudicare. Non ergo bene dicitur hęc, Quæ secundum faciem sunt videte. Respondeo, dicendum est quòd ibi accipitur secundum faciem pro his quæ exterius apparent in homine, scilicet, pro sola veritatis apparentia, secundum quæ non debet homo iudicare, quia aliquando contrarium latet in corde. Vnde dicitur Mar. 7, Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem &c. Hic verò accipitur secundum faciem pro ipsa veritate euangelica & facti euidentiã secundum quam potest fieri iudicium. Glo. aliter exponit, scilicet secundum faciem, id est, pseudo. videte id est, attendite. Quasi dicat. Considerate facta eorum, quia impossibile est quin inter multa bona quæ præterunt non faciant aliqua ex quibus poteritis cognoscere intentionem ipsorum prauam. Mar. 7, Ex fructibus eorum &c. Consequenter cum dicit [Si quis autem confidit &c.] profectur causam suam. Contingit autem quòd aliquis mouetur contra aliquem deceptus auctoritate alicuius qui se magnum facit. Et sic Corinthij commoti erant contra Apostolum decepti à Pseudo, qui se dicebant maioris auctoritatis quàm Paulus quia venerant à Iudæa, & quia erant primò conuersi. Et ideo Apostolus duo facit. Primò euacuat auctoritatem illorum Pseudorum. Secundo profectur causam suam, ibi [Vt autem non existimer, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quòd pseudo non sint sibi præferendi. Secundo quòd ipse est præferendus eis, ibi [Nã & si amplius, &c.] Dicit ergo. Hoc, inquam, secundum faciem videte. Quòd si quis de Pseudo confidit se Christi esse propter aliquod magnum quod fecerit, vel propter aliquod donum spirituale quod à Christo receperit, hoc cogitet apud se, id est, cõsideret diligenter in corde suo: quia sicut ipse Christi est, ita nos, q. d. Quicquid inuenitur in eis, totum inuenitur in nobis, vnde debeamus dici & esse Christi. primæ Cor. 7, Puto quòd & ego spiritum Christi habeam. Rom. 8, Si quis spiritum Christi non habet, hęc non est eius. Non solum autem nos sumus Christi sicut & ipsi, sed multò plus possumus gloriari quòd sumus Christi quàm ipsi. Et hoc est quod dicit, Nam & si amplius quàm ipsi gloriaris fuero de potestate nostra, quam, scilicet potestatem dedit mihi dominus. Actu. 9, Vas electionis est mihi iste. Gala. 2, Qui operatus est Petro, &c. Dedit, inquam, mihi potestatem hanc specialem ad conuertendum Gentes in edificationem, scilicet ecclesiæ & non in destructionem sicut faciunt Pseudo abutentes potestate eis data in contrarium ad quod data est. Nam licet potestas detur in edificationem ecclesiæ in fide & charitate, isti tamen querunt gloriam suam & non Christi, & ideo destruant. Et hoc faciebant prædicando obseruari legalia & faciendo quæstum. Si ergo amplius glorior de hac potestate quam habeo & in qua gloriam Christi quero & non meam, non erubescam, scilicet de huiusmodi commendatione mea, quia non facio ad ostendendum me, sed causa necessitatis, scilicet vt ostendens auctoritatem meam esse magnam, & Pseudo nullam, non decipiãmini ab eis de cætero. Vbi nota quòd secundum Grego. duabus de causis potest se aliquis commendare absque peccato, scilicet, quando aliquis prouocatur opprobriis & conculcatur: & hoc vt non desperet videns se conculcari, & vt confutet aduersarios. Sic Iob commendauit se multum, sicut patet 27, cap. vnde dicit. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea &c. Item quando aliquis prædicans veritatem, & alius aduersarius veritatis contradicit sibi & impedit manifestationem veritatis, tunc huiusmodi prædicator debet se commendare & ostendere auctoritatem suam vt confutet illum, & vt trahat auditores ad veritatem.

Excusatio Paulus facti euidentiã committendo auditoribus iudicium eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & presentes in factis. Non enim audeamus inferere, aut comparare nos qui huiusmodi, qui seipso commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. suam causam profectur, ostendendo pseudo non sibi debere præferri, imò ipse eis, & ostendit suam esse quod sibi impositum esse, & rationem sui dicti potest.

Paulo potestas Apostolica & ecclesiæ data est in edificationem, non in destructionem: igitur nihil potest contra bonos mores, nec contra consilia euangelicæ, nec potest nunc ordinare quomodo reuocantur. Potest se quis commendare duabus de causis.

verò non patitur cõsortium in aliqua excellentia vel in aliqua prosperitate mudi, tunc zelus est malus & amulatio mala. Hoc autè bono zelo seu amulatione aliquando quis emulatur alios pro se, sicut vir zelatur pro vxore sua quã sibi soli vult seruari, Aliquãdo verò zelatur aliquis pro alio sicut ennuclus zelatur vxorem domini sui vt custodiat eam sibi. Sic Apostolus populũ suũ, quem videbat paratũ ad præcipitiũ, & cũ spõso Christo velle prostitui diabolo, emulabatur, ne Christus spõsus verus in eis aliquod diaboli cõsortiũ pateretur. Et idè dicit dei emulatione. g. d. nõ pro me, sed Christo, qui est spõsus. Io. 3, Qui habet spõsam, spõsus est. 3. Reg. 19, zelo zelatus sum pro domino &c. Vnde autem Apostolo incubebat huiusmodi amulatio, ostendit, dicens [Despondi enim vos &c.] Quasi diceret, Meritò vos amulor dei amulatione, quia ego sum paronymphus huius matrimonij, quod est inter vos & Christũ, quia ego despondi vos. i. feci spõsalia, quæ sunt per fidẽ & charitatẽ. Osec secundo, Sponsabo te mihi, &c. Et idè pertinet ad me custodire vos: Quicũq; ergo conuerit populũ ad fidẽ & ad iustitiã, despõdet eos Christo. Despõdi, in quã, nõ multis quia quæ multis adheret, polluitur. Hier. 3, Tu autè polluta es, &c. Sed vni Christo, scilicet viro perfecto virtutis plenitudine. Zacharia 6, Oriens nomẽ eius. Hier. 31, Nouum faciet dominus super terrã, &c. Et dicitur Christus vir vnus, quia singularis: & quantũ ad modũ conceptionis, & quantũ ad modũ nascẽdi, & quantũ ad gratiã plenitudinẽ. Eccl. 7, Vnũ de mille &c. Isti, in quã, viro despõdi vos exhibere virginẽ. Nota qd à plurali ad singulare descendit, dicens [Despõsaui vos. In plurali] [Et exhibere virginẽ.] In singulari, volens ostendere quòd ex omnibus fidelibus fit vnũ corpus & vna ecclesia, quæ debet esse virgo in omnibus membris suis. Et idè dicit, virginẽ castã. In omnibus enim accipitur virginitas pro integritate corporis: castitas pro integritate mētis. Nã aliquãdo aliqua est virgo corpore, quæ nõ est casta mēte, Sic ecclesia exhibet se Christo virginẽ, quãdo perseverat in fide, & infra sacramẽta absq; corruptione alicuius idolatriæ, & in delictis. Eze. 16, Ad omne caput viã edificasti signũ, &c. Castã exhibet se quãdo existẽs infra sacramẽta & in fide Christi exhibet puritatẽ corporis & operis. Ephe. 5, Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã nõ habentem maculã neq; rugã, &c. Sed quia Corin. possent dicere, nõ necesse est qd custodias nos, & zelus tuus non est rationabilis, quia nos bene seruabimus nosmetipsos. Idè cõsequenter causam huius zeli ostendit, dicens [Timeo autem &c.] Vbi sciendũ est qd in paradiso fuit coniugiũ Adam & Eua. Sed Eua corrupta fuit per serpentẽ nõ violenter, sed astutẽ in quantum promisit falsum & suavit iniquum. Falsum quidem, cũ dixit, Eritis sicut dii & nequaquã moriemini: cum tamẽ ex hoc ipsi incurrerint necessitatẽ mortis. Iniquum verò vt transgrediretur & præteriret mandatum dei. Et secundũ hanc similitudinẽ Apost. loquẽs, dicit ecclesiã esse sicut Eua, quam diabolus aliquando persecutus est manifestè per tyrãnos & potestates, & tunc sicut leo rugies circuit, quærẽs quẽ deuoret, vt dicitur 1. Pet. 5, Aliquãdo molestat ecclesiã latenter per Hereticos qui promittunt veritatem & simulat se bonos, & tunc sicut serpens seducit astutia sua promittẽdo falsa. Et idè dicit [Timeo ne sicut serpens Eua seduxit] à paradiso eam eiiciẽs [astutia sua.] promittẽdo falsa. 1. Timo. 2, Adã nõ est seductus, sed mulier. [Ita] id est, per similes deceptiones Hereticorũ [Corrumpantur sensus vestri.] Et dicit sensus vestri, quia sicut in matrimonio spiritali timet ne corrumpantur spiritaliter sensus cordis. 1. Cor. 15, Corrumpunt bonos mores, &c. Vel sensus spiritalis de quibus Sapient. 1, Serte de domino, &c. 1. Corin. 14, Nolite pueri effici sensibus. Et excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Simplex enim est illud quod corruptione caret. Pseudo ergo componebant vnam sectam ex Iudaismo & Euãgelio mandantes simul cum euangeliõ seruari legalia. Illi ergo excidunt à simplicitate Christi qui seducti à Pseudo simul cum Euang. seruant legalia, & hoc timebat Apost. de Corin. Eccl. 2, Vt peccatorum ingredientis terrã duabus viis. Et econtrã, Prou. 11, Simplicitas iustorum dirigit eos.

LECTIO 2.

Nam si is qui venit alium Christum prædicat quem non prædicauimus: aut alium spiritum accipitis, quem non accipimus: aut aliud euangeliũ quod non receperitis, rectè pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. Nam si imperitus sermone, sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatum feci me ipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis euangeliũ dei euangeliãui vobis. Alias ecclesiã expoliãui, accipiens stipendia ad ministerium vestrum.

Posito zelo quem ad Corin. habebat Apost. & ostenso zelum esse rationabilem: hinc consequenter remouet eorum excusationẽ. Et circa hoc duo facit. Primò proponit eorum excusationẽ. Secũdò verò remouet eam, ibi [Existimo enim me, &c.] Circa primum est sciendũ est qd Corin. possent suspicari qd idè zelum haberet de eis, quia timet ne dimittant doctrinã suam propter doctrinã Pseudo: vnde possent dicere, cõstat quòd minus bona sunt dimittenda propter magis bona. Ergo si Pseudo meliora docet, non debes turbati si acquiescimus eis. Et idè hãc excusationẽ ponit ostẽdendo qd nihil maius quã Apost. docet & prædicant. Nã Apost. tria prædicauit eis, & docuit eos. Primò qd essent Christi: supra 4, Non enim prædicauimus nosmetipsos, sed Christum Iesum. Secũdò qd haberent spiritũ Christi. Rom. 8, Si quis spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Tertio vt recipere euang. Christi. Rom. 1, Non enim erubescit euang. & car. Si ergo Pseudo meliora vobis prædicarent & vos docerent, rectè faceretis & excusabiles essetis: Sed hoc non faciunt. Et hoc est quod dicit [Nam & si is qui, &c.] Quasi dicat, Timeo ne Pseudo qui venit ad vos non minus, sed ex se sicut fur & latro. Ioan. 10, Quotquot venerunt fures sunt & latrones. Hier. 23, Non mittebam eos & ipsi currebant. Romanorum decimo, Quomodo prædicabunt nisi, &c. Si, inquam, talis prædicator prædicat vobis alium Christum, scilicet excellentiorem quã illum quem nos prædicauimus, quod non potest esse, quia vt dicitur Corin. 8, Vnus dominus noster Iesus Christus per quem omnia, & cetera. Et hoc quantum ad primum. Aut alium spiritum, scilicet meliorem accipitis, scilicet per talem, quã accipistis, scilicet per nos, id est, ministerio nostro, quod non potest esse, quia vt dicitur prima Corin. thiorum duodecimo, Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, & cetera. Et hoc quantum ad secundum. Aut prædicat vobis aliud euangeliũ, id est, aliam prædicationem vel doctrinã, quã per nos non receperitis. Galatas primo, Miror quod sic cito transferimini, & cetera. Si, inquam, alia & meliora faceret vobis, pateremini, id est, faceretis excusando vos. Et quia non potest eis aliud euangeliũ, id

Ostendit Paulus quod datus quod inspicieret ageret nec minus deberent eum supportare Corin. thij gloriantur & se commendantem.

est, melius tradi. Idè Apostolus excommunicat Galatas si aliud euangeliũ recipiant. Galatas primo, Si quis aliud vobis euangelizauerit, &c. Consequenter cũ dicit [Existimo &c.] Remouet hanc excusationem. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit quòd ipse non minus fecit eis quã alij. Secũdò qd plus, ibi [Aut nunquid, &c.] Circa primum tria facit. Primò ostendit quòd nihil minus fecit factò quã alij Apostoli. Secũdò innuit vt nõ defuit ei facultas ad hoc faciendũ, ibi [Nã & si imperitus sermone &c.] Tertio ostendit euidentiam vt inquit, ibi [In omnibus autem, &c.] Dicit ergo: Rectè pateremini vos seduci ab eis si melius prædicarent vobis, sed hoc non est verũ. Enim, id est, quia existimo me nihil minus fecisse in his à magnis Apostolis, id est, quã Petrus & Ioãnes quos isti habebãt magnos. Et comparat se magnis Apostolis, tum quia Paulus videbatur & reputabatur ab eis minõr quã illi, eo quòd illi fuerant cum Iesu & Paulus non, tum etiam quia Pseudo dicebant se missos ab eis, & idè ostẽdendo se parem magnis Apostolis istorum errorem remouet & Pseudo confutat. Et nõ solum nihil minus fecit, sed plus, primã Corin. thiorũ de cimoquingenta lingua. Ostendit qd ei facultas affuit ex magnitudine scientiæ, dicens, Licet sim imperitus sermone, tamẽ non sum imperitus scientia, secũdũ Petri vltimo, Sicut & charissimus frater noster Paulus secũdũ sapientiam. Sed hoc sciendũ est qd Pseudo quærentes gloriam propriam & lucra sectantes nitentur attrahere populũ per ornata & subtilia & exquisita verba, non attendentes nisi solum aures permulcere. Apostolus verò, quia non querebat vtilitatem propriam, sed solum dilationem fidei Christi & profectũ eius, ita proponebat verbum fidei, vt omnes possent capere, conformans se conditioni auditiũ & capacitati. Vnde quia isti in principio non erant capaces altã doctrinã, proposuit eis fidem, non in subtilitate sermonis, sed eo modo quo capere possent, scilicet planè & apertè. Et idè isti dicebant eum esse imperitum sermone, primã Corin. thiorũ primo, Nõ in sapientia verbi, &c. Et propter hoc dicit Apostolus, licet sim imperitus sermone, vt vobis videret, hoc non fuit ex defectu scientiæ, sed propter vos ex quadam dispensatione: quia tanquam paruulus in Christo lac potum dedi vobis, &c. Vel dicendum ad literam quòd Apostolus fuit balbus & ex hoc Pseudo deridebant eum. Et idè dicit [Et si imperitus sermone,] id est, impeditã linguã, non tamen sum imperitus scientia. Exodi quarto, Impeditioris & tardioris linguæ sum. Quòd autem nihil minus fecerim à magnis Apostolis, euidenter apparet per ea quæ feci vobis. Et idè dicit [In omnibus prædicatis manifestatus sum in vobis.] Qui experti estis quæ per me fiunt, primã Corin. thiorum nono, Signaculum Apostolatus mei vos estis in domino. Et infra 12, Signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos, &c. Consequenter cũ dicit [Aut nunquid peccatũ, &c.] Ostendit quòd plus fecit quã omnes alij, & hoc quia prædicauit sine sumptibus. Circa hoc duo facit. Primò ponit factum. Secũdò causam facti assignat, ibi [Quare, quia nõ diligo vos, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit factum quantum ad præteritum. Secũdò quantum ad futurum, ibi [Et in omnibus, &c.] Factum autem præteritum ostendit dupliciter. Primò in generali. Secũdò in speciali, ibi [Quoniam gratis, &c.] Dicit ergo. Rectè dico quòd nihil minus feci ab illis, nisi fortè hoc reputetis malè & minus actum: quia dimiui de autoritate mea non accipiens sumptus à vobis, sed si hoc esset malum minus fecissem. Et idè ostendit quòd non est malum. Et hoc est quòd dicit, Aut nunquid peccatum feci, id est, nunquid peccauit humilians me ipsum & diminuens de autoritate mea? Quasi dicat, non. Eccl. 3, Quamto maiores, &c. 1. Corin. 9, Cũ essem liber, &c. Mar. 18, Qui humiliauerit se, &c. Ratio autem humiliationis meæ est, non propter lucrum proprium, sed propter promotionem vestram. Vnde dicit [Vt vos exaltemini,] id est, in fide confirmemini. Corin. thij autem auari erant, & idè si à principio accepisset sumptus, fortè destitisset à fide. Itè Pseudo prædicabant propter quæstum. Vt ergo Corin. thij reciperent Apostolum & Pseudo auferret occasionem quæstus, gratis prædicauit eis sine sumptibus propriis. Hoc autem quod dixerat in generali, manifestat in speciali, ibi [Quoniam gratis, &c.] Et facit duo. Primò ostendit quomodo sine sumptibus prædicauit eis in primo aduentu ad eos. Secũdò ostendit quòd idem fecit in mora quam apud eos contraxit, ibi [Et cũ essem, &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit quod intèdit, scilicet humiliationem, dicens [In hoc humilians me ipsum.] Quoniam euangelizauit vobis gratis, id est, sine sumptu, non autem sine mercede: quia hoc non est laudis, licet enim omnes possent capere sumptus personæ ab eis quibus proponunt verbum dei: nullus tamen prædicare debet pro mercede & quæstu. Secũdò, quia possent dicere isti, vnde ergo accepisti sumptus. Responder quòd ab aliis ecclesiis, dicens, Ecclesiã alias expoliãui accipiens ab eis stipendia ad ministerium vestrum. Ex hoc conuincit eos quòd non possint dicere Apostolo quòd non liceret ei accipere ab eis. Si enim accipitur ab aliis, ad seruitium eorum, multò magis liceret ei accipere ab ipsis. Ex hoc etiam apparet quòd legatus papæ visitans vnam partem legationis potest accipere stipendia. Et quòd dominus Papa pro necessitate vnius patriæ potest accipere subsidium ab aliis partibus mudi. Ratio est, quia ecclesia est sicut vnum corpus. Videmus autem in corpore naturali quòd natura quando deficit virtus in vno membro, subministrat humores & virtutem accipiens ab aliis membris.

LECTIO 3.

Et cũ essem apud vos, & egerem: nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat, supplerunt fratres qui venerant à Macedoniã, & in omnibus sine onere me seruauit, & seruabo. Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infirmatur in me in regionibus Achaie. Quare: quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio & faciam vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. Nam eiusmodi Pseudo Apostoli sunt operari subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum, ipse enim satanas transfiguratur se in angelum lucis. Non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur: debet ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum.

Ostendo quòd quando primò eis prædicauit in ipso aduentu, euangelizauit eis gratis: hinc ostendit quòd necessitatem contrahendo moram apud eos, accepit ab eis sumptus. Et primò hoc ostendit. Secũdò verò respondet cuidam tacite quæstioni, ibi [Nam quod mihi, &c.] Dicit ergo. Non solum quando primò veni ad vos nõ accipi à vobis sumptus: sed etiam cũ essem apud vos diu & etiam egerem, vt ostendat quòd non dimisit eis sumptus propter diuitias. Nulli onerosus fui aliquid ab aliquo accipiendo. In quo apparet

Paulus fuit balbus vel multus plebius inuitus in sermone.

Ostendit post qd cum Corin. thij sumptus non accipiunt a Macedonibus est mirum, & datur horum ratio.

causa quare dimisit: quia Corin. propter avaritiam eis innatam, reputabant sibi onus ministrare sumptus. i. Corin. 9. Non sumus vti hac potestate: sed omnia sustinemus, &c. Sed possent isti dicere, vnde ergo habui sti necessaria? Et idem respondet dicens quod ab aliis ecclesiis. idem scilicet nihil accepi, quia illud quod mihi deerat, scilicet a pretio quod lucrabatur nocte laborando manibus suis apud Aquilam & Priscam. Erat enim fenofactoria artis per quam lucrabatur sibi necessaria. Act. secundum. Ad ea quae mihi opus erant, &c. Illud ergo quod deerat non dedistis vos, sed suppleuerunt fratres qui venerunt a Macedonia, scilicet Philip penses qui erant valde liberales. Vnde de hoc in epistola ad Philippenses commendat eos, Phill. 4. Nulla ecclesia communicavit mihi in ratione dati & accepti, nisi vos. Sed Corinthij erant auari. ¶ Consequenter cum dicit [Et in omnibus sine onere, &c.] Ostendit quomodo se habeat in hoc ad eos in futurum, dicens, quod etiam sine onere vult se habere ad eos. Et circa hoc duo facit. Primum ponit suam rationem communem. Secundum confert eam, ibi [Est veritas Christi, &c.] Dicit ergo non solum feci hoc, scilicet, quod gratis vobis euangelizavi & nulli onerosus fui, sed etiam in omnibus seruabo me vobis sine onere, sicut vsq; modo seruavi non dure reprehendendo, non seuerè corrigendo, nec vestra accipiendo. Act. 3. Argentum & aurum & vestem nullius concupiui. Numeri 16. Tu scis quod nec asellum quidem acceperim ab eis, dicit Moyses ad dominum. Samuel dicit, primi Reg. 12. Loquimini de me si oppressi &c. Et quod ita facturus sit, confirmat ex duobus. Primum ex eo qui loquitur in ipso, scilicet Christo qui est veritas, a qua non potest esse falsum. Et idem dicit, Est veritas Christi in me, &c. Quasi dicat: Hoc quod dixi verum est, quia veritas Christi loquitur in me, &c. Hoc infra ultimo, An experimentum quaeritis eius qui in me, &c. Vel hoc potest accipi per modum iuramentis. Quasi dicat, deus qui est veritas & est in me scrutans corda, fit mihi testis, quod ita seruabo me. Ro. 1. Testis est mihi deus &c. Secundum ex eo quod non intedit minuere gloriam suam, sed augere. Apost. enim attribuebat sibi apud Christum ad magnam gloriam, quod ipse solus inter Apost. sine sumptu praedicabant Corin. Et idem dicit [Ideo seruabo me sine onere.] Quoniam non infringetur. i. non minuetur in me haec gloria, quod. f. gratis praedico vobis, & quod a licitis abstineo, propter salutem vestram, quae quidem est gloria Christi: quia ipse glorificatur per hoc in me, vel quia ego haec gloriam habeo specialiter apud Christum: quae quidem refringeretur in regionibus Achaiae, ubi Corin. erat metropolis si recepisset ab eis, quia auari erant: habitabat enim in maritimis, & erat inteti mercationibus, & tales consueuerunt esse auari. i. Cor. 9. Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. ¶ Consequenter cum dicit, [Quare, quia non, &c.] Ponit causam quare non accepit sumptus ab eis. Et circa hoc duo facit. Primum excludit falsam causam. Secundum adstruit veram, ibi [Quod autem facio, &c.] Circa primum sciendum est, quod Pseudo imponebat Apostolo, quod ideo non recipiebat a Corin. sumptus, quia non diligebat eos, & quia non intedebat eis, benefacere & seruire. Dicit ergo quare. f. hoc facio, quia non diligo vos. i. pro odio quod habeo ad vos, sicut dicunt Pseudo, deus scit quod diligo vos & quod non pro odio hoc facio. Ioan. ultimo, Domine tu scis, quia amo te. Sic ergo exclusa causa falsa sequitur vera. ibi [Quod autem facio, &c.] Et circa hoc duo facit. Primum ponit veram causam. Secundum rationem huius assignat, ibi [Nam eiusmodi Pseudo &c.] Circa primum sciendum est quod Pseudo, ut dictum est, quarebant lucra & gloriam propriam. Et idem ut in reuerentia haberentur nitebantur exterius sequi vestigia Apostoli, vel etiam si potuissent excellere ipsum. Dicit ergo Apostolus, Si ergo volunt me imitari in hoc imitentur ut nihil accipiant. Et quia sciebat quod Pseudo praedicabat ut acciperet, & per consequens quod non praedicarent si deficeret eis lucrum. Dicit, Quod facio, ideo facio & faciam hoc non propter odium sed ut amputem occasionem eorum. f. Pseudo accipiendo vestra, eorum. f. Pseudo qui voluit, supple, meo exemplo, habere occasionem accipendi vestra. Sciebat enim secundum Ambro. quod si non acciperet non diu praedicaret. Ecce trario dicitur Pro. 9. Da occasionem sapienti, &c. Et hoc ut tales inueniantur. f. Pseudo, sicut & nos. f. non accipietes pecunias, sicut & nos. i. non accipimus, in quo quidem ipsi gloriatur. f. quod imitatur nos, & ego nolo si perfectum voluit nos imitari quod accipiat. i. Corin. 7. Volo omnes homines esse sicut me, scilicet non accipientes. ¶ Vt in quo, &c. Hoc legitur tripliciter. Vno modo sic, ut inueniantur tales, supple sicut & nos, non accipiendo sicut nec nos accipimus, & per consequens praedicatione cessando. In quo. i. esse tales sicut & nos gloriatur: contendebat enim esse similes veri Apost. Secundum modo sic, ut in eo in quo gloriatur. f. accipiendo, quia hoc solum querebat, inueniantur sicut & nos. i. similes nobis, cessando. f. & desistendo ab acceptione ut nobis assimiletur. Tertio modo sic, ut in eo in quo gloriatur. f. in non accipiendo, dicunt enim se nihil accipere, inueniantur sicut & nos. i. non meliores nobis, ne. f. possint se in hoc nobis praeferre. ¶ Nam eiusmodi, hoc continuatur tripliciter. Primum modo sic, ita gloriatur & contendunt, non sicut nos. [Nam eiusmodi, &c.] Secundo modo sic, & verè desistunt accipere, ut nobis assimilentur. [Nam eiusmodi, &c.] Tertio modo sic, ita in non accipiendo gloriatur, ut nobis similes videantur. Posita autem vera causa probat eam consequenter, dicens [Nam eiusmodi, &c.] Ostendens quomodo student assimilari Apost. Et circa hoc tria facit. Primum ponit causam. Secundum probat eam, ibi [Sed non mirum.] Tertium consequenter ostendit differentiam Pseudo ad veros Apost. ibi [Quorum finis &c.] Dicit ergo: Recte dico quod hoc facio ut amputem eis occasionem accipiendi. Nam eiusmodi Pseudo Apost. sunt operarii. f. falsi. Phill. 3. Videte canes, videte malos operarios, &c. Subdoli. i. callidi & vulpini sub specie religionis decipietes. Eze. 13. Quasi vulpes in desertis, &c. Capite nobis vulpes paruulas quae demoluntur vineas, &c. Cant. secundo, Matt. septimo, Veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. Et hoc est quod dicit. Transfigurantes se in Apost. Christi, id est, exterius portantes signa bonorum Apost. 2. Tim. 3. Habentes quidem speciem pietatis, &c. Et hoc probat, quia sicut veri Apost. mittuntur a deo & informantur ab ipso, sic Sathanas transformat se in angelum lucis qui est dux & inceptor eorum. ostendens se esse vel angelum dei, vel aliquando Christum. Non est ergo mirum neque magnum si ministri eius, scilicet Pseudo, transformant se in ministros iustitiae, id est, simulant se esse iustos. Ecclesiastici 10. Secundum iudicem populi sic & minister eius, &c. ¶ Notandum autem est quod Sathanas transfiguratur se aliquando visibiliter, sicut beato Martino, ut deciperet eum, & hoc modo multos decepit. Sed ad hoc valet & necessaria est discretio spirituum quam spiritualiter deus contulit beato Antonio. In hoc tamen potest cognosci quod Sathanas sit, quia bonus angelus in principio hortatur ad bona, & perseverat in eis. sed malus in princi-

pio quidem preterdit bona, sed postmodum volens explere desiderium suum, & quod intedit, scilicet decipere inducit & instigat ad mala. i. Io. 4. Omni spiritui nolite credere, &c. Et idem Iosue cum videret angelum in campo suo dixit Iudicum. 5. Nolite es an aduersariorum? Aliud etiam signum est quod bonus angelus & si terreat in principio, tamen statim consolatur, & confortat sicut Zachariam Luc. 1. Ne timeas Zacharia. Et ad beatam virginem dixit, Ne timeas Maria &c. Malus autem angelus stupefacit & desolatam dimittit. Et hoc idem ut stupefactum facilius decipiat & persuadeat sibi. Aliquando autem transfiguratur se inuisibiliter, & hoc quando ea quae in se mala sunt, facit apparere bona, peruertendo sensus hominis & inflammando concupiscentiam. Prouer. 14. Est via quae videtur homini recta, &c. Sic decepit monachum quandam cum proposuisset in animo suo nuquam exire cellam, suggessit ei diabolus quod bonum esset quod exiret ad ecclesiam & reciperet corpus Christi. Cui suggestioni consentiens propositum mutauit vadens ad ecclesiam. Postmodum cognoscens eum fuisse diabolum gloriatus est monachus quod non deceperat eum, quia ad bonum iuerat, & tamen iam remouit eum a proposito continue standi in cella. Post modum vero iterum suggessit ei quod pater suus esset mortuus, & dimiserat sibi multas diuitias distribuendas inter pauperes, quod iret ad ciuitatem, ad quam cum iret nunquam rediit ad cellam, & mortuus est in peccato. Vnde valde difficile est quod homo caueat sibi, & idem recursum est ad adiutorium diuinum Iob 41. Quis reuelabit faciem indumenti eius, &c. Quasi dicat, Nullus nisi deus. ¶ Consequenter ponit ministrorum, & malorum, & bonorum differentiam quae consistit in hoc quod finis illorum, i. ministrorum Christi, & Sathanae erunt secundum opera eorum. Nam finis bonorum erit bonus, & malorum erit malus, & boni inducuntur ad bonum, & mali ad malum. Phi. 3. quorum finis interitus, &c. Item boni recipient bona, & mali mala supra 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.

Lectio 4.

Terium dico [ne quis me putet insipientem esse, alioquin velut insipientem accipite me, ut ego modicum quid gloriar.] Continuumdo quod loquor, non loquor secundum deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia glorie. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes cum suis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitute redigit, si quis denorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cadit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.

¶ Supra Apostolus induxit Corinthios ut patienter sustinerent suam commendationem, ostendens quod hoc faciebat ex zelo quem habebat ad eos: & quia zelus ille erat rationalis & ordinatus: hic autem consequenter ponit aliam rationem, per quam ostendit, quod dato quod insipienter ageret, nihilominus tamen deberet eum supportare. Vnde in ista ratione procedit ex suppositione stultitiae. In hac autem parte duo facit. Primum enim proponit suam petitionem. Secundum rationem ditorum assignat, ibi [Quod loquor &c.] In petitione autem sua duo facit. Primum enim petit quod non reputet eum insipientem, quod pertinet ad praemissam rationem. Et idem dicit, Iterum dico quod ex quo zelus meus est rationalis & ego rationaliter commendo me: ne quis, scilicet vestrum me reputet insipientem. Secundum petit quod dato quod insipienter agat tamen supportent eum & hoc pertinet ad rationem hanc. Et idem dicit [Alioquin.] id est, si non rationaliter commendo me, & pe nitus velitis me ex hoc insipientem reputare: tamen accipite, id est, supportate me velut insipientem. Et dicit, velut. Quia licet ipsi reputent eum insipientem in hoc, tamen in rei veritate non est insipiens. Accipite me, inquam, velut insipientem, ut & ego modicum quid gloriar. Et dicit modicum, quia infra commenda uit se de gloria, quae est secundum carnem, quae valde modica est. Iob 25. Homo putredo & filius hominis vermis. Ecclesiastici 10. Quid superbis terra & cinis? Rationem autem ditorum assignat, dicens [Quod loquor &c.] Dixerat autem tria. Primum quia supposuit insipienter commendasse seipsum. Secundum quod vult gloriari. Tertium quod sustineat eum. Et horum trium rationem assignat. Et primum de hoc quod supposuit insipienter commendare se. Secundum quare vult gloriari, ibi [Quoniam multi gloriantur, &c.] Tertium quod de beant eum supportare, ibi [Libenter enim suffertis, &c.] Dicit ergo primum, Ratio quare debetis insipientem accipere me, est, quia illud quod loquor in hac substantia gloria, id est commendatione carnis quae a quibusdam appetitur, ac si per eam debeant subsistere, non loquor secundum deum, sed quasi in insipientia. Et dicit ex hypothesi, sicut illud quod supra dixit, velut insipientem. Vnde ibi posuit, velut, hic ponit, quasi. Ac si diceret, Si non rationaliter commendarem me, tunc illud quod loquor in commendatione mea, non est secundum deum. i. secundum rationem diuinam sapientiae. Et tunc merito acciperetis me non secundum deum loqui, sed insipienter. supra 10. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, &c. Prouerborum. 27. Laudet te alienus, &c. Rationem autem suae commendationis & gloriae ostendit, subdens [Quoniam multi gloriantur &c.] Vbi sciendum est quod pseudo, quia ex Iudaeis erant, gloriabantur secundum carnem, dicentes se esse filios Abraham, & ex hoc volebant haberi in reuerentia a Corinthiis & auctoritate. Dicit ergo Apostolus, dato quod sit insipientia quod gloriatur secundum carnem, tamen quoniam multi, f. Pseudo gloriatur secundum carnem, & ego etiam gloriabor secundum carnem. Prouerborum. 26. Responde stulto secum stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. ¶ Sed contra est, quia Seneca dicit, Summa malorum est quod ad exemplum vnitur. Et Exod. 23. Non sequaris turbam ad faciendum malum. Non ergo Apostolus debet gloriari secundum carnem. eo quod pseudo gloriatur. Respondeo, Dicendum est, quod licet sit eadem materia gloriationis, non tamen est eadem intentio & idem finis: quia pseudo commendabant se propter gloriam propriam, & ut ipsi haberentur in auctoritate, & possent lucrari. Apostolus autem gloriabatur, ut verbum dei per eum praedicatum esset maioris auctoritatis, & ponderis, & fructum faceret Christo. Rationem autem quare debeant eum supportare, subdit dicens [Libenter enim suffertis, & cetera] Et primum ponit rationem hanc, quod, scilicet, debet eum supportare. Possent enim dicere, Quare debemus te supportare si es insipiens? Et dicit Apostolus quod ideo, quia cum vos ipsi sitis sapientes in oculis vestris & in vestra reputatione, libenter suffertis. i. estis consueti supportare insipientes, Pseudo. f. Secundum ostendit in quo supportent insipientes. Et ponit quoniam grauiam quae sustinebant a Pseudo. Primum est iugum seruitutis. Et quantum ad hoc dicit, Sustinetis enim si quis. i. aliquis pseudo redigit vos in seruitute. Quasi dicat, per Christum liberati fuistis a seruitute legis, quae est in timore, & reducti estis in libertatem filiorum dei, quae est in charitate.

sed aliquando expedit carere eis. Fomento vero vestis opponit vnum ex parte natura. Vnde dicit [In frigo re.] Aliud ex parte inopia. Vnde dicit [Et nuditate.]

Caput. 12.

Et sic proponit bonum sibi diuinitus collatum in comuni, et post in speciali de clarando sibi factas reuelationes.



Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, deus scit. Raptus huiusmodi usque ad tertium caelum.

ibi factus sum insipiens, &c. Circa primum duo facit. Primum extollit magnitudinem eorum quae sunt sibi collata a deo. Secundum manifestat remedium infirmitatis sibi adhibitum contra periculum superbiae, ibi [Et ne magnitudo, &c.]

Differetia inter visionem & reuelationem

Furari & rapi differunt.

Rabi quatuordecim modis.

In extasi fit
homo per co-
gnitionem &
per appetiti-
nam virtutē.

Raptus pro-
priè quid fit.

tuam, &c. Aliquando aliquis dicitur raptus à seipso quando propter aliquid homo efficitur extra seipsum, & hoc est idem quod extasi. Sed & extra seipsum efficitur homo, & per appetitiuam virtutem, & per cognitiuam. Per appetitiuam enim virtutē homo est solum in seipso quando curat quae sunt sua tantum. Efficitur vero extra seipsum quando non curat quae sunt sua, sed quae perueniunt ad bona aliorum, & hoc facit charitas. 1. Cor. 13, Charitas non quarit quae sua sunt. Et de hac extasi dicit Dionysius. 4. cap. de diuinis nominibus. Est autem extasi faciens diuinus amor non sine amorem sui ipsius esse, sed rerum amatarum. Secundum cognitiuam vero aliquis efficitur extra se, quando aliquis extra naturalem modum hominis eleuatur ad aliquid videndum, & de isto raptu loquitur hic Apostolus. ¶ Sed sciendum quod modus naturalis humanae cognitionis est, ut cognoscat simul per vim mentalem quae est intellectus, & corporalem quae est sensus. Et inde est quod homo non habet in cognoscendo liberum iudicium intellectus, nisi quando sensus fuerint in suo vigore bene dispositi absque aliquo ligationis impedimento: aliam, cum impediuntur, etiā iudicium intellectus impeditur, sicut in dormientibus patet. Tunc ergo homo efficitur extra se secundum cognitiuam quando remouetur ab hac naturali dispositione cognitionis, quae est ut intellectus ab usu sensuum & sensibilibus rerum abstractus ad aliqua videnda moueatur. Quod quidem contingit dupliciter, vno modo per defectum virtutis, vnde quaeque talis defectus contingat: sicut accidit in freneticis & aliis mente captis, & haec quidem abstractio à sensibus non est eleuatio hominis, sed potius depressio, quia virtus eorum debilitatur. Alio vero modo per virtutem diuinam, & tunc proprie dicitur eleuatio, quia cum agens a seipso let sibi patiens, abstractio quae fit virtute diuina, & est supra hominem, est aliquid altius quam sit hominis natura. Et ideo raptus sic acceptus, diffinitur sic. Raptus est ab eo quod est secundum naturam in id quod est supra naturam in vi superioris naturae eleuatio in qua quidem definitione tangitur eius genus, dum dicitur, eleuatio. Causa efficiens, quia vi superioris naturae. Et duo termini motus. scilicet a quo & in quem, cum dicitur ab eo quod est secundum naturam in id quod est supra naturam. Sic ergo patet de raptu. ¶ Sequitur de termino raptus, scilicet ad quem, cum dicitur, Vtque in tertium caelum. Notandum est autem quod tertium caelum tripliciter accipitur. Vno modo secundum ea quae sunt supra animam. Alio modo secundum ea quae sunt in anima. Tertio modo secundum ea quae sunt supra animam. Infra animam sunt omnia corpora, ut dicit Augustinus in libro de vera religione. Et sic possumus accipere triplex caelum corporeum, scilicet aereum, sydereum & empireum. Et hoc modo dicitur quod Apostolus erat raptus vsque ad tertium caelum, id est vsque ad videndum ea quae sunt in caelo Empireo, non ut existeret ibi, quia sic sciret si fuisset siue in corpore, siue extra corpus. Vel secundum Damascenum qui non ponit caelum Empireum, possumus dicere quod tertium caelum ad quod raptus est Apostolus est supra octauam spheram: ut scilicet euidenter videret ea quae sunt supra totam naturam corporalem. Si autem accipiamus caelum secundum ea quae sunt in ipsa anima, sic caelum debemus dicere aliquam altitudinem cognitionis quae excedit naturalem cognitionem humanam. ¶ Est autem triplex visio, scilicet corporalis per quam videmus & cognoscimus corpora spiritalia: siue imaginaria qua videmus similitudines corporum: & intellectualis qua cognoscimus naturas rerum in seipsis. Nam proprie obiectum intellectus est quod quid est. Huiusmodi autem visiones si fiant secundum naturalem modum, puta, si video aliquid sensibile, si imaginor aliquid prius visum, si intelligo per fantasmatam, non possunt dici caelum. Sed tunc quaelibet istorum dicitur caelum quando est supra naturalem facultatem humanam cognitionis, puta, si aliquid vides oculis corporalibus supra facultatem naturae, sic es raptus ad primum caelum. Sicut Balthasar raptus est videns manum scribentis in pariete, ut dicitur Daniel. 5. Si vero eleueris per imaginationem vel per spiritum ad aliquid supernaturaliter cognoscendum, sic es raptus ad secundum caelum. Sic raptus fuit Petrus quando vidit lintheum immisum de caelo, ut dicitur Act. 10. Sed si aliquis videret ipsa intelligibilia & naturas ipsorum non per sensibilia, nec per fantasmatam, sic esset raptus vsque ad tertium caelum. Sed sciendum est quod raptus ad primum caelum est alienari à sensibus corporalibus. Vnde cum nullus possit abstrahi totaliter à sensibus corporeis, manifestum est quod nullus potest dici simpliciter raptus in primum caelum, sed secundum quid, in quantum contingit aliquando aliquid sic esse intentum ad vnum sensum, quod abstrahitur ab actu aliorum. Raptus ad secundum caelum est quando aliquis alienatur à sensu ad videndum quaedam imaginabilia, vnde tales semper consueverunt fieri in extasi. Et ideo Act. 10. Quando Petrus vidit lintheum dicitur quod factus fuit in extasi. Paulus vero dicitur raptus ad tertium caelum, quia sic fuit alienatus à sensibus & sublimatus ab omnibus corporalibus ut videret intelligibilia nuda & pura eo modo quo vident angeli & anima separata: & quod plus est, etiam ipsum deum per essentiam, ut Augustinus expressè dicit 12. super Gene. ad literam, & in glo. & ad Paulinam in libro de videndo deum. Nec etiam est probabile, ut Moyses minister veteris testamenti ad Iudaeos videret deum & minister noui testamenti ad Gentes & doctor Gentium hoc dono fuerit priuatus. Vnde dicit ipse supra 3. Si ministratio donationis fuit in gloria, &c. De Moyse autem quod viderit deum per essentiam, patet. Nam ipse à domino petiuit. Exodi 33. Ostende mihi faciem tuam. Et licet tunc negatum fuerit sibi, non tamen dicitur quod dominus finaliter negauerit ei. Vnde dicit Augustinus quod concessum fuit ei per hoc quod dicitur Numeri 12. Si quis fuerit inter vos Propheta domini, &c. At vero talis seruus non meus Moyses, &c. palam enim & non per enigmata vidit deum. ¶ Sed nunquid fieri potuisset Paulo, ut non raptus videret deum. Dicendum quod non. Nam impossibile est quod deus videatur in vita ista ab homine non alienato à sensibus, quia nulla imago nullum fantasmatam est sufficiens medium ad dei essentiam ostendendam, ideo oportet quod abstrahatur, & alienetur à sensibus. Tertio modo accipiendum caelum secundum ea quae sunt supra animam, sic triplex caelum est triplex hierarchia angelorum, & secundum hoc Apostolus raptus fuit vsque ad tertium caelum, id est ad hoc, ut videret essentiam dei ita clarè sicut vident eum angeli superioris & primae hierarchiae, qui sic vident deum quod immediate in ipso deo recipiunt illuminationes & cognoscunt diuina misteria. Et sic vidit Paulus. Si ergo sic vidit dei essentiam sicut angeli superioris hierarchiae, ergo bene videtur quod Apostolus fuerit beatus & per consequens fuerit immortalis. ¶ Respondeo quod licet viderit deum per essentiam, non tamen fuit beatus simpliciter, sed solum secundum quid. ¶ Sciendum autem quod visio dei per essentiam fit per lumen aliquod. scilicet per lumen gloriae de-

quo dicitur in Psal. In lumine tuo videbimus lumen. Sed aliquod lumen communicatur alicui per modum passionis, alicui vero per modum formae inhaerentis, sicut lumen solis inuenitur in carbunculo & in stellis ut forma inhaerens. i. connaturalis effecta, sed in aere inuenitur ut forma transiens & non permanens, quae transiit abeunte sole. Similiter & lumen gloriae dupliciter menti infunditur. Vno modo per modum formae connaturalis factae & permanentis, & sic facit mentem simpliciter beatam. Et hoc modo infunditur beatis in patria, & ideo dicuntur comprehensores & ut ita dicam visores. Alio modo contingit lumen gloriae mentem humanam sicut quaedam passio transiens, & sic mens. Pauli fuit in raptu lumine gloriae illustrata, vnde etiam ipsum nomen, raptus, ostendit transiendo hoc esse factum: & ideo non fuit simpliciter glorificatus, nec habuit dotem gloriae, cum illa claritas non fuerit effecta proprietate. Et propter hoc non fuit deriuata ab anima in corpus, nec in hoc statu perpetuo permanit. Vnde solum actum beati habuit in ipso raptu, sed non fuit beatus. Sic per hoc patet quid Apostolus sciuit in suo raptu. scilicet videtis conditionem, visionis tempus, & visionis fastigium. ¶ Sequitur quid nesciuit. scilicet vtrum esset in corpore vel extra corpus, quod tamen dicit deum scire. Vnde dicit, Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit: quod quidam intellegere voluerunt, ut, raptus, referatur ad corpus, dicentes Apostolum dixisse se nescire, non quidem an anima esset coniuncta corpori in illo raptu an non, sed esset raptus secundum animam & corpus simul, ut simul corporaliter portaretur in caelum, sicut Abachuc portatus fuit. Dani. vlti. An secundum animam tantum esset in visionibus dei, ut dicitur Ezech. 8. In visione adduxit me in terram Israel. Et iste fuit intellectus cuiusdam Iudei quem exprimit Hieronymus in prologo super Daniele, vbi dicit, Denique & Apostolum nostrum, dicit non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse siue in corpore, &c. Sed hunc intellectum Augustinus maxime improbat 12. super Gene. ad literam, quia non conueniunt cum aliis verbis Apostoli. Apostolus enim dicit se raptum vsque in tertium caelum. Vnde sciuit pro certo illud fuisse verum caelum. Sciuit ergo an illud caelum esset corporeum an incorporeum. i. res incorporea. Sed si fuit incorporeum, sciuit quod corporaliter ibi raptus non potuit, quia in re incorporea non potest esse corpus. Si vero corporeum fuerat, sciuit quod non fuit ibi, anima sine corpore: quia anima coniuncta corpori non potest esse in loco vbi non est corpus, nisi caelum incorporeum dicatur similitudo caeli corporei. Sed si sic Apostolus non dixisset se scire quod esset raptus in tertium caelum. i. in similitudine caeli, quia pari ratione dicere potuisset, quod fuisset raptus in corpore. i. in similitudine corporis. Dicendum est ergo secundum Augustinum quod diuinam essentiam nullus in hac vita possit & hac mortali vita viuens, videre potest. Vnde dicit dominus Exo. 33. Non videbit me homo, & viuet. i. non videbit me homo nisi totaliter separetur à corpore, ita, scilicet anima eius non inest corpori ut forma, vel si inest forma, tamen mens eius omnino in huiusmodi visione totaliter alienetur à sensibus. Et ideo dicendum est quod hoc quod Apostolus dicit se nescire, vtrum scilicet, in illa visione anima eius fuerit totaliter separeta à corpore. Vnde dicit siue extra corpus, vel vtrum anima eius extiterit in corpore ut forma, tamen mens eius fuerit à sensibus corporeis alienata. Vnde dicit, Siue in corpore. Et hoc etiam alij concedunt.

lectio 2.

Et scio huiusmodi hominem [siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit.] quoniam raptus est in paradysum: & au-
diuit arcana verba, quae non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis.
Nam & si voluero gloriari non ero insipiens: veritatem enim dicam. Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt
in me, aut aliquid audiat ex me.

¶ Posito primo raptu, ponitur consequenter secundus raptus. Et duo facit. Primum ponitur raptus. Secundum raptus excellentia, ibi [Audiuit arcana, &c.] Sed notandum quod glo. dicit istum raptum esse alium à primo. Et si bene consideretur, bis legitur aliquid de Apostolo ad quod possunt isti duo raptus referri. Nam Act. 9. legitur de eo quod stetit tribus diebus non videns, & nihil manducans neque bibens, & ad hoc potest referri primus raptus, ut scilicet tunc fuerit raptus vsque ad tertium caelum. Sed Act. 22. legitur quod factus est in templo in stupore mentis, & ad hoc refertur iste secundus raptus. Sed hoc non videtur verisimile: quia quando in stupore mentis factus fuit, missus iam fuerat in carcerem Apostolus, sed hanc epistolam scripsit Apostolus diu ante, vnde prius scripta fuit haec epistola quam Apostolus fuisset in stupore. Et ideo dicendum est quod differt iste raptus à primo quantum ad id quod raptus est. Nam in primo raptus est in tertium caelum. In secundo vero in paradysum dei. Si vero aliquis tertium caelum acciperet corporaliter secundum primam acceptionem caelorum superius positam, vel si fuerit visio imaginaria, posset similiter dicere paradysum corporale, ut diceretur quod fuerit raptus in paradysum terrestrem: sed hoc est contra intentionem Augustini, secundum quem dicimus quod fuit raptus in tertium caelum, id est visionem intelligibilem, secundum quod in seipsis & in propriis naturis videntur, ut supra dictum est. Vnde secundum hoc oportet non aliud intelligere per caelum & aliud per paradysum, sed vnum & idem per vtrumque, scilicet, gloriam sanctorum, sed secundum aliud & aliud. Caelum enim dicit altitudinem quandam cum claritate, paradysus vero quandam iucundam suauitatem. In sanctis autem beatis & Angelis deum videntibus sunt excellenter haec duo, quia est in eis excellentissima claritas, qua deum vident: & summa suauitas, qua deo fruuntur. Et ideo dicuntur esse in caelo quantum ad claritatem, & in paradiso quantum ad suauitatem. Esaiæ 66. Videbitis & gaudebitis, &c. Fuit ergo vtrumque collatum Apostolo, ut, scilicet, sublimaretur ad illam altissimam claritatem cognitionis, & hoc significat, cum dicit. Ad tertium caelum, & ut sentiret suauitatem diuinam dulcedinis, vnde dicit in paradysum, Psal. Magna multitudo dulcedinis tuae, &c. Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditum, &c. Et ista dulcedo est gaudium de diuina fruitione, de qua Matt. 25. dicitur, Intra in gaudium domini tui. Sic ergo patet terminus, raptus: quia in paradysum. i. in eam dulcedinem, qua indeficienter reficiuntur illi qui sunt in caelesti Hierusalem. ¶ Sequitur consequenter ipsius raptus excellentia, quia audiuit arcana quae non licet homini loqui. Et hoc potest dupliciter exponi. Vno modo ut ly, homini, construatur, cum, licet & loqui, & sensus est. Audiuit arcana verba, i. percipit intima cognitione de secreta dei essentia quasi per verba, quae, scilicet, verba non est licitum, ut homini dicantur. Alio modo ut ly, homini, construatur solum, cum, non licet, & tunc est sensus, Audiuit verba, &c. quae verba non licet homini loqui, homini, scilicet

Citatur semel
ad Apostolum
raptus & quae
in illo videt
& modus.

tirent hostes interiores cōtra quos durius bellū est quān contra exteriores, vt ipse dicebat. ¶ Consequenter ponit Apostolus effectum huius responsionis dominicæ, dicens [Libenter gloriabor, & car.] Ponit autem duplicem effectum. Vnus est gloriatio. Vnde dicit, Quia virtus mea perficitur in infirmitatibus, igitur libenter gloriabor in infirmitatibus meis, id est mihi ad vtilitatem meam datis. Et hoc quia magis coniungitur Christo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce, &c. Galat. vltim. Eccle. 10, Qui in paupertate gloriatur, &c. Et ratio quod libenter gloriabor, vt inhabitet in me virtus Christi, vt. l. per infirmitates inhabitet & consummetur in me gratia Christi. Esa. 40, Qui dat lapso virtutē, &c. Alius effectus est gaudij. Vnde dicit, Propter quod cōplacō, &c. Et circa hoc duo facit. Primò ponit huiusmodi effectum. Secundò huius effectus rationem assignat, ibi [Cum enim infirmor, &c.] Ponit autem effectū gaudij & materiam gaudij. Dicit ergo propter quod, quia virtus Christi habitat in me in infirmitatibus & in tribulationibus omnibus, & ideo cōplacō mihi. i. multū delector & gaudeo dictis infirmitatibus meis. Iac. 1, Omne gaudij existimate fratres, &c. Defectus autem in quibus propter gratiā Christi abundantē delectatur, enumerat. Et primò illos qui sunt à causa interiori & huiusmodi sunt infirmitates. Et ideo dicit, in infirmitatibus. Psa. multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. f. ad gratiam. Secundò illos qui sunt à causa exteriori. Et hos quidem quantum ad verbū, cum dicit, In cōtumeliis. f. mihi illatis. Act. 5, Ibant Apostoli gaudentes, &c. Et quātum ad factum, & hoc vel quantum ad defectū bonorū, cum dicit, In necessitatibus. i. in penuris necessariorū, & in paupertate qua p̄mebatur. Et hoc modo accipitur necessitas, cum dicitur Ro. 12, Necessitatibus sanctorum cōmunicantes. Vel quantum ad experimentum malorum illatorum: & hoc quātum ad exteriora. Mat. 5, Beati qui persecutionem, &c. cum dicit, In persecutionibus. f. corporis quas de loco ad locum, & vbiq̄ experimur. Et quantum ad interiora, dicens, In angustis. i. in anxietatibus animi. Dan. 13, Angustia sunt mihi vndique, &c. Sed materia omnium horum quæ faciunt ad gaudium est, quia pro Christo. q. d. Ideo complacō, quia propter Christum, patior. i. Petr. 4, Nemo vestrum patiatur quasi homicida vel fur. Et huius gaudij rationem assignat, dicens, Cum enim infirmor, &c. q. d. Meritò complacō mihi in illis: quia quando infirmor, &c. i. quando ex his quæ in me sunt vel ex persecutione aliorum incido in aliquod prædictorum, adhibetur mihi auxilium diuinum, per quod cōfirmor. Psa. Cōsolationes tuæ lætificauerūt animam meam. Ioel 3, Infirmus dicat, quia ego fortis sum. supra 4, Licet is qui foris est, noster homo corrupatur, &c. Exo. 1, legitur quod quātō plus p̄mebantur filij Israhel, tantō plus multiplicabantur.

Lectio 4.

Se excusat de sui gloriatione, causam tribuens Corin. eandem manifestando ostendendo multa propter quæ debuisse mereri eum commendare contra pseudoapostolos cum et suam doctrinam commendantes, et ideo ostendit bona tam perse facta.

Factus sum insipiens, vos me coegisti. Ego enim à vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt supra modum Apostoli: tamen nihil sum. Signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis & prodigiis & virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi quod ipse non grauauit vos. Donate mihi hanc iniuriam.

¶ Posita cōmendatione sua cōsequenter Apostolus excusat se de his quæ dixit: ostēdens se coactū hoc dixisse quæ ad gloriā suam pertinet. Et circa hoc duo facit. Primò imponit Corinthiis causam eiusmodi gloriationis. Secundò exponit & manifestat hanc causam, ibi [Ego enim debui, &c.] Dicit ergo, Confitor quod in his omnibus cōmendationibus meis factus sum insipiens, id est videtur vobis quod opus insipientis fecerim: sed hoc non ex me, nec sp̄te, immò coactus feci, & vestra culpa fuit quia vos me coegistis, id est, deditis mihi occasionem, frequenter enim subditi cogunt prelatos aliqua facere: quæ insipienter facta esse in dicari possunt: sed tamen pro loco & tempore sapienter facta sunt. Hoc autem quod dixerat, in cōmuni, scilicet quod ipsi fuerant causa suæ cōmendationis, exponit consequenter, cum dicit [Ego enim debui, &c.] Vbi dicit, quod ipsi fuerant causa suæ cōmendationis. Primò omitendo bona quæ facere debuissent. In quo exaggerat eorum ingratitude. Secundò cōmittendo mala, in quo detestatur eorum malitiam, ibi [Timeo enim ne forte, &c.] Circa primum duo facit. Primò cōmemorat quid facere debuissent, ostēdens causam, ibi [Nihil enim minus, &c.] Tertiò remouet ipsorum excusationem, ibi [Quid est enim quod minus, &c.] Dicit ergo verè vos me coegistis: quia vos debuistis facere illud quod ego feci. Vnde dicit, Ego debui cōmendari à vobis, quod nō fecistis quādo necesse erat. f. quādo pseudo vilipendēdo me & preferēdo se, reddebat vilem doctrinā & euāgelium Christi à me prædicatū. Vnde quia vos non cōmendastis me, ne deperiret fides Christi in vobis, prorupi in cōmendationem propriā. ¶ Sed cōtra, supra 3, dicit, Nūquid egemus cōmendationis epistolis, &c. Quare ergo voluit cōmendari ab istis? Respondeo, dicendum est quod Apostolus propter se nō egebat cōmendationibus, sed propter alios: vt. f. cum cōmendaretur, doctrina sua esset in maiori autoritate, & pseudo cōfutarentur. Sed quia possent isti dicere, ideo nō cōmendauimus te, quia non est in te aliquid cōmendatione dignum. Propter hoc Apostolus probat eis quod bene poterant eum cōmendare, cum dicit [Nihil enim, &c.] Ostēdens esse in se multa cōmendatione digna. Et primò quantum ad præterita bona quæ fecit. Secundò quantum ad futura quæ facere intendit, ibi [Ecce tertio hoc paratus, &c.] Ostēdit autē præterita cōmendabilia quæ fecit primò in generali, quātum ad omnes ecclesias. Secundò in speciali, quātum ad ea quæ egit apud eos, ibi [Tamen nihil, &c.] Tertiò excludit obiectionē, ibi [Quid est enim, &c.] Dicit ergo, Meritò debui cōmendari à vobis, quia multa sunt in me cōmendatione digna. Nam nihil minus feci ab eis. f. Petro, & Iacobo & Ioāne, qui sunt supra modū Apostoli. i. qui vidētur à quibusdā digniores Apostoli, quā ego sum. Pseudo enim dicebat quærat doctriā à Petro & Ioāne qui fuerūt doctriā à Christo: & Petrus & Ioānes seruabant legalia: vnde & ipsi debebāt seruare. Sed quia nihil minus feci ab eis, nec quantum ad prædicationem, nec quantum ad conuersionem fidelium, ostensiones miraculorū, & perpeffionem laborū, immò plus: quia [vt supra] plus omnibus laboraui. i. Cor. 15, Abundatius omnibus, &c. Ideo magis sum cōmendandus. Vel dicitur supra modū Apostoli. f. Petrus, Ioānes & Iacobus: quia fuerūt primò conuersi ad Christum. i. Corinth. 15, Nouissimè autem visus, &c. Si secundum hoc accipiatur, nihil tamen minus feci eis, quia in modico tēpore: & postquā conuersus fuit, plus laboraui. Sed esto quod nihil fecerim, quātum ad ecclesias per quod possent cōmendari, multa tamē specialia egi apud vos, de quibus potuissetis me commendare. Et ideo dicit, Tamen nihil. i. dato quod nihil fecerim in cōparatione ad eos, tamen

effectus meæ virtutis manifestè apparent in vobis: & primò quātum ad prædicationē nostram qua cōuersi estis ad fidē. Et sum Apostolus vester. Et ideo dicit, Signa Apostolatus mei. i. meæ prædicationis facta sunt supra vos à deo, in quātum credētes cōuersi estis. i. Cor. 9, Signaculū Apostolatus mei vos estis. i. Cor. 4, In Christo Iesu per euāgelium ego vos genui. Secundò per conuersionē per quam confirmatur fides: quia quando vita concordat doctrinæ, maioris autoritatis est doctrina. Et virtus prædicatoris magis apparet per patientiam. Pro. 19, Doctrina viri per patientiā noscitur. Et ideo dicit, In omni patientia. Tertiò quātum ad operationem miraculorū. Et ideo dicit, In signis, &c. Marci vlt. Illi autē profecti, &c. Hæc tria distinguntur, quia virtus est cōmune ad omnia miracula. Nā virtus est vltimū de potentia. Et ideo aliquid dicitur virtuosum, quia ex magna virtute. Quia ergo miracula fiunt ex magna virtute. f. diuina, ideo dicuntur virtutes. Signum verò refertur ad minus miraculum. Prodigiū autem ad maximū. Vel dicit signa quātum ad miracula facta de præsentia, prodigia quātum ad miracula de futuris. Vel signa & prodigia dicit miracula quæ fiunt contra naturam, sicut illuminatio cæci, suscitatio mortui, &c. Virtutes verò dicit quæ sunt secundum naturam, sed non eo modo quo natura facit: sicut quod ad impositionem manus statim sanentur infirmi, quod etiam natura facit, sed successiue. Vel virtutes dicit virtutes mētis, sicut est castitas & huiusmodi. ¶ Consequenter excludit obiectionem cum dicit [Quid enim est quod minus, &c.] Possent enim Corinthij respondere ad prædicta & dicere, verum est quod multa bona fecistis & magna, & tamen alij fecerūt plura & maiora quam tu, & ideo apud eos & in eorum cōparatione nolimus te commendare, Et ideo hoc excludit, ostēdens quod nihil minus fecit quam illi, sed plus. Et ideo dicit, Quid est enim quod minus habuistis à me præ cæteris ecclesiis. i. quam alia ecclesiæ Christi, habuerunt per illos quantum ad spiritualia. q. d. Nihil, quia ipsi prædicauerunt fidem & Apostolus prædicauit. Illi ostēderunt signa & virtutes, & Apostolus similiter. Et non solum non minus habuistis, sed plus, quia alij Apostoli viuēbant de sumptibus illorum quibus prædicabant: sed Apostolus non, quia nihil accepit à Corinthiis. Et ideo dicit, Nisi quod ego ipse non grauauit vos accipiendo vestra. q. d. nihil habuistis minus, nisi hoc forte reputeris minus: quia nihil accepit à vobis, quod tamen plus est. Act. 20, Ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt necessaria, ministrauerunt, &c. 2. Thess. 3, Nōcete ac die laborantes, &c. Esa. 23, Qui excutit manus suas, &c. Quod si hoc ipsum reputatis iniuriam, f. quod nolui vestra recipere, quod feci: quia non dilexi vos, & videtur vobis quod malè fecerim, parcatis mihi. Et ideo dicit ironicè loquendo, Donate. i. parcite mihi hanc iniuriam. Hoc modo accipitur, donare, Eph. 4, Donantes inuicem sicut & Christus vobis donauit. Lectio 5.

Ecce tertio paratus sum venire ad vos: non ero grauis vobis. Non enim quero quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Ego autem libentissimè impendam & superimpendam ego ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens, minus diligar. Sed esto. Ego vos non grauauit: sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumueni vos? Rogauit Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circumuenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eisdem vestigiis? Olim putatis quod excusemus nos apud vos. Coram deo in Christo loquimur: omnia enim charissimi propter edificationem vestram.

¶ Hic ostēdit se esse cōmendabilem quātum ad bona futura quæ facere intendit. Et duo facit. Primò ostēdit suum propōsitum de futuro bono quod intendit. Secundò propōsiti huius rationē assignat, ibi [Non enim quero quæ vestra sunt, &c.] Tertiò ad rationē, similitudinē adhibet, ibi [Nec enim debet, &c.] Sciēdum est circa primum quod aliquādo contingit quod ideo aliqui nō accipiunt vno tempore, vt referunt se ad aliud tempus, in quo possint & plus recipere & audacius. Ne ergo isti simile crederēt de Apostolo, vt ideo noluisse prima vice recipere ab eis, vt postmodum reciperet plus: dicit quod non solum hoc fecit olim, sed etiam paratus est facere in futurum. Vnde dicit, Ecce iam tertio. i. tertia vice paratus sum venire ad vos. & non ero vobis grauis. q. d. nec etiam tunc grauabo vos accipiēdo vestra. supra 11, In omnibus sine onere me seruauit & seruaabo. Iob 27, Iustificationem quam cepi tenere, &c. Dicit autem, Tertio paratus sum venire. Et non dicit, Tertio venio, quia bene ter paratus fuit venire ad eos, sed tamen nō iuit nisi bis. Paratus enim fuit venire prima vice, & tunc iuit & cōuersi sunt. Secūda vice fuit paratus, & fuit impeditus propter peccatum eorū, & tūc nō iuit, de quo excusat se in principio huius epistolæ. Modò est paratus ire tertio, & iuit vnde bis iuit, & ter fuit paratus ire. Rationem autē huius boni propōsiti subdit, dicēs, Nō enim quero, &c. quæ talis est, Constat quod artifex disponit opus suum secundum finem quem intendit: prædicatores autem in prædicando aliqui intendunt quæstū & bona tēporalia: & ideo totā prædicationem ad hoc ordināt & disponūt. Aliqui verò intendūt salutem animarū: & ideo hoc modo disponūt prædicationem suam, secundū quod vident expedire saluti illorum quibus prædicant. Quia ergo Apostolus intendeat in prædicatione sua salutem Corinthiorum, & videbat quod non expediebat quod reciperet ab eis sumptus: vt confutaret pseudo: rum etiam quia auari erāt, ideo noluit accipere sumptus. Et ideo huius rationē assignat, dicens, Ideo nō grauabo vos, sumptus accipiendo: quia non quero quæ vestra sunt in prædicatione mea, sed vos & vestram salutē procurare intendo. Phil. 4, Non quero darum, sed fructum. Et ideo dominus dixit Apostolis, Faciam vos fieri piscatores hominū, nō pecuniæ. Hoc etiā figuratur Gen. 47, Vbi legitur quod Ioseph emit Ægyptios in seruitutē regis, quia bonus prædicator debet ad hoc studere vt infideles cōuertat ad seruitiū Christi. Sed huiusmodi rationi adaptat similitudinē, cum dicit, Nec enim debet, &c. Et primò ponit similitudinē. Secundò adaptat eam, ibi [Ego autē libentissimè, &c.] Tertiò arguit eorum ingratitude ibi [Licet plus vos, &c.] Dicit ergo, Quod autē nō querat vestra, patet per simile. Videmus enim quod parentes carnales debent thesaurizare filiis carnalibus: quia filij nō debent thesaurizare patribus, sed patres filiis. Cum ergo ego sim pater vester spiritualis, & vos sitis filij mei, nolo quod vos thesaurizetis mihi, sed ego vobis. ¶ Sed hic est quæstio de patribus carnalibus. Nam Exo. 20, dicitur, Honora patrem tuū, &c. In quo etiā præcipitur nobis quod ministremus eis necessaria. Ergo filij tenent thesaurizare patribus. Respondeo, dicendū est quod ex præcepto tenentur filij ministrare & subuenire patribus in necessariis, nō autē cōgregare & thesaurizare eis. Nā thesaurizatio & cōgregatio fit in posterum. Sed nos videmus quod secundum naturam filij succedunt parentibus, & non cōuerso, nisi in aliquo tristi euentu. Et ideo naturaliter amor patrum est ad hoc vt cōgregēt filios,

Bis solū fuit Paulus apud Corinthios.

Et hoc modo loquitur Apoft. Exod. autē 20. loquitur dominus de subuētionē in necessariis. ¶ Itē quæstio oritur de hoc quod dicit, Parentes filiis, &c. Ergo cum prælati sint parentes nostri spirituales, videtur quod male fecerint principes & alii dando diuitias prælati. Responſio, dicendū est quod non dederunt prælati propter se, sed propter pauperes. Et ideo non dederunt eis, sed pauperibus. Et hoc dominus monet Mat. 6. Theſaurizate vobis theſauros in cælis, &c. Prælati autē dantur tanquam pauperum dispensatoribus. ¶ Consequenter posita similitudinem adaptat, in similitudine autem duo proposuit. Vnum est quod filii non debent theſaurizare parētibus, & hoc iam patet. Et aliud est quod parētēs debēt theſaurizare filiis & dare. Et quantum ad hoc dicit, Quia ergo ego sum pater vester, ideo paratus sum dare vobis. Et hoc est quod dicit, Ego libentissimē impendā vobis bona, non solum bona spiritualia prædicādo & exēpla mōstrando, sed etiam temporalia, quod & faciebat, inquantū prædicabat, & seruiebat eis cū sumptibus aliarū ecclesiarum. Hæc tria ministrare debet quilibet prælatus suis subditis. Vnde dominus dixit ter Petro, Pasce oues meas. i. pasce verbo, pasce exēplo, pasce tēporali subsidio. Et non solum ista impendā vobis, sed paratus sum mori pro salute animarū vestrarum. Vnde dicit, Et superimpendar pro animabus vestris. Ioā. 15. Maiorē charitatē nemo habet, &c. i. Ioan. 3. Si Christus animā suam pro nobis posuit, & vos debetis, &c. Ioā. 10. Bonus pastor animā suam, &c. ¶ Ingratitudinem istorū increpat cōsequenter, dicens, Licet plus vos diligens, &c. q. d. Libenter impendar pro vobis licet sitis ingrati, quia licet plus vos diligens, &c. Et hæc cōparatio potest exponi dupliciter. Vno modo sic, licet plus diligam vos quam pseudo, tamen minus diligor. s. a vobis quam diligatur pseudo: quos plus diligitis quā me. Et sic patet quod ego plus vos diligo quā illi, quia ego quero salutē vestrā tantū, illi verō bona vestra solum. Alio modo sic, licet plus diligam. s. vos quā alias ecclesias, tamen minus diligor à vobis, quā ab aliis ecclesiis. Phil. 1. Testis est mihi deus quomodo cupiā, &c. Et quod plus dilexerit Corinthienses quā alias ecclesias, patet quia plus pro eis laborauit. Illud autē in quo plus laboramus, magis cōfucimus diligere. ¶ Consequenter cum dicit [Esto ego vos, &c.] remouet suspiciōnē. Et primō ponit suspiciōnē ipsam. Secūdo excludit eam, ibi [Nūquid per aliquē, &c.] Tertio rationē exclusionis assignat, ibi [Olim putatis quod excusemus, &c.] Posset autē esse istorū suspiciō talis, quod ideo ipse ab eis per seipsum non acceperit, ut per alios dolose ab eis plus accipiat. Et ideo dicit hoc, ponens, Esto. i. dato & concessio quod ego in persona mea & eorū quod mecum sūt aliquid accipiedo non grauauī vos, sed sicut credidistis, [cū essem aſtutus, dolo, &c. i. per alios detraxi vobis bona vestra plurima, sed hoc est falsum, quia nihil ex dolo feci. i. The. 2. Exhortatio nostra non de errore, neque de immūditia, neque in dolo. Nam ipse erat verē Israelita in quo dolo non fuit. Io. 7. Hanc ergo suspiciōnē excludit cōsequenter, cum dicit, Nūquid per aliquē, &c. Et primō in generali. Secūdo in speciali. In generali sic, si per alios voluissē surripere vestra, misissē aliquos qui hoc procurarēt apud vos. Sed nunquid per aliquē eorū quem misi ad vos circūueni vos, extorquēdo per eos vestra. q. d. nō. supra 7. Neminē circūuenimus, &c. i. Theſſ. 4. Ne quis circūueniat in negotio fratris sui. In speciali verō excludit suspiciōnē prædictā, cum dicit, Rogauī Titū, &c. q. d. Nullus eorū in speciali quod misi ad vos, cit conuenit vos. Titū enim cum precibus misi ad vos. Et hoc est quod dicit, Rogauī Titū, &c. De isto habetur supra 8. Misi etiam cum illo fratrem, scilicet Barnabam, vel Lucam. supra 8. Misimus cum illo, scilicet Tito, fratrem. [i. alterū dictorum] cuius laus est in euangelio. Sed nunquid Titus circūuenit vos, &c. q. d. Nō. supra 8. Gratias ago deo meo qui dedit eandē sollicitudinē pro vobis in corde Titī, &c. Et quod Titus nō cit conuenit eos, probat per cōformitatem Titī ad seipsum Apostolum: & ponit duplicem cōformitatem. s. cordis. Et ideo dicit, Nonne eodem spiritu ambulauimus. i. eandem voluntatem habemus. Vel eodem spiritu inſtigamur ad bene & rectē agendū supra 4. Habentes autē eundē spiritū, &c. Item cōformitatē operis. Et ideo dicit, Nōne eisdem vestigiis. i. operibus intēdimus. s. vestigiis Christi. Nam ego sequor vestigia Christi. Iob 13. Vestigia eius. s. Christi secutus est pes, &c. i. Pet. 2. Christus passus est, &c. Ut sequamini vestigia eius. Et Titus sequitur vestigia mea. i. Cor. 11. Imitatores mei estote, &c. Et sic patet quod si cōformis est mihi in voluntate & opere, & ego nō circūueni vos nec intendo circūuenire: quod autem nec ipse circūuenit vos, patet per illud Mat. 7. A fructibus eorum cognoscetis, &c. Rationem autem exclusionis, subdit, dicens, Olim putatis, &c. Et primō ponit eorum opinionionem. Secūdo excludit eam. Opinio autem istorū erat quod dicit Apōstolus quasi reus & culpabilis omnia verba ista epistolæ diceret ad excusationē suam & quod nō essent vera, sed ad excusandum tantū inuenta: & ideo ponens hanc opinionionem ipſorū, dicit, Vos putatis olim. i. à principio huius epistolæ quod excusemus nos apud vos. i. quod hæc verba non sint vera, sed sint ad excusandū cōficta. Hanc autem excludit sic, Qui enim sic excusat se, duo habet. Vnum est quod non vitur verbis veris, sed confictis. Aliud est quia nō vult pati detrimētum famæ suæ & gloriæ. Vnde specialiter propter dispēdium famæ aliqui excusant se. Sed neutrum istorū est in nobis. Non ergo vera est opinio vestra. Quod autem neutrum istorum sit in nobis, patet. Non enim dicimus verba falsa, quod probō. Primō per testimonium dei, quia coram deo loquimur. Quasi dicat, Teste deo hoc in veritate dico. Iob. 16. Ecce in celo testis meus, &c. Secūdo per testimonium Christi, quia in Christo loquimur. i. per Christum, in quo nulla est falsitas. supra 2. Ex sinceritate sicut ex deo in Christo loquimur. Item non querimus gloriam nostram nec timemus infamiam, quia omnia quæ dixi & de reuelationibus & de tribulationibus, facio seu dico propter vestram ædificationem, vt. s. permaneat in virtute, & expellatis Pseudo. Rom. 14. Quæ ædificationis sunt inuicem, &c. i. Cor. 14. Omnia ad ædificationem fiant. Ioā. 12. Non propter me hæc vox venit sed propter vos, &c.

Hic Apōstolus ostēdit aliam causam que prouenit ex Corinthiorum omīssione quantum ad mala que debuisse enarra re in qua tangit eorum malitiam.

Lectio 6.
T meo enim ne forte cum venero non quales volo inueniā vos. & ego inueniā a vobis, qualem non vultis: ne forte contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, inflationes, seditiones sint inter vos, ne iterum cum venero humiliet me deus apud vos. & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt penitentiam nisi per immunditiam, & fornicationem, & impudicitiam quam gesserunt.
 Posita vna causa cōmendationis quæ prouenit ex omissione Corinthiorum, quantum ad ea bona quæ facere debuissent in qua detestatur eorum ingratitude: hæc consequenter ponit aliam causam quæ prouenit ex eorum commissione quantum ad mala quæ debuissent vitare, in qua exaggerat eorum malitiam.

Et circa hoc duo facit. Primō ponit eorum culpā in generali. Secūdo explanat eam in speciali, ibi [Ne forte, &c.] Dicit ergo non solum laudari me propter hoc quod vos omisitistis me laudare, sed etiam propter periculum vestrum, quod est in hoc quod vos adhaeretis pseudo, quia dum fouet vos in peccatis, exponit vos in magno periculo: & ideo dicit, Timeo, scilicet ne forte cum venero ad vos personaliter, non inueniā vos quales vos volo. s. iustos, sed peccatores & incorreptos, & displiceatis mihi & ego vobis, quia iusto non placent peccatores, inquantū peccatores, Et inueniar talis à vobis, scilicet contristatus & puniens, qualem me non vultis habere. Mali enim odiūt correctionem, & veritatem: ergo inimicus factus sum vobis verum dicens vobis, &c. Gal. 4. Sic patet eorum malitia in generali, scilicet quod timebat ne nondum plenē pœnituerint. In speciali etiam manifestat eorum malitiam, cum dicit [Ne forte contentiones, &c.] Et circa hoc duo facit. Primō enim enumerat eorum mala præsentia. Secūdo cōmemorat præterita mala, de quibus nondum pœnituerunt, ibi [Ne iterum cum venero, &c.] Sciendum est autem circa primum quod Corinthienses post conuersionem inciderūt in peccatum carnale, vt patet de illo qui uxorem patris habuit, & de hoc in hac parte correcti sunt per primam epistolā, non tamen plenē, sed adhuc aliquid in eis remāsit, & supra hoc remanserunt in eis multa peccata spiritualia, quæ propriè opponuntur charitati. Charitas verō duo facit. Primō enim facit corda hominum adinuicem consentientia. Secūdo inducit homines ad mutuū profectum. Et ideo peccata spiritualia ecōtrario primō faciunt homines adinuicem dissentientes. Secūdo faciunt eos inuicem offendentes. Et ideo primō enumerat peccata spiritualia, quæ pertinet ad dissensionem. Secūdo ea quæ faciunt ad offensionem, ibi [Detractiones, & car.] In dissensionibus autem procedit ordine retrogrado. Nam secundum rectum ordinem homines primō dissentiant, inquantum vnus vult vnum, alius vult contrariū. Secūdo ex hoc procedunt ad inferendum documenta, inquantum quilibet velle obtinere in proposito suo. Tertio quando non potest obtinere in proposito suo, sed succumbit, accenditur zelo inuidiæ. Quarto ex hoc prorumpit ad contētionē verborum, & ab isto vltimo incipit Apōstolus, dicens, Ne forte contentiones, &c. Quasi dicat, Non solum timeo mala vestra in generali, sed in specialibus, ne forte sint in vobis contentiones, de meritibus prælatorum, & de baptistis, &c. Prover. 20. Honor est homini qui separat se à contentionibus, &c. Ambrosius, Contentio est impugnatio veritatis cum confidētia clamoris. Et hæc contentio venit ab æmulatione, & ideo dicit, Et æmulationes, id est inuidiæ, in his qui minores sunt & minus habent. Iacob. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia, &c. Iob 5. Paruulum occidit inuidia, &c. Sapien. 2. Inuidia diaboli, &c. Et æmulatio venit ab animositate. Vnde dicit, Animositas, in vltione & illatione nocumēti. Ecclesiast. 8. Cum audace ne eas, &c. Et animositas venit ex dissensionibus. Et ideo dicit, Dissensiones, id est, odia, & contrarietas animorum. Rom. vl. Obseruetis eos qui dissensiones & offēdicula, &c. i. Corinth. 1. Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata. ¶ Consequenter enumerat eorum mala præsentia quantum ad offensionem. Et quia ista specialiter sunt mala in nocumētis verborum, & non factorum. Ideo dimisit nocumētis factorum, enumerat nocumēta verborū, in quibus etiā procedit ordine retrogrado incipiens à posteriore. Et hoc est, cum quis expressē malum dicit de aliquo, & siquidem in manifesto, sic est detractor. Et ideo dicit detractiones. Rom. 1. Detractores deo odibiles, &c. Si verō in occulto, tunc est susurro. Et ideo dicit susurrations. Sunt enim susurriones, qui latentem semināt discordias. Eccles. 28. Susurro & bilinguis maledictus erit. Et hæc duo procedunt ex superbia, quæ animum inflatum contra aliquos prorūpere facit in mala verba. Et ideo dicit, Inflationes. i. Corint. 4. Tāquam non sim venturus ad vos sic inflati, &c. Et hæc inflationes veniunt ex seditionibus quæ sunt præparationes partium ad pugnam, quia inter superbos semper iurgia sunt. Prover. 13. Et ideo dicit, Seditiones, id est, tumultus ad pugnam. Prover. 17. Semper iurgia querit malus. Sic ergo patet eorum malitia quantum ad mala præsentia quæ multa sunt & in dissensionibus, & in nocumētis. Manifestat autem eorum malitiam quantum ad mala præterita de quibus non pœnituerunt, cum dicit, Timeo ne iterum cum venero humiliet me deus. i. affligat apud vos: ita quod & lugeam multos vestrum, & qui ante peccauerunt ante primam epistolam & non egerunt penitentiam, plenē post primam epistolam. Et merito lugeam, quia sicut gloria patris est gloria filiorum, ita confusio patris est confusio filiorum. Sic Samuel lugebat Saul. i. Regum 15. Viquequo lugens Saul, &c. i. Reg. 16. Et hoc quia non pœnituerunt, nec egerunt penitentiam de peccatis carnalibus prædictis, quorum quædam sunt contra naturam. Et ideo dicit de immunditia. i. luxuria contra naturam. Quædam sunt quæ committuntur cum mulieribus corruptis. s. viduis seu cōiugatis. Et ideo dicit, Et in fornicatione. Quædam sunt quæ fiunt in corruptione virginū. Et ideo dicit, Et impudicitia. Gala. quinto, Manifesta sunt opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, &c.

Caput 13.

Ecce tertio hoc venio ad vos: vt in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Prædixi enim & prædico vt prædico inueniā vos, & nunc abſens his qui ante peccauerunt, & ceteris omnibus, quoniam si venero iterum non parcā. An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur sed potens est in vobis: Nam est crucifixus est ex infirmitate, sed vixit ex virtute dei. Nam & nos infirmi sumus in illo, sed viuimus cum eo ex virtute dei in vobis. In præcedētibus Apōstolus multa locutus est ad detestationem, pseudo, hic consequenter loquitur cōtra illos qui à pseudo sunt seducti. Et circa hoc duo facit. ¶ Primō increpat seductos. Secūdo consolatur persistentes, ibi [De cetero fratres gaudete, &c.] ¶ Circa primum primō cōminatur sententiæ seueritatem. Secūdo ostendit suam iudiciariam potestatem, ibi [An experimentum queritis, &c.] Tertio mohet ad correctionem, ibi [Vosmetipsos tentate, &c.] ¶ Circa primum primō promittit suam præsentiam. Secūdo prædeterminat sui iudicij formam, ibi [In ore duorum vel trium, &c.] Tertio cōminatur seueram sententiam, ibi [Prædixi enim & prædico, &c.] ¶ Promittit ergo primō suum aduentum, dicens, Ecce ego venio, quasi. d. Certū sit vobis quod venio ad vos. Et ideo cauet vobis ne inueniam vos imparatos: & dicit tertio non quod tertio ierit, sed quia tertio iā parauerat ire, & si nō ierit nisi semel, in secūdo apparatu impeditus. i. Corinth. 4. Veniam ad vos citō, &c. Veniam, inquam, & iudicabo malos secundum ordinem, tamen ita. s. quod in ore duorum vel trium testium accusantium seu testarum contra aliquem, sit omne verbum accu-

fatorum: quod quidem dicitur Deu. 17, Nemo occidetur vno teste dicente testimonium. & eiusdē 19, Non stabit testis vnus cōtra aliquem. Vel aliter, in ore duorum, &c. q. d. Hoc quoddico de aduentu meo ad vos, ita est certum, sicut testimonium duorū vel trium. Sic ergo ordo iudicij erit. Sed seueritatem sententiā cominatur, dicens, Prædixi enim, &c. Vbi primò insinuat ordinem iudicium quo est procedendum, in quo exigitur vt præcedat trina ammonitio. Et quātū ad hoc, dicit, Prædixi vobis, vt præfens, bis quando. I. eram vobiscum, & nunc absens prædico, vt sic ter ammonear: prædico, inquam, his qui antè peccauerunt & omnibus aliis. q. d. omnes moneo. Secundò præmissa monitione cōminatur sententiam. Vnde dicit, Quoniam si venero non parcam iterum. q. d. Illis qui peccauerunt pepercit prima vice, sed si iterum peccauerint, vel si non egerint pœnitentiam, nō parcam eis iterum. Et hoc iustè fit, quia ille cui semel remittitur & iterū peccat si remitteretur sibi cresceret in malitia & efficeretur insolēs. Et ideo dicit Sapiens Prou. 13, Qui parcat virgā odit filium, &c. Ex hoc ergo ordinatum est in ecclesia, vt præcedat trina monitio anteq̄ quis sententiam excōmunicationis fulmineret: quia contingit q̄ aliqui, licet sint in peccatis & offendunt, tamen ex solo verbo ammonitionis corriguntur & satisfaciunt. Et etiam à leuioribus semper incipiendum est, quòd si ammonitione non ducitur, ne magis insolēscat, adhibenda est seueritas sententia. Eccl. 8, Ex eo quòd nō profertur citò contra malos sententia, &c. ¶ Cōsequenter ne possent calūniari de potestate Apostoli, ostendit Apo. suam iudiciariā potestatem, dicens, An experimētum, &c. Vbi tria facit. Primò ostēdit se habere legationē & potestatem iudicandi à Christo. Secūdo ostēdit virtutē Christi, ibi [Quis in vobis non infirmatur, &c.] Tertio ostēdit q̄ virtus Christi etiam ad alios deriuatur, ibi [Nam & nos infirmi sumus in illo.] Dicit ergo, Si venero non parcam, immò seuerissimè iudicabo: & hoc bene possum, quia habeo auctoritatem Christi in puniendo & remittendo. supra 2, Nam si quid donauit vobis, &c. supra 5, Pro Christo legatione fungimur, &c. Et ideo dicit, An experimētum, &c. q. d. Non est dubitādum de potestate mea, quia quicquid ego loquor vel proferō sententiā, vel remittēdo vel predicādo, loquor à Christo. Ex o. 4, Perge ergo, ego ero in ore tuo. Luc. 21. Ego dabo vobis os & sapiētiam, &c. Quæ ergo homo facit ex instinctu spiritus sancti, dicitur quòd spiritus sanctus facit: ideo Apostolus quia à Christo motus hoc loquebatur, attribuit Christo tanq̄ principali, dicens, Qui in me loquitur Christus, &c. Sed ne dubitetur de potestate & virtute Christi: ideo consequenter Apostolus ostendit virtutem Christi, cum dicit, Qui in vobis, &c. Vbi primò ostendit virtutem Christi, quantum ad ea quæ in eis apparuerunt. Secundò quantum ad ea quæ in Christo sunt, ibi [Nam et si, &c.] Dicit ergo, Habeo potestatem iudiciariā à Christo, qui in me loquitur, qui magnæ virtutis est in vobis dando dona gratiarum, distributionē spiritus & alia multa quæ experti estis, & non solum non infirmatur, sed potens est in vobis, quia potenter vos liberavit à peccato, potenter vos cōuertit ad bonum. Psal. Dominus fortis, &c. Sapien. 12, Subest tibi cum volueris posse. Et paulò antè, Virtutem enim ostendit tu, &c. Et non solum potentia Christi apparuit in vobis, sed etiam in seipso. In quantum ad mortem crucis quam sustinuit ex infirmitate humana, quam assumpsit in infirmatam in paupertate surrexit, & viuixit ex virtute dei, quæ est ipse deus. Talis enim erat illa susceptio quæ deum hominem faceret & hominem deum. i. Cor. 1, Quod infirmum est dei, fortius est hominibus, &c. Vel ex virtute dei. i. parris, qui est etiā virtus Christi, quia eadem est virtus patris & filij. Apoc. 1, Fui mortuus, &c. Hæc etiam virtus Christi deriuatur ad nos. Nam & nos infirmi, &c. q. d. Ad nos etiam pertinet illa virtus, quia & nos infirmi sumus in illo. i. ad intentionem illius in quantum propter ipsum multa patimur, & mortificamus nosmetipsos & humiliamus nos. i. Corint. 4, Nos infirmi propter Christum, &c. Suprà 10, Præsentia corporis infirma. Suprà 4, Semper mortificationem, &c. Et ideo viuemus. i. viuificabimur ex virtute dei in vobis iudicandis. Galat. 1, Qui suscitauit Iesum Christum, &c. Et est sensus, Nos ex virtute qua Christus viuixit, resuscitauit & illa virtute habemus etiam potestatem iudicandi in vobis, vel viuemus simili beatitudine cum eo, & hoc ex virtute dei, quæ quidem virtus dei est in vobis, id est, in conscientijs vestris.

Cur triplex monitio premititur ante excommunicationem.

LECTIO 2.

Monentur Corinthij se dicit vt se examinent de fide, & moribus, & per hoc conuenerent an sit in eis Christus, an sint reprobi: orareque se ostendit pro eis ne reprobi appareant, & hoc ad solendam ab eis malam suspicionem.

Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis, quia Christus Iesus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem quòd cognoscitis, quia non sumus reprobi. Oramus autem deum, vt nihil mali faciatis: nō vt nos probati appareamus, sed vt nos quòd bonum est, faciatis. Nos autem vt reprobi simus. Non possumus enim aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc oramus, vestram consummationem. Ideo enim hæc absens scribo. Vt non præfens durius agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in adificationem, & non in destructionem. ¶ Post cōminationē seueri dei iudicij, subdit Apostolus ammonitionē ad præparationem, vt iudicium seuerum nō patiantur: & primò ponit ipsam ammonitionē. Secūdo rationem ammonitionis assignat, ibi [Ideo hæc absens scribo, &c.] Circa primū duo facit. Primò ponit ammonitionem. Secūdo excludit falsam suspicionem, ibi [Oramus autē ad deum, &c.] Circa primū duo facit. Primò monet vt se examinent, Secundo inuit quid per huiusmodi examinationē inuenire possint, ibi [An nō cognoscitis, &c.] Circa primū sciendū est, q̄ ille qui securè vult cōparetē in iudicio, debet se primò examinare de factis suis, & sic poterit scire vtrum tutè cōpareat. Et ideo Apostolus monet, vt anteq̄ veniat ad iudicium quod erit in aduētū suo ad eos, examinet se, dicens, Vosmetipsos tentate. i. examinate & cōsiderate actus vestros. i. Thef. 5, Omnia probate, quod bonum est tenete, &c. Monet autem vt de duobus se examinent. s. de fide. Vnde dixit, Si estis in fide. s. quam prædicaui vobis & à me accepistis de domino Iesu Christo, an excideritis ab ea & sitis prolapsi in aliam. Et hoc necessarium est, quia i. Corint. 11, dicitur, Si nosmetipsos iudicauerimus, &c. Hierem. 2, Vt de vias tuas, &c. Item de operibus, Vnde dicit, Ipsi vos probate. s. an sitis in operibus bonis, & vtrum conscientia remordcat vos aliquid mali fecisse. Et hoc vtile est, quia i. Corint. 11, dicitur, Probet autem seipsum homo, &c. Gal. 6, Opus suum probet vnusquisque. ¶ Consequenter cum dicit [An nō cognoscitis, &c.] ostēdit quid per huiusmodi examinationē inuenire poterunt. Et primò quid inueniant in seipsis. Secūdo quid inueniant in Apostolo, ibi [Spero autem, &c.] In seipsis autem duo inuenire poterūt per examinationem, quia autē scient se tenere fidem, & sic inuenire poterunt & cognoscere quòd Christus sit in eis: & hoc est

quòd dicit, An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus in vobis est, id est, nūquid si examinaretis vos, sciretis vos habere fidem, & cognoscereis q̄ Christus est in vobis? Quasi dicat sic, quia vbi est fides Christi, ibi est Christus. Ephe. 3, Habitate Christū per fidem, &c. i. Cor. 6, Nescitis quia corpora vestra tēplum, &c. Aut scient se nō tenere fidē, & sic inuenient q̄ sint reprobi. Et ideo dicit, Nisi forte reprobi estis. i. verè inuenietis vos habere Christum, nisi forte dimiseritis fidem & reprobi sitis ab eo quod prius habuistis per fidem. Hic. 15, Reliquisti me, retrorsum abiisti. Hier. 6, Malitia eorum non sunt consumpta, argentum reprobum, &c. ¶ Sed hīc quæstio est literalis de hoc quòd dicit, An nō cognoscitis, &c. Nam Christus in eis solum manet qui habent charitatem, vt dicitur i. Io. 4, Deus charitas est, &c. Si ergo cognoscimus q̄ Christus per fidem sit in nobis, oportet q̄ hoc sit per fidem formatā. Cognoscetes ergo hoc modo Christum esse in nobis, sciemus nos habere charitatem qua informatur fides, quod est cōtra id Eccl. 9, Nemo scit vtrum odio, &c. Respondeo, dicēdum est q̄ habitare Christum in nobis, potest accipi dupliciter. Vel q̄ tum ad intellectum: vel q̄ tum ad effectum. Si quantum ad intellectū, sic ipse habitat in nobis per fidē informem. Et hoc quòd nihil prohibet nos per certitudinem scire q̄ Christus habitat in nobis. s. cum sciimus nos tenere fidē, modo ecclesia catholica docet & tenet. Si verò q̄ tum ad effectū sic habitat Christus in nobis per fidē formatam, & hoc modo nullus potest scire q̄ Christus habitat in nobis, vel q̄ habeamus charitatē nisi per reuelationem & speciale gratiam alicui concedatur certitudo, per quādam tamen coniecturam nihil prohibet nos scire posse, q̄ in charitate sumus: quando. s. quis inuenit se taliter paratum & dispositū, vt nullo modo propter aliquid temporale veller aliquid facere contra Christum. i. Io. 3, Si cor nostrū non reprobauerit nos, &c. Patet ergo q̄ Apostolus loquitur quantum ad primū modum. Vel etiam loquitur de cognitione quæ est per coniecturam quādam, vt dictū est, Argumentum autem procedit quantum ad secundum modum, & de cognitione, quæ est per certitudinem. Quid autem in Apostolo possint inuenire, subdit, dicens, Spero autem, &c. Nam quia isti Corinthij possent dicere, Nos nō sumus reprobi, sed ideo nō tenemus documenta tua, quia nō sunt recta, sed reprobada. Et ideo dicit, Quicquid sit de vobis, tamen spero q̄ ex vita & doctrina nostra quam ostēdi vobis, cognoscetis q̄ non sumus reprobi, & nō docuimus mala, nec exclusi sumus à potestate quam dicimus nos habere. Eccl. 19, Ex visu cognoscitur vir. Mat. 7, A fructibus eorū, &c. ¶ Consequenter cum dicit [Oramus, &c.] excludit suspicionem. Cōminatus enim fuerat eis iudicium seuerum cum ostēderat potestatem suam in iudicando, & indixerat examinationem, credens Christū in eis esse nisi ipsi essent reprobi. Sed tamē hoc dimittit sub dubio, vtrum sit Christus in eis. Et quia ipsi possent credere & suspicari q̄ Apostolus gauderet de hoc q̄ essent reprobi, vt ipse in comparatione ad eos maior appareat: & vt in eis posset exercere seuerius iudicium: ideo Apostolus hanc suspicionem remouet hīc. Primò per orationem quam pro eis ad deum dirigit. Secūdo per gaudium quod de eis concepit, ibi [Gaudemus enim, &c.] Orat autem vt ipsi inueniant innocentes, vt non examinentur ex seueritate iudicij. Et ideo dicit, Oramus autē. s. deum, vt vos nihil mali faciatis. q. d. non credatis q̄ velimus q̄ sitis reprobi, sed oramus vt nihil, &c. Itē orat q̄ ipse appareat infirmus, p̄ quod excluditur appetitus excellentiæ Apostoli in cōparatione ad eos. Et ideo dicit, Nō. s. oramus, vt probati appareamus. i. nō vt nos cōmēdemur probati in cōparatione ad vos, sed magis vt vos quod bonū est, faciatis. Gal. 6, Bonū autem faciēs, &c. Pla. Viriliter agite & confortetur cor vestrum. Nos autē vt reprobi simus, amittēdo potestatem puniendi & iudicandi, quia vbi nō est culpa omnes sumus pares, & vnus nō habet potestatem iudicandi super alios. Magis ergo vult Apostolus vt sint boni, quā vt subiaceant potestati iudicij sui. Et q̄ careat potestate iudicandi si boni sint, ostendit cum dicit, Nos enim possumus, &c. Quasi dicat, nos non laboramus nisi pro veritate & pro ipsa stamus. ¶ Constat autē si puniremus innocentes, faceremus contra veritatē, & contra iustitiā. Vnde cum Apostolus nō possit facere cōtra veritatē sed pro veritate. i. pro iustitia, manifestū est, quod nō punit innocentes. Notandum est [secundū Augustin. in Glosa.] q̄ ad vitandum peccata, necessaria sunt duo. s. liberum arbitrium, & Gratia dei. Si enim liberū arbitrium nō esset necessarium, nunquā darentur homini præcepta nec prohibitions, nec exhortationes. Frustrā etiā darentur pœnæ. Gratia etiam est necessaria, quia nisi deus omnes regeret per gratiā suam, non posset homo stare. Frustrā etiā oraremus, q̄ non inducat nos in tentationem. Et ideo Apostolus ostendens vtrumq̄ esse necessariū & orat deum pro gratia obtinēda, & monet vt per liberū arbitrium recedat à malo & faciant bonū. Vnde dicit, Oramus quantum ad primum. Vt nihil mali faciatis. Quantum ad secundum. ¶ Consequenter cum dicit [Gaudemus, &c.] Remouet falsam suspicionē, propter gaudium de bono ipsorū conceptum. Et primò ponit gaudium quod de ipsorū innocentia concepit. Secundo orationē quam pro ipsorum perfectione emittit, ibi [Hoc autē oramus vestram, &c.] Dicit ergo, Oramus q̄ vos probati appareatis, sed nos infirmi: & hoc apparet ex affectu nostro, quia gaudemus q̄ aliqui sint inter vos boni & innocentes, ex quo subtrahatur nobis potestas iudicandi & videmur infirmi. Et hoc est quod dicit. Gaudemus quoniam nos infirmi sumus. i. non exercētes potestatem nostram. Vos autem potentes. i. sic bene agentes & vitia vincentes, q̄ subtrahitis vos à potestate nostra iudicandi. Cum enim aliquis malè agit, subdit se potestati iudicis, sed bene faciendo repellit illam à se. Rom. 13, Vis non timere potestatem? Benefac, &c. i. Corint. 4, Nos infirmi, vos fortes. De isto gaudio dicitur Philip. 2, Gaudeo & congratulor vobis, &c. Et non solum de his gaudemus, sed etiā super hoc oramus vestram cōsummationem. i. perfectionē. In rebus enim naturalibus videmus q̄ quælibet res naturalis naturaliter tēdit ad suā perfectionem, ad quā habet naturale desiderium. Et ideo cuiuslibet rei datur virtus naturalis, vt ad suā perfectionem naturalem possit peruenire. Gratia autem datur homini à deo, per quā homo perueniat ad suam vltimā & perfectam consummationem. i. beatitudinē, ad quam habet naturale desiderium. Vnde quādo aliquis non tēdit ad suā perfectionem, signū est q̄ non habet satis de gratia dei. Et ideo Apostolus vt isti possint in gratia crescere, orat vt perficiantur. Et Phil. 1, Oro vt charitas, &c. Ephe. 6, Vt possitis resistere in die malo, &c. ¶ Consequenter posita ammonitione, causam ammonitionis assignat dicens [Ideo hoc absens scribo, &c.] id est ideo absens scribo vobis hoc monēdo vos, ne. s. cogar aliquid facere contra voluntatē meam, quæ est vt nihil durè agā cōtra vos, nisi quatenus per vos cōpellar. Et ideo dicit, Vt nō præfens vobis durius agam

Apparentia ad probandum nos scire esse in gratia.

Quid sit liberū arbitrium

contra vos quam velim vel quam velitis. Sapien. 11, Hoc quidem raquam pater monens probasti, &c. supra 10, Absens confido in vobis. Rogo autem vos ne praesens audeam, &c. Sed quia Corinthij possent dicere, nunquid etiam si benefecerimus non poteris contra nos d. Apostole, dure agere: Ideo respondet, dicens: Non quia non propono nec possum agere, nisi secundum quod recepi a deo potestate. Deus autem dedit mihi hanc potestatem. Ligandi atque solvendi in aedificationem non in destructionem. i. vt vos aedificemini, & non vt destruantur. Et si dure vos corrigerem, non aedificarem, sed destruerem: supra 10, De potestate nostra, qua dedit nobis dominus ad aedificationem, &c. Hanc autem potestatem dedit dominus Paulo. Act. 9. & 13, Se-gregate mihi Barnabam & Paulum ad opus, &c.

Lectio 3.

De cetero fratres, gaudete: perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite, pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto, salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus, sit cum omnibus vobis. Amen.

Consilium persistens in bono fidei, & morum, ad gaudium, ad pacem inducitur, & ad alia bona opera tandem salutantur, salutatione qua dicitur Paulus in omni epistola pro signo manus li.

In praecedentibus Apostolus increpavit seductos a Pseudo: hic vero consolatur persistentes in fide & doctrina sua. Et primo ponit monitionem. Secundo subdit salutationem, ibi [Salutate in osculo, &c.] Circa primum primo ponit monitionem. Secundo primum impletur monitionis, ibi [Et deus pacis, &c.] Monet autem ad tria. Primo qualiter se habeat in seipis. Secundo qualiter se habeant ad proximos. Tertio qualiter debet esse omnes ad invicem. In seipis autem debent bona duo habere. Primum gaudium de bono habito, & quantum ad hoc dicit, De cetero fratres [qui constantes fuistis] gaudete in his quae ad servitium dei facitis. Et hoc est necessarium ad hoc quod sitis iusti & virtuosus, quia nullus est virtuosus, seu iustus qui non gaudet iusta & virtuosa operatione. Et ideo dicitur in Psal. Iubilate deo omnis terra, servite domino in laetitia. Phil. 4. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete, &c. Et verum semper gaudendum: quia gaudium conservat hominem in bono habitu: quia nullus potest esse diu in eo quod tristet. Secundo debent habere boni in seipis emulationem perfectionis, & quantum ad hoc, dicit, Perfecti estote, id est, semper tendatis ad perfectum. Hab. 6. Quapropter intermitte inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem, &c. Non est autem hoc quod hic dicitur praecipuum. s. q. homo sit perfectus, sed hoc quod semper tendat ad perfectionem, & hoc est necessarium, quia qui non studet ad proficiendum est in periculo deficiendi. Videmus enim quod nisi remiges conetur ascendere, navis semper descendit. Et ideo dicebat dominus Marci 6, Estote perfecti, &c. Proximus autem est impedienda exhortatio ad bona. Et quantum ad hoc, dicit, Exhortamini, &c. Eccles. 17. Vnicuique mandavit de proximo, &c. Rom. 12. Qui exhortatur in exhortando. Apoc. vlt. Qui audit, dicat, veni. Communia autem omnibus debent esse duo. s. vt idem sapiant. Et ideo dicit, Idem sapite, & vt pacem habeant, & ideo dicit, pacem habete. Et haec duo ita se habent quod vnum est exterius, aliud interius. Constat enim quod corpora non possunt servari & ordinari, nisi membra ordinentur ad invicem. Similiter nec ecclesia nec ecclesiarum membra, nisi ordinentur & uniantur ad invicem. Est autem duplex unio necessaria ad membra ecclesiarum unida. Vna est interior, vt. s. idem sapiant per fidem quantum ad intellectum, idem credendo, & per amorem quantum ad affectum, idem diligendo. Et ideo dicit, Idem sapite. i. idem sentiatis de fide, & idem diligatis affectum charitatis: quia tunc est vera sapientia, quando operatio intellectus perficitur & consummatur per quietationem & delectationem affectus. Vnde sapientia dicitur quasi sapida scientia. Ro. 15. Vt sic vnanimes vno ore honorificetis deum, &c. Cor. 1. Id ipsum dicatis, &c. Phil. 2. Idem sapiatis, &c. Alia est exterior. s. pax. Et ideo dicit, Pacem habete inter vos. Hab. 12. Pacem sequimini, &c. Psal. Inquire pacem. 2. Thes. 3. Ipse deus pacis det vobis pacem semper nam in omni loco. Consequenter cum dicit [Et deus pacis & dilectionis erit vobiscum] ponit primum quod redditur impletibus monitione praedictam. q. d. Si servabitis pacem inter vos, deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Circa quod notandum est quod apud Gentiles consuetum erat quod aliqui ex donis denominabant deos, quia licet esset vnus deus tantum, tamen singula dona sua denominabant deos ex illis donis, sicut ex dono pacis denominabant deum pacis: & ex dono salutis, deum salutis. Huic vocabulo alludens Apostolus dicit, Deus pacis, &c. Non quod pax sit vnus deus, sicut illi dicebant: sed ideo Christus dicitur deus pacis, quia est dator pacis & amator. Io. 14. Pacem meam do vobis, &c. 1. Corin. 14. Non est deus dissensionis, sed pacis. Ro. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, &c. Ipse etiam est auctor pacis. Ioan. 16. In me pace habebitis, &c. Ipse in pace habitat. Psal. In pace factus est locus eius, &c. Item non solum est deus pacis, sed etiam dilectionis. Et ideo dicit, Deus pacis & dilectionis erit vobiscum, & hoc ideo est, quia qui est in vera pace cordis & corporis, est in charitate: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo, vt dicitur 1. Ioan. 4. & quia homo non meretur nisi pacem & dilectionem. Io. 14. Si quis diligit me, &c. Consequenter cum dicit [Salutate invicem in osculo, &c.] ponit salutationem, & circa hoc primo indicit eis mutuam salutationem. Secundo salutatio eos ex parte aliorum, ibi [Salutate vos, &c.] Tertio salutatio eos ex parte sua, ibi [Gratia dei, &c.] Vnde dicit, Salutate invicem vos ipsos in osculo sancto. Vbi notandum est quod, osculum, est signum pacis. Nam per os in quo datur osculum, homo respicit. Et ideo quando homines dant sibi mutua oscula, signum est quod uniant spiritum suum ad pacem. Est autem pax simulata, & haec est eorum qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem, &c. vt dicitur in Psal. Quae quidem sit per osculi fraudulentiam. Prouer. 27. Meliora sunt verbera diligentis, &c. Est & pax mala & turpis, quando, scilicet conueniunt ad malum faciendum. Sapientia 14. In magno viuentes inscientia bello, & cetera. Et haec fit per osculum libidinosum. Prouer. 7. dicitur de mala muliere quod apprehesum de osculatur iuuenem, &c. Est & pax sancta quam facit deus. Philippen. vltimo, Et pax dei quae exuperat, &c. Et haec fit per osculum sanctum, quia vnus spiritum ad sanctitatem. Et de hoc osculo dicitur hic, In osculo sancto. Et ex hoc inoleuit consuetudo quod fideles & sancti viri in signum charitatis, & vnionis se invicem osculatur. Et datur pax in ecclesiis in osculo sancto. Ex parte autem aliorum salutatio eos, dicens, Salutatio vos sancti omnes: quia omnes sancti & fideles sperant & desiderant, ac orationibus procurant salutem nostram: vnde omnes fideles Christi, ad invicem sperant & desiderant sibi salutem. Psal. Participem me fac deus, &c. Ex parte autem sua salutatio eos Apostolus, dicens, Gratia domini nostri, &c. Vbi sciendum quod duplex est modus appropriandi aliquid diuinis personis. Vnus est essentialiter, alius causaliter: essentialiter autem appropriatur diuinis personis, sicut patri potentia: quia ipse est potentia

essentialiter in quantum est principium. Filio sapientia in quantum est verbum. Spiritui sancto amor, in quantum est bonitas. Hic vero Apostolus non appropriat ista hoc modo. s. per essentialia, quia sic omnia appropriarentur spiritui sancto, sed appropriat per causam. Et ideo cum gratia sit donum quo dimituntur nobis peccata. Ro. 3. Iustificati gratis, &c. Et remissio peccatorum sit nobis facta per filium, qui carnem nostram accipiens, pro peccatis nostris satisfecit. Io. 1. Gratia & veritas, &c. propter hoc Apostolus attribuit gratiam Christo. Vnde dicit, Gratia domini nostri, &c. Charitas autem est nobis necessaria, quia oportet nos vniri deo. 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in deo manet, &c. Et quia hoc est a deo patre in quantum ipse sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. vt dicitur Ioan. 3. Ro. 5. Comendat autem deus suam charitatem. Ideo sibi vt principio istius charitatis attribuit charitatem, cum dicit, & charitas dei. s. patris. Communicatio vero diuinorum fit per spiritum sanctum: quia est distributor donorum spiritualium. 1. Corin. 12. Haec omnia operatur vnus atque idem spiritus. Et ideo spiritui sancto attribuit communicationem, cum dicit, Et communicatio spirituum sancti. Vel attribuit sibi hoc, quia ipse est communis aliis duabus personis. Sic ergo Apostolus in salutatione sua optat omnia necessaria, cum dicit, Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei & communicatio spirituum sancti, sit semper cum omnibus vobis. Amen. Gratia Christi qua iustificamur & saluamur charitas dei patris, qua sibi vnimur, & communicatio spirituum sancti diuina nobis dona distribuentis. Amen.

Explicit aurea expositio super secunda epistola ad Corinthios angelici doctoris sancti Thomae de Aquino ordinis praedicatorum.

Incipit mirabilis explanatio sanctissimi doctoris Thomae de Aquino ordinis praedicatorum super epistolam ad Galatas.

CTISSIMI DOCTORIS THOMAE DE AQUINO ordinis praedicatorum super epistolam ad Galatas.

PROLOGVS.




Vetera nouis superuenientibus proicietis. Leu. 26. Haec verba competunt praesenti epistola. In qua Apostolus redarguit Galatas qui tantum seducti fuerunt a Pseudo, vt simul seruarent legalia & euangelium, quod Apostolus improperat eis in verbis praemisissis, dicens, Vetera nouis superuenientibus proicietis. In quibus verbis innuit dominus quadruplicem vetustatem. Prima vetustas est erroris: de qua Esa. 26. Vetus error abiit, & haec remota est per nouitatem doctrinae Christi. Mar. 1. Quae est haec noua doctrina. Secunda vetustas est figura, de qua Heb. 8. Consummabo super David & super Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum. Vbi primo ostendit primum testamentum esse vetustum, & hoc renouari per nouitatem gratiae: seu veritatis praesentiae Christi. Hic. 31. Nouum faciet dominus super terram, &c. Tertia est vetustas culpae: de qua Psal. Quoniam tacui confitendo. s. peccata mea. Inueterauerunt, &c. Et haec renouatur per nouitatem iustitiae. Rom. 6. In nouitate vitae ambulemus, &c. Quarta est vetustas poenae. Tren. 3. Vetustam feci pellem meam. & haec renouabitur per nouitatem gloriae, de qua nouitate. Esa. vlti. Ecce ego creo celum nouum, &c. Apoc. 21. Dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia.

Caput 1.

Aulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem, esse pontum qui suscitauit eum a mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres ecclesiae Galatia, Gratia vobis, & pax a salutatione P. in deo patre nostro & domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de praesenti saeculo nequam secundum voluntatem dei & patris nostri: cui est gloria in saecula saeculorum, Amen.

Scribit ergo Apostolus Galatis hanc epistolam, in qua ostendit quod veniente gratia noui testamenti, debet proici vetus testamentum, & impleta veritate deseratur figura, quibus duabus. s. gratia & veritate adeptis perueniatur ad veritatem iustitiae & gloriae. Acquiruntur autem illa duo, si obseruantia legalium dimissa, obseruantia euangelii Christi feruenter insistamus. Ordo autem huius epistolae congruus est, vt post duas epistolas ad Corinthios, in quarum prima agitur de sacramentis ecclesiae: in secunda de ministris horum sacramentorum, necessarii sequatur epistola ad Galatas, in qua agitur de cessatione sacramentorum veteris testamenti. Diuiditur autem haec epistola, in duas partes, id salutationem, & epistolarem narrationem, ibi [Miror quod, &c.] In salutatione autem primo ponitur persona salutantis. Secundo ponuntur personae salutatae, ibi [Ecclesiis Galatia, &c.] Tertio bonum operatum, ibi [Gratia vobis, &c.] Circa primum primo ponitur persona salutantis principaliter quae describitur ex nomine, & ex autoritate. Ex nomine quidem cum dicit Paulus quod congruit humilitati suae, quia interpretatur humilis. Vnde dicitur 1. Cor. 15. Ego sum minimus Apostolorum, &c. Item congruit officio suo, quia secundum alium modum interpretatur os tubae, in quo specia liter est officium praedicationis significatum. Esa. 48. Quasi tuba exalta vocem tuam, &c. Ex autoritate autem describitur cum dicitur [Apostolus]. Vbi duo ponuntur. s. eius autoritas & autoritatis origo. Autoritas, quia Apostolus, qui idem est quod missus. Sciendum est autem quod Apostolus in quibusdam epistolis scribit se seruum ostendens nomen humilitatis, vt in epistola ad Romanos. In quibusdam vero scribit se Apostolum ostendens autoritatem suam, cuius ratio est, quia Romani superbi erant. & ideo Apostolus vt inducat eos ad hu-



militatem scribit se seruum, in exēplum humilitatis. Galatis verò, quia stulti erant & superbi, vt frāgat eos nominat se Apostolum: & ideo hic ponit auctoritatem suam. Originem autem auctoritatis suae describit, cum dicit [Nom ab hominibus, &c.] Et primò remouet originē assumatam. Secundo assignat verā, ibi [Sed per Iesum Christum, &c.] Origo autē assumata erat, quia in tantum Galatē seducti erant à Pseudo q̄ crederent Apostolū non esse eiūsdē auctoritatis qua alij Apostoli erant, quia nō fuit doctus à Christo vel cōuerfatus cum eo, sed esset missus ab eis quasi minister eorū. Opinione ergo istā remouet, cum dicit [Non ab hominibus, &c.] Quidam enim mittebantur à toto collegio Apostolorū & discipulorum. Et ideo ostēdens se non esse ab eis missum, dicit, Non ab hominibus, Quidā enim mittebantur ab aliquo Apostolorū speciali, sicut Paulus aliquādo mittebat Lucā & Titum. Et ideo ostēdens q̄ nec sic missus sit, dicit [Neq; per hominem], i. per aliquem Apostolorum in speciali, sed per spiritum sanctū, qui dicit Act. 13, Segregate mihi, &c. Causa autem originis huius auctoritatis vera est Christus Iesus. Et ideo dicit [Sed per Iesum Christum & deum patrem]. Hęc autem distinctio, cum dicit, per Iesum Christum & deum patrem, potest accipi, vel q̄tum ad personam patris, & personam filij, & tunc alius est in persona deus pater & alius Iesus Christus: ab utroq; autem missus est beatus Paulus ad prædicandū, & à tota trinitate, quia inseparabilia sunt opera trinitatis. Non sit autem mētio de persona spiritus sancti: quia cum sit vnio & nexus duorū, positus p̄sonis duabus, s. patris & filij, intelligitur etiam spiritus sanctus. Vel potest sumi distinctio prædicta quantū ad naturam assumptam, s. humanam, quia secundum naturā diuinam non est distinctio inter deum patrem & Iesum Christum. Et tunc missus est Paulus per deum patrem, sicut per auctorem. Et per Iesum Christum sicut per ministrum. Ro. 15, Dico Iesum Christum ministrum fuisse, &c. Quia verò Galatæ derogabant Apostolo, quòd non fuisset conuersatus cum Christo sicut alij, nec missus ab eo. Ideo in hoc specialiter imaginat se, quia illi fuerunt missi per Christum adhuc viuentem in carne mortali. Ipse verò à Christo iam glorificato missus est. Ideo dicit, Qui, s. deus pater suscitauit eum. I. Iesum Christum [in quantum hominē]. à mortuis. Quasi dicat, Apostolus sum nō ab hominibus, s. collegio Apostolorum, nec per hominem, s. Christum in mortali carne viuentem: sed sum Apostolus per Christum iam suscitatum & glorificatum. Rom. 6, Christus resurgens à mortuis, &c. Et quia præfens vita significatur per sinistram: futura verò per dexteram, in quantum ista est caelestis & spiritalis: illa verò temporalis: ideo Petrus qui vocat̄ fuit à Christo adhuc in carne mortali posito, ponitur in bulla Papæ in sinistra parte. Paulus verò qui vocat̄ fuit à Christo iā glorificato, ponitur in parte dextera. Consequenter cum dicit [Et qui mecum sunt, &c.] Ponuntur personæ adiunctæ salutantes, quas describit à dulci familiaritate, quia mecum sunt. s. ad solatium & adiutorium. Prou. 18, Frater qui iuuatur à fratre, &c. Psal. Ecce quā bonū, &c. Item ab inseparabili charitate, cum dicit, Fratres. Ioan. 13, In hoc cognoscent omnes, &c. Item ab vniuersalitate, cum dicit, Omnes, quod ideo addit, quia isti fortē erant intantum seducti quòd dictum Pauli non reputarent. Et ideo dicit, Omnes qui mecum sunt, vt ostendat eos testes esse veritatis suae. Et facile intelligant se errare dum ab omnibus reprehenduntur. 2. Corin. 2, Sufficit illi q̄ eiusmodi est obiurgatio hæc quæ fit à pluribus, &c. Personas autem salutatas ponit, cū dicit Ecclesiæ Galatiæ, &c. Vbi sciendum q̄ sicut in glo. tangitur, Brennus dux Senonum olim congregato exercitu intravit Italiam, qua pertransita venit in Græciam ante tempus Alexandri Magni, vbi cum essent, aliqui de gente sua remanentes, in vna parte Græciæ miscuerunt se Græcis: vnde illa prouincia Gallogræcia dicta est, Deinde illi Galatæ sunt appellati, quasi albi. Et licet Græci sint acuti ingenij, tamen illi Galatæ stulti erant & instabiles & ad intelligendum tardiores, sicut & indocti Galli, vnde originem traxerunt. Et ideo infra dicit eis. O insensati Galatæ, &c. Istis ergo scribit epistolam hanc, & isti sunt personæ salutatae. Consequenter cum dicit [Gratia vobis, &c.] ponit bona quæ eis optat. Et primò ponit ipsa bona optata. Secundo ipsorum bonorū authorē, ibi [A deo patre, &c.] Bona autem quæ eis optat sunt duo, in quibus omnia spiritalia includuntur. Primū est gratia, quæ est principij vitæ spiritalis, cui in glo. ascribitur remissio peccatorū, quæ est primū in vita spiritali. Nullus enim potest esse in vera vita spiritali, nisi prius moriatur peccato. Secundum est pax, quæ est quietatio mentis in fine, qua in glo. dicitur esse reconciliatio ad deum: & sic dum optat principium & finem omnium bonorum spiritalium, inquit Apostolus tāquā inter duo extrema desiderium omnis boni eis proueniendū. Psal. Gratiam & gloriam dabit dominus. 2. Corin. vlt. Gratia domini nostri, &c. Bonorū autem ipsorum author est deus pater: & ideo dicit, A deo patre, &c. Vbi primò ponitur bonorum causa. Secundo causandi modus, ibi [Qui dedit]. Tertiò gratiarum actio pro ipsis bonis, ibi [Cui est honor, &c.] Causa autem & auctoritas bonorū est deus pater tanquam author, in quantum deus & tota trinitas, quæ dicitur deus omnium per creationem. Sapient. 14, Tu autē pater gubernas, &c. Et ideo dicit, A deo patre. Itē actor est dominus Iesus Christus, sicut minister. Et hoc in quantum homo. Rom. 15, Dico Iesum Christū ministrum, &c. Et q̄ per Christum, sit nobis gratia, pater Ioan. 1, Gratia & veritas per Iesum Christū facta est. & Ro. 7, Iustificati gratis, &c. Pax etiam est nobis per ipsum. Ioan. 14, Pacem meam do vobis, &c. Modus autem causandi huiusmodi bona ponitur, cum dicit, Qui tradidit, &c. Vbi primò ponitur causa efficiens, quæ est mors Christi. Et quantum ad hoc, dicit, Qui dedit semetipsum, &c. q. d. Ideo Christus est author gratiæ & pacis, quia ipse morti dedit se, & sustinuit crucem. Vnde ipsa mors Christi, est causa efficiens gratiæ. Rom. 7, Iustificati gratis, &c. Et Col. 1, Pacificans quæ in caelis, &c. Et dicit primò, Qui dedit, &c. i. sponte se obtulit. Eph. 5, Dilixit nos Christus, & tradidit, &c. Heb. 2, Pro omnibus nobis gustaret mortem. Titum 2, Qui dedit semetipsum, &c. Ex quo manifeste Apostolus arguit contra eos, q̄ si mors Christi est sufficiens causa salutis nostræ & in sacramentis noui testamēti, quæ efficaciam habent ex passione Christi confertur gratia, quòd superfluum simul cum nouo testamento seruari legalia in quibus gratia non confertur, nec salus acquiritur, quia neminē ad perfectum adduxit lex: vt habetur Heb. 7, Secundo ponitur finis & veritas ipsorum bonorum, quæ est causa finalis. Et est duplex. Vnus est, vt liberemur à peccatis præteritis. Et quantum ad hoc, dicit, Pro peccatis nostris: s. præteritis delendis & expiandis, quod est initiū nostræ saluationis. Apoc. 1, Dilixit nos, &c. Alius finis est, vt liberaret nos à potestate mortis, & q̄tum ad hoc, dicit, Vt eriperet nos de presenti, &c. Col. 1, Eripuit nos à potestate, &c.

Cur in bullis pontificis ponatur imago Petri ad sinistram, & Pauli ad dexteram.

Vide hie Galatæ vnde venerunt qui sunt. Vide hie laudem non bonam Gallorum.

Et ponit tria. s. vt eriperet (inquit) de presenti & seculo, & nequā. Vt eriperet de presenti trahēdo nos ad æterna, per desiderium & spem. De seculo, id est, de conformitate huius mudi qui nos allicit, vt non ei conformemur. Rom. 12, Nolite cōformari huic seculo, &c. Nequam reducens nos ad veritatem iustitiæ. Et dicitur seculo nequam, non propter sui naturā, cum bonum sit creatum à deo, sed propter mala quæ in eo fiunt: sicut illud Eph. 5, Dies mali sunt, &c. Genes. 47, Dixit Iacob, Dies peregrinationis vitæ meæ. 130. annorum sunt parui & mali, &c. Et licet hęc sint nobis per Christum, non tamen excluditur deus pater. Et ideo ponitur tertiò acceptatio diuinæ voluntatis. Vnde dicit secundum voluntatem dei & patris. Patris, inquam, Christi per naturam, qua ab æterno procedit, vt verbum. Psal. Ego hodie genui te. Ioan. 1, In principio erat verbum, &c. Item patris nostri per adoptionem. Ioan. 1, Dedit eis potestatem, &c. Primo modo ly deus pater, accipitur pro sola persona patris. Secundo modò pro tota trinitate. Et quia à deo patre nostro (scilicet à tota trinitate) hæc omnia proueniūt nobis per Christum, ideo ipsi, scilicet toti trinitati gloria in se honor aliis sit vel est in secula seculorū. i. semper. Amen, est nota confirmationis. Habes ergo in summa in saluatione prædicta auctoritatem Apostoli, qua eorum superbiā frāgit. Virtutem gratiæ qua eos ad obseruantiam euangelij prouocat, & insufficientiam legalium, vt ab eis eos reuocet.

LECTIO 2.

Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium: quod nō est aliud nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere euangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de celo euāgelij, & vobis, præterquam quod euāgelij, assumimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, si quis vobis euāgelij, & querit præter id quod accepistis, anathema sit. Modò enim hominibus suadeo. an deo? An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

In superioribus præcessit saluatio, sequitur in sequentibus epistolæ narratio: in qua arguit Apostolus eorum errorem. Secundo monet ad correctionem. 5. cap. ibi, State ergo, &c. Errorem autem eorum arguit dupliciter, & per auctoritatem euangelicam documenti, & per rationē veteris testamenti. 3. cap. ibi [O insensati, &c.] Arguit autem errorem ipsorum, ostēdēdo auctoritatem euangelicam doctrinæ. Primò ostēdēdo ipsorum leuitatē q̄tum ad leuem dimissionem euāgelicę doctrinę. Secundo cōmendando auctoritatē ipsius doctrinę euāgelicę: & sic quanto dignius est quod dimittit, tanto eorū error appareat maior. ibi [Nō tum enim vobis facio, &c.] Circa primum duo facit. Primò enim exaggerat culpam. Secundo infligit pœnam, ibi [Sed licet nos, &c.] Culpam autē exaggerat & seductorum & seductiū, ibi [Nisi sunt, &c.] Circa primum tria facit. Primò enim aggrauat culpā seductorum ex animi leuitate. Vnde dicit, miror. q. d. cum sciatis tot bona (quæ dicta sunt) prouenire vobis per Christum, & q̄ cum fueritis ita bene instructi per me, tam sic. i. intantū & tam vehemēter, vt videamini iam oblitū tam citò. i. in tam breui tēpore transferimini, vt alludat nomini. Galatia enim trāslatio dicitur. q. d. Vos estis Galatæ, quia tam citò trāsferimini. Ecclē. 19, Qui citò credit, leuis est corde. Secundo aggrauat eorū culpam ex eo quod dimiserunt. Si enim ratio recedit & transfertur à malo, cōmendabilis est & benefacit: sed quando recedit à bono, tūc est culpabilis. Et sic isti à bono trāslati erant. Et ideo dicit eis, Et si mirandū sit q̄ tam citò, & sic transferimini, addit tamē materiam admirationis, q̄. s. trāsferimini ab eo. s. à deo, & fide eius qui vos vocauit in gratiam Christi. i. in participationem æterni boni, quam habemus per Christū. 1. Pet. 2, Gratias agētes deo, qui vos vocauit in admirabile lumen suum. Item 2. Pet. 2, Melius erat eis viam veritatis nō agnoscere, q̄, &c. Secundo aggrauat eorum culpam ex eo ad quod conuersi sunt, quia nō sunt cōuersi ad bonum, sed ad malū. Vnde dicit, In aliud euāgelium. i. veteris legis, quæ annuntiat bona est in quantum annuntiat quādā bona: s. temporalia & carnalia. Esa. 1, Si volueritis & audieritis me, &c. Sed tamē nō est perfecta & simpliciter, sicut euāgelij: quia nō annuntiat perfecta & maxima bona, sed parua & minima. Sed lex noua est perfectē & simpliciter euāgelij: i. bona annuntiat, quia annuntiat maxima bona. s. cęlestia, spiritalia & æterna. Et licet sit aliud euāgelij secundū traditionē Pseudo: tamen secundum meā prædicationem, non. Est enim aliud in promissis, sed nō est aliud in figura, quia idem cōtinetur in veteri testamēto & in nouo: in veteri quidē vt in figura: in nouo verò vt in re & expressē. Et sic est aliud euāgelium quātum ad ea quæ exterius apparent, sed quātum ad ea quæ interiorum sunt & cōtinētur, nō est aliud: licet autē non sit aliud in se, tamen potest esse aliud ex culpa aliorum. s. seductiū. Et ideo eorum culpā exaggerans, dicit, Nisi sint aliqui. s. seductores qui vos cōturbant. i. puritatem sensus vestri qua imbuti fuistis per fidei veritatē, obfuscant: quia licet idem cōtineatur quātum ad interiorum intellectum per vetus & nouū testamentum, vt dictum est, tamē si post susceptionem noui testamenti reiterat vetus, videtur ostēdi q̄ nouum non sit perfectū, & quòd illud sit aliud ab isto. Et ideo dicit, Quòd nō est aliud, nisi sint, &c. quia isti pseudo post fidei euāgelicę susceptionem cogebant eos circūcidi, ostēdēdo per hoc q̄ circūcisio est aliquid aliud q̄ baptisumus, & efficit aliquid quod baptisumus nō potest efficere: & ideo isti cōturbant vos. infra 5. Vtinam abscondatur qui vos cōturbant, &c. Et verē cōturbant: quia volunt conuertere euāgelij Christi. i. veritatem euāgelicę doctrinæ in figuram legis, quod est absurdum & turbatio maxima. In illud enim debet aliquid conuerti ad quod ordinatur: nouū autem testamentum & euāgelium Christi nō ordinatur ad vetus: sed potius ecōuerso lex vetus ordinatur ad legem nouam, sicut figura ad veritatē: & ideo figura cōverti debet ad veritatem, & lex vetus in euāgelium Christi, non autem veritas in figuram, neque euāgelij Christi in legem veterē: quod patet ex ipso vsu loquendi. Non enim dicimus q̄ homo sit similis imagini hominis, sed potius ecōuerso imago est similis homini. Hie. 15, Ipsi conuertētur ad te, &c. & Leuit. 26, Nouis superuenientibus, &c. Consequenter post exaggerationē culpæ ponitur inflictiō pœnæ, cum dicit [Sed licet, &c.] Et circa hoc duo facit. Primò promulgat sententiam. Secundo rationem sententię assignat, ibi [Modò enim hominibus, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostēdit auctoritatem suæ sententię. Secundo profert eam, ibi [Sicut prædixi, &c.] Ostēdit autem auctoritatem suæ sententię, multam esse: eo q̄ non solum in peruersores & in seductores subditos, sed etiam in pares, sicut sunt alij Apostoli: & etiam in superiores, sicut sunt angeli, si huius criminis. s. cōuersiōnis euāgelij in veterem legem rei essent, efficaciam haberet. Et ideo dicit, Quia nostræ sententię auctoritas

Ab hoc loco in quo incipit epistola mater euāgelij, arguendo tamen hic primò eorū leuitatē in diuino euāgelio, quod per obseruantia legis cōmissionem.

Petrus lex, & nona non sunt nisi vnū euāgelij, sed lex vetus, est illud in figura, noua in re.

Quid & vnde anathema.

est, scilicet beneplacitum dei [quod est diuina electio & conuertentis vocatio.] Quantum ad primū, dicit, Cum autem placuit. f. deo, non quando volui ego: sed quando placuit sibi: quia non est volentis neque currentis, &c. vt dicitur Ro. 9. Psal. Beneplacitum est domino, &c. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis, &c. Qui scilicet deus me scilicet rebellem. 1. Cor. 15. Ego sum minimus Apostolorum, &c. quonia persecutus sum, &c. Act. 9. Saulus adhuc spirans minarum, &c. Persecutorem, Saule, Saule quid me persequeris, &c. Blasphemū, 1. Tim. 1. Qui fuit blasphemus, &c. Me talē, inquam, segregauit de vtero matris meae. Vel ad litteram, Qui fecit me nasci ex ventre matris meae. Et verē dicitur deus segregare ex vtero, licet sit opus naturae, quae est quasi instrumentū dei, quia opera etiā nostra attribuitur deo, sicut principali authori. Efa. 26. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis, &c. Sicut & effectus principali agēti attribuitur. Ideo dicitur Iob 10. Pelle & carnis vestisti me, &c. Et ab hoc vtero segregatus est ad iustificationē, quia eius dē est iustificare, cuius est condere. Psa. De ventre matris meae, &c. Vel ex vtero matris meae. f. synagoga, cuius vterus est collegium Pharisaeorum, qui nutriebant alios in Iudaismo. Mar. 23. Circuitis mare & arida, vt faciatis, &c. Sic ergo mater sua fuit synagoga. Cañ. 1. Filij matris meae pugnaverunt contra me, &c. Vterus eius sunt Pharisei. Ex hoc ergo vtero est segregatus per spiritum sanctum ad fidem euangelij. Ro. 1. Segregatus in euangeliū dei. Vel mater sua est ecclesia Christi. Vterus eius, collegiū Apostolorū. Segregauit ergo deus ipsum ab vtero ecclesiae. i. à collegio Apostolorū in officium Apostolorū & praedicationis ad Gētes, quando dixit Apostolis Act. 13. Segregate mihi Barnabam & Paulū, &c. Vocat autē synagogā, matrem suam, quia phariseus erat quasi magnus in ea, dum dicitur phariseus & ex phariseis, quia zelator legis erat. Suprà, Abundantius autē armulor, &c. Quantum autem ad aliam causam, dicit, Et vocauit, &c. Est autē duplex vocatio. Vna est exterior, & sic dicit, vocauit me ex caelesti voce. Act. 9. Saule Saule quid me persequeris, &c. Vade in ciuitatem, &c. sic etiam alios Apostolos vocauit. Alia est interior, & sic vocauit p quēdam instinctum interiorem quo deus per gratiam tangit cor, vt cōuerteretur ad ipsum, & sic vocauit à mala via in bonam, & hoc per gratiā suam, non nostris meritis. Ro. 8. Quos praedestinauit hos & vocauit, &c. Efa. 45. Suscitauit eū ad iustitiam, &c. Amos 5. Qui vocat aquas maris, &c. Finit autē cōuersionis ponitur, cū dicit, Vt reuelaret filium, &c. Qui quidem finis est Christus. Ordinatur autē cōuersio sua ad Christū dupliciter. f. factō, & sic dicit, Vt reuelaret filium suum. i. in eo quod circa me fecit cōuertendo me, & dimitto peccata mihi, reuelaret q̄ta sit mihi facta misericordia. 1. Tim. 1. Christus Iesus venit in hūc mūdum peccatores saluos facere, &c. Sed ideo misericordiam dei consecutus, quia ignorans, &c. Sic ergo reuelauit in eius cōuersione filiū suū, & hoc inquantū filius dicitur, gratia dei. Item reuelauit eū in eius operatione. Vnde dicebat ipse Ro. 15. Non enim audeo aliquid loqui eorum quae per me non efficit Christus in obedientiā Gentiū, in verbo, in factis, & virtute, &c. Et hoc inquantum filius virtus est dei. Item reuelauit eum in eius praedicatione. Vnde ipse 1. Cor. 1. dicebat, Nos praedicamus, &c. v. q. 3. & dei sapientiā. Et hoc inquantū filius eius dicitur, dei sapientiā. Item ordinatur ad Christū sua cōuersio, verbo. Et sic dicit, Vt euangelizaret illū in Gentibus, quia aliis Apostolis euangelizantibus Christum Iudaeis: Paulus de mandato domini iuit ad Gētes cōuertēdas. Efa. 49. Parum enim mihi, vt sis mihi seruus, &c. dedit te in lucē, &c. Act. 13. Sic enim praecipit, &c. infra. Efa. 55. Ecce testē populis dedi eum, ducem ac praep̄torē Gentibus. ¶ Modus autē suae cōuersionis est perfectus, & quantum ad effectū. Vnde dicit, Continū non acceui carni & sanguini. i. a tim ita perfectē fui cōuersus q̄ omnis carnalis affectus recessit à me. Eccl. 11. Facile est enim in oculis dñi subito honestare pauperē. Et accipitur hic caro & sanguis, pro vitii carnalibus. 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnū dei non possidebūt, &c. infra 5. Caro cōcupiscit, &c. Vel pro affectu & amore ad carnaliter sibi cōiunctos. Mar. 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi, &c. Sic Apostolus & vitia sua superauit, & suos Iudaeos contēp̄t. ¶ Itē q̄tum ad intellectū, quia ita fuit instructus à Christo, q̄ nō fuit ei necesse instrui ab Apostolis. Et ideo dicit, Nec veni Ierosolymam, vt. f. ab eis instruerer. Item nō fuit necesse instrui ab aliis fidelibus. Et ideo dicit, Sed abij in Arabiam, &c. q. d. Non iui ad loca vbi erant alij fideles, vt me instruerent, sed iui in Arabiam, vbi non erant edocti in fide, sed infideles: & reuersus sum Damascū. f. ad parentes. Iob 38. Quis dedit vehementissimo imbrī cursum, &c. ¶ Sed contra dicitur Act. 9. Quōd demiserunt eum de muro per sportam, &c. Cū autē venisset Hierusalē, tentabat se iungere discipulis. Venit ergo Hierusalē. ¶ Dicitū est q̄ venit, sed non vt instrueretur. Vel melius dicendum est q̄ non statim venit, sed post aliquod tempus. Et ideo sequitur, Deinde post annos, &c.

Vocatio interior & exterior.

Ostendit Paulus suam doctrinam ab Apostolis & ab alijs fuisse approbatam, sed non accepi ab eis.

Deinde post annos tres, veni Hierosolymā, videre Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autē Apostolo dñi vidi neminē, nisi Iacobū fratrem domini. Quae autē scribo vobis, ecce corā deo: quia nō mentior, Deinde veni in partes Syriae & Ciliciae. Eram autē ignotus facie ecclesiae Iudaeae, quae erant in Christo. Tantum autē auditum habebant, quoniam qui persequeretur nos aliquando, nunc euangelizet fidem, quam aliquando expugnabat, & in me clarificabant deum. Postq̄ superius Apostolus ostendit se nō accepisse euāgelium ab homine ante cōuersionē suā, nec tempore suae cōuersionis, hic probat q̄ nec etiam post cōuersionem accepit ipsum ab homine, sed potius hic ostendit quomodo doctrina sua fuit ab hominibus approbata. Et circa hoc duo facit. Primū enim manifestat quomodo doctrina sua fuit ab Apostolis approbata. Secūdo ostēdit qualiter fuit approbata ab aliis fidelibus, ibi [Deinde veni in partes, &c.] Et primū narrat factū. Secūdo cōfirmat veritatem dicti, ibi [Ecce corā deo, &c.] Dicit ergo, licet nō iuerim ad Apostolos vt instruerer ab eis circa principium meae cōuersionis, qui iam eram instructus à Christo, tamen ex affectu charitatis cōpulsus post annos tres. f. cōuersionis meae veni Hierosolymam, quoniam iadiu desiderauī videre Petrum, nō vt discerem ab eo, sed vt visitarem eum. Iob 5. Visitans speciem tuam, &c. Et mansi apud eum diebus quindecim, repletus ab eo, vt verus Apostolus. Et dicit, diebus quindecim, quia numerus iste cōponitur ex octo & septem. Octonarius autē est numerus noui testamēti, in quō expectatur octaua resurrectio Gētiū. Septenarius autē numerus veteris testamēti, quia celebrat certū diem. Māsit autē apud Petrum diebus quindecim, conferens eum eo de mythenis veteris testamēti & noui. Et ne credatur q̄ licet nō sit instructus à Petro, esset tamen etiā instructus ab alijs, subdit q̄ nec ab alijs fuit instructus, Vnde dicit, Aliū autē Apostolorum, à quo instruerer, vidi ne

Lectio 5.

minem. i. nullum, nisi Iacobum fratrem domini. Illum enim vidit in Hierusalem. Circa istum Iacobū sciendum est q̄ iste fuit episcopus Hierosolymorum, & fuit vocatus Iacobus minor, eo q̄ vocatus fuerat post Iacobum, alium. Dicuntur autem multa de isto. Act. 15. Ipse etiam fecit epistolā canonicam. Quare autem dicatur, frater domini, à diuersis diuersimodē dicitur. Eluidius enim dicit q̄ ideo dicitur frater domini: quia fuit filius beatae virginis. Dicit enim q̄ beata virgo Christum concepit & peperit & post partum Christi concepit de Ioseph, & peperit alios filios: sed hic error est damnatus & reprobatus. Item patet esse falsum, quia Iacobus non fuit filius Ioseph, sed A Iphai. Alij verō dicit q̄ Ioseph ante beatam virginem habuit aliam vxorem, de qua habuit filium Iacobum & alios, qua mortua accepit in vxorem beatam virginem, de qua datus est Christus, non tamen cognita à Ioseph, sed p̄ spm̄ sanctū, vt in euāgelio dicitur. Quia ergo ex patre nominātur cōgnationes, & Ioseph putabatur pater Christi: ideo iste Iacobus, licet nō fuit filius virginis, tamen vocabatur frater domini. Sed hoc est falsum, quia si dominus matrem virginem noluit nisi virgini commendare custodiendā, quomodo sustinisset sponsum eius, virginem non fuisse, & sic perstitisse? Ideo alij dicunt, & in glos. tangitur, q̄ Iacobus iste fuit filius Mariae Cleophae, quae fuit soror virginis. Dicit enim q̄ Anna mater beatae virginis nupsit primō Ioachin, ex quo peperit Mariā matrem domini, quomortuo, nupsit Cleophae fratri Ioachin, ex quo peperit Mariā Cleophae, & ex hac natus est Iacobus minor, Iudas & Simon, quo mortuo dicitur q̄ nupsit adhuc cuidam tertio, qui vocatus est Salome, ex quo cōcepit & peperit aliam Mariam, quae dicta est Salome: & de hac natus est Iacobus maior & Ioannes frater eius. Sed huic opinioni dupliciter cōtra dicit Hiero. Primū quia Salome non est nomen viri, vt etiam in Graeco apparet, sed est nomen mulieris, quae fuit soror beatae virginis, & ex Zebedeo genuit Iacobū maiorem & Ioannem: sicut Maria Cleophae, ex Alphao genuit Iacobū minorē, Iudā & Symonem. Dicitur autē frater domini iste Iacobus, specialiter inter alios suos consobrinos, & hoc propter duo. Primū propter similitudinem effigiei, quia similis erat Christo in facie. Et propter similitudinē vitae, quia imitabatur Christum in moribus. Vel quia Alphaeus pater eius fuit de cōgnatione Ioseph. Et ideo quia Iudaei cōgnationis lineam texere solent à maribus, & Christus putabatur filius Ioseph, vt dicitur Luc. 3. ideo specialiter dicitur est frater domini, & non alij, qui solum ex matre cōiuncti erant ei. Accipitur autē hic frater cōgnatione. Nam in scriptura fratres aliquando dicuntur natura. Mat. 13. Iacob autē genuit Iudam & fratres eius: Cōgnatione, sicut oēs consanguinei sunt fratres. Gen. 13. Ne queso sit iurgium inter te & me, fratres enim sumus. Gente, & sic omnes vnus lingua dicuntur fratres. Deut. 17. Nō poteris alterius gentis hominem regē facere, qui non sit frater tuus. Affectu, & sic omnes amici & qui habent eundem affectum dicuntur fratres. 2. Cor. 2. Eo quod non inuenerim Titū fratrem meū, &c. Religione, & sic omnes Christiani qui habent vnam regulā vitae, dicuntur fratres. Mat. 23. Fratres estis &c. Ecce q̄ bonum & q̄ iocundū habitare fratres in vnum, &c. Communiter autē omnes homines dicuntur fratres, quia ab vno deo gubernati & educati. Malac. 2. Nunquid nō vnus est pater omnium nostrum, &c. ¶ Consequenter cū dicit [Quae autem dico vobis, &c.] Confirmat per iuramentū quod dixerat, q. d. Ea quae nunc scribo vobis de me, ecce in manifesto sunt, ita q̄ satis constat q̄ non mentior. Et hoc dico coram deo, i. teste deo, Iurat autē hic Apost. non ex leuitate, sed ex necessitate istorum quibus necessariū erat, vt crederent. Nisi enim hoc faceret, non crederet ei, 2. Cor. 2. Coram deo in Christo loquimur. Ro. 1. Testis est mihi deus, &c. ¶ Quid ergo dicit dñs? Sit sermo vester, est est, non non, quod amplius est, à malo est Dicendū est, q̄ est à malo eius qui non credit, vel à malo p̄nae: quo cogitur quis iurare. ¶ Consequenter cum dicit [Deinde veni, &c.] ostendit quomodo fuit approbatus ab alijs ecclesijs Iudaeae. Vbi tria facit. Primū ostendit vbi fuit cōuersatus, quia in Cilicia. Vnde dicit, Deinde veni in partes Syriae & Ciliciae. f. patriae: vnde etiā fuit raptus: quia dicitur Act. 22. Erat autem Paulus à Tharso Ciliciae, &c. Secūdo quomodo fuit cognitus ab eis, quia non facie sed auditu tantum & fama. Vnde dicit, Eram enim ignotus facie ecclesiae Iudaeae quae erant in Christo. i. in fide Christi. 2. Co. 6. Sicut qui ignoti & cogniti. Vnde patet q̄ ecclesia Iudaeae nō docuerūt me. Tantū enim auditū habebāt. f. de me per famam, quoniam qui persequeretur, &c. Tertio quomodo reprobatus est ab eis, quia in me gloriificabant deum. i. in mea cōuersione magnificum probabant, qui gratia sua me cōuertit. Efa. 43. Glorificabit me bestia, &c.

Caput 2.

Deinde post annos quatuordecim iterū ascendi Hierosolymā cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autē secūdo reuocationem, & contuli cum illis euāgelium quod praedico in Gentibus. seorsum autē his qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset Gentilis, cōpulsus est circūcidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent. Quibus neque ad horam cōsimus subiectioni: vt veritas euāgelij permaneat apud vos. Postq̄ Apostolus in praecedenti cap. cōmendauit auctoritatem euāgelicā doctrinae secundum seipsam: nunc in isto cap. cōmendat ipsam ex parte aliorum Apostolorū & sua simul. Et circa hoc duo facit. Primū cōmendat auctoritatē suae doctrinae ex approbatione aliorū Apostolorum. Secūdo ex exēplo sui & aliorū Apostolorū, ibi [Nos natura Iudaei, nō ex Gētib., &c.] Circa primū duo facit. Primū ostēdit q̄ alij Apostoli approbauerūt suā doctrinam. Secūdo ostēdit q̄ libere reprehēdit alios Apostolos in his quae cōtrariū suae doctrinae dicebāt, ibi [Cū venisset Petrus, &c.] Circa primū duo facit. Primū agit de collatione quā habuit cū Apostolis. Secūdo insinuat quid inde secutus sit, ibi [Sed neq̄ Titus, &c.] Circa primū duo facit. Primū ponit circūstātiās ipsius collationis. Secūdo ponit ipsam collationē, ibi [Et cōtuli cū illis, &c.] Quantum ad primū agit quatuor circūstātiās. f. tēpus, locū, testes, & motiū ipsius. Describit autē tēpus, cū dicit [Deinde post annos quatuordecim.] ¶ Sed cōtra est: quia Apost. fuit cōuersus primo anno post passionē Christi & post tres, iuit in Hierusalē, & sic sunt quatuor, & hic dicit, post annos quatuordecim, iterū iuit in Hierusalē, & sic fuit decem & octo: & tūc inuenit Petrum in Hierusalē. Et hoc nō potest esse, quia Petrus sedit in Anthiochia septem annis: in Roma verō 25. annis. Et sic essent duodeuiginti, & septem [qui sunt 25. anni.] antequam iret Romā, & Romae moratus est 25. annis, ergo vixisset Petrus post passionē Christi 50. annis: quod est falsum, quia quadagesimo anno à passione Christi passus est Petr. Romae, vt in historia habetur

Iacobus frater domini, est Iacobus minor.

Error Euidij de fratre domini.

Ratio q̄ Ioseph virgo fuerit.

Cur Iacobus minor dicitur frater domini.

Fratres in sacris dicitur aliqui facere.

Inuit Paulus.

Hic de collatione euāgelij sui facta cum Apostolis & de facto circa Titum.

Questio sup illos annos quatuordecim ascendit Hierosolymam.

Petrus venit Romam tempore Claudij imperatoris et ibi stetit 25. annis.

quod fuit tempore Neronis. Respondeo dicendum quod cum dicitur, Deinde, &c. non est intelligendum quod post tres annos, iterum elapsi sunt quatuordecim anni antequam iret in Hierusalem: sed quod anno quatuordecimo sua conversione, iterum ascendit: nec sunt addendi supra istos quatuordecim, septem anni, quibus Petrus rexit ecclesiam Antiochana, quia ante istos annos incepit regere: & cum Antiochia sit prope Hierusalem, potuit esse ut aliquando Petrus iuisset in Hierusalem, & tunc Paulus inuenerit eum ibi. Et sic colligitur ex historia quod post annos quatuordecim, Petrus venit Romam, tempore Claudij imperatoris, & existens ibi 25. annis, coplevit numerum 39. annorum, & mortuus est 40. anno post passionem domini. Dicit autem signater, quatuordecim, ut ostendat quod non in digebat Apostolorum instructione, si quatuordecim annis fuit sine eis. Locum verum describit, cum dicit [Hierosolyma]. Et dicit, ascendit, quia in alto posita est. Ascendit autem Hierosolyma, ut ostenderet se concordare cum prophetia, quae dicit Esa. 2, De Syon exibit lex, &c. ¶ Testes describit, cum dicit [Cum Barnaba, assumpto Titus, Barnabas Iudaeus erat, Titus vero Gentilis. Cum eis ergo ascendit, ut haberet testes suae doctrinae, & ut in nullam partem, siue Iudaeorum siue Gentilium ostendat se declinare. Deut. 17, In ore duorum vel trium stat omne verbum. ¶ Motivum autem describit, cum dicit [Secundum revelationem dei], i. deo revelate & praecipiente sibi quod ascenderet in Hierusalem. Ex quo colligi potest quod omnes actus Apostolorum & motus, fuerunt facti dum instinctu spiritus sancti, Job 37, Nubes spargit lumen suum, &c. ¶ Consequenter cum dicit [Et contulit, &c.] agit de ipsa collatione, ubi tria facit. Primum manifestat materiam super qua contulit. Secundum personas cum quibus contulit. Et tertium causam propter quam contulit. Materia de qua contulit, fuit euangelium. Et ideo dicit, Contulit cum illis euangelium dei, &c. Persona cum quibus contulit, sunt maiores & excellentiores fratres Apostolos. [Seorsum autem cum his, &c.] Sed causa utilis & necessaria, ne. s. in vacuum, &c. Quantum ad primum, dicit, Ascendit Hierosolymam, ubi contulit cum illis, tanquam cum amicis & paribus, euangelium quod praedicaui in Gentibus, non ut adscerem, quia iam doctus eram a Christo, non ut certificarer, quia sic certus sum quod si angelus diceret contrarium, non crederem, ut patet supra 1. cap. Sed contuli propter duo. s. ad insinuandam unitatem doctrinae meae cum doctrina aliorum Apostolorum. 1. Cor. 1, Id ipsum dicatis omnes, &c. Contuli ergo cum eis quasi idem verbum cum eis, sed non partes habuit, Item ad vitandam calumniam aliorum. Apostolus enim, quia non fuerat conversatus cum Christo, nec edoctus ab Apostolis: sed statim post conversionem suam incepit praedicare quae erant odio sa Iudaeis: & specialiter de vocatione Gentium, & quod non debebant servari legalia. Sic ergo contulit euangelium. Sed cum quibus hoc fecerit, ostendit, subdens, Seorsum autem his, &c. q. d. Non cum omnibus, sed cum his qui erant inter alios alicuius auctoritatis & momenti. s. cum Petro, Iacobo, & Ioanne, & aliis magnis. Eccl. 9, Cum sapientibus & prudentibus tracta, &c. Sed seorsum, &c. non quod turpia vel falsa cum eis tractaret ac conferret, sicut haeretici faciunt, sed quia sciebat ibi esse Iudaeos calumniantes propterea quia de legalibus docuerat. Et ideo ne veritas pateret calumniae, cum illis seorsum contulit, qui non caluniarentur. Prou. 25, Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles, &c. Eccl. 8, Coram extraneo ne facias consilium, &c. Sic ergo patet & materia collationis & persona. ¶ Sequitur causa, quae fuit. s. ne in vacuum curret aut cucurrisset. i. ne reputarer perdidisse inutiliter. Vocat autem praedicationem suam, cursum, propter velocitatem suae doctrinae, quia in modico tempore a Hierusalem vsq; in Illiricum, & vsq; in Hispaniam, praedicaui euangelium. Vnde possit dici de eo illud Psal. Velociter currit sermo eius. & 2. Tes. 3, Fratres, orate pro nobis, ut sermo domini currat, &c. ¶ Sed nunquid dubitabat quod in vacuum curreret? Dicendum est quod sibi non dubitabat, sed illis quibus praedicaerat, quia nisi ab illis firmiter teneretur sua doctrina, quod ad illos in vacuum cucurrisset, & ideo voluit conferre cum eis, ut dum scirent auditores quod doctrina sua concordaret cum doctrina aliorum Apostolorum, & approbaretur ad eis, firmiter eius doctrinam tenerent, & sic quantum ad eos non in vanum curreret. 1. Cor. 9, Ego sic curro non quasi in incertum. ¶ Consequenter cum dicit [Sed neque Titus, &c.] ostendit quid fecerit ex collatione cum Apostolis habita. Et ponit tria quae inde secuta sunt. i. quod a sua sententia non recessit, & quod suae doctrinae nihil superadditum fuit, ibi [Ab his autem quae videbantur, &c.] Tertio quod suae doctrinae approbata est, ibi [Sed contra cum vidissent, &c.] Circa primum duo facit. Primum ostendit quod non recessit a sua sententia in quodam particulari. Secundum ostendit quod etiam in nullo alio recessit ab ea, ibi [Sed propter introductos, &c.] Dicit ergo, Dico quod dicitur contuli cum eis de doctrina euangelij quod ex hoc secutum est, quod doctrina mea & sententia firma permansit. s. de legalibus non oblectu adis: sic quod Gentiles non cogerebantur ad seruandum legalia, in tantum quod neque Titus, qui mecum erat, cum esset etiam Gentilis, compellus est rationibus eorum circumcidi, sed susceptus est ab Apostolis in societate circumcisis. Vnde tunc data est sententia ab Apostolis de legalibus non observandis, sicut habetur Act. 15, Ratio autem quare post passionem Christi non debent servari legalia, assignatur a Christo modo talis, Manifestum est enim quod instrumentum quod fit de aliqua promissione seu foedere tenet tantum quousque compleatur foedus & promissio, quibus completis instrumentum praedictum in hoc non tenet. Circumcisio autem est quoddam instrumentum promissionis & foederis inter deum & fideles homines: vnde & Abraham accepit circumcisionem in signum promissionis: ut dicitur Gen. 17. Et quia Christi perfecta passio soluta fuit promissio & completum foedus, ideo post passionem non tenet, nec valet circumcisio. Sic ergo patet quod non recessit a sententia sua in hoc quod non permitteret circumcidi Titum. ¶ Consequenter ostendit quod in nullo alio etiam recessit ab ea, cum dicit [Sed propter subintroductos, &c.] Litera autem ista est diuersa in diuersis & obscura, & legitur sic, Tu dicis quod non permisisti circumcidi Titum, sed quare non permisisti? Nonne alibi permisisti Timotheum, sicut legitur Act. 16. Ad hoc potest sic respondere Apostolus, quia tunc temporis quando Timotheus fuit circumcisis, idcirco reus erat circumcisio, utrum, si seruaretur vel non: sed modo cum ageretur de Tito erat specialis quaestio de circumcisioe quam ego dicebam non debere seruari. Vnde si permisisset eum circumcidi, cum ego merer diffinieram quaestioe, fuisset factum in contrarium, utpote nec licebat ultra de hoc mouere quaestioe, vel facere difficultate iam determinata. Et ideo dicit, Dico quod non solum non permisisti ipsum circumcidi ab illis quibus neque ad horam cessimus subiectionis. s. ut Gentem subderetur legi. Et hoc propter subintroductos a diabolo, vel a pharisaeis falsos fratres qui se fingunt amicos. 2. Cor. 12, Periculū in falsis fratribus. Qui. s. fratres falsi subintroierunt in locum, ubi erat Apostoli, latenter explorare. i. ad exploranda libertate nostram a peccato & lege. 2. Cor. 3.

Legalia cur non sunt a passioe Christi tempore seruanda.

Cor. 3, Vbi spiritus domini, ibi libertas. Ro. 8, Non enim accepistis spiritum seruitutis, &c. infra 4, Ut eos qui sub lege erant redimeret. Quam. s. libertatem habemus in Christo Iesu. i. per fidem Christi. infra 4, Non digerent sicut ante passionem Christi, quod non est faciendum, quia fundamentum aliud nemo potest ponere, &c. 1. Corin. 3, Et hoc veritas euangelij permaneat apud vos, q. d. In nullo cessimus eis propter hoc ne. s. occasionem daremus eis qui sine circumcisioe dicebant vos non posse saluari, quod est contra veritatem euangelij quod praedicaui vobis. Amb. autem aliter legit. Secundum praemissa enim habetur quod ideo ad horam non cessit propter subintroductos. Ex quo sequitur quod nisi fuissent subintroducti falsi fratres cessisset eis de legalium obseruatione. Et ideo propter hoc non fuit, quia propter hoc non cessisset eis, sed propter ipsam veritatem. Ideo dicit Amb. quod litera est falsa, & superfluit ibi, neque. Vnde vult quod non sit ibi, neque. Et falsos fratres in loco ubi eram cum Timotheo & aliis qui subintroierunt, &c. Quod cum facere nequiuissent, horam subiectionis in facto circumcissionis, circumcindo Timotheum, ut veritas euangelij permaneat, &c. Quae habet quod nec circumcisio aliquid conferat neque praeruptum, sed fides. Fuit autem specialis causa quare non ex utroque parente Gentili. Et sententia Apostoli erat quod qui ex aliquo parente Iudaeo nati fuerant, circumciderentur, qui vero totaliter ex Gentilibus parentibus nati essent, nullo modo debeant circumcidi.

lectio 2.

Ab his autem qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit. Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt, sed contra, cum vidissent quod creditum est mihi esse, ne aliorum uangelium praeruptum, sicut & Petro circumcissionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcissionis, operatus est & mihi inter gentes.) & cum cognouissent gratiam quae data est mihi. Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columbae esse, dexteris dederunt mihi & Barnabae societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcissionem: tantum ut pauperum meos mores essemus. Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. ¶ Ostendo quod Apostolus in nullo recessit a sententia sua in collatione praedicta: hic consequenter ostendit quod nihil suae doctrinae per alios Apostolos superadditum fuit. Et circa hoc duo facit. Primum enim describit conditionem Apostolorum, nihil ei addere valentium. Secundum profectur propositum, ibi [Mihi enim qui, &c.] Conditionem autem illorum describit extrinsecus. Primum ex auctoritate quam habebat in ecclesia quae est magna. Et quantum ad hoc dicit, Ab his autem, &c. Litera defectiua est. Vnde debet suppleri sic. Ab his autem scilicet Petro & Ioanne. q. d. Licet ad horam cesserim eis, nihil tamen accepi ab eis potestatis vel doctrinae. Et si ab his nihil accepi, multo minus ab aliis. ¶ Sed notandum est quod hoc quod dicit, Qui videbantur esse aliquid, si hoc intelligatur secundum gratiam dei quae in ipsis erat, sic verum est quod secundum hanc magni erant, quia quos iustificauit hos & magnificauit, ut dicitur. Ro. 8. Si vero intelligatur aliquid esse secundum seipsum, sic falsum est, quia secundum hoc nihil erant. Nam si secundum se aliquid esse videretur, semper fuissent magni, quia quod per se inest, semper inest. Vnde cum non fuerint semper magni, non secundum se videbantur aliquid esse. Secundum describit eorum conditionem ex statu eorum ante conuersionem, quam habuerunt in Synagoga. Et hunc statum caute ostendit fuisse abiectum & vilem. Vnde dicit quales aliquando fuerant, quia rustici pauperes idiotae & sine literis erant. 1. Co. 1, Non multi sapientes secundum carnem, &c. Sed quales fuerint, nihil. i. non mea interest. s. referre. Et hoc forte introducit ut considerantes statum quem illi habuerunt in Synagoga [qui nullus fuit,] & statum Pauli [qui magnus fuit,] manifeste cognoscant quod Paulus in sententia quantum ad legalia sit eis praefertendus, & praesertim cum Paulus in statu ecclesiae Christi eis aquaretur, ita quod Paulus eos in statu Synagoga ante conuersionem praecedebat in statu post conuersionem eis aequalis erat. Vnde cum agebatur de Synagoga magis erat standum sententiae Pauli quam aliorum, sed cum de euangelio ageretur, standum erat sententiae suae sicut sententiae aliorum. Et si cur alij non erant magni per legalia, sed per Christum, sic & Apostolus per Christum magnus erat in fide, & non per legalia. Tertio describit eorum conditionem ex diuina electione, & quantum ad hoc dicit, Deus enim personam, &c. q. d. Ideo magni sunt, quia deus eos magnificauit non attendens ad merita vel demerita eorum, sed ad ipsum quod facere intendit. Et ideo dicit, Deus personam hominis non accipit. i. non considerat magnam vel paruam. Sapient. 6, Pusillum & magnum ipse fecit, &c. Sed sine personarum acceptioe ad salutem omnes vocat, non imputans illis delicta eorum, & hoc quia transferunt. 2. Co. 5, Vetera trasierunt, &c. Psal. Nec memor ero nominum eorum, &c. Et ideo dicit Petrus. Act. 10, In veritate coeperi quod non est personarum acceptio, &c. ¶ Circa hoc sciendum est quod accipere personam proprie est in aliquo negotio attendere quasi regulam ipsius negotij conditionem personae nihil facientem ad negotium, puta, cum ideo do beneficium alicui, quia est nobilis sive pulcher. Nobilitas enim seu pulchritudo nil facit ad hoc quod habeat beneficium. Si vero conditio personae facit ad negotium, sic consideranda illa conditioe in facto illo, non accipio personam, sicut si ideo do beneficium alicui, quia bonus est & bene deseruiet ecclesiae, quia bene literatus & honestus, non sum acceptor personae. Nil ergo est proprie accipere personam quam considerare conditionem personae nil facientem ad negotium. Cum ergo deus in operibus suis, & beneficiis nihil praerexistens ex parte creaturae respiciat, quia ipsum quod est creaturae est effectus suae electionis, sed respiciat solum quasi pro regula beneplacitum voluntatis suae secundum quam omnia operatur, & non secundum aliquam conditionem personae, ut dicitur Eph. 4. Manifestum est quod non accipit personam hominis. ¶ Consequenter describit conditionem eorum ostendit propositum. s. quod nihil ei addere potuerunt. Et ideo dicit, Mihi enim qui videbantur aliquid esse nihil contulerunt. q. d. Licet essent magna auctoritatis, tamen nil addiderunt doctrinae meae nec potestati, quia sicut supra dictum est, neque ab homine accepi euangelium neque per hominem didici. Glo. autem aliter legit, quales aliquando fuerunt, &c. q. d. Non pertinet ad me referre statum eorum ante conuersionem quales. s. fuerunt, quia & hoc nihil refert, cum & ego fuerim ipse ecclesiae etiam persecutor, &

De conditioe ne aliorum uangelij a Paulo. Quod nil sit superadditum doctrinae Pauli per alios, sed quod etiam per eos, sua doctrina est approbata. Pro collectis.

Paulus praefertendus alijis Apostolis in illis quantum ad legalia demonstranda erant, sed in alijs eis aequalis. Quid sit personam accipere.

tantum deus sua beneplacito voluntatis elegit me & magnificauit, & hoc quia dominus personam hominis non accepit. Consequenter cum dicit [Sed contra, cum vidissent, &c.] Ostendit quomodo eius sententia sit approbata ab Apostolis. Et circa hoc tria facit. Primum ponit causam approbationis. Secundum insinuat ipsam approbationem, ibi [Iacobus & Cephas, &c.] Tertio addit quandam conditionem approbationi interpositam, ibi [Tantum ut pauperes, &c.] Causam autem approbationis [qua nouit Apostolos approbare sententiam Apostoli.] ponit duplicem. scilicet predicationis officium Apostolo iniunctum a Christo, & effectum iniuncti officij, ibi [Et cum cognouissent, &c.] Circa primum primum ponit officium iniunctum quod mouit eos ad approbandum. Secundum officij manifestationem. ibi [Qui enim operatus est, &c.] Dicit ergo, Dico quod illi qui videbantur aliquid esse, nihil mihi contulerunt, sed potius contra opinionem aduersariorum qui ascenderant contra me in Hierusalem ad Apostolos pro ipsa quaestione, me ipsi Apostoli approbauerunt, & hoc cum vidissent quod creditum est mihi euangelium, id est officium predicationis praputium. id est iniunctum predicare incircumcisis, scilicet Gentibus. Hic, 9. Omnes Gentes habent praputium, omnis autem domus, &c. Sicut Petro commissa est auctoritas, ut predicaret Iudaeis tantum, & Paulus Gentibus, sed postmodum & Petrus predicauit Gentibus, & Paulus Iudaeis. Sed quia aliquis posset dicere, unde constat nobis quod tibi sit commissum euangelium in Gentibus, ideo interponens dicit quod per operationes Christi. Sicut enim patet quod Petrus accepit euangelium a Christo propter mirabilia quae Christus fecit per eum, ita patet quod ego ab ipso accepi propter miracula quae Christus operatus est, & operatur in me. Et ideo dicit, Qui operatus est Petro, &c. i. qui Petrum fecit Apostolum in Iudaea, scilicet Christus, ipse me fecit Apostolum in Gentibus. Et haec est causa quae mouet eos. Sed quia non sufficit iniunctio & auctoritas predicandi, nisi homo per bonam scientiam & discretam eloquentiam ipsam exequatur, & per bonam vitam commendat, ideo addit usum suae auctoritatis seu officij effectum dicens, Et cum cognouissent gratiam dei, &c. Et est litera suspensiuua, id est vidissent quod gratiosa & fructuosa esset predicatio mea, tunc Iacobus, & Cephas, & Ioannes, &c. In quo notatur approbatio seu societas facta cum eis & Paulo. Et primum ponuntur personae inter quas facta est societas, quae sunt Iacobus, & Cephas, i. Petrus & Ioannes. Et primum ponitur Iacobus, quia erat episcopus Hierosolymorum, ubi haec facta sunt, Ioannes autem iste fuit Ioannes euangelista qui non deseruit Iudaeam usque ad tempus Vaspasiani. Qui videbatur columna esse. Metaphoricè dicitur hoc. i. sustentatio torus ecclesiae. Sicut enim totum aedificium sustentatur per columnas, ita per istos tota ecclesia Iudaeorum sustentabatur & regebatur. Et de istis columnis dicitur in Psal. Ego construxi columnas eius, i. Apostolos ecclesiae. Can. 5. Crura illius columnae marmorea, quae fundatae sunt super bases aureas. Isti, scilicet ex vna parte, dederunt dexteram societas. i. conenserunt in societate mihi & Barnaba, in quo designatur personae ex alia parte. Per hoc autem quod dederunt sibi dexteram, significatur quod per manus se acceperunt in signum coniunctionis & unitatem opinionis. Secundum ostenditur societatis tenor seu conditio, cum dicit, Ut nos in Gentes, ipsi autem in circuncisione. scilicet predicarent. q. d. Facta fuit inter nos coniunctio & unio, ita tamè quod sicut omnes fideles obediunt Petro, ita omnes Gentiles qui conuersi fuerunt ad Christum, obediunt Barnabae & Paulo: hoc tamen appositum ut nos essemus memores pauperum Christi, qui, scilicet viderant omnia bona sua & pretium coram ad pedes Apostolorum posuerant, propter Christum pauperes effecti. Quod quidem sollicitus fuit hoc idem facere, non minus affectus quam ipsi qui ordinauerunt, sicut apparet. Ro. 15. & 1. Co. 6. & 2. Cor. 8. & 9. Ratio autem quare consuetudo primitiua ecclesiae de venditione possessionum seruabatur in ecclesia ex circuncisione, & non in ecclesia ex Gentibus, haec est, quia fideles Iudaei congregati erant in Hierusalem, & in Iudaea quae destrudam in breui a Romanis erat, ut postmodum rei probauit euetus: & ideo voluit dominus ut ibi possessiones non referuarentur ubi permanisuri non erant. Ecclesia verò Gentiliu firmanda erat & augenda, & ideo consilio spiritus sancti factum est, ut in ea possessiones non venderentur.

LECTIO 3.

Cum autem venisset Petrus Antiochiam: in faciem eius respicit, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam venirent quidam Iacobus cum Gentibus edebat. Cum autem venissent, subtrahabat se segregabat se timens eos qui ex circuncisione erant. Et simulatione eius conenserunt ceteri Iudaei, ita ut & Barnabas duceretur ad eis in illam simulationem. Sed cum vidisset quod non recte ambularent ad veritatem euangelij, dixi Cephae coram omnibus, si tu cum Iudaeis sis, gentiliter viuis & non Iudaice, quomodo Gentes cogis Iudaeizare?

Supra Apostolus ostendit quod ipse nil utilitatis accepit ex collatione habita cum dictis Apostolis, hic verò ostendit quod ipse aliis profuit. Et primum ostendit quomodo profuit Petro in corrigendo eum. Secundum manifestat ea quae dixit, ibi [Prius enim quam venirent, &c.] Dicit ergo, Verè ipsi mihi nihil contulerunt, sed ego potius contuli eis, & specialiter Petro: quia cum venisset Petrus Antiochiam ubi erat ecclesia Gètium ego restiti ei in faciem, id est manifestè. Eccl. 4. Ne reueraris proximum in casu suo, ne retineas verbum, &c. Vel in faciem, id est non in occulto tanquam detrahens & timens, sed publicè & vt par ei. Leui. 19. Non odetis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, &c. Et hoc ideo quia reprehensibilis erat. Sed contra quia hoc fuit post acceptam gratiam spiritus sancti: sed post gratiam spiritus sancti nullo modo peccauerunt Apostoli. Respondeo: dicendum quod post gratiam spiritus sancti nullo modo peccauerunt mortaliter Apostoli, & hoc donum habuerunt per potentiam diuinam quae eos confirmauerat. Psalm. Ego confirmaui columnas eius, &c. Peccauerunt tamen venialiter, & hoc fuit eis ex fragilitate humana. 1. Io. 15. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, sed veniale, ipsi nos seducimus, &c. Quod verò dicitur in Glo. Restiti ei tanquam par. Dicendum est quod Apostolus fuit par Petro in executione auctoritatis, non in auctoritate regimini. Ex praedictis ergo habemus exemplum, praelati quidem humilitatis, vt nò dedignentur à minoribus & subditis corrigi: subditi verò exemplum zeli & libertatis, vt non vereantur praelatos corrigere, praesertim si crimen est publicum & in periculum multitudinis vergat. Consequenter cum dicit [Priusquam venirent, &c. cetera.] Manifestat ea quae dixit. Et primum hoc quod dixit eum reprehensibilem esse. Secundum verò hoc quod dixit Petrum reprehendisse, ibi [Sed cum vidisset, &c.] Circa primum tria facit. Primum ostendit quia Petrus sentiebat. Secundum quid faciebat, ibi [Cum autem venissent, & cetera.] Tertio quid in

Cur fideles ex Iudaea vendebant omnia & non fideles ex Gentibus conuersi.

Ostenditur quod Petrus nil utilitatis accepit ex collatione habita cum dictis Apostolis, hic verò ostendit quod ipse aliis profuit.

Apostoli post spiritum sanctum receptionem nunquam mortaliter peccauerunt.

sequeretur, ibi [Et simulationi eius, &c.] Dicit ergo circa primum, quod Petrus sentiebat legalia non esse seruanda. Et hoc factum ostendebat, quia priusquam venirent quidam Iudaei, zelantes pro legalibus à Iacobo Hierosolymitano ecclesiae Episcopo edebat. Petrus, cum Gentibus, id est indifferenter utebatur cibis gentilium. Et hoc faciebat ex instinctu spiritus sancti, qui dixerat ei, Quod deus sanctificauit tu ne commune dixeris, vt habetur Act. 10, vt ipse ibidem sequenti cap. dixit Iudaeis, qui contra eum insurrexerunt: quia cum incircumcisis commedisset, quasi ratione reddens. Quid autem faciebat, ostendit hic Paulus dicens, quod cum erat cum Iudaeis subtrahabat se à consortio fidelium qui fuerant ex Gètibus, adhærens Iudaeis tantum, & congregans se cum eis. Et ideo dicit, Cum autem venisset. scilicet ad Iudaeam, subtrahabat se Petrus à Gentibus conuersis, & segregans se ab eis. Et hoc ideo, quia erat timens eos qui ex circuncisione erant. Iudaeos, non quidem timore humano siue mundano, sed timore charitatis, ne scandalizarentur, sicut dicitur in Glo. Et ideo factus est Iudaeis tanquam Iudaeus, simulans se cum infirmis idem sentire, sed tamen inordinate timebat, quia veritas nunquam dimittenda est propter timorem scandalij. Quid autem ex hac simulatione sequebatur, subdit dicens, quod simulationi eius, scilicet Petri conenserunt ceteri Iudaei qui erant Antiochia discernentes cibos & segregans se à Gentibus, cum tamen ante simulationem huiusmodi hoc non fecissent. Et non solum illi conenserunt Petro, sed ita fuit illa simulatio in cordibus fidelium, vt etiam Barnabas qui mecum erat doctor Gentium, & contrarium fecerat & docuerat, duceretur ab eis in simulationem, subtrahens se ab eis, scilicet Gentibus. Et hoc ideo, quia secundum quod dicitur. Ecclesi. 10. Qualis est rector ciuitatis, &c. Et ibidem, Secundum iudicem populi, &c. Consequenter cum dicit [Sed cum vidisset, &c.] Manifestat ea quae dixerat de reprehensione Pauli qua Petrum reprehendit. Et circa hoc tria facit. Primum ponit causam reprehensionis. Secundum reprehendendi modum. Tertio reprehensionis verba. Occasio autem reprehensionis est non leuis, sed iusta & vtilis, scilicet periculum euangelicae veritatis. Et ideo dicit, Sic Petrus reprehensibilis erat, sed ego solus cum vidisset quod non recte ambularent illi qui sic faciebant ad veritatem euangelij, quia per hoc peribat veritas, si cogeretur Gentes seruare legalia, vt infra patebit. Quod autem rectè non ambularet, ideo est quia veritas, maxime ubi periculum imminet, debet publicè predicari, nec fieri cōtrariū propter scandalum aliorum. Mat. 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Esa. 26. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Modus autem reprehendendi fuit conueniens, quia publicus & manifestus. Vnde dicit, Dixi Cephae. i. Petro coram omnibus, quia simulatio illa in periculum omnium erat. 1. Thi. 5. Peccatum coram omnibus argue. Quod intelligendum est de peccatis manifestis, & non de occultis, in quibus debet seruari ordo fraternae correctionis. Cuiusmodi autem verba Apostolus dixerit Petro, cum eum reprehenderet, subdit, dicens, Si tu Iudaeus cum sis, &c. q. d. O Petre, si tu cum Iudaeis sis natione & genere, Gentiliter & non Iudaice viuis. i. Gentium & non Iudaeorum ritum seruas, cum scias & sentias discretionè ciborum nihil cōferre, quomodo cogis Gètes non quidem imperio, sed tuè cōuersationis exemplo iudicare? Et dicit cogis, quia secundum quod Leo Papa dicit, Validiora sunt exempla quam verba. In hoc ergo Paulus reprehendit Petrum, quod cum ipse esset instructus à deo, cum Iudaicè prius viueret, ne postea amplius cibos discerneret. Act. 10. Quod deus sanctificauit tu ne commune dixeris, ipse contrariū simulabat. Sciendum est autem quod occasione istorum verborum non parua controuersia est orta inter Hieronymum & Augustinum. Et secundum quod ex eorum verbis aperte colligitur in quatuor discordare videntur. Et primum in tempore legalium quando, scilicet seruari debuerunt. Nam Hieronymus duo tempora distinguit, vnum ante passionem Christi, aliud post passionem. Vult ergo Hieronymus quod legalia ante passionem Christi, viua erant, id est habentia virtutem suam, in quantum, scilicet per circuncisionem tollebat peccatum originale, per sacrificia & hostias placabatur deus. Sed post passionem non solum dicit ea non fuisse viua nec mortua, sed quod plus est ea fuisse mortifera, & quod quicumque post passionem Christi ea seruauit, peccauit mortaliter. Aug. verò distinguit tria tempora. Vnum tempus ante passionem Christi, & concordans cum Hieronymo dicit isto tempore legalia viua fuisse. Aliud tempus est post passionem Christi immediate ante gratiam diuulgatam, sicut tempus Apostolorum in principio. In quo tempore dicit Aug. legalia mortua fuisse, sed tamen non mortifera Iudaeis conuersis, dummodo ipsa seruantes spem in eis non poneret, ita quod etiam ipsi Iudaei ea seruantes tunc non peccarent. Si verò in eis spem posuissent, quicumque conuersi ea seruantes, peccassent mortaliter, quia si posuissent in eis spem, quali essent necessaria ad salutem quantum in eis erat, euacuassent gratiam Christi. Aliud tempus dicit esse post veritatem & gratiam Christi diuulgatam & in isto tempore dicit ea mortua & mortifera omnibus ea seruantibus. Ratio autem dictorum est, quia si Iudaei statim post conuersionem fuissent prohibiti ad obseruantiam legalium, visum fuisset eos pari passu ambulare cum idolatris qui statim ab idolorum cultura prohibebantur, & legalia non fuisse bona sicut nec idolatriam. Et ideo instinctu spiritus sancti permixtum est, vt legalia modico tempore seruarentur ea intentione quae dicta est, vt per hoc ostenderetur legalia tunc bona fuisse. Vnde dicit August. quod per hoc ostendebatur quod mater Synagoga cum honore deducenda ad tumulum erat, dum non statim post passionem Christi legalia prohibita sunt. Quicumque verò non eo modo ipsa seruaret, non honoraret matrem Synagoga, sed eam extruularet. Secundum discordat praedicti Hieronymus & Augustinus de obseruatione legalium quantum ad ipsos Apostolos. Hieronymus enim dicit quod Apostoli nunquam seruabant legalia, sed simulauerunt se seruare, vt vitarent scandalum fidelium qui fuerant ex circuncisione. Et hoc quidem modo dicit simulasse Paulum, quando persoluit vorum in templo Hierosolymitano, vt habetur Act. 21. Et quando circuncidit Timotheum, vt habetur Act. 16. Et quando à Iacobo monitus quaedam legalia suscepit, vt habetur Act. 15. Et hoc quidem facientes non deludebant alios, quia faciebant hoc non intendentes legalia seruare, sed propter aliquas causas, sicut quod quiescebat in sabbato non propter obseruantiam legis, sed propter quierem. Item abstinebant ab immundis secundum legem non propter obseruantiam legis, sed propter alias causas, vt potè propter abominationem & aliquid huiusmodi. Augustinus verò dicit quod Apostoli seruabant ipsa legalia, & hoc intendentes, sed tamen non ponentes in eis spem quasi essent necessaria ad salutem. Et hoc quidem licebat eis, quia fuerant ex Iudaeis, Ita tamen quod haec seruarent ante gratiam diuulgatam, vnde sicut eo tempore alij Iudaei conuersi sine periculo seruare poterant, absque quod in eis spem poneret, ita & ipsi.

Digressio inter Hieron. & Augustinum de legalibus seruandis.

Ante Christi passionem legalia erant viua.

Obseruatio legalium ante sufficientem promulgationem euangelij etiam post mortem Christi non fuit mortifera Iudaeis non ponentibus in illis spem salutis.

An verè ad simulandam seruauerint legalia Apostoli post mortem Christi.

An Petrus peccauit in obferuatione legalium cum Paulus enim reprehendit.

Approbatum sententia Augustini & presertim sententia Hieronymi.

Apostolorum conditio.

Apostolorum conuersio.

Ex conuersione Apostolorum ostenditur ueritas doctrine per Paulum. Et ex lege non est iustitia & sic non est seruanda.

Qui fuerunt iustificati in lege hoc fuit solum per fidem Christi.

Tertio discordat de peccato Petri. Na Hieronymus dicit in simulatione predicta Petru non peccasse, quia hoc ex charitate fecit, & non ex aliquo timore mundano, ut dicitur est. Augustinus uero dicit eum peccasse uenialiter tamen & hoc propter indiscretionem quam habuit nimis inherendo huic parti. [f. Iudaeorum] ad uitandum eorum scandalum. Et ualidius arguetur Augustini contra Hieronymum est, quia Hieronymus adducit pro se septem doctores, quorum quatuor. f. Laodiceum, Alexandrum, Origenem & Didimum excludit Augustinus, ut potest de haereticis infames. Aliis uero tribus opponit tres quos pro se & pro sua opinione habet. f. Ambrosium, Cyprianum & ipsum Paulum qui manifeste dicit quod reprehensibilis erat Petrus. Si ergo nephas est dicere in scriptura sacra aliquod falsum contineri. non erit fas dicere Petrum reprehensibilem non fuisse. Et propter hoc uerior est opinio & sententia Augustini, quia cum dicitur Apostoli magis concordat. Quarto discordant in reprehensione Pauli. Na Hieronymus dicit quod Paulus uere non reprehendit Petrum, sed simulatorie, sicut & Petrus simulatorie legalia seruabat. ut. f. sicut Petrus nolens scandalizare Iudeos simulabat se legalia seruare, ita Paulus ut non scandalizaret Gentes ostendit sibi displicere quod Petrus faciebat, & simulatorie eum reprehendit, faciebantque hoc quasi ex conducto, ut utrisque fidelibus sibi subditis prouiderent. Aug. uero dicit sicut Petrum uere seruasse legalia, ita Paulum eum uere reprehendisse & non simulatorie. Sed & Petrus quidem seruando peccauit, quia inde erat scandalum apud Gentiles a quibus se subtrahebat. Paulus uero non peccauit reprehendendo, quia ex eius reprehensione nullum scandalum sequebatur.

LECTIO 4.

Natura Iudaei, & non ex Gentibus peccatores. Sciens autem quod non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificatur omnis caro.

Supra ostendit ueritatem doctrinae Apostolicae praedicatae per eum ex autoritate aliorum Apostolorum, hic ostendit idem ex eorum conuersatione & exemplo. Et circa hoc duo facit. Primum ostendit propositum per Apostolorum conuersationem. Secundum aduersantium obiectionem, ibi [Quod si quaeretes iustificari, &c.] Circa primum tria facit. Primum praemittit Apostolorum conditionem. Secundum insinuat eorum conuersationem, ibi [Sciens autem quod non iustificatur, &c.] Tertium inferit intentam conditionem, ibi [Propter quod ex operibus legis, &c.] Conditio autem Apostolorum & etiam ipsius Pauli haec est, quod secundum naturalem originem ex Iudaeis processerunt. Et hoc est quod dicit, Nos. lego & Apostoli alij sumus natura. i. naturali origine Iudaei non profecti. 2. Cor. 11, Hebraei sunt & ego, &c. Et haec est magna laus, quia ut dicitur Io. 4, Salus ex Iudaeis est. Et non ex Gentibus peccatores. i. non sumus peccatores, ut Gentes ydolatrae & immunda. Sed contra est quod dicitur 1. Io. 1, Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, &c. ergo Iudaei sunt peccatores. Respondet, dicendum est quod aliud est peccantem esse, aliud peccatorem. Na primum denominatur actus: secundum uero promptitudinem siue habitum ad peccandum. Vnde scriptura iniquos & grauibus peccatoribus sarcinis oneratos peccatores appellare consueuit. Iudaei ergo propter legem superbientes, quasi per eam coerciti a peccatis, Gentes quae sine freno legis erant, & ad peccatum pronae, peccatores vocabantur. Eph. 4, Non circueferamur omni ueteri doctrinae, &c. Cum ergo dicat Apostolus, non ex Gentibus peccatores exponitur. i. non sumus de numero peccatorum qui sunt inter Gentiles, &c. Consequenter cum dicit [Sciens autem quod non iustificatur homo, &c.] Ponit Apostolorum conuersationem, quae quidem non est in legalibus, sed in fide Christi. Et circa hoc duo facit. Primum exprimit rationem Apostolicae conuersationis. Secundum ponit ipsam Apostolicam conuersationem, ibi [Et nos in Christo, &c.] Erat ergo Apostolica conuersatio in fide, & non in legalibus. Cuius ratio est, quia licet fuerimus Iudaei natura & in legalibus nutriti, tamen scientes pro certo quod non iustificatur homo ex operibus legis. i. per opera legalia, nisi per fidem Iesu Christi, ideo deserentes illa conuersamur in praeceptis fidei, Ro. 3, Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Actuum 4, Non est aliud nomen, &c. Sed contra, Rom. enim 2, dicitur, Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur, &c. Videtur ergo quod ex operibus legis iustificetur homo. Respondet, dicendum est quod iustificari, potest dupliciter accipi, scilicet iustitiam exequi, & iustum fieri. Primo autem modo homo iustificatur qui opera iustitiae facit. Non autem iustus fit aliquis nisi a deo, per gratiam. Sciendum est ergo quod opera legis quaedam erant moralia, quaedam uero ceremonialia. Moralia autem licet continerentur in lege, non tamen poterant proprie dici opera legis, cum ex naturali instinctu, & ex lege naturali homo inducatur ad illa. Sed ceremonialia dicuntur proprie opera legis. Quantumcumque ergo homo quoad executionem iustitiae ex moralibus iustificetur, & etiam ex ceremonialibus in quantum seruare ea est opus obedientiae, ut ad sacramenta pertineant, & sic accipitur secundum dictum Apostoli ad Ro. 2, Quantum tamen ad iustum fieri, ex operibus legis non iustificari homo per haec uidetur, quia sacramenta ueteris legis non conferebant gratiam. infra 4, Conuersi estis ad egea elementa, id est gratiam non conferentia, neque gratiam in se continentia. Sacramenta uero nouae legis licet sint elementa materialia: non tamen sunt elementa egea, quia in se gratiam continent, unde & iustificare possunt. Si qui autem in ueteri lege iusti erant, non erant iusti ex operibus legis, sed solum ex fide Christi, quem deus proposuit propitiatorem per fidem, ut dicitur Ro. 3, Vnde & ipsa sacramenta ueteris legis non fuerunt nisi quaedam protestationes fidei Christi, sicut & noua sacramenta, sed differunt: quia illa sacramenta gratiam Christi configurabant quasi futuram: noua autem sacramenta protestantur quasi continentia gratiam praesentem. Et ideo signanter dicit quod ex operibus legis non iustificatur homo nisi per fidem Iesu Christi: quia & si olim aliqui seruantes opera legis iustificarentur, non tamen hoc erat nisi per fidem Iesu Christi. Ex hac autem scientia Apostolorum quam habebant, quod iustificatio non est per operationem legis, sed per fidem Christi, concludit conuersationem Apostolorum eligentium fidem Christi & dimittentium opera legis. Vnde sequitur, Et nos in Christo Iesu credimus: quia ut dicitur Actuum 4, Non est aliud nomen datum, &c. Vnde sequitur, Ut iustificemur ex fide Christi. Roma. quinque, Iustificati ergo ex fide, &c. Et ne aliquis credat quod simul cum lege Christi opera legis iustificent, subiungit, Et non ex operibus legis. Rom. tertio, Arbitramur enim iustificari hominem per fidem, & cetera. Ex hoc concludit principale intentum, dicens quod si Apostoli qui sunt naturaliter Iudaei non quaerunt iustificari per opera legis, sed per fidem, quod non iustificatur omnis caro ex

operibus legis, nec homo quicumque potest iustificari per opera legis. Sumitur enim hic caro, pro homine scilicet pars pro toto. sicut Esa. 40, Videbit omnis caro salutare dei nostri. Dicens autem, Propter quod, &c. Concludit quasi a maiori. Magis enim uidetur naturale uel rationabile de Iudaeis quod per opera legis non per fidem iustificarentur quam alij, sed hoc non est. Quare &c.

LECTIO 5.

Quod si quaerentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores nunquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim quae destruxi iterum aedifico, prauaricatorem me constituo.

Questio ex dictis. Solutio. q.

Postquam Apostolus ostendit per conuersationem Apostolorum legalia non esse obseruanda, quod ipse dicebat, hic mouet quaestionem in contrarium. Et circa hoc tria facit. Primum mouet quaestionem. Secundum soluit eam, ibi [Absit, &c.] Tertium solutionem eius manifestat, ibi [Ego enim per legem, &c.] Primum dupliciter potest exponi secundum Glossam. Primum sic. Postquam enim aliquis dicit quod Apostoli deferentes legem ueniendo ad fidem Christi peccassent. Sed ex hoc Apostolus introducit quasi quoddam inconueniens, scilicet Christum esse authorem peccati, eo quod homines ad suam fidem uocat. Et hoc est quod dicit, Quod, id est, sed si nos Apostoli quaerentes iustificari in ipso, id est per ipsum, scilicet Christum inuenti sumus, id est manifeste comprobamur, & ipsi Apostoli peccatores propter legis dimissionem, nunquid Christus est minister peccati, id est inducens nos ad peccandum qui nos a statu legis ad suam fidem uocauit, infra 4, Factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. f. ab onere legis. Respondet Apostolus, Absit, quia magis est minister iustitiae. Roma. 5, Per unius obedientiam iusti constituuntur multi. 1. Petr. 2, Qui peccatum non fecit, &c. Et quod Christus non sit minister peccati abstrahens a lege ueteri, patet, quia si ego ipse quae destruxi, scilicet, superbiam gloriantem de lege, iterum aedifico uolens redire ad gloriantem de lege, prauaricatorem me ipsum constituo, resumens quae destruxi. 2. Petr. 2, Canis reuersus ad vomitum, &c. Iosue. 2, Maledictus homo qui aedificauerit Hierico. Dicit autem quae destruxi non ipsam legem, ut Manichei uolunt, quia lex sancta est. Roma. 7, sed superbiam de lege, de qua dicitur Roma. 10, Quae res suas iustitiam statuere, &c. Si quis obiciat quod cum ipse olim destruxerit fidem Christi, prauaricatorem se faciebat eam aedificans, patet responsio, quia fidem Christi conatus fuit quidem destruere. sed non prauauit propter ueritatem. Actuum 9, Quid me persequeris, durus est tibi, &c. Sed superbia legis uana erat, & ideo destrui poterat, & aedificanda non erat. Secundo modo potest exponi ut quod dicit, Inuenti sumus & ipsi peccatores, ut referatur non ad dimissionem legis, sicut nunc expositum est, sed magis ad ipsam legis obseruantiam. Manifestum enim est quod quicumque quaerit iustificari, profiteretur se non esse iustum, sed peccatorem. Est ergo sensus. Si nos quaerentes iustificari in Christo, ex hoc ipso quod quaerimus nos iustificari inuenti sumus, id est ratione comprobamur & ipsi peccatores fuisse propter hoc quod legem obseruabamus, nunquid Iesus Christus minister peccati est, ut scilicet mandauerit homines post suam passionem legalia obseruare quod sine peccato fieri non potest. Et attendendum est quod haec expositio procedit secundum opinionem Hieronymi, qui ponebat statim post passionem Christi legalia fuisse mortifera. Tertio modo potest exponi ut quod dicit, Inuenti sumus & ipsi peccatores, pertineat quidem ad statum quo lex obseruabatur: non tamen quod ipsi offenderent propter legis obseruantiam, sed propter legis defectum, quae peccatum auferre non poterat, ut sit sensus. Si quaerentes iustificari in ipso inuenti sumus & ipsi peccatores, id est peccatum habentes, lege peccatum non auferret secundum illud Ro. 3, Causati sumus Iudaeos & Graecos omnes sub peccato esse, nunquid Iesus Christus peccati minister est ut reducat nos ad obseruantiam legis in qua sub peccato eramus? Haec expositio procedit secundum expositionem Augustini. Et respondet secundum utraque expositionem, Absit: quia ego destruxi legem carnaliter intellectam spiritualiter iudicando & docendo. Vnde si iterum uellem aedificare carnalis legis obseruantias, essem prauaricator legis spiritualis. Potest & quarto modo sic exponi. Dixeram hominem non iustificari ex operibus legis. Post aliquis dicere quod nec etiam per fidem Christi, quia multi post fidem Christi acceptam, peccat. Et hoc est quod dicit, Si quaerentes iustificari in Christo, id est per fidem Christi, inuenti sumus post fidem Christi susceptam etiam ipsi nos fideles peccatores, id est in peccatis uiuentes, nunquid Iesus Christus minister peccati est & damnationis: sicut minister ueteris legis est minister peccati & damnationis? non quod lex induceret ad peccatum, sed occasionaliter: quia prohibebat peccatum & non conferebat gratiam adiuuantem ad resistendum peccato. Vnde dicitur Roma. 7, Occasione accepta, peccatum per mandatum, &c. Sed Christus dat gratiam adiuuantem. Ioan. 1, Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Vnde nullo modo est minister peccati, nec directe nec occasionaliter.

LECTIO 6.

Ego enim per legem, legi mortuus sum ut deo uiuam. Christo confixus sum cruci. Viuo autem, iam non ego: uiuit uero in me Christus. Quod autem nunc uiuo in carne: in fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non abiicio gratiam dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

Manifesta- tur solutio quaestiois statim prius mota.

Hic Apostolus solutionem superius assignatam manifestat. Et primum ponit solutionis manifestationem. Secundum concludit principale intentum, ibi [Non abiicio gratiam dei, &c.] Sed attendendum est quod Apostolus in inquirendo procedens, nullum dubium indiscussum relinquit. Et ideo uerba eius, licet uideantur intricata, tamen si diligenter aduertantur, nihil sine causa dicit, & hoc apparet in uerbis propositis. Vbi tria facit. Primum manifestat solutionem. Secundum explicat solutionis manifestationem, ibi [Christo confixus sum cruci, &c.] Tertium remouet dubitationem, ibi [Quod autem uiuo, &c.] Quia ergo Apostolus dixerat, Si enim quae destruxi, &c. quod intelligitur de ueteri lege, posset enim ab aliquo reputari legis destructor, & per consequens iniquus secundum illud Psalm. Disipaerunt iniqui legem tuam. Ideo Apostolus uult ostendere quomodo legem destruat, & tamen non est iniquus dicens, Ego enim per legem, & cetera. Vbi sciendum est quod quando aliquis disipat legem per ipsam legem, talis est prauaricator legis, non iniquus. Disipatur autem lex per legem quando in lege datur aliquod praecipuum locale seu temporale, ut scilicet lex illa tali tempore seu tali loco seruetur, & non alio, & hoc ipsum exprimitur in lege. Si quis tunc

illo tempore seu alio loco lege non vritur, destruit legem per ipsam legem, & hoc modo Apostolus destruxit legem. ¶ Vnde destruxi, inquit, quodammodo legem, tamen per legem: quia ego mortuus sum legi per legem. i. per auctoritatem legis ipsam dimisi, quasi legi mortuus. Auctoritas enim legis, per quam mortuus est legi, in multis sacrae scripturae locis habetur. Hier. 31. tamen sub aliis verbis, Cōfirmabo testamentum nouum super domum Israel, &c. Deut. 18. Prophetam suscitabit dominus de fratribus vestris, &c. Et multis aliis locis, non est ergo transgressor Apostolus legem destruēdo. Vel aliter. Ego per legē. i. spiritua lem mortuus sum legi carnali. Tunc enim moritur legi, quādo abiicit legem solutus à lege. Iuxta illud Ro. 7. Mortuo viro soluta est mulier à lege viri. In quantum verò Apostolus subiectus erat legi spirituali dicit se mortuum legi. i. solutū à legis obseruatione. Ro. 8. Lex spiritus vitæ, &c. Alius modus dimittendi legē sine prauaricatione esse potest: quia videlicet lex aliqua quādo est scripta in carta, tūc dicitur lex mortua, & quādo est in mente legislatoris, tūc dicitur lex viua. Cōstat autē q̄ si aliquis secundū verbū legislatoris operaretur cōtra legē scriptā, & solueret legē, & solueretur à lege mortua, sed seruaret legē viua secundū imperiū legislatoris. Dicit ergo secundū hoc, Mortuus sum legi scripta & mortua. i. solutus sum ab ea vt deo vi uam. i. morus meos secundū dicta ipsius dirigā & ad honorem eius ordinet. Lex enim statuta in scriptis ali quid tradit propter extraneos & eos qui ab eo verbotenus audire non possunt, sed his qui coram eo sunt, nō dicit eam scriptis, sed verbo tantum. A principio enim homines infirmi erant, ad deū accedere nō valen tes. Et ideo necesse fuit eis praecepta legis in scriptis dare, vt per legem quasi per pädagogum manuducerē tur ad hoc q̄ ab eo praecepta eius audirent, secundum quod dicitur infra 3, Lex pädagogus noster fuit in Christo, &c. Sed postquā habemus accessum ad patrem per Christum, vt dicitur Ro. 5, Nō instrui mur per legem de mandatis dei, sed ab ipso deo. Et ideo dicit, Per legem manuducemur, mortuus sum legi scripta, vt viua deo, scilicet ipsi factori legis. i. vt ab ipso instruar & dirigar. ¶ Consequenter cum dicit [Christo confixus sum, &c.] Explicat q̄ dicit. Dixerat autē q̄ est mortuus legi, & q̄ viuuit deo. Et ista duo manifestat. Primò q̄ sit mortuus legi, per hoc quod dicit, Christo confixus sum cruci. Secundò q̄ viuuit deo, cum dicit, Viuo ego, iam non ego, & cetera. Et primum quidem potest exponi dupliciter. Vno modo sicut in Glo. sic. Quilibet homo secundum carnalem originē nascitur filius irae. Eph. 2. Eramus enim natura filij irae, & cetera. Nascitur etiam in veritate peccati. Baruch 3, Inuenerasti in terra aliena, &c. Quae quidē veritas peccati tollitur per crucem Christi & confertur nouitas vitae spiritualis. Dicit ergo Apostolus, Christo confixus sum cruci. i. concupiscentia seu fomes peccati & omne huiusmodi, mortuum est in me per crucem Christi, Rom. 6, Vetus homo noster simul crucifixus est, &c. Item ex quo cum Christo confixus sum cruci & mor tuus sum peccato, & Christus resurrexit, cum resurgente etiam resurrexi. Ro. 4, Traditus est, &c. Sic ergo Christus in nobis renouat vitam nouā destructa veritate peccati. Et ideo dicit, Viuo autē. i. quia Christo cō fixus sum cruci, vigorem bene operādi habeo, iam non ego secundū carnem, quia iam nō habeo veritatē quam prius habui, sed viuuit in me Christus. i. nouitas quae per Christum nobis data est. Vel aliter. Homo quantum ad illud dicitur viuere in quo principaliter firmat suum affectum, & in quo maximē delectatur. Vnde & homines qui in studio seu in venationibus maximē delectantur, dicunt hoc eorū vitam esse: quili bet autem homo habet quandam priuatum affectū, quo quaerit quod suū est, dū ergo aliquis viuuit quaerens tantū quod suū est, soli sibi viuuit: cū verò quaerit bona aliorū, dicitur etiā illis viuere. Quia ergo Apostolus propriū affectū deposuerat per crucē Christi, dicebat se mortuū proprio affectu, dicens, Christo confixus sum cruci. i. per crucem Christi remotus est à me proprius affectus siue priuatus. Vnde dicebat infra vltim. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri, &c. 2. Co. 5, Si vnus p̄ omnibus mortuus est, ergo oēs mor tui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt iam nō sibi viuāt, sed ei, &c. Viuo autem. i. iam non viuo ego quasi in affectu habens proprium bonū, sed viuuit in me Christus. i. tantū Christū habeo in affectu, & ipse Christus est vita mea. Phil. 1, Mihi viuere Christus est, & mori lucrū. ¶ Consequenter autē cum dicit, Quod autem nunc viuo, &c. Respondet dubitationi quae poterat esse duplex ex praemisso ver bo. Vna est quomodo ipse viuuit & nō est ille. i. qui viuuit. Secunda quomodo confixus est cruci. Et ideo hac duo aperit. Et primò primū, quomodo. i. viuuit & non ipse viuuit, dicens, Quod autē nunc viuo in carne, &c. Vbi notandum est q̄ illa propriē dicitur viuere quae mouentur à principio intrinseco. Anima autem Pauli cōstituta erat inter deū & corpus, & corpus quidem viuificabatur & mouebatur ab anima Pauli, sed anima eius à Christo. Quantū ergo ad vitam carnis viuēbat ipse Paulus. Et hoc est quod dicit, Quod autem nunc viuo in carne. i. in vita carnis, sed quantum ad relationē ad deū, Christus viuēbat in Paulo. Et ideo dicit, In fide viuo filij dei, per quam habitat in me & mouet me. Abachuc 2, Iustus autē meus ex fide viuuit. Et nota quod dicit, In carne, nō ex carne, quia hoc malum est. Secundò ostēdit q̄ cōfixus est cruci, dicens, Quia amor Christi quē ostendit mihi in cruce moriens pro me, facit vt semper ei configar. Et hoc est quod dicit, Qui dilexit me. 1. Ioan. 4, Ipse prior dilexit nos. Et intantum dilexit me q̄ tradidit semetipsum pro me, & non aliud sacrificiū. Apoc. 1, Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Eph. 5, Sicut Christus di lexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, &c. Sed attendendū est q̄ ipse filius tradidit se, & pater tradi dit filiū. Ro. 8, Qui proprio filio nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & Iudas tradidit eum, vt dicitur Mat. 26, Et totum vna res est, sed non vna intētio, quia pater ex charitate, filius ex obedientia simul & cum charitate, Iudas verò ex cupiditate & proditorie. ¶ Consequenter cum dicit, [Non abiicio gratiam dei, &c.] Infert cōclusionē principalem. Et primò inducit cōclusionē. Secundò manifestat modum. Dicit ergo, Ex quo tantam gratiam recepi à deo q̄ tradidit se, & ego viuo in fide filij dei, non abiicio gratiam filij dei. i. non repudio nec ingratum me exhibeo. 1. Cor. 15, Gratia dei in me vacua non fuit, &c. Vnde & alia li tera habet, Non sum ingratus gratia dei. Hab. 12, Contemplantēs ne quis desit gratia dei. i. per ingrati tudinem se indignum fatendo. Modus autem abiiciendi & ingrati tudinis est, si dicerem q̄ lex esset necessaria ad iustificandum. Et ideo dicit, Si enim per legē iustitia, ergo Christus gratis est mortuus. i. si sufficiens sit lex. i. opera legis sufficiunt ad iustificandum hominem, Christus sine causa mortuus est & frustra, quia ad hoc mortuus est vt nos iustificaret. primā Petri tertio, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,

Manifestat
Paulus se
mortuum le
gi, & viuere
deo.

Quomodo
Paulus sit cō
fixus cruci.

&c. Quod si hoc per legem fieri posset, superflua fuisset Christi mors. Sed non gratis mortuus, nec in vacuū laborauit, vt dicitur Esa. 49, Quia per ipsum solum gratia iustificans & veritas facta est: vt dicitur Ioan. 1, Si qui ante passionem Christi iusti fuerunt, hoc etiam fuit per fidem Christi venturi in quem credebant, & in cuius fide saluabantur.

Caput 3.

O Insensati Galatae quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in vo bis crucifixus?

¶ Suprà confutauit Apostolus vanitatem & mutabilitatem Galatarum per auctoritatem euange licae doctrinae ostendens suam doctrinam authenticam fuisse ab aliis Apostolis: hic verò per ratio nem & auctoritatem ostendit hoc idem, scilicet quod legalia non sunt seruanda. Et hoc dupliciter. Primò ex in sufficientia legis. Secundò ex dignitate eorum qui ad Christum conuersi sunt, & hoc quarto cap. ibi [Dico autem quanto tempore &c.] Circa primum duo facit. Primò praeimit obiurgationem. Secundò profequi tur suam probationem, ibi [Hoc solū à vobis volo, &c.] Circa primum duo facit. primò obiurgat eos at tēdens eorum fatuitatem. Secundò rationem obiurgationis assignat ibi [Ante quorum oculos &c.] Primò er go eos de fatuitate obiurgat vocēs eos insensatos. Vnde dicit, o insensati, &c. Insensatus autem proprie dicitur qui sensu caret. Sensus autem spiritus, est cognitio veritatis, qui ergo veritate caret, proprie insensa tus dicitur. Mat. 15, Et vos sine intellectu estis. Sapient. 5, Nos insensati vitam illorū, &c. ¶ Sed contrā Mat. 5, dicitur, Qui dixerit fratri suo fatue, &c. sed fatuus idem est quod insensatus, ergo Apostolus reus est gehennae ignis. Sed dicendum est vt Aug. dicit quod intelligendum est si dixerit sine causa & animo vitupe randi, sed Apostolus ex causa dixit & animo corrigendi. Vnde dicitur in Glo. Hoc dolendo dicit. Secundò cum dicit [Quis vos fascinauit, &c.] Ostendit modum quo insensati erant effecti. Vbi primò norandū est q̄ insensatus sit aliquis multis modis. Vel quia nō proponitur sibi aliqua veritas quam cognoscere possit, vel quia & si proponatur sibi, tamen nunquam eam acceptat. Vel quia veritatem propositam, & acceptā de seruit à via veritatis recedens, & tales erant isti Galatae: qui veritatem fidei quam acceperant deserentes, ve ritatem propositam renuerunt. Suprà 1, Miror quod tam cito, & ca. Et ideo istum gradum insensationis in eis reprehendit, dicens, Quis vos fascinauit, &c. ¶ Ad sciendum autem quid sit fascinatio, sciendum est quod secundum Glo. fascinatio proprie dicitur ludificatio sensus, quae per artes magicas fieri consuevit: puta, cū hominem facit aspectibus aliorum apparere leonem vel cornutum, & huiusmodi. Et hoc etiam per dae mones potest fieri, qui habet potestatem mouendi fantasmata & reducēdi ad principia sensuum, ipsos sen sus immutando. Et secundum hanc acceptionem satis proprie dicit Apostolus, Quis vos fascinauit. qu. d. Vos estis sicut homo ludificatus, qui res manifestas aliter accipit quā sit in rei veritate: quia, scilicet vos estis ludificati per deceptiones & sophismata veritati non obedire, id est veritatem manifestam, & à vobis receptam non videtis, nec obediendo recipitis. Sapient. 4, Fascinatio nugacitatis obscurat bona. Esa. 5, Vae qui dicunt bonum malum, &c. Alio modo accipitur fascinatio secundum quod aliquis ex aspectu malio lo laeditur, & hoc maximē in vetulis quae visu vrenti & aspectu inuido fascinant pueros, qui ex hoc infir mantur & vomunt cibum. Huius causam volens assignare Auicenna in libro suo de anima, dicit quod ma teria corporalis obedit substantiae intellectuali magis quā qualitatibus actiuis & passiuis in natura. Et ideo ponit quod ad deprehensionem substantiarum intellectualium [quas vocas animas seu motores or bium] multa sunt praeter ordinem motus caeli & omnium corporaliū agērium. Eodem modo dicit quod quando anima sancta deputata est ab affectibus terrenorum & à carnalibus vitiis, accēdit ad similitudinem substantiarum dicitur & obedit ei natura. Et hinc est quod aliqui sancti viri operantur quaedam mira pre ter naturae cursum, & similiter quia anima alicuius sedata passionibus carnalibus, habet fortem appre hen sionē in malitia obedit ei natura ad transmutationem materiae, in illis maximē in quibus materia habilis est: sicut in pueris teneris contingit. Et sic contingit secundum eum quod ex forti apprehensione vetularū, in maliciam immutatur puer & fascinator. Hac autem positio satis videtur vera secundum opinionem Auicennae. Nam ipse posuit formas omnes corporales in istis inferioribus influi à substantiis incorporalibus separatis, & quod agentia naturalia non habent se ad hoc nisi vt disponētia tantum. Sed hoc quidem im probatur à Philosopho. Agens enim oportet esse simile subiecto. Non fit autem forma tantum, nec matē ria, sed compositum ex materia & forma. Id ergo quod agit ad esse corporaliū oportet quod habeat ma teriam & formam. Vnde dicit quod transmutare materiam & formam non potest, nisi id quod habet ma teriam & formam, & hoc quidem vel virtute sicut deus qui actor est formae & materiae: vel actu, sicut agēs corporeum. Et ideo materia corporalis quātum ad huiusmodi formas, nec angelis nec alicui purae creatu rae obedit ad nutū sed soli deo, vt Augustinus dicit. Vnde non est verum quod Auicenna dicit de huiusmo di fascinatione. Et ideo dicendum quod ad imaginationem seu apprehensionem hominis quando fortis est, immutatur sensus seu appetitus sensitiuus: quae quidem immutatio non est sine alteratione corporis & spirituum corporis: sicut nos videmus quod ad apprehensionem delectabilis mouetur appetitus sensiti uis ad concupiscentiam, & exinde corpus calefit. Similiter ex apprehensione timēdi, frigescit. Immutatio autem spirituum maximē inficit oculos, qui inficit rem per aspectū inficitur, sicut patet in speculo mundo quod ex aspectu menstruatae inficitur. Sic ergo quia vetulae obstinatae in malitia & durae sunt, ex forti ap pre hensione immutatur appetitus sensitiuus, & ex hoc sicut dictum est infectio maximē fit à venis ad ocu los, & ex oculis ad rem perfectam. Vnde quia caro pueri mollis est, ad eam inuidum aspectum inficitur & fascinator. Et quando quae quidem ad hunc effectū demones operantur. Dicit ergo, Quis vos fascinauit veritati non obedire: qu. d. Vos aliquādo obedistis veritati fidei, sed modò non: ergo estis sicut pueri qui ex aliquo inuido aspectu infecti qui cibum vomitis. ¶ Rationē autem obiurgationis assignat dicens [Ante quo rum oculos, &c.] Quod potest tripliciter legi. Vno modo secundum Hieronymum vt respōdeat primae ac ceptioni fascinationis, qu. d. Dico vos fascinatos, quia ante quorum oculos &c. i. proscriptio Christi qui dā natus est in mortem adeo vobis manifesta fuit, ac si ante oculos vestros fuisset: & in vobis crucifixus, id est

Obiurgatur
Galatae ob eo rum fatuitatē
& ratio obiurgationis
subditur.

Opinio Auicennae de fasci natione vetu larum.

Relictur
Auicenna.

in intellectibus vestris erat crucifixio Iesu Christi ita vt sciretis qualiter facta esset, vnde si eam non videtis modò, nec obeditis, hoc contingit, quia estis iustificati & fascinari. Contra quod dicitur Can. vii. Pone me vt signaculum super cor tuum, &c. Alio modo secundum Augustinum, q. d. Rectè fascinati estis, quia veritatem quam receperitis, scilicet Christum per fidem in cordibus vestris euomitis sicut pueri. Et hoc quia ante oculos vestros, i. in vestra presentia Iesus Christus proscriptus est, i. expellitur & eicitur de hereditate sua, qd molestum deberet esse vobis, quia què nò deberetis pati quòd ab aliis proscrberetur & expelleretur in vobis proscriptus est, i. hereditatem suam amisit in vobis, i. vospispos. Et tunc hoc quod sequitur, scilicet crucifixus, legi debet cum pondere & ostensione doloris, quia hoc addidit vt considerarent quo pretio Christus emerit possessionem, quam in eis amittebat, & ex hoc mouerentur magis. q. d. Christus proscriptus est in vobis, scilicet qui crucifixus, i. qui cruce sua & sanguine proprio acquisiuit hanc hereditatem. 2. Cor. 6, Empti enim estis pretio magno, &c. 1. Pet. 1, Non corruptibilibus auro vel argento, &c. Tertio modo secundum Ambrosium, q. d. Verè fascinati estis ante quorum oculos, i. in quorum reputatione, scilicet secundum iudicium vestrum Iesus Christus proscriptus est, i. datus non alios saluans, & in vobis, i. secundum quòd vos intelligitis crucifixus est, i. mortuus tantum, nò autem alios iustificans, cum tamen de eo dicitur, 2. Cor. vlt. Quòd si mortuus est ex infirmitate nostra, viuuit tamen ex virtute dei. Potest & quarto modo exponi secundum Glosam vt per hoc designet Apostolus gratuitam culpam eorum, quia in hoc quòd Christus deseruit legem obseruantes, & qualiter quodam modo peccabát Pilato qui Christum proscriptus, i. damnauit, cum insufficientem Christum credunt ad saluandum similes in peccado crucifixoribus Christi, qui ipsum in ligno suspenderunt morte turpissima condemnantes & afflicte. Aequalitas tamen est accipienda ex parte eius in què peccatur, quia in Christum Galatæ peccabant, sicut Pilatus & crucifixores Christi.

Lectio 2.

Ostenditur Galatis insufficientiam legis per ea quae ipsi sunt experti ex seipsis primo, & secundo ex eo quod sunt experti ex parte Pauli, & simul ostenditur virtus fidei.

Hoc solum à vobis volo discere, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, vt cum spiritu cape ritus, nunc carne consummemini. Tanta passus estis sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Posita obiurgatione, consequenter Apostolus procedit ad insufficientiam legis, & virtutem fidei ostendendam. Et primo ostendit insufficientiam legis. Secundò mouet questionem & soluit, ibi [Quid igitur lex, &c.] Et circa primum duo facit. Primò probat defectum legis & insufficientiam per ea quae ipsi experti sunt. Secundò per auctoritates & rationes, ibi [Sicut scriptum est.] Circa primum duo facit, quia primum probat propositum experimento sumpto ex parte ipsorum. Secundò probat idem experimento sumpto ex parte ipsius Apostoli, ibi [Qui ergo tribuit vobis, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit donum quod receperunt. Secundò defectum in quem inciderunt, ibi [Sic stulti estis, &c.] Donum autè quod receperunt ostendit querendo ab eis vnde illud receperunt. Vnde susceptum donum supponens, interrogans, querit ab eis, dicens, Quauis fascinati & stulti sitis, tamen non tantum estis iudicati quin vnum quòd valde manifestum est me docere possitis, Et ideò solum hoc volo à vobis discere, quia hoc solum sufficit ad probandum quod intendo: hoc, inquam, est, quia constat quòd spiritum sanctum accepistis: quare ergo an accepistis illum ex operibus legis, an ex auditu fidei? Ad quod sciendum est quòd in primitiua ecclesia ex diuina dispositione vt fides Christi promoueretur & cresceret, statim post prædicationem fidei ab Apostolis manifesta signa spiritus sancti fiebant super audientes. Vnde de Petro dicitur Act. 10, Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus &c. Ipsi etiam Galatæ ad prædicationem Pauli manifestè spiritum sanctum acceperant. Querit ergo Apostolus ab eis, vnde habuerunt spiritum sanctum. Constat autem quòd non per opera legis, quia cum essent gentiles ante receptionem spiritus sancti legem non habebant, ergo habuerunt spiritum sanctum, i. dona spiritus sancti ex auditu fidei. Rom. 8, Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, qui, scilicet dabatur in lege [vnde & cum tremore lex data est] sed accepistis spiritum filiorum, qui datur per fidem quæ est ex auditu, vt dicitur Ro. 10, Si ergo hoc potuistis fidei virtus, frustra queritur aliud per quod saluemur, quia multò difficilius est de iniusto facere iustum, quàm iustum in iustitia conseruare. Si ergo fides de iniustis Galatis, sine lege iustos fecerat, non est dubium quod sine lege poterat eos in iustitia cõseruare. Magnam ergo erat donum quod per fidem acceperant. Consequenter cum dicit [Sic stulti estis, &c.] Ostendit defectum in quem prolapsi sunt. Et exaggerat duplicem defectum in eis Apostolus, scilicet quantum ad dona quæ à Christo acceperant, & quantum ad mala quæ pro ipso pertulerunt, ibi [Tanta passus estis, &c.] Circa primum sciendum est quòd isti Galatæ deserentes quod magnū erat, scilicet spiritum sanctum adhaeserunt iniori, scilicet carnali obseruantia legis, & hoc stultum est. Et ideò dicit, Sic stulti estis, adeo vt cum ceperitis in sancto sancti spiritus, i. initium perfectionis vestrae habueritis à spiritu sancto, nunc dū perfectiores estis cõsummamini carne, id est, queratis conseruari per carnales obseruantias legis, à qua nec initium iustitiæ potest haberi. Ioan. 6, Caro non prodest quicquam, &c. Et sic ordinem peruertitis, quia via perfectionis est ab imperfecto tendere ad perfectum. Vos autem quia econuerso facitis, stulti estis. Eccl. 2, 7, Homo sanctus permanet in sapientia sicut sol, stultus vt luna mutatur. Similes isti sunt his qui incipiunt seruire deo cum feruore spiritus, postmodum deficiunt, etiam assimulantur statuae Nabuchodonosor, cuius caput aureum, & pedes lutei. Dan. 2, Et ideò dicitur Rom. 8, Qui in carne sunt, deo placere non possunt. Et infra 6, Qui seminatur in carne, de carne metet corruptionem. Consequenter cum dicit [Tanta passus estis, &c.] Exaggerat eorum defectum quantum ad mala quæ pro Christo pertulerunt, qui enim aliquid sine labore recipiunt illa minus clarè custodiunt, sed illud quod cum labore acquiritur vilipendere & non custodire stultum est. Isti autem cum labore & tribulatione magna quam passus sunt à contribulibus suis, propter fidem receperunt spiritum sanctum. Et ideò dicit [Tanta passus estis sine causa.] quasi dicat, Non contemnatis tantum donum quod cum labore accepistis, aliàs illa sine causa, i. sine utilitate passus estis, quia hæc sustinuitis vt perueniretis ad vitam æternam. Ro. 5, Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, &c. vnde si præcluditis vobis aditum vitæ æternæ deserentes fidem, querentes conseruari carnalibus obseruantis, sine causa, id est inutiliter passus estis. Et hoc dico, si tamen sine causa. Quod

Exaggeratur stultitia Galatarum.

ideò dicit, quia in eorum potestate erat pœnitere si vellent, quandiu viueret. Ex hoc autem habetur quòd opera mortificata reuiuiscunt. Sapient. 3, Labores eorum sine fructu, &c. Ga. 4, Timeo autem ne sine causa laborauerim, &c. Si verò accipiatur de malis qui non pœnitent, potest dici quòd patiuntur sine causa cõferente, scilicet vitam æternam. Consequenter cum dicit [Qui ergo tribuit vobis, &c.] probat propositum experimento sumpto ex parte Apostoli: possent enim dicere quòd verum est nos recepisse spiritum sanctum ex auditu fidei, tamen propter deuotionem quam ad legem habuimus, accepimus fidem quam prædicabas. Et ideò dicit, Non curo quicquid sit ex parte vestra, tamen illud quod ego feci tribuens vobis ministerio meo spiritum sanctum qui operatur in vobis virtutes, i. inter vos miracula, nunquid facio hoc sic ex operibus legis an ex operibus fidei? Non vtiq; ex operibus legis, sed ex fide. Sed nunquid aliquis potest dare spiritum sanctum. Aug. enim 15, de trini. dicit, quòd nullus homo purus spiritum sanctum dare potest, nec ipsi Apostoli dabant, sed imponebant manus super homines, & accipiebant spiritum sanctum. Quid ergo est quòd hic dicit Apostolus de se loquens, qui tribuit vobis spiritum sanctum? Respondeo dicendum est quòd in datione spiritus sancti tria per ordinem se habentia occurrunt, scilicet spiritus sanctus inhabitans, donū gratiæ & charitatis cum cæteris habitibus, & sacramentum nouæ legis cuius ministerio datur. Et sic potest ab aliquibus tripliciter dari. Ab aliquo enim datur sicut auctoritatem habente quantum ad tria prædicta. Respectu spiritus sancti inhabitantis, respectu doni, & respectu sacramenti: & hoc modo spiritus sanctus datur à solo patre & filio, secundum quod eius auctoritatem habent, non quidem dominij, sed originis, quia ab vtroque procedit. Sed quantum ad gratiam seu donum, & quantum ad sacramenta spiritus sancti, datur etiam se, secundum quod datio importat causalitatem spiritus sancti respectu donorum ipsius, quia vt dicit Apostolus, 1. Corin. 12, ipse diuidit singulis prout vult. Secundum autem quòd in datione importatur auctoritas, non potest proprie dici spiritum sanctum seipsum dare. Quantum verò ad sacramentum quod ministerio ministrorum ecclesiæ datur, potest dici quòd sancti per ministerium sacramentorū dant spiritum sanctum. Et hoc modo hic loquitur Apostolus secundum quod tangitur in Glo. tamen huiusmodi modus non est conseruatus neque extendendus. Dicit etiam Glo. quòd facere miracula attribuitur fidei, quia ex hoc quòd credit quæ supra naturam sunt, supra naturam operatur, & quia Apostoli prædicabant fidem quæ quædam rationem excedentia continebat, ideò oportebat ad eorum credulitatem aliqua testimonia adducere quòd missi essent à deo: quod rationem excedit. Vnde Christus dedit eis signum suum ad hoc ostendendum. Est autem duplex signum Christi. Vnum est quòd est dominus omnium. Vnde dicitur in Psal. Regnum tuum, regnum omnium seculorū, &c. Aliud est quòd est iustificator & saluator, secundum illud Act. 4, Non est aliud nomen sub celo datum hominibus, &c. Dedit ergo eis duo signa. Vnum est quòd facerent miracula, per quod ostenderent quòd missi sunt à deo domino creaturæ omnis. Luc. 10, dedit eis potestatem & virtutem super omnia dæmonia, &c. Aliud quòd darent spiritum sanctum, ministerio per quod ostēderent quòd missi sunt ab omnium saluatore. Act. 8, Tunc imponebant manus super eos, &c. Et tunc cum imposuisset illis manus Paulus, spiritus sanctus venit super illos, &c. Et de his duobus modis dicitur Hæbr. 2, Constante deo signis, & portentis & variis virtutibus & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

Lectio 3.

Sicut scriptum est credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam, cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, pronuntiauit Abrahæ quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abrahæ. Suprà probauit Apostolus experimento virtutem fidei & insufficientiam legis: hic verò probat idem per auctoritates & rationes. Et primo probat virtutem fidei in iustificando. Secundò in hoc ostendit legis defectum, ibi [Quicumque enim ex operibus legis, &c.] Primum autem probat vtens quodam sillogismo. Vnde circa hoc tria facit. Primò ostendit minorem. Secundò maiorem, ibi [Prouidens autem scriptura, &c.] Tertio infert conclusionem, ibi [Igitur qui ex fide, &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit quandam auctoritatem ex qua elicit minorem. Secundò cõcludit eam, ibi [Cognoscite ergo, &c.] Dicit ergo verè iustitia spiritus sancti est ex fide, sicut scriptum est Gene. 15, Et introducit Rom. 4, Quòd credidit Abraham deo, &c. Vbi notandum est quòd iustitia consistit in redditione debiti, homo autè debet aliquid deo, & aliquid sibi, & aliquid proximo. Sed quòd aliquid debeat sibi & proximo, hoc est propter deum. Ergo summa iustitia est reddere deo quod suum est. Nam si reddas tibi vel proximo quod debes, & hoc non facis propter deum, magis es peruersus quàm iustus, cum ponas finem in homine. Dei autem est quicquid est in homine & intellectus & voluntas & ipsum corpus: sed tamen quodam ordine, quia inferiora ordinantur ad superiora, & exteriora ad interiora. Ad bonum anima: supremum autem in homine est mens. Et ideò primum in iustitia hominis est quòd mens hominis deo subdatur, & hoc fit per fidem 2. Corinth. 10, In caritate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Sic ergo dicendum est in omnibus, quòd deus est primum principium in iustitia: & qui ideo datur, scilicet summum quod in se est, mentem ei subdendo, perfectè est iustus. Rom. 8, Qui spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Et ideò dicit [Credidit Abraham deo,] i. mentem suam deo per fidem subdidit. Eccl. 2, Crede deo & recuperabis te, &c. Et infra, Qui timetis dominum credite illi, &c. Et reputatum est ei ad iustitiam, i. ipsum credere & ipsa fides fuit ei & est omnibus aliis sufficientis causa iustitiæ, & quòd ad iustitiam reputetur ei exterius ab hominibus, sed interius datur à deo, qui eos qui habent fidem, per charitatem operantem iustificat eis peccata remittendo. Ex hac autem auctoritate concludit minorem propositionem, dicens [Cognoscite ergo, &c.] q. d. ex hoc aliquis dicitur filius alicuius quòd imitatur opera eius: si ergo vos filij estis Abrahæ, opera Abrahæ facite. Ioan. 8, Abrahæ autem non quæ sunt iustificari per circumcisionem, sed per fidem: ergo & illi qui querunt iustificari per fidem, sunt filij Abrahæ. Et hoc est quòd dicit. Quia Abraham iustus est ex fide, per hoc quòd deo credidit, & reputatum est ei ad iustitiam: ergo cognoscite quòd illi qui ex fide sunt, i. qui ex fide credunt se iustificari & saluari, hi sunt filij Abrahæ. Similitatione & instructione, Rom. 9, Qui filij sunt promissionis estimantur in semine, &c. Luc. 19, dicitur Zacheo, Hodie huic domui salus à deo facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahæ.

An homo possit dare spiritum sanctum. In datione spiritus sancti tria occurrunt.

Fidei virtus ostenditur per auctoritatem scripturæ.

hæ, &c. Et Mat. 3, Potens est deus de lapidibus istis, i. de Gentibus, suscitare filios Abraham, in quantum. I. facit eos credentes. ¶ Consequenter cum dicitur [Prouidens autem scriptura, &c.] Ponit maiorem, quæ i. est quod Abraham prænuntiatus est quod in femine suo benedicentur omnes gentes. Et hoc est quod dicitur [Prouidens autem scriptura, &c.] Inducens deum loquentē Abraham dicit Gen. 12, Quod deus prænuntiabit Abraham quod in te. i. in his qui ad similitudinem tuam filij tui erunt imitatione fidei benedicentur omnes gentes. Mat. 8, Multi uenient ab oriente & occidente, &c. ¶ Consequenter cum dicitur [Ergo qui ex fide, &c.] Infer conclusionem ex præmissis. Vnde sic potest formari argumentum. Deus pater nuntiavit Abraham quod in femine suo benedicentur omnes gentes, sed illi qui quærunt iustificari per fidem sunt filij Abraham, ergo qui ex fide sunt, id est qui quærunt iustificari per fidem benedicentur cum fidelibus, id est credente Abraham.

LECTIO 4.

Per auctoritatem scripturæ legis insufficientia ostenditur ex damno consensu ex lege, & ex insufficientia legis ad dānum remouendum. Ostenditur dāni consensum ex lege ostendatur legis insufficientia.

Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim, Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis.

¶ Supra ostendit Apostolus virtutem fidei: hinc consequenter ostendit defectum legis. Et primò per auctoritatem legis. Secundò per humanam consuetudinem, ibi [Fratres secundum hominem dico, &c.] Circa primum tria facit. Primò ostendit damnum occasionaliter ex lege consecutum. Secundò legis insufficientiam ad ipsum damnum remouendum, ibi [Quoniam autem in lege, &c.] Tertiò Christi sufficientiam quam ipsum damnum est remotum, ibi [Christus autem nos redemit, &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit intentionem. Secundò probat propositum, ibi [Scriptum est enim [Maledictus, &c.] Dicit ergo [Quicunque enim, &c.] Nam quia dixerat quod qui ex fide sunt benedicentur cum sint filij Abraham, posset quis dicere quod propter opera legis & propter fidem benedicentur, & idem hoc excludens, dicit, Quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. ¶ Sed contrā. Antiqui patres fuerunt in operibus legis, ergo sunt maledicti, & per consequens damnati, quod est error Manichæi. Ideò hoc est sanè intelligendum. Et attendendum est quod Apostolus non dicit, quicunque seruant opera legis sub maledicto sunt, quia hoc est falsum pro tempore legis, sed dicit [Quicunque ex operibus legis, &c.] i. quicunque in operibus legis confidunt & putant se iustificari per ea, sub maledicto sunt. Aliud enim est esse in operibus legis, & aliud est seruare legem, nam hoc est legem implere, & qui eam implet, non est sub maledicto. Esse uero in operibus legis, est in eis confidere & spem ponere. Et qui in eis hoc modo sunt, sub maledicto sunt. I. transgressionis: quod quidem non facit lex, quia concupiscentia non uenit ex lege, sed cognitio peccati ad quod pronus sumus per concupiscentiam per legem prohibita. In quantum ergo lex agnitionem peccati facit & non præbet auxilium contra peccatum, dicuntur esse sub maledicto, cum nequeant illud per ipsa opera euadere. Sūt autem quedam opera legis cærimonialia, quæ in obseruationibus fiebant. Alia sunt opera quæ pertinent ad mores, de quibus sunt mandata moralia. Vnde secundum Glo. hoc quod hic dicitur, Quicunque ex operibus legis sunt, &c. intelligendum est de operibus cærimonialibus, & non de moralibus. Vel dicendum quod loquitur hic Apostolus de omnibus operibus tam cærimonialibus quam moralibus. Opera enim nō sunt causa quod aliquis sit iustus apud deum, sed potius sunt executiones & manifestationes iustitiæ. Nam nullus per opera iustificatur apud deum, sed per habitum fidei, non quidem acquisitum, sed infusum. Et idem quicunque ex operibus iustificari quærunt, sub maledicto sunt, quia per ea peccata, non remouentur, nec aliquis quoad deum iustificatur, sed per habitum fidei charitate informatum. Hæbr. 11, Hi omnes testimonio fidei, &c. ¶ Consequenter cum dicitur [Scriptum est enim, &c.] Probat propositum, & hoc primò quidem secundum Glossam ostenditur per hoc quod nullus potest legem seruare hoc modo quo lex præcipit Deut. 28, Quod omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. i. qui nō impleuerit totam legem, sit maledictus. Sed impleere totam legem est impossibile, ut dicitur Act. 13, Ut quid tentatis imponere iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Ergo nullus est ex operibus legis, quin sit maledictus. Potest etiam accipi hoc quod dicitur [Scriptum est enim, &c.] Non ut probatio propositi, sed ut ostendatur eius expositio, q. d. Dico quod sunt sub maledicto, sub illo. I. de quo dicit lex, Scriptum est enim. Maledictus est omnis, &c. Ut intelligatur de maledicto. i. de peccato. Nam lex imperat bona facienda seu mala uitanda, & imperando obligat, sed non dat virtutem obediendi. Et idem dicit, Maledictus quasi malo adiectus, omnis, nullum excipiendo, quia ut dicitur Act. 10, Non est personarū acceptio apud deum. Qui non permanserit usque in finem. Mat. 24, Qui perseuerauerit usque in finem. In omnibus, non in quibusdam tantum, quia ut dicitur Iac. 2, Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Quæ scripta sunt in libro legis ut faciat ea, non solum ut credat seu uelit tantum, sed ut opere impleat. Psal. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Sancti autem patres, & si in operibus legis erant, saluabantur tamen in fide uenturi, confidentes in eius gratia, & saltem spiritaliter legem implentes. Moyses enim ut in Glo. dicitur, multa quidem præcepit quæ nullus implere potuit ad domandam Iudæorum superbiam: dicentium, Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. ¶ Sed hic est quæstio. de hoc quod dicitur, Maledictus omnis, &c. Dicitur enim Rom. 12, Benedicite, & nolite maledicere. Respondeo, dicendum est quod maledicere nihil aliud est quam malum dicere, possum ergo dicere bonum esse malum, & malum esse bonum: & rursum bonum esse bonum, & malum esse malum. Et primò quidem prohibet Apostolus, dicens [Nolite maledicere] i. nolite dicere bonum esse malum & e contra, sed secundum licet, & idem cum vituperamus peccatum maledicimus quidem, sed non dicendo bonum malum, sed dicimus malum esse malum. Et idem licet peccatorem maledicere. i. dicere eum esse malo adiectum vel esse malum. ¶ Consequenter cum dicitur [Quoniam autem in lege, &c.] Ostendit insufficientiam legis non ualentis ab illo maledicto eripere ex hoc quod iustificare non poterat. Ad quod ostendendum utitur quodam syllogismo in secunda figura & est talis. Iustitia est ex fide, sed lex ex fide non est, ergo lex iustificare non potest. Circa hoc ergo primò ponit conclusionem cum dicitur [Quoniam autem in lege nemo iustificatur.] Secundò autem maiorem cum dicitur [Quia iustus ex fide uiuit.] Tertiò minorem cum dicitur [Lex autem

Opera nō sit causa q. quod sit iustus apud deum, sed sunt executiones & manifestationes iustitiæ. I. ista autem fide per dilectionem operantur iustificamur. Probatur q. sumus consecuti damnum maledictionis ex lege.

An liceat alicui maledicere.

Legis insufficientia ex eo q. iustificare non poterat.

non est ex fide.] Dicit ergo, Dico quod per legem maledictio inducta est, nec tamen ab illa maledictione lex eripit, quia manifestum est quod nemo in lege iustificatur apud deum. i. per opera legis. Circa quod intelligendum quod illi qui negauerunt uetus testamentum, ex hoc uerbo occasione sumpserunt. Et idem dicendum est quod nemo iustificatur in lege. i. per legem. Nam per eam cognitio quidem peccati habebatur, ut dicitur Ro. 5, Sed non habebatur per eam iustificatio. Rom. 3, Ex operibus legis nullus iustificabitur. ¶ Sed contrā Iac. 2, dicitur, Nonne Abraham ex operibus iustificatus est? Respondeo, dicendum est quod iustificare potest accipi dupliciter, uel quantum ad executionem iustitiæ & manifestationem, & hoc modo iustificatur homo. i. iustus ostenditur ex operibus operatis. Vel quantum ad habitum iustitiæ infusum, & hoc modo iustificatur quis ex operibus, cum habitus iustitiæ qua homo iustificatur apud deum, non sit acquiritus, sed per gratiā fidei infusus. Et idem signatè Apostolus dicit [Apud deum,] quia iustitia quæ est apud deum in interiori corde est, iustitia autem quæ est ex operibus. i. quæ manifestat iustum, est apud homines, & hoc modo Apostolus accipit apud deum. Rom. 2, Non enim auditores, sed factores, &c. Rom. 4, Si ex his. I. quod lex iustificare non potest. ¶ Consequenter cum dicitur [Quia iustus, &c.] Ponit maiorem, quæ est ex auctoritate scripturæ. Abacuh 2, Et introducit etiam Rom. 1, & ad Hab. 10, Circa quod notandū est, quod in homine est duplex uita. I. uita naturæ & uita iustitiæ. Vita quidem naturæ est per animam. Vnde anima à corpore recedente, corpus remanet mortuū. Vita uero iustitiæ est per deum habitantem in nobis ut credere. Eph. 3, Habitare Christum per fidem, &c. Et sic dicimus quod in anima prima iudicia uitæ apparent in operibus animæ vegetabilis: quia anima vegetabilis est, quæ primò aduenit animali generato, ut Philosophus dicit: ita quia primum principium quo deus est in nobis, est fides, ideo fides dicitur principium uiuendi. Et hoc est quod hic dicitur, Iustus meus ex fide uiuit. Et intelligendum est, de fide per dilectionem operante. Minor autem ponitur, ibi [Lex autem non est, &c.] Et primò ponitur ipsa minor. Secundò produbatur, ibi [Sed qui fecerit, &c.] Dicit ergo lex nō est ex fide. ¶ Sed contrā, lex mandat credere, quod sit vnus deus, & hoc pertinet ad fidem, ergo lex habebat fidem. Quod autem sit vnus deus, mandatur Deu. 6, Audi Israel, dominus deus tuus, &c. Respondeo, dicendum est quod hic loquitur de obseruationibus mandatorum legis, secundum quod lex consistit in mandatis & præceptis cærimonialibus, & dicit quod talis lex nō est ex fide. Fides enim ut dicitur Hebr. 11, est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentiū. Et idem propriè implet mādatur de fide qui non sperat ex hoc aliqua p̄sentia & uisibilia cōsequi, sed bona inuisibilia & æterna. Lex ergo quia promittebat terrena & p̄sentia, ut dicitur Esa. 1, Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, idem non est ex fide, sed ex cupiditate potius, uel ex timore, secundū illos præcipuè qui carnaliter legem seruabant. Aliqui tamen spiritaliter uiuebant in lege, sed hoc non erat ea, sed ex fide mediatoris. Et quod lex non sit ex fide, probat cum dicitur [Sed qui fecerit ea] id est opera legis, uiuet in illis, scilicet uita p̄sentis. i. immunis erit à morte temporali & conseruabitur in uita p̄sentis. Vel aliter. Dico quod lex non est ex fide, & hoc patet, quia qui fecerit, &c. q. d. Præcepta legis non sunt de credendis, sed de faciendis, licet aliqui credendum annuntiet. Et idem uirtus eius non est ex fide, sed ex operibus: & hoc probat, quia dominus quando uoluit eam confirmare, non dixit, qui crediderit, sed qui fecerit ea, uiuet in illis. Sed noua lex ex fide est. Mat. ultim. Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Lex tamen est quoddam effigiatum & effectum ex fide, & ideo comparatur lex uetus ad legem nouā, sicut opera naturæ ad opera intellectus. Nam in ipsis operibus natura apparent quedam opera intellectus, non quod res naturales intelligant, sed quia aguntur & ordinantur ab intellectu ut finem consequantur. Sic & in ueteri lege aliqua continentur quæ fidei sunt: non quod Iudæi ea prout erant fidei haberent, sed habebant ea in figura tantum fidei Christi, & protestatione, ex cuius fidei uirtute saluabantur iusti.

LECTIO 5.

Christus autem nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum [quia scriptum est, maledictus omnis qui pendet in ligno.] ut in gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Iesu. ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

¶ Posito damno à lege illato, & defectu legis ab illo eripere non ualentis: hinc consequenter ostendit uirtutem Christi ab ipso damno liberantis. Et primò ostendit quomodo per Christum ab ipso damno liberati sumus. Secundò quomodo etiam super hoc auxilium à Christo acquirimus, ibi [Ut in gentibus, &c.] Circa primum tria facit. Primò enim ponit liberationis auctoritatem. Secundò liberationis modum, ibi [Factus seruauit opera legis erat sub maledicto] sicut dictum est. [Nec per legem liberari poterant. Ideò necesse fuit aliquem habere qui nos liberaret, & iste fuit Christus. Et idem dicit Christus redemit nos de maledicto legis. Rom. 8, Quod impossibile erat legi, &c. Deus mittens filium suū. I. Christū, &c. Redemit, in quā nos. I. Iudæos, pretioso sanguine suo. Apoc. 5, Redemisti nos in sanguine, &c. Esa. 43, Noli timere, quia redemi te. &c. De maledicto legis, id est, de culpa & p̄na. infra 4, Ut eos qui sub lege erant redimeret. Osee 13, De morte redimam eos. Modum liberationis ponit cum dicitur [Factus pro nobis maledictum.] Vbi notandum quod maledictum est quod dicitur malum. Et secundum duplex malum potest dici duplex maledictū. I. maledictū culpæ & maledictū p̄næ. Et utroq. modo potest hoc legi dupliciter [Factum pro nobis maledictū.] Et primò quidem de malo culpæ. Nam Christus redemit nos de malo culpæ factus maledictum. I. culpæ, non quidem quod in eo peccatum esset aliquod, qui peccatum non fecit nec dolus, &c. ut dicitur 1. Per. 2, sed secundum opinionem hominum, & præcipuè Iudæorum, qui reputabant eum peccatorem. Ioan. 8, Si non esset hic maledictor, non tibi tradidissent eum. Et idem de hoc dicitur 2. Corinth. 5, Eum qui non uouerat peccatum, fecit pro nobis peccatum. Dicit autem maledictum, non maledictus, ut ostendat quod Iudæi eum sceleratissimum reputabant: Vnde dicitur Ioan. 9, Non est hic homo à deo, &c. Et Ioan. 10, De bono opere non

Hæc secunda pro concordia Pauli & Iacobii & dicitur solum passiuè Pauli.

Secunda quod fides iustificet & que sit fides iustificans. Quis sit uerū q. lex non ex fide.

Ostenditur liberatio à maledicto per Christum, & modus liberationis, & quomodo ex hoc data est nobis spes & benedictio Abraham. Liberatio de maledicto per Christum. Modus liberationis.

&c.] Sit. i. ad quid lex utilis fuit. Et hanc punctuationem magis approbat Aug. vt habetur in Glo. quā alia quæ sibi primitus melior videbatur, vt distinguatur sic. Quid igitur: & postea dicatur. Lex propter transgressiones, &c. Similis dubitatio proponitur. Roma. 3. vbi sic dicitur, Quid igitur amplius Iudæo, &c. ¶ Deinde cum dicit [Propter transgressiones.] Soluit dubitationem moram, vbi quatuor facit. Primò proponit legis utilitatem. Secundò legis fructum, ibi [Donec veniret semen, &c.] Tertio legis ministerios, ibi [Ordinata par angelos.] Quarto legis dominium, ibi [In manu mediatoris.] Circa primum notandum est quod lex vetus data est propter quatuor secundum quatuor ex peccato consecuta quæ enumerat Beda. f. propter malitiam, infirmitatē, concupiscentiam & ignorantiam, Et est ergo lex primò data ad reprimendam malitiam dum. f. prohibendo peccatū & puniendo retraherentur homines à peccato, & hoc tangit, dicens [Propter transgressiones posita est lex.] i. ad transgressiones cohibendas: & de hoc habetur. 1. Tim. 1. Iusto lex nō est posita, sed iniustus. Cuius ratio potest sumi à Philosopho in 4. Ethic. Homines enim bene dispositi ex seipsum mouēt ad bene agendū & sufficiūt eis paterna monita, vnde non indigēt lege: sed sicut Ro. 2. dicitur, Ipsi sibi sunt lex, habentes opus legis scriptū in cordibus suis. Sed homines malè dispositi, indigent retrahi à peccatis per pœnas. Et ideo quantū ad istos fuit necessaria legis positio, quæ habet coartatiuum virtutē. Secundò lex data est ad infirmitatē manifestandam. Homines enim de duobus præsumebāt. Primò quidē de scientia, secundò de potētia. Et ideo deus reliquit homines absq; doctrina legis, tēpore legis naturæ. In quodum in errores inciderunt, cōiuncta est eorū superbia de fructu scientia. Sed adhuc restabat præsumptio de potētia. Dicebāt enim nō deest qui impleat, sed deest qui iubeat, vt dicitur in Glo. sup illud Exo. 24. Quicquid præceperit dominus, faciemus & erimus obediētes. Et ideo data est lex quæ cognitionē peccati faceret. Per legē enim cognitio peccati. Ro. 3. quæ tamen auxiliū gratiæ nō dabat ad vitandū peccata, vt sic homo sub lege cōstitutus & vires suas experiret & infirmitatem suā recognosceret inueniens se sine gratia peccatum vitare nō posse, & sic audius quæreret gratiā: hæc etiā causa potest ex his verbis accipi, vt dicitur quod lex posita est propter transgressiones adimplendas, quasi illo modo loquendo quo Apostolus dicit Ro. 5. Lex subintravit vt abūdaret delictū, quod non est intelligendū causaliter, sed cōsecutiue: quia lege subintrante abundauit delictū & transgressiones sunt multiplicatæ, dum cōcupiscentia nō dum per gratiā sanata in id quod prohibebatur, magis exarsit, & factū est peccatū grauius addita præuaricatiōe legis scriptæ. Et hoc deus permittebat vt homines imperfectiōe suam cognoscentes quærerent mediatoris gratiā. Vnde si gnanter dicit, Posita est quasi debito ordine collocata inter legē naturæ & legem gratiæ. Tertio data est lex ad domandā concupiscentiam populi lasciuieris, vt diuersis cerimonis fatigari neq; ad idolatriā, neq; ad laiciuitas declinarent. Vnde dicit Petrus, Act. 15. Hoc est vnus quod neq; nos, &c. Quarto ad instruendū ignorantiam data est lex in figurā futuræ gratiæ, secundū illud Heb. 10. Vmbra habet lex, &c. ¶ Deinde cum dicit [Donec veniret semen, &c.] Id est Christus de quo promiserat deus, per eū benedicendas omnes gentes. Mat. 11. Lex & propheta vsq; ad Ioannē, &c. Gen. 12. In semine tuo, &c. Ministri autē legis ponuntur, cum dicit [Ordinata] i. ordinanter data per angelos. i. per nuntios dei. f. Moysen & Aaron. Malech. 2. Legē requirent ex ore eius, &c. Angelus enim domini. &c. Vel per angelos. i. ministros angelorū. Act. 6. Accipistis legem in dispositionē angelorum, &c. Est data per angelos, quia lex nō debebat dari per filiū qui maior est. Hab. 2. Si enim qui per angelos factus est sermo, &c. Dicit autē, Ordinata, quia ordinabiliter data est. f. inter tēpus legis naturalis, qua homines conuicti sunt quod se iuuare non poterant, & tēpus gratiæ. Nam anteq; gratiam acciperent, cōuincendi erāt de lege. Dominus autē legis dicitur Christus. Et ideo dicit in manu mediatoris. i. in potestate Christi. Deut. 33. In dextera eius ignea lex. 1. Timo. 2. Mediator dei & hominū &c. Iste mediator significatus est per Moysen, in cuius manu est lex data. Deut. 5. Ego sequeretur & medius fui inter deum & vos, &c. ¶ Deinde cum dicit [Mediator autē, &c.] Exponit quod dixit. In manu mediatoris, quod potest tripliciter exponi. Vno modo quia mediator non est vnus tantum, sed duorum. Vnde cum iste sit mediator dei & hominis, oportet quod sit deus & homo. 2. Corin. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, &c. Tertio modo, quia non est mediator vnus populi tantū. f. Iudæorum, sed etiam Gentilium. Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum. Et hoc ex parte Gentium auferendo idolatriam, & ex parte Iudæorū ex obseruantia legis. Specialiter autem mediator est filius non pater, non spiritus sanctus, nihilominus tamen vnus est deus. Lectio 8.

Questio est an lex noceat gratiæ, dicitur quod non: sed ostenditur quod lex non sit contra promissam dei: immo inobsequium quod in Iudæis, manifestatum est.

Lex ergo aduersus promissam dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusit in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex pedagogus noster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pedagogo.

Hic mouet Apostolus aliam dubitationē, vtrū. f. lex noceat gratiæ. Et primò mouet dubitationē, dicens, Lex ergo, &c. Quasi. d. si lex posita est propter transgressiones, nunquid lex facit aduersus promissam dei. f. vt id quod deus promisit se facturū per semen repromissum, per alii faciat? [Absit.] q. d. Non. Nam supra eodem, Lex non irritū facit testamentum ad euacuandū promissionem, &c. Ro. 7. Lex sancta & mandatum sanctum. Secundò cum dicit [Si enim lex esset data, &c.] Soluit dubitationē. Et primò ostendit quod lex nō est contra promissam dei. Secundò quod est in obsequiū promissioni, ibi [Sed conclusit, &c.] Dicit ergo quod licet lex sit posita propter transgressiones, non tamen cōtrariatur promissioni dei, quia transgressiones ipsas remouere non potest. Si enim eas remoueret, tūc manifestè esset contra promissam dei, quia iustitia esset per alium modo

dum quàm deus promisit, quia esset per legem & nō per fidem, cum tamen dicatur Abacuh. 2. Iustus meus ex fide viuuit. Rom. 3. Iustitia dei est per fidē Iesu Christi. Et ideo dicit quod si lex esset data talis quæ posset viuificare. i. tantæ virtutis esset quod posset vitam gratiæ, & æternam beatitudinem cōferre, tunc verè & nō apparenter iustitia esset ex lege, si lex faceret quod fides facere dicitur, & sic frustra esset fides. Sed lex non iustificat, quia litera. f. legis, occidit, vt dicitur 2. Cor. 3. & Rom. 8. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, &c. ¶ Deinde cum dicit [Sed scriptura conclusit, &c.] ostendit quod lex non solum non contrariatur gratiæ, sed est etiam in obsequium. Et primò ostendit quod lex obsequitur promissis dei. Secundò quomodo hoc obsequium manifestatum est in Iudæis ibi [Prius autem quàm veniret fides, &c.] Tertio quomodo Gentiles etiam sine lege consecuti sunt promissam dei, ibi [Omnes enim filii dei estis, &c.] Circa primum sciendum est quod lex obsequitur promissis dei in generali quantum ad duo. Primò quia manifestat peccata. Ro. 3. Per legem cognitio peccati. Deinde quia manifestat infirmitatem humanam, in quantum homo non potest vitare peccatum, nisi per gratiam, quæ per legem nō dabatur. Et sicut ista duo. f. cognitio morbi & impotentia infirmi, multum inducunt ad quærendum medicum: ita cognitio peccati & propriæ impotentie inducunt ad quærendum Christum. Sic ergo lex obsecuta est gratiæ, in quantum præbuit cognitionem peccati & experientiam propriæ impotentie. Et ideo dicit [Scriptura,] id est lex scripta [conclusit,] i. tenuit in cludat Iudæos [sub peccato,] id est ostendit eis peccata quæ faciebant. Ro. 7. Concupiscentiam nesciebāt, &c. Item conclusit, quia veniente lege sumpturunt occasionem peccati. Rom. 11. Conclusit deus omnia in incredulitate, &c. Et hoc ideo, vt homo quæreret gratiam. Et ideo dicit, Vt promissio. i. gratia, repromissa daretur non solum Iudæis, sed omnibus credentibus, quia illa gratia poterat liberare à peccatis, & hæc gratia est ex fide Iesu Christi. ¶ Deinde cum dicit [Prius autem quàm veniret, &c.] Ponit experimentum huius obsequii manifestatum in Iudæis. Et primò ponit obsequium Iudæorum. Secundò concludit quoddam correlarium, ibi [Itaq; lex pedagogus, &c.] Dicit ergo si scriptura. i. lex scripta, detinuit omnia sub peccato quas utilitates habebant Iudæi ex lege anteq; veniret fides ex gratia. Respondet & dicit, Nos Iudæi ante aduentum fidei custodiebamur sub lege, in quantum faciebatur nos vitare idolatriam & multa alia mala, custodiebamur, inquam, nō sicut liberi, sed quasi serui sub timore. & hoc sub lege. i. sub onere legis & dominio. Ro. 7. Lex in homine dominatur quanto tēpore viuuit, &c. Et custodiebamur cōclusi. i. seruati ne deslueremus ad vitia, sed præpararemur in eā. tam bonā fidē quæ reuelanda erat, Esa. 56. Iuxta est salus mea, vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Et dicit reuelanda, quia cum fides excedat omne humanū ingenium, nō potest per propriū sensum haberi, sed ex reuelatiōe & dono dei. Esa. 40. Reuelabitur gloria domini, &c. Vel in eam fidē quæ reuelanda erat tēpore gratiæ, in antiquis temporibus multis signis latens. Vnde & tēpore Christi velum templi scissum est. Mat. 27. ¶ Cōsequenter cū dicit [Lex pedagogus, &c.] Concludit quoddam correlariū. Et primò ostendit legis officium. Secundò officii testationē, ibi [At vbi venit plenitudo tēporis, &c.] Officium autē legis fuit officium pedagogi. Et ideo dicit [Lex pedagogus noster, &c.] Quamdiu enim hæres nō potest cōsequi beneficium hereditatis, vel propter defectū ætatis seu alicuius debitæ perfectionis. cōseruatur & custoditur ab aliquo instructore, qui quidē instructor pedagogus dicitur, à pædos quod est puer, & gogē quod est ductio. Iudæis autē promissa erat benedictio futuri seminis de hereditate obtinenda, sed non dū adueniret tempus ipsius hereditatis cōsequendæ. Et ideo necessarium erat quod cōseruarentur vsq; ad tēpus futuri seminis & cohiberentur ab illicitis, quod factū est per legē. Et ideo dicit [Itaque, &c.] q. d. Ex quo sub lege custodiebamur, lex fuit noster pedagogus. i. dirigens & cōseruans in Christo in viam Christi. Et hoc ideo vt ex fide Christi iustificaremur. Osee 11. Puer Israel & dilexi eum. Hiere. 31. Castigasti me domine, & eruditus sum, &c. Ro. 3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem, &c. Et quāuis lex pedagogus noster esset, nō tamen ad perfectam hereditatē ducebat, quia vt dicitur Hab. 7. Ne minem ad perfectū adduxit lex, &c. Sed hoc officium cessauit postquam venit fides. Et hoc est quod dicit, [At vbi venit fides] f. Christi iam non sumus sub pedagogo. i. sub coactione, quæ non est necessaria liberis. 1. Cor. 13. Cū essem paruulus, &c. cum autem factus sum vir, &c. 2. Cor. 13. Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt, &c. Lectio 9.

Omnes enim filii dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis: Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi: ergo semen Abraham estis, secundum promissionem heredes.

Hic ostendit Apostolus quod ad fructum gratiæ Gentiles sine obsequio legis peruenerūt, ad quē tamen Iudæi perducti sunt per legis custodiā & obsequium. Et circa hoc tria facit. Primò proponit intentū. Secundò manifestat propositū, ibi [Quicumque enim in Christo, &c.] Tertio ex hoc argumentatur, ibi [Si autem vos Christi, &c.] Dicit ergo verè non sumus sub lege. i. sub pedagogo & coactione, quia sumus filii dei. Similiter & vos neq; sub lege, neq; sub pedagogo estis, quia. f. ad gratiā peruenistis. Ideo omnes estis filii dei per fidem, nō per legem. Ro. 8. Non enim accepistis spiritu seruitutis. f. timoris qui dabatur in lege veteri, sed accepistis spiritu filiorū. f. charitatis & amoris qui datur in noua lege per fidē. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri, &c. Si ergo filii dei estis per fidē, quare vultis esse serui per legis obseruatias? Nā sola fides homines facit filios dei adoptiuos. Nullus siquidē est filius adoptiuus, nisi vnatur & ad hæret filio naturali. Ro. 8. Quos præsciuit cōformes fieri imaginis filii eius, &c. Fides em facit nos in Christo Iesu filios. Eph. 3. Habitare Christum per fidē in cordibus vestris. Et hoc in Christo Iesu. i. filii dei estis per Iesum Christum. ¶ Consequenter cū dicit [Quicumque enim in Christo, &c.] Manifestat propositū. Et circa hoc tria facit. Primò proponit propositū manifestationis. Secundò manifestationis expositionē, ibi [Non est Iudæus, &c.] Tertio assignat manifestationis rationē, ibi [Omnes enim vnū sumus, &c.] Manifestat autē circa primum quomodo sumus in Christo Iesu filii dei. Et hoc est quod dicit [Quicumque enim in Christo Iesu, &c.] Quod potest quadrupliciter exponi, vno modo vt dicatur, Quicumque in Christo Iesu baptizati estis. i. institutiōe Christi ad baptismū instructi estis. Mar. vlt. Euntes in mundū vniuersum, prædicatē euāgelium omni creatura, &c. Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Alio modo quicumque in Christo Iesu baptizati estis. f. per

Ostenditur quod nullus sit sub lege sed filii dei per fidem omnes.

Quæ Christi non sunt in Christo ostenditur.

stantia scuti de nouo fiat, sed quod ei de nouo albedo accesserit, ita ex hoc quod filius dei de nouo carnem assumpsit, non oportet dicere quod persona Christi de nouo sit facta: sed quod natura humana ei de nouo aduenit, sicut corpori cum absque sui mutatione quadam accidunt. Aliqua enim adueniunt alicui & immutat ipsum, sicut forma & qualitates absolute: quaedam vero absque mutatione adueniunt, & huiusmodi est assumptio carnis secundum quod dicit relationem. Unde per hoc, persona uerbi in nullo mutatur. Et inde est quod in diuinis ueritur his quae relatione significant etiam ex tempore. Unde dicimus, Domine refugium factus es nobis: & quod deus factus est homo. Non autem ueritur formis & qualitatibus absolutis, ut deus factus est bonus, sapiens, & huiusmodi. Item uitandus est error, Hebeonis, qui dicit Christum ex Ioseph femine esse natum motus ad hoc ponendum per hoc quod dicit, ex muliere. Nam secundum eum mulier tantum importat corruptionem, secundum illud Gen. 3, Mulier quam dedisti mihi, &c. uocat enim eam mulierem, quae tamen adhuc erat uirgo. Per hoc etiam quod dicitur, ex muliere factus, destruantur duo errores. Valentinus dicens Christum non sumpsisse corpus de uirgine, sed artulisse illud de caelo, & per beatam uirginem sicut per fistulam seu cannalem transiisse. Sed hoc est falsum, quia si uerum esset quod dicit, non fuisset factus ex muliere, ut Apostolus dicit. Haec enim praepositio, ex, causam materiale designat. Item error Nestorij dicens beatam uirginem non esse matrem filii dei, sed filii hominis, quod falsum esse ostenditur per hoc quod dicit Apostolus hic. Quod misit deus filium suum factum ex muliere. Qui enim fit ex muliere, est filius eius. Si ergo filius dei est factus ex muliere, scilicet ex beata uirgine, manifestum est quod beata uirgo est mater filii dei. Licet autem possit dici natus ex muliere, signat tamen dicit factum, & non natum. Nasci enim aliquid est ipsum produci solum ex principio coniuncto, sed fieri est produci ex principio separato. Arca enim fit ab artifice, sed fructus nascitur ex principio coniuncto, quia materia sui corporis sumpsit ex uirgine. Unde secundum hoc dicitur nasci de ea. Mat. 1, De qua natus est Iesus, &c. Aliud est principium actuum quod quidem in Christo quantum ad id quod principium habuit, id est quantum ad formationem corporis non fuit coniunctum, sed separatum, quia uirtus spiritus sancti formauit illud. Et quantum ad hoc non dicitur natus ex muliere, sed factus quasi ex principio exteriori. Ex quo patet quod hoc quod dicit ex muliere, non dicit corruptionem, quia dixisset natus & non factum. Quarto adaptat similitudinem quantum ad subiectionem cum dicit factum sub lege. Sed contra est quod dicitur, infra 5, Si spiritu ducimini non estis sub lege. Si ergo Christus non solum est spiritualis, sed etiam dator spiritus, incommuni uideretur dici quod sit factus sub lege. Respondeo. Dicendum est quod esse sub lege dicitur dupliciter. Uno modo ut ly, sub, denotet solam obseruantiam legis, & sic Christus fuit factus sub lege, quia circumcisus fuit, & in templo praesentatus. Mat. 5, Non ueni legem soluere, &c. Alio modo, ut ly, sub, denotet oppressionem. Et hoc modo ille dicitur esse sub lege, qui timore legis opprimitur & hoc modo nec Christus, nec uiri spirituales dicuntur esse sub lege. Consequenter cum dicitur ut eos qui sub lege, &c. ponit fructum rei in qua similitudo adaptatur, quod ideo uoluit isto tempore fieri subiectus, ut haeredes fierent magni & liberi. Et haec duo ponit, & primum fructum liberationis contra subiectionem. Et ideo dicit, ut eos qui sub lege erant, id est sub maledictione & onere legis liberaret. supra 3, Christus nos redemit de maledictione legis, &c. Secundo fructum exaltationis, in quantum adoptamur in filios dei per hoc quod accipimus spiritum Christi & conformamur ei. Rom. 8, Si quis spiritum Christi non habet, &c. Et haec adoptio specialiter competit Christo, quia non possumus fieri filii adoptiu, nisi conformemur filio naturali. Rom. 8, Quos praesciuit conformes fieri imaginis filii eius, &c. Et quantum ad hoc dicit, ut adoptionem filiorum reciperemus, id est ut per filium dei naturalem efficeremur filii adoptiu.

Lectio 3.

Ostenditur beneficium adoptionis filiorum etiam pertinere ad Gentiles.

Quoniam autem estis filij dei: misit deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem, abba pater. Itaque iam non est seruus, sed filius: quod si filius, & haeres per deum.

Supra Apostolus ostendit beneficium Iudaeis exhibitum: hic ostendit hoc beneficium etiam ad Gentiles pertinere. Et primum proponit ipsum beneficium. Secundo modum adipiscendi, ibi Misit deus spiritum, &c. Tertio manifestat eius fructum, ibi Itaque iam non est, &c. Dicit ergo, Quod beneficium adoptionis filiorum dei non solum pertinet ad eos qui sub lege erant, sed etiam ad Gentiles. Et ideo dicit, Quoniam estis filij dei, id est quod sitis filij dei ista de causa factum est, quia non solum Iudaei, sed etiam omnes alij qui in filium dei credunt, adoptantur in filios, &c. Io. 1, Dedit eis potestatem filios dei fieri, &c. Modus autem adipiscendi illud donum, est per missionem spiritus filii dei in corda uestra. Aug. autem dicit quod Christus in carne existens praedicauit Iudaeis principaliter: Gentibus autem per functionem. Ro. 15, Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, &c. Et ideo quicquid pertinet ad statum Iudaeorum conuenienter attribuitur Christo. Et quia possent dicere isti, Galatas non esse adoptatos in filios dei, cum Christus ex eis carne non sumpsit, nec eis praedicauerit, unde non uidebantur in aliquo Christo coniungi. Ideo Apostolus modum huius adoptionis demonstrans, dicit, quod & si non fuerunt coniuncti Christo secundum carnem, scilicet, quantum ad Genesim, neque secundum praedicationem: tamen fuerunt coniuncti per spiritum, & ex hoc adoptati sunt in filios dei. Unde conuersio Gentilium specialiter attribuitur spiritui sancto. Et ideo Petrus quando fuit reprobatus a Iudaeis quod iussit praedicare Gentibus excusauit se per spiritum sanctum, dicens, Actuum 11, Non posse resistere spiritui sancto, cuius instinctu, hoc fecerat. Et ideo quia misit deus per spiritum filium suum in corda uestra Iudaeorum, scilicet, & Gentium coniungimur Christo, & per hoc adoptamur in filios dei. Sed sciendum est quod si alicubi in scriptura inuenitur spiritus sanctus mitti a patre, Ioann. 14, Paraclerus autem spiritus sanctus, quem mittet pater, &c. aliquando uero a filio, Ioan. 15, Cum uenerit paraclerus quem ego mittam uobis, &c. nihilominus tamen spiritus sanctus communis est patri & filio, & ab utroque procedit, & ab utroque datur. Et ideo est quod ubique inuenitur quod pater mittat spiritum sanctum, sit mentio de filio: sicut in praemissa auctoritate dicitur, quem mittet pater in nomine meo. Et similiter ubi dicitur, mitti a filio, sit mentio de patre. Unde dicit, Quem mittam uobis a patre. Et etiam hic cum dicit, Misit deus pater spiritum sanctum, statim sit mentio de filio, cum dicit, Filij sui. Nec refert si alicui

bi dicitur spiritu sanctus solum a patre procedere, quia ex quo filius mittit eum, manifestum est quod ab ipso procedit, unde spiritus sanctus dicitur spiritus filij sicut mittetur, & sicut a quo procedit, & sicut a quo habet spiritus sanctus quicquid habet sicut & a patre. Io. 15, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, &c. Dicit autem in corda, quia duplex est generatio. Una carnalis quae fit per semine carnale missum in loco generationis, quod quidem semen licet sit quantitate paruum, tamen uirtute continet totum. Alia est spiritualis, quae fit per semen spirituale transmissum in locum spiritualis generationis: qui quidem locus est mens seu cor hominis, quia in filios dei generamur per mentis renouationem. Semen autem spirituale, est gratia spiritus sancti. Io. 1, vlt. Qui natus est ex deo, non peccat: quonia generatio dei conseruat eum, &c. Et hoc semen est uirtute continentis totam perfectionem beatitudinis. Unde dicitur pignus & arra beatitudinis. Ephes. 1, Ezech. 39, Dabo spiritum nouum, &c. Clamantem, id est clamare facientem, Abba pater, non magnitudine uocis, sed magnitudine, & feruore affectus. Tunc enim clamamus, Abba pater, quando per affectum accendimur calore spiritus sancti ad desiderium dei. Ro. 8, Non accepistis spiritum seruitutis, &c. Abba pater, &c. Item autem est in significatione, abba, quod est Hebraeus, & pater, quod est Latinum, & patir, quod est Graecum. Et utriusque ponit, ut ostendat quod gratia spiritus sancti communiter se habet, quantum ad utrumque populum quantum est ex se. Consequenter cum dicitur Itaque iam non est seruus, &c. ponit fructum huius beneficij. Et primum quantum ad remotionem omnis mali, a quo liberamur per adoptionem spiritus sancti, & haec est liberatio a seruitute. Et quantum ad hoc dicit, Itaque, quia spiritus clamatur in nobis pater, iam a tempore gratia non est aliis nostrum, qui in Christum credimus, seruus in timore, scilicet seruus. Ioan. 15, Iam non dicam uos seruos, sed amicos, &c. Roma. 8, Non accepistis spiritum seruitutis, &c. sed est filius. Ro. 8, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. Licet enim conditione serui sumus, quia dicitur Luc. 17, Cum feceritis omnia quae praecpta sunt uobis, dicit serui inuiles sumus: tamen non sumus serui maliuoli, ex timore, scilicet seruientes, quia tali seruo debentur tortura & coepedes: sed sumus serui boni & fideles, & amore seruientes, & ideo libertatem per filium consequimur, Ioan. 8, Si filius uos liberauerit, uere liberi eratis. Secundo ponit fructum quantum ad consecutionem omnis boni, & quantum ad hoc dicit, Quod si filius, & haeres per deum. Roma. 8, Si filij & haeredes, haeredes quidem dei, &c. Haec autem haereditas est plenitudo omnis boni, cum nihil aliud sit quam ipse deus, secundum illud Psal. Dominus pars haereditatis meae, &c. Gen. 15, Dixit ad Abraham, Ego merces tua magna nimis, &c. Dicit per deum, quia sicut Iudaei haereditatem adepti sunt per dei reuersionem & iustitiam, ita & Gentiles per deum, id est per dei misericordiam. Roma. 15, Gentes autem super omnia honorare deum, &c. Vel per deum, id est per dei operationem. Esa. 26, Omnia opera nostra operatus es in nobis domine.

Lectio 3.

Ed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non sunt dii, seruebatis. Nunc autem cum cognoueritis deum, immo cognitisis deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis? Dies obseruatis, & mensibus, & temporibus, & annis. Timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis. Estote sicut ego, quia & ego sicut uos.

Postea dignitate beneficij gratiae, & ostensa per exemplum humanum: hic Apostolus arguit Galatas qui hanc gratiam contemnebant, ut pote ingrati tanto beneficio. Et primum arguit eos de ingratitude. Secundo excusat se quod hoc non facit ex odio & liuore, ibi Fratres obsecro uos, non me laesistis, &c. Circa primum tria facit. Primum commemorat statum pristinum. Secundo extollit, & commendat beneficium susceptum, ibi Nunc autem cum cognoueritis, &c. Tertio exaggerat peccatum commissum, ibi Quomodo conuertimini, &c. Dicit ergo, Sed tunc, &c. q. d. Nunc estis filij & haeredes per deum: sed tunc quidem, cum Gentis essetis. Eph. 5, Eratis aliquando tenebrae, &c. Ignorantes deum, per infidelitatem seruebatis cultu latriae, his qui non sunt natura dii, sed opinione hominum. Cor. 12, Cum Gentis essetis ad simulachra muta prout ducebamini euntes, &c. Rom. 1, Seruierunt creaturae potius quam creatori, &c. Hoc autem quod dicit, Qui natura non sunt dii, est ad confutationem Arianorum dicentium Christum deum non esse deum per naturam. Quod si uerum esset, non esset ei exhibendus cultus latriae, & quicunque exhiberet ei esset idolatra. Sed potest obici, quia nos adoramus carnem & humanitatem Christi, ergo sumus idolatrae. Sed dicendum est quod licet adoremus carnem seu humanitatem Christi, adoramus tamen eam ut unitam personae diuini uerbi, quod quidem uerbum est suppositum diuini. Unde cum adorator debeat supposito diuinae naturae, quicquid in Christo adoratur, absque errore fit. Consequenter cum dicitur Nunc autem cum cognoueritis, &c. commemorat acceptum beneficium. q. d. Si ignorantes eratis & peccabatis, tolerari poterat: nam ceteris paribus grauius est peccatum in Christiano quam in Gentili. Sed nunc cum cognoueritis deum, id est sitis conducti ad dei cognitionem, grauius peccatis quam olim, seruendo & ponendo spem in his in quibus non debetis. Hier. 31, Omnes cognoscet me, &c. Sed hoc quod dicit, immo cognitisis deo, uideretur contrarietatem habere, cum deus ab aeterno omnia cognouerit. Eccl. 23, Domino enim deo antequam crearentur omnia agnita, &c. Sed dicendum hoc causa liter esse dictum, ut sit sensus, immo cognitisis deo, id est deus fecit quod uos cognosceretis eum. Sic enim deus dicitur cognoscere, in quantum est causa cognitionis nostrae. Et ideo, quia supra dixit, Cum cognoueritis deum, quae fuit uera locutio, statim corrigat & explicat eam praefigurata inueniendo quod non possumus deum cognoscere ex nobis, nisi per ipsum. Io. 1, Deum nemo uidit unquam, sed unigenitus qui est in sinu patris, &c. Consequenter exprobat peccatum commissum, dicens Quomodo conuertimini, &c. Et primum exaggerat eorum peccatum. Secundo ostendit imminens periculum, ibi Timeo uos ne forte, &c. Tertio reducit eos ad salutis statum, ibi Estote sicut ego, &c. Circa primum duo facit. Primum proponit peccatum commissum. Secundo de peccato commissio eos conuincit. ibi Dies obseruatis, &c. Sciendum est autem quod haec littera dupliciter legitur. Uno modo quia isti Galatae a fide conuertebantur ad idololatriam, & ideo dicit, Quomodo conuertimini a fide iterum. d. denuo. 2. Pet. 2, Melius erat eis non cognoscere uiam iustitiae, quam post, &c. Psal. Conuersi sunt retrorsum, &c. A deo elementa. mundi quae sunt infirma, per se subsistere non ualentia, quia in nihilum deciderent, nisi ea manus cuncta regentis teneret: secundum illud Hab. 1, Portas omnia uerbo uirtutis suae, &c. Et egena, quia egret deo & seipis ad inuicem, ad conplectum uniuersi, quibus, scilicet elemenis denuo, iterum seruire uultis seruitute. latriae. Probatio huius manifeste apparet quae obseruatis dies, scilicet faustos & infastos, & menses, &

Duplex est generatio.

Argumentum Galatae in gratitudinis statum pristinum ueniamur, benedictum susceptum extollendo, & peccatum commissum exaggerando.

tempora, & annos. i. constellationes & cursum corporum caelestium, quae omnia ortum habent ab idolatria. Contra quod dicit. I. hic. 10. A signis caeli nolite metuere quae geres, &c. Et quod observationes huiusmodi mala sunt, & contra cultum Christianae religionis, patet: quia distinctio dierum, mensium, annorum, & temporum attenditur secundum cursum solis & lunae. Et ideo tales temporum distinctiones observantes venerantur corpora caelestia, & disponunt actus suos secundum iudicium astrorum, quae nulla directam impressionem habent in voluntate hominis & in his quae dependunt a libero arbitrio. Et ex hoc imminet grane periculum. Vnde dicit, Timeo ne forte sine causa. i. inutiliter laboraverim in vobis. Et ideo cavendum est fidelibus talia observare, sed nulla debet esse eis suspitio harum rerum, quia prosperè potest cedere quicquid sub dei devotione simpliciter agitur. Sed nunc quid licet in aliquo cursum stellarum servare? Dicendum est quod corpora caelestia quorundam quidem effectuum causa sunt. s. corporalium, & in istis licet ipsorum cursum attendere: quorundam autem non sunt causa. s. eorum quae dependent a libero arbitrio, seu à fortuna, vel infortunio, & in istis servare cursum astrorum pertinet ad idolatriam. Sed licet haec lectura sustineri possit, non tamen est secundum intentionem Apostoli. Cum enim ipse in tota praecedenti serie huius epistolae, & in sequenti arguat Galatas de hoc quod à fide transulerunt se ad observantiam legis, ideo magis ad propositum exponitur de hoc quod ad legales observantias convertuntur. Vnde dicit, Cum cognoveritis deum per fidem, quomodo convertimini à fide ad elementa. i. ad literalè legis observantiam? quae dicitur elementa, quia fuit prima institutio divini cultus, elementa dico infirma, quia non perficit iustificando. Heb. 7. Neminè ad perfectum adduxit lex egena, quia non confert virtutes & gratiam adiuuando per se. Sed quid est quod dicit, Convertimini. Et videtur hoc inconuenienter dictum Similiter & hoc quod dicit, denuo. Nam isti nec Iudaei fuerat, nec aliàs legalia seruauerant, Ad quod dicendum est quod cultus Iudaeorum medius est inter cultum Christianorum & Gentilium. Nam Gentiles colebant elementa ipsa tanquam via quadam: Iudaei verò elementis quidem non seruiebant, sed deo sub ipsis elementis in quantum observationibus corporalium elementorum deo cultum exhibebant. supra eodem, Sub elementis huius mundi eramus seruientes. Christiani verò seruunt deo sub Christo. i. in fide Christi. Quando autè aliquis peruenit ad terminum transacto medio, si iterum redire velit ad medium, idem videtur ac si velit redire ad principium. Et ideo Apostolus, quia isti iam peruenierant ad terminum. s. ad fidem Christi, & nunc redierunt ad medium. s. ad cultum Iudaeorum, inde est quod propter quaedam conformitatem medii ad principium dicit eos conuerti ad elementa, & denuo eis seruire. Et quod ita sit probat, cum dicit, Dies obseruatis Iudaico ritu. s. sabata, & decimum primi mensis, & huiusmodi quae dicuntur in glo. Menses. i. neomenias, vt primum & septimum mensis, vt habetur Leui. 23. Tempora. s. egressions de Aegypto, & quod Hierosolymam tribus vicibus veniebant per singulos annos. Item annos Iubilei, & septimum annum remissionis. Et ex hoc sequitur periculum, quia ex hoc nihil prodest fides Christi. Vnde dicit, Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis, sed ne ita sit, estote sicut ego. Hoc in glo. tripliter legitur. Primo modo sic, Estote sicut ego. s. legè deseretes sicut ego dimisi. Secundo modo sic, Estote sicut ego, errorè. s. pristinum corrigentes, sicut ego errorem meum correxì. Et hoc potestis, quia ego supple, sum sicut vos, & tamen de errore meo correctus sum. Tertio modo sic, Estote sicut ego. s. sine lege viuentes, quia ego supple qui legè habui, & in lege natus sum] modò sum sicut vos, supple fuitis. s. sine lege.

In quibus licet attendere & seruare cursum stellarum.

Ostendit Apostolus se non odio reprehendisse Galatas, ostendens se non habuisse odij causam in eos, nec veram nec presumptam immopotius causam amoris.

Ostendit Paul. quod habet causam amoris ad Galatas.

Rares, obsecro vos. Nihil me laesistis. Scitis autem, quia per infirmitatem carnis euangelizavi vobis iam pridem, & imitationem vestram in carne mea, non spreuistis, neque respicistis, sed sicut angelum dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros emiseris, & dedissem vobis. Ergo inimicus vobis factus sum? Veru dicens vobis? Amulantur vos non bene? sed excludere vos volunt: ut illos emulemini. Bonum autem emulamini in bono semper. & non tantum cum praesens sum apud vos. Postquam reprehendit Apostolus Galatas, hic ostendit se hoc non ex odio fecisse. Et primò ostendit se non habere causam odij ad eos vllam. Secundo quod nec habet causam estimatam, ibi [Ergo inimicus factus sum vobis, &c.] Tertio assignat causam praemissè reprehensionis, ibi [Filioli mei, &c.] Circa primu duo facta cit. Primò ostendit quod non habet causam odij ad eos. Secundo quod magis habet causam amoris, ibi [Scitis autem quod per infirmitatem, &c.] Circa primum notandū est quod consuetudo est boni pastoris in correctio ne subditorum asperis dulcia miscere: ne. s. ex nimia seueritate frangantur. Luc. 10. legitur de Samaritano, quod in curatione leuciatii infudit vinu & oleum. Et contra de malis pastoribus dicitur Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis. Et ideo Apostolus sicut bonus praelatus ostendit quod non ex odio increpat eos, blandè loquedo eis quantum ad tria, primò quantum ad charitatis nomen. Vnde dicit, Fratres, Psal. Ecce quod bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Secundo quantum ad modestiam verbum. Vnde dicit, Obsecro vos. Prouer. 19. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Tertio quantum ad excusationem. Vnde dicit, Nihil me laesistis & ego non sum talis quod habeam odio illos qui me non offendunt. Secundo ostendit se ad eos habere causam amoris cum dicit [Scitis autem quod per infirmitatem, &c.] Vbi tria ponit ex quibus homines se diligere consueverunt: primu est mutuum societatis auxiliu, & ex hoc etiam amor in hominibus confirmatur: secundum illud Luc. 22. Vos estis qui permanistis mecum, &c. Et quantum ad hoc dicit, Scitis autem, &c. Vbi primò commemorat tribulationem quam passus est apud eos. Secundo ostendit quomodo ei assistierunt, ibi [Et tentatione nostram, &c.] Dicit ergo quantum ad primum, Dico quod nihil me laesistis, immo seruistis mihi. Scitis enim. i. recordari poteritis quod euangelizavi vobis iam pridem. i. transacto tempore, per infirmitatem carnis. i. cum infirmitate & afflictione carnis meae, vel cum multis tribulationibus quas patiebar à Iudaeis qui sunt de carne mea] me persequebatur. 1. Corint. 2. Cum timore & tremore multo fui apud vos. 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Et licet haec infirmitas fuerit causa spernendi me, & tentationis vestrae, secundum illud Zacha. 13. Percute pastorem, & dispergentur oues, &c. vos tamen tentatione vestram quae erat in carne mea, id est, tribulationem meam, quae erat vobis causa tentationis, non spreuistis. Eccl. 11. Non spernas hominem in visu suo. Quia vt dicit dominus, Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit, &c. Neque, re-

LECTIO 4.

spernitis doctrinam meam & me, quin velletis esse socij tribulationum. Esa. 33. Vae qui spernis, nonne & ipse sperneris, &c. Secundo autem quod confirmat inter homines dilectione, est mutuu amor & mutua dilectio adinuicè: secundum illud Prou. 8. Ego diligetes me diligo, &c. Et quantum ad hoc dicit, Sed sicut angelu dei excepistis me. i. ita honorificè sicut nuntiu verba dei nuntiarem. 1. Theff. 2. Cum accepissetis à nobis verbu auditus dei, &c. Et inde est quod pradicatores dicuntur angeli, Mala. 2. Legè requirunt ex ore eius, &c. Et non solum sicut angelu recepistis, sed sicut Iesum Christu. i. acsi Christus ipse venisset, Qui Christus profecto ipso ad eos venerat, & in eo loquebatur secundum illud 2. Cor. vlt. An experimètu queritis eius qui in me loquitur Christus. Matt. 10. Qui vos recipit, me recipit, &c. Deinde increpat eos quod sic deteriorati erant. Vnde dicit, Vbi est ergo beatitudo vestra? q. d. Nonne ex hoc homines beatificabant vos quod me honorastis, & pradicacione meam recepistis? Job 4. Vbi est timor tuus, & fortitudo tua, patieria tua, & perfectio viarum tuarum? Tertium quod amorè confirmat, est mutua beneficentia. Et quantum ad hoc dicit, Testimonium perhibeo quod si fieri posset. i. iuste fieri poruisset. Illud enim fieri potest quod iuste fit, vt ad vtilitatè ecclesiae fuisset, oculos eruissetis & dedissetis mihi. q. d. Ita me diligebatis quod non solum mihi vestra exteriora, sed etiam oculos vestros dedissetis mihi. Consequenter cum dicit [Ergo inimicus factus sum vobis, &c.] Ponit causam estimati odij: & primò vnà ex parte Apostoli. Secundo alià ex parte Pseudo, ibi [Amulantur vos, &c.] Dicit ergo, Ex quo mihi tot bona fecistis, est ne credendū quod factus sim inimicus vobis, veru dicens vobis: Verbū autè hoc quod dicit, inimicus, dupliciter potest intelligi. Vno. s. modo quod ipse habeat eos odio, & isto modo legitur sic tunc, Factus sum inimicus. i. habeo vos odio. Et sic hoc quod sequitur, verum dicēs vobis, potest estimari vt signu odij, quod tamen est signu dilectionis. s. dicere veru, suo tamen loco & tempore. Alio modo potest intelligi, inimicus passiuè. s. quod ipse habeatur odio ab eis. Et tūc sic legitur, Ego factus sum inimicus vobis. i. habetis me odio, & hoc ideo: quia dico vobis veru, vt sic dicens veru vobis ponatur, vt sit causa odij. Nam homines veritatè dicentes, à malis odio habentur. Veritas enim odiu parit. Amos 5. Odio habuerunt in porta corripientè, &c. Sed contra est quod dicitur Prouerb. 28. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, qui per linguæ blandimenta decipit. Sed dicendū est quod solutio haec potest haberi ex hoc quod dicitur Prouer. 9. Noli arguere derisorem ne oderit te, argue sapientem & diliger te. Bonitatis enim signu est, si iste qui corripitur corripientè diligit. Et e converso si eum oderit, signu est malitia. Cum enim homo naturaliter odiat illud quod contrariatur ei quod diligit, si tu odis eum qui corripit te de malo, manifestum est quod malum diligit. Si verò diligit eum, ostendit se odire peccata. Quia enim homines à principio cum corripuntur, per amorè ad peccata afficiuntur: inde est quod in principio peccator corripientè odit: sed postquam iam correctus est & affectu peccati depofuit, corripientè diligit. Et ideo signatè in proposita auctoritate dicitur: quod postea inueniet gratiam apud eum. Consequenter cum dicit [Amulantur vos, &c.] Ponit aliam causam estimatam ex parte. s. pseudo. Et primò ponit eam. Secundo excludit eam, ibi [Bonum autè emulamini, &c.] Quantum autem ad primum, sciendum est quod sicut dictum est supra, quidam Pseudo ex Iudaeis conuersi, circueuntes ecclesias Gentium, praedicabant seruari legalia. Et quia Paulus contrarium dicebat, ideo isti detrahebant ei. Et hoc magis faciebant vt excluderent Paulum, qui profalute eorum. Et ideo dicit Amulantur vos. i. non patiuntur in vobis [quos diligunt potius amore concupiscentia quam amicitia] confortium nostru. Amulatio enim est zelus ex amore quocūque proueniens, non patiens confortium in amato. Sed quia amor eorum ad istos non erat bonus, tum quia non amabat eos propter vilitatem ipsorum, sed propter eorum modum proprium: & hoc patet, quia volebant excludere Apostolu ab eis, vt ipse propria vilitati contrarium: tum quia hoc cedebat in damnum Galatarum, quia querebant in eis lucrum per quod ipsi danificabantur: ideo dicit, Amulantur vos, sed non bene, quia non amant bonum vestru. Et hoc apparet, quia voluit vos excludere vt emulamini illos. i. vt nullum recipiatis nisi eos. Prouer. 3. Ne emuleris hominè iniustum, &c. Et Prouer. 31. Non emuletur cor tuum peccatores. Hoc autem excludit consequenter, cum dicit [Bonum autè emulamini, &c.] q. d. Non debetis eos emulari in doctrina eorum, sed emulamini bonu doctorem, me. s. & huiusmodi. 1. Petr. 3. Quis est qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis? Sed quia aliquis potest esse bonus doctor, in quo potest esse aliquid mali, ideo addit, Amulamini bonum doctore, sed, dico, tamen in bono. i. in eo quod bonum est. 1. Cor. 14. Sectamini charitatem, emulamini spiritualia. Licet autè Apostolus de se loquatur, secundum Glo. cum dicit, Amulamini bonum, addit tamen in bono, quia sicut ipse dicit 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Sed quia aliqui emulantur doctorem bonum in sua praesentia solum, ideo addit, semper, & non tantum cum praesens sum apud vos: quia emulatio in bonum est signum quod ex amore & timore dei, qui omnia videt, procedat: si etiam in absentia doctoris perseverat. Coloss. 3. Serui obedite per omnia dominis vestris, &c.

LECTIO 5.

Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Vallem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis. Supra Apostolus remouit falsam causam correctionis Galataru: hic consequenter Apostolus dicit correctionis assignat causam veram, quae est dolor de eorum imperfectione. Et ideo primò dolorè cordis ex quo loquebatur, exprimit. Secundo ponit desideriu de manifestatione huius doloris, ibi [Vellè autè, &c.] Tertio ponit causam doloris, ibi [Quonia confundor, &c.] Dolor autè iste ex charitate procedebat, quia dolebat de peccatis eorum. Psal. Vidi prauaricantes & tabescebà, &c. Et ideo verbu charitatis proponit, dicens [Filioli mei.] Signatè autè non eos filios vocat, sed filios, vt designet eorum imperfectione, qua diminuti sunt. 1. Cor. 3. Tanquam paruulis in Christo, &c. Sed notandū est quod puer dū est in parturitione dicitur filiolus. Et isti tales erant, quia indigebat iterata parturitione, cum tamen parentes carnales semel tantu parturiant filios. Et ideo dicit eis, Quos iteru parturio. Nam semel eos parturierat in prima conuersione, sed quia iam auersi erant ab eo qui eos vocauit in aliud euangelium, indigebant quod iteratò parturiret eos. Ideo dicit parturio. i. cum labore & dolore ad lucè fidei reduco. In quo apparet dolor Apostoli. Vnde e converso hominis, partus dicitur. Job 39. Incuruatur ad foetum & pariunt. Apoc. 12. Clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat. Et in-

Ostenditur vera causa correctionis Galatarum, & est dolor imperfectionis eorum, & ipse dolor exprimitur cum desiderio ipsi manifestandi & eius causa.

de est q̄ Apostolus ex dolore durè eos corrigit, sicut mulier ex dolore partus durè clamat. Esa. 42, Quasi parturiens loquar, &c. Et ratio iterata parturitionis est, quia non estis perfectè formati. Vnde dicit, Donec Christus formetur in vobis. i. recipiatis similitudinè eius quam vestro vitio perdidistis. Et non dicit, forme mini in Christo, sed formetur Christus in vobis, vt hoc terribilius insonet auribus eorū. Nam Christus per fidem formatā formatur in corde. Ephe. 3, Habitate Christum per fidè, &c. Sed quando quis non habet fidem formatā, iam in eo moritur Christus. 2. Per. 1, Donec dies illucescat, &c. Et sic secundū hominis profectum in fide, Christus in homine proficit, & e converso secundū defectum deficit. Quādo ergo fides in homine efficitur in forma per peccatum, Christus non est in eo formatus. Et ideo quia in istis non erat fides formata, indigebant iterū parturiri, donec Christus in eis formaretur per fidè formatā. f. quæ per dilectionem operatur. Vel donec Christus formetur in vobis. i. formosus aliis per vos appareat. Posset autè aliquis dicere, Absens tu dicis talia, sed si essem apud nos hæc nō diceres, secundū illud. 2. Cor. 10. Præsentia quidem corporis infirma, & sermo cōrēptibilis, &c. Et ideo ponit desiderii manifestandi dolorem suū, asperius, dicens, Vellem autè esse apud vos modò & mutare vocem meā. q. d. Modò blādis verbis vtor vocans vos fratres, & filios in absentia, sed si essem præsens asperius corrigere. Nam si qua per literas scribo, nūc præsens & ore proferrè, durior esset correctio: vt pote quia magis possem vocè obiurgantis exprimere & irascentis resonare clamorè & dolorem pectoris, magis quā per literas explicare, & magis cor vestrū viua vox ad cōfusionem de errore vestro & mea turbatione moueret. Et causa huius doloris est, quia cōfundor in vobis. i. erubescor apud alios pro vobis. Nam sicut Eccl. 22. dicitur, Cōfusio est patris de filio indisciplinato. Nam cum filius sit res patris, & discipulus in quantum huiusmodi res magistrī, magister gaudet de bono quod videt in eo relucere, quasi de bono proprio, & gloriatur, & e converso de malo dolet & confunditur. Vnde quia isti mutati erant de bono in malum, Apostolus confundebarur inde. Lectio 6.

Similitudo ex scriptura de legatione, & gratia dignitate.
Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta.

Supra Apostolus probauit dignitatem gratiæ per consuetudinem humanam: hic autem probat eam auctoritate scripturæ. Et primò proponit factum. Secundò exponit mysteriū, ibi [Quæ sunt per allegoriam dicta, &c.] Tertio concludit propositū, ibi [Itaq; fratres mei non sumus, &c.] Circa primum duo facit. Primò excitat ad attentionè. Secundò proponit suam intentionè, ibi [Scriptum est enim, &c.] Dicit ergo [Dicite mihi, &c.] q. d. Si vos estis sapientes attridite ad ea quæ obiciū, & si nō potestis contradicere: cedatis. Iob 6. Respondere obsecro absque contentione, &c. Facio vobis autem hanc obiectionem, Aut legistis legē: aut nō legistis. Sed si legistis scire debetis ea quæ in ea scripta sunt: sed ipsa probat se dimittendā, si autè nō legistis, nō debetis recipere quod nescitis. Prouer. 4. Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. ¶ Dicit autè sub lege. i. sub onere legis. Nam subire aliquod leue non est vis, sed subire graue onus sicut est onus legis, magne stultitiæ signū esse videtur. Act. 15. Hoc est onus quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus, &c. Quod est intelligendum de illis qui volunt carnaliter esse sub lege. ¶ Consequenter cum dicit [Scriptum est enim, &c.] proponit suā intentionem dicēs, Ideo quero an legistis legē: quia in ipsa cōtinentur quædam quæ manifestè dicunt legē non esse tenendam. Et specialiter Apostolus facit mentionē de duobus filiis Abraham. Et primò ponit vnū in quo conueniunt. Secundò duo in quibus differunt. Conueniūt quidē in vno patre. Vnde dicit, Scriptū est, quoniam Abraham duos filios habuit. Habuit etiam alios q̄ istos duos filios: quia post mortē Sara alios genuit de Cæthura, vt dicitur Gen. 25. de quibus mētionē non fecit Apostolus, quia non pertinent ad hanc significationē. Possunt tamen per istos duos. f. filiū ancillæ & filiū liberæ duo populi. f. Iudæorū & Gentium designari: per alios verò filios Cæthuræ, scismatici & hæretici. Qui quidem duo populi cōueniunt in vno patre: quia Iudæi sunt filij Abraham secundum carnem: Gentiles verò secundū imitationē fidei. Vel sunt filij Abraham. i. dei qui est pater omnium. Malac. 2. Nonne deus pater omnium, &c. Roma. 3. An Iudæorum tantū. Differunt autem in duobus. f. in conditione matris: quia vnus est de ancilla vt dicitur Gene. 21. Nec tamen peccauit Abraham ad eam accedens: quia accessit ad eam coniugis affectu & ordinatione diuina. Alius autem est de libera. f. Isaac quē genuit ei Sara vxor sua. Gen. 18. Veniam ad te tempore isto vita comite & Sara vxor tua, &c. Itē differūt in modo generationis, quia qui de ancilla. f. Ismael, secundū carnem natus est: qui autè de libera. f. Isaac, per repromissionē. Sed vitādus est hic duplex falsus intellectus. Vnus, ne intelligatur per hoc quod dicit, secundū carnē natus est, vt accipiatur hic, caro, pro actu peccati secundū carnem vixeritis, mortemini, &c. 2. Cor. 10. In carne ambulantes non secundū carnem militamus quasi Abraham peccante natus sit Ismael. Alius intellectus, vt per hoc quod dicitur, Per repromissionē, credatur Isaac non secundū carnem natus. i. secundū carnalem cōmixtionem: sed per spiritū sanctum. Est ergo dicendum q̄ secundū carnem. i. secundum naturā carnis natus est Ismael. Nam naturale est in hominibus q̄ ex muliere iuuenicula fœcūda, sicut erat Agar, & sene, nascatur filius. Et quod per repromissionē. i. supra naturā carnis natus est Isaac. Non enim ad hoc se extēdit natura carnis vt ex viro senē & verula sterili sicut fuit Sara, filius nascatur. Per Ismael significatur populus Iudæorū qui secundū carnē natus est. Per Isaac verò intelligitur populus Gentium qui natus secundū repromissionē, qua repromissum est Abraham q̄ esset futurus pater multarū gētium. Gen. 22. in femine tuo benedicetur, &c. Mysterium autè exponit, cum dicit, Quæ sunt per allegoriam dicta. Et primò ponit modum mysterij. Secundò exemplificat, ibi [Hæc enim duo sunt testamēta, &c.] Dicit ergo, Hæc quæ sunt scripta de duobus filiis, &c. sunt per allegoriam dicta, id est, per alium intellectum. Allegoria enim est tropus seu modus loquendi quo aliquid dicitur & aliud intelligitur. Vnde allegoria dicitur ab alio, quod est, alienum, & goge ductio, quasi in alienum intellectum ducens. Sed attendendum est quod allegoria sumitur aliquando pro quolibet mystico intellectu, aliquando pro vno tantum ex quatuor qui sunt, historicus, allegoricus, & anagogicus, qui sunt quatuor sensus sacre scripturæ: & tamen differunt quantum ad significationem. Est enim duplex significatio. Vna est per voces. Alia est per res quas voces significant. Et hoc specialiter est

Quid allegoria, & vide.

in sacra scriptura & nō in aliis. Cum enim eius actor sit deus in cuius potestate est q̄ nō solum voces ad designandum accommodat [quod etiam homo facere potest.] sed etiā res ipsas. Et ideo in aliis sciētis ab hominibus traditis quæ non possunt accommodari ad significandum nisi tantū verba, & voces solum significant. Sed hoc est propriū in ista sciētia, vt voces & ipse res significata per eas aliquid significēt: & ideo hæc sciētia potest habere plures sensus. Nā illa significatio qua res significat aliquid, pertinet ad sensum literale seu historicū. Illa verò significatio qua res significata p voces iterū res alias significant, pertinet ad sensum mysticum. Per literalem autè sensum potest aliquid significari dupliciter. f. secundum proprietatē locutionis: sicut cum dico, homo ridet: vel secundū similitudinem seu metaphorā, sicut cum dico, pratum ridet. Et vtroq; modo vtimur in sacra scriptura, sicut cū dicimus quantum ad primum q̄ Iesus ascendit: & cum dicimus q̄ sedet à dextris dei, quantum ad secundū. Et ideo sub sensu literali includitur parabolicus seu metaphoricus. Mysticus autè sensus seu spiritalis diuiditur in tres. Primò nanque sicut dicit Apostolus, lex vetus est figura nouæ legis. Et ideo secundū ea quæ sunt veteris legis, significat ea quæ sunt nouæ, est sensus allegoricus. Item secundū Dionysium in libro de celesti Hierarchia, Noua lex est figura futuræ. Et ideo secundum ea quæ sunt in noua lege & in Christo, significat ea quæ sunt in patria, est sensus anagogicus. Item in noua lege ea quæ in capite sunt gesta, sunt exēpla eorū quæ nos facere debemus: quia quæcūque scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt, & ideo secundum ea quæ in noua lege facta sunt in Christo, & in his quæ Christum significant, sunt signa eorū quæ nos facere debemus, est sensus moralis. Et omnium horum patet exēplum. Per hoc enim quod dico, fiat lux, ad literam de luce corporali pertinet ad sensum literalem. Si intelligatur, fiat lux. i. nascatur Christus in ecclesia, pertinet ad sensum allegoricū. Si verò dicatur, fiat lux. i. vt per Christum introducamur ad gloriā, pertinet ad sensum anagogicum. Si autè dicatur, fiat lux. i. per Christum illuminemur in intellectu & inflamemur in affectu, pertinet ad sensum morale.

Lectio 7.

Hæc enim sunt duo testamēta, vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans: quæ est Agar (Sina enim mons est in Arabia: qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem & serui cum filiis suis.) Illa autem quæ superius est Hierusalem, quæ est mater nostra. Scriptum est enim, Latere sterilis, quæ non parit: erumpe & clama: quia nō parturit: quia multi filij deservit, magis quam eius quæ habet virum.

Superius posuit Apostolus intellectū mysticum: hic aperit mysterium. Et primò quantum ad matres. Secundò quantum ad filios, ibi [Nos autè fratres, &c.] Per duas autè matres, intelligit duo testamēta. Et ideo primò ponit significatū. Secundò exponit, ibi [Vnum quidē in monte, &c.] Dicit ergo, Hæc. f. duæ vxores, ancilla, & libera, sunt duo testamēta, vetus & nouū. Hier. 31. Feriam domui Israel fœdus nouū. Ecce nouū testamētum, non secundū pactum, &c. Ecce testamētū vetus. Libera enim significat testamētū nouum, ancilla verò vetus. Ad sciendū autem quid sit testamētum, attendi debet q̄ testamētum idē est q̄ pactum seu fœdus eorum quæ testibus confirmantur. Vnde in scriptura multotiens loco testamēti ponitur fœdus vel pactum. Vbi cunq; autè interuenit fœdus vel pactū sit aliqua promissio. Et ideo secundū diuersitatem promissionum, est diuersitas testamētorū. Duo autè sunt nobis promissa. f. temporalia in veteri lege: & æterna in noua. Mat. 5. Gaudete & exultate, &c. Hæc ergo duæ promissiones sunt duo testamēta. Vnde Apostolus cōsequenter cum dicit [Vnum quidē, &c.] exponit ipsa. Et primò quantum ad vetus. Secundò quātum ad nouum, ibi [Illā autè quæ sursum, &c.] Ad euidenciam autè literæ sciendum est, circa primū q̄ quilibet ciuis alicuius ciuitatis dicitur esse filius illius, & ipsa ciuitas est sicut mater eius. Luc. 23. Filij Hierusalem nolite flere, &c. Tren. vlti. Filij Syon incliti, &c. Per hoc igitur q̄ aliqui sunt alicuius ciuitatis ciues, efficiūt filij eius. Duplex autè est ciuitas dei. Vna terrena. f. Hierusalem terrestris. Alia spiritalis. f. Hierusalem celestis. Per vetus autè testamētum homines efficiēbātur ciues ciuitatis terrestris, per autè nouum, celestis. Et ideo circa hoc duo facit. Primò proponit mysteriū expositum. Secundò expositionis mysticè rationē assignat, ibi [Sina enim, &c.] Dicit ergo primò, dico q̄ significat duo testamēta. f. vetus & nouum. Et quantum ad hoc dicit, Primum quidē in monte Sina, &c. Vbi primò ponitur locus in quo datū fuit, quia ad literam in monte Sina, vt dicitur Exo. 20. Cuius secundū Glo. mystica ratio est, quia Sina interpretatur mandatum. Vnde & ab Apostolo vetus lex, vocatur lex mandatorū. Ephe. 2. Mons autè significat superbiā. Hier. 13. Antequam offendat pedes vestri ad montes caliginosos, &c. Vnde per montē istum in quo data est lex, significatur superbia Iudæorū duplex, Vna qua superbiebant contra deū. Deut. 31. Ego scio contentionem tuam, &c. Alia qua superbiebāt contra alias nationes abutentes illius quod dicitur in Psal. Non fecit taliter omni nationi, &c. Secundò verò proponit ad quid sit datū, quia non ad faciendū liberos, sed filios matris ancillæ generās in seruitutē quæ est Agar. i. significatur per Agar, quæ quidē in seruitutem generat. f. vetus testamētum. Et hoc tripliciter. f. quantum ad affectum, quantum ad intellectū & fructum. Quantum ad intellectum quidem secundum cognitionē, quia in homine est duplex cognitio. Vna libera, quādo. f. rerū veritatem secundū seipsum cognoscit. Alia verò ancilla. i. subiecta velaminibus figuratū. Et talis fuit cognitio veteris testamēti. Quantum ad affectum verò, quia noua lex generat affectū amoris, qui pertinet ad libertatē. Nā qui amat ex se mouetur. Vetus autè generat affectū timoris, in quo est seruitus. Qui enim timet nō ex se, sed ex alio mouetur. Ro. 8. Non accepistis spiritū seruitutis iterū in timore, &c. sed quātum ad fructū, quia lex noua generat filios quibus debetur hereditas, sed illis quos vetus generat, debetur munuscula, sicut seruis. Io. 8. Seru⁹ non manet in domo in æternū, filij manet in domo in æternū. Rationem mysterij assignat cum dicit, Sina enim mōs est in Arabia, &c. Vbi primò dicitur dubitatio, quia cū Sina distet à Hierusalē per 20. ferē distas, videtur falsum q̄ Sina iunctus sit Hierusalē, vt hic Apostolus dicit. Sed ad hoc mysticè respōdetur in Glo. sic vt Sina sit Arabia. Arabia enim humilitas vel afflictio interpretatur, in qua datū est vetus testamētum, quia homines quasi serui & alieni sub ea affligēbātur carnalibus obseruantis. Act. 15. Hoc est onus quod neq; patres nostri neq; nos, &c. Qui mōs coniunctus est nō per spatij cōtinuitatē, sed p similitudinē ei quæ nūc est Hierusalē. i. Iudaico populo: quia sicut ipsi terrena diligunt, & pro temporalibus seruiūt sub peccato, ita & mōs ille in seruitutē generabat. Sed hæc nō videtur intentio Apostoli. Nam ipse vult q̄ vetus testa-

Declaratur allegoria & eius significatio quantum ad matres.

Quid sit testamētum.

mentum, quod in monte Syna datū est, ex ipso loco seruituti in seruitutē generet: quia illud dabatur in Syna, non tamen ibi remanentibus filiis Israel, sed proficiscentibus ad terrā promissionis Hierusalem enim etiam generat filios seruitutis, ideo quantum ad hoc coniungitur mons Syna cum illa. Et hoc est quod dicit, Qui coniunctus est ei. s. per continuationē itineris euntium in Hierusalem. Quæ seruit cum filiis suis, seruitute. s. legalium obseruantiarū [a qua redemit nos Christus] & seruitute diuersorum peccatorū. Ioā. 8, Qui facit peccatū seruus est peccati & [ad liberā] seruitute Romanorū qui eis dominabantur. Deinde cum dicit [Illa autē quæ sursum est Hierusalem, &c.] Hic consequēter aperit mysterium de libera. Et primò exponit mysteriū. Secundò inducit prophetiam, ibi [Scriptū enim, &c.] Primum quidē potest dupliciter intelligi: secundū quod hanc matrē possumus intelligere. Vel illam per quā generamur, quæ est ecclesia militās. Vel illam matrē in cuius filios generamur, quæ est ecclesia triūphans. i. Pet. 1, Regenerauit nos in spem viuam, &c. Sic ergo generamur in præsentī ecclesia militante vt perueniamus ad triūphantem. Hoc ergo modo illud exponētes à quatuor describitur, mater nostra. s. à sublimitate cum dicit [Sursum] Secūdò à nomine cū dicit [Hierusalem] Tertiò à libertate cum dicit [Libera est] Quartò à fœcunditate cū dicit [Mater nostra] Est ergo sublimis per apertā dei visionem, & per perfectam dei fruitionē, & hoc quantum ad ecclesiā triūphantem. Esa. 6, Videbis & astues, &c. Col. 3, Quæ sursum sunt sapite, &c. Itē sublimis per fidem & spē quantum ad ecclesiā militantē. Phil. 3, Nostra cōuersatio in cælis, &c. Can. 3, & 8, Quæ est ista quæ ascendit, &c. Sed est etiā pacifica, quia Hierusalem. i. visio pacis. Quod quidē cōperit ecclesiā triūphantē vt habenti pacem perfectam. Psal. Qui posuit fines tuos pacē, &c. Esa. 32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Item cōperit ecclesiā militantē, quæ in Christo pacē habens quiescit. Io. 16, In me pacē habebitis. Est etiā libera. Ro. 8, Ipsa creatura liberabitur, &c. Et hoc quantum ad triūphantē & etiam quantum ad militantē, vt Apoc. 21, Vidi ciuitatē sanctā Hierusalem, &c. Sed fœcunda est: quia mater nostra. Militans quidē vt generans, triūphans vt in cuius filios generamur. Psal. Nunquid Syon dicet homo, &c. Esa. 60, Filij tui de longe venient, &c. Scriptū est enim. i. Esa. 54, Secundum enim septuaginta hic ponitur prophetia, per quam primò probatur libertas matris prædictæ. Secundò eius fœcunditas, ibi [Quia multi filij, &c.] Sciendum est autem circa primum quod in muliere fœcunda: Primò quidē est tristitia in pariendo. Secundò subsequitur gaudiū in suscepra prole, secundū illud Ioā. 16, Mulier cum parit, &c. Sed mulier sterilis nec paritur in partu, nec gaudet in prole. Differunt autē parere & parturire: quia parturire dicit conatū ad partum: parere verò dicit educationem fœtus iam facti. In parturitione ergo dolor experitur: quia mater nostra, & in partu gaudiū. Sterilis autem dolore parturitōis & gaudio partus priuatur. Sed hæc duo propheta indicit sterili, dicēs, Lætera sterilis, &c. Vbi loquitur de Hierusalē quam dicit liberam, significat per Saram sterili. Nam ecclesia sterilis erat, ecclesia militans gentiū ante conuersionē quæ nō offerebat filiū deo: sed diabolo. Vnde ad Babilonē dicitur Esa. 47, Sterilitas & viduitas uenerūt tibi, &c. Et ecclesia triūphans ante passionē Christi sterilis erat: quia non generabatur aliqui in filios eius per introitū gloriæ nisi in spē. Posita enim erat rōphea ante ianuā paradisi vt nullus intrare posset. Huic ergo sterili dicitur, Lætera quæ nō parit, &c. q. d. Steriles, vt dictum est, non dolent de partu: sed de eo quod nō paritur. i. Re. 1, Cū esset Anna amaro animo, &c. Sed tu lætaberis in multi tudine filiorū. Esa. 60, Tunc dilatabitur & mirabitur cor tuū. i. lætitiā mentis extrā ostendens. Duo enim sunt in partu. s. dolor ex eruptione reticulorū quibus continetur fœtus in matrice, & clamor ex ipso dolore. Et ideo dicit, Tu quæ nō paritur. s. ecclesia militans: quæ nō conaris ad partum per desideriu: & tū umphans quæ nō parituris dolendo: vel quia nondū venit tempus recipiendi filios: erūpe. i. lætitiā quā interius habes manifesta exterius, & clama voce laudis. Esa. 57, Clama ne cesses, &c. Et hæc duo ad libertatem pertinet. s. clamare & erūpere: sic ergo apparet libertas matris. Sequitur fœcunditas [Quia multi filij, &c.] Sed cū supra dictū sit ecclesiā liberā significari per Saram, videtur esse dubiū an Sara fuerit deserta. Ad quod sciendū est quod deserta fuit ab Abraham vt hic dicitur, nō per diuortium, sed quātum ad opus carnale. Nam Abraham vacabat quidem operi carnali, non propter concupiscentiā, sed propter prole suscipiendam. Cū ergo innotuit ei Sarā sterilem esse deseruit eā, non frangens coniugalē thorum: sed quia nō utebatur ea ab illo præcisē rēpore quo Sara intrōdixit ei ancillā. Per quod datur intelligi quod ecclesia Gentiū deserta erat à Christo, quia nondū venerat Christus: & quod ecclesia triūphans deserta erat ab hominibus, quibus ad eā nondū patebat accessus. Huius ergo deserta. s. ecclesiæ Gentiū sunt multi filij. i. plures magis quā eius. s. Synagoga quæ habet virū. s. Moysen. i. Re. 2, Sterilis peperit plurimos, & quæ multos filios habebat, &c. Et hoc veniente sponso. s. Christo à quo deserta erat non dilectione, sed partu postposito. Lectio 8.

Applicatur figura signifi-
catio ad Christi-
anos, & ad
propositum.
Et comparatur
tur filij eccle-
sæ & summo
ge. quantum
ad originem
affectiui, &
ius heredita-
ris, & hanc
conclusio intē-
ta inferitur.

Nos autem fratres secundum Isaac, promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum natus est nunc. Sed quid dicit scriptura? Ecce ancillam & filium eius. Non enim heres erit filius ancilla cum filio libera. Itaque fratres, non sumus ancilla filij, sed libera: quæ libertate nos Christus liberauit. Exposito mysterio quantum ad matres: hic exponit illud quantum ad filios. Et primò ponit filiorum distinctionem. Secundò principalē conclusionē, ibi [Itaque fratres mei, &c.] Distinctionē autē filiorū ponit quātum ad tria. Primò quantum ad modum originis. Secundò quantum ad affectū dilectionis, ibi [Sed quomodo tunc, &c.] Tertiò quantum ad ius hereditatis, ibi [Sed quid dicit scriptura, &c.] Modus autē originis quo aliqui nascuntur filij Abraham est duplex: quidā origine carnali, sicut Ismael de ancilla: quidā autem non carnali origine, sicut Isaac de libera: nō quod naturali opere natus nō fuerit, sed quia [sicut dictū est] supra naturalē virtutē carnis fuit vt de verula sterili filius nasceretur. Per hos autē filios, intelligitur duplex populus. Nam per Ismaelē intelligitur popul⁹ Iudæorū qui carnali ppagatione est ab Abraham deriuatus. Per Isaac autē, populus Gentiū, qui per imitationem fidei ab Abraham descendit. Et ideo dicit [Nos autē fratres]. i. fideles, tam Iudæi quā Gentes secundum Isaac. i. in similitudine Isaac promissionis filij sumus facti Abraham. Gene. 17, Rom. 9, Qui sunt filij promissionis æstimantur in femine. Sed nota quod filij carnis Abraham ad liberā sunt Iudæi, mysticē autem qui propter carnalia & temporalia bona ad fidem veniunt. Secundū affectum autem distinguuntur, quia qui natus erat secundum carnem, persequebatur illum qui natus erat secundū spiritum. Sed hic est quæstio. Primò quia non legitur quod Ismael persecutionem aliquam fecerit contra Isaac, sed quod

tantum luserit cum eo, Gene. 21. Cū vidisset Sara filium ancillæ Agar ludentem, &c. Responso, dicendū est quod Apostolus illum ludum dicit persecutionem, quia ludus magni ad paruū est quædam illusio, cū maior cum paruū ludens intendit eum decipere. Vel etiam vt dicunt quidā Ismael cogebat Isaac adorare imagines luteas quas faciebat. Per hoc autem docebat eum auerti à cultu vnius dei, quod est magna persecutio cum maius malum sit inferre mortem spiritualem quā corporalem. Quod tamen ideo in Ge. appellatur ludus, quia sub specie ludi hoc faciebat. Est etiam quæstio quomodo filij secundū carnē persecuti fuerint & persequantur filios secundū spiritum. Sed ad hoc est responso, quia à principio primitiua ecclesiæ Iudæi persecuti sunt Christianos, vt patet in actibus Aposto. & facerent etiā nunc si possent. Nunc etiam carnales persequuntur in ecclesia spirituales viros etiā corporaliter, illi, s. qui querunt gloriam & temporalia lucra in ecclesia. Vnde dicitur in Glo. Omnes qui in ecclesia terrenam facultatem querunt à domino, ad hunc Ismaelem pertinent. Ipsi sunt qui contradicunt spiritualibus proficientibus, & detrahunt illis, & habent labia iniqua & linguas dolosas & subdolosas. Spiritualiter autem persequuntur spirituales filios supbi & hypocrite. Nam aliquando aliqui manifestē carnales & mali culpam suam, recognoscentes, bonis se humiliant, fatui verò bonitatem quam ipsi non habent, persequuntur in aliis. Est etiam quæstio, quia Hæretici quos nos persequimur, dicunt se natos secundum spiritum, nos verò secundū carnem. Sed dicendum est quod duplex est persecutio: Vna bona qua aliquis persequitur alium vt reducat eum ad bonum, & hanc vi iusti faciūt malis & spiritualibus carnalibus, vel vt eos corrigant, si conuerti volunt, vel si obstinati sunt in malo, destruunt ne gregem domini inficiant. Alia persecutio est mala, qua quis persequitur alium, vt peruerat ad malum, & hanc qui secundum carnem nati sunt, faciunt his qui nati sunt secundum spiritum. Quantum verò ad ius hereditatis, distinguuntur per autoritatem scripturæ. Gen. 21, Ecce ancillā & filium eius. In quo datur intelligi quod Iudæi & persecutores fidei Christianæ, & etiam carnales & mali Christiani ciuentur à regno cœlesti. Mat. 8, Multi venient ab oriente, &c. Apoc. 22, Foris canes & venefici, &c. Ancilla etiam. i. malitia & ipsum peccatum ciicitur. Ecclesi. 18, Omne opus corruptibile in fine deficiet. Et ratio horum subditur, quia non erit heres filius ancillæ cū filio libera. In mundo enim isto boni sunt malis permixti, & mali bonis. Can. 2, Sicut lilium inter spinas, &c. Sed in æterna patria non erant nisi boni. Iudic. 11, Dicitur ad Tepte, Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera natus es. Quā quidē libertatem habemus à Christo. Vnde dicit, Quæ libertate, &c. Io. 8, Si filius vos liberauerit, verē liberi eritis.

Caput 5.

State ergo: nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Suprà ostendit Apostolus quod per legem non est iustitia: hic verò reducit eos ab errore ad statū rectitudinis. Et primò quantum ad diuinā. Secundò quantum ad humanā. s. cap. ibi. [Et si præoccupatus fuerit homo, &c.] Circa primum duo facit, primò proponit ammonitionem. Secundò eius rationē assignat ibi. Ecce ego Paulus, &c. Et in ammonitione etiam duo ponit. Quorum vnum est inductiuū ad bonum. Secundum est prohibitiuū à malo. Inducit quidē ad bonum, cū dicit, State ergo. q. d. Ex quo per Christū liberati estis à seruitute legis, stare firma fide, & fixo pede permanentes in libertate. Sic ergo cū dicit state, inducit ad rectitudinē. Qui enim stat, rectus est. i. Co. 10, Qui se existimat stare, &c. Inducit etiā ad firmitatem. i. Cor. 15, Stabiles estote & immobiles, &c. Ephe. vlt. State succincti lumbos vestros, &c. Prohibet verò & retrahit à malo, cū subdit, Nolite iterum iugo seruitutis contineri. i. nō subiciamini legi quæ in seruitutē generat. De quo iugo dicitur Act. 15, Hoc est onus quod neque patres nostri neque nos, &c. à quo tamen per Christum liberati estis. Esa. 9, Virgam humeri eius, &c. Ideo autē addit, Iterum, non quia prius lege fuerint, sed quia vt Hieronymus dicit post euangeliū seruare legalia adeo peccatum est, si cut seruire idolatriæ. Vnde isti quia idolatra fuerant, si subiciant se iugo circūcisionis & aliarū legalium obseruationū, quasi ad eadem reuertantur quibus tempus in idolatria seruierant: secundum Aug. verò vt supra dictum est, circa legalium obseruantias triplex tempus distinguuntur. s. tempus ante passionē, ante gratiā diuulgatā, & post gratiā diuulgatā. Post ergo gratiā diuulgatā seruare legalia est peccatū mortale etiam ipsis Iudæis. Sed in tempore medio, s. ante gratiā diuulgatā poterant quidem absque peccato etiā illi qui ex Iudæis conuersi fuerant, legalia seruare, dum tamen in eis spem non ponerent, conuersi verò ex Gentibus, non licebat ea seruare. Quia ergo Galatæ ex Iudæis non erant, & tamen legalia seruare volebant & ponebāt in eis spem: ideo reuertebatur in iugum seruitutis. Nam huiusmodi obseruatio erat eis sicut idolatria, in quantum non, rectē sentiebant de Christo, credentes ab ipso sine legalibus salutem consequi non posse. Deinde cū dicit [Ecce ego, &c.] Exponit prædicta duo. Et primò secundum, secundo primum, ibi [Nos autem spiritu, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quid sit iugū seruitutis quod non debent subire. Secundò, probat, ibi [Euacuati estis, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit iugum illud esse valde nociuum. Secundò valde onerosum, ibi [Testificor autē, &c.] Nocium est quidem iugū legis, quia auferit dominicæ passionis effectum. Et ideo dicit, Nolite contineri iugo seruitutis, quia ecce ego Paulus qui supple voce autoritatis dico & bene. Si circumcidimini Christus vobis nihil proderit, id est fides Christi. Sed contra Act. 16, dicitur, quod Paulus circumcidit Timotheū, ergo fecit quod Christus ei nihil prodesset, ergo decepit eum. Respondeo, dicendū est secundū Hieronymū quod Paulus non circumcidit Timotheum quasi legem seruare intenderit, sed simulauit se, circumcidere faciendo opus circūcisionis. Nam secundū ipsum Apostoli simulatoreū seruauit legalia ad vitandū scandalum fidelium ex Iudæis. Faciebāt autē actus legalium, non tamen cū intentione seruandi legalia, & sic non exhibant à fide. Vnde non decepit Timotheum. Secundum verò Aug. dicendū est quod Apostoli secundū veritatem seruabant legalia & cum intentione ea seruandi: quia secundum Apostolorū sententiā licebat fidelibus ex Iudæis illo tempore, s. ante gratiā diuulgatā ipsa seruare. Et ideo quia Timotheus fuit ex matre Iudæa, circumcidit eum Apostolus cum intentione seruandi legalia. Quia verò Galatæ ponebant spem in legalibus post gratiā diuulgatā, quasi sine eis gratia non

Monentur
Galatæ ne i-
tatum se sub-
dant seruitu-
ti, ostendit
iugum serui-
tutis esse val-
de nociuum,
& valde on-
erosum.

sufficeret ad salutem, & ideo ea seruare volebat, ideo dicit eis Apostolus. Si circumcidimini, &c. Sequebatur enim ex hoc q̄ non reputarent Christum, in cuius signum data fuit circumcisio. Gen. 17. Vt sit in signu fcederis inter me & vos, &c. Qui ergo circumcidebantur, credebant adhuc signum durare, & tunc signatu nōdum venisse, & sic excidebant à Christo. Sic ergo patet onus legis esse nocuum. ¶ Est etiam valde onerosum, quia obligat ad impossibile, & hoc est quod dicitur [Testificor autē, &c.] q̄ d. Dico q̄ si circumcidimini Christus vobis nihil proderit. Sed adhuc testificor omni homini. s. Iudaeo & Gētili, &c. Nam quicumq; profiteretur in aliqua religione facit se debitorem omnium, quae ad obseruantiam illius religionis pertinent. Et sicut dicit Augustinus, Nunquam fuit aliqua religio sine aliquo visibili signo, ad quod obligarentur qui in ipsa religione viuunt, sicut in religione Christiani, signum visibile est baptisma, ad quod omnes Christiani tenentur quoad cultū. Obligantur etiam ad omnia quae ad cultum Christianae religionis prinēt. Signū autem legis Moysae fuit circumcisio. Quicumque ergo circumcidebat se, obligabatur ad omnia legalia seruanda ac implenda, & hoc est quod dicit, debitor est vniuersae legis faciendae. Iac. 2. Qui offendit in vno factus est omnium reus, Quā tamen nullus seruare poterat secundum illud Act. 15. Hoc est onus quod neque patres nostri neque nos portare potuimus, &c. Sed dato q̄ aliquis circumcideretur, ergo secundum praedicta obligat se ad seruandum legalia, sed hoc est peccatū mortale, ergo tenetur peccare mortaliter & scivideretur esse perplexus. Respondeo, dicendū est quod eadē conscientia durante tenetur seruare legalia, putā si aliquis haberet conscientiam q̄ nisi circumcideretur peccaret mortaliter, & circumcisus ipsa conscientia durante peccaret mortaliter si non obseruaret legalia: cuius ratio est, quia habere cōscientiam de re aliqua faciendā, nihil aliud est quā aestimare q̄ faciat contra deum nisi illud faciat. Facere autē contra deum est peccatum. Sic ergo dico q̄ nisi faceret hoc ad quod inducit conscientia, peccaret: non quidem ex genere operis, sed ex intentione operantis. Et similiter si facit, peccat: quia huiusmodi ignorantia non excusat cum sit ignorantia iuris. Nec tamen est pplexus simpliciter, sed secundum quid, quia potest deponere erroneā cōscientiam. Et hoc modo hīc Apostolus testificatur omni circumcidenti se, q̄ tenetur ad seruandum legem. ¶ Consequenter cum dicit [Euacuati estis, &c.] probat quae dixit, scilicet quod non debent accipere legis obseruantiam ratione damni iam praesentis, quod est duplex. Vnum est amissio Christi. Secundū est amissio gratiae Christi. Primū est causa secūdi, ibi [Qui in lege, &c.] Dicit ergo Euacuati, &c. q̄ d. Verē Christus vobis nihil proderit, quia euacuati estis à Christo. i. habitatio ne Christi. Secundum damnu est amissio gratiae. Ideo dicit, A gratia excidistis, qui. s. prius eratis pleni gratiae Christi, quia de plenitudine eius accepimus omnes. Ioan. 1. De plenitudine Christi nos oēs accepimus, &c. & Eccl. 21. Cor fatui quasi vas contractū & omnē sapientiam non tenebit. Vos dico qui in lege iustificamini. i. creditis iustificari, à gratia. s. habendae futurae beatitudinis, vel etiā à iam habita excidistis. Apo. 2. Memor esto vnde excideris & age poenitentiam.

Lectio 2.

Docentur Galatae stare in gratia eūgelij & fidei & non si subdere seruitutem legis Moysae: ca nec credere talem subiectionem suadentibus.

Nos autem spiritu ex fide, spem iustitiae expectamus. Nam in Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque praepitium, sed fides quae per charitatem operatur. Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini cōsensistis. Persuasio haec non est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido in vobis in domino, quod nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille. Ego autem fratres, si circumcisionem adhuc praedico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. ¶ Vtinam abscondantur qui vos conturbant. ¶ Explicauit Apostolus secundū documentū. s. q̄ non esset subeundū iugum seruitutis legis: hīc autē redit ad primum ostendens q̄ stare debent. Et primū proponit standi exemplū. Secundū remouet stationis impedimentum, ibi [Currebatis, &c.] Tertio assignat standi causam ibi [Vos autem in libertatem, &c.] Circa primum duo facit. Primū proponit standi exemplum. Secundū causam eius assignat, ibi [Nam in Christo Iesu, &c.] Dicit ergo, Qui in lege volunt iustificari. Christus eis nihil prodest, quia excidunt à gratia. Sed nos. s. Apostoli stamus per spem, quia. s. expectamus spem iustitiae. i. iustitiam & spem. s. aeternam beatitudinem. Per. 1. Regenerauerit nos in spem viam, &c. Vel spem iustitiae. i. Christum p̄ quem est nobis spes iustitiae, quia per eum iustificamur. Philip. 3. Saluatorem expectamus, &c. 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redēptio, &c. Vel spem iustitiae. i. spem quae est de iustitia, vt iustificetur non per legem, sed per fidem. Ro. 3. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Vel spem iustitiae. i. rem speratam in qua tendit iustitia. s. vitam aeternā. 2. Ti. vlt. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, &c. Et hoc ex fide, quia iustitia dei est per fidem Iesu Christi, vt dicitur Ro. 3. Quae quidē fides nō est ab homine, sed à spiritu sancto qui eam inspirat, Ro. 8. Accepistis spiritum filiorum in quo clamamus, abba pater, &c. Sicut ergo fides est ex spiritu, ita ex fide est spes, ex fide iustitia, per quam peruenimus ad vitam aeternam. Haec autem spes non venit ex circumcisio, neque ex gentilitate, quia nihil faciūt ad hoc. Et ideo dicit [Nam in Christo Iesu]. i. in his qui sunt in fide Christi, neque circumcisio, neque praepitium, &c. i. in differentia sunt, sed fides non in formis, sed ea quae per dilectionē operatur. Iac. 2. Fides sine operibus mortua est, &c. Nam fides est cognitio verbi dei. Ephe. 3. Habitare Christum per fidē, &c. Et hoc verbum nec perfecte habetur nec perfecte cognoscitur nisi etiā habeatur amor quē spirat. Hīc sunt duo dubia circa gloriam. Primū est quod dicit praepitium & circumcisionem esse indifferentia, cū supra dixerit, Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit. Sed dicendum est q̄ ex genere operis sunt indifferentia. s. illis, qui non ponunt spem in eis, sed ex intentione operantis non sunt indifferentia. Nam ponentibus in eis spem, mortifera sunt. Secundū dubiu est de hoc q̄ dicit q̄ illi qui non credunt, peiores sunt quā dāmonēs, cum dāmonēs credant & contremiscāt. Respondeo, dicendum est q̄ peiores quidem sunt ex specie operis, sed nō quantum ad effectum. Nam dāmonibus displicet hoc q̄ credunt, nec etiam est tanta nequitia voluntatis in homine qui non credit, quanta in dāmonē qui odit quod credit. ¶ Consequenter cum dicit [Currebatis bene, &c.] Agitur de impedimento stationis. Et primū ponit impedimentum. Secundū docet eius remotio nem, ibi [Nemini cōsensistis, &c.] Impedimentum stationis eorum magnum erat & nocuum: nam tantū aliquid est magis nocuum, quāntō maius bonum priuat. Quando ergo aliquis multis bonis spiritualibus

priuat, signum est habuisse magnum impedimentum. Et ideo vt ostendat eos Apostolus magnum impedimentum habuisse, commemorat eis bona spiritualia quae amiserūt cū dicit. [Currebatis bene, &c.] s. per opera fidei formatae per charitatem, quae instigat ad currendum. Psalm. Viam mandatorū tuorū cucurri cū dilatasti cor meū. Et hoc quidem fuit olim in vobis, sed dū sic currebatis, estis impediti, & ideo subdit, Quis vos fascinauit, de quo dictū est supra. 3. cap. & ideo super sedeo ad praesens. Quis ergo vos fascinauit. i. impediuit veritati, scilicet euangelicā, non obedire, Et hoc congruē dicit. Nam obedire est voluntatis applicanda ad consensum praecipientis. Et ideo fides est voluntatis & intellectus. Oportet ergo voluntati fidei obedire: hoc autem est volendo credere q̄ gratia fidei Christi sufficiat ad salutem sine legalibus obseruantis. ¶ Excludit autē impedimentum, cum dicit [Nemini, &c.] Et hoc ex triplici parte. Primū ex parte eorum. Secundū ex parte dei, ibi [Ego cōfido, &c.] Tertio ex parte Apostoli, ibi [Ego autem fratres si, &c.] Ex parte eorum, cū dicit [Nemini, &c.] Vbi primū ostendit quid requiritur ex parte eorum vt vitent hoc impedimentum, scilicet q̄ nemini Pseudo deinceps consentiant. 1. The. 5. Non sumus noctis neq; tenebrarū, &c. Ephe. 5. Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarū, &c. Et 2. Tit. 2. Et sermo eorum vt Cācer serpit, &c. ex quo datur intelligi quod nondū erant corrupti, sed sollicitabatur de hoc. Secundū assignat rationem huius cū dicit [Persuasio enim, &c.] Et haec est duplex. Prima quia homo cū dat se alicui, nihil debet facere nisi quod vtile dixerit sibi. Sed vos traditi estis Christo, ergo non debetis audire vel cōsentire, nisi is quae sunt ab ipso, ergo haec persuasio qua vos volunt mittere sub iugo legis, quia nō ex eo, scilicet ex deo qui vos vocauit ad vitam, sed ex diabolo, in quantum, scilicet deficiens est. Et ideo non cōsentite eis. Vel non ex eo, id est contra ipsum, sed ex diabolo, in quantum, scilicet deficiens est. Et ideo non cōsentite eis, cum ex hoc non sit periculum, & ideo dicit q̄ non est eis consentiendū, nec eorū insidia sunt contēnenda, sed debent principiis obstare. quia modicū fermentum, &c. id est illi pauci qui vobis persuadent. Vel haec persuasio parua in principio totam massam corrumpit, id est congregationem fidelium. Leuit. 2. Ne quicumque fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. ¶ Consequenter cū dicit [Ego confido in vobis, &c.] Remouet impedimentum ex parte dei qui auxilium ad hoc praebet, & ponit duplex auxilium. Vnum quantum ad seducentes. Aliud quātum ad conturbantes, ibi [Qui autem conturbant, &c.] Dicit ergo, ego confido, &c. quasi dicat. Dixi quod non consentiretis pseudo, & confido in vobis. 1. Corin. 7. Gaudeo q̄ in omnibus confido in vobis. Heb. 6. Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti. Cōfido, inquam, in hoc. s. quod nihil aliud sapietis quā quod vos docui. supra. 1. Licet nos aut angelus de caelo euangelizer vobis praeterquam quod euangelizauimus, anathema sit, Phi. 2. implete gaudium meum, vt idem sapiatis, &c. Et hoc ex auxilio diuino. & ideo dicit [In domino deo.] s. operante. 2. Cor. 3. Fiduciam talem habemus per Christum ad deū, &c. quia dominus dabit vobis sapere secundum sobrietatem catholicā veritatis. ps. Bonum est confidere in domino, &c. ¶ Quantum autem ad conturbantes dicit, Qui autē conturbat, &c. i. qui remouet vos à debito ordine, vt. s. à spiritualibus cōuertamini ad corporalia, cū debeat esse cōtrarium. 1. Co. 15. Nō prius quod spirituale est, sed quod animale est, deinde quod est. Et cū talis ordo sit peruersus, vt dicitur supra 3. Sic stulti facti estis, vt cū spiritu ceperitis, &c. ideo portabit iudicium. i. condemnationem sustinebit. Sicut enim qui inducit aliquem id bonū, remuneratur. Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellae in perpetuas aeternitates, &c. ita qui inducit aliquem ad malum, condemnatur. Io. 7. Qui turbasti nos, exturbet te dominus in hac die. Deut. 27. Maledictus qui errare facit caecum iu itinere. Et hoc quicumque est ille. i. quantūcūque sit auctoritatis, non parceret ei. Sed Porphyrius & Iulianus in hoc reprehendunt Paulum de praesumptione dicentes, q̄ hoc dicit lacerans Petrum (cū supra in faciem se restitisse scripserit) vt sit sensus, quicumque sit ille. i. etiam si Petrus esset, puniretur. Sed vt Aug. dicit non est credendum q̄ Paulus cum maledictō de ecclesiā principe loqueretur, cū scriptum sit. Exo. 22. Principem populi tui non maledices. Nec etiam q̄ Petrus sic offenderit quod esset dignus condemnatione. Dicit ergo Apostolus de quodam alio qui de Iudaea veniens, dicebat se fuisse discipulum magnorum Apostolorum, & sub ista auctoritate corrumpebat Galatas ipse cum aliis falsis praedicatoribus. supra. 2. Propter serbintroducos falsos fratres, &c. ¶ Consequenter cum dicit [Ego autē fratres, &c.] Remouet impedimentum ex parte sua. Et primū ponit sui excusationem. Secundū eorum qui cum infamabant obiurgationem, ibi [Vtinam abscondantur, &c.] Excludit autē falsum quod ei imponebatur. Et primū aliquid pertinens ad ipsum tantum. Secundū aliquid pertinens ad omnes, ibi [Ergo euacuatum est, &c.] Sciendum est circa primum quod Pseudo Galatis excusantibus se de eo q̄ non seruabant legalia, quia ita edocti erant ab Apostolo, & dicebant q̄ Apostolus deceperat eos, & confirmabant, dicentes Paulum praedicasse in Iudaea, & docuisse legalia debere seruari. Et ideo excusat se de hoc Apostolus, dicens [Ego autem fratres, si circumcisionem adhuc praedico, sicut imponunt mihi Pseudo,] quid adhuc persecutionem patior scilicet à Iudaeis. 1. Cor. 4. Persecutionem patimur, &c. Nam Iudaei specialiter propter hoc persequebantur Paulum, q̄ praedicebat legalia non debere seruari. Act. 21. dicit Iacobus Paulo, Audierint de te quia discensionem doceas à Moyse eorum qui per Gentes sunt Iudaeorum, dicens eos non debere circumcidere filios, &c. Pater ergo q̄ non est verū q̄ mihi imponunt, alioquin psecutiones adhuc non paterer: Falsum est etiam id quod mihi imponunt per id quod communiter est apud alios, quia circumcisionē praedico euacuatum est scandalum crucis. Nam non solum ego, sed etiam omnes Apostoli praedicamus Christum crucifixum. Iudaeis quidem scandalum, &c. vt dicitur 1. Cor. 1. Et de hoc maxime scandalizatur, quia praedicamus q̄ per crucem Christi legalia euacuatur. Si ergo praedico circumcisionem, euacuatur scandalum. 1. non erit scandalum apud Iudaeos vltra de cruce. Nam patienter sustinerent imo libenter vellent q̄ praedicarem crucem & legalia simul debere seruari. Vel secundum Augu. euacuatum est scandalum crucis, id est euacuata est crux quae est scandalum quasi dicat. Crux perdidit effectum suum & virtutē. supra 2. Si enim ex lege esset iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Dicit autē Apostolus specialiter euacuatum est, &c. vt det intelligere, quod propter hoc Iudaei occiderunt Christum, quia legalia non seruabat, & ea non esset seruanda docebat. Ioan. 9. Non est hic homo à deo qui sabbarum non custodit. ¶ Consequenter obiurgat

inquantū in carne domata non concupiscunt, sed quia non ex toto domari potest quin aliquo repugnet spiritui, sicut nec malitia intantum crescere potest, quin ratio remurmuret, idē cū aliquando concupiscunt, faciunt quod nolunt, plus tamen de eo quod volunt.

LECTIO 5.

Docetur liber-
tas à lege esse
per spiritum
& manife-
statur ab esse
cū ostendit
opera carnis
contraria spi-
ritui sancto
prohibita per
legem.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, inuidiae, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia, quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur.

Postquam ostendit Apostolus, quod per spiritum liberamur à desideris carnis: hinc consequenter ostendit quod per ipsum liberamur à seruitute legis. Et primò proponit beneficiū spiritus. Secundò manifestat per effectum, ibi Manifesta sunt opera carnis, &c. Dicit ergo, Dico quòd si spiritu ambulatis nō solum desideria carnis non perficietis, sed quod plus est, si spiritu ducimini [quod fit quando facitis quod spiritus suggerit vt director & gubernator, nō autē id ad quod sensus & affectus proprius instigat.] non estis sub lege. Pal. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam. Non quidem vt coactor, sed vt gubernator. Ex his autem verbis vult Hieronymus quod post aduentum Christi nullus habens spiritum sanctum tenetur seruare legem.

Sed sciendum est quod hoc quòd dicit [Si spiritu ducimini iam non estis sub lege.] potest referri ad praecipua legis vel ceremonialia vel moralia. Si quidem referatur ad ceremonialia, sciendū est quòd aliud est seruare legem, aliud est esse sub lege. Seruare legem est facere opera legis nō habendo spem in eis, sed esse sub lege est ponere spem in operibus legis. In primitiua autem ecclesia erant aliqui iusti seruantes legē sed nō sub lege, in quantum seruabant opera legis, sed nō erant sub lege quasi in eis spem ponentes. Sic etiā Christus sub lege fuit, supra 4. Factum sub lege, &c. Et sic excluditur opinio Hieronymi. Si autē referatur ad moralia, sic esse sub lege potest intelligi dupliciter, vel quantum ad obligationem, & sic omnes fideles sūt sub lege, quia omnibus data est. Vnde dicitur Mat. 5. Non veni soluere legē, &c. Vel quantum ad coactionem, & sic iusti non sunt sub lege, quia motus & instinctus spiritus sancti qui est in eis, est proprius eorū instinctus.

Nā charitas inclinat ad illud idē quod lex praecipit. Quia ergo iusti habent legem interiorē, sponte faciūt quod lex mandat ab ipsa non coacti. Qui verò voluntatē malē faciendi habent, cōprimuntur tamen pudore vel timore legis, isti coguntur. Et sic iusti sunt sub lege obligante tantū, non cogente, sub qua sunt solū iniusti. 2. Corin. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. 1. Tim. 1. Iusto non est lex posita. I. cogens. Consequenter cū dicit [Manifesta sunt autē opera, &c.] probat quae dixit per effectum. Et primò ponit opera carnis quae contrariantur spiritui sancto. Secundò ostendit quomodo opera spūs nō prohibentur à lege, ibi Aduersus huiusmodi, &c. Circa primum duo facit. Primò ponit opera carnis quae prohibentur à lege. Secūdo ponit opera spiritus quae ab ea nō prohibentur, ibi Fructus autē, &c. Circa primum duo facit. Primò pponit opera carnis. Secūdo subdit nocumentum quod ex his sequitur, ibi Quae praedico, &c. Dubitatur autē circa primum. Primò quidem de hoc quod Apostolus hic quaedam ponit quae non pertinent ad carnem, quae tamē dicit esse opera carnis, sicut idolorū seruitus, sectae, emulationes, & huiusmodi. Respondeo, dicitur dum est secundū Aug. lib. 4. de ciui. dei, cap. 2. Quod secundū carnē viuūt quicunque viuūt secundū seipsum. Vnde caro hic accipitur pro toto homine. Quicquid ergo puenit ex inordinato amore sui dicitur opus carnis. Vel dicendū est, quod aliquod pētū potest dici carnale dupliciter. I. quantum ad consummationem, & sic dicitur carnalia illa tantū quae consummātur in delectatione carnis. I. luxuria & gula, & quantum ad radicē, & sic omnia peccata dicuntur carnalia, inquantū ex corruptione carnis anima aggrauatur, vt dicitur Sap. 9. Ex quo intellectus debilitatus facilis decipi potest, & impeditur à sua perfecta operatione. Vnde & ex hoc sequuntur vitia. I. haereses, sectae & alia huiusmodi. Et hoc modo dicitur quod fomes est principium omnium peccatorū. Secūdo dubitatur, quia cūm Apostolus dicat, qui talia agunt regnū dei nō consequentur & nullus excludatur à regno dei, nisi pro peccato mortali, sequitur ergo quod omnia quae enumerat sint pēta mortalia. Cuius contrarium videtur, quia inter ista enumerat multa quae non sunt peccata mortalia, sicut est contentio emulatio, & huiusmodi. Respondeo, dicendū est quod omnia hic enumerata sunt aliquo modo mortalia, sed quaedam quidē secundum genus suum, sicut homicidiū, fornicatio, idolorū seruitus & huiusmodi, quaedam verò secundū suā consummationē, sicut ira cuius consummatio est in nocuentū proximi. Vnde si accedit consensus de ipso nocumento, est peccatū mortale. Et similiter comestio ordinatur ad delectationem cibi, sed si in huiusmodi delectationibus ponat quis finē suum, peccat mortaliter, & ideo nō dicitur comestiones, sed comestiones, & similiter intelligendum est de aliis similibus. Tertiò dubitatur de ordine & numeratione eorum. Circa quod dicendū est quod cūm Apostolus in diuersis locis, diuersa vitia, & diuersimodē enumerat, nō intendit enumerare omnia vitia ordinatē secundum artē, sed illa tantū in quibus abundant & in quibus excedunt illi ad quos scribit. Et ideo in eis nō est quarendā sufficientia, sed causa diuersitatis. His ergo habitis sciendum est quòd Apostolus enumerat quaedam vitia carnis quae cōtinuant circa ea quae non sunt necessaria vitae: quaedā verò circa ea quae sunt necessaria vitae. Circa primum ponit quaedam vitia quae sunt hominis ad seipsum, quaedā cōtra deum, quaedā cōtra proximū. Cōtra seipsum sunt quatuor, quae ideo primò ponit, quia manifeste ex carne pcedunt, quorū duo pertinet ad actum carnalem luxuriae. I. fornicatio quae est quādo, s. accedit solutus ad solutam, vel quantum ad naturalē vsum luxuriae. Aliud est immunditia quantum ad vsum contra naturā. Ephe. 5. Omnis fornicator aut immundus, &c. 2. Cor. 13. Qui non egerunt poenitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia, &c. Alia duo ordinantur ad ipsos actus. Vnum. s. exterior sicut tactus, aspectus, oscula & huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit, Impudicitia. Ephe. 4. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiae, &c. Aliud interioris. I. in cogitationibus immundis. Et quantum ad hoc dicit Luxuria. 1. Tim. 5. Cūm enim luxuriae fuerint in Christo nubere volunt &c. Contra deum ponit duo, quorum vnum est per quod impeditur ab hostibus dei cultus diuinus. Et quantum ad hoc dicit [Idolorum seruitus.] 1. Cor. 10. Neque idolatra efficiamini, &c. Sapient. 14. Infandorum enim idolorum cultura omnis mali causa est & initium & finis. Aliud est per quod initur pactum cum dāmonibus. Et quantum ad hoc dicit [Veneficia.] quae fiunt per magicas artes, & di-

Peccatum potest dici carnale dupliciter.

cuntur veneficia à veneno, quia fiunt in nocumentum hominū. 1. Corin. 10. Nolo vos fieri socios demoniorum. Apoc. vlti. Foris canes & venefici, &c. Contra proximum autem ponit nouem, quorum primum est inimicitia, vltimum verò homicidiū, quia ab hoc deuenitur ad illud. Primum ergo est inimicitia in corde, quae oritur dissensio in verbis. Et ideo dicit [Contentiones.] quae est impugnatio veritatis cum confidentia clari. Prouer. 20. Honor est homini qui se separat à contentionibus. Secundū est emulatio quae consistit in hoc quod ad idem obtinendū cū alio contendit. Vnde dicit, Accumulationes quae ex conreptione oriuntur. Tertiū est cū vnus impeditur per alium ad rem eandem tendentem, & ex hoc irascitur cōtra eum, & ideo dicit [Ira.] Iaco. 1. Ira enim viri, &c. Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram. Quartū cū ex ira animi peruenerit ad percussiones. Et quantum ad hoc dicit [Rixae.] Prouer. 4. Odium suscitatur rixas. Quintum ex his, s. dissensiones, & si quidē in rebus humanis sunt, dicuntur dissensiones, quādo. s. partialitates fiūt in ecclesia. Rom. 16. Obseruetis eos qui dissensiones & offendicula praeter doctrinam quam vos didicistis, faciunt, & declinare ab illis. Si in rebus diuinis, sic dicuntur sectae. I. haereses. 2. Pet. 2. Introducent sectas perditionis, &c. Et ibidem, Sectas non metuunt introducere blasphemantes. Ex his autē sequitur inuidia quādo illi quos amulantur, prosperantur. Job. 5. Paruulum occidit inuidia, &c. Ex his autē sequuntur homicidia cordis & operis. 1. Io. 4. Qui odit fratrem suum homicida est. Quantum verò ad vitia quae pertinet ad ordinationem circa vitā necessaria ponit duo, vnum quantum ad potum. Vnde dicit, Ebrietates. I. asidua. Luc. 21. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, &c. Aliud verò quantū ad cibū, & quantum ad hoc dicit [Comestiones.] Rom. 13. Non in comestationibus & ebrietatibus. Lectio 6.

Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

Numerantur opera spūs ad uerfus quae nō est lex.

Postis operibus carnis: hinc consequenter Apostolus manifestat opera spiritus. Et primò manifestat ea. Secundò ostendit quomodo lex se habet ad opera spiritus & ad opera carnis, ibi Aduersus huiusmodi, &c. Circa primum enumerat bona spiritalia quae nominat, fructus. Ex quo incidit quaestio, quia illud dicitur fructus, quo fruimur, sed actibus nostris nō debemus frui, sed deo solo, ergo huiusmodi actus quos enumerat hic Apostolus nō debet dici fructus. Item Glo. dicit quod huiusmodi opera spiritus sunt propter se appetenda: quod autem propter se appetitur non refertur ad aliud, ergo virtutes & earum opera non sunt referenda ad beatitudinem. Respondeo, dicendū est quod fructus dicitur dupliciter. I. vt acquisitus, pura ex labore. Mat. 7. Non potest arbor bona fructus malos facere. Opera autē spiritus dicuntur fructus nō vt adepti siue acquisiti, sed vt producti. Fructus autē qui est adeptus habet rationē vltimi finis, nō autē fructus productus. Nihilominus tamen fructus sic acceptus, duo importat. I. q. sit vltimum producentis, sicut vltimum quod producit ab arbore, est fructus eius, & quod sit suauē siue delectabile. Canti. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo. Sic ergo opera virtutū & spiritus sunt quid vltimū in nobis. Nā spiritus sanctus est in nobis p gratiam, per quam acquirimus habitum virtutū, & ex hoc potentes sumus operari secundum virtutē. Sunt etiā delectabilia. Et sunt etiam fructuosa. Ro. 6. Habetis fructū vestrū in sanctificatione. I. in operibus sanctificatis, & ideo dicitur fructus. Dicuntur etiā flores respectu futurae beatitudinis, quia sicut ex floribus accipitur spes fructus, ita ex operibus virtutum habetur spes vitae aeternae & beatitudinis. Et sicut in flore est quaedā inchoatio fructus, ita in operibus virtutū est quaedā inchoatio beatitudinis, quae tunc erit quādo cognitio & charitas perficerentur. Et per hoc patet responsio ad illud quod secūdo obicitur. Nam aliquid potest dici propter se appetendū dupliciter, quia I. propter, potest designare causam formalem, vel finalem. Opera virtutum propter se sunt appetenda formaliter, sed non finaliter quia habent in seipsis delectationem. Nam medicina dulcis appetitur propter se formaliter, quia habet in se vnde sit appetibilis. I. dulcedinē quae tamen appetitur propter finem. I. propter sanitatem. Sed medicina amara non est appetenda propter se formaliter, quia non delectat ratione suae formae, sed tamen propter aliud appetitur finaliter. I. propter sanitatem quae est finis eius. Ex his appareret ratio quare Apostolus effectus carnis vocat opera, fructus autē spiritus, vocat fructus. Dicitur enim quod fructus dicitur aliquod finale & suauē ex re productum. Quod autem producitur ex aliquo praeter naturam eius, nō habet rationem fructus, sed quasi alterius germinis. Opera autem carnis & peccata sunt praeter naturam eorū quae deus naturae nostrae inseruit. Deus enim humanae naturae quaedam femina inseruit. I. naturalem appetitum boni & cognitionem, & addidit etiam dona gratiae. Et ideo quia opera virtutum ex his naturaliter producuntur, fructus dicuntur, non autē opera carnis. Et propter hoc Apostolus dicit. Ro. 6. Quae ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Patet ergo ex dictis quod fructus spiritus dicuntur opera virtutum, & quia habent in se suauitatem & dulcedinem, & quia sunt quoddam vltimum productum secundum conuenientiam donorum. Accipitur autem differentia donorum, beatitudinū, virtutum & fructuū ad inuicē hoc modo. In virtute enim est considerare habitū & actū. Habitus autē virtutis perficit ad bene agendū. Et si quidē perficiat ad bene operandū humano modo, dicitur virtus. Si verò perficiat ad bene operandū supra modum humanum, dicitur donū. Vnde Philosophus supra cōmunes virtutes, ponit virtutes quaedam haereticas, putā, cognoscere inuisibilia dei sub enigmate est per modū humanum. Et haec cognitio pertinet ad virtutem fidei. Sed cognoscere ea perspicue & supra humanum modum, pertinet ad donum intellectus. Actus autem virtutis, vel est pficiens & sic est beatitudo, vel est delectans, & sic est fructus. Et de istis fructibus dicitur. Apoc. 2. Ex vtraque partelignum vitae afferens fructus. 12. &c. Dicit ergo fructus spiritus, qui. s. cōsurgit in anima ex seminatione spiritualis gratiae, est charitas, &c. Quiquidem sic distinguuntur, quia fructus aut perficiunt interioris, aut exterioris. Primò ergo ponit illos qui perficiunt interioris. Secūdo illos qui perficiunt exterioris, ibi [Bonitas, &c.] Interioris autem homo perficitur & dirigitur, & circa bona, & circa mala. 2. Cor. 6. Per arma iustitiae à dextris & à sinistris. Circa bona aut perficitur: primò quidem in corde per amorē. Nā sicut inter motus naturales primus est inclinatio appetitus naturae ad finem suum, ita primus moruum interiorū est inclinatio ad

omnibus benefacere, ordinem benefaciedi subdit, Maximè autem ad domesticos fidei, qui. f. nò solù natu ra nobis sunt similes, sed etiã sunt vniti fide & gratia. Eph. 2. Nò estis hospites & aduenç, sed estis ciues &c. Ergo omnibus impendeda est misericordia, sed præponedi sunt iusti, qui sunt ex fide: quia 1. Tim. 5. dicitur, Qui suorù maximè domesticorum curã non habet, fidè negauit: & est infideli deterior. Sed dubitatur hic vtrũ liceat plus vnũ diligere, q̃ aliũ. Ad quod sciendum q̃ amor potest dici maior vel minor dupliciter. Vno modo ex obiecto. Alio modo ex intèntione actus. Amare enim aliquẽ, est velle ei bonũ. Potest ergo aliquis aliũ magis alio diligere, aut quia vult ei maius bonũ quod est obiectũ dilectionis, aut quia magis vult ei bo num. i. ex intèntiori dilectione. Quantum ergo ad primũ omnes æqualiter debemus diligere, quia omnibus debemus velle bonũ vitæ æternæ. Sed quatum ad secundũ nò oportet quod omnes æqualiter diligamus: quia cum intentio actus sequatur principium actionis, dilectionis autem principiu fit vnio & similitudo, il los intensus & magis debemus diligere qui sunt nobis magis similes & vniti. Lectio 3.

Docentur Galate quomodo se habeant ad pseudo apostolos & præmonentur ad cognoscendos literis Pauli.

Vide qualibus literis scripsi vobis mea manu. Quicumque enim volunt placere in carne: hi cogunt vos circumcidi, statim ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt, sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur.

Postquã Apost. monuit Galatas qualiter se habeant ad homines rectos & iustos: hic docet quomodo se habeant ad hæreticos & peruersos. Et primò insinuat modũ scribendi monitionem. Secundò ipsam monitionem subiungit, ibi [Quicumq; enim, &c.] Circa primum sciendum q̃ consuetudo erat apud hæreticos deprauãdi & falsificandi scripturas canonicas, necnon & permiscendi aliqua eorum quæ hæresim sapiãt, propter hoc consuetudo fuit ab Apostolo seruata, q̃ quando aliqua contra eos scribebat, in fine literarũ aliqua scriberet, vt deprauari nò posset, & ita innoteret eis de eius conscientia processisse: sicut 1. Cor. vlt. dicit, Sa lutatio mea manu Pauli. Totam enim epistolã per alium eo dictate scribi faciebat: & postea in fine aliquid propria manu addebat. Et secundũ hunc modum ea quæ sequuntur ab isto loco scripsit Paulus manu propria. Vnde dicit, Videte qualibus literis scripsi vobis manu propria, vt. s. prædicta firmius teneatis, vt sciẽtes à me hanc epistolã missã magis obediatis. Sic ergo prælati debent propria manu scribere, vt quod docet verbo & scripto, ostendat exẽplo. Ideo dicitur Ef. 49, In manibus. i. in operibus meis descripsi te, &c. Exo. 32, dicitur de Moyse, q̃ descendit portans duas tabulas lapideas scriptas digito dei. Monitionem autem subiungit, dicens [Quicumque enim placere volũt, &c.] Et primò aperit seducendum intèntionem. Secundò ostendit suam intèntionem eis esse cõtrariam, ibi [Mihì autẽ absit gloriari, &c.] Tertio subdit suã ammonitionem ad subditos, ibi [Quicumque hanc regulam, &c.] Circa primum duo facit. Primò aperit seducendum malam intentionem. Secundò probat quod dicit, ibi [Neque enim circumcisonem, &c.] Circa primũ ponit vnum factũ & duas intèntiones adinuicem ordinatas. Factum autẽ erat istorũ qui circumcisonem inducebãt, & ex hoc duo intendebãt. Vnũ propter aliud. s. vt placeret inde Iudæis, & ex hoc q̃ carnales obseruãtias legis introducebãt in ecclesia Gẽtium, & hoc est quod dicit [Quicumq; volũt placere]. s. Iudæis infidelibus, in carne. i. carnalibus obseruãtias, hi cogũt vos circumcidi nò coactione absoluta, sed quasi ex cõditione dicẽtes Quia nisi circumcidamini, nò poteritis salui fieri, vt habetur Act. 15, Intendebãt autẽ ex hoc vterius quãdam securitatem habere. Iudæi enim persequebãtur discipulos Christi propter prædicationem crucis. 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christũ crucifixum, &c. Et hoc quia per prædicationem crucis euacuabãtur legalia. Nam si Apostoli simul cum cruce Christi prædicassent debere seruari legalia, nullã persecutionẽ Iudæi Apostolis intulissent. Vnde dicebat supra 5, Ego autẽ fratres si adhuc circumcisonem prædico, quid adhuc persecutionem patior, &c. Vt ergo nò haberet persecutionẽ à Iudæis, inducebãt circumcisonem. Et ideo dicit, Et etiã hoc ppter hoc rãtũ faciũt, vt crucis Christi persecutionem nò patiãtur. quã. s. pro cruce Christi inferretur. Vel hoc etiam faciebãt ad vitãdam persecutionẽ, nò solum Iudæorum, sed etiam Gentiliũ infidelium. Nã Romani imperatores, Gaius Cesar, & Octauus Augustus promulgauerũt leges, vt Iudæi vbi- cunque essent proprio ritu & propriis ceremoniis deseruiret, Et ideo quicũq; in Christũ credebãt & circumcisi nò erat, persecutionibus tam Gẽtilium q̃ Iudæorũ fiebat obnoxius. Vt ergo nò inquietaretur de fide Christi, & in quiete viuerent, cogebãt eos circumcidi secũdũ quod habetur in glo. Sed quia possent dicere pseudo, q̃ nò propter hoc circumcisonem inducũt, sed zelo legis solũ, ideo hoc excludẽs, probat quod dixit, cum dicit sic [Neque enim qui circumcidũtur, &c.] Constat enim quod si propter legis zelum aliquos ad legis obseruãtias inducerent, mandarent etiam legem in aliis impleri. Sed neque illi qui circumcidũtur, neque pseudo in aliis. s. in moralibus quæ potiora sunt in lege & in aliis obseruãtias custodiunt. Ioan. 7. Nemo ex vobis facit legem. non ergo ex zelo legis circumcisonem inducunt. Rom. 2. Circũcisio quidem prodest, si legem obserues. Sed ideo volunt vos circumcidi, vt in carne vestra. i. in canali vestra circumcisonem gloriantur apud Iudæos, eo quod tam multos profelytos faciant. Matth. 23, Vã vobis scribãt & pharisæi, qui circumcisi mare & aridam, vt faciatis vnum profelytum, &c. Lectio 4.

Ponit suam veram gloriam contra falsam gloriam pseudo apostolorum.

Mihì autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura.

Postquã Apostolus exposuit prauã seducendum intèntionem: hic insinuat suã. Et primò ponit suam intentionem. Secundò ostendit intentionis huius signũ, ibi [Per quem mundus, &c.] Tertio rationem intentionis assignat, ibi [In Christo Iesu, &c.] Dicit ergo, Intentio seducendum apparet, quia illi gloriatur in carne, sed ego aliam gloriã quero: s. in cruce. Et hoc est quod dicit [Mihì absit gloriari, &c.] Vide quod vbi mudi phisosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit. Quod illi visum est stultitia, Apostolo factũ est sapientia & gloria, vt dicit Aug. Vnusquisque ens in ea re gloriatur, per quã reputatur magnus. Sic qui reputat se magnum in diuitiis, gloriatur in eis, & sic de aliis. Qui enim in nullo alio se magnũ reputat, nisi in Christo, gloriatur in solo Christo. Talis autem erat Apostolus. Vnde dicebat supra 2, Viuo ego, iam nò ego, viuit vtrũ in me Christus. Et ideo nò gloriatur nisi in Christo, præcipue autem in cruce Christi, & hoc quia in ipsa inueniuntur omnia de quibus homines gloriari solent. Nam gloriatur aliqui de magnorũ (putã regnum aut principum) amicitia: & hoc maximè Apostolus inuenit in cruce, quia ibi ostenditur euicens signum

diuinæ amicitia. Ro. 5, Cõmẽdat autem suã charitatẽ deus in nobis, &c. Nihil enim sic charitatẽ suã ad nos ostendit sicut mors Christi. Vnde Gre. O inestimabilis dilectio charitatis, vt seruũ redimeres, filiũ tradidisti. Itẽ gloriatur aliqui de sciẽtia. Et hãc Apost. excellẽtiorẽ inuenit in cruce. 1. Cor. 2, Non enim est imauit me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christũ, &c. Nã in cruce est perfectio totius legis & tota ars bene viuẽdi. Item gloriatur aliqui de potentia, & hãc Apost. maximã habuit per crucẽ. 1. Co. 1, Verbũ crucis perẽtũtibus stultitia est, his autẽ qui salui sũt. i. nobis, virtus dei est. Itẽ gloriatur aliqui de libertate adeptã, & hãc Apost. cõsecutus est per crucem. Ro. 6, Vetus noster homo crucifixus est, vt vltra nò seruiamus peccato. Itẽ aliqui gloriatur in assumptione ad aliquod magnũ collegium. Sed per crucẽ Christi assumuntur ad collegiũ cælestẽ. Col. 1, Pacificas per sanguinem crucis eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Itẽ quãdã gloriatur in triũphali signo victoriæ, Sed crux triũphale signũ est victoriæ Christi cõtra dæmones. Col. 2, Expolias principatus & potestates traduxit cõfidenter, palã triumphas illos, &c. Sap. 14, Benedictũ lignum per quod fit iustitia. Signũ autem suæ intèntionis subdit, dicens, Per quẽ mihi mũdus, &c. Quia autẽ hoc quod dicit, Mihì absit gloriari, nisi in cruce, &c. est propositio exceptiua includẽs vnã affirmatiuã, & aliã negatiuã: ideo duplex signum ponit, probas vtrãque propositionẽ. Et primò quidem probat negatiuã. s. q̃ non gloriatur nisi in cruce: & hoc, cum dicit [Per quem mihi mũdus crucifixus est, &c.] Illud enim in quo quis gloriatur, nò est mortuũ in corde eius, sed magis illud quod cõtemnit. Psal. Oblioni datus sum tanq̃ mortuus à corde. Manifestum est autem q̃ mundus & omnia quæ in mundo sunt, mortua erant in corde Pauli. Phil. 3, Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christũ lucrificerem. Ergo nò gloriatur in mũdo, neque in his quæ in mũdo sunt, & hoc est quod dicit, Verẽ in nullo alio gloriatur, nisi in cruce Christi, per quẽ. s. Christũ crucifixũ mihi mundus crucifixus est. i. mortuus est in corde meo, vt nihil in eo cupiam. Secundò probat affirmatiuã. s. quod in cruce Christi gloriatur, dicẽs se crucifixum mundo. Qui enim gloriatur in aliquo, illud in se præterdit, & manifestare desiderat: sed Apost. nihil in se præterdit, nec manifestare desiderat, nisi quod pertinet ad crucẽ Christi, & ideo tantum in ea gloriatur: & hoc est quod dicit, Et ego mundo. s. sum crucifixus. qu. d. Porto insignia crucis, & sum reputatus vt mortuus. Et ideo sicut mundus horret crucem Christi, ita horret me. Col. 3, mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo &c. Rationem autem quare non in alio gloriatur, ostendit subdens, In Christo enim Iesu &c. In illo siquidem maximè gloriatur, quod valet & adiuuat ad coniungendum Christo, hoc enim Apostolus desiderat. s. cũ Christo esse. Et quia non valet ad hoc ritus Iudæicus, nec Gentiliũ obseruantia, sed crux Christi solũ, ideo solũ in ea gloriatur, & hoc est quod dicit, In Christo neque circumcisio aliquid valet. i. ritus Iudæicus, neque præputium. i. gentilitatis obseruantia. i. ad iustificandum, & adiungendum Christo, sed ad hoc valet noua creatura. Quod quidem patet ex his quæ dicta sunt supra 5. [quasi eisdem verbis,] In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputiũ, sed fides quæ per dilectionem operatur. Fides ergo charitate formata est noua creatura. Creati nanque & producti sumus in esse naturæ per Adam: sed illa quidem creatura vetusta iam erat & inueterata, & ideo dominus producens nos & cõstituens in esse gratiæ, fecit quãdã nouam creaturã. Iac. 1, Vt simus initium aliquod creaturæ eius. Et dicitur, Noua, quia per eam renouamur in vitam nouã, & per spiritum sanctũ. Psa. Emitte spiritũ tuum & creabũtur, & renouabis faciẽ terrę. Et per crucẽ Christi. 2. Cor. 5, Si qua est in Christo noua creatura, &c. Sic ergo per nouã creaturã. s. per fidẽ Christi & charitatẽ dei quæ diffusa est in cordibus nostris, renouamur, & Christo coniungimur. Lectio 5.

Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel dei. De cætero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto, Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

Monet ad gloriandum in cruce declarando fructũ inde secuturũ, & monet ne vltra molestem, rationẽ subinueniendo, & saluatiõnem ponit.

Aperta intentione seducendum & insinuatã sua, hic consequenter Apostolus monet eos: & primò ad sui imitationẽ. Secundò vt desistat ab eius molestatione, ibi [De cætero nemo, &c.] Tertio implorat eis gratiã auxiliũ ad prædictorum impletionẽ. Dicit ergo primò, Intentio mea est, vt non nisi in cruce Christi gloriar, quod & vos debetis facere, quia quicũque hanc regulã quã ego. s. teneo, secuti fuerint. s. hãc rectitudinẽ gloriãdi. 2. Cor. 10, Nò in immẽsum gloriãmur, sed secundũ mensurã regulę, &c. Pax super illos, s. gloriãtes: quia non nisi in Christo gloriãtur, pax, inquam, quã quietetur & perficiatur in bono. Pax enim est tranquillitas mentis. Cant. 8, Ex quo facta sum coram illo quasi pacem reperiens. Col. 3, Pax Christi exulet in cordibus vestris, in qua, &c. Et misericordia per quam liberentur à peccatis. Tren. 3, Misericordia domini, quia non sumus consumpti. Sap. 4, Gratia dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Qui. s. sunt Israel. Ro. 2, Non enim qui in manifesto Iudæus est. Ille ergo est Israel dei, qui est spiritualiter Israel coram deo. Ioan. 1, Ecce verẽ Israelita in quo dolus non est. Ro. 9, Non enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ, &c. sed qui filij sunt promissionis, existimantur in semine. Vnde & ipsi Gẽtiles facti sunt Israel dei per mentis rectitudinẽ. Israel rectissimus interpretatur. Gen. 32, Israel erit nomen tuũ, &c. Cõsequenter cum dicit [De cætero nemo, &c.] monet, vt desistat à sui molestatione. Et primò ponit ammonitionem. Secundò rationem eius assignat, ibi [Ego enim stigmata.] Dicit ergo [De cætero, &c.] quod potest dupliciter exponi. Vno modo, vt de cætero accipiatur in vi vnus dilectionis, vt sit sensus, De cætero. i. ammodo. Alio modo vt accipiatur in vi duarũ dictionum, vt sit sensus, De residuo nemo, &c. q. d. Ego gloria bor tantum in cruce, de omnibus aliis nemo mihi molestus sit: quia ego de nullo curo. Sed prima melior est. Quod autem dicit, Nemo mihi molestus sit, potest referri ad pseudo, qui molesti erant Apostolo, mouendo quæstiones, & murmurando de obseruãtias legalibus. Psa. Ego dum mihi molesti, &c. Vel potest referri ad auditores nò rectẽ sentientes, vt dicatur, Nemo mihi molestus sit. i. nullus auditor exhibeat se talem, vt rursũ in eo necessitatem habeam laborandũ, saliter sentiendo quã doceam. Rationem autem horum assignat, dicens [Ego enim stigmata, &c.] Stigmata enim propriè sunt quãdam notæ impressæ: aliqui cum ferro cadenti, sicut cum seruis ab aliquo domino signatur in facie, vt nullus eum sibi vèdicet, sed quiete dimittat domino suo, cuius stigmata portat. Hoc etiam Apo. dicit se stigmata domini portare quasi insignitus sit, vt seruis Christi. Et hoc quia portabat insignia passionis Christi, patiens pro eo mul

tas tribulationes in corpore suo, secundum illud. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, &c. 2. Cor. 4. Semper mortificationem domini Iesu in corpore nostro circumferentes, &c. Et secundum hoc dupliciter potest continuari ad praemissa. Vno modo vt dictum est, Nemo mihi molestus sit, nam ego portio insignia domini nostri Iesu Christi in corpore meo, & sic nullus superius habet nisi Christus. Alio modo, Nemo mihi, &c. quia ego habeo multos alios coelectos & stigmata quae in persecutionibus quas patior me molestari, & graue est addere afflictionem afflictio. Vnde coqueritur Iob 16. Concidit me vulnere super vulnere. Sed prima melior est. Implorat autem auxilium gratiae dei, dicens, Gratia domini nostri Iesu Christi, &c. Per qua praedicta implere possitis, sit cum spiritu vestro. i. cum ratione vestra, vt veritatem intelligatis. Vel cum spiritu vestro, quo. f. debetis legem obseruare, & non carnaliter. Ro. 8. Non enim accepistis, &c.

Explicit aurea expositio doctoris angelici sancti Thomae de Aquino ordinis fratrum praedicatorum in epistolam sanctissimi Pauli ad Galatas.

Incipit solennis explanatio eiusdem, IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.



Ego confirmaui columnas eius. Psal. Sicut dicit sapiens, Non minor est virtus quam querere parta tueri. Ideo non immerito commendatur Apostolus, quia & si Ephesios in fide non fundauit, tamen fundatos in fide confirmauit, vt ipse loquens de ecclesia Ephesiorum verè possit dicere. Ego confirmaui columnas eius: ego videlicet Israelita natione, Christianus religione, Apostolus dignitate. Israelita dico natione. Na & ego Israelita sum, ex femine Abraham de tribu Benjamin. 2. Cor. 11. Item Christianus religione. Gala. 2. Ego enim per legem mortuus sum legi, vt deo viuam, Christo confixus tum cruci, viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii dei. Item apostolus dignitate. 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorum. De his tribus. 2. Cor. 11. Israelita sum & ego, semen Abraham sum & ego, ministri Christi sum & ego, vt minus sapiens dico, plus ego. Talis debet esse praedicator sapientia salutaris. f. Israelita quoad contemplationem dei: Christianus quoad religionem fidei: Apostolus quoad auctoritatem officii. Ego ergo Iudaeus per originem: quarens deum per fidem: Apostolus dei per imitationem, confirmaui, &c. Confirmaui ne à fide vacillarent, sicut artifex confirmat aedificium ne cadat. Vnde dictum est Petro. Luc. 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quod fecit Paulus. Vnde ei coepit illud Iob 4. Vacillantes confirmauerunt sermones tui, confirmauit irè ne pseudo timerent, sicut Episcopus confirmat puerum ad robur contra pusillanimitatem. Vnde dictum est de David in Psal. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum, manus enim mea auxiliabuntur ei, & brachium meum confortabit eum, nihil proficiet inimicus in eo, &c. Psal. Verbo domini, per Paulum scripto, celi. i. Ephesii firmati sunt, &c. f. ne praemium gloriae amitterent, sicut praefatus vel princeps confirmat donum ne postea auferatur. Psal. Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in eternum. Has confirmationes petebat Psal. dicens, Confirma hoc deus quod operatus es in nobis, &c. Has promittebat Apost. 2. Thes. vlt. Fidelis autem deus qui confirmabit vos, & custodiet à malo. Ego ergo confirmaui columnas eius. f. fideles ecclesiae Ephes. Fideles enim ecclesiae dicuntur columnae, quia debet esse recti, erecti, & fortes. Recti per fidem: erecti per spem: fortes per charitatem. Recti per fidem, fides enim ostendit rectam viam, veniendi ad patriam. Vnde significatur per columnam nubis: de qua Exod. 13. Dominus autem praecedebat eos, ad ostendendam viam per diem in columna nubis, de qua dicitur Iudic. 20. Viderunt quasi columnam fumum de ciuitate ascendentem. Spes enim ad modum fumum ex igne. i. ex charitate prouenit, in altum ascendit, in fine deficit. i. in gloria. Fortes per charitatem, fortis enim est vt mors, dilectio: vt dicitur Can. 8. Vnde significatur per columnam ignis qui omnia consumit: de quo Sap. 18. Ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignorae viae. Sicut enim ignis illuminat diaphana, examinat metalla, exterminat cremabilia, sic charitas illuminat opera, examinat intentionem, & omnia vitia exterminat. Iam apparet quare sit causa eius epistolae efficiens: quia Paulus, quod notatur ibi [Ego.] Finalis, quia confirmatio, quod notatur, ibi [Columnas eius.] Formalis patet in diuisione epistolae, & modo agendi. Huic epistolae praemittit gloriator prologum siue argumentum, vbi principaliter duo facit. Primum describit eos. Secundò rationem & modum scribendi subdit, ibi [Hos collaudat apostolus, &c.] Ephesinos verò quibus scribit, describit à tribus. Primum à regione, quia Ephesii sunt Asiatici ab Asia minore. Secundò à religione, quia hi acceperunt verbum veritatis Christianae. Tertio à stabilitate, quia perstituerunt in fide. Primum respicit patriam. Secundum gratiam. Tertium perseverantiam. Hos collaudat Apostolus, &c. Hic subdit etiam rationem & modum scribendi, vbi implicat quatuor. Primum scripturae rationem. Secundò actoris qui est, Apostolus scribens. Tertio locum à quo scribit, quia à Roma de carcere. Quartò nuntium per quem scribit, quia per Tichicum diaconum, litera satis patet.

Caput I.

Ephesii sunt Asiatici ab Asia minore. Hic epistola est scripta. Roma à Paulo in carcere. Saluatio. Narratio in qua confirmat in bonis habi

Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei: omnibus sanctis qui sunt Ephesii, & fidelibus in Christo Iesu, Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo, benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in caelestibus, in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui praedestinauit nos in adoptionem

filiorum per Iesum Christum, in ipsum: secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae.
Hanc epistolam scribit Apolto. ad Ephesios. Ephesii sunt Asiatici, ab Asia minore, qua est pars Graeciae: hi non fuerunt per apostolum Paulum in fide fundati, sed confirmati. Iam enim antequam veniret ad eos, erat conuersi vt haberi potest Act. 16. Factum est cum Apolto esset Corinthi, &c. Post conuersionem verò suam, &c. Apolto confirmacionem, in fide perstitit, nec pseudo receperit. Non ergo repraesentatione, sed consolatione digni erant. Ideo Paulus eis non increpatoriā, sed consolatoriam scribit epistolā. Scribit autē ab vrbe Roma per Tichicum. Intētio verò eius est eos in bonis habitis confirmare, & ad altiora prouocare. Modus autē agēdi patet in diuisione epistolae. Primum ergo ponit salutationem, in qua suum affectum ad eos demonstrat. Secundò narrationem, in qua eos ad vltiora bona prouocat, à cap. 4. vsque ad locū illū cap. 6. De cetero fratres confortamini in domino &c. Quartò epistolā cōclusionem, in qua eos ad certamē spirituale confortat à loco isto. De cetero, vt que in fine. In salutatione primò ponitur persona salutis. Secundò persona salutata, ibi [Sanctis omnibus, &c.] Tertio forma salutationis, ibi [Gratia vobis, &c.] In prima, primò nominat per sonā, ibi [Paulus.] Secundò personae auctoritatē, ibi [Apostolus Christi.] Tertio auctoritatis datorem, ibi [Per voluntatem dei.] Dicit ergo [Paulus Apostolus.] Paulus nomen est humilitatis: Apostolus verò nomen est dignitatis: quia qui se humiliat, exaltabitur. Lu. 14. & 18. Apostolus, in quā, Iesu, non sathanā: sicut pseudo. 2. Cor. 11. Non est ergo magnū si ministri eius. f. sathanā trāsfigurētur vel ministri iustitiae, &c. Apostolus, in quā, & hoc non meis meritis, sed p voluntatem dei. Eccontra est in multis. Osee 8. Ipsi regnauerunt & non ex me, &c. Sanctis omnibus. f. qui sunt Ephesii, & fidelibus supple, scribit. Vel ego Paulus scribo sanctis: exercitio virtutum quoad mores: fidelibus, rectitudine cognitionis quoad fidem: vel sanctis. i. maioribus & perfectis: fidelibus. i. minoribus & fidelibus imperfectis, in quā, in xpo, non in seclis suis. Gratia vobis & pax, &c. Hic subditur salutationis forma, in qua implicatur tria donū quodlibet gratificatiō. f. donū sufficiency, ibi [Gratia vobis & pax.] Datoris potentia, ibi [A deo patre.] Mediatoris excellentia, ibi [Et domino Iesu Christo.] Tunc enim gratū est donū quādo sufficiens est quod datur, quando à potēte datur: vt quādo à rege vel principe datur, quādo per solēnem nuntium datur, vt per filiū. Dicit ergo, Gratia. f. iustificationis à culpa: & pax. i. tranquillitas mentis vel reconciliatio ad deum, quoad liberationem à debita pœna pro offensa, vobis supple sit, ex hoc. f. à deo patre nostro, à quo bona cuncta procedūt. Iac. 1. Omne datum optimū, &c. Et domino Iesu Christo, si ne quo nulla bona datur. Ideo ferè omnes orationes finiuntur per dominū nostrum Iesum Christū. Spiritū sanctū non nominat, quia cū sit nexus patris & filii, intelligitur in extremis, vel intelligitur in donis sibi appropriari, quae sunt gratia & pax. Deinde rōne dicit [Benedictus deus, &c.] Hic gratias agēdo, eos in bono confirmat, & hoc tribus modis. Primum ratione sumpta ex parte Christi, à quo multa bona adepti sunt, capite isto. Secundò ratione sumpta ex parte ipsorum qui de praeterito statu malo, ad bonū translati sunt, cap. 2. ibi [Et vos cum essetis mortui, &c.] Tertio ratione sumpta ex parte Apostoli, cuius ministerio & diligentia in bono statu positi, confirmati sunt, cap. 3. ibi [Huius rei gratia, &c.] Iterum prima in tres diuiditur: quia primò gratias agēdo, tāgit beneficia generaliter. Secundò beneficia exhibita ipsis apostolis specialiter, ibi [Quae superabundauit in vobis &c.] Tertio beneficia exhibita ipsis Ephesii specialiter, ibi [In quo & vos cū audissetis, &c.] Beneficia verò exhibita generaliter humano generi tāgit sex. Primum benedictio in certitudine futurae beatitudinis, ibi [Benedictus, &c.] Secundū electionis in praerordinata separatiōe à massa perditionis, ibi [Sicut elegit nos in ipso, &c.] Tertium praedestinationis in praerordinata associatiōe cū bonis. f. cū filiis adoptionis, ibi [Qui praedestinauit nos, &c.] Quartū gratificationis in collatiōe gratiae, ibi [In quo gratificauit nos, &c.] Quintū redēptionis, in liberatione à pœna. i. à diaboli seruitute, ibi [In quo habemus redēptionem, &c.] Sextum remissionis, in deletionē culpae, ibi [Remissionem peccatorum, &c.] Circa beneficiū benedictionis, tāgit duo. Primum praerconiū quod debet impēdi, ibi [Benedictus deus, &c.] Secundū beneficiū propter quod debet impēdi, ibi [Qui benedixit nos, &c.] Dicit ergo, Benedictus. f. à me, à vobis & ab aliis. f. corde & ore & opere. i. laudatus deus & pater. i. ille qui est deus per essentiam diuinitatis, & pater propter proprietatē generationis. Incidit autē copulatio non ratione suppositionis, quia idem est suppositū: sed ratione significatiōis essentialiter & relatiuē. Pater, in quā, domini nostri Iesu Christi. i. filii, qui est dominus noster secundum diuinitatem: Iesus Christus secundum humanitatem. Qui. f. deus benedixit nos in spe in praesenti: sed in futuro benedictus in re. Ponit autē praeritū pro futuro propter certitudinē. Benedixit, in quā, nos, licet nostris meritis maledictos. In omni benedictione spirituali. f. quātū ad animā & quātū ad corpus. Tunc enim erit corpus spirituale. 1. Cor. 15. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Benedictione. in quā, habita in caelestibus, i. in caelo. Et hoc in Christo. i. per Christū, vel in Christo operāte, Ipse enim est qui cōformabit corpus humilitatis nostrae, &c. Phil. 3. Valde appetēda est benedictio haec. Et ratio ne efficiētis: quia deus est benedictio haec. Et ratione materiae: quia nos benedicit. Et ratione formae: quia in omni benedictione spirituali benedicit. Psal. Ecce sic benedictus homo qui timet dominum. Deinde cū dicit [Sicut elegit nos, &c.] tāgitur beneficiū electionis, vbi cōmendatur electio iste, quia libera, ibi [Sicut elegit nos in ipso] quia aeterna, ibi [Ante mundi constitutionem] quia fructuosa, ibi [Vt essemus, &c.] quia gratuita, ibi [In charitate.] Dicit ergo, Ita bñdixit nos, non nostris meritis, sed ex gratia Christi, sicut elegit nos & gratis à massa perditionis separādo praerordinauit nos in ipso. i. per Christum. Ioan. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Et hoc ante mundi constitutionem. i. ab eterno antequam fieremus. Ro. 9. Cū nondū nati fuissent, &c. Elegit, in quā, non quia sancti essemus [quia nec eramus] sed ad hoc elegit nos vt essemus sancti virtutibus & immaculati à vitiis. Vt ergo enim facit electio secundum duas partes iustitiae. Psal. Declina à malo, & fac bonū. Sancti, in quā, in conspectu eius. i. interior in corde, vbi ipse deus cōspicit. i. Re. 16. Deus autem inuertur cor. Vel in conspectu eius, id est, vt eum inspiciamus, quia visio est tota merces secundum Augustinum. Et hoc fecit non nostris meritis, sed in charitate sua, vel nostra, qua nos formaliter sanctificat. Deinde cum dicit [Qui praedestinauit, &c.] subdit tertium beneficium. f. praedestinationis in praerordinata associatiōe cum bonis. Vbi circa praedestinationē implicat sex. Primum actū aeternum, ibi [Praedestinauit.]

is ratione sumpta ex parte Christi cui gratias agendo tangit beneficia generaliter ex enumerando communiato i generi humano. Et hic quidem tria ponuntur. f. benedictionis electionis & praedestinationis. Et epistola solū est consolatoria & non increpatori, & confirmat in bonis habitis & prouocat ad altiora

Secundum beneficium, f. electionis.

Tertium beneficium, f. praedestinationis.

cōparare Apostolis in gratia & gloria. Manifeste enim patet ex verbis istis q̄ Apostoli habēt gratiā maiore q̄ aliqui alii sc̄ti post xpm̄ & virginē matrē. Si verō dicatur alios sc̄tōs tātum mereri posse quantum & Apostoli mererūt, & per cōsequens tātam gratiā habere. Dicēdum est q̄ bene argueretur si gratia pro meritis daretur, quōd si ita esset, iam non esset gratia: vt dicitur Ro. 11, Et ideo sicut deus præordinauit aliquos sc̄tōs ad maiore dignitatē, ita & abundantiore gratiā eis infudit, sicut Christo hoī quē ad vnitatē personæ assumpsit, cōtulit gratiam singularē. Et gloriosam virginē Mariā, quam in matrem elegit, & quantum ad animā, & q̄tum ad corpus gratia impleuit, & sic Apostolos, sicut ad singularem dignitatē vocauit, ita & singularis gratiæ priuilegio dotauit: propter quod dicit Apost. Ro. 8, Non ipsi primitias spiritus habētes. Glo. tēpore prius, & ceteris abundantius. Temerarium est ergo aliquem sanctum Apostolis cōparare. Superabū dāuit ergo gratia dei in Apostolis in omni sapiētia. Nā Apostoli p̄positi sunt ecclesiā sicut pastores. Hic, 3, Dabo vobis pastores secundū cor meū, & pascēt vos sciētia & doctrina. Duo autē spectāt ad pastores. s. vt sint sublimes i cognitione diuinorū, & industrii in actione religionis. Nā subditi iustruēdi sūt in fide & ad hoc necessaria est sapiētia, q̄ est cognitio diuinorū, & q̄tum ad hoc, dicit, In omni sapiētia. Lu. 21, Ego dabo vobis os & sapiētiam cui nō poterunt resistere nec cōtradicere oēs aduersarii vestri. Itē gubernandi sunt subditi i exterioribus, & ad hoc necessaria est prudētia. Mat. 10, Estote ergo prudētes, &c. Sic ergo apparet beneficiū Apostolorū q̄tum ad excellētiam sapiētia. ¶ Sequitur eorū beneficiū q̄tum ad excellētiam reuelationis, ibi [Vt notū faceret sacramētum, &c.] q. d. Sapiētia nostra nō est, vt sciamus naturas rerū, & syderū cursus, & huiusmodi, sed in solo Christo. 1. Cor. 2, Nō enim iudicauim scire aliquid inter vos, nisi Christū Iesum, &c. Vnde hic dicit, Vt notū faceret sacramētum. i. sacrum fecerūt. s. mysteriū incarnationis, quod fuit ab initio absconditū. Causam autē huius sacramēti absconditū subdit, dicens, Voluntatis. Nam effectus futuri nō cognoscūtur, nisi cognitis causis suis, sicut eclipsim futurā nō cognoscimus, nisi cognoscēdo causā eius. Cū ergo causa mysterii incarnationis sit volūtas dei: quia p̄pter nimā charitatem quā deus habuit ad homines, voluit incarnari. Io. 3, Sic em̄ deus dilexit mūdum, vt filiū suū vigenitū daret. Volūtas autē dei occul tissima est. 1. Cor. 2, Quę dei sunt, nemo nouit, nisi spūs dei. Causa ergo incarnationis occulta fuit, nisi quibus deus reuelauit per spiritum sanctum: sicut Apost. dicit 1. Cor. 2, Dicit ergo, Vt notum faceret sacramētū. i. sacrum secretum, quod ideo est secretum, quia voluntatis suæ. Mat. 11, Confitere tibi domine pater celi & terra, quia abscondisti hæc a sapiētibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Item Col. 1, Mysterium quod absconditum fuit a seculis & generationibus: nūc autē manifestatum est sc̄tis eius, quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramēti huius. Quid autē sit hoc sacramētū exponit, dicens, Scdm̄ beneplacitū, &c. Quæ quidē sentētia intricata est, & debet sic cōstrui, vt notum faceret, &c. Quod quidē sacramētum est instaurare omnia in Christo. i. per Christū. Omnia dico quę in celis & in terra sunt. Instaurare, in quā, in eo s. Christo, cum dispēfatione plenitudinis tēporū, & hoc scdm̄ beneplacitum eius. Vbi tria tangit. s. sacramēti causam, tēporis cōgruitatē, & sacramēti vtilitatem. Causam quodāmodo tāgit, cū dicit, Secundum beneplacitum. Licet autē quicquid deo placet, bonum sit: hoc tamen beneplacitum dei anthonomazicē bonū dicitur, quia per ipsum ad perfectā fruitionem bonitatis perducimur. Psal. Beneplacitū est domino sup̄ timētes eum. Ro. 12, Vt probetis quæ sit volūtas dei bona & beneplacens & perfecta. Cōgruitas tēporis fuit in dispēfatione plenitudinis, de qua dicitur Gal. 4, Vbi venit plenitudo tēporis misit deus filiū suū factum ex muliere. Vnde Apost. hic excludit quæstionem friuolā, quam Gētilēs querebant cōsueuerūt: vt enim dicitur Iob 24, Ab oīpotente non sunt abscondita tēpora. Vnde sicut oīa ordinat & dispensat, ita & tēpora dispēfando & accōmodādo ea effectibus quos producit secundum cōgruentiam eorum. Sicut autem aliis affectibus ab eo productis tempora ordinata sunt: ita & certum tēpus præordinauit ab æterno mysterio incarnationis: quod quidem tēpus secundum glo. existens fuit postq̄ homo cōiunctus fuit de sua insipientia ante legem scriptā, dum. s. creaturas collebat, vt creatorem: vt dicitur Rom. 1, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: & de impotentia per legem scriptā, quam implere nō poterat: vt sic hoīes aduentum Christi de sua sapientia & virtute non præsumentes, non contemnerent: sed quasi infirmi & quodāmodo ignari, Christū auidius affectarent. ¶ Et effectus huius sacramēti est instaurare oīa. Nā in quantum sc̄ta sunt propter hominem omnia instaurari dicuntur. Amos 9, Suscitabo tabernaculū Dauid quod cecidit, & reedificabo aperturas murorū eius, & ea quæ contruerūt, instaurabo. Omnia, in quā, quæ in celis. i. angelos: non q̄ pro angelis mortuus sit Christus, sed quia redimendo hominem, reintegratur ruina angelorū. Psal. Impleuit ruinas, &c. Vbi cauendus est error Origēnis, ne per hoc credamus angelos dānatos redimendos esse p̄ Christum, vt ipse finxit. Et quæ in terris, in quantum caelestia terrenis pacificat. Col. 1, Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in celis sunt: quod est intelligendum quātum ad sufficiētiam, & sic omnia non restarentur quantum ad efficaciam.

LECTIO 4.

Ostendit
Apostolus
quod ex meritis
sed ex gratis
dei accepisse
excellētiam be
neplacitū, pro
penando gra
tiā vocati
in voluntariū
beneficium
quod est in
quo & vni
que finem.
Quid sit fors.

In quo etiam nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ: vt simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus in Christo.

¶ Suprà posuit Apost. abundantiam gratiæ, quam ipse & alii Apostoli à Christo receperunt: ne autem crederet aliquis eos propriis meritis eam recepisse: ideo cōsequenter ostendit q̄ gratis eam receperunt, vocati à deo nō propriis meritis. Diuiditur autē pars ista in tres: quia primò p̄ponit gratuitā vocationem. Secundò voluntariam dei prædestinationem, ibi [Prædestinati secundum propositū eius, &c.] Tertiò vtriusq̄ finem, ibi [Vt simus in laudē gloriæ eius, &c.] Dicit ergo, Dixi q̄ huiusmodi gratia superabundauit in nobis, & q̄ in Christo omnia restaurata sunt. In quo etiā, per quem xpm̄ nos sorte sumus vocati. i. nō nostris meritis, sed diuina electione. Col. 1, Gratiās agētes deo & patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine, &c. Psal. In manibus tuis fortes meæ. ¶ Ad huius autē intellectu sciēdum est q̄ multa sūt inter homines, quæ fortuita vidētur & cōingentia: quæ tamen sunt secundum diuinā prouidentiam ordinata. Sors nihil aliud est, q̄ exquisitio prouidentia diuinæ de aliquo cōingenti & humano. Vnde Aug. super illud Psal. In manibus tuis fortes meæ. Dicit q̄ fors nō est aliquod malū, sed in rebus dubiis diuinā exquisitē volūta rem. Est autē in fortibus triplex peccatū vitādum. Primò quidem superstitionis: nam omnis vana & illicita

religio superstio est. Tunc ergo in fortibus incurritur peccatū illicitē superstitionis, quando in eis initur aliq̄d pactum cum demonibus. Vnde dicitur Ezē. 21, Stetit rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum dominationem querens, commiscens sagittas. Interrogauit idola, extra consuluit. Cōmiscere enī sagittas ad fortilegiū pertinet & interrogare idola ad superstitionem. Et ibi fortilegiū dānatur inter peccata ad superstitionē pertinentia. Secūdo vitādum est peccatū tentationis dei, nā quādiu per se homo aliquid potest facere & scire quid debeat facere, si tūc à deo forte vel aliquo alio loco tali explorat quid facere debeat, deū tentat. Quando autē necessitas imminet neque ipse per seip̄m iuuari potest, tunc licitè à deo inquirat quid facere debeat. 2. Paralip. 20, Cū ignoremus quid agere debeamus, hoc solū habemus residuū vt oculos nostros dirigamus ad te. Tertiò vitādum est peccatū vanitatis: quod fit si de inutilibus & impertinentibus ad nos inquiramus, vt puta, de futuris cōingentibus. Vnde dicitur Act. 1, Non est vestrū nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate. Potest ergo secundū hoc triplex fors accipi. s. quādā diuisoria, quādā consultoria, & quādā diuinatoria. Diuisoria est cum aliqui diuidentes hæreditatē & concordare non valentes mittunt sortes, puta, anulū, vel cartam: vel aliquod tale ostendendo dicentes, ille cuiusq̄ euenerit, habebit partem istā in hæreditate. Et huiusmodi sortes possunt mitti licitè, Prouer. 18, Contradictiones cōprimunt fors: & inter potētes quoq̄ diiudicat. i. inter volentes diuidere. Consultoria autē fit quādo quis dubitās quid facere debeat consulit deū mittēs sortes. Ionæ 1. dicitur, Quod quādo superuenit tempestas illa in mari consuluerunt deū sortem mittentes, vt scirēt cuius peccatō tempestas illa venisset. Et hic modus licitus est, maximè in necessitatibus, & in electionibus potestati secularium. Vnde faciunt rotulos de cera in quorum quibusdam ponunt aliquas cartas & in quibusdā non, quos buffulos vocant, vt illi quibus veniunt buffuli cum cartis habeant voces in electione. Sed hoc ante aduentum spūs sc̄ti, Apostoli fecerunt etiam in electione spiritali. Act. 1, quādo fors cecidit super Mathiā: sed hoc post aduentū spiritus sancti, amplius non licet in prædictis electionibus, quia hoc faciendo iniuriaretur spiritui sc̄to. Credendum est enim q̄ spūs sanctus, prouidet ecclesiæ suæ de bonis pastoribus. Vnde post aduentū spiritus sancti quādo Apostoli legerunt septē dyaconos non miserunt sortes, & ideo in nulla electione ecclesiastica hoc modo licet. Diuinatoria autē fors est inquisitio de futuris soli diuinæ cognitioni referuatis. Et hæc semper habet vnitatem admixtā, nec potest sine vitio curio sitatis fieri. Quia ergo fors nihil aliud est quā inquisitio rerum quæ ex diuina voluntate sunt: gratia autem eius ea sola diuina voluntate dependet. Inde est q̄ gratia diuinæ electionis dicitur fors, quia deus p̄ modum fortis scdm̄ occultam prouidentia, non ex alicuius meritis, p̄ gratiam internam vocat. ¶ Deinde cū dicit [Prædestinati, &c.] p̄ponit voluntariam dei prædestinationem de qua dicitur Ro. 8, Quos prædestinauit hos & vocauit. Cuius quidē prædestinationis ratio non sunt merita nostra, sed mera dei voluntas, propter quod subdit, Secundū propositum eius. Ro. 8, Scimus quoniam diligētibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundū propositum vocati sunt sancti. Quod autem secundū propositum prædestinauerit, probat: quia nō solū hoc, sed etiā omnia alia quæ deus facit operatur secundū consilium voluntatis suæ. Psal. Omnia quæcūq̄ voluit dominus fecit. Esa. 46, Consiliū meum stabit & omnis voluntas mea fiet. Non autē dicit secundum voluntatem, ne credas q̄ sit irrationabilis, sed secundum consiliū voluntatis suæ. i. secundum voluntatē suam quæ est ex ratione, non secundum q̄ ratio importat discursum, sed secundū q̄ designat certā & deliberatā voluntatem. ¶ Vltimo autem tāgit finem vtriusq̄, s. prædestinationis & vocationis. s. laudē dei. Vnde dicit, Vt simus in laudē gloriæ eius nos qui ante sperauimus in Christo, & per nos qui credimus in Christo laudetur gloria dei. Esa. 55, Montes & colles cantabunt corā vobis laudem. Laus autem gloriæ dei: vt dicit Ambrosius, Iest cū multi acquiruntur ad fidem, sicut gloria medici est cū multos acquirat & curat. Eccle. 2, Qui timetis dominū sperate in illum, & in oblectatione veniet vobis misericordia.

LECTIO 5.

In quo & vos, cum audissetis verbum veritatis [euangelium salutis vestre] in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

¶ Postq̄ enarravit Apostolus beneficia collata cōmuniter oībus fidelibus exhibita specialiter Apostolis: hic autē enumerat beneficia ipsi Ephēsi collata. Diuiditur autē pars ista in duas, quia primò proponit beneficia eis exhibita. Secūdo insinuat affectum suum & ipsi beneficiis excitatum, ibi [Propterea & ego audiens, &c.] Prima iterum in tres diuiditur secundum tria beneficia eis exhibita: quia primò proponit beneficium prædicationis. Secundò beneficium cōuersionis ad fidem, ibi [In quo & credētes signati estis.] Tertiò beneficium iustificationis, ibi [Signati estis, &c.] Dicit ergo q̄tum ad primū, In quo. s. Christo & vos cū audissetis. i. cuius beneficio & virtute audissetis verbū veritatis. i. verbū prædicationis, in quātum ipse Christus ad vos prædicatores misit. Ro. 10, Quomodo audient sine prædicatō? quomodo verò prædicabūt, nisi mittātur. Item eodē infrā, Ergo fides ex auditu, auditus autē p̄ verbum dei. Eius ergo beneficio audiunt qui prædicatores eis mitti. Luc. 11, Beati qui audiunt verbū dei & custodiunt illud. ¶ Hoc verbum prædicationis tripliciter cōmendat Apost. Primò à veritate, cū dicit, Verbū veritatis, Quippe quia accepi originem à Christo: de quo dicitur Ioā. 17, Sermo tuus veritas est. Iac. 1, Volūtariē genuit nos verbo veritatis suæ. Secūdo quia est annūtiatio bona. Vnde dicit, Euāgelii, quod quidem annūtiat summū bonum & vitā æternam: & anthonomazicē verbum fidei, euāgelium dicitur, quia annūciatio summi boni. Esa. 52, Quām pulchri pedes annūtiātis & prædicātis pacē, annūtiātis bonum, p̄dicātis salutē. Eodē 41, Super montē excelsum ascēdit tu qui euāgelizas Syon. Et hoc est q̄tum ad futura bona. Tertiò describitur & commendatur quātum ad bona præsentia, quia saluar. Vnde dicit [Salutis vestræ]. i. quod creditum dat salutē. Ro. 1, Non em̄ erubescō euāgelium: virtus enim dei est in salutem omni credenti. 1. Co. 15, Notum autem vobis facio fratres euāgelium quod prædicauim vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini. ¶ Quātum autē ad beneficium cōuersionis ad fidem, dicit, In quo. s. Christo. i. in cuius operatione vos credētes signati estis. Quod quidē beneficium ideo apponitur fidei, quia fides necessaria est audientibus. Frustrā enim quis audiret verbū veritatis, si nō crederet, & ipsum credere est per xpm̄: infrā 2, Gratia enim estis saluati per fidem. Et hoc nō ex vobis, donū enim dei est. ¶ Quātum verò ad beneficium iustificationis, dicit [Signati estis.] Et

In fortibus triplex peccatū.

Tria beneficia Ephēsi exhibita numerantur. s. prædicationis, cōuersionis, & iustificationis.

hoc per spiritum sanctum qui datus est vobis, de quo dixit tria. scilicet quod est signum, & quod est spiritus promissionis, & quod est pignus hereditatis. Signum quidem est in quantum per eum infunditur charitas in cordibus nostris qua distinguimur ab his qui non sunt filii dei, & quantum ad hoc dicit, Signati estis. id est diuisi a grege diaboli. In fra 4. Nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis, &c. Sicut enim homines gregibus suis apponunt signa ut ab aliis distinguantur, ita dominus gregem suum. id est populum suum spirituali signo voluit signari: dominus autem populum peculiare habuit, in veteri quidem testamento Iudaeos. Ezech. 34. Vos autem greges mei greges pascuae meae homines estis. Vnde Psal. Nos autem populus eius, & oves pascuae eius. Sed quia hic grex in pascuis corporalibus pascitur, sicut in doctrina corporali & in bonis temporalibus. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terrae comedetis: ideo cum dominus corporali signo, scilicet circumcissionis ab aliis separauit & distinxit. Gen. 17. Eritque pactum meum in carne vestra. Prius autem dicitur, Circumcidetis carnem praeputij vestri, ut sit signum foederis inter me & vos. In nouo autem testamento grege habuit populum Christianum. 1. Pe. 2. Conuersti estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. Io. 10. Oves meae vocem meam audient, &c. Sed grex iste pascitur in pascuis doctrinae spiritualis & spiritualibus bonis: ideo cum signo spirituali ab aliis dominus distinxit: hoc autem est spiritus sanctus, per quem illi qui Christi sunt, distinguuntur ab aliis qui non sunt eius: quia autem spiritus sanctus amor est, ergo tunc spiritus sanctus datur alicui quando efficitur amator dei & proximi. Ro. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, &c. Signum ergo distinctionis est charitas, quae est a spiritu sancto. Io. 13. In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis si dilectionem habueritis adiuuicem. Spiritus ergo sanctus est quo signamur. Spiritus vero promissionis dicitur triplici ratione. Primum quia promissus est fidelibus. Ezech. 36. Spiritum novum ponam in medio vestri. Et Ezech. 37. Dabo vobis spiritum novum. Secundum quia datur cum quadam promissione, ex hoc enim ipso quod datur nobis, efficitur filij dei. Nam per spiritum sanctum efficitur vnum cum christo. Ro. 8. Si quis autem spiritum dei non habet, hic non est eius, & per consequens efficitur filij dei adoptiuus, ex quo habemus promissionem hereditatis aeternae: quia si filij, & haeredes. Ro. 8. Tertio dicitur pignus, in quantum facit certitudinem de promissa hereditate. Nam spiritus sanctus in quantum adoptat in filios dei, est spiritus promissionis, & ipsemet est signum promissionis adipiscenda. Sed ut dicitur in gloria litera habet, Qui est arra hereditatis: & forte melius, quia pignus est aliud a re pro qua datur, & redditur postquam ille qui pignus recipit, re sibi debita recipit. Arra autem non est aliud a re pro qua datur, nec redditur: quia datur de ipso pro, quod non est auferendum, sed copulandum. Deus autem dedit nobis charitatem tantum pignus, per spiritum sanctum, qui est spiritus veritatis & dilectionis. Et ideo huiusmodi non est aliud quam quadam particularis & imperfecta participatio diuinae charitatis & dilectionis, quae quidem non est auferenda sed percipienda ideo magis proprie dicitur arra quam pignus. Tamen potest nichilominus & pignus dici. Nam per spiritum sanctum deus nobis diuersa dona largitur, quorum quadam manent in patria, ut charitas quae nunquam excidit. 1. Cor. 13. quadam vero propter sui imperfectiōem non manent, sicut fides & spes, quae euacuabuntur ut ibidem dicitur. Sic ergo spiritus sanctus dicitur, arra per respectum ad ea quae manent: pignus vero per respectum ad ea quae euacuabuntur. Ad quid autem signati sumus subdit, dicens, In redemptionem. Nam si aliquis de nouo aliqua animalia acquireret & adderet gregi suo imponderet eis signa acquisitionis illius. Christus autem acquisiuit populum ex Gentibus. Io. 10. Alias oves habeo quae non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, &c. Et ideo impressis eis signum acquisitionis. 1. Pe. 2. Gens sancta, populus acquisitionis. Act. 20. Quam acquisiuit sanguine suo. Sed quia christus acquisiuit populum istum, non sic quod nunquam fuerit suus, sed quia aliquando fuerat suus, sed opprimebatur a seruitute diaboli, in qua peccato se reddegit, ideo non dicit simpliciter, acquisiuit, sed addit, In redemptionem. q. d. Non simpliciter de nouo acquisiuit, sed quasi a seruitute diaboli per sanguinem eius redempti. 1. Pe. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis, &c. Acquisiuit ergo Christus nos redimendo, non quod accrescat inde aliquid deo: quia bonorum nostrorum non indiget. Job. 35. Si iuste egeris, quid donabis ei: aut quid de manu tua recipiet? Ad quid autem acquisiuit nos christus, subdit, In laudem gloriae ipsius. id est ut ipse deus laudetur. Esa. 43. Qui inuocat nomen meum in gloria mea creauit eum. Lectio 6.

Propterea ego audiens fidem vestram quae est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut deus domini nostri Iesu Christi pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quae sit spes vocationis eius & quae diuitiae gloriae hereditatis eius in sanctis, & quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus.

Postquam enumerauerit Apostolus beneficia Ephesius collata per Christum: hic ostendit quomodo affectus suus creuit ad eos. Diuiditur autem haec pars in tres partes, quia primum praemittitur bonorum quae audiuit de eis commemoratio. Secundum de perceptis beneficiis gratiarum debita actio, ibi Non cesso gratias agere &c. Tertio subditur pro futuris beneficiis eius oratio, ibi Memoriam vestri faciens &c. Bona autem quae de eis audiuit, sunt duo, vnum quo ordinantur ad deum, & hoc est fides. Et quantum ad hoc dicitur Propter ea & ego audies fidem vestram quae est in Christo Iesu: quae quidem facit habitare deum in homine infra 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Item corda purificat. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Item sine lege iustificat. Rom. 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Secundum quod ordinatur ad proximum, & hoc est dilectio, & quantum ad hoc dicitur, Et dilectionem. id est opera charitatis, quae quidem dilectio est spirituale signum quod homo sit discipulus Christi. Io. 13. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem &c. Et ibidem, Mandatum nouum do vobis ut diligatis inuicem &c. dilectionem, dico, in omnes sanctos. Nam omnes quos ex charitate diligimus debemus eos diligere vel ideo quia sancti sunt: vel ut sancti sint. Gal. 6. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei &c. Deinde cum dicitur Non cesso &c. Jagit Apostolus gratias de bonis & beneficiis huiusmodi auditis dicens, Non cesso gratias agens &c. Contra, quia non sepe poterat continere pro eis gratias agere. Respondeo. Apost. dicit, non cesso. id est in horis debitis, vel non cesso, quia affectus gratias agendi pro vobis sine cessatione habitualiter est in me. Col. 1. Non cessamus pro vobis orantes & postulantibus &c. Ro. 1. Sine intermissione memoriam vestri facio semper orationibus meis. Consequenter orat Apostolus pro beneficiis eis in futurum concedendis, & quantum ad hoc dicit, Memoriam vestri &c. Et haec diuiditur in tres:

quia primo proponit quaedam quae eis petit. Secundum exponit ea, ibi In agnitionem eius, &c. Tertio ostendit exemplar & formam illorum, ibi Secundum operationem potentiae, &c. Dicit ergo quantum ad primum, Non solum gratias ago quantum ad beneficia praeterita quae recepistis & quantum ad bona audita de vobis, sed etiam oro ut omnino in futurum accrescat. Memoria vestri faciens in orationibus meis pro his. id est deus domini nostri Iesu Christi pater gloriae, &c. Vbi sciendum quod dominus noster Iesus Christus & deus & homo est. Et in quantum homo est, deum habet cum sit compositus ex anima & corpore quorum vtrique, cum sint creaturae, competit deum habere: secundum autem quod deus est, patrem habet. Io. 20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum: deum meum & deum vestrum. Similiter etiam secundum quod est deus: est gloria patris. Hebraeorum 1. Qui cum sit splendor gloriae &c. Est etiam gloria nostra: quia ipse est vita aeterna. Io. 10. Simus in verum filio eius, hic est verus deus: & vita aeterna. Sic ergo dicit, ut deus domini nostri Iesu Christi, secundum quod est homo: & pater eiusdem secundum quod est deus, pater, in quantum gloriae. scilicet Christi quod est gloria eius. Pro. 23. Gloria patris filij sapientis, &c. & gloriae nostrae in quantum dat oibus gloriae. Deinde cum dicitur Det vobis, &c. ponit ea quae petit quae sunt duo. Vbi sciendum est quod quaedam sunt dona communia oibus sanctis. scilicet illa quae sunt necessaria ad salutem, ut fides, spes, charitas, & haec habebat: ut iam patet. Alia autem sunt dona specialia, & quantum ad hoc pro eis orat: primum quidem pro dono sapientiae: & quantum ad hoc dicitur [Det vobis spiritum sapientiae] quem nullus potest dare nisi deus. Sap. 9. Sententia autem tuus sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis. Secundum orat pro dono intellectus, & hoc consistit in reuelatione spiritualium secretorum, propter quod dicit. Et reuelationis: quae etiam a solo deo est. Dauid. 2. Est deus in caelis reuelans misteria. Exponit autem quae sunt ista quae petit, & primum quod pertinet ad donum sapientiae, secundum quod pertinet ad donum intellectus, ibi [Ut sciatis quae sit spes, &c.] Ad donum autem sapientiae pertinet cognitio diuinorum. Vnde petere donum sapientiae est & petere quod habeant cognitionem dei. Et hoc petit, ibi [In agnitionem dei, &c.] q. d. Hoc peto ut per spiritum sapientiae habeatis illuminatos oculos cordis vestri in agnitionem. scilicet clariorum eius. scilicet dei. Psal. Illumina oculos meos, &c. Hoc est contra eos qui habent oculos illuminatos tantum ad temporalia cognoscenda: cum magis tamen sit necessarium & etiam gloriosum cognoscere deum. Hierem. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur diues in diuitiis suis: sed in hoc gloriatur, qui gloriatur scire & nosse me. Ad donum autem intellectus tria pertinentia ponit. Vnum quantum ad statum praesentem: & duo quantum ad futurum. Ad statum vero praesentem pertinet spes, quae est necessaria ad salutem. Ro. 8. Spes enim salui facti sumus, &c. quantum ad hoc dicit, Ut sciatis quae sit spes vocationis eius. id est virtus spei, & de qua re sit. Quae quidem & maxima est, quia de maximis. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, &c. Et fortissima virtutum. Heb. 6. Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem: quam sicut ancoram habemus animae, &c. Sed quia ea quae speramus, sunt de futura vita: ideo alia duo pertinent ad vitam futuram: vnum quidem pertinet ad omnes iustos communiter, quod est praemium essentiale. Et quantum ad hoc, dicitur [Et quae diuitiae gloriae, &c.] Vbi ponit quatuor ad illa dona pertinentia. Primum est quod sunt copiosissima: & quantum ad hoc dicitur [Diuitiae.] Prou. 1. Abundantia perfructur, terrore malorum sublato. Psal. Gloria & diuitiae in domo eius, &c. Pro. 8. Mecum sunt diuitiae & gloria, &c. Secundum quod sunt clarissima. Et quantum ad hoc, dicitur [Gloria, &c.] Ro. 2. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, &c. Tertio quod sunt stabilissima: & quantum ad hoc, dicitur [Hereditas.] Ea enim quae hereditaria sunt, stabiliter possidentur. Eccle. 31. Stabilita sunt bona illius in domino. Psal. Dominus pars hereditatis meae, & calicis, &c. Quarto quod erunt intima. Et quantum ad hoc, dicitur [In sanctis.] Rom. 8. Non sunt condignae passiones huius temporis, &c. 2. Cor. 4. Supra modum in sublimitate gloriae pondus operatur in nobis. Aliud quod ponit pertinens ad futuram gloriam, est quod specialiter pertinet ad Apostolos. Vnde dicit, Et quae sit [supple sciatis] supereminens magnitudo virtutis eius in nos. scilicet Apostolos. q. d. Licet omnibus sanctis abundanter diuitiae gloriae tribuat, supereminens tamen tribuet Apostolis. Magnitudo enim virtutis ostenditur in effectu. Vnde quantum magis effectus virtutis diuinae in aliquo inuenitur, tantum ibi virtus diuina maior ostenditur, licet in seipsa sit vna & indiuisa. Et ideo quia maior effectus virtutis diuinae est in Apostolis: ideo magnitudo virtutis erit in eis. Et quia maior sit in eis effectus, ostendit, dicens. Qui credimus. id est qui sumus primitiae creditum. 2. Cor. 4. Nos credimus, propter quod & loquimur, sciētes quod ille qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. Propter quod dicebat 2. Tim. 1. Scio cui credidi; &c. Ideo illi inter vos pro quos alij instructi sunt & vocati ad fidem, sicut doctores praeminentis praemiabuntur: quia ut dicitur in glo. quoddam incrementum gloriae habebunt summi doctores ultra illud quod communiter omnes habebunt: propter quod Dauid. 12. Docti assimulantur splendori firmamenti, sed doctores assimilantur stellis. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quadam splendore firmamenti, & quid ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Lectio 7.

Secundum operationem potentiae virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad Pontum ex quo nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro.

Enumeratis beneficiis quae Apost. conferenda optat Ephesius in futurum: hic consequenter ponit formam & exemplar. Sicut autem vita Christi est forma & exemplar iustitiae nostrae, ita & gloria & exaltatio Christi, est forma & exemplar gloriae & exaltationis nostrae. Ideo hic Apost. duo facit: quia primum proponit formam exaltationis beneficii & donorum in generali. Secundum manifestat eam in speciali, ibi Suscitans illum a mortuis, &c. Forma autem & exemplar operationis diuinae in nos est operatio diuina in Christo. Et quantum ad hoc, dicitur [Secundum operationem]. id est similitudinem operationis potentiae virtutis eius. id est virtuosae potentiae dei quam operatus est in Christo, exaltans, caput illud supple, ita virtuosae operabitur in nobis. Phil. 3. Saluatore expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, &c. Nos autem exaltari ad similitudinem exaltationis Christi frequentiter legitimus in scriptura. Ro. 8. Si copatimur ut & glorificemur. Item. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Consequenter explicat formam & exemplar in speciali, manifestans ea quae pertinent ad exaltationem Christi, loquendo de Christo in quantum est homo, dicens [Suscitans illum, &c.] Circa quod tria

beneficia ponit exaltationis Christi. Primum est transitus de morte ad vitam. Et quantum ad hoc, dicit, Sufficiens illum a mortuis. Secundum est exaltatio ad gloriam altissimam, & quantum ad hoc dicit [Constituens illum ad dexteram suam.] Tertium est sublimatio ad potentiam maximam, & quantum ad hoc dicit [Et omnia subiecit sub pedibus eius.] Dicit ergo quantum ad primum, dico quod hoc erit secundum operationem qua operatus est in Christo. Deus pater eadem virtute quam habet cum Christo. Vnde & ipse Christus seipsum resuscitavit, & deus pater eum resuscitavit. Roma. 8. Si spiritus eius qui suscitavit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitavit Iesum a mortuis vivificabit & mortalia corpora vestra. Quantum vero ad secundum dicit [Constituens illum, &c.] Quare quidem celsitudo glorie potest tripliciter considerari. scilicet per comparationem ad deum, per comparationem ad corporales creaturas, & per comparationem ad creaturas spirituales. Si ergo consideretur per comparationem ad deum, sic constitutus est ad dexteram suam, quare quidem dextera non est intelligenda pars corporalis, quia ut dicitur Io. 4. Spiritus est deus, sed metaphorice dicitur, ut sicut per dexteram intelligitur nobilior & virtuosior pars hominis, ita cum dicimus Christum Iesum constitutum ad dexteram dei, intelligitur secundum humanitatem constitutus in potioribus bonis patris, & secundum divinitatem intelligitur æqualis patri. Vnde Psal. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, &c. Item Mar. vlti. Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, & qui ascendit super omnes caelos. In comparatione vero ad corporales creaturas dicit, in caelestibus. Nam corpora caelestia tenent supremum locum in comparatione ad alia corpora infra. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes caelos. In comparatione vero ad spirituales creaturas. Primum dicit Christum exaltatum super aliquas specialiter. Secundum super omnes generaliter, ibi [Et super omne nomen, &c.] Ad horum autem intelligentiam sciendum est quod novae sunt ordines angelorum: quorum quatuor Apostolus tangit hic, qui quidem sunt medii. Nam supra eos sunt tres superiores, scilicet throni, cherubim & seraphim. Sub eis autem sunt duo inferiores, scilicet archangeli, & angeli. Qui quidem novem ordines distinguuntur in tres hierarchias. i. sacros principatus. In quarum qualibet assignantur tres ordines, sed in assignatione ordinum hierarchiarum primae conveniunt omnes doctores in hoc, scilicet quod supremus ordo ipsius sit seraphim, secundus cherubim, tertius throni. In assignatione vero ordinum aliarum duarum hierarchiarum, scilicet mediae & infimae discordat Dionysius & Gregorius. Nam Dionysius in supremo ordine mediae hierarchiae ponit dominationes, in secundo virtutes, in tertio potestates descendendo. In supremo vero ordine infimae hierarchiae posuit principatus, in secundo archangelos, in tertio angelos. Et haec assignatio ordinum concordat literae praesenti. Nam Apostolus ascendendo incipit a supremo infimae hierarchiae, qui est septimus. Gregorius autem aliter ordinat: quia ponit principatus in medio dominationum, & potestatum quod pertinet ad secundum ordinem mediae hierarchiae: virtutes vero ponit in medio potestatem, & archangelorum, quod pertinet ad supremum ordinem infimae hierarchiae. Et haec assignatio etiam fulsimeri habet ex verbis Apostoli Col. 3. Vbi dicit, Sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, vbi illos ordines enumerat descendendo. Sed reservata ordinatione Gregorij [vsquequo legamus epistolam ad Col.] ad praesens viam Dionysij competenter praesenti literae prosequemur. Ad cuius intellectum sciendum est quod potest considerari tripliciter ordo rerum. Primum quidem secundum quod sunt in prima omnium causa, scilicet in deo. Secundum vero secundum quod sunt in causis universaliibus. Tertium secundum determinationem ad speciales effectus. Et quia omnia quae sunt in creaturis ministrantur per angelos, ideo secundum triplicem acceptionem ordinis rerum distinguuntur tres angelicae hierarchiae, ad quarum unam pertinet accipere rationes rerum in ipso rerum vertice, scilicet deo: ad aliam vero pertinet accipere rationes rerum in causis universalibus: ad aliam vero in propriis effectibus. Nam quantum ad metes angelicae sunt superiores, tantum ad divinum illuminationem in maiori universali recipiunt. Et ideo ad supremam hierarchiam pertinet administratio rerum in comparatione ad deum. Propter quod ordines hierarchiae istius denominantur per comparationem ad deum, quia seraphim dicuntur ardentes & uniti deo per amorem. Cherubim vero quasi lucentes in quantum supereminenter divina se creta cognoscunt. Throni vero dicuntur sic, in quantum in eis deus sua iudicia exercet. De istis tribus ordinibus nullam facit hic Apostolus mentionem. Ad mediam hierarchiam pertinet rerum administratio per comparationem ad causas universales. Vnde denominatur ordinis hierarchiae illius nominibus ad potestatem principatus, cum cause universales sint virtute & potestate in inferioribus & particularibus. Ad potestates autem quae habent universale regimen tria pertinent. Primum quod sit aliquis per imperium dirigens. Secundum quod sint aliqui qui impedimenta executionis repellant. Tertium quod sint aliqui qui ordinent qualiter alii imperium exequantur. Horum autem primum pertinet ad dominationes, quae ut dicit Dionysius sunt liberae ab omni subiectione nec ad exteriora mittuntur, sed eis qui mittuntur imperant. Secundum vero pertinet ad virtutes quae praebent facilitatem ad imperium implendum. Tertium vero pertinet ad potestates imperium exequentes. Ad infimam autem hierarchiam pertinet administratio rerum in comparatione ad speciales effectus, vnde nominibus ad eos pertinentibus nuncupantur. Vnde angeli dicuntur illi qui exequantur ea quae pertinent ad salutem singulorum. Archangeli vero qui exequantur ea quae pertinent ad salutem & utilitatem magnorum. Principatus vero dicuntur illi qui praesunt singulis provinciis. His ergo expositis Christus super omnes est. De his vero quatuor Apostolus speciale mentionem facit. Cuius ratio est, quia horum quatuor ordinem nomina a dignitate imponuntur: & quia agit de dignitate Christi, ideo hic specialiter eos nominat ut ostendat Christum omnem dignitatem creatam excedere. Consequenter cum dicit [Et omne nomen quod nominatur, &c.] ostendit Christum exaltatum esse communiter supra omnem creaturam specialem: dixerat enim supra Christum esse exaltatum super omnes creaturas spirituales, quae a potestate denominantur. Sed quia praeter illos angelorum ordines, in sacra scriptura quidam alii ordines caelestium spirituum inveniuntur. scilicet seraphim, Ezech. 6. Et cherubim, Ezech. 10. & 11. & 41. Et throni, in Psal. Et de istis non fecerat mentionem: ideo ostendit Christum secundum quod homo supra omnes huiusmodi ordines esse exaltatum: propter quod subiungit, dicens [Et super omne nomen, &c.] id est, non solum super principatus, sed super omne nominabile. Scien dum est enim quod nomen imponitur ad cognoscendum rem, vnde & significat rei substantiam, cum significatum nominis sit distinctiva ratio rei. Cum ergo dicit, Et omne nomen quod nominatur, dat intelligere quod

Non sunt ordines angelorum.

Triplex ordo rerum.

exaltatus est supra omnem substantiam de qua potest haberi notitia & quae possit nomine comprehendi. Quod dico, ut excludatur substantia diuinitatis, quae incomprehensibilis est. Vnde Glo. dicit [Super omne nomen.] i. nominabile. Et ne intelligatur quod sit supra nomen dei, ideo subdit [Quod nominatur.] Nam maiestas diuina nullo nomine concludi vel nominari potest. Addit autem non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro: quia multa sunt in hoc seculo quae notitia comprehendimus & nominamus: quaedam tamen sunt in futuro seculo, quae hic comprehendere non possunt nec etiam nominari: quia ut dicitur 1. Cor. 13. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Nominatur tamen haec a beatis qui sunt in futuro seculo. Huiusmodi autem sunt de quibus dicit Apostolus 2. Cor. 12. quod audiuit arcana verba, quae non licet homini loqui. Et tamen super haec omnia exaltatus est Christus. Philip. 2. Dedit illi nomen quod est super omne nomen.

LECTIO 8.

Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius, & plenitudo eius, Agitur de Christi exaltatione quantum ad potestatem, declarando esse supra omnem creaturam, & supra ecclesiam.

Supra egit Apostolus de exaltatione Christi, & quantum ad eius transitum de morte ad vitam in illa particula [Suscitans illum, &c.] & de eius exaltatione ad gloriam altissimam, in illa particula [Et constituens ad dexteram, &c.] Hic agit de eius exaltatione quantum ad potestatem maximam. Circa quod duo facit, quia primum agit de Christi potestate respectu totius creaturae, secundum de eius potestate respectu ecclesiae, ibi [Et ipsum dedit, &c.] Dicit ergo quod respectu totius creaturae habet universalem potestatem, quia omnia subiecit. scilicet deus pater sub pedibus eius. Vbi sciendum est quod hoc quod dicit [Sub pedibus] potest accipi dupliciter. Vno modo ut si locutio figurativa & similitudinaria, ut si per hoc detur intelligi quod omnis creatura totaliter est subiecta potestati Christi. Illud enim est a nobis omnino subiectum quod pedibus calcamus. Et de ista potestate dicitur Mat. vlti. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Haec. 2. In eo enim quod ei omnia subiiciuntur, nihil dimisit non subiectum ei. Alio modo vero sit locutio metaphorica. Nam per pedes intelligitur infima pars corporis, per caput vero suprema. Licet autem in Christo diuinitas & humanitas non habeant rationem partis, tamen diuinitas quae est supremum in Christo intelligitur per caput. 1. Cor. 11. Caput vero Christi deus, humanitas vero quae infima est, intelligitur per pedes. Psal. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Est ergo sensus quod omnia creata non solum subiecit pater Christo in quantum est deus qui ab aeterno omnia sunt subiecta, sed etiam humanitati eius. Aduertendum est autem hic quod Christo subiiciuntur aliqua dupliciter quia quaedam voluntarie, & quaedam inuoluntarie. Hoc autem Origenes non intelligens, sumpsit ex hoc verbo Apostoli occasione erroris, dicens. Quod omnia quae subiiciuntur Christo participant salutem, quia ipse est vera salus. Et ideo dixit quod omnes daemones & danati aliquando saluabuntur, ut subiiciantur sub pedibus Christi, hoc autem est contra sententiam domini. Mat. 25. Discite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo & angelis eius: & concludit in fine capituli, Ibunt hi in supplicium aeternum. Dicitur ergo quod omnia subiecit sub pedibus eius, sed quaedam voluntarie tanquam saluatori, puta, iustos qui in vita praesenti implent voluntatem dei, & isti subiiciuntur ei, ut impleat eorum desiderium & voluntatem, ex peccatis illud quod dicitur de bonis Prover. 10. Desiderium suum iustus dabitur. Quaedam vero subiiciuntur ei inuoluntarie tanquam Iudei, ut Christus de his suam voluntatem faciat. Et isti sunt mali de quibus potest intelligi illud Luc. 19. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite hic & interficite coram me. Deinde cum dicit [Et ipsum dedit caput, &c.] Agitur de potestate Christi respectu ecclesiae. Circa quod tria facit, quia primum ponit habitudinem Christi ad ecclesiam. Secundum habitudinem ecclesiae ad Christum. Tertium exponit, illam habitudinem. Quantum ad primum dicit [Et ipsum dedit deus pater caput super omnem ecclesiam], scilicet tam militatam, quae est hominum in praesenti viuentium, quam triumphatam, quae est ex hominibus & angelis in patria. Christus enim secundum quosdam communes rationes caput est etiam angelorum. Col. 2. Qui est caput omnis principatus & potestatis, sed secundum speciales rationes est Christus caput hominum spiritualiter. Nam caput triplicem habitudinem habet ad membra. Primum quidem quod ad praeminentiam in situ. Secundum quod ad diffusionem virtutum, quia ab eo omnes sensus deriuantur in membra. Item quod ad conformitatem in natura. Sic ergo quantum ad praeminentiam, & quantum ad diffusionem Christus est caput angelorum. Nam Christus praestit angelis, etiam secundum humanitatem. Heb. 1. Tanto melior angelis effectus, quantum praestit illis differentius nomen hereditauit. Item Christus etiam secundum quod homo angelos illuminat & in eis influit, ut Dionysius probat ex verbis Esa. 63. f. Quis est iste qui venit de Edon, &c. dicens haec verba esse supremorum angelorum. Quod autem sequitur, Ego qui loquor iustitiam, dicit esse verba Christi eis immediate respondens. Ex quo datur intelligi quod non solum inferiores, sed etiam superiores angelos Christus illuminat. Quantum autem ad naturam conformitatem, Christus non est caput angelorum, quia non angelos apprehendit, sed semen Abraham, ut dicitur Heb. 1. Sed est caput hominum tantum. Cant. 4. Vulnerasti cor meum foror mea. scilicet per naturam: & sponsa per gratiam. Quantum ad habitudinem ecclesiae ad Christum, dicit [Quae est corpus eius], scilicet in quantum est ei subiecta, & recipit ab eo influentiam: & habet naturam conformem cum Christo. 1. Corint. 12. Sicut enim corpus unum est & habet multa membra, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus: ut enim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. Exponit autem quod dicit, Quae est corpus ipsius, subdens [Et plenitudo eius, &c.] Quarenti enim cur in corpore naturali sint tot membra, scilicet manus, pedes, os, & huiusmodi, respondetur hoc esse ideo, ut deseruiat diuersis operibus animae, quarum ipsa potest esse causa principium, & quae sunt virtutes in ipsa. Nam corpus est factum propter animam, & non e converso. Vnde secundum hoc corpus naturale est quaedam plenitudo animae. Nisi enim essent membra cum corpore completa, non posset anima suas operationes plenè exercere. Similiter itaque est hoc de Christo & de ecclesia. Et quia ecclesia est instituta propter Christum, dicitur quod ecclesia est plenitudo eius, scilicet Christi. i. ut omnia quae virtutes sunt in Christo, quasi quodammodo in membris ipsius ecclesiae implentur, dum omnes sensus spirituales & dona & quaeque potest esse in ecclesia, quae omnia superabundanter sunt in Christo, ab ipso deriuentur in membra ecclesiae & perficiantur in eis. Vnde subdit [Qui omnia in omnibus adimpletur], scilicet dum hunc quidem

qui est membrum ecclesie facit sapientem secundum perfectam sapientiam, quae est in ipso: illud vero iustum secundum perfectam iustitiam, & sic de aliis.

Capitulum 2.


Hic ponitur beneficium iustificationis, & status culpe quoad Gentiles, & secundum quod ad iudeos.

Et vos conuiscavit cum essetis mortui delictis & peccatis vestris: in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius: secundum principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiae in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus, in desideriis carnis nostrae, facientes voluntatem carnis, cogitationum, & eramus natura filij irae, sicut & ceteri.

Supra enumeravit Apost. beneficia humano generi per Christum communiter exhibita: hic Apost. commemorat eadem per comparationem ad eorum statum praeteritum. Status autem eorum praeteritus dupliciter considerari potest. Primum quidem quantum ad statum culpae. Secundum quantum ad statum Gentilitatis eorum. Apost. ergo duo facit: quae primum commemorat beneficia quantum ad primum statum eis exhibitum. Secundum commemorat ea per comparationem ad statum secundum, ibi [Propter quod memores estote, &c.] Prima iterum in duas: quia primum recitat Apost. statum culpae ipsorum. Secundum beneficium gratiae iustificationis, ibi [Deus autem qui diues est, &c.] Prima iterum in duas: quia primum commemorat statum culpae quantum ad Gentiles. Secundum quantum ad Iudaeos, ibi [In quibus & nos, &c.] Prima iterum in duas: quia primum praemittit beneficij generalitatem. Secundum subdit huius necessitatem, ibi [Cum essemus mortui, &c.] Dicit ergo, Dico quod deus magnifice operatur in fidelibus secundum operationem potestatis virtutis eius, quam operatus est in Christo, & hoc quia suscitauit illum a mortuis, secundum hanc ergo operationem ad huius operationis exemplum conuiscavit nos, vita, gratiae de morte peccati. Osee 6, Viuificauit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, &c. Col. 3, Si conuerxistis cum Christo, quae sursum sunt, &c. Necessitatem vero huius beneficij ostendit, cum dicit [Cum essetis mortui, &c.] Vbi optime describit eorum culpam. Primum quantum ad multitudinem: quia cum essetis mortui, morte spirituali, quae pessima est. Psal. Mors peccatorum pessima. Peccatum enim mors dicitur: quia per ipsum homo a domino, qui est vitae paratur. Ioan. 14, Ego sum via, veritas, & vita. Mortui, in qua, in delictis & peccatis vestris, ecce multitudo. In delictis quidem quantum ad omnia. Psal. Delicta quis intelligit, &c. & peccatis quantum ad commissa, in quibus aliquando ambulastis. Quod ideo dicit, ut multitudinem peccatorum exaggeret. Nam aliqui si ad horam mortui sunt in peccatis & in delictis, cessant tamen aliquando & peccare desistunt, sed ibi de malo in peius procedentes & ambulantes, proficiebant. Simile habetur Phil. 3, Multi enim ambulantes, quos saepe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, &c. Hic, 2, Ambulauerunt post vanitatem suam, & vani facti sunt. Secundum describit eorum culpam quantum ad causam, quae ponitur duplex. Vna ex parte mundi: quia alliciebatur a rebus mundi: & quantum ad hoc, dicit [Secundum seculum mundi huius]. i. secundum secularem vitam rerum mundanarum, quae vos alliciunt. 1. Io. 2, Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Propter quod praemittit, Nolite diligere mundum. Alia causa est ex parte demonum quibus seruiebatur: de quibus dicitur Sap. 34, Infandorum idolorum cultura omnis mala causa est & initium. Et quantum ad hoc dicit [Et secundum principem potestatis.] Quam quidem causam describit tripliciter. Primum quidem quantum ad potestatem, dicens [Secundum principem potestatis]. i. potestatem exercetem, non quod habeat eam naturaliter, cum nec dominus, nec creator sit ex natura, sed in quantum dominatur hominibus qui se ei peccato subiiciunt. Io. 12, Nunc princeps huius mundi eicitur foras. Et 14, Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Secundum quantum ad habitationem, quia aeris huius, i. qui habet potestatem in hoc aere caliginoso. Vbi sciendum est quod de istis demonibus duplex est opinio apud doctores. Quidam enim dixerunt daemones qui ceciderunt, non fuisse de supremis ordinibus, sed de inferioribus qui praesunt corporibus inferioribus. Costat autem totam creaturam corporalem administrari a deo ministerio angelorum. Et haec est opinio Ioannis Damasceni. In primis eorum qui ceciderunt, praerant ordini terrestrium, quod forte sumptum est ex dicto Platonis, qui ponebat quaedam substantias caelestes seu mundanas. Et secundum hoc exponitur hoc quod dicit, aeris huius. i. ad hoc creati, ut praesiderent aeri huic. Alij vero volunt & melius, quod fuerint de supremis ordinibus, ita quod hoc quod dicit aeris huius, sit ad ostendendum ipsum aerem esse habitationem ipsorum in poena eorum. Vnde Iudas in sua canonica dicit, Angelos vero qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium dei magni, vinculis aeternis, sub caligine reseruauit. Ratio autem quare non statim post eorum casum retrusum sunt in infernum, sed dimittuntur in aere, est quia deus noluit quod ipsis peccatis eorum creatio totaliter frustraretur, & ideo dedit eos hominibus in exercitum quo bonis prepararent coronam, malis autem aeternam mortem. Et quia vsque ad diem iudicij est tempus belli & mercedi, ideo vsque tunc in aere permanebunt, post diem vero iudicij retruduntur in infernum. Aduertendum etiam quod vna litera habet spiritus, & sic est genitiui casus, & ponitur singulare pro plurali, q. d. spirituum. Alia litera habet spiritum, & tunc est accusatiui casus, ut dicatur secundum principem spiritum. i. qui princeps est spiritus. Tertio quantum ad operationem, ibi cum dicit [Qui nunc operatur in filios diffidentiae]. i. in illos qui a se repellunt fructum passionis Christi, qui erat filij diffidentiae. Vel quia de aeternis non habent fidem, nec spem salutis per Christum. Et in talibus princeps potestatis aeris huius liberet operatur, ducens eos quod vult: de quibus infra 4. dicitur, Qui desperates semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operatione immunditiae. Vel diffidentiae. i. de quibus eis est diffidentium. i. qui ex malitia peccant, in quibus princeps huius mundi etiam operatur ad nutum. De his enim qui ex ignorantia, & infirmitate peccant, non est diffidentium, nec in eis princeps iste operatur ad nutum. Sed contra, de nemine est desperandum quantum diu uiuit. Respondeo deo dicendum est quod de aliquo potest esse duplex spes. Vna ex parte hominis, alia ex parte diuinae gratiae, & sic de aliquo potest desperari ex parte sua, de quo tamen desperandum non est ex parte dei: sicut desperandum erat de Lazaro iacente in sepulchro, quod resurgeret ex parte sua, de quo tamen desperandum non erat ex parte dei, a quo resuscitatus est. De illis ergo qui ex malitia sunt multi in peccatis demeriti, si attendatur eorum virtus desperari potest. Psal. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Non tamen si attendatur virtus diuina. De istis autem filiis diffidentiae dicitur infra 5, Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc enim venit ira dei in filios diffidentiae. Deinde cum dicit [In quibus & nos omnes, &c.] commemorat Apostolus statum culpae quantum ad Iudaeos, ostendens eos omnes in peccato fuisse, secundum illud Rom.

Encerrat per fuerza

el conuiscavit miento, parala calida



Roma. 3, Causati sumus Iudaeos & Graecos omnes sub peccato esse. Attendenda est tamen differentia circa hoc, quia Apostolus agens de culpa gentiliu assignauit duas causas culpa fuisse. Vnam scilicet ex parte mundi, aliam ex parte demonu quos colebant. Quia ergo Iudaei erant similes Gentilibus in statu culpa quantum ad primam causam, non autem quantum ad secundam, ideo Apostolus non facit mentionem de culpa eorum: nisi quantum ad causam quae est ex parte mundi. Circa quod tria facit. Primum commemorat eorum culpam quantum ad peccatum cordis. Secundum quantum ad peccatum operis. Tertium quantum ad peccatum originis. Peccatum vero cordis insinuat per desideria carnis, & quantum ad hoc dicit, In quibus. i. peccatis & delictis. Carnalibus. Tit. 3, Erant enim aliquando conuersati sumus agentes vitam nostram in desideriis carnis nostrae. i. voluptatibus variis, &c. Rom. 13, Carnis cutam ne feceritis in desideriis, errantes & seruientes desideriis & voluptionibus variis, &c. Rom. 13, Carnis cutam ne feceritis in desideriis, errantes & seruientes desideriis & voluptionibus variis, &c. Peccatum enim operis nihil aliud est, quam ex profectio interioris concupiscentiae. Est autem quaedam concupiscentia carnis, sicut sunt concupiscentiae naturales, puta cibi, per quam conseruatur indiuiduum, & venereorum, per quam conseruatur species, & quantum ad hoc dicit [Facientes voluntates carnis.] id est ea in quibus caro delectatur. Romano. 8, Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt, petu animam, ut honoris ambitio & propria excellencia & huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit [Et cogitationum.] i. exequentes illas concupiscentias quae causantur ex instinctu cogitationum nostrarum. Peccatum vero originis insinuat, dicens [Et eramus natura filij irae.] Quod quidem peccatum ex primo parente non solum in Gentiles, sed etiam in Iudaeos transfunditur. Rom. 5, Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransiuit in quo omnes peccauerunt. Et sicut homines per baptismum mundantur a peccato originali solum quantum ad personas proprias, vnde generant filios baptizandos, ita circuncisio mundabat ab originali personas solum, sed generabat adhuc circumcidendos. Et hoc est quod dicit [Eramus natura.] i. per originem naturam, non quidem naturam: ut natura est, quia sic bona est & a deo, sed naturam ut vitiata est [filij irae,] id est vindicta poenae & gehennae, & hoc sicut & ceteri, id est Gentiles.

lectio 2.

Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis conuiscavit nos in Christo (cuius gratia estis saluari) & conuersificauit & conseruare fecit in caelestibus in Christo Iesu. Postquam exaggeravit Apostolus statum culpae insufficientis, hic commendat beneficium gratiae iustificationis. Circa quod duo facit. Primum ipsum beneficium ponit. Secundum seipsum exponit, ibi [Gratia enim estis, &c.] Beneficium autem illud describit quantum ad tres causas. Primum quantum ad causam efficietam. Secundum quantum ad causam formalem seu exemplarem. Tertio quantum ad causam finalem. Efficiens autem causa beneficij diuini iustificationis, est charitas dei. Et quantum ad hoc dicit [Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem.] Dicit autem propter nimiam charitatem, quia dilectionis diuinae possumus considerare quadruplicem bonitatem & efficientiam. Primum quia nos in esse produxit. Sapient. 11, Diligis enim omnia quae sunt, & nihil odisti eorum que fecisti, &c. Secundum quia ad imaginem suam nos fecit & capaces beatitudinis suae. Deut. 33, Cum eo sanctorum milia in dextera illius ignea lex, dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. Tertio quia homines per peccatum corruptos reparauit. Hic. 31, In charitate perpetua dilexit te, ideo, &c. Quarto quia pro salute nostra filium proprium dedit. Ioan. 3, Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Vnde Grego. O inestimabilis dilectio charitatis ut seruum redimeres filium tradidisti. Dixit autem, Qui diues est in misericordia, quia cum amor hominis causetur ex bonitate eius qui diligitur, tunc homo ille qui diligit, diligit ex iustitia, in quantum iustum est quod tale amet. Quando vero amor causat bonitatem in dilecto, tunc est amor procedens ex misericordia. Amor autem quo deus amat nos causat in nobis bonitatem: & ideo misericordia ponitur hic quasi radix amoris diuini. Esa. 63, Largitus est in eis secundum indulgentiam suam & secundum multitudinem misericordiarum suarum. Ibidem, Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum super me. Dicitur autem deus diues in misericordia, quia habet eam infinitam & indeficientem, quod non habet homo. In tribus enim homo misereatur cum termino & limitatione. Primum quidem largiendo beneficia temporalia, & haec misericordia est finita, non excedens limites propriae facultatis. Tob. 4, Quomodo potueris, ita esto misericors, sed deus diues est etiam in omnes qui inuocant illum, ut dicitur Ro. 10. Secundum est finita misericordia hominis, quia non remittit nisi offensam propriam, & in hoc etiam modus esse debet, ut si non sic passim remittat, ut ille cui remittit, efficiatur procacior, pronior, & facilius ad iterum offendendum. Eccl. 8, Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vltio filij hominum perperrant mala. Deo autem nihil nocere potest, & ideo potest omnem offensam remittere. Tob. 35, Si peccaueris quid ei nocebis? Et parum post, porro si iuste egeris, quid donabis ei? Tertio homo misereatur poenam remittendo, & in hoc etiam est modus seruandus, ut non facias contra legem superioris iustitiam: deus autem poenam omnium remittere potest, cum non obstringatur aliqua superioris lege. Tob. 34, Quae constituit alium super terram & quem posuit super orbem quem fabricatus est? Sic ergo misericordia dei est infinita, quia non coartatur angustiis diuitiarum, neque timore nocumendi restringitur, & neque lege superioris. Causa vero exemplaris beneficij est quia in Christo collata est. Et quantum ad hoc dicit [Cum essemus mortui peccatis, conuiscavit nos in Christo, &c.] Vbi tagit triplex beneficium. i. iustificationis, resurrectionis a mortuis & ascensionis in caelum, per quae tria Christo assimilamur. Dicit ergo quantum ad primum ut legatur littera suspensiuum, Deus autem qui diues est, &c. Cum essemus mortui peccatis conuiscavit nos in Christo. i. simul viuere fecit eum Christo. Osee 6, Viuificauit nos post duos dies, &c. Conuiscavit, inquam hic. i. per vitam iustitiae. Psal. Qui posuit animam meam ad vitam, & hoc in Christo. i. per gratiam Christi, cuius. i. Christi gratia estis saluari. Rom. 8, Spe enim salui sumus. Quantum vero ad secundum dicit [Et conuersificauit nos cum Christo.] quantum ad animam in re, & spe quantum ad corpus. Romano. 8, Qui suscitauit ipsum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, &c. Quantum vero ad tertium dicit [Et com-

id est

est

Hic commendatur beneficium gratiae iustificationis, & describitur quantum ad causam efficietam, quae est charitas dei, exemplarem quae est iustificatio in Christo, & formalem quae est ostensio diuinitatis suae gratiae & bonitatis.



federe fecit in calcibus in Christo Iesu.] scilicet nunc per spem, & tandem in futuro in re: quia ut dicitur Io. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit, &c. Item Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Vt utrumque in his Apostolus præterito profuturo, cunctans tanquam iam factum quod futurum est, pro certitudine spei. Sic ergo conuincit quantum ad animam, tandem resuscitabit, quantum ad corpus, confedere fecit quantum ad vtrumque. ¶ Consequenter cum dicitur [Vt ostenderet, &c.] Ostendit causam finalem collati beneficii. Quod quidem potest dupliciter legi, quia secula superuenientia vel possunt accipi in vita ista vel in vita futura. Si enim accipiantur in vita ista tunc seculum est quedam mensura temporis, & periodus vnius generationis, ut dicitur sic, Dico quod nos qui sumus primitiæ dormientium conuincit in Christo, & hoc ut ostenderet in seculis superuenientibus. i. in his qui futuri sunt post nos, abundantes diuitiis gratiæ suæ, & hoc non meritis nostris, sed bonitate sua, quæ est. s. super nos in Christo Iesu, id est, per Christum Iesum. i. Ti. 1. Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam cõsecutus sum, ut in me ostenderet Christus omnem patientiam, ad informationem illorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. Sic ergo deus largitus est sanctis primitiis abundantia dona gratiæ, ut postea facilius conuertatur ad Christum. Vel potest aliter accipi seculum. s. in alia vita de quibus dicitur Ecclef. 2. 4. Et vltique ad futurum seculum non desinam. Sed licet ibi sit vnum seculum: quia ibi est æternitas, dicit tamen in seculis superuenientibus propter multitudinem sanctorum participantium æternitatē: ut dicitur ibi tot secula quot sunt æternitates participatæ. De his seculis dicitur in Pla. Regnum tuum regnum omnium seculorum. Dicit ergo seculum huc sensum, Dico quod viuificauit nos in spe. s. per Christum Iesum. i. in gratia: non ostenderet in seculis superuenientibus. i. in alia vita cõpleret abundantes diuitiis gratiæ suæ. i. abundantē gratiā, quā etiā in hoc mundo dū multa dimitit peccata, & maxima dona cõcedit, dicit: quæ quidē superabundat in vita alia, quia ibi indeficienter habetur Io. 10. Ego veni ut vitam. s. gratiā, habeant in hoc mundo, & abundantius habeant s. gloriā in patria. Et hoc in bonitate sua. Pla. Quis bonus Israel deus. Tren. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum, animam querenti illi. Et hoc supra nos. i. supra nostrum desiderium, supra nostrum intellectum, & supra capacitatem nostrā. Esa. 64. Oculi nō vidit deus, absque te quæ præparasti expectantibus te, & hoc in Christo Iesu. i. per Christum Iesum: quia sicut gratia nobis confertur per Christum, ita & gloria, quæ est gratia consummata. Psal. Gratiā & gloriā dabit dominus. Per ipsum enim beatificamur per quæ iustificamur. Dicit autem, Vt ostenderet, quia thesaurus gratiæ in nobis est occultus, quia habemus ipsum in vasis fictilibus, ut dicitur 2. Cor. 4. &c. 1. Io. 3. Videte qualē charitatē dedit nobis pater: ut filii dei nominemur & simus. Et parū post, Nunc filii dei sumus, & nondū apparuit, &c. Sed ille thesaurus occultus quia nondū apparuit, in seculis superuenientibus ostenditur, quia in patria omnia erunt nobis aperta quæ ad manifestā sanctorum gloriā pertinent. Ro. 8. Non sunt cõdignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis.

Lectio 3.

Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, dei enim donum est non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Ipse enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ preparauit deus, ut in illis ambulemus.

¶ Suprà cõmemorans Apostolus beneficiū dei quo liberati sumus à peccato, interposuerit quod gratia Christi eramus saluati, nunc autē illud probare intendit. Circa quod duo facit. Primò enim proponit intentionē suam. Secundò manifestat propositum, ibi [Et hoc nō ex vobis, &c.] Dicit ergo primo, Bene dixi cuius gratia estis saluati. Et certè adhuc dico securè. Enim, pro quia, estis saluati gratia. i. Corint. 15. Gratia dei sum id quod sum. Ro. 3. Iustificati per gratiam ipsius. Idem enim est saluari & iustificari. Salus enim importat liberationem à periculis. Vnde perfecta salus hominis erit in vita æterna, quando ab omnibus periculis immunis erit: sic nauis dicitur esse saluata, quando venit ad portū. Esa. 60. Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Huius autē salutis spēs suscipiunt homines, dum in præsentem iustificamur à peccato, & secundum hoc dicuntur saluati esse, secundū illud Ro. 8. Spe enim saluati sumus. Hæc autē saluatio gratiæ est per fidē Christi. Concurrunt enim ad iustificationē impii simul cum infusione gratiæ motus fidei in deū in adultis. Luc. 8. Vade in pace, fides tua te saluum fecit. Ro. 6. Iustificati enim ex fide pacem habemus. ¶ Deinde cum dicit [Et non ex vobis, &c.] Manifestat quod dixerat, & primò quantum ad fidem quæ est fundamentum totius spiritualis ædificii. Secundò quantum ad gratiam, ibi [Ipse enim sumus factura, &c.] Circa primum excludit duos errores, quorum primus est, quia dixerat quod per fidem sumus saluati, posset quis credere quod ipsa fides esset à nobis, & quod credere in nostro arbitrio constitutum est. Et ideo hoc excludens, dicit [Et hoc non ex vobis.] Non enim sufficit ad credendum liberum arbitrium, eo quod ea quæ sunt fidei, sunt supra rationem. Eccl. 3. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. i. Co. 2. Quæ dei sunt, nemo nouit nisi spiritus dei, &c. Et ideo quod homo credit, hoc non potest ex se habere nisi deus det: secundum illud Sapientiæ 9. Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis, Propter quod subdit, Dei enim donum est, scilicet ipsa fides. Phil. 1. Vobis autem donatū est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam pro eo patiamini, & i. Corint. 12. Alii enim datur fides in eodem spiritu. Secundò excludit alium errorē. Posset enim aliquis credere quod fides daretur nobis à deo merito operum præcedentium, & ad hoc excludendum, subdit [Non ex operibus] scilicet præcedentibus hoc donum merimus aliquando quod saluati sumus, quoniam hoc ex gratia ut supra dictum est, secundum illud Ro. 11. Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. ¶ Subdit autem rationem quare deus saluat homines per fidem absque meritis præcedentibus. Vt ne quis gloriatur in seipso, sed tota gloria in deum referatur. Psal. Non nobis domine non nobis, & cetera. i. Corinthiorum 1. Vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius, ex ipso autem vos estis in Christo Iesu. ¶ Deinde cum dicit [Ipse enim sumus factura, & cetera.] Manifestat quod dixerat quantum ad gratiam. Circa quod duo facit. Primò manifestat gratiæ infusionem. Secundò declarat gratiæ prædestinationem, ibi [Quæ preparauit deus, & cetera.] Duo autem ad rationem gratiæ pertinent quæ etiam iam dicta sunt, quorum primum est, ut id quod est per gratiam, non infir homini per seipsum, vel à seipso, sed ex dono dei. Et quantum

Docet nos saluos sola gratia dei per fidem, & hoc probat dicendo gratiam esse à deo.

ad hoc dicit [Ipse enim sumus factura] quia. s. quicquid boni nos habemus nō est ex nobis ipsis, sed ex deo faciente. Psal. Ipse fecit nos, & nō ipsi nos. Deut. 32. Nōne ipse est pater tuus qui possedit, fecit & creauit te? Et continuatur immediate cum præcedenti, ut dicatur, Ne quis gloriatur, quia. s. ipse sumus factura sumus. Vel potest continuari cum eo quod supra dixerat. Gratia enim saluati sumus. ¶ Secundò pertinet ad rationem gratiæ ut nō sit ex operibus præcedentibus, & hoc exprimitur in hoc quod subdit [Creatura.] Est enim creare aliquid ex nihilo facere. Vnde quando aliquis iustificatur sine meritis præcedentibus, dici potest creatus quasi ex nihilo factus. Hæc autē actio. s. creatio iustitiæ, fit virtute Christi spiritū sanctū dāti, Propter quod subdit [In Christo Iesu]. i. per Christum Iesum. Gal. 6. In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Psal. Emitte spiritum tuum & creabuntur. Vt iterum nō solidum datur nobis habitus virtutis & gratiæ: sed interius per spiritum renouamur ad bene operandum. Vnde subdit [In operibus bonis] quia. s. ipsa bona opera sunt nobis à deo. Esa. 36. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Et quia quos prædestinauit, hos & vocauit. s. per gratiam. ut dicitur Ro. 8. Ideo subdit de prædestinatione, dicens [Quæ]. s. bona opera præparauit deus. Nihil enim aliud est prædestinatio, quæ præparatio beneficiorum dei, inter quæ beneficia cõputantur & ipsa bona opera nostra. Dicitur autem deus nobis præparare in quantum disposuit se nobis daturum. Psal. Paraisti cibum illorum, &c. ¶ Sed ne aliquis intelligeret bona opera sic esse nobis præparata à deo, ut nihil ad illa per liberū arbitriū cooperaremur, ideo subdit [Vt in illis ambulemus.] Quasi dicat, Sic nobis ea præparauit ut ea nos ipsi nobis per liberum arbitriū impleamus. Dei enim adiutores sumus, ut dicitur 1. Cor. 3. Propter quod dicebat de seipso Apostolus 1. Cor. 15. Gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia dei mecum. Signanter autem dicit [Ambulemus] ut designet boni operis profectum, secundum illud Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis. infra 5. Vt filii lucis ambulate.

Lectio 4.

Propter quod memores estote quod aliquando vos qui gentes eratis in carne, qui dicebamini, præputium, ab ea que dicitur, Reducitur circumcisio in carne manifesti, qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine Christi.

¶ Profecto beneficio dei Gentilibus exhibitio quantum ad liberationem à peccato, hic recitat Apost. beneficium eis exhibitum in liberatione à statu Gētilitatis. Circa quod duo facit. Primò cõmemorat cõditionē status præteriti. Secundò recitat beneficia eis exhibitā in statu præsentis, ibi [Nunc autem in Christo Iesu, &c.] Circa primum duo facit. Primò cõmemoratio status præteriti ponit exhortationem. Secundò ipsemet status præteriti declarat conditionē, ibi [Quia aliquando, &c.] Dicit ergo. Propter quod, ut. s. aduertere possitis quod omnia sint nobis data ex dei gratia, memores estote. Deut. 9. Memero & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum deum tuum, &c. Deut. 16. Memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ. Secundò cum dicit [Qui aliquando,] Cõmemorat præteriti status conditionem, & primò quantum ad mala quæ habebant. Secundò quantum ad bona quibus priuabantur, ibi [Qui eratis illo in tempore, &c.] Circa primum ponit tria mala. Primò gentilitatis crimen quo idolis seruiebāt, cū dicit, [Quia aliquando vos gentes eratis.] i. Co. 12. Scitis quoniam cū gētes essetis ad simulacra muta prout dicebamini euntes. Quiddā verò libri habent, Vos qui gentes eratis, & tunc pender cõstructio vsque ibi [Nunc autem in Christo Iesu, &c.] Secundò recitat eorū carnalem conuersationem cū dicit [In carne]. i. carnaliter viuentes. Ro. 8. Qui autē in carne sunt, deo placere non possunt. Tertio recitat contēptus eorum vilipensionem, qua à Iudæis vilipēdebantur. Vnde dicit [Qui dicebamini præputiū]. i. in circumcisio, ab ea. s. circumcisio quæ dicitur circumcisio manifesta in carne. i. à Iudæis tali circumcisio circumcisus. Et dicit manifesta ad differentiam circumcisionis spiritualis, de qua dicitur Col. 2. In quo circumcisus estis circumcisio non manifesta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisioe Christi cõsepulti ei in baptismo. Et sequitur parum post, Vos cū mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuincit cum illo condonans vobis omnia, &c. ¶ Deinde cum dicit [Qui eratis illo in tempore, &c.] Cõmemorat bona quibus priuabantur: & primò participatione sacramentorū. Secundò dei cognitione, ibi [Et sine deo in hoc mundo.] Circa primum ponit tria sacramenta quorū participatione priuabantur. Primò Christi dignitate. Vnde dicit [Qui eratis illo tempore sine Christo. i. sine pmissione Christi, quæ facta est Iudæis. Hier. 23. Suscitabo David germen iustum, &c. Zach. 9. Exulta satis filia Sion iubilans filia Hierusalē, ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. Secundò tangit societate sanctorū, qua priuabatur quādiu in gētilitate permanebant, cū dicit, Alienati à conuersatione Israel, quia. s. Iudæis cū Gētibus non erat licitū conuersari. Deut. 7. Non inibis cū eis fœdus, nō misereberis eorū, neque sociabis cum eis cõiugia, &c. Io. 4. Non enim conuertuntur Iudæis Samaritanis. Et quantum ad illos qui in Iudaismo recipiebantur contēpibilibiter cum siebāt profeliti. Vnde subdit, Et hospites testamentorū. q. d. Huiusmodi profeliti quādo conuertebantur ad Iudæos: & siebant profeliti, non sicut ciues, sed sicut hospites recipiebantur ad percipiendum testamentū dei. Dicit autem testamentorū: quia Iudæis vetus testamentū erat exhibitum & nouū erat promissum: quia ut dicitur Eccl. 4. 4. Testamentum suum confirmauit super caput Iacob. Quod potest intelligi de veteri testamēto. Promiserat enim deus dare aliud testamentum. Baruch 2. Statuā illis testamentum alterū sempiternum. Hoc autē reddidit illis, quorū adoptio est filiorum dei, & gloria & testamentum, ut dicitur Ro. 9. ¶ Ponit etiā aliud beneficium quo priuabantur, s. spēs futurorum bonorum, cū dicit [Promissionis spēs non habentes.] quia ut dicitur Gal. 3. Abraham dicitur sunt promissiones, & semini eius. ¶ Vt iterum ponit summam dānificationē qua dānificabantur. Sob dei ignorantiam, ibi [Et sine deo in hoc mundo.] sine cognitione dei. Psal. Nōrus in Iudæa deus, nō autem gētibus, ut dicitur 1. The. 4. Non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum: quod tamen intelligitur de cognitione quæ est per fidem. Nam de cognitione naturali dicitur Ro. 1. Qui cum cognouissent deum, nō sicut deum glorificauerunt. &c. ¶ Consequenter cum dicit [Nunc autem in Christo, &c.] Cõmemorat beneficia eis exhibitā in statu conuersionis per Christum. Circa quod duo facit, quia primò ostēdit quomodo facti sunt participes bonorum quibus antē priuabantur. Secundò ostēdit quod ad illa bona non sicut

hospites, sed sicut ciues recipiuntur, ibi [Ergo non estis hospites, &c.] Prima iterum in duas, quia primò cōmemorat huiusmodi beneficia in generali. Secundò in speciali, ibi [Ipse enim est pax nostra, &c.] Dicit ergo primò, Dixi q̄ in illo tempore eratis sine Christo, alienati à cōuersatione Israel. Nūc autē. i. postquā cōuersi estis ad Christum vos qui estis in Christo. i. qui ei adheretis per fidē & charitatem. i. lo. 4. Qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Gal. vlt. In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet, neq; præputium, sed noua creatura. Vos, inquam, qui aliquando eratis longè, id est elōgati à deo: nō loco, sed merito. Psal. Lōgè à peccatoribus salus, & à cōuersatione sanctorū & participatione testamētorum, vt dictū est. Iam facti estis propè, deo scilicet & sanctis eius, & testamētis. Esa. 6. Filij tui de longe venient, &c. Mar. 8. Quidā enim ex eis, scilicet gentibus, de longe venerunt, scilicet de regione dissimilitudinis & statu gētilitatis, vos autem modo facti estis propè, scilicet in sanguine Christi, id est per sanguinē eius, quo vos Christus attraxit. Ioan. 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Et hoc propter nimiam charitatem, quā potissimè in morte crucis manifestatur. Hierē. 31. In charitate perpetua dilexite, ideo attraxi te miserans.

LECTIO 5.

Pse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceria soluens, inimicitias in carne sua legem mandatorum decretis euacuans. Vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore, deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis, & pacem his, qui propè, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem.

Comemorat beneficiis collatis ipsi Ephesii in generali per Christum, hic ea cōmemorat in speciali. Circa quod duo facit. Primò ostēdit quomodo appropinquauerunt populo Iudaico. Secundò qualiter propinquiores facti sunt deo, ibi [Vt reconciliet ambos, &c.] Prima iterum in tres, quia primò ostēdit causam appropinquationis. Secundò modum. Tertiò finē. Secunda, ibi [Et medium parietem, &c.] Tertia, ibi [Vt duos, &c.] Causa autem appropinquationis est Christus, propter quod dicit [Ipse enim est pax nostra, &c.] Et est emphatica locutio ad maiorem rei expressiōem. Quasi dicat, Benedico q̄ facti estis propè, sed hoc factū est per Christum, quia ipse est pax nostra. i. causa pacis nostrae. Vnde dicebat Ioa. 14. Pacem meā do vobis. Hic autē modus loquendi fieri cōsuevit, quādo totū quod est in effectu dependet ex causā sicut cū dicimus de deo q̄ ipse est salus nostra, quia quicquid salutis est in nobis causatur à deo. Quia ergo quicquid pacis est in nobis causatur à Christo, & per cōsequens quicquid appropinquationis, quia homo quando pacificatus est cum alio, securè potest ambulare seu appropinquare ad ipsum: ideo dicit q̄ est pax nostra. Nam in eius natiuitate angeli annuntiauerunt pacē. Luc. 2. Gloria in altissimis deo, & in terra pax, &c. Ipso etiam Christo in corpore existēte, mundus maximā pacem habuit qualem antè non habuerat. Psal. Orietur in diebus eius iustitia, &c. Ipse etiā resurgens pacem annuntiauit, Luc. vlt. dixit eis, Pax vobis. Sequitur, Qui fecit vtraque vñū, quia. i. Christus vtrunq; populū, videlicet Iudaeorū cōlentū deū verum: & Gentiliū ab huiusmodi dei cultura alienatorū, coniunxit in vñū. Io. 10. Alias oues habeo quā nō sunt ex hoc ouili, &c. vsq; ibi, Et fiet vñū ouile & vnus pastor. Ezech. 37. Rex vnus erit omnibus imperans, &c. Modus autē appropinquationis ostenditur, cū subdit [Mediū parietē, &c.] Hic autē modus est per remotionē eius quod diuidebat. Debemus autē ad intellectū literę imaginari vñū magnū cāpum, & multos homines ibi cōgregatos in quo quidē per medium protēdatur & eleuetur vnus paries diuidans eos: ita q̄ non videatur populus vnus, sed duo. Quicunque ergo remoueret parietē, cōiungeret illorum hominum cōgregationē in turbā vnā & efficeretur populus vnus. Sic intelligendū est quod hic dicitur, Mundus enim ille est sicut ager. Mat. 13. Ager est mundus, hic autē ager. i. mundus plenus est hominibus. Gen. 8. Crescite & multiplicamini & replete terram. In isto autē agro est paries, quia quidam sunt ex vna parte, quidā ex alia: hic autē paries potest dici lex verus secundū carnales obseruantias, in qua Iudæi cōclusi custodiebantur, vt dicitur Gal. 3. Sub lege custodiebamur conclusi in eam fidē quā reuelanda erat. Can. 2. Ipse stat post parietē nostrū, quia videlicet Christus per veterē legem figurabatur. Christus autē hunc parietē remouet, & ita cū nullū remaneret interitium factus populus vnus Iudaeorū & Gētilium. Et hoc est quod dicit [Dico quod fecit vtraq; vnum.] hoc modo. i. soluens mediū parietem. Parietē dico maceria non muri. Tunc enim est paries maceria, quādo lapides in eo nō conglutinantur cemento, nec ad hoc erigitur vt duret in perpetuū, sed vsque ad tēpus præfinitum. Verus ergo lex est paries maceriae propter duo. Primò quia non conglutinabatur charitate, quā est quasi cementū conglutinans singulos in vñū, & omnes simul Christo. infra 4. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Verus enim lex, est lex timoris inducens homines per pœnas & cōminationes ad obseruantias mandatorum. Et si qui illo tēpore legis eam ex charitate obseruabant, iam pertinebant ad nouum testamētum, vt dicit Aug. q̄ est lex amoris. Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c. Secundò vetus lex est paries maceriae, quia non fuit data vt perpetuò duraret, sed vsque ad tēpus præfinitum. Gala. 4. Quanto tempore haeres paruulus est, nihil differt à seruo, cū sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tēpus à patre, ita & nos cū essemus, &c. Sed hic incidit quæstio, quia dicit, parietem maceriae soluens, contrarium dicitur Mat. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere. Respondeo, Dicendum est q̄ in veteri lege erant præcepta moralia & ceremonialia. Moralia quidem præcepta Christus non soluit, sed adimpleuit, superaddēdo consilia, & exponēdo ea quæ Scribæ & Pharisæi malè intelligebant. Vnde dicebat Mat. 5. Nisi abūdauerit iustitia vestra plus quā scribarum, &c. Et iterum, Dicitur est antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicū tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, &c. Cerimonialia verò præcepta soluit quidē quātum ad eorum substantiam, sed adimpleuit quātum ad illud quod figurabant, adhibens figuratum figuræ. Est ergo intelligendum quod hic dicit soluens, scilicet, quātum ad obseruatiam legis carnalis. Et soluere hoc, scilicet, parietem maceriae, est soluere inimicitias quæ erant inter Iudæos & Gētilis: quia isti volebant legē seruare, illi verò minimè: ex quo oriebatur inter eos ira & inuidia. Sed certè has inimicitias Christus soluit in carne sua assumpta. Nam in eius natiuitate statim pax hominibus annūtiata est. Luc. 2. Vel in carne sua, scilicet, imolata, quā vt dicitur infra 5, Tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiam. In quo quidem sacri-

Ponantur in speciali beneficia exhibita Ephesius vno te appropinquatio ad Iudæos ponendo eam appropinquationis modū & finem.

ficio impleta sunt omnia illa sacrificia & cessauerūt. Heb. 10. Vna enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. Quid autem sit iste paries insinuat, dicens [Quod est lex mandatorum] quasi dicat, Soluens parietem, hoc est legem mandatorū, &c. Dicitur autē lex verus lex mandatorum, non quia aliae leges mandatis careant. Noua enim lex mandata habet. Io. 14. Mandatum nouum do vobis. Sed propter duo. Primò quidem propter magnum numerum mandatorū legaliū, intātum quod ab omnibus seruari nō potest, secundum illud. Act. 15. Hoc onus quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus. Iob 11. q̄ multiplex sit lex eius, &c. Vel dicitur, Mandatorū. i. factorū. Ro. 3. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorū? Non, sed per legem fidei. Vnde sicut Baptismus Ioānis dicitur baptismus aque, quia tantū exterius mūdabar, interius autem non sanctificabar, ita & lex verus dicitur lex factorū, quia præci piebat tantū quid facere deberent, sed non conferebat gratiam, per quā ad legem implendam inuaretur. Lex verò noua dirigit in agendis præcipiendo, & inuaret ad implendum, gratiam conferendo. Euacuās dico sicut imperfectum euacuatur per perfectū, & vmbra per veritatem. i. Corint. 13. Cū autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. i. imperfectio & vmbra veteris legis, de qua Heb. 10. Vmbra enim habens lex futurorum bonorum, &c. Et hoc decretis. i. præceptis noui testamēti per quæ excluditur lex. Leui. 26. Comeditis vetustissima veterum. i. præcepta legis naturæ simul cū noua lege, & præceptis eius susceptis, vetera proicietis. i. ceremonialia præcepta veteris legis quātum ad eorum substantiam, vt dictum est. Finem verò appropinquationis ostendit dicens [Vt duos cōdat in se, &c.] Qui quidem finis est, vt duo populi efficiantur vnus populus. Quæ autē vniuntur oportet vni in aliquo vno, & quia lex diuidebat nō poterat in lege vni, Christus autē in lege succedēs & fides eius [sicut veritas figuræ] eos in semet ipso condidit. Ioan. 17. Vt sint vnus sicut & nos vnus sumus. Mar. 18. Vbi enim sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Et hoc in vno nouo homine faciens pacem. i. in semet ipso Christo, qui dicitur nouus homo propter nouum modum suæ cōceptionis. Hie. 13. Creauit dominus nouū super terram, formina circundabit virum. Item propter nouitatem gratiæ, quam contulit. Gal. vlt. In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputiū, sed noua creatura. infra 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui, &c. Item propter noua mandata quæ attulit. Io. 13. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, &c. Et licet ista videatur esse intentio Apostoli, tamen in glōsa partit duplicatur: quia ex parte Iudaeorum ponitur lex quasi obstaculum, ex parte verò Gentium est idolatria. Consequenter cū dicit [Vt reconciliet ambos, &c.] Ostendit qualiter deo appropinquauerūt. Circa quod duo facit. Primò manifestat eorum reconciliationem ad deum. Secundò ponit manifestationē reconciliationis, ibi [Et veniens euangelizauit, &c.] Sciendum est q̄ dilectio proximi est via ad pacem dei, quia vt dicitur i. Io. 4. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem nō videt quomodo potest diligere? Et Aug. dicit q̄ nullus potest habere pacem cum Christo si discors fuerit cū Christiano. Primò ergo ponit pacem hominum inuicem factam per Christum, & exinde pacem hominum ad deum propter quod dicit [Vt reconciliet ambos] iam vnitos in vno corpore ecclesiæ, scilicet in Christo. Ro. 12. Multi vnus corpus sumus in Christo. Reconciliet, inquam, deo, per fidem & charitatem. 2. Corint. 5. Deus erat in Christo mūdum reconcilians sibi. Et hoc fecit, per crucem, interficiens inimicitias in semet ipso, quia Iudaeorum & Gentilium quæ erant per legē inimicitias, interfecit, implens figuras veteris testamēti, sed inimicitias quæ erant inter deum & homines per peccatum interfecit in semet ipso, quando per mortem crucis deleuit peccatum. Gal. 1. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Heb. 10. Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Dicit ergo interficiens inimicitias. i. peccata in semet ipso in immolatione corporis sui. Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Rom. 5. Cū inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Item Col. 1. In Christo complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliare omnia in ipso. Quia ergo Christus satisfecit sufficienter pro peccatis nostris, consequens fuit vt soluto pretio fieret reconciliatio. Manifestationem verò huius reconciliationis ponit, dicens [Et veniens euangelizauit, &c.] Ponit autem primò pacis seu reconciliationis annuntiationem. Secundò pacis causam & rationem, ibi [Quoniam per ipsum habemus accessum, &c.] Est ergo manifesta dei reconciliatio ad hominem per Christum, quia ipse Christus non solum reconciliauit nos deo, & interfecit inimicitias, sed etiam veniens. i. in carne euangelizauit. i. annūtiavit pacē. Vel veniens post resurrectionem, quando stetit in medio discipulorum & dixit eis, Pax vobis. Luc. vlt. & Ioan. 20. Esa. 61. Ad annuntiandum māsuetis misit me, &c. Et. 52. Quam pulchri pedes supra montes annuntiantis & prædicantis pacē, annuntiantis bonū, prædicantis salutē, &c. Euangelizauit, inquam, nō vni populo tantum, sed vobis gentibus qui lōgè fuistis, quibus & si nō in persona propria, tamē per Apostolos suos annūtiavit pacē. Mar. vlt. Euntis ergo docete omnes Gentes baptizantes, &c. Esa. 33. Audite qui lōgè estis quæ fecerim, & cognoscite, &c. Et pacem his qui propè, supple annuntiauit Christus in persona propria. Ro. 15. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei ad confirmādas promissiones patrum. Esa. 54. Ecce, accola veniet qui non erat mecum, aduena quondā tuus adiungetur tibi. Causam autem pacis & formam ostendit, dicens [Quoniam per ipsum habemus accessum ambo]. i. duo populi in vno spiritu. i. vni in vno spiritu sancti. infra 4. Solliciti seruare vnitatem spiritus, &c. i. Co. 12. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus. Sic autem habemus accessum ad patrem, per Christū, quoniam Christus operatur per spiritū sanctū. Ro. 8. Si quis autē spiritū Christi nō habet, hic nō est eius, & ideo quicquid sit per spiritū sanctū, etiā sit per Christum. Per hoc etiā quod dicit, ad patrē, intelligendum est q̄ etiam perrinet ad totam trinitatem, quia propter essentię vnitatem in patre est filius & spiritus sanctus, & in spiritu sancto pater & filius. Ideo cū dicit ad patrē specialiter ostendit q̄ quicquid filius habet, à patre habet, & ab eo etiam se habere recognoscit.

Ostenditur Gentiles non esse minoris dignitatis in susceptione benedictionum spiritualium quæ fuerint Iudæi.

Ergo iam non estis hospites & aduena, sed estis ciues sanctorum & domestici dei, superedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipse summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis edificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino. In quo & vos coedificamini, in habitaculum dei in spiritu sancto.

¶ Ostensio supra qd ad spiritualia beneficia, simul admissi sunt Gētilēs cū Iudæis: hīc ostendit qd in illis beneficiis Gentiles non sunt minoris dignitatis quā sunt ipsi Iudæi, sed eque plenariō ad Christi beneficia sunt admissi. Circa quod duo facit, quia primō proponit intentum. Secūdo manifestat propositū per exemplū. ibi [Superedificati, &c.] Circa primū duo facit. Primō excludit id quod erat in statu praterito à statu præsenti. Secūdo concludit id quod competit præsenti statui, ibi [Sed estis ciues, &c.] quia ergo Apostolus cōcludēdo inducit hoc quod dicit, Ergo iam, &c. Cōsiderandū est qd similitudo sequitur ex præmissis. Primō quidē ex hoc qd ambo coniuncti, sunt deo reconciliati. Secūdo qd ambo habent accessum in vno spiritu ad patrem. Quia ergo simul sunt configurati toti trinitati, patri ad quem habent accessum, filio per quem, spiritui sancto in quo vno accedūt. In nullo ergo deficiūt à spiritualium bonorū participatione. ¶ Ad intellectum autem literæ sciendum est qd collegiū fidelīū quandoque in scripturis vocatur domus: secundū illud. 1. Tim. 3. Vt scias quomodo in domo dei oporteat te conuersari, quæ est dei ecclesia. Quandoque autē vocatur ciuitas, secundum illud Psal. Hierusalem quæ edificatur vt ciuitas. Ciuitas enim habet collegiū politicum: domus autē ſconomicum, inter quæ quidem duplex differentia inuenitur. Nam qui sunt de collegio domus, cōmunicāt sibi in actibus priuatis, qui verō sunt de collegio ciuitatis, cōmunicāt sibi in actibus publicis, Item qui sunt in collegio domus, reguntur ab vno qui vocatur paterfamilias, sed qui sunt in collegio ciuitatis reguntur à rege. Itā enim est paterfamilias in domo, sicut rex in regno. Sic igitur collegiū fidelium aliquid habet de ciuitate, & aliquid de domo. Sed si consideretur rector collegii, pater est: Mat. 6. Pater noster qui es in caelis, &c. Hier. 3. Patrem vocabis me, & post me ingredi nō cessabis, & sic collegiū est domus si verō ipsos subditos cōsideres, sic ciuitas est, quia comunicāt sibi in actibus præcipuis. s. fidei, spei, & charitatis. Et hoc modo si fideles considerentur in se, est collegium ciuitatis: si verō rector collegii attendatur, est, collegiū domus. Et idēd Apostolus duo verba ponit hīc. s. hospites & aduenæ. Hoc enim vni hospites ad domum, quod aduenæ ad ciuitatem. Hospes enim dicitur quasi extraneus à domo. Eccl. 29. Vita nequā, hospitandi de domo in domum. Aduenæ verō est qui extraneus venit, ad ciuitatem. Ac si dicat Apostolus, Olim eratis extranei à collegio fidelīū sicut hospites à domo, & aduenæ ad ciuitatem, quæadmodū & profecti ad legem veterem, sed nunc non est ita, quia iam nō estis hospites, &c. Esa. 54. Ecce acolla veniet qui non erat mecum, aduenæ quondam tuus adiungetur tibi. ¶ Consequenter cū dicit [Sed estis ciues sanctorum, &c.] Concludit quod conuenit statui præsenti, dicens. Sed estis ciues sanctorum, &c. q. d. Quia collegium fidelium dicitur ciuitas in cōparatione ad subditos, & domus in cōparatione ad rectorem, collegiū ad quod vocati estis est ciuitas sanctorū, & domus dei, Psal. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Vnde Au. Duas ciuitates faciunt duo amores. Nam amor dei vsque ad contemptum sui. s. hominis amantis, facit ciuitatem Hierusalem cælestem: amor verō sui vsque ad contemptum dei, facit ciuitatem Babylonis. Quilibet ergo vel est ciuis sanctorum, si diligit deū vsque ad contemptum sui. Prou. vlti. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus: si verō diligit se vsque ad contemptum dei, est ciuis Babylonis. ¶ Consequenter cū dicit [Superedificati, &c.] manifestat propositū. Conuersū est in scripturis qd in figura quæ methonomia dicitur, continens ponatur pro contento, sicut quandoque domus pro his qui sunt in domo, secundū hunc ergo modum loquitur Apostolus de his qui sunt in domo dei. s. de fidelibus, sicut de vna domo, & comparat eos edificio. Et circa hoc duo facit, quia primō proponit intentū. Secūdo ostendit quōd huius edificij participes facti sunt ipsi Ephesii, ibi [In quo, & vos coedificamini, &c.] Circa primū duo facit. Primō proponit huius edificij fundamentum. Secūdo ipsius cōstructionem seu complementum, ibi [In quo omnis edificatio cōstructa, &c.] Fundamentū autem ponit duplex. Vnū secundariū, & aliud principale. Secundariū quidem fundamentum sunt Apostoli & Prophetæ. Et quantum ad hoc dicit eos non esse hospites, sed ciues: quia iam pertinent ad edificiū spirituale, vt pote superedificati supra fundamentum Apostolorū & prophetarum. i. qui sunt Apostoli & prophetæ. i. super doctrinā eorum. Vel aliter supra fundamentum Apostolorum & prophetarum. i. supra Christum qui est fundamentum Apostolorum & prophetarum. q. d. In eodem fundamento superedificari estis in quo Apostoli & prophetæ sunt edificati, qui ex Iudæis fuerūt. Hæ autem expositiones duæ, tantum quoad verba differunt: sed prima conuenientior est: quia si alia cōuenientior esset, tunc pro nihilo adiungeret, Ipso summo angulari lapide Christo Iesu, cū ipse Iesus sit summum fundamentum. Secundum ergo primum modum magis consonat, ita tamen qd præcipuus lapis & summū fundamentum sit Christus. Quantum verō ad sententiam nihil differunt, quia idem est dicere Christum esse fundamentum, & doctrinam Apostolorum & prophetarum, cū Christum tantū, non seipsum, predicauerint, vnde accipere eorum doctrinam est accipere Christum crucifixum. 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum. 1. Pet. 1. Quibus reuelatum est quia nō sibi ipsi, &c. Item. 1. Co. 2. Nos autem sensum Christi habemus. ¶ Norandum est quōd Apostoli dicuntur fundamenta. Psal. Fundamenta eius in mōtibus sanctis. Esa. 54. Fundabo te in saphyris. i. in cælestibus viris. Expressē autem dicuntur fundamenta. Apoc. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta. 12. & in ipsis nomina 12. Apostolorum. Qui tantum dicuntur fundamenta in quantum eorum doctrina Christum annuntiant. Mat. 16. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Dicit autem Apostolorum & prophetarum, vt designet quōd vtraque doctrina est necessaria ad salutem. Mat. 13. Scriba doctus in regno cælōrum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua, & vetera. Item vt ostendat concordiam inter vtranque alterius ad alteram, dum idem est vtriusque fundamentum. Nam quod propheta prædixerunt futurum, Apostoli prædicauerūt factum. 1. Ro. 1. Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos. ¶ Principale verō fundamentum, tantum est Christus Iesus, & quantum ad hoc dicit, Ipso summo, &c. Vbi tria dicit de eo, s. qd sit lapis, quōd angularis, & quōd summus. Lapis quidem est propter fundamenti firmitatem. Vnde dicitur Matth. 7. Quōd domus quæ fundata erat supra petram, firmiter edificata erat, in quantum quod nec pluuia, nec flumina, nec venti potuerūt eā destruerē. Non sic autem de domo fundata super arenam. Dan. 2. Lapis abscessus de monte sine manibus. Angularis autem dicitur propter vtriusque cōiunctionē. Nā in angulo duo parietes vniuntur. Sic in Christo populus Iudæorū & Gētiū vnitus sunt. Psal.

Apostoli
fundamenta
sunt ecclesie.

Solus Christi
est lapis
fundamentum
ecclesie.

Lapidē quem reprobauerunt edificantes hīc factus est in caput anguli. Act. 4. Hic est lapis qui reprobus est à vobis edificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in aliquo alio salus. Et hoc idem de se in trodicit. Mat. 21. Nunquā legistis in scripturis, Lapidē quē reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli, &c. Summus autē dicitur propter dignitatis celsitudinē. Esa. 28. Ecce ego mittam in fundamentis cion lapidē angulārē, probatū, pretio sum in fundamento fundatū: sed non est idē de fundamento in edificio spirituali, & in edificio materiali. Materiale nāq; edificij fundamentū habet in terra, & ideo oportet vt principaliter fundamentū sit magis infimum. Spirituale verō edificij fundamentum habet in cælo, & ideo oportet qd fundamentū quantū est principaliter, tādē sit sublimius: vt sic imaginemur ciuitatē quandā descēdentē de cælo, cuius fundamentū in cælo existens, & edificij demissum ad nos, videatur inferius: secundū illud Apo. 21. Vidi ciuitatē Hierusalē descendentē de cælo, &c. ¶ Consequenter cū dicit [In quo omnis edificatio, &c.] agit de cōstructione edificij. In qualibet autē edificij cōstructione quatuor requirūtur. Primō primū cū dicit, In quo. s. fundamentū, qui Christus est, principaliter: & doctrina Apostolorum & prophetarū secundariū, quia vt dicitur 1. Cor. 3. Fundamentū aliud nemo potest ponere præter id, &c. Secūdo verō celsitūdine, cū dicit [Omnia edificatio cōstructa.] Et quidē si intelligatur allegoricē, designat ipsam ecclesiā, quæ tunc cōstruitur quādo homines ad fidē cōuertuntur. Sicut moraliter intelligatur, significat animam sanctā, & tunc eiusmodi edificatio cōstruitur quādo bona opera superedificatur super Christū. Prouer. 14. Sapiens mulier edificat domū suam. 1. Cor. 3. Vnusquisque videat quomodo superedificet. In hoc ergo fundamento. s. Christo omnis edificatio spiritualis cōstruitur, Iudæorum, vel Gentilium, à deo per autem omnia creauit, deus est, sed instrumentaliter cōstruitur edificij, vel ab homine qui seipsum edificat, vel à prælati. Tertiū tangit, cū dicit [Crescit in templū, &c.] quod quidē fit quando multiplicatur qui salui sūt. Act. 6. Verbum domini crescebat & multiplicabatur numerus discipulorū in Hierusalē valde. Crescit etiam quando homo crescit in bonis operibus: & in gratia crescit quantum ad hoc qd fit templū sanctū. Templum enim à deo inhabitatur, & ideo oportet qd sit sanctū. Psal. Sāctificauit tabernaculum suum altissimus, Et quia nos debemus inhabitari à deo, vt deus in nobis habitet, ad hoc nos parare debemus, vt sancti simus. 1. Cor. 3. Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis: Apoc. 12. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Sed nunquid statim à principio, cūm charitatem habemus, templum dei sumus? Respondeo, Dicendū est quōd sic. Et quantum magis proficimus, tantū magis deus habitat in nobis. Et ideo ad hoc edificij quartū requiritur perfectio & consummatio, quod ostendit, cū dicit, In domino. ¶ Consequenter cū dicit [In quo & vos, &c.] Ostendit quomodo Gētilēs facti sunt participes huius edificij dicens. In quo. s. edificio, non solum superedificatur Iudæi, sed etiā vos Ephesii coedificamini. i. ad similitudinem aliorum edificamini. 1. Pet. 2. Ad quē accedentes lapidē viuū, ab hominibus quidē reprobatū, à deo autē electū & honorificatum, & ipi tāquam lapides viuī superedificamini domos spirituales. Et idēd subdit, In habitaculū dei, vt. s. deus in vobis inhabitet per fidem. infra 3. Habitare Christum per fidē in cordibus vestris. Hoc autē non potest fieri sine charitate, quia qui manet in charitate, in deo manet, &c. 1. Io. 4. Charitas autem datur nobis per spiritum sanctum. Ro. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ideo subdit, In spiritu sancto.

Caput 3.

Huius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro vobis Gentibus: si tamen audistis, dispensationem gratiæ dei quæ data est mihi in vobis, quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio Christi, quod aliis generationibus non est agnitus filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & prophetis in spiritu, esse Gentes cohæredes, & concorporales, & participes promissionis in Christo Iesu per euangelium. Elic ponitur conditio Pauli quantum ad tribulationes, & patientiā, & quantum ad dona specialia quæ deus ei contulit, & tandem exponit quid sit istud ministerium, esse vocationē Gentium ad fidem, & gratiā Christi dicendo.

¶ Supra cōmemorauit Apostolus multa dei beneficia humano generi, & ipsis Apostolis collata, hīc cōmemorat specialia beneficia sibi tradita. Primō ergo proponit intentionē suā in generali. Secūdo exponit partes in speciali, ibi [Quoniam secundū reuelationem, &c.] Circa primum duo facit. Primō ponit suā conditionem quantum ad patientiā & tribulationes quas pertulit. Secundō quantum ad dona gratiæ quæ deus sibi contulit, ibi [Si tamen audistis, &c.] Dicit ergo. Dixi in quo & vos coedificamini, &c. Huius rei gratia. i. vt edificemini & conuertamini ad Christum, ego Paulus qui tantus sum, quia Apostolus Iesu Christi, & magister Gentium in fide & veritate, nunc vinctus Romæ. Nā hanc epistolam de vrbe scripsit vbi in vinculis tenebatur. 2. Timo. 2. Laboro vsque ad vincula quasi malē operans. infra 4. Obsecro vos itaq; ego Paulus vinctus in domino. Ex quo apparet eius tribulatio & passio in calore carceris. Sed quia pœna nō facit martyrem, sed causa: ideo addit suarum tribulationum causam. Duplex autem causa pro qua quis martyrij causam prosequitur. Vna si patitur pro fide Christi, vel pro quacūque alia virtute. 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem vt Christianus, nō erubescat. Et quantum ad hoc dicit, Vinctus Christi Iesu. Alia si patiatur pro ecclesiæ vtilitate. Et quantum ad hoc ait, Pro vobis Gentibus. i. tantum intendo conuersionem vestram, & verbum salutis vobis prædico, qd traditus sum carceri. 2. Cor. 11. Tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Col. 1. Nunc gaudeo in passionibus pro vobis. ¶ Consequenter cū dicit [Si tamen audistis, &c.] ponit donum gratiæ sibi commissum. q. d. Dico quōd sum pro vobis Gentibus vinctus. Si tamen audistis. i. intellexistis dispensationem gratiæ quæ data est mihi pro vobis. Quod potest intelligi dupliciter. Vno modo vt dispensatio accipiatur passiuē, & sit sensus, si tamen audistis dispensationem gratiæ, &c. id est si intellexistis quōd mihi hoc donum. s. Apostolatus in Gentibus. est dispensatum. Nam vt dicitur infra 4. Vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et infra, Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, &c. Vnde mihi dispensatum est à domino. Christo, id est venit in sortem gratiæ dei hæc vt in vobis fructum faciam. Colo. 1. Factus sum ego minister, & cetera. Dico dispensationem dei quæ data est mihi in vobis, id est eorum dispensatio tradita est mihi. Alio modo vt dispensatio accipiatur actiuē, vt sit sensus. Si tamen

audistis dispensationē, &c. i. si intellexistis quod mihi datum sit ut dona gratiæ dispensem per cōmunicatiōem sacramentorū, & hoc in vobis. 1. Cor. 4. Sic nos exultimet homo ut ministros Christi. Consequenter cum dicitur [Quoniam secundū reuelatiōem, &c.] Manifestat cōditionē suā per partes & in speciali. Circa quod duo facit, quia primò ponit, quod pertinet ad dignitatē officii. i. dispensatiōem gratiæ. Secundò illud quod pertinet ad experiētiā patiētiæ. i. tribulationes, ibi [Quapropter peto ne deficiatis, &c.] Prima iterū in duas. Prima iterū in duas. Primò ponit mysteriōrum Christi sibi datam cōgnitiōem. Secundò exponit quod sit istud mysteriū, ibi [Esse Gentes cohæredes, &c.] Circa cōgnitiōem suā tria facit. Primò quod sit certa. Secundò quod sit plena. Tertiò quod sit excellens. Certa quidē est, quia nō est per humanā industriam, nec per humanam intentionem, quæ falli potest. Sap. 9. Cogitaciōes enim moralium timidæ & incertæ prouidētiæ nostræ, sed per legem diuinam quæ certissima est. Et idē dicit. Quoniam secundum reuelatiōem, &c. Gal. 1. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelatiōem Iesu Christi. 2. Corin. 3. Nos verò reuelata facie gloriæ domini speculantes, &c. Itē plena est, quia perfectē reuelatū est mihi, & cōmitto vestro iudicio, quia ego in verbis paucis hoc expressi, in quibus cognoscere potestis quod perfectam cōgnitiōem habeā de misteris fidei. Et quātum ad hoc dicit, Sicut scripsi in breui. i. in paucis verbis, ita aperit quod eo modo hoc potestis legentes intelligere. Cant. 4. Fauus distillans labia tua, &c. Labium quidem breue quid est. Et sic labia doctoris sunt fauus distillans, quando breuius & paucis verbis multa & magna insinuat. Sed attēde, ut dicit Aug. quod debet intrēdere hoc doctor, quod, si intelligatur. Et quādū ad hoc laborat verba sua non sunt superflua, sed si postquam intelligitur eis immoratur, superflua sunt eius verba. Dicit autē prudentiā meam, secundū illud Prouer. 9. Scientia sanctorū prudentia. Quæ quidē nō est mūdāna, sed diuina & cælestis, propter quod dicit, In mysterio Christi. Est etiam excellēs, quia solis Apostolis est reuelata, vnde subdit, Quod aliis generationibus nō est agnitū. Licet enim mysterium Christi prophetis & patriarchis fuerint reuelata, non tamē ita clarē sicut Apostolis. Nam prophetis & patriarchis fuerunt reuelata in quadā generalitate, sed Apostolis manifestata sunt quātū ad singulares & determinatas circumstantias. Hoc autē quod dicit quod aliis generationibus, &c. Potest dupliciter exponi. Vno modo ut per generationes tēpora generationum accipiatur. iuxta illud Psal. Dominatio tua in omni generatione & generationem. Et tūc est sensus quod aliis generationibus. i. temporibus nō est agnitum filiis hominū. i. rationalibus creaturis. Nec hominibus, nec angelis. Mat. 11. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sicut nunc reuelatū est sanctis Apostolis eius & prophetis in spiritu, ipsi. In eo spiritu noui testamenti interpretantibus scripturas, & explanantibus legem. Luc. 8. Vobis datum est nosse misterium regni dei, cæteris autē, &c. Luc. 10. Beati oculi qui vident quæ vos videris. Et infra, Dico autē vobis quod multi reges & prophete voluerūt videre quæ vos videris, & nō viderūt, &c. Alio modo potest exponi ut per generationes accipiatur homines generati, secundū illud Mat. 23. Veniēt hæc omnia super generationē istā, &c. Et tunc est sensus, quod aliis generationibus. i. hominibus in præcedentibus generationibus generatis, non est cognitum, & cæ. sicut prius. Vnde Esa. 53. Quis credit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatū est? Sed hoc quidē sacramētum fidei reuelatum est aliquibus patribus veteris testamenti, secundū illud Ioel. 2. Post hæc effundā de spiritu meo super omnē carnē, & prophetabūt filii vestri, & filia vestra. Sed eis quidem reuelatū est in quadā generalitate, Apostolis verò clarē & perfectē. Et hoc propter tria. Primò quia ipsi Apostoli habuerūt reuelationem immediatē à filio dei, secundū illud Io. 1. Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Prophete verò & partes veteris testamenti ipsi edocti sunt per angelos, vel per aliquas similitudines. Vnde dicitur Es. 6. Volauit ad me vnus de seraphin, & in manu eius calculus quæ, &c. Et idē ipsi Apostoli clariū acceperunt. Secundò quia nō in figuris & in enigmatibus sicut Prophete viderunt, sed reuelata facie gloriæ domini speculantes. Luc. 10. Beati oculi qui vident quæ vos videris. Tertiò quia Apostoli cōstituti fuerunt executores & dispensatores huius sacramēti, & ideo oportebat quod melius ipsi essent instructi quam alii. Io. 4. Alii laborauerūt, & vos in labores eorum introiistis. Consequenter cum dicitur [Esse gentes, &c.] manifestat quid sit illud sacramētum. Circa quod sciēdum est quod Iudæi triplicem prerogatiuam habebāt respectu Gētilium. i. promissionis hereditatis. Rom. 4. Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Psal. Dominus pars hereditatis meæ, &c. Itē per speciale à Gētilibus aliis distinctionem & electionē. Deu. 7. Te elegit dominus deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram. Vnde Psal. Nos autē populus eius & oues pascuæ eius. Cant. 6. Vna est columba mea, perfecta mea, &c. Itē per Christi promissionem. Gene. 12. In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Hæc autē tria gentes nō habebāt supra 2. Qui eratis tempore sine Christo alienati à conuersatione Israel, sed ad hæc tria recepti sunt per fidem. Primò quidem quantum ad participationem hereditatis, & quantum ad hoc dicit, Cohæredes. i. ipsi Iudæis in hereditate cælesti. Mat. 8. Multi ab oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno cælorum, &c. Secundo ad speciale collegiū fidelium. Et quātū ad hoc dicit, Concorporeales. i. in vnū corpus. Io. 10. Alias oues habeo quæ nō sunt ex hoc ouili. i. Centes, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnū ouile & vnus pastor. Tertiò ad participatiōem gratiæ repromissæ. Et quātum ad hoc dicit, & cōparticipes. i. promissionum quæ facta sunt Abrahæ. Ro. 15. Dico autē Christum fuisse ministrum circūcisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum, Gentes autē super misericordia hōnoratē deum. Et hæc omnia cōsecutæ sunt Gentes non per Moysen, sed in Christo. Io. 1. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. 2. Pe. 1. Per quem maxima & pretiosa nobis promissa, &c. Itē nec per impleriōem legis, quia hoc est iugum quod neque patres nostri neque nos portare potuimus, ut dicitur Act. 15. sed per euangelium per quod omnes saluantur. Ro. 1. Non enim erubescō euangelium: virtus enim dei est in salutem omni credenti. 1. Corin. 15. Notum vobis facio euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis per quod & saluamini.

Lectio 2.

Circa factum sum ego minister secundum donum gratiæ dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc, in Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illis sibi esse datæ gratiæ ad executionē diuini mysterii ponēdo primo ministerio vbi executionē & auxiliū datur ad exequendum, & tandem ipsum officium sibi commissum quid cōmēdat ex sue persone conditione ex commissorum quæ magnitudine.

Postquē ostendit Apostolus esse sibi gratiam dispensatā quantum ad mysteriorum diuersorū cognitiōem: hic ostendit hoc idem quātū ad ipsorum mysteriorum executionem. Et circa hoc duo facit. Primò cōmōratur auxiliū gratiæ præstitum sibi ad exequendū. Secundò ostendit sibi commissum officium ministerij, ibi [Mihi omnium sanctorum minimo, &c.] Prima in duas. Primò tãgit ministeriorum diuinarū executionem. Secundò ostendit auxiliū sibi datum ad exequendum, ibi [Secundum donum gratiæ, &c.] Executio diuinarum sibi commissum est per modū ministerij, & quantum ad hoc dicit, Dico quod hoc ministerium est mihi commissum. i. Gentes esse cohæredes per euangelizatiōem, per quod Gentes participes fiunt promissionis dei in Christo Iesu, cuius ego Paulus factus sum minister, &c. q. d. Nō ego impleo vel exequor ut à me vel ut meū, sed sicut ministeriū quod dei est. Act. 9. Vas electiōis est mihi iste, &c. Vnde Apostolus 1. Cor. 4. Sic nos exultimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorū dei. Deinde cum dicit [Secundum donum gratiæ, &c.] tangit auxiliū sibi præstitum ad ministeriorum executionē. Huiusmodi autem auxiliū duplex fuit. Vnum quidē ipsa facultas exequēdi, aliud ipsa operatio, siue actualitas. Facultatē autem dat deus insuadendo virtutem & gratiā per quas efficitur homo potens & aptus ad operandū, sed ipsam operationem cōfert inquantū operatur in nobis interius mouendo, & insuadendo ad bonum. Et ideo hoc accipiens Apostolus à deo, dicit quātū ad primum, Dico quod factus sum minister, sed certē non meis meritis, nec virtute propria: sed secundū donum gratiæ dei quæ data est mihi, quia. i. idoneus efficio ad executionem diuinarū ministeriorum qui fui prius persecutor. 1. Cor. 15. Plus omnibus laboraui, non ego sed gratia dei mecū. Quantum ad secundū dicit, Secundum operationē quam deus efficit inquantum virtus eius operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. Potest autē hoc aliter exponi secundum Glo. ut quod dictū est, modo referatur ad præcedētiā. i. dicitur quod esse gētes cohæredes, & cōcorporeales, & cōparticipes promissionis eius. i. dei patris, hoc quidē donum dedit deus Gentibus in Christo. i. per Christum & hoc secundū operationem virtutis eius. i. per hoc quod potest operatus est suscitando Christū à morte. Consequenter cū dicit [Mihi sanctorū minimo, &c.] ostendit officium commissum, cuius quidem commissiōnis gratia commendatur ex tribus. Primò quidē ex persone suæ conditione. Secundò ex commissorum magnitudine, ibi [Euangelizare inuestigabiles, &c.] Tertiò ex fructus utilitate, ibi [Vt innotescat, &c.] Cōmēdatur igitur officium sibi commissum ex persone conditione. Si enim rex aliquis aliquod quidē magnum officium alicui magno principi & excellenti cōmitteret, non multum ei magnā gratiam faceret, quantum ad hunc magnū si poneret in magno officio: sed si magnū & arduissimum officium alicui paruo cōmittat, multum eū magnificat, & magnā gratiam facit ei: & tantò magis quātò officij excellentia excedit ipsum. Secundū ergo hunc modum Paulus gratiā sibi commissi officij cōmēdat, dicens, Mihi omnium sanctorū minimo data est gratia hæc. Et vocat se minimū, non ex potestate sibi commissā, sed ex cōsideratione status præteriti. 1. Cor. 15. Ego sum minimus Apostolorū, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiā dei. Esa. 60. Minimus erit in mille, & paruulus in gente fortissimam. Et hoc in Gentibus. i. inter Gentes. Gal. 2. Qui enim operatus est Petro in Apostolatū circūcisionis, operatus est & mihi inter Gētes. Et cū cognouissent gratiā dei quæ data est mihi inter Gentes, &c. Secundò cōmēdat huiusmodi commissiōnis gratiæ officij magnitudine, quod est reuelare & manifestare secreta dei, quæ sūt magna & occulta, puta, de magnitudine Christi, & de salute fidelium facta per eum. De his autem duobus est totū euangelium. Quātū ad primum dicit, Euangelizare, &c. q. d. Hæc gratia data est mihi ut annunticē bonū. 1. Cor. 1. Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Et ibidē. 9. Væ enim mihi si non euangelizauero: & bonū hoc. i. inuestigabiles Christi diuitias. Juxta sunt veræ diuitiæ. supra 2. Deus autē qui diues est in misericordia, &c. Ro. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, &c. Ro. 10. Diues in omnes qui inuocant illum, q. d. Diuitiæ istæ veræ inuestigabiles sunt, quia tanta est misericordia eius quod intelligi vel inuestigari nō possit. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientiæ & scientiæ, timor domini ipse thesaurus eius. i. Christi, quia in Christo abundantiissimè fuit timor domini. Esa. 11. Replebit eum spiritus timoris domini. In Christo em sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Col. 2. & hæc sunt inuestigabiles, quia perfectē sapientiæ & scientiæ Christi inuestigari nō possunt. Iob 11. Reperies forsā vestigia dei, & vsq; ad perfectē omnipotentem, q. d. Non. Nam per creaturas in quibus relucet vestigium creatoris perueniri non potest ad perfectā eius cognitiōem. Huiusmodi autem diuitias stupens admiratur Apostolus dicens, Ro. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei quæ, &c. Eccle. 1. Sapientiam dei præcedentē omnia quis inuestigabit? Quantum ad secundū. i. ad manifestandum salutem fidelibus ex Christo proueniētē dicit [Illuminare omnes.] non solum Iudæos, sed etiā Gentiles per prædicationē & miracula. Eccle. 2. 4. Illuminabo omnes sperantes in domino. Act. 9. Vas electiōis est, &c. Mat. 5. Vos estis lux mundi. Illuminare, in quā, quantum in me est omnes. i. credere volentes. 2. Tim. 2. Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitiōem veritatis venire. Ad hoc. i. ut intelligant quæ sit dispensatiō sacramēti] quia nihil valēt ista nisi dispensentur, q. d. de hoc illum inabō. i. quā mirabilis, & ex quanta dilectione sit facta adimpletiō arcane redēptionis. Huiusmodi autē diuitiæ inuestigabiles, per Christū vobis dispensatæ sunt. Sed quia dici posset, istud quod dicitur & si sit magnum, omnes tamē hoc sciunt, ideo ad hoc respondet Apostolus dicens quod non, quia abscondita à seculis. Vbi sciendum est quod omnia quæ sunt in effectu, latent virtute in suis causis, sicut in virtute solis, continentur omnia quæ sunt in generalibus & corruptibilibus. Sed tamen ibi quædam sunt abscondita, quædam manifesta. Nam calor est manifeste in igne, aliquid verò ratio quæ occulto modo producit, latet in eo. Deus autē est omnium rerum causa efficiens: sed producit quædam quorum ratio potest esse manifesta, illa. i. quæ medijs tibus causis secundis producit. Aliqua verò sunt in eo abscondita, illa. i. quæ immediatē per seipsum producit. Et quia sacramētum humanæ redemptionis per seipsum operatus est deus, ideo in eo solo hoc sacramē-

Docet Paulus sibi esse datæ gratiā ad executionē diuini mysterii ponēdo primo ministerio vbi executionē & auxiliū datur ad exequendum, & tandem ipsum officium sibi commissum quid cōmēdat ex sue persone conditione ex commissorum quæ magnitudine.

Totū euangelizatiōem est de magnitudine Christi, & de salute fidelium facta per Christum.

tum est absconditum. Et hoc est quod dicit, Abscondita à seculis in deo. i. in sola notitia dei. Inuestigare autè secreta primæ causæ maximū est. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientia verò non huius seculi, neq; principum huius seculi qui destruuntur, sed loquimur dei sapientia in mysterio quæ abscondita est, quam prædestinavit deus ante secula, qui, inq; omnia creavit.

Commendatur dignitas ministerii ex vilitate effectus que est reuelatio rerum magnarū personis magnis.

Vnde innotescat principibus & potestatibus, in celestibus, per ecclesiam, multiformis sapientia dei, secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, personis eius.

Posita dignitate officij ex magnitudine commissorum, hic commendat Apostolus officij dignitatē ex vilitate effectus, quæ quidē est reuelatio magnarum rerum magnis personis. Sunt autē circa hoc tria cōsideranda. Primò quidē quibus sit reuelatū, & quantum ad hoc dicit, Vt innotescat principibus, &c. Secundò per quē reueletur, quia per ecclesiā. Tertiò quid reueletur, quia multiformis sapiētia dei. Ad cuius quidē sapiētiæ descriptionē quatuor tangit Apostolus. Primò eius multiplicitatē, ibi [Multiformis sapiētia dei.] Secūdo modū multiplicatitatis, ibi [præfinitionē seculorū.] Tertiò multiplicatitatis autoritatē, Vnde subdit [Quā fecit dominus in Christo Iesu domino nostro.] Quartò autoritatis effectū ibi [In quo habemus fiduciā & accessum.] Est ergo sapiētia quæ reuelatur multiformis, & hæc quidē multiformitas tangitur Iob 11, Vtinā deus loqueretur tecū, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderet tibi secreta sapientia, & q̄ multiplex sit lex eius, &c. Sap. 7, Est enim in illa, s. sapiētia diuina spiritus intelligentiæ sanctus vnicus, & multiplex, &c. Multiplex, s. in effectibus, vnicus, s. in essentia. Modus autē multiplicatitatis reuelatæ sciētiæ est secundū præfinitionem seculorum, i. distinctionē & determinationem diuersorum temporum. Deus enim ordinat alia esse in vno tpe, alia in alio & secundū hoc huiusmodi multiformis dicit sapiētia secundū præfinitionē seculorū: quia diuersa tēpora diuersis ornat effectib⁹. ¶ Author autē huius multiplicatitatis est xps: Vnde dicit [Quā fecit deus in Christo Iesu dño nostro]. i. per xpm. Ipse enim mutat tempora & statum eorum. Hæb. 1. Multipharie multisq; modis, &c. per quem fecit & secula. Potest autē hoc quod dicit, quē fecit, &c. referri vel ad æternam prædestinationem: nā ipsam fecit pater in filio suo, supra 1, Elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionem, vt effemus sancti. Ipse enim filius est sapientia patris: nihil autē diffinit vel præordinat aliquid nisi per sapiētiā. Vel potest referri ad prædestinationis æternæ completionē, quam deus pater per filiū consummauit. 1. Cor. 10. In quos fines seculorū deuenerunt, supple sumus. ¶ Effectus autem authoris est magnitudo fructus qui nobis à xpo prouenit, quod ponitur, cum dicit, In quo habemus fiduciā, &c. Circa quod duo facit. Primò ponit quæ recipimus. Secundò appropriatū per quod recipimus, ibi [Per fidem eius.] Bona autē quæ recipimus, sunt duo. Vnum quod pertinet ad spē obtinendi & quātum ad hoc dicit [In quo]. s. Christo habemus fiduciā, s. veniendi ad cælum & æternam hereditatē. Io. 16. Confidite, ego vici mundum, 2. Cor. 3. fiduciam talē habemus per Christum ad deum. Aliud bonum pertinet ad obrinendi facultatē, & quantum ad hoc dicit [Et accessum in confidentia]. s. habemus. Hæb. 4. Adeamus cum fiducia ad thronū gloriæ eius. Hiere. 3. Patre vocabis me, & post me, ingredi non cessabis. Ro. 5. Per quē accessum habemus per fidem in gratia ista in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorū dei. Per quid autē hæc dentur nobis, subdit, dicens, Per fidē eius. Christi. Ro. 5. Iustificati ex fide pacē habeamus ad deum per dominum nostrū Iesum Christum. Vt ergo breuiter cōprehendamus: dico quod reuelata est sapiētia dei multiformis varietatis, secundum distinctionē & præfinitionem seculorum, quæ dedit nobis fiduciā & accessum ad patrem personis eius. Quibus autē reuelata sit ista multiformis sapiētia dei ostendit, & tunc sumitur litera superius dimissa. Vt innotescat principibus & potestatibus, ex qua apparet magnitudo. Et quia etiā in terris sunt principes & potestates, addit, In celestibus, i. in cælo vbi nos erimus. ¶ Notandum est autem hic quod principatus & potestates sunt duo ordines qui ex ipsorum nomine præminentia in operādo designant. Potestatis ordo ordinatur ad reprimendū impedimēta salutis, sed ordo principatū præest & iniungit ad bene exequendū. Quod autē ad ordinē principatus pertinet regulare, patet per illud Psal. Præueniunt principes coniuncti psallētib⁹, &c. Itē principes Iuda duces eorū, &c. Quod autē ad potestates pertinet reprimere, patet Ro. 13. Vis autē non timere potestatem, bonum fac & habebis laudē ex illa, dei enim minister est tibi in bonis: si autem malefeceris, time. Non enim sine causa gladiū portat, &c. Magni ergo sunt quibus innotescit: quia sanctis angelis per quos diriguntur & defenduntur sc̄ti. Per quid autē eis innotescat multiformis sapiētia dei subdit dicens, Per ecclesiā, quod quidem habet magnā difficultatē. Nam Glo. habet. i. per Apostolos in ecclesia prædicantes. Vnus quidē intellectus esse potest, q. s. angeli didicerunt ab Apostolis, & hoc videtur quandā rationem habere. Videmus enim quod in cælo inter angelos superiores, qui immediatē à deo illuminantur: illi autē inferiores angelos qui nō immediatē illuminantur à deo. Non videtur ergo irrationabile dici quod doceant angelos Apostoli, qui immediatē à deo sunt edocti, secundū illud Io. 1. Vnigenit⁹ filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Sed hoc quidē satis sufficienter dici potest, nisi aliud occurreret. Cum enim in Christo sint duæ naturæ, diuina, s. & humana: edocti quidē sunt Apostoli à Christo immediatē quantum ad humanam naturam. Angeli autē immediatē naturā diuinā vident, etiam inferiores: alias non essent beati, cum in sola visione diuinæ essentiæ rationalis creaturæ beatitudo cōsistat. Non est ergo cōueniens nec ratio aliqua, vt dicamus sanctos qui sunt in patria doceri à quantūcumq; perfectis viatoribus. Nā licet inter natos mulierū non surrexit maior Ioanne baptista, tamen qui est in regno celorum, maior est illo, vt dicitur Mat. 11. Dicere autem quod demones doceantur ab hominibus, hoc absq; præiudicio credibile est. Sed quod beati immediatē verbum conspiciunt, quod est speculum sine macula, in quo relucet omnia, à viatoribus doceatur, dici non debet nec cōueniens videtur. Dicendum est ergo quod innotuit angelis per ecclesiam, i. per Apostolos prædicantes, vt dicit Glo. Non quod angeli hoc didicerunt ab eis, sed in eis. Nam sicut dicit Aug. super Gen. ad literam. Deus anteq̄ creaturas crearet, antē dico ordine naturæ, non ordine tēporis: cum secundum tēpus, simul omnia creata sint, rationes rerū naturalium indidit mentibus angelorū, quorū sit vt angeli dupliciter res naturales cognoscunt, quia cognouerūt eas in verbo, & hæc cognitio dicitur matutina. Item cognouerunt eas in naturis propriis, & hæc dicitur cognitio vespertina. ¶ Vltimum notandum

An angeli didicerunt aliquid ab Apostolis.

est quod sunt quædam rationes mysteriorū gratiæ totam creaturā excedentes, & huiusmodi rationes non sunt indicatæ mētibus angelorū, sed in solo deo sunt occultæ. Et ideo angeli nō cognoscunt eas in seipsis, nec etiā in deo, sed cognoscunt eas secundum quod in effectibus explicantur. Cum igitur rationes pertinentes ad multiformem sapiētiā dei sunt huiusmodi. s. in solo deo absconditæ, & postmodū in istis forinsecis effectibus explicatæ, manifestum est quod angeli eas nec in seipsis, nec in ipso verbo, nec etiam ab Apostolis, nec à viatoribus aliis cognouerūt, sed in ipsis Apostolis explicatæ, prius in mēte diuina latētes cognouerūt, sicut domus quæ est in mente artificis vel conceptu de domo faciēda, nullus scire potest quā diu lateat in mente, nisi solū ille qui solus illabitur animabus. s. deus, sed postq̄ cōceptus est, iam in effectu extrinseco explicatus: quia domus iam facta est, sic aliquis de domo iam facta quæ prius latebat in mente artificis edocetur, non autē edocetur per domum, sed in domo. Vnde iam restat vt aliter exponatur hoc quod dicit, Vt innotescat principibus, &c. vt illa coniunctio, vt, accipiatur non casualiter, sed quodāmodo consecratiuē, & legatur sic, Illuminare quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo qui omnia creauit, ita tamen absconditi vt innotescat principibus, &c. i. istud sacramentum ita fuit absconditū in deo quod inde innotuit principibus & potestatibus non ab æterno, sed à seculo: quia omnis creatura principū habet. Et hoc nō per ecclesiam terrenā, sed cælestem: quia ibi est vera ecclesia, quæ est mater nostra, & ad quā redimus & à qua nostra ecclesia militans est exēplata. Et sic ly, per, designat ordinem naturæ tantū, vt dicatur per ecclesiā cælestem, i. de vno in aliud: sicut dicitur illud factū est notum per totum regnū vel ciuitatē, quia noua currunt ab vno in alium, secundū quod verba currunt sicut dicitur Act. 9. de suscitacione Thabitæ benignæ sancti Petri. Notum autē factum est per vniuersam Ioppen & crediderunt multi, &c. Magister tamē aliter recitat lecturam Augustini hoc modo. Illuminare quæ sit dispensatio, &c. & hoc per ecclesiam, i. omnes qui sunt in ecclesia terrena, sed hoc non est secundū intentionem Augustini. ¶ Hic potest queri vtrū angeli à principio mundi cognouerint mysteriū incarnationis. Respōdet Magister quod angelis maioribus notū fuit, sed nō minoribus. Vnde ipsi, angeli interrogant. Esa. 63. Quis est iste qui venit de Edon tinctus vestib⁹ de Bofra. Sed opinio hæc est contra beatū Dionysiu. Dionysius enim duas interrogaciones angelorū de Christo factas ex sacra scriptura accipit. Vnam ex Psal. Quis est iste rex gloriæ? Itē accepit alia ex Esa. 63. Quis est iste qui venit de Edon, &c. Primo autē interrogatio secundum eum est inferiorum angelorū: secundū supremorū, quod patet, quia primæ non deus respōdet, sed alius. Vnde dicit dominus virtutū ipse est rex gloriæ: secundū de verō respōdet ipse deus immediatē. Vnde dicit, Ego qui loquor iustitiā & pugnator sum ad saluādū. Vult ergo Dionysius quod vtriq; aliquid ignorauerunt, & aliquid sciuerunt: quia à principio omnes sciuerunt mysteriū incarnationis in generali, sed rationes in speciali didicerunt tempore procedente seu processu temporis, secundum quod in effectibus extrinsecis explicabantur.

An angeli cognouerint mysteriū incarnationis à principio mundi.

Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis secundū diuinitatis gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris in charitate radicati & fundati. ¶ Postq̄ egit Apostolus de dignitate officij, quod pertinet ad suam conditionem: hic consequenter agit de his quæ pertinent ad suam afflictionē. s. de passionibus suis. Circa quod duo facit. Primò exhortatur eos ne pro suis tribulationibus cōturbentur, sed habeant patientiā. Secundū quia ad hoc quod homo non cōturbetur necessarium est diuinū auxilium, pramittit orationē vt impleant hoc per diuinā gratiam, ibi [Huius rei gratia, &c.] Dicit ergo primò, Ex magnitudine officij mei & firmitate eius, quæ habeo per fidem Christi, accidit quod tribulationes patior, nec me cōturbant nec à Christo auellere possunt. Ro. 8. Quis nos separabit à Charitate Christi tribulatio, &c. q. d. Nihil. Propter quod induco vos & peto, ne deficiatis in tribulationibus meis, ne. s. occasione tribulationū mearū deficiatis omnino à fide & ab operibus bonis. Hæb. 12. Nō fatigemini animis vestris deficientes. Dico autē quod vos non debetis deficere, quia sunt [pro vobis]. i. pro vtilitate & salute, quæ operatur tolerantia passionum earūdem quas & nos patimur, vt spes nostra firma sit, pro vobis: scientes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationū. Vel dicit pro vobis, i. pro vestra probatione. Sap. 3. Tanq̄ aurum in fornace probauit electos dominus, &c. [Quæ est gloria vestra.] s. si non deficiatis, sed estis fortes in tribulationibus. Nam qui p̄seuerauerit vsq; in finē, &c. Alio modo quæ est gloria vestra, i. tolerātia passionū nostrarum est pro vobis ad gloriam, in hoc quod deus exposuit Apostolos suos & prophetas tribulationibus & passionibus, p̄pter salutē vestrā. Osee 6. Propterea ea dolui in prophetis & occidi eos, &c. 2. Cor. 1. Gloria vestra sumus, sicut vos nostra, &c. ¶ Cōsequēter cum dicit [Huius rei gratia, &c.] implorat eis auxiliū per orationem, & per exhortationem suā proficiant. Et primò rationem pramittit. Secundò quasi securus de exauditione gratias agit, ibi [Ei autē qui potens est, &c.] Itē prima in tres, quia primò proponit orationis obiectū. Secundò orationis intentum, ibi [Vt det vobis secundum diuinitatis, &c.] Tertiò orationis fructū, ibi [Vt possitis cōprehendere, &c.] Oratio autē redditur exaudibilis per humilitatem. Psal. Respexit ī orationē humilium, &c. Ecclē. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, &c. Et ideo statim orationē suam ab humilitate incipit, dicens [Huius rei gratia]. s. ne deficiatis à fide flecto genua mea ad patrem, &c. ¶ Quod est signū humilitatis p̄pter duo. Primò quia quod genua flectit quodāmodo purificat se & subiecit se ei cui genua flectit. Vnde per huiusmodi ostenditur recognitio propriæ fragilitatis & puritatis. Secundò quia in genu est fortitudo corporis. Quando ergo quis genua flectit, prestatur debilitatē suā virtutis. Et inde est quod exteriora signa corporalia exhibentur deo ad conuersionē & exercitiū spiritua le animę interioris. 2. Para. 11. in orationē Manasses. Flecto genua cordis mei, &c. Esa. 45. Mihi curuabitur omne genu, &c. ¶ Deinde describit orationis obiectū quod est deus, & describit eum ex duobus. Primò ex affinitate, Secundò ex autoritate. Ex affinitate enim erigimur ad orandū cum fiducia. Et quātum ad hoc dicit [Ad patrē domini nostri Iesu Christi]. s. cuius nos filij sumus. Iac. 1. Omne datū optimum, &c. Esa. 63. Tu enim domine pater noster, &c. Ex autoritate autē confirmatur obtinendū quod petimus fiducia, quia

Exhortatur Ephesii ne propter Pauli tribulationes desistant à fide, & vt eis pro sit exhortatio, pro eis orat Apostolus.

*Avius ange-
lis sit paterni-
tas.*

ipse est ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur. ¶ Hic posset queri vtrum in celo sit paternitas. Posset dici breuiter q̄ in celo. i. in deo vel in diuinis est paternitas, quæ est principium ois paternitatis. Sed de hac nõ queritur ad præsens, quia cuilibet fideli nota est. Sed queritur vtrum in celis. i. vtrum in angelis sit aliqua paternitas. Ad hoc dico q̄ paternitas est tantum in viuentibus & cognoscenribus. Est autem duplex vita. Vna secundum actum, alia secundum potentiam. Vita quidem secundum potentiam est habere opera vix in potentia. Vnde dormiens quatuor ad actus exteriores, dicitur viuere in potentia. Viuere autem secundum actum est quando exercet quis opera vite in actu. Sic autem non solum qui dat potentiam vite pater est eius cui dat, sed qui dat actum vite, illa etiam pater dici potest. Quicunque ergo inducit aliquem ad aliquem actum vite, puta, ad bene operandum, intelligendum, volendum, amandum, pater eius dici potest. 1. Cor. 4. Nã si decem milia pedagogorum habeatis in Christo, sed nõ multos patres, &c. Cum ergo inter angelos vnus aliterum illuminet, periciat & purget, & isti sint actus Hierarchici, manifestum est q̄ vnus angelus est pater alterum illuminet, periciat & purget, & isti sint actus Hierarchici, manifestum est q̄ vnus angelus est pater alterum, sicut magister est pater discipuli. ¶ Vtrum autem paternitas quæ est in celis & in terra deriuetur à paternitate quæ est in diuinis, dubitatur: & videtur q̄ nõ, quia nomina sic imponimus secundum quod res nominatas cognoscimus quicquid autem cognoscimus est per creaturas, ergo nomina imposita à nobis reb' ipsis, plus & prius conueniunt creaturis quã ipsi deo. Respondeo & dico q̄ nomen alicuius rei nominatã à nobis dupliciter potest accipi: quia vel est expressiuum aut significatiuum conceptus intellectus: quia voces sũt notæ vel signa passionum vel conceptuum qui sunt in anima, & sic nomen prius est in creaturis, quã in deo. Aut in quantum est manifestatiuum qui dicitur rei nominatã exterioris, & sic est prius in deo. Vnde hoc nomen paternitas secũdũ quod significat conceptionem intellectus nominantis rem, sic per prius inuenitur in creaturis quã in deo, quia prius creatura innotescit nobis q̄ deus: secundum autem q̄ significat ipsam rem nominatã, sic per prius est in deo q̄ in nobis, quia certè omnis virtus generatiua in nobis, est à deo. Et ideo dicit, Ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur. q. d. Paternitas quæ est in ipsis creaturis: est quasi nominalis seu vocalis, sed illa paternitas diuina qua pater dat totam naturam filio absq; omni imperfectione est vera paternitas. ¶ Consequenter cum dicit [Vt der vobis, &c.] ostendit orationis intentum. Et primò facit hoc. Secũdò ostendit per quid posset impetrare suum propositum, ibi [Per spiritum eius, &c.] Dicit ergo, Dico q̄ peto ne deficiatis, sed stetis viriliter. Scio tamẽ q̄ hoc ex vobis facere nõ potestis sine dono dei, ideo peto [vt der vobis] Iaco. 1. Omne datũ optimum, &c. [Et hoc quidẽ secundum diuinitatem gloriã suã]. i. secundum copiam maiestatis eius & magnificentiam. P. sal. Gloria & diuinitas in domo eius. Prou. 8. Mecum sunt diuitiæ & gloria. Diuinitas, in q̄ quæ faciunt virtutem corroborari. Esa. 40. Qui dat laso virtutem, & his qui non sunt fortitudinem & robur multiplicat. Et hoc in interiori hoĩe, quia nisi in interioribus fortificetur homo, facilliter ab hoste superatur. Esa. 9. Confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia antè, modò & vsq; in sempiternum. ¶ Tunc resumit illa particula interposita. [Per spiritum]. in qua ostendit per quid obtinere potest quod petit. Ipse enim spiritus qui roborat, est spiritus fortitudinis, & est causa non deficiendi in tribulationibus, quæ optinemus per fidem quæ est fortissima: quia fides est substantia rerum sperandarum. i. facit in nobis subsistere res sperandas. Vnde. 1. Pet. 4. Cui resistite fortes in fide. Et ideo subiungit [Habitare Christum per fidẽ]. Er hoc in cordibus vestris. 1. Pet. 3. Dũm autem Christũ sanctificare in cordibus vestris. Per quod? Dico q̄ non solum per fidẽ quæ, vt supra declaratum est, proximè est fortissima, sed etiã per charitatem quæ est in sanctis. Et ideo subdit [In charitate radicati & fundati]. i. Cor. 13. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunq̄ excidit. Cant. vlti. Fortis est vt mors dilectio. Vnde sicut arbor sine radice, & domus sine fundamento de facili ruit, ita spirituale ædificium nisi sit in charitate fundatum & radicatum durare non potest.

LECTIO 5.

*Ponitur fru-
ctus corrobor-
ationis
Eph. in fide.*

¶ *Propositis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire etiã supereminentem scientiam charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Et aut qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesiis, & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum. Amen.*

¶ Suprà ostendit Apostolus petitionis suæ pro Ephesis & orationis intentum. i. corroboracionem spiritus in fide & charitate: hic consequenter ostendit eius quæ petit corroboracionis per fidem & charitatem fructum qui est quædam cognitio. Ideo primò proponit ipsam notitiã. Secundò ipsius notitiæ seu cognitionis efficaciam, ibi [Vt impleamini in omni plenitudine dei.] Dicit ergo [Ita sitis charissimi in charitate radicati & fundati vt possitis comprehendere, &c.] Quod quidẽ dupliciter legi potest, primò vt magis sequatur intentionem Apostoli. ¶ Sciendum est ergo q̄ tam in futuro quã in præsentem cognitio dei est nobis necessaria: nam in futuro gaudebimus & de cognitione dei & de cognitione assumptæ humanitatis. Io. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscãt, &c. Io. 10. Ingreditur. i. in contẽplationem diuinitatis, & egredietur. i. in contẽplationem humanitatis, & pascua inueniet. Et quia fides est inchoatio illius futuræ cognitionis, quia est substantia rerum sperandarũ, &c. vt dicitur Heb. 11. Quasi iam in nobis res sperandas per modum cuiusdam inchoationis facit subsistere. Inde est q̄ fides nostra in his duobus consistit. i. in diuinitate & humanitate Christi. 1. Cor. 2. Non enim iudicauit me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum, &c. Secundum hoc ergo primò præmittit eis cognitionem diuinitatis. Secundò cognitionem mysteriorum humanitatis, ibi [Scire etiã supereminentem scientiam, &c.] Cognitionem autem diuinitatis manifestat eis sub his verbis [Vt possitis, &c.] q. d. Corrobora mini per fidẽ & charitatẽ, quia si sic estis, peruenietis ad vitam æternã, vbi habebitis deũ præsentẽ & perfectẽ eum cognoscetis. Quod autem deus manifestetur amanti patet. Io. 14. Qui diligit me diligitur à patre meo, & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum, & verò manifestetur credenti, patet prout dicitur Esa. 7. secundum aliam literam, Nisi credideritis, nõ intelligetis. Oportet enim secundum fidem & charitatẽ vt corroboremur vt possitis comprehendere. Vbi sciendum est q̄ comprehendere quandoque ponitur pro includere, tunc oportet quod comprehendens contineat in se totaliter comprehensum. Quandoq; autem ponitur pro apprehendere, & tunc dicit remotionem distantiam, & insinuat propinquitatem. Primò autem modo à nullo intellectu creato deus comprehendere potest. Io. 11. Forſitan vestigia dei comprehendẽdes & vsq; ad pet-

fectũ omnipotentẽ reperies q. d. Non. Quia sic posset eũ perfectẽ cognoscere quãtũ cognoscibilis est. Et de hac cognitione nõ intelligitur quod dicitur, Vt possitis comprehendere, sed secũdo modo. Et est vna de tribus dotib', & de hac loquitur Apost. cũ dicit, Vt possitis comprehendere. i. deũ habere præsentẽ & præſentialiter cognoscere. Phil. 3. Sequor aut si quomodo comprehendã, in quo, &c. Et hæc comprehensio est cõmunis oĩbus sanctis eius. Ideo subdit [Cũ oĩbus sanctis.] P. sal. Gloria hæc est oĩbus sanctis eius. Talibus aut dicitur illud 1. Co. 9. Sic currite vt comprehendatis, &c. [Quæ sit latitudo, &c.] ¶ Notandum q̄ verba ista videntur ortum habere ex verbis Iob 11. Forſan inquit, vestigia dei comprehendẽdes, q. d. incomprehensibilis est: huius aut incomprehensibilitatis causam assignat, dicens, Excelsior celo est, & quid facies? Profundior interno est, & vnde cognoscetis? Longior terra mensura eius, & latior mari. Ex quo videtur q̄ Iob ostendat eũ esse incomprehensibile, attribuens ei quadruplicẽ differentiam dimensionũ. His enim verbis alludens Apostolus dicit, Vt possitis comprehendere quæ sit latitudo, &c. q. d. Habebitis tãtam fidem & charitatẽ vt possitis tandem comprehendere quod comprehendibile est. Et hoc modo exponit Dionysius. Non est tamen aliquo modo intelligendum has dimensiones corporaliter esse in deo, quia spiritus est deus: vt dicitur Io. 4. Sunt tamen in deo metaphoricè. Vnde per latitudinẽ designatur dimensio seu extensio virtutis & sapientiæ diuinæ super omnia. Eccl. 1. Effudit illam. i. sapientiã super omnia opera sua. Per longitudinẽ designatur æterna eius duratio. P. sal. Tu autẽ domine in æternum permanes, & P. sal. Domũ tuam domine decet sanctitudo in longitudinem dierũ. Per sublimitatẽ vel celsitudinem verò perfectio & nobilitas naturæ eius, quæ in infinitũ excedit creaturã. P. sal. Excelsus super omnes gentes dominus. Et profundũ. i. incomprehensibilitas sapientiæ eius. Eccl. 7. Alta profunditas. i. sapientiæ diuinæ, quæ inueniet eam? Sic ergo patet q̄ finis fidei & charitatis nostræ est, vt perueniamus ad perfectam dei cognitionẽ, quæ cognoscamus infinitã suã virtutis extensionẽ, æternam & infinitam eius durationẽ, suã perfectissimã naturæ celsitudinẽ, suã sapientiæ profunditatẽ & incomprehensibilitatem eo modo sicut est attingendũ. ¶ Consequenter quia adhuc alia cognitio est necessaria. i. cognitio mysteriorũ humanitatis, ideo subdit [Scire etiã supereminentem scientiam, &c.] Vbi sciendũ est q̄ quicquid est in mysterio redẽptionis humanæ & incarnationis Christi, totũ est opus charitatis. Nam q̄ incarnatum est, ex charitate processit. supra. 2. Propter nimiam charitatẽ suam qua dilexit nos, &c. Quia verò mortuus fuit ex charitate processit. Io. 15. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, &c. infra 5. Christũ dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiam deo: propter hoc dicit Greg. O inestimabilis dilectio charitatis, vt seruũ redimeres, filium tradidisti. Et ideo scire charitatẽ Christi, est scire omnia mysteria incarnationis Christi & redẽptionis nostræ, quæ ex immẽsa charitate dei processerunt, quæ quidẽ charitas excedit omnem intellectũ & omnium scientiã, cum sit incomprehensibilis cogitatu. Et ideo dicit [Supereminentem scientiam]. i. naturalis, & omnem intellectũ creatum excedentẽ. Phil. 4. Et pax dei quæ exuperat omnem sensum [Charitatẽ Christi]. i. quam deus pater fecit per Christũ. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Alio modo potest legi vt referatur ad perfectionẽ charitatis nostræ. q. d. Corrobora mini in charitate radicati & fundati, & hoc vt possitis comprehendere, non solum cognoscere, cum omnibus sanctis, quia hoc donũ. i. charitatis cõmune est omnibus, cum nullus possit esse sanctus sine charitate, vt dicitur Eph. 3. Possitis, inq̄, comprehendere, quæ sit latitudo. i. charitatis quæ se extendit vsq; ad inimicos. P. sal. Latum mandatu tuum nimis. Lata est enim charitas ad suã diffusionem. P. sal. Eduxit me in latitudinem dominus. Longitudo autẽ eius attenditur quantum ad sui perseverantiam, quia nunq̄ deficit, sed hic incipit & perficitur in gloria. 1. Cor. 13. Charitas nunq̄ excidit. Cant. vlti. A quæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Sublimitas autẽ eius attenditur quantum ad intentionẽ celestium, vt. i. deus non diligitur propter temporalia, quia huiusmodi charitas esset infirma, sed vt diligitur propter se tãtum. Iob 40. In sublime erigere, & esto gloriosus. Profundũ verò attenditur quantum ad originẽ ipsius charitatis. Nam hoc q̄ deũ diligimus non est ex nobis, sed à spiritu sancto: quia vt dicitur Ro. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum, &c. Hoc ergo q̄ vnus habet charitatem longã, latã, sublimem, & profundã, & alius non venit ex profundo diuinæ prædestinationis. Eccl. 1. Profundum abyssi quis dimensus est? Ergo vt possitis comprehendere. i. perfectẽ consequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo vt extendatur charitas vestra vsq; ad inimicos, quæ sit longitudo, vt. i. nunq̄ deficiat, quæ sit sublimitas, vt. i. propter seipsum deus diligitur, & quid sit profundũ. i. prædestinationis, &c. ¶ Sciendũ autẽ hic q̄ Christus in cuius potestate fuit eligere genus mortis quod vellet, quia ex charitate mortẽ subiit, elegit mortem crucis, i. qua predictẽ quatuor dimensiones sunt. Ibi est latitudo. i. in ligno transuerso, cui affixæ sunt manus, quia opera nostra debent per charitatem dilatari vsq; ad inimicos. P. sal. Eduxit me in latitudinẽ dominus. Ibi est longitudo in ligno erecto, cui innitur totũ corpus, quia charitas debet esse perseveratiua, quæ sustinet & saluat hominẽ. Mat. 10. Qui autẽ perseverauerit vsq; in finem hęc saluus erit. Ibi est sublimitas in ligno superiori, cui caput in hęc ret: quia spes nostra debet eleuari ad æternã & diuinã. 1. Cor. 11. Caput viri Christus est. Ibi etiã est profundum in ligno quod laret sub terra & sustinet crucẽ, & tamen non videtur: quia profundũ amoris diuini sustinet nos, nec tamen videtur, quia ratio prædestinationis [vt dictũ est] excedit intellectum nostrũ. Sic ergo debemus comprehendere virtutem charitatis nostræ, & Christi, & adhuc scire charitatẽ Christi supereminentem, scientiã. i. humanã, quia nullus potest scire quantum Christus dilexit nos, vel scire etiam charitatẽ scientiæ Christi, quæ habetur cum scientiã Christi. Charitatẽ dico supereminentem. i. alij charitati quæ est sine scientiã. Sed nunquid est verum q̄ charitas quæ est cum scientiã, supereminet charitati quæ est sine scientiã? & videtur q̄ non: quia sic malus theologus esset supereminentiore charitatis q̄ sancta verba. Respondeo, dico q̄ hoc intelligitur de scientiã affectiue. Nam ex vi cognitionis inducitur ad magis diligendũ, quia quanto deus magis cognoscitur, tanto & magis diligitur. Propter quod petebat Augu. Nouerim te, nouerim me. Vel hoc dicitur propter quosdã qui habent zelum dei, sed non secundum scientiam. T alium enim charitati supereminet charitas, cum habetur prædicta scientia Christi. ¶ Consequenter cum dicit [Vt impleamini, &c.] ¶ Ponit cognitionis diuinæ efficaciam, dicens [Vt impleamini in omnem plenitudinem dei]. i. vt habebitis perfectã participationem omnium donorum dei, vt. i. hic habebitis plenitudinem virtutũ & postea bea-

*Quid in deo,
latitudo, lon-
gitud, subli-
mitas, & pro-
fundum.*

*Cruz Christi
describitur.*

titudinis, quæ quidem efficit charitas. Eccle. 24, Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &c. ¶ Consequenter sequitur illa pars [Et autem qui potens, &c.] In qua Apostolus agit deo gratias de sua petitionis exauditione. Circa quod tria facit, quia primò ponit potestatem dei, quæ postulata concedit. Secundo potestatis exemplum, ibi [Secundum virtutem quæ operatur in vobis, &c.] Tertiò materiã gratiarum actionis, ibi [Ipsi gloria, &c.] Potestatem autem dei describit infinitam, dicens [Et autem], s. deo Christo & deo patri, [qui potens est omnia facere, &c.] Exod. 15, Omnipotens nomen eius. Ro. vlti. Et autem qui potens est vos confirmare iuxta euangelium, &c. Et hoc superabundanter facere in vobis omnia quæ sciamus petere per affectum, aut intelligere per intellectum: & hoc est quod dicit, quæ petimus aut intelligimus. ¶ Exemplum autem huiusmodi abundantie in vobis exhibitæ ostendit dicens [Secundum virtutem quam operatur in vobis], q. d. Apparet si attendamus ea quæ operatus est in vobis. s. hominibus. Nam nec affectus nec intellectus humanus potuissent considerare vel intelligere vel petere à deo quod fieret homo, & quod homo efficeretur deus & consors naturæ diuinæ: quæ tamen secundum virtutem operatur in vobis, & hoc in incarnatione filij sui. i. Pet. 1, Vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Vnde de his dicitur Eccle. 18, Quis sufficit enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia illius, virtutem autem magnitudinis quis annuntiabit? Vel operatus est in vobis. s. Apostolis, quibus dedit gratiã euangelizandi inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo. vt supra eod. ca. & ibi dictum est, Materia autem gratiarum actionis dicitur esse duplex beneficiũ quod nobis contulit deus. Primũ est ecclesiæ institutio. Secundũ est filij incarnatio. Dicit ergo, Ipsi. s. deo patri gloria, sit supple, in ecclesiã. i. p. his quæ fecit in ecclesiã, quã instituit quoad primum in Christo. i. per Christum, vel pro Christo, quẽ nobis dedit. Ipsi, in quã, sit gloria, vt gloriofus appareat non solum in præfenti, sed in omnes generationes seculi seculorum. i. seculi omnia continentis. i. Timo. 1, Regi autem seculorum immortalis, inuisibilis, soli deo honor & gloria in secula seculorũ. Amẽ.

Caput 4.

Hic monetur Ephesii, ad seruandam unitatem ecclesiasticam, & ambulare vt vocati sint.

Obscuro itaque vos ego vincit in domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum oĩ humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre.

¶ Suprà commemorauit Apostolus diuina beneficia, per quæ vnitas ecclesiæ constituitur & conseruatur: hic monet eos Apost. ad permanendum in ecclesiæ vnitate. Circa quod duo facit, quia primò monet eos vt in ipsa vnitate perseuerent. Secundò instruit eos quomodo in ea permaneant, ibi [Hoc ergo dico & testificor in domino, &c.] Itẽ primò in duas, quia primò monet eos ad seruandam ecclesiasticam vnitatẽ. Secundò proponit ipsius ecclesiasticæ vnitatis formã, ibi [Vnus dominus, vna fides, &c.] Prima iterum in tres. Primò p̄mittit quãdam inductiua ad seruandam ecclesiasticam vnitatẽ. Secundò ponit monitionem, ibi [Cum omni humilitate, &c.] Tertiò ostendit monitionis finẽ, ibi [Solliciti seruare, &c.] Inducit autẽ ex tribus ad seruandam ecclesiasticam vnitatẽ. Primò ex charitatis affectu. Secundò ex cõmemoratione suorum vinculorum. Tertiò ex consideratione diuinorũ. Charitatis autem affectum insinuat per obsecrationẽ. Vnde dicit, Itaq; ex quo tot beneficia à domino recepistis, obsecro vos, cum tamen imperare possem, sed p̄pter humilitatẽ non imporo, magis autẽ obsecro. Prouer. 18, dicitur, Cum obsecrationibus loquitur pauper. Item propter charitatem, quæ magis mouet ad opus quã timor. Phil. 1, Fiduciam habens in Christo imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatẽ magis obsecro, &c. Ex cõmemoratione verò suorum vinculorũ inducit eos dicens, Ego vincit in domino. Ex quibus inducit eos ad seruandam sic vnitatẽ, propter tria. Primò quia amicus magis cõpatitur amico afflicto, & nititur in pluribus facere voluntatẽ suam, vt vel sic cum consoletur. Eccle. 12, Non agnoscerit in bonis amicus, & non abscondetur à malis inimicus. In bonis viri, inimici illius in tristitia, & in malitia illius, amicus agnitus est. Secundò quia Apostolus ipse vincula patiebarur pro ipsorum vtilitate, & ideo inducit eis ad memoriã quasi volens eos obligare. 2. Cor. 1, Siue aut tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra cõsolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute: quæ operatur tolerantia earundem passionum quas & nos patimur. Tertiò quia vt supra dictũ est cap. 3, in illa parte. Quæ est gloria vestra, huiusmodi erãt eis ad magnã gloriam, dum deus pro eis amicos & electos suos exposuit tribulationibus pro ipsorum salute. Et ideo addit, In domino, id est, propter dominum. Vel ideo dicit hoc, quia erat ad gloriã Apostoli quod non vt fur aut homicida, sed vt Christianus, & propter dominũ nostrum Iesum Christum vinculatus erat iuxta illud Eze. 3, Ecce data sunt super te vincula & ligabunt te in eis, &c. ¶ Ex consideratione verò diuinorũ beneficiorum inducit eos, dicens, Vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis. i. attendentes dignitatẽ ad quam vocati estis, ambuletis secundum quod ei conuenit Si enim quis vocatus esset ad nobile regnũ, indignum esset quod faceret opera rusticana. Sic monet Ephe. Apostolus, q. d. Vocati estis vt sitis ciues sanctorũ & domestici dei, vt dictũ est supra cap. 2, nõ est ergo dignũ vt faciatis opera terrena, nec vt de mundanis cureris. Ideo dicit, Dignè, &c. Col. 1, Ambuletis dignè, deo per omnia placentes. Philip. 1, Dignè euangelio Christi conuersamini, & quare? quia vocauit vos de tenebris in admirabile lumen suum. i. Pet. 2, ¶ Consequenter cum dicit [Cum omni humilitate, &c.] Ponit modum sue monitionis, docens quomodo dignè poterunt ambulare. Ponit ergo quatuor virtutes, & excludit quatuor vitia eis apposta. Primum autẽ vitium quod excludit est superbia: dum enim vnus superbiens vult aliis præesse, & alius similiter superbus non vult subesse, causatur dissensio in societate, & tollitur pax. vnde Prouer. 13, Inter superbos semper irurgia sunt. Ad quod excludendũ, dicit, Cum omni humilitate. s. interiori & exteriori, Eccle. 3, Quando magnus es humilia te in omnibus, &c. Phil. 2, In humilitate superiores inuicem arbitrantur. Iac. 4, Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Secundũ est ira. Iracundi enim sunt propinqui ad iniuriam inferendã verbis, ex qua turbationes oriuntur. Prouer. 15, Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens est mitigat suscitatas. Ad hoc excludendum dicit, Mansuetudine, quæ mitigat rixas & pacem conseruat. Prou. 3, Mansuetus dabit gratiã. Psal. Mansueti autẽ hereditabũt terram. Eccle. 3, Fili in mansuetudine opera tua perfee, & super gloriã hominum diligeris. Tertium est impatentia. Quandoq; enim aliquis humilis est & mansuetus in se, abstinentes à molestiis inferendis, non tamẽ pa-

tiente sustinet molestias sibi illatas vel acceptas. Ideo subdit, Cum patientia. s. aduerforum. Iac. 1, Patientia autem opus perfectum habet. Eccle. 2, In humilitate tua patientia habet. Hæb. 10, Patientia vobis necessaria est vt voluntatem dei faciẽtes, &c. Quartũ inordinatus zelus. Cum enim inordinatè zelates omnia quæ videtur iudicant nec tẽpus nec locum seruantes, cõcitur turbatio in societate. Gal. 5, Si morderis inuicem & stinentes defectus aliorũ, & hoc ex charitate: quia quando deficit aliquis, non debet statim corrigi nisi a sit modi defectus supportari ex negligentia vel ex cõsensu & familiaritate, vel carnali amicitia, sed ex charitate. Gala. 6, Alter alterius onera portate, &c. Rom. 15, Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorũ sustinere. ¶ Consequenter cum dicit [Solliciti seruare, &c.] Ostendit monitionis finẽ, qui quidem est vt seruetur vnitas inter fideles. Circa quod tria facit. Primò ponit ipsam vnitatẽ quæ est finis. Secundo describit modum vnitatis, ibi [In vinculo pacis.] Tertiò ponit rationẽ seruandæ vnitatis, ibi [Sicut vocati estis, &c.] Duplex vnitas, vna ad malefaciendũ, quæ est mala, & potest dici vnitas carnis. Eccle. 11, Ascintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Alia est vnitas spiritus quæ est bona ad faciendũ bonum. Psal. Ecce quod bonum & quod iocundum, &c. Ioan. 17, Vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Modus autem seruandæ vnitatis est in vinculo pacis. Charitas enim est coniunctio animorum. Nulla autẽ rerum materialium coniunctio stare potest, nisi ligetur aliquo vinculo. Eodem modo nec coniunctio animorũ per charitatem stare potest, nisi ligetur: huiusmodi autẽ verum ligamen est pax, quæ est scdm Aug. tranquillitas modi, speciei, & ordinis, quãdo. s. vnusquisq; habet quod suum est. Propter quod dicit, In vinculo pacis. Psal. Qui posuit vinculis eius. Et quare? quia cerre vt dicitur ibidẽ, Vincula illius alligatura salutis. Nunc autẽ, quia in hostituentium. Apostolus autẽ loquitur hic de vnitate ecclesiæ ad modũ vnitatis quæ est in homine, ideo subiungit [Vnum corpus.] q. d. Ligemini vinculo pacis vt sitis vnũ corpus quantum ad primã vnitatẽ, vt. s. omnes fideles sint ordinati ad inuicem sicut mēbra vnum corpus constituentia. Ro. 12, Multi vnum corpus sumus in Christo, &c. [Et vnus spiritus.] quantum ad secundum, vt videlicet vnũ habeatis spiritualem consensum per vnitatẽ fidei & charitatis. Vel vnum corpus quoad proximũ, & vnus spiritus quoad deũ, quia qui vnitatis, quia sicut videmus quod quando aliqui sunt vocati simul ad aliquid pariter habendũ & mutuo percipiendum, solent simul etiã manere & simul ire, ita spiritualiter dicit, Quia vos estis vocati ad vnum. s. finale vocationis celestis participes. i. Cor. 1, Videte vocationẽ vestram, &c. Sed possit aliquis dicere, Quis vocabit nos, & ad quid. Responderur. i. Pet. 5, Deus autẽ omnium gratia, qui vocauit nos in æternã gloriã suam, & c. vbi est beatitudo vestra. Apoc. 19, Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Lectio 2.

Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

¶ Posita eorum exhortatione pro seruanda ecclesiastica vnitate, in hac parte Apostolus formã dictæ vnitatis ipsius Ephesii insinuat. Vbi sciendũ est cum ecclesia dei sit sicut ciuitas, est aliquod vnum distinctũ, cum non sit vnũ sicut simplex, sed sicut cõpositum ex diuersis partibus. Et ideo Apostolus duo facit. Primò ostendit id quod est cõmune ecclesiæ, secundò ostendit id quod est distinctũ in ipsa, ibi [Vnicuiq; autẽ nostrum data est gratia, &c.] In qualibet autẽ ciuitate ad hoc vt sit vna, quatuor debent esse cõmunia. s. vnus gubernator, vna lex, eadẽ insignia, & idem finis: hæc autem quatuor dicit Apostolus esse in ecclesiã. Dicit ergo, Dico quod debetis habere vnum corpus & vnũ spiritum: quia estis in vnitate ecclesiæ quæ est vna. Primò quia habet duces vnum. s. Christum. Et quantum ad hoc dicit, Vnus dominus, non plures, pro quorũ diuersis voluntatibus oporteat vos discordare. Dicitur enim Hæb. 3, Christus est tanquã filius in domo sua. Act. 2, Certissimè ergo sciat omnis domus Israel, quia in dominũ eum & Christum deus fecit hunc Iesum quem vos crucifixistis. i. Cor. 8, Vnus dominus noster Iesum Christus. Zacha. 14, In illa die erit dominus vnus & nomen eius vnum. Secundò quia lex eius est vna. Lex enim ecclesiæ est lex fidei. Rom. 3, Vbi est ergo nunc gloria re credita, secundum illud, Hæc est fides catholica, &c. i. ista debet credi. Quandoq; verò sumitur pro habitu fidei, quo creditur in corde. Et de vtroq; hoc potest dici. De primo vt sit sensus, vna est fides. i. idem iu bemiini credere & eodẽ modo operari: quia vnũ & idem est quod creditur à cunctis fidelibus. Vnde vnuer salis seu catholica dicitur, vnde. i. Corin. 1, Id ipsum dicatis. i. sentiat omnes, &c. Alio modo vna est fides. i. vnus habitus fidei quo creditur, vna, in quã non numero, sed specie, quia idẽ debet esse in corde omnium, & hoc modo idem volentiu dicitur, vna voluntas. Tertiò eadem sunt insignia ecclesiæ. s. sacramenta Christi, inter quæ primum baptisma, quod est ianua omnium aliorum. Et ideo dicit, Vnum baptisma. Dicitur autem vnum triplici ratione. Primò quia baptismana non differunt secundum baptizantes: quia à quocũq; confertur, vniformem virtutẽ habet, quia qui baptizat interius vnus est. s. Christus. Ioã. 1, Super quem videris spiritum descendentẽ & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Secundò dicitur vnum, quia datur in nomine vnus. s. trinitatis. Mar. vlti. Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Tertiò quia iterari non potest. Pœnitentia autẽ, matrimonium, eucharistia, & extrema vnctio, iterari possunt, non autẽ baptisma. Hæb. 6, Impossibile est eos qui semel sunt illuminati. s. per baptismum gustauerunt autem donum cœlestis & participes facti sunt spiritu sancti, gustauerunt nihilominus bonum dei verbum virtutis: quod seculi venturi & prolapsi sunt. s. per peccatum renouari rursus ad pœnitentiam. Non iteratur autẽ vel propter caracterem, vel quia causa eius non iteratur. Roma. 6, Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, &c. Nunc autẽ Christus semel pro peccatis mortuus est, vt dicitur. i. Pet. 3,

Ostenditur forma vnitatis ecclesiæ, ostendit quidẽ hic id quod est commune ecclesiæ, & hic ostenditur vnitas spiritus.

Lex ecclesiæ est ex fide.

Quartò in ecclesia est idem finis qui est deus. Filius enim ducit nos ad patrem. 1. Cor. 15. Cùm tradiderit regnum deo & patri, cùm euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem, oportet autem illum regnare, &c. Et quantum ad hoc subiungit, dicens [Vnus deus, &c.] Vbi primò ponit Apostolus eius vnitate. Secundò eius dignitatem, ibi [Qui est super omnes, &c.] Circa primum duo dicit. Primum pertinet ad naturam diuinam. Vnde dicit, Vnus deus. Deut. 6. Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. Aliud pertinet ad eius beniuolentiã ad nos & ad pietatem. Vnde dicit, Et pater omnium. Esa. 63. Tu domine pater noster, & redemptor noster. Mala. 2. Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Nunquid non deus creauit nos? Dignitatem autem eius cõmendat ex tribus. Ex altitudine diuinitatis cùm dicit, Qui est super omnes. Psal. Super omnes gentes dominus, &c. Ex amplitudine eius potestatis cùm dicit, Per omnia. Hier. 23. Cælum & terrã ego impleo, &c. Psal. Omnia subiecisti sub pedibus, &c. Luc. 10. & Mat. 11. Omnia mihi quippe tradita sunt, quippe, quia omnia per ipsum facta sunt. Io. 1. Sed modo quo dicitur Sap. 11. Omnia in numero & pondere & mensura disposuisti. Ex largitate gratiã cùm dicit, In omnibus vobis. s. per gratiam. Hier. 14. Tu autem in nobis es domine, &c. Sed primò appropriatur patri qui est fontale principium diuinitatis & omnes creaturas excellit. Secundum filio qui est sapientia attingens a fine vsq; ad finem foriter. Sap. 8. Tertium verò spiritui sancto qui replet orbem terrarum. Sap. 1.

Lectio 3.

Ostenditur forma vnitatis ecclesie quã tu ad id quod singulis membris est proprium, ponendo distinctionem eius auctoritate ad hoc, & eius expositione, & in hac ostenditur vnitatem corporis ostendens diuersitatem membrorum, & vnitatem capitis.

Vnicuique autem nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit quid est nisi quia descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos vt adimpleret omnia. **¶** Suprà ostendit Apostolus ecclesiasticã vnitatem quantum ad id quod in ecclesia est cõmune: hinc idẽ ostendit quantum ad hoc quod singulis fidelibus membris ecclesie est propriũ & speciale. Circa quod tria facit, quia primò proponit distinctionẽ. Secundò inducit ad hoc auctoritatẽ, ibi [Propter quod dicit, &c.] Tertio ponit auctoritatis expositionẽ, ibi [Quod autem ascendit, &c.] Dicit ergo habemus in ecclesia vnũ deum, vnam fidem, &c. sed tamẽ diuersas gratias diuersis particulariter collatas habemus, quia vnicuiq; nostrũ data est gratia. q. d. Nullus nostrũ est qui non sit particeps diuinæ gratiæ & cõmunionis. Ioã. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiã pro gratia. Sed certè ista gratia nõ est dara omnibus vniformiter seu æqualiter, sed secundũ mesuram donationis Christi. i. secundũ quod Christus est dator, & eam singulis mensurauit. Rom. 12. Habentes donationes scdm gratiam quæ dara est nobis differentes. Hæc differentia, non est ex fato, nec a casu, nec ex merito: sed ex donatione Christi. i. secundũ quod Christus nobis cõmẽsurauit. Ipse enim solus recepit spm non ad mensuram. Io. 1. Ceteri autem sancti ad mensurã recipiunt. Rom. 12. Vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. 1. Cor. 3. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet, &c. Mat. 25. Vnicuiq; secundum propriam virtutem, &c. Quia sicut in potestate Christi est dare vel non dare, ita dare tantum vel minus. **¶** Sequitur propter quod dicit, &c.] Hic ponit quandam auctoritatem assumptam de Psal. & refertur ad hoc quod dixit. Secundũ mensuram donationis Christi: vbi tria facit. Primò cõmemorat Christi ascensionẽ. Secundò humani generis liberationẽ. Tertio ponit donorum spiritualium collationem. Partes consequenter se. Ostendit ergo primum, dicens sic, propter quod. s. significadũ dicit. s. propheta David in Psal. Ascendens Christus in altũ, &c. Michea 2. Ascendit ante eos pendens iter, &c. Iob 39. In altum alas erigit, &c. Ascendens, inq; sed non solus, quia captiuam duxit captiuitatẽ, eos. s. quos diabolus captiuauerat. humanum enim genus captiuatum erat, & sancti in charitate descendentes que meruerat gloriã, in captiuitate diaboli detinebantur quasi captiui in lybmo. Esa. 5. Dicitus est captiuus populus meus, &c. Hanc ergo captiuitatẽ Christus liberauit & secũ duxit in cælum. Esa. 49. Nunquid tolletur a forti præda, aut quod captũ fuerit a robusto saluabitur ac saluum poterit esse? quia hæc dicit dominus, Et quidem & captiuitas a forti tolletur, & quod ablatũ fuerit a robusto saluabitur. Sed certè hoc nõ verificatur solũ quãtum ad iam mortuos, sed etiã quantum ad viuentes, qui captiui tenebantur sub peccato, quos a peccato liberans, seruos fecit iustitiæ, vt dicitur Roma. 6. & sic quodãmodo eos in captiuitatem duxit, non ad perniciẽ, sed ad salutem. Luc. 5. Ex hoc iam homines eris capiens. Nõ solũ autẽ homines a diaboli captiuitate eripuit, & suæ seruituti subiecit, sed etiã eos spiritualibus bonis dotauit. Vnde subditur, Dedit dona hoibus. s. gratiã & gloriã. Psal. Gratiam & gloriã dabit dominus. 2. Pet. 1. Per quem & pretiosa nobis pmissa dona uit, &c. Nec est contrariũ quod in litera præcedenti dicitur. Accepit dona in hominibus, quia certè ipse dedit vt deus, & accepit vt homo in fidelibus, sicut in membris suis. Dedit in cælo sicut deus, & accepit in terra secundũ modum loquendi quo dicitur Mat. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. **¶** Deinde cùm dicit [Quod autẽ ascendit, &c.] exponit propositam auctoritatem, & primò quantum ad ascensionẽ. Secundò quantum ad materiam donationis, ibi [Et ipse dedit, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quomodo descendit, ibi [Qui descendit]. Secundò quomodo ascendit, ibi [Qui ascendit, &c.] **¶** Circa primum considerandũ qd Christus verè sit deus, inconueniens videbatur quod sibi conueniret descendere, quia nihil est deo sublimius. Et ideo ad hanc dubitationẽ excludendam subdit Apostolus, Quod autẽ ascendit quid est, nisi quia & descendit primũ, &c. Ac si diceret, Ideo postea dixi qd ascendit, quia ipse primò descendit, vt ascenderet: aliter enim ascendere nõ potuisset. Quomodo autẽ descendit subdit, dicens, quia in inferiores partes terræ. Quod potest intelligi dupliciter. Vno modo vt per inferiores partes terræ intelligatur istæ partes terræ in quibus nos habitamus, quæ dicuntur inferiores eo qd sunt infra cælum & aerem. In has autem partes terræ dicitur descendisse filius dei non motu locali, sed assumptione inferioris & terrenæ naturæ: secundũ illud Philip. 2. Exinaniuit semetipsum, &c. Alio modo potest intelligi de inferno qui etiã infra nos est. Illuc enim descendit dominus secundũ animã vt inde sanctos liberaret, Et sic videretur hoc eis conuenire quod dixerat, Captiuã duxit captiuitatem. Zach. 9. Tu quoq; in sanguine testamẽti tui eduxisti victos tuos de lacu in quo nõ erat aqua. Apoc. 10. Vidi alium angelũ fortem descendentem de cælo, &c. Exod. 3. Vidi afflictionẽ populi mei qui est in Aegypto, &c. Et sequitur, Et descendit liberare eum. **¶** Deinde cùm dicit [Qui descendit, &c.] Manifestat eius ascensionem quantum ad tria. Primò quãtum ad personã ascendentis cùm dicit [Qui descendit ipse est qui ascendit, &c.] In quo designatur vnitatis psonæ dei & hominis,

minis. Descendit enim, sicut dictum est, filius assumendo humanam naturam, ascendit autem filius hominis secundum humanã naturam ad vitæ immortalis sublimitatem. Et sic est idem filius dei qui descendit, & filius hominis qui ascendit. Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo, vbi notatur qd humiles qui voluntariè descendunt spiritualiter deo sublimante ascendunt: quia qui se humiliat exaltabitur. Lucã 14. & 18. Secundò ostendit terminum ascensionis cùm dicit [Super omnes cælos.] Psal. Qui ascendit super omnes cælos ad orientem. Nec solũ intelligendũ est quod ascendit super omnes cælos corporales, sed etiam super omnem spiritualem creaturam. suprà cap. 1. Constituens illum ad dexteram suam in cælestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, &c. **¶** Tertio ponit ascensionis fructũ cùm dicit [Vt adimpleret omnia]. i. omne genus hominũ spiritualibus donis repleret. Psal. Replebimur in bonis domus tuæ. Eccl. 2. 4. A generationibus meis adimplemini. Vel adimpleret, id est, vt ad effectum perduceret omnia quæ de ipso erant scripta Lucã vlti. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me.

Lectio 4.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in edificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij dei, in virum perfectum, in mensuram atatis plenitudinis Christi. **¶** Hic exponit Apostolus quod suprà dixerat de donatione donorum. Circa quod duo facit. Primò ostendit quod dominus singulis fidelibus dedit donorum diuersitatem. Secundò ostendit illorum donorum fructum & vtilitatem, ibi [Ad consummationẽ sanctorum, &c.] Et quia per dona Christi diuersi status & muneris in ecclesia designantur, considerandum est quod inter dona Christi primò ponit Apostolos. Vnde dicit, Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos. Lucã 6. Elegit ex ipsis quos & Apostolos nominauit. 1. Cor. 12. Quosdam quidem posuit in ecclesia. Primũ Apostolos. Secundò prophetas. Tertio doctores. Quartò virtutes. Apostoli primo loco ponuntur, quia ipsi privilegiati fuerunt in omnibus donis Christi. Habuerunt enim plenitudinẽ gratiæ & sapientiæ, quidam quãtum ad reuelationem diuinorum mysteriorũ. Luc. vltimo. Aperiuit eis sensum vt intelligerent, &c. Marc. 4. & Lucã 8. Vobis datum est nosse mysteriũ regni dei, &c. Ioan. 15. Omnia quæ audiui a patre meo nota feci vobis. Habuerunt etiam copiã eloquentiæ ad annuntiandum euangelium. Lucã 21. Dabo vobis os & sapientiã cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri. Mar. vlti. Eunt in mundum vniuersum prædicate, &c. Habuerunt etiã prærogatiuam auctoritatis & potentiæ quantum ad curam dominici gregis. Ioan. vlti. Pasce oues meas. 1. Corinth. 10. De potestate nostra quã dedit nobis deus in edificationem, non in destructionem vestram, &c. Ideo Apostolus subiungit hinc tres gradus ecclesiasticos secundum participationem singulorum præmissorum. Nam quantum ad reuelationem diuinorum mysteriorum subdit, Quosdam autem prophetas, qui prænuntiatores fuerunt incarnationis Christi, de quibus dicitur 1. Pet. 1. Prophetæ qui de futura in vobis gloria prophetauerunt. Mat. 11. Omnes enim prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. Sed Apostoli prophetantes fuerunt post aduentũ Christi gaudia vitæ futuræ. Apoc. 1. Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius, &c. Item fuerunt exponentes antiquorum prophetarum prophetias. 1. Corinth. 14. Amulamini spiritualia: magis autem vt prophetetis. Mar. 25. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes, &c. **¶** Quãtum verò ad annuntiandum euangelium, subdit, Alios verò euangelistas, qui, scilicet habent officium prædicandi euangelium, vel etiam conscribendi, quauis non essent de principalibus Apostolis. Rom. 10. Quam speciosos pedes euangelizantium pacem, &c. Esaia 41. Dabo Hierusalem euangelistam. **¶** Quantum verò ad curam ecclesiæ subdit, Alios autem pastores, curam, scilicet, dominici gregis habentes. Et sub eodem addit. Et doctores ad ostendendum quod proprium officium pastorum ecclesiæ est docere, ea quæ pertinent ad fidem & bonos mores. Dispensare autem temporalia non pertinet ad episcopos qui sunt Apostolorũ successores, sed magis ad diaconos. Act. 6. Non est æquum nos derelinquere verbum dei, & ministrare mēsis. Titum primo, Amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidem sermonem. Dicitur de episcopis, Hieremia tertio, Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. **¶** Deinde cùm dicit [Ad consummationem sanctorum, &c.] ostendit fructum prædictorum donorum seu officiorũ. Et circa hoc duo facit, quia primò assignat fructum. Secundò ostendit qualiter fideles ad hũc fructũ possent aduenire, ibi [Vt iam non simus paruuli, &c.] Prima iterũ in duas. Primò proponit effectum proximum. Secundò ostendit fructum vltimum, ibi [Donec occurramus omnes, &c.] Effectus autẽ proximus prædictorũ donorum seu officiorum potest attendi quantum ad tria. Vno modo quantum ad ipsos qui sunt in officiis constituti, quibus ad hoc sunt collata dona spiritualia vt ministrarent deo & proximis. Et quantum ad hoc dicit, In opus ministerij per quod. s. procuratur honor dei, & salus proximorum. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, &c. Esaia 61. Ministri dei dicitur vobis. Alio modo quantum ad perfectionẽ iam credentium cùm dicit, Ad consummationem. i. perfectionem sanctorum. i. eorũ qui iam sunt sanctificati p fidem Christi. Etenim specialiter debent intendere prælati ad subditos suos, vt eos ad statum perfectionis perducant, vnde & ipsi perfectiores sunt, vt dicit Dionysius in ecclesiastica hierarchia. Hebr. 6. Ad perfectionem feramur, &c. Esaia 10. Consummatio abbreviata inundabit iustitiam. Consummationem enim & abbreviationem dominus deus exercituum faciet, &c. Tertio quantum ad conuersionem infidelium, & quãtum ad hoc dicit, In edificationem corporis Christi. i. vt conuertantur infideles ex quibus edificatur ecclesia Christi quæ est corpus eius. 1. Cor. 14. Ad edificationem & exhortationẽ, & consolationem. Et sequitur ibidẽ, Nam maior est qui propheta quã qui linguis loquitur, nisi fortè interpretetur vt ecclesia edificatio nem accipiat: & ibidẽ, Omnia ad edificationem fiant. **¶** Deinde cùm dicit [Donec occurramus, &c.] assignat fructũ vltimũ. Et potest intelligi dupliciter. Vno modo de fructu simpliciter vltimo, qui erit in resurrectione sanctorũ. Et secundum hoc duo declaratur. Primò quidẽ cõgregatio resurgentiũ & corporalis & spiritualis. Corporalis quidẽ erit congregatio in hoc quod omnes sancti cõgregabuntur ad Christũ. Mat. 24. Vnicuiq; fuerit corpus illud congregabuntur & aquila. Et quantum ad hoc dicit [Donec occurramus

A

omnes.&c.] Quasi dicat vsq; ad hoc extenditur prædictum ministerium & consummatio sanctorum & edificatio ecclesiarum, donec in resurrectione occurramus Christo. Matth. 25, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Amos 4, Prepara te in occursum dei tui Israel, &c. Et etiam occurramus nobis inuicem. 1. Thessal. 4, Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. Phil. 3, Si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis. Spirituales autem congregatio attenditur quantum ad meritum quod est secundum eandem fidem, & quantum ad hoc dicitur in unitatem fidei. supra eodem, Vnus dominus vna fides. Item supra in eodem. Solliciti seruare vnitatem spiritus, &c. & quantum ad præmium quod est secundum dei perfectam visionem & cognitionem, de qua 1. Corint. 13, Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Et quantum ad hoc dicitur, Et agnitionis filii dei. Hierc. 31, Omnes enim cognoscent me. Secundo declaratur prædictum fructum quantum ad perfectionem resurrectionis. Et primo ponit ipsam perfectionem cum dicit, In virum perfectum. Vbi non est intelligendum sicut quidam intellexerunt, quod scilicet, femina mutetur in sexum virilem in resurrectione, quia vterque sexus permanebit non quidem ad commixtionem sexuum, quæ tunc de cætero non erit, secundum illud Matth. 22, In resurrectione enim non nubet neque nubetur, sed sunt sicut angeli. Sed ad perfectionem naturæ & gloriæ dei qui talem naturam condidit. Dicit ergo virum perfectum ad designandum omnimodam perfectionem illius status. 1. Corint. 13, Cum venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est. Et propter hoc vir magis sumitur secundum quod diuiditur contra puerum, quam secundum quod diuiditur contra feminam. Secundo ostendit exemplar huius perfectionis cum dicit, In mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vbi considerandum est quod corpus Christi verum est exemplar corporis mistici, vtrumque enim constat ex pluribus membris in vno collectis. Corpus autem Christi fuit perductum ad plenam ætatem virilem, scilicet, triginta trium annorum, in qua mortuus fuit. Huiusmodi ergo ætatis plenitudini conformabitur ætas sanctorum resurgentium, in quibus nulla erit imperfectio, nec defectus senectutis. Phil. 3, Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Alio modo potest intelligi de fructu ultimo præsentis vitæ, in qua quidam sibi occurrent omnes fideles ad vnam fidem & agnitionem veritatis. Ioan. 10, Alias oves habeo quæ non sunt de hoc ouili, &c. in qua perficitur etiam corpus Christi mysticum spirituali perfectione ad similitudinem corporis Christi veri. Et secundum hoc totum corpus ecclesiæ dicitur corpus virile secundum illam similitudinem qua vititur Apostolus Gal. 4, Quanto tempore hæres paruulus est nihil differt à seruo, &c.

LECTIO 5.

Remouetur duo que in se ad se sunt et donorum perueniamus, et modus ad ipsum fructum perueniendi docetur docendo in quo et per que debemus crescere s. Christum.

Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrina in nequitia hominum, in astutia ad circuitum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram inuiscuitatisque membri, augmentum corporis facit in adificationem sui in charitate. **P**osita donorum spiritualium diuersitate & fructe eorum, hæc ostendit Apostolus quomodo ad fructum illum perueniamus. Circa quod duo facit. Primo duo impedimenta remouet. Secundo modum veniendi docet, ibi [Veritatem facientes, &c.] Dicit ergo, Benedictum est quod hic est fructus ultimus istorum donorum quod occurramus domino in virum perfectum, &c. Ergo oportet nos videre ut iam non simus paruuli, sed certe viri perfecti, quia quandiu aliquis est puer non est perfectus vir. Oportet ergo quod deserat pueritiam qui domino debet occurrere. Sic faciebat Apostolus 1. Corint. 13, Quando factus sum vir, euacuauit quæ erant paruuli. Conditio autem pueri est quod non est fixus vel determinatus in aliquo, sed credit omni verbo. Sic ergo volumus exhibere nos ut viros perfectos, oportet quod deseramus cogitationem fluctuantem. I. instabilem. Et hoc est quod dicit, Fluctuantes. 1. Corint. 14, Nolite paruuli effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Dicuntur autem fluctuantes à fluctu, quia tales admodum fluctus non sunt firmi in fide. Iaco. 1, Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris qui à vento mouetur & circumfertur. Nunc autem necesse est nos stabiles esse & non fluctuare. Et quia vetus est praua doctrina, de qua merito dicitur Proue. 25, Verus Aquilo dissipat pluuias. Mat. 7, Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti & irruerunt in domum illam & cecidit, & fuit ruina eius magna: ideo dicit, Et non circumferamini omni vento doctrina, &c. q. d. Nulla doctrina peruersa perflante ad commotionem cordis & ruinam spiritualis edificii debemus moueri, quia non est bona doctrina, quod patet ex tribus. Primo ex eius principio quod est nequitia hominum, ideo non est bona doctrina, sed falsa & nequam, quam dogmatizat aliquis ad perditionem animatum, ut obtineat principatum, sicut doctrina Arrii nequissimi, qui crepuit medius, ut de ipso possit exponi illud Eccl. 31, Testimonium nequitie eius verum est. Item talis doctrina peruersa est quod patet. Secundo ex eius processu qui est astutia, quia cum dolo, in vnum intendit & aliud simulat, propter quod Apostolus dicit 2. Corint. 11, Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Tertio patet hoc idem ex effectu: quia effectus talis doctrina est ad circumuersionem erroris, non ad denarios vel alia tempora lia acquirenda, sed ad seminandos errores seducunt & circumueniunt tales doctores: de quibus dicitur 1. Tim. 3, Mali homines & seductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes. Deinde cum dicit [Veritatem autem facientes, &c.] Ostenfis impedimentis per quæ à fructu donorum spiritualium impeditur quis: hæc ostendit qualiter ad fructum debitum peruenitur. Et arguit sic, Statim dictum est quod si volumus ad spiritualium donorum fructum peruenire, oportet ut iam non simus paruuli, &c. Sed tandiu sumus paruuli quandiu virilem statum non attingimus nec crescimus: ergo nobis necessariū est ut crescamus. Et hoc est quod dicit [Veritatem autem facientes, &c.] Duo ergo facit. Primo ostendit in quo debemus crescere. Secundo per quæ, ibi [In illo per omnia, &c.] Dicit ergo quantum ad primū, veritatem facientes crescimus, & hoc in duobus. In bono opere, & forma boni operis, quæ duo sunt, veritas, & charitas. Veritas autem quæ dicitur omne opus bonū, ut Thob. 1, In captiuitate tamen positus viam veritatis non deseruit. Faciamus ergo veritatem. s. omne opus bonū, vel veritatem doctrina: quia non sufficere nobis debet audire vel docere veritatem, sed oportet facere, propter hoc dicebat Apo. 1. Tim. 4, Hoc enim faciens, & teipsum saluū facies & eos qui te audiunt. Estote ergo facti. &c. ut dicitur Iac. 1, Quia factores iustificabuntur, ut habetur Ro. 2, Et hoc si fiat in charitate quæ est forma boni operis. 1. Cor. 16, Viriliter agite & confortetur cor vestrum, & omnia opo-

Conditiones doctrine hæreticorum.

ra vestra in charitate fiant. Quia certe aliter nihil valerent. 1. Corint. 13, Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Sed quia in via dei non progredi est regredi, ideo subdit Apostolus, Ut crescamus in illo, &c. vbi tria facit. Primo ostendit auctorem nostri augmenti. Secundo operationem in mensuram inuiscuitatisque membri. Dicit ergo, Crescamus in illo. s. in Christo, de quo, 1. Petri 2, In eo crescatis in salutem. In illo, inquam, qui est caput nostrum Christus, & in ecclesiæ quæ est corpus ipsius, ut dicitur Colos. 1, Crescamus, inquam, non in possessionibus, sicut dicitur Iob 1, Possessio eius creuit in terra, sed in spiritualibus. Nec in vno tantum, sed per omnia. i. in omni bono, fructificantes & crescentes. 1. Cor. 10, Omnia in gloriam dei facite, &c. Et ibi sequitur, sicut & ego per omnia mecum moros estis & sicut tradidi vobis, omnia præcepta mea tenetis. Consequenter cum dicit [Ex quo totum corpus, &c.] ostendit veritatem Christi per quem crescere debeamus. Vbi sciendum est quod corpus naturale tria habet. s. compactionem membrorum adinuicem, ligationem per nervos & mutuam subministrationem. 1. Corint. 12, Si dixerit pes quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris quoniam non sum oculus, non sum de corpore, &c. Si totum corpus est odoratus, vbi auditus? Spiritually ergo sicut vnum corpus efficitur ex multis his tribus modis. s. per compactionem seu adunationem, per ligationem, & per mutuam operationem & subuentionem: ita & omnia quæ sunt à capite corporali. s. compactio, nervorum ligo, ad opus motio, fluunt à capite nostro Christo in corpore ecclesiæ. Et primo compactio per fidem. Vnde dicit, Ex quo. s. Christo qui est caput nostrum [ut modo dictum est] totum corpus compactum est. i. coadunatum. Psal. Dispersiones Israel congregabit. Abach. 2, Congregabit ad se omnes gentes & coaceruabit ad se omnes populos. De hoc dicitur Col. 2, Caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum dei. Secundo fluit à Christo capite in corpus ecclesiæ suæ mysticum conexio & colligatio, quia oportet adunata aliquo nexu vel vinculo neci vel colligari. Et propter hoc dicit, Et connexum per omnem iuncturam subministrationis. i. per fidem & charitatem quæ connectunt, & coniungunt membra corporis mystici ad mutuam subministrationem. Eccles. 39, Omnia opera domini bona, & omne opus hora sua subministrabit. Vnde ipse Apostolus confidens de ista mutua subministratione quæ est inter membra ecclesiæ per diuinam coniunctionem, dicebat Phil. 1, Scio enim quia hoc proveniet in salutem per vestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi. Tertio à capite Christo in membris ut augmententur, infunditur virtus actualiter operandi. Vnde dicit, Secundum mensuram inuiscuitatisque membri augmentum corporis facit, quasi dicit, Non solum à capite nostro Christo est membrorum ecclesiæ compactio per fidem, nec sola conexio vel colligatio per mutuam subministrationem charitatis: sed certe ab ipso est actualis membrorum operatio, siue ad opus motio secundum mensuram & competentiam cuiuslibet membri. Vnde dicit quod facit augmentum corporis secundum operationem & mensuram inuiscuitatisque membri debite mensurati, quia non solum per fidem corpus mysticum compactum, nec solum per charitatis subministrationem connectentem augetur corpus, sed per actualem motionem ad operationem, quam deus facit in nobis. vnde Esa. 26, Omnia opera nostra operatus es in nobis. Idem verò deus qui operatur omnia in omnibus, ut dicitur 1. Corint. 12, Et hæc expositio concordat gloriatori. Sed ad quid augmentat deus vnumquodque membrum? ut corpus adificet. supra 2, In quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos edificamini, &c. Vnde 1. Cor. 13, Dei edificatio estis, Et hæc omnia sunt in charitate, quia ut dicitur 1. Cor. 8, Charitas edificat. Vel in charitate facit deus hæc omnia. i. ex mera dilectione. Hier. 31, In charitate perpetua dilexite, ideo attraxi te miserans. Rursusque, Edificabo, & edificaberis. Hoc est ergo quod dicit, In edificatio nem sui in charitate.

LECTIO 6.

Hoc ergo dico & testificor in domino: ut iam non ambuletis sicut & Gentes ambulantes, in vanitate sensus sui tenebris. Docetur via obcuratum habentes intellectum, alienati à vita dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cecitatem cordis ipsorum. **S**uprà monuit Apostolus Ephesios ut manerent in ecclesiastica vnitatem describendo modum eius & fortiam: in hac parte docet eos viam per quam possint manere in ecclesiastica vnitatem. Et primo facit hoc. Secundo ostendit potestatem hanc ad implenda præcepta in fine epistolæ, ibi [De cætero fratres confortamini, &c.] Prima in duas, primo proponit præcepta ad omnes. Secundo pertinentia ad singulos gradus ecclesiæ, ibi [Mulieres viris suis subditæ sint, &c.] Prima in duas. Primo ponit quædam præcepta generalia ad quæ reducuntur omnia alia. Secundo ponit specialia, ibi [Propter quod deponetes mediocritatem, &c.] Prima iterum in duas, quia cum intentio Apostoli sit eos reuocare à veteri consuetudine ad nouam Christi doctrinam. Primo ostendit doctrinam Christi esse contrariam antiquæ peruersitati gentilitatis. Secundo inducit eos ut eam deponant, & eam quæ Christi est assumant, ibi [Deponite vos secundum pristinam, &c.] Prima in duas, quia primo describit conuersationem gentilium. Secundo ostendit quod ei contrariatur doctrina Christi, ibi [Vos autem non ita, &c.] Prima in tres. Primo hortatur eos ut declinent conuersationem gentilium. Secundo describit eam quantum ad interiorem animum, ibi [Tenebris obcurarum, &c.] Tertio quantum ad exteriorem modum, ibi [Qui desperantes, &c.] Dicit ergo ad hoc quod possitis implere ea quæ dicta sunt, dico, id est, non obsecro ut prius, sed dico & testificor hoc quod dixi Gala. 5, Testificor autem omni homini rursum circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. 2. Tim. 4, Testificor coram deo & Christo Iesu, &c. Et quid? Ut iam, scilicet, tempore fidei & conuersationis ad Christum, quia iam vos mundus estis. Ioan. 15, Non ambuletis, id est, viuat. Gal. 5, Si spiritu viuimus spiritu & ambulemus, &c. Et hoc sicut gentiles ambulantes. 1. Cor. 12, Scitis quoniam cum gentes effectis ad simulacra muta prout ducebamini euntes, &c. Non sic igitur ambulatis. Pro. 1, Filii mihi ne ambuletis cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum, &c. Consequenter cum dicit [In vanitate sensus sui. reddit causam huius prohibitionis. Vbi notandum est quod cum ambulare spiritualiter, sit proficere, secundum illud Esa. 26, Rectus callis iusti ad ambulandum, &c. Geu.

17, Ambula coram me, & esto perfectus, dicitur Abrahā. Ad hoc ergo ut homo iuste ambulet. i. spiritualiter proficiat, oportet tria quae in ipso sunt regulari & ordinari. In homine enim est ratio iudicans de particularibus agendis. Item intellectus vniuersalium principiorum qui est iudex. tertio lex diuina seu deus. Quandoque ergo aliquis secundum ista tria sibi inuicem ordinata dirigitur, ita q̄ actio ordinetur secundum iudicium rationis, & hęc. i. ratio iudicat secundum intellectum rectum vel iudicium: & hęc. i. iudex refertur ad legem diuinam, tunc actio est bona & meritoria. Sed vita gentium non est talis, imo deficit in praedictis tribus, quia primò deficit à ratione iudicante, quia ambulat in vanitate sensus sui. Sensus autem est vis apprehensiuā, per quam iudicamus singularia. Vnde aliquis homo rectus dicitur, quādo bene iudicat de agendis. Sed sensus iste quandoque est rectus, quandoque est vanus. Rectus dicitur quādo debita regula regitur qua venit ad debitum finem. Vanus autē quando indebita regula ductus nō venit ad debitum finem. Sap. 13, Vanī sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei, &c. Ro. 1, Euanuerunt in cogitationibus suis, &c. Hier. 2, Ambulauerūt post vanitates suas, & vani facti sunt. Quare? quia cetero ratio istorum in agendis non dirigebatur ab intellectu illuminato, sed erroneo, Et hoc est quod ait, Tenebris obscuratum habētes intellectum. Ro. 1, Obscuratum est insipientes cor eorum. Psal. Nescierūt neque intellexerunt in tenebris ambulantes. Et ratio est, quia tales non sunt participes diuini luminis, seu legis diuinae illuminantis & regulantis: propter quod subdit, Alienati à vita dei. i. à deo qui est vita animae. Ioann. 14, Ego sum via, veritas, & vita. Vel à vita dei. i. à charitate & gratia spirituali qua anima viuūt formaliter. Ro. 6, Gratia autem dei vita aeterna. Isti autē erant sine spē vitæ aeternae, quia ponebant mortalitatem animae, contra fidem & spem. Sap. 2, Nescierunt sacramenta dei, neque sperauerunt mercedē iustitiae, neque iudicauerunt honorē in animarū sanctorum, &c. Vel à vita dei. i. à vita sancte viuendi quae est per fidem. Gala. 2, Viuo ego iam non ego, &c. Iustus autem ex fide viuūt, ut dicitur Ro. 1. Vel quae est per charitatem. 1. Io. 3, Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres, &c. Nō sic autem isti, sed magis alienati. Modum autem huius alienationis tangit. Ignorantiā non stellarum vel cursum siderum, sed naturae diuinæ. 1. Cor. 15, Ignorantiā quidē dei quidam habēt, quia certē tunc solum in Iudaea notus erat deus, sed modò ut dicitur Act. 17, Tempora huius ignorantiae despiciens deus, nunc annuntiat hominibus ut omnes vbique poenitentiam agant, &c. Huius autem ignorantiae deus non erat causa quantum de se erat, ut dicitur Ro. 1, Deus illis reuelauit, sed certē causa erat illis propter cecitatem cordis ipsorum. Et verē dicit cecitatem, quae ex creaturis non poterant venire in notitiā creatoris, quia ut dicitur Sap. 2, Excœcauit eos, malitia eorum, & sequitur, Et nescierunt sacramenta dei, neque mercedē sperauerunt iustitiae. Et hoc est quod sequitur, Qui desperātes, &c. Vbi ostendit Apostolus quales erāt in exteriori conuersatione quoniam sine spē, & hoc quia alienati à vita. Iob 7, Desperāui, nequaquam ultra iam viuam, &c. Hic. 18, Desperāuimus, post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque prauitate cordis sui malefacimus. Et hoc est quod sequitur. Tradiderūt semetipsos impudicitiae, &c. Et hoc legi potest dupliciter, vel separatim. ut dicatur in auaritia, quia auari erant. Ro. 1, Repletos omni iniquitate & malitia, fornicatione, auaritia, &c. Hæbr. 13, Sint mores sine auaritia, &c. quia ut dicitur Eccl. 10, Auaro nihil est scelestius. Propter quod Abac. 2, Veh qui congregat auaritiā malam domui suae, &c. Potest etiam legi coniunctim cum praecedentibus, ut dicatur in auaritia. i. auarē, ita ut sit modificans praecedentia. Et secundum hoc aggrauat eorum vitā tripliciter: quia primò peccauerunt non ex passione, sed potius ex electione. Vnde dicit, Tradiderūt semetipsos impudicitiae. q. d. Nō passionibus vel infirmitate peccauerunt, sed semetipsos tradiderunt, &c. Iudith 7, Sponte tradamus nos omnes populo Olofernis, &c. 2. Cor. 12, Non egerunt poenitentiam super immunditia quae gesserunt, &c. secundò ex actuali effrenatione. 1. Pet. 2, Post carnem in concupiscentiā immunditiae ambulantes, &c. Et ideo dicit, In operationem omnis immunditiae. Ezec. 14, Isti posuerūt immunditias suas in cordibus suis, &c. Tertio aggrauat eorum peccatum ex continuatione, quia incessanter peccabāt. Osee 4, Fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam dominū reliquerunt, vnde dicit, In auaritiā, i. ardenter & insatiabiliter. 2. Pet. 2, Oculos habentes plenos adulterij & ineffabilis delicti, pellicientes animas instabiles, cor exercitatum in auaritia habentes, maledictionis filij, &c.

Ostenditur doctrina Christi esse contraria ista ui, & vice gentilitatis ostendendo simul conditiones debitas doctrinae Christi.

Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Ostensa peruersitate gentilis conuersationis: hinc ostendit Apostolus quod doctrina Christi totaliter contraria est illi conuersationi & statui. Et quia peruerentes quidam doctrinā Christi dixerunt non esse aliam vitam post istam, sed animam mori cum corpore ut animalibus: ideo Apostolus ostendit. Primò doctrinā Christi contrariam esse vitæ & statui praecedenti. Secundò ostendit conditiones debitas doctrinae Christi, ibi, [Deponite vos, &c.] Dicit ergo, Ita dictum est quod illi desperantes, &c. vos autem non ita audiuistis Christum, scilicet, esse imitandum. Quomodo ergo. Ipsi enim vos à deo didicistis ut diligatis inuicem. 2. The. 2, Itaque fratres state & tenete traditiones quas credidistis. Et 2. The. 2, Quomodo tenebimus? Et primò The. 2, Quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus dei, accepistis illud non ut verbum hominū, sed sicut est verē verbum dei, &c. Col. 2, Radicati & superaedificati in ipso, & confirmati in fide, sicut didicistis abundantes in illo in gratiarū actione. Et hoc certē si tamē illū audistis, quia auditus deseruit disciplinae. Si pro quia. Quia hęc est annuntiatio quam audistis, ut dicitur 1. Io. 1, Et hoc quātum ad praedicationem fidei. Eccl. 24, Qui audit me, non confundetur. Proverb. 15, Auris quae audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur, &c. Et in illo edocti estis, scilicet, quomodo pertinentia ad fidem, sunt custodienda & adimplenda. Mar. vlti. Fecerunt sicut erant edocti, &c. Et hoc sicut est veritas in Iesu. q. d. Si audiuistis fidem Christi praedicari, & quomodo praedicata debeant adimpleri, estis edocti, sicut Iesus de quo praedicatur vobis qui est veritas, ambulante. Vos autem non ita, scilicet, oportet ambulare sicut aliqui desperantes. Sed quomodo? Subdit [Deponite vos, &c.] Quae quidē litera potest legi dupliciter. Vno modo ut dicatur deponere, & tūc construitur cū praecedentibus sic, ita est veritas in qua edocti estis in Iesu deponere vos,

Lectio 7.

&c. Si autem dicatur deponite, quae litera cōmunis habetur, dicemus quod quia cōtraria est & vita & doctrina Gentilium, vitæ & doctrinae Iesu, in qua edocti estis, restat ut deponatis, &c. Duo ergo facit, quia cum primò extirpanda sint vitia, quae inferantur virtutes. Primò docet eos statum pristinæ ac veteris conuersationis deponere. Secundò nouum statū Iesu affumere, ibi [Renouamini autē spiritu, &c.] Dicit ergo, Deponite, &c. vbi tria sunt consideranda. Primò quid intelligitur per veterē hominem. Dicunt aliqui quod hic homo verus exterior, nouus verò dicitur interior. Sed dicendum est quod homo vetus dicitur tam interior quam exterior qui subiicitur vetustati quantū ad animam per peccatum, & quantū ad corpus: quia membra corporis sunt arma peccati. Et sic subiectus homo peccato secundū animam & corpus, dicitur vetus homo, secundum quod illa vetusta sunt quae sunt in via corruptionis, vel in ipso corrupti, quia quod antiquatur & senescit prope interitum est, ut dicitur Heb. 8, Et sic homo subiectus peccato dicitur vetus, quia est in via corruptionis, propter quod subdit, Qui corrumpitur secundum desideria erroris. Nam vnūquodque corrumpitur, cum recedit ab origine naturae suae. Natura autē hominis est ut desiderium eius tendat ad id quod est secundū rationē. Perfectio autem & bonum rationis est veritas. Quando ergo ratio tendit ad errorē & desiderium ex hoc errore corrumpitur, tunc vetus homo dicitur. Dicit autē secundum desideria. i. mala. Rom. 13, Carnis curā ne feceritis in desideriis. 1. Tim. 6, Desideria multa & nocua & inutilia quae mergunt hominē in interitum & perditionem, &c. Quia autē hęc desideria in quibusdā trahuntur ex infirmitate: in quibusdā verò malitia, sicut in illis qui dicunt deum providentiam non habere, ideo dicit, Erroris: quia in talibus errantibus corrumpitur intellectus & affectus. Vel secundum desideria erroris. i. quae homines faciunt errare, secundum illud Sap. 2, Hęc cogitauerunt & errauerunt, &c. Prouc. 14, Et prudentia stultorum errans. Sed quomodo deponendus sit, docet Apostolus, dicens Col. 3, Expoliantes vos veterē hominem cum actibus suis, &c. Non ergo substantialiter debet deponi vel expoliari, sed solum quoad opera mala vel conuersationē. 1. Pet. 2, Conuersationem vestra inter gentes habentes bonam. 1. Tim. 4, Exemplum esto fidelium in verbo & conuersatione. Deinde cum dicit [Renouamini, &c.] Ostendit quod debemus nouum statum inducere. Circa quod tria facit. Primò ostendit per quid consequi possumus hanc nouitatem. Secundò in quo hęc nouitas consistat. Tertio quae sit. Quantū ad primum dicit, Renouamini spiritu, &c. Vbi notandum est quod licet spiritus multipliciter dicatur in homine, tamen triplex spiritus inuenitur. i. spiritus sanctus. 1. Cor. 3, Nescitis quod templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis. Item spiritus rationalis. Gal. 5, Caro concupiscit aduersus spiritum. Item spiritus fantasticus. Osee 14, Scitote Israel stultum prophetam insanū virum spiritualem. i. fantasticum. Hoc ergo quod dicit, Spiritu mentis, sumitur pro spiritu sancto. Dicit autē causam renouationis esse spiritum sanctū, qui habitat in mente nostra. Gala. 4, Misit deus spiritum filij sui in corda, &c. Psal. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, &c. Vel potest accipi spiritus pro spiritu rationali, & tunc spiritus idem est quod mens nostra, & est simile huic quod dicitur Col. 2, In expoliatione corporis carnis. i. corporis quae est caro, ita hęc spiritu mētis. i. spiritu qui est mens: hoc autē dicit, quia in nobis est alius spiritus qui non est mens, qui. i. est cōmunis nobis & brutis. Dicit autem, Renouamini spiritu mētis: quia illud quod nō est corruptum, est nouum, nec renouatione indiget. Nam si Adam corruptus non fuisset, renouatione non indigisset, nec nos etiā. Sed quia corruptus fuit, renouatione indiguit & eius posteriores. Et ideo oportet renouari nos in praesenti secundū animam, & in futuro, secundum corpus, quando corruptibile hoc induet incorruptionē, & mortale immortalitatem, ut dicitur 1. Cor. 15. Dicit ergo, Renouamini spiritu, hęc. i. quia nisi in praesenti spiritus renouetur, nunquā corpus eius innouabitur. Vel potest exponi spiritu mentis. i. mente vestra spirituali facta, & in idē redit. In quo autem hęc renouatio consistat quantū ad secundum subdit, cum dicit, Induite nouum hominē, &c. Hic aduertendum est quod sicut vnusquisque rei primum vetustatis principium fuit Adam per quē peccatum in omnes intrauit, ita principij primum nouitatis & renouationis Christus est: quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur. Vnde Gal. vl. In Christo Iesu neque circuncisio, neque praepitiū aliquid valet, sed noua creatura. Induimini ergo dominum nostrū Iesum Christum. Rom. 13, Quae autem sit renouatio ostendit, cum dicit, Qui secundū deum creatus est, &c. Hoc autem potest intelligi tripliciter. Vno modo sic ut ly, qui, referatur ad spiritum. i. spiritus qui est mens nostra, & creatus est à deo. i. in originali iustitia. i. in sui nouitate. Vel recreatus noua creatione ut esset iustus. supra 2, Creati in Christo Iesu in operibus bonis. Vel ly, qui potest referri ad nouum hominem. i. Christum. Et tunc construetur sic. Qui creatus est. i. formatus in vtero virginis secundum deum. i. non semine humano, sed spiritu sancto. Vel creatus est secundum esse gratiae & plenitudinis, & hoc in iustitia quoad homines, in sanctitate quoad deum, & hoc veritatis, nō falsitatis. Luc. 2, In sanctitate & iustitia. Vel ut sanctitas sit in corde, veritas in ore, iustitia in opere.

Lectio 8.

Propter quod deponentes mendaciū, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Iramini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Supra posita generali monitione ut nouitate induerēt: hinc Apostolus ponit praepcepta specialia. Circa quod duo facit. Primò inhihet eis peccata interiora corruptentia spiritū. Secundò peccata exteriora quae corrumpunt carnē, ibi [Fornicatio autem, &c.] Prima in duas. Primò prohibet peccata quae in deordinatione propria consistunt. Secundò peccata quae consistunt in deordinatione alterius, ibi [Omnis sermo malus, quidē peccatū &c.] Prima iterum in tres, quia primò prohibet peccatum corruptens rationalem. Secundò peccatum deordinans irascibile, ibi [Iramini & nolite peccare, &c.] Tertio peccatum pertinens ad concupiscibilem, ibi, Qui furabatur, &c. Circa primum tria facit. Primò quia vnum istorū prohibet. Secundò inducit ad aliud. Tertio rationē assignat. Prohibet ergo illud primò quod ad veterem hominem pertinet, ita ut ista litera, sit expositiua huius quod praedixerat. Induite nouum hominē, ad quem inducendum primò prohibet mendaciū: quia per hoc peccatum oris, corrumpitur veritas rationis. Vnde dicit, Propter quod, scilicet, nouum hominem induendum, sitis supple, deponentes mendaciū, quia ut dicitur in Psalmista, Perdes omnes qui loquuntur mendaciū, scilicet, perniciosum. Et postea inducit ad nouitatem, dicens Zacha, quarto, Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Et quare? Quoniam sumus inuicem

Pro nouitate spiritus peccata interiora inhihetur quae corrumpit spiritum primò quidē peccatū corruptens rationalem: & secundo irascibilem.

Ira quodam
bona quodam
mala.

membra. Membra enim seiuuicem diligunt, & se iuuant mutuò in veritate. Ro. 12. Vnum corpus sumus in Christo, singuli autè alter alterius mēbra. ¶ Sequitur [Irafcimini, &c.] Vbi prohibet peccatum, corrūpēns irascibilem. Circa quod tria facit. Primò ponit monitionem. Secūdo eam exponit, ibi [Sol nō occidat, &c.] Tertio rationem reddit, ibi [Nolite locum, &c.] Monitionē autē ponit, cum dicit [Irafcimini, &c.] Quod potest exponi dupliciter, quia duplex est species ira, quādā bona, quādā mala. Mala quidem quando in ordinatē tendit in vindictam, s. contra iustitiam: bona verò quando in vindictam debitā, quando. i. quis irascitur quando oportet, cum quibus, & quantū oportet. Et de vtraq; potest exponi. Si de mala, sic est sensus. Non p̄cipit, sed permittit. q. d. Si sic est q̄ motus irā infurgat, quod humanum est, nolite peccare. i. nolite perducere ad effectum per consensum. i. Cor. 10. Tentatio vos nō apprchēdat nisi humana: quia certē qui aliter irascitur fratri suo, reus erit iudicio, vt dicitur Mat. 5. De hac ira monebat Ioseph fratres suos. Gene. 45. Ne irascimini in via. Si autē exponatur de bona, sic tenetur nō solum permissiue vt primò, sed imperatiue, irascimini. s. cōtra peccata vestra: quoniam duplex est vindicta quā homo appetit. Vna de seipso peccate & sic p̄nitentia est quādā vindicta quam homo facit, & capit de seipso. Et hæc est bona ira. & de hac dicitur imperatiue, Irafcimini. s. cōtra peccata vestra, & nolite peccare. s. de cætero, nec talia cōmittere cōtra quæ iterum oporteat irasci. Modò credunt aliqui q̄ homo securè possit sibi ipsi irasci propter peccata sua, sed non proximo suo propter sua, sed non est ita: sicut enim contra seipsum quis irascitur propter peccata propria, ita proximo suo propter sua, ergo irascimini cōtra vitia aliena, & hoc cum zelo. Num. 25. Phinees auertit iram meā à filiis Israel, quia zelo meo cōmotus est cōtra eos. Sic Helyas 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerūt pactū domini filii Israel, &c. Et nolite peccare p̄ueniēdo rationem, sed potius sequendo. Iac. 1. Sit autē omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram, &c. ¶ Sequitur: [Sol non occidat, &c.] Vbi exponit quod dixerat, & secundum tres predictas expositiones potest tripliciter exponi, quia si de mala ira tunc sic, Sol, &c. i. non permissis in ira con cepra, sed ante solis occasum deponatis, quia licet permittatur motus, propter fragilitatē, non permittitur mora. Si de bona, & hoc contra peccata propria, tunc sic, Sol, i. Orietur vobis timētibus nomen meum sol iustitiae, &c. Non occidat super iracundiā vestram. i. super peccata vestra, pro quibus iterum oporteat vos irasci & vosmetipsos punire. Si contra peccata aliena sic accipitur sol. s. rationis. Eccl. 12. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, anteq̄ veniat tēpus afflictionis, & appropinquēt anni de quibus dicas, non mihi placent, anteq̄ tenebre scat sol, &c. Sol non occidat super iracundiā vestram. i. non obtenebretur dictamen rationis. Iob 5. Virum stultū interficit iracundia. ¶ Sequitur [Nolite locū dare diabolo] vbi assignat rationē monitionis. Diabolus enim habet locum in nobis per peccatum, vel per consensum. Io. 13. Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas, &c. Et sequitur ibidē quòd post bucllam introiuit in eum sathanas. Nunc autē huiusmodi passiones multum inclināt ad consensum, & maxime quando peruertunt iudicium rationis, & hoc specialiter facit ira quæ consistit in ascensione sanguinis, quæ quidē ratione velocitatis sui motus præcedit iudiciū rationis. Et quia sic nobis perturbatis diabolus incipit locum habere in nobis, ideo dicit, Nolite locū dare diabolo, q. d. Non perseueretis in ira, quia per hoc datis locum diabolo, quia totus diabolus iracundus est. Psal. Liberatores meus de inimicis meis iracundis. Intra autem hominē cum furore & ira. Apoc. 12. Descendit diabolus ad vos habens iram magnā. Hoc autē non potest facere saltē in anima, quādiu homo iustus est. Hæc autē iustitia per iram amittitur, quia ira viri iustitiā dei non operatur, vt dicitur Iac. 1. Si ergo non vultis locū dare diabolo, saltem in anima, sol non occidat super iracundiā vestram. Eccl. 11. Aufer iram à corde tuo. Lectio 9.

Pro venatione spiritus prohibetur ventitas peccati quantum ad concupiscibilem, monendo ad nouitatē, & tandem pertinentia ad veterem hominem deordinatā per respectum ad proximum.

Qui furabatur iam non furetur: magis aut laboret, operando manibus suis, quod bonū est, vt habeat unde tribuat necessitatē paucis. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad edificationē fidei, vt dei gratiā audientibus. ¶ Exclufa suprà vetustate hominis quantū ad vim rationabilē & irascibilē: hinc prohibet eam quantū ad concupiscibilem proueniētē ex rerum inordinata concupiscentia. Circa quod duo facit. Primò prohibet concupiscibilem vetustatē. Secūdo hortatur ad eius nouitatem, ibi [Magis autem laboret, &c.] Ad vetustatem autē concupiscibilis pertinet futurum, quod prouenit ex corrupto & inordinato appetitu rei tēporalis. Ideo dicit [Qui furabatur, iam non furetur, &c.] q. d. Qui habebat concupiscibilem corruptam & vetustam ex corrupto appetitu rerum tēporalium, iam non furetur. s. si vult concupiscibilem renouare, quia vt dicitur Eccl. 5. Super furē confusio, propter hoc dicitur Exod. 20. Non furtum facies. Et quia aliquis possit se excusare p̄r paupertatem, ideo dicit [Magis laboret, &c.] sicut ipse fecit Apostolus, vt dicitur Act. 20. Argentū & aurū nullius concupitui aut vestē, vos ipsi scitis, quoniam ea quæ mihi opus erant & his qui mecum sunt, ministrauerūt manus iste. Item 2. The. 3. Ipsi enim scitis quæadmodum oporteat vos imitari nos, quoniam non in quieti fuimus inter vos neq; gratis panem māducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatio ne nocte ac die laborātes, ne quē vestrum grauaremus, &c. Vnde notandū est q̄ opus manuale ad tria inducitur. Primò ad necessitatem victus acquirendā. Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et ideo qui non habet vnde licitē viuat, tenetur manibus laborare. 2. The. 3. Si quis nō vult operari, non manducet, q. d. Sicut qui non comedit in necessitate peccat, ita & si non laborat. Et sic ponitur hinc ad excludendū furtum. Quandoque verò inducitur contra otium, quia multa mala docuit otiositas. Eccl. 33. Et ideo qui habent vitam otiosam tenentur manibus laborare. 2. The. 3. Audiuimus quosdam inter vos ambulare in quiete nihil operantes, sed curiosē agētes. His autem qui huiusmodi sunt denuntiamus, obsecramus in domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes suam panem manducent. Quandoque enim inducitur ad carnis macerationem & domationem. Vnde ponitur inter alia opera continentia. 2. Corin 11. In laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, &c. Triplex ergo est ratio iniungendi laborem corporalem, sed prima omnibus necessaria est, & hoc de necessitate p̄cepti, quia aliis modis potest excludi otium, similiter & lasciuia carnis potest alio modo domari & refrenari, & sufficit quomodocunque fiat. ¶ Sequitur [Quod bonum est] quod dupliciter potest intelligi. Vel in vi accusatiui, & sic constructur: Magis autem laboret operando manibus & quidem non illicita, sed quod bonum est. Galatas vltimo, Bonum autem facientes non deficiamus. Et primò,

Quiescite agere peruersē, discite bene facere. Vel potest intelligi in vi nominatiui, labore, &c. quod bonū est, quasi hæc sit ratio quare laborandū est, q. d. Non solum est necessarium laborare, immo etiam bonū est laborare, vt laborans possit viuere, & vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Eccl. 29. Fenerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, &c. ¶ Deinde cum dicit [Omnis sermo malus, &c.] Ponit pertinentia ad veterem hominem in deordinatione ad aliū, & facit duo: quia primò prohibet vetustatē, & inducit nouitatem. Secūdo inducit exēplum, in principio quinti capitis, ibi [Estote ergo, &c.] Ad proximum autē potest quis malē se habere dupliciter. Vno modo ledēdo cum verbis malis. Alio modo malis exēplis. Primò prohibet vetustatem. Secūdo inducit exēplum, ibi [Et nolite contristare, &c.] Primò iterum in duas. Primò prohibet vetustatem. Secūdo inducit ad nouitatē, ibi [Sed si quis, &c.] Dicit ergo [Omnis sermo malus, &c.] Sermo oris præterit & annuntiat quæ sunt in anima, quia voces sunt earū sunt in anima passionum nota. Ille est bonus sermo qui indicat bonā dispositionem interiorem, malus verò qui malā. Tripliciter autem homo ordinatur interius. s. ad se, vt. s. omnia sint rationi subiecta ad deum, vt ratio sit ei subdita, ad proximum quando diligit eū vt seipsum. Est ergo quando que sermo malus, quādō indicat hominē inordinatū in se, & hic est sermo falsus eius qui aliud loquitur, aliud intēdit: & similiter sermo inutilis & vanus. Itē est sermo malus qui indicat hominē inordinatum cōtra deum: sicut peruria, blasphemie, & huiusmodi. Item sermo malus ex ore vestro nō procedat. Omnis nō verò aequipollēt huic signo, nullus. Sap. 1. Custodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ, quia sermo obscurus in vacuū non ibit: quia certē deū non præterit omnis cogitatus & non abscondit se ab eo vllus sermo, vt dicitur Eccl. 42. Nunc autē deponite & vos omnia, iram, indignationē, malitiam, blasphemiam, turpem sermonē de ore vestro. Col. 3. ¶ Sequitur [Sed si quis bonus est, &c.] Inducit ad nouitatem, quia sermo bonus benedicēdus est pro loco & tēpore. Prouer. 15. Sermo opportunus est optimus. Si quis ergo loquitur quasi sermones dei. 1. Pet. 4. Et ad quid subdit? Ad edificationē fidei. i. vt corroboretur fides in cordibus infirmorum. 1. Cor. 14. Omnia ad edificationem fiant, & hoc vt det gratiam audientibus. s. si talis bonus sermo sit probatus, vel talis sermo est conferens: quia frequenter homo ex bono sermone & per virtutem boni sermonis auditi cōpunctus disponitur ad gratiam. Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Sic loquebatur dominus de quo dicitur Luca 4. Mirabantur ex verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius. Eccl. 10. Verba oris sapientis gratia.

Lectio 10.

Et nolite contristare spiritum sanctum dei: in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, dopantes inuicem sicut & deus in Christo donauit vobis. Docentur Ephesi nō expellere spiritū sanctum per quodcumque peccatum. ¶ Suprà monuit Apostolus abstinere à verbis malis & nociuis: hinc monet abstinere à verbis & factis turbariis seu contristatiuis proximorū. Circa quod duo facit. Primò prohibet quod pertinet ad vetustatem. Secūdo persuadet quod pertinet ad nouitatē, ibi [Estote autem inuicem benigni, &c.] Prima iterum in duas: quia primò prohibet quod ad vetustatem pertinet in generali. Secūdo in speciali, ibi [Omnis amaritudo, &c.] Dicit ergo [Nolite contristare spiritū, &c.] Cōtra. Spiritus sanctus est deus, in quo nō cadit passio aliqua nec tristitia. Respondet. Spiritus sanctus dicitur contristari quando contristatur ille in quo est spiritus sanctus. Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. Esa. 63. Ipsi autem ad iracundiā prouocauerunt eum, & afflixerunt spiritum sanctum eius: & conuersus est eis in inimicum. Vel dicēdum est, q̄ est metaphorica locutio. Sicut enim deus dicitur irasci propter similitudinē effectus: ita etiam dicitur contristari: quia sicut quādo aliquis contristatur, recedit à cōtristante, ita spiritus sanctus à peccante. Et sic est sensus, Nolite cōtristare spiritum sanctum dei. i. nolite eum fugare vel expellere per peccatū. Sap. 1. Spiritus sanctus enim disciplina effugiet factum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Igitur non est contristandus spiritus sanctus, & hoc propter beneficiū signi salutaris. Ideo subiungit [In quo signati estis]. i. reformati estis, & ab aliis distincti. Qui autem habebit hoc signū facti, habebit vitam æternā. Ideo ergo est custodiendus, & nullo modo contristandus, quia sine eo non est vita æterna. 2. Cor. 1. Qui signauit nos deus, & dedit nobis pignus (spiritus). Et quando? [In die redemptionis] id est baptismi. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Act. 1. Vos baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Dicit autem redemptionis, quia in baptismo fit homo particeps redemptionis factæ per Christū. ¶ Sequitur [Omnis amaritudo, &c.] Vbi ostendit in speciali quæ pertinent ad vetustatē. Quandoque enim homo contristat amicū suum ex ira, aliquando ex industria. Sed in ira est triplex gradus, quia aliquando retinetur & manet solum in corde, sicut qui tantum interius irascitur. Aliquando verò exprimitur in voce sine tamen contumeliæ prolatione: sicut qui dicit, Racha. Aliquādo fit etiam addita cōtumeliæ prolatione, sicut qui dicit, fatue. Primò ergo ponit quod pertinet ad iram cordis. Secūdo quod pertinet ad inordinatā prolationem. Tertio quod pertinet ad contumeliā. In ira autem cordis ista se consequitur. Primò q̄ ira est effectus tristitiæ, & hæc in sacra scriptura dicitur amaritudo. 1. Regum 1. Cum esset Anna amaro animo, & oraret deū flens, &c. Et ideo dicit [Omnis amaritudo, &c.] quæ est per memoriā iniuriæ præteritæ. Eccl. 21. Non est sensus vbi abundat amaritudo. Secūdo q̄ statim appetit vindictā, ideo dicit [Et ira.] quæ est appetitus vindictæ. Iaco. 1. Ira enim viri dei iustitiā non operatur. Tertio q̄ iratus indignum reputat, q̄ ei patet, & indignum esse q̄ sine punitione transeat, ideo sequitur [& indignatio] Sed quātum ad inordinatam prolationē sic est clamor. Ef. 5. Expectaui vt faceret iudiciū, & ecce iniquitas: & iustitiā, & ecce clamor. Ideo dicit [Et clamor.] Similiter & blasphemia est vel cōtra deum, vel contra sanctos. Leuit. 24. Quicūque blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Ideo dicit [Et blasphemia.] Et addit [Tollatur à vobis cū omni malitia]. s. operis. 1. Pet. 2. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationem. ¶ Deinde cum dicit [Estote autē, &c.] Ponit pertinentia ad nouitatem contrariam passionibus præmissis, cōtra amaritudinem, benignitatem. Vnde dicit [Estote autem inuicem benigni.] quia benignus est spiritus sapientiæ,

&c. Contra irā, misericordiā. Vnde dicit [Misericordes.] Luc. 6. Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. Contra indignationē, condonationem. Vnde dicit [Donātes inuicē, &c.] Col. 3. Donantes vosmetipsos si quis aduersus aliquē habet querelam sicut & dominus donauit nobis, ita & vos. Rom. 8. Qui etiā proprio filio suo non pepercit. Et paulō post sequitur. Quomodo non etiā cum illo nobis omnia donauit?

Propositur hic Christus imitandus ut exemplar, & docetur in quo sit imitandus.

Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi. & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Posita exhortatione ad benignitatem & misericordiam quæ sunt effectus charitatis: hinc ostēdit eis exemplum. Circa quod duo facit. Primò inducit eos ad imitationem exemplaris. scilicet dei. Secundo ostēdit in quo debent ipsum imitari, ibi [Et ambulate, &c.] Dicit ergo, Dixi quod debetis donare inuicē, sicut & deus in Christo donauit vobis, ergo estote imitatores dei, quia hoc necessariū est, licet difficile sit. Ecclē. 2. Quid est, inquam, homo ut possit sequi regem factorem suum? Nunquam tamen perficeretur natura humana, nisi in coniunctione ad deum. Vnde Iob 23. Vestigia eius secutus est pes meus. Ergo imitandus est taliter quomodo habemus possibilitatē, quia ad filium pertinet patrē imitari. Et ideo subdit [Sicut filij patrem.] s. per creationem. Deute. 32. Nōne ipse est pater tuus qui possedit, & fecit, & creauit te? Et addit [Charissimi,] quos, s. legit ad participationē sui ipsius. ¶ Sequitur [Et ambulate, &c.] Vbi primò ponit imitandi modum, quia in charitate. Secundo ostendit immensā charitatis signum, ibi [Et tradidit, &c.] Quod ergo simus filij charissimi, hoc facit charitas dei. Rom. 8. Non enim accepistis spiritū seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorum in quo clamamus, abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei. Debemus ergo ipsum in dilectione imitari. Et dicit [Ambulate.] i. semper proficite, Gen. 17. Ambula corā me, & esto perfectus. Et hoc [in dilectione] quia dilectio est tale bonum in quo debet homo proficere, & tale debitū quod debet homo semper soluere. Roma. 13. Nemini quicquā debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Vel in dilectione quæ est via sequendi deum magis de propinquo. 1. Corin. 13. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominū loquar & angelorum, &c. Col. 3. Super omnia hæc charitatē habētes, &c. Et hoc exemplo Christi. Vnde subdit [Sicut & Christus dilexit nos.] Io. 13. Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. ¶ Et quia secundum Grego. probatio dilectionis, exhibitio est operis: ideo subdit [Et tradidit semetipsum pro nobis.] Apo. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris. Gala. 2. In fide viuio filij dei qui dilexit me, & tradidit in mortē seipsum pro me. Efa. 55. Tradidit in mortem animā suam, &c. ¶ Hæc autem mors fuit nobis utilis & necessaria, ideo subdit [Oblationem & hostiam, &c.] Loquitur autē hic Apostolus more veteris legis, in qua, ut dicitur Leuit. 4. Quando quis peccauerat, offerri debebat pro eo hostia & oblatio quæ dicitur pro peccato. Item quando quis agebat gratias deo, vel aliquid consequi volebat, oportebat offerri hostiā pacificam, ut dicitur Leuit. 3. Quæ quidem erat in oblationem suauissimi odoris domino, ut dicitur ibidē. Hæc autem facta sunt per Christū, quia ut à peccatis mūdaremur, & gloriā consequeremur tradidit semetipsum pro nobis in oblationem, per eam quæ in vita gessit. Efa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit, &c. [Et hostiam deo pro peccato.] & hoc in odorem suauitatis. Alludit autē huic quod dicitur Leuit. 3. Sed certē ille odor non erat tunc ideo acceptus secū dum se, sed secundum suam significationem, in quantum significabat oblationem odoriferam corporis Christi filij dei. Gen. 2. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Cant. 1. Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Sic autem debemus nos sacrificare deo spiritualiter. Psal. Sacrificiū deo spiritus, &c.

Lectio 2.

Excluditur vitia peccati quæ sunt ad vitia carnalia.

Eritatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: aut turpido, aut stultitium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Suprà posita monitione Apost. docuit, ut deposita veritate Ephesi nouitatē assumeret prohibendo vitia spiritualia: hinc prohibet eisdē vitia etiam carnalia. Diuiditur autē in duas. Primò enim prohibet vitia vitiorū carnalium. Secundo inducit ad nouitatē, ibi [Videte itaque fratres, &c.] Prima iterū diuiditur in tres: Primò excludit veritatē vitiorum. Secundo proponit pœnam eorum, ibi [Hoc autē scitote, &c.] Tertio excludit fallaciā, ibi [Nemo vos seducat, &c.] Prima iterum in duas. Primò excludit quædam vitia principalia. Secundo excludit quædam adiuncta, ibi [Aut turpido, &c.] Excludit autem tria vitia. s. luxuriam naturalem, quæ est, cum non sua. Vnde dicit [Fornicatio.] Osee 4. Spiritus enim fornicationum decepit eos. 1. Corin. 6. Fugite fornicationem. Sic faciebat Iob 31. Pēpigit foras cum oculis meis, vt nec cogitarē de vitigine. Dicitur autem fornicatio à fornice. i. arcu triumphali, iuxta quem erant lupanaria. Prouerb. 20. [Et omnis immunditia.] i. omnis pollutio contra naturam, scilicet, quæ non ordinatur ad generationem. Gala. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, & cæ. Tertio excludit auaritiam, dicens [aut auaritia.] Sed quare hoc? Nunquid est idem cum peccatis carnalibus? Respondeo. Dicendum est quod non, nec totaliter est diuisa, sed medium inter spiritualia & carnalia peccata: quod patet sic. In peccato sunt duo. s. obiectum peccati, & delectatio in obiecto. Quædam ergo sunt peccata quorū obiectio & delectatio est spiritualis, sicut ira. Nam vindicta quæ est obiectū iræ, & delectatio eius, est quid spirituale, & similiter inanis gloria. Quædam verò sūt omnino carnalia, & obiectū, & delectatio: sicut gula & luxuria, sed auaritia tenet medium, quia eius obiectum est carnale, scilicet, pecunia, sed delectatio est spiritualis, quia animo quiescit quis in pecunia. Et ideo connumeratur auaritia cum peccatis carnalibus ratione obiecti, cum spiritualibus verò ratione delectationis. Hæc, vlt. Sint mores sine auaritia. Vel dicendum est quod auaritia opponitur iustitiæ, vnde ponitur pro specie luxuriæ, quæ est adulteriū, quod est iniustus vsus mulieris alterius, sicut auaritia iniustus vsus pecuniæ. Sed suprà dixit, Qui furabatur, &c. hic autem dicit quod nec nominetur, & cæ. quia in pugna spirituali vitia carnalia primò occurrunt vincenda: quia frustra pugnat quis contra in trinsecā, nisi primò vincat extrinsecā, scilicet, carnalia contra quæ semper remanet bellū. Et ideo dicit [Nec nominetur in vobis sicut decet sanctos.] Abstinerē à factis, à cogitationibus, & à dictis. Efa. 41. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem, & germen. Ecclē. 41. Curam habe de bono nomine, quia hoc

Auaritia est peccati pars carnalis parum spirituale.

debet sanctos. 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, &c. ¶ Sequitur [Aut turpido, &c.] Vbi ponit quædam vitia adiuncta. Circa quod duo facit. Primo adiuncta vitia excludit. Secundo ad contraria eorum inducit, ibi [Sed magis gratiarū actio, &c.] Tria ergo vitia excludit, scilicet turpitudinem, quæ est in tactibus turpibus, & amplexibus, & osculis libidinosis. Prouer. 6. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suā, & turpitudinem, & ignominiam congregat sibi. Item stultitium, id est, verba prouocantia ad malum. Ecclē. 9. Colloquiū illius quasi ignis exardescit, scilicet malę mulieris. Et scurrilitatem, id est verbū ioculatorium, per quod aliqui volunt inde placere aliis. Mar. 12. De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddent rationē de eo in die iudicij. Et hæc omnia sunt mortalia in quantum ad mortalitatem peccati ordinantur, quia aliquid etiam si bonum sit ex genere, in quantum ad mortale ordinantur, est mortale. ¶ Deinde inducit ad contraria, scilicet gratiarum actiones. Vnde dicit, Sed magis gratiarum actio. Efa. 51. Gaudium, & letitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.

Lectio 3.

Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus [quod est idolorum seruitus.] nō habet hereditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat in inanibus verbis, propter hæc enim venit ira dei in filios diffidentie. Nōlite ergo effici participes eorum. Suprà prohibuit Apostolus peccata carnalia, hinc comminatur pœnam damnationis, quæ peccatoribus infligitur. Circa quod duo facit. Primò enim de hoc eos certificat. Secundo sigillatim peccata recitat, ibi [Quod omnis fornicator, &c.] Dicit ergo, Hoc scitote intelligentes, id est, actualiter non solū habitualiter pro certo habere. 1. Ioan. 3. Hæc scripsi vobis vt sciatis, &c. Et quid: quod omnis fornicator, aut immundus aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatē in regno Christi & dei. Nota quod vocat hinc auaritia idoloratiam, quoniam idololatria est quando honor soli deo debitus, impenditur creaturæ. Nunc autem deo dupliciter honor debetur, scilicet vt in eo finem nostrum cōstituamus, & vt in eo fiduciam nostrā finaliter ponamus, ergo qui hoc in creaturis ponit reus est idololatria. Hoc autem facit auarus, qui finem suum in re creata ponit, & etiam totam suā fiduciam. Osee 8. Argentum suum & aurum suum fecerūt sibi idola, vt interirent. Et hoc, quia, vt dicitur Prouer. 11. Qui confidit in diuitiis suis corruet. Sed cum in aliis peccatis ponat homo finem suum in creatura, cui amore inhæret, quare etiam in illis non dicitur peccator idolaratæ? Respondeo, idolaratæ est aliquid exterius indebitē colere. Nunc autem in aliis peccatis ponitur finis in interioribus quasi in propria exaltatiōe. Sed qui ponit finem in diuitiis, ponit in eis finem vt in re exteriori, sicut idolaratæ. Sed nunquid avari honorem deo debitum exhibentes creaturæ, realiter sunt idolaratæ, & per se? Dico quod non: quia in moralibus actus seu opera iudicantur ex fine. Ille ergo per se est idolaratæ, qui intendit per se cultum exhibere creaturæ. Hoc autem non intendit auarus per se, sed per accidēs hoc facit, in quantum superflue & inordinatē diligit. Et quid de tali? Nō habebit hereditatem, quippe, quia filij & hæredes, vt dicitur Rom. 8. Nunc autem tales non sunt filij qui sic carnales sunt: ergo hereditatē nō habent, quia vt dicitur 1. Corin. 15. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt, id est, deum qui dicit Ezechie. 44. Ego hæreditas eorum. ¶ Sed posset queri si hæreditas ista est ipse deus, cum sit indiuisibilis & impartibilis, quare dicit, in regno Christi & dei diuisiue, ac si hæreditas ista sit diuisibilis? Respondeo. Hæreditas nostra consistit in fruitione dei, nunc autem deus aliter se fruatur, & nos eo, quia deus seipso perfecte fruatur, quia seipsum perfecte cognoscit, & si non totaliter: sicut lux solis si esset pūctalis humanus oculus, ipsam totam apprehenderet non totaliter: oculus verò Aquilę ipsam totaliter comprehenderet. Sic & si deū perfecte cognoscimus in patria, & perfecte diligimus, sed ipsum totaliter non comprehendimus, ideo videtur ibi esse quædam imperfectio & particularitas. Et ideo dicit Christi & dei coniunctim, quasi partem cum parte ponendo, id est, quia per Christum, & non per alium habetur hereditas. ¶ Deinde cum dicit [Nemo vos seducat.] hinc excludit fallaciam seductorum. Et circa hoc duo facit. Primò enim ponit admonitiōnē. Secundo subiungit ipsius rationem, ibi [Eratis enim aliquando tenebrę, &c.] Prima iterū in duas, quia primò monet eos, vt non seducantur verbis eis credendo. Secundo vt non communicent eis mala faciendo, ibi [Nolite communicare, &c.] Prima adhuc in duas, quia primò remouet seductiones, secundo ostendit seductionis signum, ibi [Propter hoc enim venit ira, &c.] Notandum est ergo quod in vitis carnalibus solū docuit cauere seductionem, quia à principio vt homines possent liberē frui cōcupiscentiis, cogitauerūt inuenire rationes quod fornicationes & huiusmodi venerea non essent peccata. Et ideo dicit inanibus verbis, quia sine ratione sunt talia verba quæ dicunt, quod huiusmodi non sint peccata, nec excludant à regno dei & Christi. Col. 2. Videte ne quis vos seducat per prophetiam & inanē fallaciam. Et quod tales sint seductores & talia verba seducant ostendit, quia nisi peccata carnalia essent peccata, non punirentur à deo, quia cum deus sit iustus non infligit pœnam sine culpa. Nunc autem talia puniuntur à deo, ergo peccata sunt. Minorem probat, cum dicit [Propter hæc enim venit ira dei.] scilicet propter peccata carnalia in filios diffidentie. vt patuit in diluuiō. Gen. 6. Item in sodomitis. Gen. 19. Item tribus Benjamin ferē tora con sumpta fuit propter hæc. Iudicum 20. Dicit autem filios diffidentie, quia sicut peccantes diffidunt de vitæ æternæ: quia si sic faciens speraret vitam æternam, magis esset præsumptio quā spes, quæ est certa expectatiō futuræ beatitudinis ex meritis, &c. Vnde suprà 4. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie in operationem immunditiæ omnis, in auaritiā. Sap. 7. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra, &c. [& sequitur in fine capituli.] Quia tales non sperauerūt mercedem iustitiæ, &c. Dicit ergo quod in filios diffidentie, id est, qui non confidunt de gaudiis æternis, venit ira dei, scilicet propter peccata: vel diffidentie, id est, de quibus non est confidendum, quantum est ex parte meritorum. Et ideo cōcludit, Nolite effici participes eorum, communicando scilicet eis in talibus operibus. 2. Co. 6. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras, aut quæ communicatio Christi ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infideli.

Propositur pœna vitiorū nominatorū & excluditur fallacia seductōrū, monēdo ne insequantur in malo.

Auaritia est idololatria.

Cur in aliis peccatis non dicitur qui idolaratæ sunt in avaritia.

Lubrici quidā quæserūt rationes inuenire ostensiuas quod venerea peccata non essent, vt liberius illis fruereutur.

Propositus in quo sunt ante eorum conversionem, & ille in quo post conversionem, ad quem sequi debet non revertentes ad priora, sed potius redarguantur.

Eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Et filij lucis ambulate. Fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Supra prohibuit Apostolus peccata carnalia comminendo poenam & remouedo fallaciam: hic assignat rationem sumptam ex eorum conditione, & duo facit. Proponit enim primò eorum conditionem. Secundò ex eis duas conclusiones inducit, ibi [Vt filij lucis sitis, &c.] Ponit autem duas conditiones. Primò preteritam. Secundò conditionem presentem, ibi [Nunc autem lux, &c.] Dicit ergo, Eratis aliquando tenebrae, id est ex carati ignorantia & errore. supra 4, Tenebris obscuratum habentes intellectum. Psal. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulat. Item tenebrosi per peccatum. Prouer. 4, Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant. Sed notandum est quod indeterminatè non dicit tenebrosi, sed tenebrae, quia sicut quilibet videtur esse id quod principaliter est in eo, sicut tota ciuitas videtur esse rex, & quod rex facit, ciuitas dicitur facere, ita quando peccatum regnat in homine, tunc totus homo dicitur peccatum & tenebrae. Sequitur [Nunc autem lux, &c.] Vbi ponit conditionem presentem, q. d. Nunc autem habetis lucem fidei. Philip. 2, Inter quos luceris sicut luminaria in mundo. Mat. 5, Vos estis lux mundi. Sed contra dicitur de Ioanne Baptista, Non erat ille lux, quomodo ergo fideles alij lux dicuntur? Respondeo. Non dicuntur lux per essentiam, sed per participationem. Deinde cum dicit [Vt filij lucis ambulate, &c.] concludit duas conclusiones. Dixerat enim quod tenebrae fuerunt, & quod nunc sunt lux. Et ideo primò concludit vt se conforment ei quod nunc sunt. Secundò vt vident ea quae prius fuerunt, ibi [Et nolite communicare.] Prima in duas. Primò ponit ammonitionem. Secundò eam exponit, ibi [Fructus enim lucis, &c.] Dicit ergo, quia nunc lux estis, faciatis opera lucis, ergo vt filij lucis ambulate. Ioan. 12, Ambulate dum lucem habetis, &c. Hoc autem exponit, cum dicit [Fructus enim, &c.] Ambulat autem quis vt filius lucis dupliciter. Primò quantum ad substantiam vel genus operis. Secundò quantum ad modum vel intentionem facientis. Primò ergo ponit opera quae oportet facere. Secundò qua debent fieri intentione, ibi [probantes, &c.] Dicit ergo, Dixi vt ambuletis vt filij lucis: fructus autem lucis, sunt opera fructifera & clara. Ecclesi. 24, Flores mei fructus honoris, &c. Et hoc in omni bonitate, &c. Vbi aduertendum est quod omnis actus virtutis ad tria reducitur. Nam oportet quod agens ordinetur in se, ad proximum, & ad deum. In se, vt sit bonus in seipso, & propter hoc dicit in omni bonitate. Psal. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me, &c. Item ad proximum per iustitiam. Ideo dicit, In iustitia. Psal. Feci iudicium & iustitiam, &c. Ad deum per cognitionem & confessionem veritatis. Et ideo dicit, Et veritate. Zacha. 8, Veritatem enim & pacem diligite. Vel aliter, vt bonitas referatur ad cor, iustitia ad opus, veritas ad os. Supra 4, & Zacha. 8, Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Deinde cum dicit [Probantes, &c.] Ostendit qua intentione debeant operari, quia non ex abusu, sed probantes, id est, ratione discernentes. Opus suum probet vnusquisque, vt dicitur Gala. 6, Et hoc quid sit beneplacitum deo. Id est, vt intendatis facere quod placet deo. Rom. 15, Probetis quae sit voluntas dei bona, & beneplacens & perfecta. Deinde cum dicit [Et nolite communicare, &c.] Hortatur eos ne redeant ad statum quem reliquerunt, quia vt dicitur Gal. 2, Si enim quae destruxi, haec iterum reaedifico, prauaricatore me constituo. 2. Petr. 2, Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lora in volutabro luti. Diuiditur autem ista pars in duas. Primò ponit monitionem. Secundò assignat rationem, ibi [Quae autem in occulto, &c.] Prima iterum in duas. Primò monet eos ne malefaciant. Secundò vt mala reprehendant, ibi [Magis autem redarguite, &c.] Dicit ergo, Probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, id est operibus carnalibus ducētibz ad tenebras perpetuas: quae quidem sunt infructuosa, quia non habent nisi momentaneam delectationem citissimè transēntem. Ro. 6, Quem ergo fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis. Iudae 1, Arbores autumnales infructuosae, bis mortuae, eradicare, fructus feri maris, despumantes suas confusiones, &c. Item tenebrosa loca quarunt propter turpitudinē quia communicant in eis cum brutis. Iob. 24, Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus, & operiet vultum suum, perfodit in tenebris domos, &c. Istis ergo nolite communicare, imitādo, conuiuando, consentiendo. Eccle. 13, Quae communicatio homini sancto ad carnem? Sed certè hoc non sufficit nisi etiam eos reprehendatis, quia vt dicit August. aliquando deus punit communicantes infontes, quia aliqui boni non reprehendunt malos. Ecclesi. 7, Mandauit autem vnique de proximo suo. Et ideo dicit, magis autem redarguite. 2. Timo. 4, Argue, obsecra, increpa, &c. Sed nunquid semper peccamus si nō reprehendimus? Respondet August. Quod enim non reprehendis ex timore charitatis, ne. s. peior efficiatur. & scandalizatus affligat bonos, non peccas. Si autem ex timore cupiditatis, ne. s. indignetur, & perdas beneficia tua, sic peccas.

Ponitur ratio cur nō debeat communicare sanctorum reus.

Quae autem in occulto sunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quae arguuntur à lumine, manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit, Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

vos arguere & eos manifestare. Ponit autem huius rationis maiorem, ibi [Omnia autem quae arguuntur, &c.] Minorem autem ponit, ibi [Omne quod, &c.] Ideo decet eos arguere, quia vt dicitur. 1. Cor. 2, Spiritus uisualis indicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Vnde glo. sic exponit, Omnia. s. peccata quae arguuntur à lumine. i. à bonis & sanctis hominibus qui sunt filij lucis, manifestantur. s. per confessionem. Prouer. 28, Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Omne autem. s. malum quod manifestatur per confessionem, lumen est. i. in lumine veritur. Deinde confirmat hoc per auctoritatem, dicens [Propter quod dicit, Surge, &c.] Glo. sic exponit. Propter hoc quod sit lumen dicit. s. spiritus sanctus, O tu qui dormis surge, &c. Sed haec non est consuetudo Pauli. Et ideo dicendum est quod Apostolus introducit figurā positā. Esa. 6, Surge illuminare Hierusalem, &c. dicens. Propter quod dicit. s. scriptura, Surge à negligētia boni operis, tu scilicet qui dormis. Prouer. 6, Vt quicquid piger dormies? Psal. Nunquid qui dormit, nō adiciet, vt re surgat? Et exurge à mortuis. i. ab operibus mortuis, seu mortificantibus. Habraeos. 9, Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, &c. Esa. 26, Vient mortui tui, interfecti mei resurgent. Exurge ergo, & illu minabit te Christus. Psal. Dominus illuminatio mea, &c. Idem: Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, Sed nūquid possumus per nos resurgere à peccato? quia dicit, Surge, & illuminabit te Christus. Respondeo. Dicendum est quod ad iustificationem impii duo requiruntur. s. liberum arbitrium coope rans ad resurgendum, & ipsa gratia. Et certè hoc ipsum habet liberum arbitrium à gratia praeueniente, & postea meritorie operari à gratia subsequente. Vnde dicitur T ren. vlti. Conuertere nos deus, & conuertemur.

Idete itaque fratres quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quae sit voluntas dei. Supra prohibuit fallaciarum carnalium vetustatem, hic hortatur ad contrarium nouitatē. Et primò hortatur ad nouitatem contrariam fallaciae. Secundò ad nouitatem contrariam luxuriae, ibi [Et nolite inebriari, &c.] Prima in tres. Primò inducit ad cautelam contrariam fallaciae. Secundò ostendit nouitatem cautela, ibi [Redimentes tempus, &c.] Tertio docet modum cautela, ibi [Propterea nolite fieri, &c.] Dicit ergo. Ita que. s. ex praemissis videte quomodo caute ambuletis. Cautio est quaedam conditio prudentiae per quam aliquis vitat impedimenta agendorum, & hanc cautelam debent omnes habere. Prouer. 4, Oculi tui videant recta, & palpebrae tuae praecedant gressus tuos. Hoc autem pertinet ad sapientes, & ideo dicit [Non quasi insipientes.] qui. s. nesciunt vitare impedimenta. Psal. Turbati sunt omnes insipientes corde. [sed ut sapientes.] Ecclesi. 2, Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Quidam dicunt, Si non castè, tamen caute. Sed sic non accipit Apostolus, sed dicit caute, ac si diceret, caute ab hominibus contrariis castitati. Necessitatem autem huius cautela ostendit, cum dicit, Redimentes tempus, &c. quod potest exponi dupliciter. Redimit enim aliquis quando que rem suam dando exenxia vel aliquid pro ea, sicut dicitur aliquis redimere vexationem suam dando exenxia, vel pecuniam, vel quando dimittit de iure suo. Dicit ergo, Totū tempus, hoc est tempus calumniae. & ideo sitis redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ex quo peccauit Adam, ex tunc semper paratae sunt insidiae impellentes ad peccatum. Non sic autem in statu innocētia in quo non oportebat hominem ab aliquo licito abstinere, quia in eius voluntate nō erat impellens aliquid ad peccatum. Modò autem oportet nos tempus redimere: quoniam dies mali sunt. i. debemus malitiam dierum vitare, diem malum praecauere, vt dicitur Eccle. 7, & etiam à quibusdam licitis abstinere. 1. Co. 10, Omnia mihi licent, sed non omnia aedificant. In hunc autem modum dicitur aliquis vexationem suā redimere: quia dimittit aliquid de iure suo perire. Vel aliter, Redimentes tempus, &c. Contingit quādoque quod aliquis per magnum tempus vite viuit in peccato, & hoc est tempus perditum. Sed quomodo redimet, cū homo non sufficiat ad debita persoluenda? Respondeo. Dicendum est quod tanto magis debet vacare operibus bonis, quanto prius institit malis. i. Per. 4, Sufficit enim praeteritum tempus ad voluntatem Gentium consumendam his qui ambulauerunt in luxuriis, vinolētiis, desiderijs, &c. Sed prima expositio est melior. Deinde cum dicit [Propterea nolite fieri, &c.] docet modum cautela dicens, propterea, s. vt possitis tempus redimere nolite fieri imprudentes. Nota quod differentia est inter sapientiam & prudentiam. Prudentia enim est quaedam sapientia, sed non vniuersalis sapientia. Prou. 10, Sapientia autem est viro prudentia. Sapienter enim simpliciter dicitur qui habet de omnibus ordinare: sapienter autem secūdū quid dicitur qui habet ordinare de his de quibus est sapienter. 1. Cor. 3, Vt sapienter architectus fundamentum posui, quia sapienter est ordinare, vt dicitur. 1. Methaphisica, Omnis autem ordinator respicit finem ille ergo simpliciter est sapiens qui cognoscit finē, vel qui agit propter finem vniuersalem. s. deum. Deut. 4, Haec est enim sapientia vestra, &c. Sapientia enim est diuinarum rerum cognitio, vt dicit Aug. 4, de Trini, Prudentia verò est particularis rei prouidentia, quādo. s. quis ordinat facta sua. Et ideo sapientia est viro prudentia. Propter hoc ergo dicit, Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, &c. sicut ratio ipeularia ordinat de agendis & iudicat: oportet autem conclusiones habere & iudicare per principia, & similiter in operabilibus. Istud autem primū principium per quod debemus iudicare omnia & regularē, est volūtas dei, & ideo intellectus in moralibus & diuinis debet habere pro principio volūtatē dei, quia si hanc habeat pro principio, sit prudens intellectus. Deu. 32, Vtinā saperent & intelligerent, &c. hoc autem docuit dominus. Mat. 6, Fiat volūtas tua.

Momentur Ephesij ad nouitatem oppositū fallaciae, inducendo ad cautela contrariā & ostēdendo nouitatem cautela ac modo dicitur.

calciatos sandaliis, quæ habet subrus soles: per quod significatur eleuatio mētis: & aperti sunt superius, per quod significatur prōptitudo ad diuinā sapiētiam. Dicit autē pacis, quia per euangeliū pax nobis annūtiatur. Mat. 10. In quacunq; domum intraueritis, dicite, pax huic domui. Item secūdo sunt arma ad protegēdum. Dno autē in nobis sunt protegēda, quæ sunt principia vitæ. s. pectus in quo est cor, & caput in quo est cerebrū. Pro pectore autē est scutum. Et ideo dicit [In omnibus sumētes scutum fidei] quia sicut scutum supponitur omnibus armis, ita fides omnibus aliis virtutibus. Alia sunt enim arma virtutū moralīū. s. tēperātia. i. succinctio lūborum, & iustitia. i. induitio lorice: & hoc genus armorū. s. scutū, est virtutis theologicæ. s. fidei: quia sicut per scutū repelluntur tela, ita per fidem omnia contraria, & habetur victoria. Hab. 11. Sācti per fidē vicerūt regna, sicut per virtutes morales vincimus potestates terrenas. Et ideo ait [In quo positis omnia tela ignea nequissimi extinguerē]. s. diaboli, cuius tela sunt quædā immisiones per angelos malos. Ignea sunt, quia adurētia prauis cōcupiscentiis. Psal. Super cecidit ignis, &c. Hæc autē per fidem extingūtur: quæ tērationes præsentēs & trāsitorias extinguit per bona spiritalia & æterna, quæ promittit scriptura. Vnde dominus Mat. 4. diabolo tentāti producebat & opponebat auctoritates sacræ scripturæ. Et sic debemus facere, si tentat de gula, secūdum illud Deut. 8. Non in solo pane viuit homo. Vel illud, Non est regnū dei, esca & potus. Ro. 14. Si de luxuria, Nō mœchaberis. Si de furto, Non furtū facies. & sic de aliis. Dicitur autē scutū fidei, quia sicut protegit torum pectus, ita fides debet esse in pectore. Spes autem dicitur, Et galeam salutis assumite. Item tertio sunt arma ad pugnadum, quia nō solum sufficit se defendere, sed etiam oportet aduersariū impugnare. Hoc autē sicut fit per gladiū materialē corporaliter, ita per verbū dei: quod est spiritus sancti gladius spiritaliter. Et propter hoc, dicit, Et gladiū spiritus, quod est verbū dei. s. assumite. Hab. 4. Vinus est sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, ptingēs vsq; ad diuisionē animæ & spiritus. Et prædicatio dicitur gladius spiritus, quia nō penetrat vsq; ad spiritum, nisi ducatur à spiritu sancto. Mat. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Sic ergo habemus arma quibus defendamur à carnalibus hostibus. s. à gula & luxuria, qd fit per tēperātia, ibi [Stare ergo succincti lumbos vestros, &c.] Item quibus vincamus cupiditates terrenas. s. arma iustitiæ, quæ abstinere nos faciūt ab illicitis, ibi [Induti loricam iustitiæ] Et puritatem affectus, seu paupertatem quæ nos retrahit etiam à licitis, ibi [Calciati pedes, &c.] Item habemus arma quibus progrediamur ab erroribus. s. arma fidei, ibi [In omnibus sumētes scutum fidei.] Et etiam ab hostibus generis humani, ibi [Quo]. s. scuto fidei positis omnia tela nequissimi ignea extinguerē. Item habemus arma quibus in bonis spiritalibus cōfirmamur. s. arma spei, ibi [Et galeam salutis assumite.] Galea ponitur in capite, sic spes in fine. Nunc autem caput virtutum moralīū est ipse finis de quo est spes. Vnde nihil est aliud, galeam salutis assumere, quàm spem de vltimo fine habere. Item habemus arma ad impugnādum ipsos demones. s. gladium spiritus, quod est verbum dei: quod fit frequēter in sermonibus, in quibus verbum dei penetrans corda peccatorum expellit congeriem peccatorum & daemonum.

Lectio 5.

Dicuntur confortandi in potentia dei per orationē ad deum.

Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysteriū euangeli, pro quo legatione fungor in catena ista, ita ut in ipso audeā prout oportet me loqui. Ut autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino, quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consolentur corda vestra, Pax fratribus & charitas cū fide à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum in incorruptionem. Amen.

Suprà posuit Apost. quæ dixerat de insidiis & armaturis: hinc exponit illud quod etiam dixerat de confirmatione & cōfortatione in potentia dei: & hoc fit per orationem ad deum super auxilio diuino. Facit autē tria. Primò monet eos ad orādum pro seipsis. Secūdo pro aliis. Tertio pro ipso met Apostolo. Circa primū ponit septem conditiones orationis. Primò qd debet esse perfecta. Vnde dicit: Omnē orationem, quod fit cū in omnibus recurrit quis ad orationē, vel orat pro omni bono. Secūdo quod sit humilis, nō præsumptuosa. Psal. Respexit in orationē humiliū, &c. Quod fit quādo homo nō putat se exaudiri propter merita sua. s. propter misericordiam diuinam. Et ideo dicit, Obsecrationem. i. per sacræ rei acceptionem Phi. 4. In omni oratione & obsecratione, cū gratiarum actione petitiones vestra innotescant apud deum. Tertio qd sit continua, ibi [Omni tēpore.] i. Thes. 5. Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Psal. Benedicam dominum in omni tempore. s. statuto. Quarto qd sit deuota, quia in spiritu. i. Cor. 14. Psallam spiritus, psallam & mēte. i. non vt vagus. Quinto qd sit vigilans, ibi [Vigilātes.] i. Pet. 4. Estote prudentes, & vigilate in orationibus. Sexto quod sit instans, ibi [In omni instantia.] Rom. 12. Oratiōi instātes, &c. Septimò charitativa, vt scilicet fiat pro omnibus aliis sanctis, ibi [Et obsecratione pro omnibus sanctis.] i. Tim. 2. Obsecro enim primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, &c. Deinde vltimò pro se petit orationes fieri, ibi [Et pro me] Vbi tria petit pro se, quæ cuilibet prædicatori sunt necessaria, scilicet quod os aperiat, & ad prædicādum se præparet quantum in se est, vt dentur sibi modi loquendi congruentia. Et vt hæc tria sibi dentur, petit vt oretur pro se, dicens, Vt detur mihi sermo in apertione oris mei. Non enim potero loqui, nisi quod dederit mihi dominus, dicebat ille Balaam Num. 22. Vnde dominus Mat. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus, &c. Vnde dicitur ibidem, Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Hoc autem dictum primò ponit Apostolus, vt detur, inquit, mihi sermo in apertione oris mei. Col. vl. Orātes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis. Et ad quid Paulus? Respōdet, vt scilicet possim cum fiducia notum facere euangeliū mysteriū pro quo legatione fungor in catena. Et hoc est secūdum quod petit: quia non solum est necessarium prædicatori, vt detur ei sermo in apertione oris, seu sciētia: sed vt sermonē sibi datū prædicet audacter, & cū fiducia. Et hoc est quod dicit [Cum fiducia, &c.] Et sic prædicabāt Apostoli: de quibus Act. 4. Quod loquebatur cum fiducia verbum dei. Cōmendat autem Apostolus officium prædicationis ab excellentia & alti-

tudine. Vnde dicit [Mysterium euangeli.] Secūdo ostendit qd pro ipso libenter sustinuit tribulationem & ignominiam. Vnde dicit [Pro quo legatione fungor in catena.] De his duobus simul. Col. vl. Vt deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquēdum mysteriū Christi, propter quod & vincetus sum. Et quia dicitur Ecclē. 20. Ex ore fatui reprobatur parabola, nō enim dicit eam tēpore suo. Ideo Apostolus non solum petit quod detur sibi sermo, seu prædicandi sciētia, sed gratia loquendi cum fiducia, vt. s. non desisteret ab incepto pro catenis quibus catenatus erat, ab incepto & cōmisso sibi officio fiducialiter & fideliter prosequēdo. Tertio petit vt detur sibi temporis seu modi cōgruentia, quia tempus loquendi & tempus tacēdi vt dicitur Ecclē. 3. Et ideo dicit, Vt in ipso audeam, prout oportet me loqui. Et certē in omnibus modis, & qualitas facit gratū. Et hoc idem pretebat Apostolus. Col. vl. Vt manifestem illud, ita vt oportet me loqui: quia vt dicitur Pro. 15. Sermo opportunus, optimus. In fine autem huius epistolæ, Apostolus statum suum Ephe- sis manifestat, cū dicit [Vt autem vos sciatis, &c.] Vbi primò facit quod dictum est. Secūdo eos more solito salutat, ibi [Pax fratribus, &c.] In prima parte tria facit. Primò ponitur status sui manifestatio, ibi [Vt autem vos sciatis, &c.] Secūdo discipuli nuntiātis multiplex cōmendatio, ibi [Tychicus frater meus charissimus & fidelis, &c.] Tertio ostēdit finem pro quo eis manifestat statū suū, quia. s. est ipsorū consolatio, ibi [Et cōsoletur corda vestra.] Dicit ergo, Vt autem vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam, omnia nota vobis faciet, &c. Quasi dicat Apostolus, Pro mysterio euangeli pro quo catenatus sum, volo qd sciatis quod catena & omnes tribulationes & omnia supplicia quæ in credito officio inferuntur, non me angunt, nec commutant, nec peruertunt in reueris, nec attingunt: sed certē sic ago de istis quod omnia circa me sunt, nō intrā. Et quia non possum ire ad annunciandū vobis, vt pote catenatus, omnia nota faciet vobis Tychicus frater meus charissimus & fidelis minister in domino. Et ideo securē credatis ei de omnibus. Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus & prudēs, &c. Et iste certē est talis, quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quæ circa nos sunt. Et hæc est discipuli cōmendatio. Et ad quid? vt consoletur corda vestra. Deinde cū dicit [Pax fratribus, &c.] Ponit Apo. consuetā salutationē. Et aduertēdum est quod licet gratia præcedat pacem & charitatem mutuam hominum: ad se inuicem, & ad deū quoad collationem [quia non est pax impiis, dicit dominus:] tamen quoad executionem, & gratiæ & veritatis & charitatis cōseruationem pax præcedit suo modo. Et ideo primò optat eis pacem ad se inuicem & charitatem ad deum, dicens [Pax fratribus & charitas cum fide.] Et quia licet pax & charitas multum faciant ad gratiæ cōseruationem, tamen quia semper supponunt ipsam gratiam sine qua haberi non possunt, ideo optat eis gratiam. Vnde dicit, Gratia vobis cū omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Explicit mirabilis lectura gloriosissimi doctoris sancti Thomæ de Aquino, ordinis prædicatorum, super epistolam sanctissimi Apostoli Pauli ad Ephesios.

**Incipit deuotissima explanatio e-
IVSDEM ANGELICI DOCTORIS SANCTI
Thomæ de Aquinatis, ordinis fratrum prædicatorum super e-
pistolam eiusdem sanctissimi Apostoli Pauli ad
Philippenses.**

PROLOGVS.



Listorum semita quasi lux splendens, &c. Prou. 4. In hac autoritate describitur vita sanctorum ex tribus. Ex eorum altitudine, ibi [Semita] quia Mat. 7. Arcta est via, &c. Iob 28. Semitam ignorauit auis, &c. Ex claritate, ibi [Lux splendens.] Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, &c. Iusti enim sunt lucētes, & ideo eorum via est lucida. Ex profectu, quia semper crescit. i. Petr. 2. In eo crescatis, &c. Et hoc vsque ad perfectū diem, scilicet gloriæ. i. Corin. 13. Cū venerit quod perfectum est, euacuabitur, &c. Econuerso malorum via est lata, obscura, tenebrosa, & deficiens. Vnde Prou. 4. subditur, Via impiorum tenebrosa, &c. & Matth. 7. Lata porta & spaciōsa via quæ ducit ad perditionem, &c. Ex his verbis trahi potest materia huius epistolæ. Erant enim Philippenses in Christi recta semita, tribulationes multas pro Christo sustinentes. Item illuminati per fidem. infra 2. Inter quos lucetis, &c. Item proficiebant, vt patet per totam epistolam. Item conuenienter post epistolam ad Ephesios, in qua fit instructio qualiter seruanda sit ecclesiastica vnitas: hi proponuntur in exemplum seruandæ eccle-
siasticæ vnitas, qui optimē eam seruauerunt.

*Salutatio.
Epistolæ incipit gratias agere hic pro Philipp. de bonis præteritis ab eis receptis: gaudet & proponit materiam*

Caput 1.

Paulus & Timotheus serui Iesu Christi: omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis cum episcopis, & diaconis, & presbiteris. Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratia ego deo meo in omni memoria vestri (semper in cunctis orationibus meis, pro omnibus vobis in gaudio deprecationem faciens) super communicatione vestra in euangelio Christi à prima die. Iste nunc, confidens hoc ipsum qui cepit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu: sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & gaudij.

B ij

in defensione, & confirmatione euangelij socios gaudij mei omnes vos esse.
 ¶ Diuiditur autem hæc epistola in salutacionem, & epistolarem narrationem. Secunda, ibi [Gratias ago, & car.] Circa primum tria facit. Quia primò describuntur personæ salutantes. Secundo personæ salutata, ibi [Omnibus sanctis, &c.] Tertiò bona optata, ibi [Gratia vobis, & car.] Circa primum primò ponuntur personæ salutantes. Secundo earum conditio, ibi [Serui, &c.] Circa primum primò ponitur persona principalis, cum dicit [Paulus.] Et interpretatur, paulus, quasi modicus. In quo notatur eius humilitas. Efa. 60, Minimus erit in mille, & paruus in gentem fortissimam. Secundo, ibi [Timotheus.] Ponitur persona adiuncta, quia fuerat eorum prædicator. infra 2, Neminem enim habeo tam vnanimen qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. ¶ Deinde cum dicit [Serui, & cætera.] ponitur conditio eorum. 2. Corinth. 4, Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum, &c. Sed contra Ioan. 15, Iam non dicam vos seruos, &c. Respondeo duplex est seruitus secundum duplicem timorem. Timor enim pœnæ causat malam seruitutem, & de hac intelligitur dictum præmissum. Ioan. 15, Timor verò castus causat seruitutem reuerentiæ, & de hac loquitur Apostolus hic. Personæ salutatae sunt omnes de ecclesia Philippensi. Et primò minores. Vnde dicit [Omnibus sanctis qui sunt Philippis.] quæ est ciuitas quam Philippus condidit. & dicit sanctis: & hoc propter baptismum. Rom. 6, Quicumque baptizati sumus in Christo, in ipsius morte baptizati sumus. Maiores autem tangit, dicens [Cum episcopus & car.] ¶ Quæstio est, quare minores præponit minoribus? Quia prius est populus quam prælati. Ezech. 34, Nonne greges pascuntur à pastoribus? Greges enim pascendi sunt à pastoribus, non econuerso. Item cur intermittit presbyteros? Respondeo, dicendum est quòd comprehenduntur cum episcopis, quia in vna ciuitate non sunt plures episcopi: vnde dicens in plurali, dat intelligere etiam presbyteros. Et tamen est alius ordo, quia ex ipso euangelio hoc legitur quòd post designationem duodecim Apostolorum quorum personas gerunt episcopi designauit septuaginta duos discipulos, quorum locum sacerdotes tenent. Dionysius etiam distinguit episcopos & sacerdotes. Sed in principio licet ordines fuerint distincti, non tamen nomina ordinum. vnde hic comprehendit presbyteros cum episcopis. ¶ Deinde ponit bona optata, ibi [Gratia, &c.] Et sunt duo quæ includunt omnia. Primum est gratia dei remittens peccata. Ephes. 2, Gratia salutati estis, &c. Vltimum est pax hominis. Psal. Qui posuit fines tuos pacem, &c. & per consequens optat bona media, & hoc à deo patre. Iac. 1, Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Item per meritum humilitatis Christi. Et ideo addit, Et domino Iesu Christo. Ioan. 1, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ephes. 2, Ipse enim est pax nostra, &c. ¶ Consequenter ponit epistolarem narrationem. Et circa hoc duo facit. Quia primò agit gratias de præteritis. Secundo hortatur ad profectum in futurum, ibi [Scire autem vos volo & car.] Circa primum primò præmittit gratiarum actionem pro eis. Secundo materiam eius, ibi [Super communicatione &c.] Gratias autem agit adiuncto gaudio & deprecatione. Et ideo hæc tria tangens, dicit [Gratias deo nostro.] Gratias agere, est recognoscere gratiam sibi factam. 1. Thessal. vltimo, In omnibus gratias agite. In omni memoria vestri, quia in eis nihil occurrit Apostolo quod non esset dignum gratiarum actione. Et hoc est valde magnum. Prou. 10, Memoria iusti cum laudibus. &c. Pro omnibus. Efa. 60, Populus autem tuus omnes iusti in perpetuum, &c. Agit ergo gratias pro eorum bono, orationem & deprecationem pro custodia: totum tamen pro gaudio. 1. Reg. 12, Absit autem à me hoc peccatum in domino, vt celsam orare pro vobis. ¶ Deinde cum dicit [Super communicatione, &c.] T agit de materia trium prædictorum. Et primò ponit materiam gratiarum actionis. Secundo gaudij de futuris, ibi [Confidens, &c.] Tertiò deprecationis, ibi [Testis, &c.] Dicit ergo, Super communicatione, scilicet qua communicatis doctrinam euangelij, credendo & opere implendo. Hæc est enim vera communicatio. Heb. vlt. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci, &c. ¶ A prima die, &c. Eccl. 27, Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, &c. Et hoc ipsum confidens de vobis gaudeo, quia qui cæpit, &c. Hier. 17, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et hoc in virtute dei. Et ideo dicit [Qui cæpit, &c.] Io. 15, Sine me nihil potestis facere. Quod est contra Pelagianos, qui dicunt principium boni operis esse ex nobis, sed consummationem ex deo. Sed hoc non est verum: quia principium boni operis in nobis est cogitare de bono, & hoc ipsum est à deo. 2. Cor. 3, Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, &c. [In diem Christi Iesu] quo remunerabit singulos. 2. Timor. vlt. In reliquo reposita est mihi cetera iustitia, quam reddet mihi dominus, &c. 1. Cor. 1, Confirmabit vos vsque in finem sine crimine, &c. ¶ Ratio gaudij ponitur, cum dicit [Sicut est mihi, &c.] quia scilicet id iustum est, quia cògaudetis mihi de bonis meis. Eo quòd habeam vos, &c. Quasi dicat, Habeo de vobis hanc conscientiam tales vos esse, vt scilicet gaudeatis de his de quibus & ego ideo gaudeo, quòd gaudium est in vinculis meis: quia tunc pro Christo fuit ligatus, de quo gaudebat. Iac. 1, Omne gaudium exultate fratres mei cum in varias tentationes incideritis, scientes, &c. Act. 5, Ibanit Apostoli gaudere à conspectu còcilij, quoniam digni habitus sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, &c. Et in defensione & in confirmatione euangelij. I. audacter prædicato contra ritus nos & hereticos, & confirmando euangelium in cordibus fidelium. Act. 18, Perambulans ex ordine Galatiam regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Vel aliter secundum glo. In corde, id est, desiderio, vt loci sitis sempiterni gaudij. Ioan. 16, Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et hoc non potest abstrahi à corde meo, quia etiam in vinculis existens & intentus còfirmationi & defensionem euangelij sollicitudo de vobis non recedit de corde meo.

Proposuit desiderium Apostoli ad Philippenses boni orationis & materia orationis. & monitio ad profectum: pro se proponit exemplum.

Lectio 1.

Testis enim est mihi deus, quomodo cupiam omnes vos esse in vinculis Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu: vt probetis potiora, & vt sint sinceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam & laudem dei. Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me sunt magis ad profectum venerunt euangelij: ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus, vt plures & fratribus in domino confidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum dei loqui.

Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem Christi prædicant: quidam ex charitate, scientes quoniam in defensione euangelij positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant, non sincere existimantes pressuram se suscipere vinculis meis.
 ¶ Posita materia gaudij de spe futura: hic ostendit super quo deprecatione pro eis facit. Et primò præmittit suum desiderium, quòd ostenditur omnino seruens. Secundo materiam deprecationis, ibi [Et hoc oro &c.] Et quia cordis desiderium soli deo est manifestum, ideo inuocat deum testem quòd pro eis deprecetur cum desiderio. Iob 12, Ecce in celo testis meus est, scilicet deus, &c. Quomodo cupiam vos, I. ego, existens in visceribus Iesu Christi. Vel quomodo cupiam vos esse in eis, q. d. quomodo cupiam vestram salutem & participationem viscerosa charitatis Christi. Luc. 1, Per viscera misericordiae dei: &c. q. d. ad profunda & intima cordis, virtus amoris pertingit. Vel cupiam vt sitis in visceribus Iesu Christi. i. vt ipsum intimè diligatis, vt & diligamini ab eo: in hoc enim vita hominis consistit. ¶ Deinde cum dicit [Et hoc oro, & car.] ponit deprecationem, & tria bona optat. Primò quantum ad interioriorem charitatis augmentum. Affectus enim interior perficitur per charitatem: & ideo non habenti charitatem, optandum est vt habeat: habenti verò, vt perficiatur. Vnde dicit [Vt charitas &c.] Pro augmento autè charitatis oratus est deus, quia solus deus hoc in nobis operatur. 2. Corin. 9, Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnè sufficientiam habentes abudetis in omne opus bonum, &c. Et hoc necessarium vt petamus & nos, quia Matt. 5, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum celo rum. ¶ Secundo quatum ad intellectum. Vnde dicit [In omni scientia.] Sed nunquid ex charitate prouenit scientia? Sic quia dicitur. 1. Io. 2, Et vos vnctione quã accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, &c. Et charitas est spiritus de quo dicitur Ioan. 16, Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omne, &c. Cuius ratio est, quia qui habet habitum, si rectus est habitus, sequitur inde rectum iudicium de his quæ pertinent ad illum habitum, si verò corruptus falsum. Sicut circa venerca tēperatū habet bonū iudicium, intemperatus non, sed falsum. Omnia autem quæ à nobis fiunt, sunt informata charitate, & ideo habes charitatem, habet rectum iudicium, & quatum ad cognoscibilia. Et sic dicit [In omni scientia] qua scilicet agnoscat veritatem, & inhæreat circa ea quæ sunt fidei. Hæc est scientia sanctorum, de qua dicitur Sap. 10, & quantum ad operabilia, & sic dicit [In omni sensu.] qui est vis cognoscitiua circa exteriora obiecta. Et propriū eius est vt statim iudicet de proprio sensibili re dè. Et ideo hoc cetera nomen trāslatum est ad interiori iudicium rationis, vt sensati dicuntur qui habent rectum iudicium circa agibilia. Sap. 1, Sentite de domino in bonitate, &c. Sap. 6, Cogitare ergo de illa, sensus est consummatum, &c. Sed hic sensus, debet esse non tantū consideratiuus, sed etiã discretiuis inter bonū & malū, & inter bonū & melius. Vnde subdit [Vt, &c.] ¶ Nota q̄ charitas perficit sensum vt probet bona, sed perfectior charitas vt probet meliora. 1. Cor. 12, Amulamini meliora charismata, & infra cap. 14, Sectamini charitatem, &c. Et ideo dicit [potiora.] ¶ Tertiò quantum ad effectum. Et primò ponit immunitatem à malo. Secundo perfectionem in bono. Primum in hoc quòd dicit [Vt sitis sinceri.] Est enim duplex peccatum vitandum. Sinterioris corruptionis qua homo corrumpitur in se, & hoc excluditur per sinceritatem. 1. Cor. 5, In azimis sinceritatis, &c. Aliud est in proximum, scilicet offensa. Et ideo dicit [Sine offensa.] 1. Cor. 4, Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & ecclesie dei, sicut & ego, &c. Et 2. Cor. 6, Nemini dantes vllam offensionem, &c. In diem Christi Iesu, id est, vsque in finem vite. Mat. 24, Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Quatum ad gratiam, dicit [Repleti fructu iustitiæ] vt opera iustitiæ quædam fructus sint. Ro. 6, Habetis fructum vestrum in sanctificatione, &c. Vel fructu iustitiæ. i. premio iustitiæ. scilicet corona. 2. Tim. 4, In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Sap. 4, Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, &c. Et hoc habetur per Christum, quia omnia quæ facimus, sunt bona per ipsum. Io. 15, Sine me nihil potestis facere, &c. Et hæc facienda sunt hoc fine, scilicet in laudem dei: quia ex operibus sanctorum deus clarificatur, cum inde alij prorupunt in laudem dei. Psal. Laudate dominum in sanctis eius, &c. Hier. 33, Erit mihi in nomen, & in gaudium & in laudem & in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona, &c. ¶ Deinde cum dicit [Scire autè, &c.] admonet ad futura. Et primò ponit exēpla exequenda & vitanda. Secundo concludit moralem monitionem in quarto cap. ibi [Itaq; fratres mei charissimi, &c.] Circa primū duo facit, quia primò ostendit quæ sunt imitanda: secundò quæ sunt vitanda: tertio cap. ibi [De cætero, &c.] Item prima diuiditur in duas, quia primò inducit se eis imitandum: secundò alios, secundo cap. ibi [Si qua ergo, &c.] Item prima in tres, quia primò ponit in exēplum profectū suum. Secundo gaudium quòd habet ex profectu ibi [Quid enim, &c.] Tertiò fructū ex profectu suo, ibi [Scio enim, &c.] Item prima in duas. Primò præmittit profectum: secundò modum, ibi [Ita vt vincula mea, &c.] Dicit ergo, Monui vos ad profectum, & vt formem habeatis profectum meum, scire vos volo, & quæ circa me sunt, exterius, quia tribulationes: & si exterius essent, non immutabāt interiori: sed magis ad profectū venerunt, quia ex eis fides prædicata magis profecit. 2. Cor. 1, Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute: siue consolamur pro vestra consolatione, &c. Et ostendit profectū. Primò quatum ad se: secundò quatum ad alios, ibi [Vt plures, &c.] Quatum ad se quidem manifestum fuerat q̄ talia pro Christo pateretur constāter, ita vt vincularetur: vnde dicitur [Vt vincula, &c.] quòd est gloriosum pro Christo. 1. Pet. 4, Nemo vestrum patiatu quasi homicida, aut fur, aut alienorū appetitor: si autè vt Christianus, non erubescat, &c. In omni prætorio, sicut in curia Cæsaris, &c. Ex parte verò aliorū fides crescebat in cōmuni. Vnde dicit, Vt plures, &c. 1. Mach. 4, De elephātib. Eccl. 10, Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, &c. Pro. 18, Iustus quasi leo confidens absque timore erit, &c. Ex parte tamen aliorum est diuersitas, quia quidam bene loquebantur, quidā malè. Et qui bene, quidam ex generali charitate, & quidam ex speciali amore ad Apostolum. Et qui malè, quidam ex generali malitia, quidam ex speciali odio ad Apostolum. Sed vt mihi videretur, Apostolus duplicem ostendit causam propter quam quidam prædicabant. Primò propter inuidiam. Et ideo Apostolus eorum prauam intentionem ostendit, dicens [Quidam quidem propter inuidiam, & car.] Iac. 3, Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. 1. Corinth. 3, Cum sit inter vos zelus & contētio, nonne carnales estis? Secundo propter amo-

rem Christi & euāgelij. Vnde dicit [Quidā propter bonam, &c.] Pfa. [Benignē fac in bona voluntate, &c.] Sed Apōst. addit, dicens [Quidam verō ex charitate]. I. quā facit bonam voluntatem: &c. quia vt suppleret defectum meī docentis, pradicauerunt. Deinde Apōst. exponit quod dixerat, dicens, q̄ quidam non secū dum sanam intētionem, sed ex contentione. Corrupta corum contēdio dupliciter patuit. Vno modo, vt pu blicē pradicādo, turbationem facerēt in populo Gentili cōtra Apōstolum, supra illam quam habuit. Alio modo quia credebant q̄ Paulus audiens eos vsurpare officium sibi cōmissum, turbaretur, & ex hoc addere tur afflictio afflictio.

Lectio 2.

Proposuit materiam quā dicit Apōst. & ipsum gaudium in quo declarat Paulus suā charitatem quantum ad predicationes sine relictā intentione, siue mala, siue.

Quid enim? Dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annūtiatur: & in hoc gaudeo, sed & gau deo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem per vestrā orationem & subministratiōem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam: quia in nullo confundar, sed in omni fiducia, sicut semper. & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum: quod si viuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro: coarctor autem est duobus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos.

Supra à post. descripsit profectum ex ipso subsecutum: hic agit de gaudio concepto ex hoc profectu. Et ponitur primò materia gaudij: secundò ipsum gaudiū, ibi [Et in hoc gaudeo, &c.] Cōtingit autē quādoque q̄ aliquod gaudium prouenit ex bona causa, & hoc directē, & per se, & quādoq; ex mala causa, & hoc indi rectē & per accidens. Quando enim ex bona causa, gaudēdum est de effectu, sed de causa non; & sic de redēptione per Christū, licet fuerit ex scelere Iudæ & Iudæorū. Ita contingit in ecclesia, vbi prouenit vi litas quādoq; per bonos pradicatores quoad bonam intētionem, quādoque per malos quoad malā: & de vtraque gaudēdum est, sicut dicitur est. Et id eo dicitur [Quid enim, &c.] Per occasionem annūtiat Christi, qui nō intendit hoc principaliter, sed propter aliud, putā lucrum vel gloriam. Prou. 18, Occasiones querit, qui recedere vult ab amico. Per veritatem autem, quando ex recta intentione. Esa. 36, Obsecro domine memē ro quāso quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfectō, &c. Sed hoc vtroq; modo fit ad vtilitatem ecclesiæ: vnde dicitur [Si Christus annūtiatur, &c.] quia si aliud annūtiaret q̄ Christum, tunc multū interesseret, quod sit quādo falsa doctrina docetur. Aug. Pastor qui propter veritatem annūtiat, est amādus: mer cenarius qui propter lucrū, est tolerādus: qui falsas expellēdus. Deinde ponit gaudium cōsequens, dicens [In hoc] scilicet q̄ vincula mea manifesta sunt propter Christum, & q̄ Christus annūtiatur, gaudeo in praesenti. Io. 14, Si diligeris me, gauderetis vtiq; &c. & gaudebo in futurū. Esa. 51, Gaudium & lætitiā obtinebunt, &c. Deinde cum dicit [Scio enim, &c.] ponit fructū ex profectu suo prouenientem. Et primò ponit ipsum fructum. Secundò mouet quādam dubitationem, ibi [Quid si viuere, &c.] Item primò proponit fructū. Secundò auxiliū ipsum consequendi, ibi [Per vestrā orationem, &c.] Tertiò assignat materiā fructus, ibi [Sed non in omni, &c.] Dicit ergo gaudeo de his, & hoc propter fructū prouenientē ex eis in salutē æternā. Esa. 45, Saluatus est Israel in domino salute æterna, &c. Et hoc ideo, quia quando nos aliqua bona facimus cooperādo salutē aliorum, redūdar in salutem nostram. Si enim, vt dicitur Mat. 18, Qui scandaliza uerit vnum ex his pusillis, &c. quanta gloria dignus est qui salutem malorum procurat? Auxiliū autem est triplex. C. ex parte aliorum mutua oratio. Vnde dicit [Per vestrā orationem] scilicet ex quibus spero adiuuari à deo. Iac. vlt. Orate pro inuicem vt saluemini, &c. Ex parte dei de quo habemus spem salutis. Esa. 26, A facie tua domine concepimus, & quasi parturimus & peperimus spiritū salutis. Et ideo dicit, Et sub ministratiōem spiritus Iesu Christi. Rom. 8, Spiritus adiuvat infirmitatē nostrā. Et loquitur similitudinariē. Quando enim aliquis est debilis, indiget releuante vt sustentetur, & hoc est subministrare, & nos debiles sumus, ideo indigemus subministratiōe spiritus. Ios. 14, Et suggeret vobis omnia, &c. f. quasi vobis sub ministrādo. Ex parte nostra est spes in deo, quia Pro. 11, Qui confidit in diuitiis, corruet. Oportet ergo quoddā spes nostra sit in deo, &c. Psa. Qui confidunt in domino sicut mons Sion, &c. Et ideo dicit, Secundū expe ctationem & spem meam. Sed nonne spes est expectatio futuræ beatitudinis? Dicendum est q̄ spes est motus appetitus in bonū arduum. Et hoc dupliciter: quia quādo quis sperat adipisci per se, sic spes est sine ex pectatione: quando autem per alium, tunc est spes cum expectatione, & sic nos expectamus spem habētes aliquid consequi per alium. Psa. Expectans expectaui dominū, &c. Rom. 8, Spe salui facti sumus. Sed dicit, Scio, & postea, spero & expecto. Nūquid certa est hæc spes? Respondet Apo. dicens, Ita, quia in nullo cōfun dar. 1. Macha. 2, Omnes qui sperant in illo non infirmantur. Roma. 5, Spes autem non confundit. Ecclesi. 2, Nullus sperauit in domino, & cōfusus est. Huius primò rationem assignat: secundò exponit eam. Ratio hæc sumitur ex hoc quod ipse totaliter ordinatur ad seruitiū Christi. Quali dicat, Ideo hæc mihi prouenit in salutem, quia totaliter sum ad seruitiū Christi. Et primò ponit fiduciam: secundò perfenerantiam: tertiò certitudinem intentionis. Dicit ergo, Sed in omni fiducia, &c. Quasi dicat, Multi persequuntur me, sed ego confido in deo. Esa. 12, Fiducialiter agam & nō timebo. Psa. Fiducialiter agam in eo, sicut semper, id est, à principio conuersionis. Act. 9, Quomodo in Damasco fiducialiter egerit, &c. Ita & nunc. Iob 27, Iustifi cationem meam quam cœpi tenere, non deseram. Tertiò ostendit quod sit eius recta intētio, quia magnifi cabitur Christus: qui cum sit verus deus, non potest in seipso magnificari vel minorari, sed in nobis, id est in cognitione aliorum: tunc ergo quis magnificat Christum, quando eius cognitionem dilatat. Ecclesiast. 43, Quis magnificabit eum sicut est à principio? Et hoc & verbo & facto, quando magnitudinē diuini effe ctus ostendit magnitudinem eius. Et inter effectus mirabiles iustificatio est hæc, quandiu est in corde ho minis latens non magnificabitur per eam Christus, nisi quantum ad cor illius, non quantum ad alios, sed quandoque prorumpit in exteriora per actus corporales apparentes: tunc verus & proprius magnifica tur. Et ideo ait, In corpore meo. In corpore nostro Christus dupliciter magnificatur. Vno modo in quan tum corpus nostrum deputamus ad obsequium eius, ministeria eius corporaliter exequendo. 1. Corinth. 6, Glorificatē & portate deum in corpore vestro. Alio modo corpus nostrum exponendo pro Christo. 1. Corinth. 13, Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, &c. Sed primus modus fit per vitam: secundus verò

per mortem. Ideo dicit, Siue per vitam, quia viuendo operatur, siue per mortem. Ro. 14, Siue viuimus, siue morimur, domini sumus, &c. Quod etiam intelligi potest de morte spiritali. Col. 3, Mortificate mēbra ve stra quæ sunt super terrā, &c. Deinde exponit quomodo mortificabitur per vitam & per mortem, dicens [Mihi viuere, &c.] Vita enim importat motionem quādam. Illa enim viuere dicitur, quæ ex se mouetur. Et inde est q̄ illud videt esse radicaliter vita hominis, quod est principium motus in eo: hoc autē est illud cuius affectus vnitur, sicut finis: quia ex hoc mouetur homo ad omnia. Vnde aliqui dicunt illud ex quo mouentur ad operādum vitā suā: vt venatores venationē: & amici amicū. Sic ergo Christus est vita nostra, quoniam totum principium vitæ nostræ & operationis est Christus. Et ideo dicit Apo. Mihi viuere, &c. Quia solus Christus mouebat eum. [Et mori lucrū.] Hic Apōst. proprie loquitur: Quilibet enim sibi ad lucrū reputat, quando vitā quam habet imperfectā potest perficere. Sic infirmus ad lucrū reputat sanā vitam. Vita nostra Christus est. Col. 3, Vita vestra abscondita est cum Christo in deo: sed hic est imperfecta. 2. Co. 5, Quādiu sumus in corpore, peregrinamur à domino. & ideo quando morimur corpore, perficitur nobis vita nostra. f. Christus, cui tūc præsentem sumus. Psa. Cū dederit dilectis suis somnū, &c. 2. Tim. 4, Ego enim iā delibor, & tēpus meæ resolutionis instat, &c. Deinde cum dicit [Quod si viuere, &c.] ponit dubitationē quādam circa ea quæ dicta sunt. Et circa hoc duo facit. Primò ponit dubitationem: secundò soluit eam, ibi [Et hoc cō fidens, &c.] Itē prima in duas: quia primò ponit dubitationem: secundò soluit eam, ibi [Et hoc cō fidens, &c.] Dicit ergo, Si viuere in carne hic mihi est fructus, &c. verū est q̄ in corpore meo dum viuo, magnificatur Christus. Ergo viuere meū in carne. i. vita mea in carne est huiusmodi fructus. Vnde præ dicat effectum de causa. i. si vita assert mihi hunc fructū, vt Christus magnificetur, vita in carne est bona & fructuosa. Ro. 6, Habetis fructū vestrum in sanctificationem, &c. Si ergo ita est, ignoro quid eligā, vtrū mo ri vel viuere. Ro. 8, Nā quid oremus sicut oportet nescimus, &c. Sap. 9, Cogitationes enim mortaliū sunt timi dæ & incerta prouidētia nostræ. Sed quare dubitas? quia coarctor, &c. Primò ponit rationē ad partē vnā: secundò ad aliam. In homine enim duplex est motus, natura. f. & gratia. Natura ad non moriēdum. 2. Co. 5, Nolumus expoliari, sed superuolari, &c. Ioan. vlt. Et alius ducet te quo tu non vis, &c. Et gratia, quā sug geret charitas: quæ mouet ad dilectionem dei & proximi. Hic affectus ad dilectionem dei mouet vt simus cum Christo. Et ideo dicit, Desiderium habens dissolui, non simpliciter, sed esse cum Christo. 2. Cor. 5, Au demus autē & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad dominū, &c. In quo notatur falsitas opinionis Græcorum, q̄ animæ sanctorū post mortem nō statim sunt cū Christo. Et hoc ideo opto: quia est multo melius esse cum Christo. Psa. Quid enim mihi est in celo, &c. Defecit ca ro mea & cor meum. f. ad habēdum bonum. Psa. Melior est dies vna in atriis tuis super milia, &c. Dilectio autem proximi mouet ad profectū proximi: & ideo dicit [Permanere autem, &c.] i. necessaria est vita mea propter vtilitatem vestrā. 2. Cor. 13, Siue mente excedimus deo, siue sobrii sumus, vobis, &c. Vel aliter coar ctor, &c. i. ex duplici parte infurget desiderium dissolui, &c. melius, &c. Sentētia non mutatur. Sed hoc non videtur dubitabile, quinimmo videtur etiam Apōst. in peiorem partem declinare. Primū enim desiderium excitat in nobis dilectio dei: secundum dilectio proximi Maius autē & melius est desiderij primū, igitur, &c. Respondeo, dicēdum est q̄ duplex est dilectio dei. f. dilectio concupiscētia, qua vult frui deo & delecta ri in ipso: & hoc est bonū bonis. Item est dilectio amicitia, quia homo prapōnit honorem dei, etiā huic de lectationi, qua fruitur deo, & hæc est perfecta charitas. Vnde Ro. 8, Neq; mors neq; vita: neque angeli, &c. Et subdit 9. cap. Optabam ego anathema fieri pro fratribus meis, &c. Et hoc ergo dixit, vt ostendat se esse perfectioris charitatis, quasi sit paratus propter amorem dei & gloriam carere delectatione visionis dei, & ideo hoc elegit, & bene, tanquam magis perfectum.

Lectio 3.

Hoc confidens scio, quia manebo & permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum & gaudium fidei, vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantum dignē euāgelio Christi conuersamini: vt siue cum videro & videro vos, siue absens, audiam de vobis quia statis in vno spiritu, vnanimes, collaborantes fidei euā gelij, & in nullo terreamini ab aduersariis que est illis causa perditionis, vobis autem salutis. Et hoc à deo: quia vobis dona tum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale & vidistis in me, & nunc audistis de me. Promittit se nondum mo riturum, & promittit suū aduentum ad vobis, & promittit in amore, concor dia & coopera tione. Posita dubitatione & rationibus hinc inde: hic soluit dubitationem. Et primò quasi eligēs vnā partē præ nūtiat, post futurū aduentum suū ad eos q̄ tum ad se: secundò ostēdit quid requiratur ex parte eorū, ibi [Tantum dignē, &c.] Itē prima in tres: quia primò præmittit futurū aduentum: secundò ostēdit fructū: tertiò illū fructū exponit. Dicit ergo, Postq̄ supra dictum est q̄ permanere in carne necessariū est propter vos. Et hoc quod mea vita est fructuosa vobis, scio ideo. f. quia permanebo, sed hoc quasi cōfidēs de deo. Pro. 18, Iustus quasi leo cōfidens, &c. Manebo & permanebo. i. viuā & diu viuā. Sed cōtra, statim occisus est à Nerone. Respo deo, dicēdū est q̄ epistola est facta vel scripta primo anno incarnationis, quod fuit primo anno Nerōnis. Vnde postea vixit septē annis. Omnibus vobis. i. ad vtilitatē omnium vestrū. 1. Cor. 10, Non quærens quod mihi vile est, sed quod multis, vt salui fiant. Et hoc ad profectum vestrum, id est, vt per meam exhortatiō nem proficiatis in fide, & gaudeatis de mea vita quam audistis, sed magis gauderetis si essem præsens. Rom. 1. Desidero videre vos, &c. Deinde exponit quod dixerat, dicens [Vt gratulatio vestra, &c.] i. si detur, vt iterum veniā ad vos, est vt gaudium abundās sim vobis. Ephes. 3, Ei autem qui potens est omnia facere su perabundatē quam petimus, aut intelligimus, &c. Et hoc in Christo Iesu, quia hoc ipsum q̄ gaudebant de eo, erat propter Christum, Philem. Fruar te in domino, &c. Deinde cum dicit [Tantum dignē, &c.] ostē dit quid requiratur ex parte eorum. Et circa hoc tria facit, quia primò facit hoc: secundò manifestat vtilita tem inde consequentem: tertiò explicat. Dicit ergo q̄ tantum ex parte eorū requiritur q̄ in euāgelio Chri sti dignē conuersentur. f. secundum q̄ doctrina tali congruit, 1. Thessa. 2, Testificati sumus, vt ambularetis dignē deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriā, &c. Col. 1, Ambuletis dignē deo, &c. Vt siue cum ve nero ad vos & videro vos, siue absens audiam de vobis bona. Et hoc gaudiū est mihi. 1. Io. 3, Maiorem ho rum non habeo gratiam, quā vt audiam filios meos in veritate ambulare, &c. Et nunc in speciali expe- B iij

tit ab eis. Primò vnitatem: secundò constàtiam, ibi [Et in nullo, &c.] ¶ Est autè sanctis necessaria vnitas triplex. scilicet amoris. vnde dicit [Audiam de vobis] quòd d. l. status in vno spiritu, quod est per amorem. Ephe. 4. So liciti seruire vnitatè spiritus in vinculo pacis. Et 1. Cor. 6. Qui autem adhæret domino, vnus spiritus est. Itè concordia. Vnde dicit [Vnanimis]. i. vnam volùtatem & animù habentes. Act. 4. Multitudinis credètium erat cor vnù & anima vna. Psa. Qui inhabitare facit vnus moris in domo, &c. Itè cooperationis. Vnde dicit Collaboràtes, &c. vt. l. vnus adiuuet aliù. Ad hoc facit quod dicitur 1. Reg. 25. Cògregatus est Israel vniuersus, & plàxerunt eù. l. Samuelè. Pro. 18. Frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma. ¶ Secùdò expetit constàtiam, ibi [Et in nullo, &c.] Et primò inducit ad fortitudinè: secundò ponit rationè. Dicit ergo, Et in nullo, &c. quia nihil possunt, nisi q̄tum deus permittit. Luc. 21. Capillus de capite vestro nò peribit. Psa. Foliù eius nò defluet, &c. Esa. 51. Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis qui quasi scenum ita arefcet? Ratio autem est triplex. Prima sumitur à fructu tribulationis. Secùda ex dono duplici dei. Tertia ab actore. Dicit ergo [Non terreamini, quia est vobis fructus]. i. ipsa persecutio quæ in illis. l. persequentibus, est causa perditionis, sed vobis est causa salutis. Mat. 16. Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, &c. Io. 12. Qui amat animam suam perdet eam. Ofes 12. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxiliù tuum, &c. Et hoc à deo, à quo pro munere donatù est vobis q̄ sustineatis tribulationes pacièter. Secùda ratio, vt in eum credatis. Ephe. 2. Gratia enim estis saluari per fidè, quod est magnum & primum donum, & etiam vt pro illo patiamini, quod est maius donù, vt. l. curam Christi agaris quasi athletæ eius. Act. 5. Ibant Apostoli, &c. Sic ergo vtile est & honorificum: ideo agatis fortiter. Tertia ratio sumitur ex exemplo: quia ita tractat eos dè sicut nos qui sumus primitiæ fidei. Et ideo dicit, Idem cerramen habentes, quale vidistis in me. scilicet apud vos, quãdo nudus fui verberatus Philippis, propter Phitonis fam liberatam. Act. 16. Et nunc au distis de me qui sum in vinculis.

Caput 2.

Et in inducitur Philippense ex deuotione ad Christum ex charitate proximi ex specialitate ex imitatione ad adimpletum gaudium Pauli, ad mutua charitatem & humilitatem ac mutua sollicitudinem

*S*iqua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnamque adimpletum sentientes. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi vnicem arbitantes: non quæ sua sunt, singuli considerantes, sed ea que aliorum. ¶ Suprà præbuit se in exèplum patientiæ & sanctitatis: hinc ad idem adducit exempla aliorum. Et primò ponit exèplum Christi: secundò exempla suorù discipulorum, quos ad eorum còfirmationem mittere p̄mittit, ibi [Spero autem in domino, &c.] Circa primum tria facit: quia primò præmittit exhortationem: secundò inducit exèplum, ibi [Hoc enim sentite, &c.] Tertiò còcludit propositum ex exemplo Christi, ibi [Itaq; charissimi mei, &c.] Circa primum primò est considerandum mediù quo eos inducit: secundò ad quod inducit, ibi [Implete gaudium, &c.] Vtitur autè circa primum quadruplici medio. Primò ex deuotione ad ipsum Christum: secundò ex charitate proximi: Tertiò ex speciali societate: quartò ex miseratione. Dicit ergo [Si qua consolatio, &c.] Hæc quatuor media quæ hic consequenter ponuntur, omnia referuntur ad hoc quod subdit [Implete, &c.] Et est sensus, q. d. Consolati volo in vobis. [Si qua ergo consolatio.] id est, si quam còsolationem mihi afferre vultis in Christo, implete meum gaudiù. Esa. 61. Vt ponerem fortitudinem iugentibus Sion, &c. 2. Co. 1. Còsolatur nos in omni tribulatione, vt & ipsi possimus còsolari, &c. ¶ Ex parte verò charitatis fraternæ, dicit [Si quod solatium charitatis]. i. est implete gaudium meum. Galat. 3. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, &c. Psa. Ecce quàm bonum, &c. ¶ Item ex speciali societate, & hæc est inter homines qui còmunicant in rebus, sicut socij in bellicis armis: ita boni spirituales, quæ sibi còmunicant in spiritualibus bonis. Et ideo dicit [Si qua societas spiritus]. i. est mihi ad vos, implete meum gaudium. Quasi dicat, Exhibui ego vobis multa còsolationem vestrã: si ergo socij mei estis, exhibete idem & vos mihi. Ephe. 4. Solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis, &c. Prou. 18. Vir amicus est ad societatem magis amicus erit quàm frater. ¶ Item ex miseratione, cum dicit [Si qua viscera miserationis]. Col. 3. Induite vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, &c. Deinde ponit ea ad quæ inducit. Et primò in generali, dicens [Implete, &c.] q. d. Gaudeo in vobis propter bona quæ vidi & audiui de vobis: sed quando hæc perficietur, tunc gaudiù meum crescet & tãdem perficietur. Vnde illud implete. l. proficièdo in boni. Secùdò in speciali monet ad mutuã charitatem. Cuius vnitas in duobus còsistit. l. interior in affectu, & exterior in effectu. 1. Io. 4. Nò diligamus verbo, neq; lingua, sed opere & veritate. Prima designatur in obiecto charitatis, cum dicit [Idem sapite]. Sapiètia enim est cognitio altissimarù causarum: quia eius est iudicare, quod nullus potest sine causa altissima. Et ideo sapiètia est cognitio de diuinis. [Idem ergo sapite, &c.] q. d. Idem sapiatis circa ea quæ sunt fidei. Ro. 15. Deus autem patientiæ & solatii det vobis id ipsum sapere in alterutrum secùdum Iesum Christum, vt vno ore glorificetis deum. Sed hoc fit per charitatem eadem: ideo sequitur, Eandem charitate in habentes. Col. 3. Super omnia charitatem habètes, quod est vinculum perfectionis. Item quãtum ad effectum sunt duo necessaria. l. consensus duorum in idem ex parte affectus, & iudicium rationis còcors in eodem. Quãtum ad primù, dicit [Vnanimis]. i. in agendis. Psa. Qui inhabitare facit vnus moris in domo. Rom. 15. Vno ore honorificetis deum. Quãtum ad secùdum, dicit [Id ipsum sentietes]. quod ita differt ab hoc quod dicit [Idem sapite]. sicut hoc quod dicit [Vnanimis] ab eo quod dicit [Eandem charitate habentes]. Secùdò monet ad humilitatem: circa quã primò excludit còtraria humilitati: secundò monet ad eam. Còtraria autem humilitati sunt quæ oriuntur ex superbia. Hæc autè sunt propriè exterior còtentio, quia humiles sibi cedunt. Pro. 13. Inter superbos semper iurgia sunt, &c. Iac. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstàtia & omne opus prauù. ideo dicit [Nihil per còtentionem.] Aliud est inanis gloria. Superbus enim inordinatè appetit suã excellètiã, etiam in opinione aliorum. Gal. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem pronocãtes, inuicè inuidentes, &c. Io. 8. Ego autem nò quero gloriã meam, &c. Ideo hinc dicit [Neque per inanè gloriã.] Et sequitur monitio, sed in humilitate superiores inuicem arbitretes. Sicut enim pertinet ad superbiã quòd homo se extollat supra seuita ad humilitatè quòd homo se subiciat secùdum suã mèsuram. Sed quomodo superior poterit hoc implere? Aut enim nò cognoscit se esse superiorè & virtutem suã, & sic nò est virtuosus, quia nò est prudens. Aut scit, & sic nò potest aliù existimare

superiore se. Respòdeo dicèdum est q̄ nullus est sic bonus, quin in eo sit aliquis defectus, & nullus est sic malus, quin habeat aliquid boni. Vnde nò oportet q̄ eum præponat sibi simpliciter: sed q̄tum ad hoc dicat in mente sua, sic. Fortè in me est aliquis defectus, qui non est in illo. Et hoc ostendit Aug. in lib. de virginitate, quomodo virgo præferat sibi còiugatã, quia fortè feruentior. Sed detur q̄ quãtum ad omnia sit ille boratione suæ p̄sonæ, præponas ratione imaginis diuinæ. Rom. 12. Honore inuicè præuenientes. Tertiò monet ad mutuam sollicitudinem, dicès [Non quæ sua, &c.] Cor. 12. Pro se inuicem sollicita sunt membra, &c. 1. Cor. 13. Charitas non querit quæ sua sunt.

lectio 2.

*H*oc sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo: sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. ¶ Postquam Apost. posuit exhortationem suam: hinc hortatur ad virtutè humilitatis, exèplo Christi. Et primò inducit ad imitationem Christi exèplum. Secùdò ponit eius exèplum, ibi [Qui cum in forma, &c.] Dicit ergo, Sitis humiles, vt dixi, ideo hoc sentite. l. experimèto tenete quod fuit in Christo Iesu. ¶ Notandum q̄ quinq; modis debemus hoc sentire. l. quinq; sensibus. Primò videte eius claritatem, vt ei conformemur il luminati. Esa. 33. Regem in decore suo videbunt, &c. 2. Cor. 3. Nos autem omnes reuelata facie gloriam dei speculãtes, &c. Secùdò audire eius sapiètiã, vt beatificemur. 3. Reg. 10. Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui stant corã te, & audiunt sapiètiã tuam. Psa. In auditu auris obediuit mihi. Tertiò odorare gratias suæ mäsuerudinis, vt ad eum curramus. Can. 1. Trahe me post te, curremus in odore vnguètorum tuorù. Quartò gustare dulcedinem eius pietatis, vt in deo semper dilecti simus. Psa. Gustate & videte quoniã suavis est dominus. Quintò tãgere eius virtutem, vt saluemur. Mat. 9. Si terigero tantum fimbriã vestimenti eius, salua ero. Et sic sentire quasi tãgèdo per operis imitationem. Deinde cum dicit [Qui cum in forma dei, &c.] Proponit exèplum Christi. Et primò præmittit Christi maiestãtè. Secùdò ponit eius humilitatem, ibi [Semetipsum, &c.] Tertiò exaltationem, ibi [Propter quod, &c.] Et primò maiestãtè Christi præmittit, vt magis humilitas còmendetur. Et duo proponit pertinentia ad Christi dignitatem. l. diuinã naturã veritatem. Secùdò æqualitatem, ibi [Non rapinam.] Dicit ergo, Qui. l. Christus, cum in forma, &c. Vnũ quodq; enim dicitur in natura generis vel speciei per suã formam. Vnde forma dicitur natura rei. Et sic esse in forma dei est esse i natura dei, per quod intelligitur q̄ sit verus deus. 1. Ioan. vlt. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Sed nò est intelligendum q̄ aliud sit forma dei, & aliud ipse deus: quia in simplicibus & in materialibus idem est forma: & id cuius est, maxime in deo. Sed quare potius dicit in forma, q̄ in natura. Quia hoc com petit nominibus propriis filij tripliciter. Dicitur enim & filius, & verbù, & imago. Filius enim est qui generatur, & finis generationis est forma. Et ideo, vt ostendatur perfectus dei filius, dicit, in forma: quasi habens perfectè formam patris. Similiter verbum nò est perfectũ, nisi quãdo ducit in cognitionè naturã rei, & sic verbum dei, in forma dei dicitur, quia habet totam naturã patris. Similiter nec imago dicitur perfecta, nisi habeat formã cuius est imago. Heb. 1. Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. Sed nõquid habet eam perfectè? Sic: quia nò rapinã, &c. Quod posset dupliciter intelligi. Vno modo de humanitate, & ita nò intelligebat Paulus, quia hoc esset hereticũ: quia hoc esset rapina, si referretur ad humanitatè. Ideo exponèdum est alio modo. l. de diuinitate, secùdum quam dicitur de Christo. Repugnat etiam rationi aliter dicere: quia natura dei non est receptibilis in materia: q̄ autem aliquis existens in natura aliqua magis vel minus participet eam est ex materia, sed ibi nò est: ergo dicèdum est, q̄ arbitratus est nò esse rapinam. l. esse æqualem deo: quia est in forma dei, & cognoscit bene naturã suã. Et quia cognoscit hoc, ideo dicitur Io. 5. Aequalem se deo facit, sed hoc non fuit rapina: sicut quãdo diabolus & homo vobebat ei æquari. Esa. 14. Ero similis altissimo, &c. Et Gen. 3. Eritis sicut dij. Hæc autem fuit rapina: ideo pro hac Christus venit satisfacere. Psa. Quæ non rapui, tunc exolebam. ¶ Deinde cum dicit [Sed semetipsum, &c.] Humilitatem Christi còmendat. Primò quantum ad mysterium incarnationis: secundò quãtum ad mysterium passionis: ibi [Humiliauit se, &c.] Circa primum ponit humilitatem: secundò eius modũ & formam. Dicit ergo [Sed semetipsum, &c.] Sed quia erat plenus diuinitate, nunquid ergo euacuauit se diuinitate? Non: quia quod erat, permãsit: & quod nò erat, assumpsit: sed hoc est intelligèdum secùdum assumptionem eius quod nò habuit, sed nò secùdum assumptionem eius quod habuit. Sicut enim descendit de celo, nò q̄ defineret esse in celo: sed quia incepit esse nouo modo in terris: sic etiam se exinanivit, non deponèdo diuinã naturam: sed assumèdo naturam humanã. Pulchrè autem dicit, exinanivit. Inane enim opponitur pleno. Natura autem diuina satis plena est, quia ibi est omnis bonitatis perfectio. Exod. 33. Ostendam tibi omne bonũ. Natura autem humana, & anima non est plena, sed in potètia ad plenitudinem: quia est facta quasi tabula rasa. Est ergo natura humana inanis. Dicit ergo, Exinanivit, quia naturã humanã assumpsit. Tãgit ergo primo naturã humanã assumptione, dicès, Formã serui accipiens. Homo enim ex sua creatione est seruus dei, & natura humana est forma serui. Psa. Scitote quoniam dñs ipse est deus, &c. Esa. 42. Ecce seruus meus, &c. Psa. Tu domine susceptor meus es, &c. Cur dicitur còuenientius formã serui, q̄ seruura? Quia seruus est nomen hypostasis, vel suppositi, quod nò est assumptum, sed natura: quod enim suscipitur, distinguitur in suscipiète. Nò ergo filius dei assumpsit hominè: quia daretur intelligi q̄ homo esset aliud à filio dei, cum tamen filius dei factus sit homo. Accepit ergo naturam in persona sua, vt esset idè in persona filius dei & filius hominis. Secùdò tãgit naturã còformitatem, dicès [In similitudine hominum factus]. l. secùdum speciem Heb. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari. Et si dicas, q̄ in domino Iesu Christo nò conuenit speciem accipere, verum est, quia resultet ex diuinitate, & humanitate, quasi diuinitas & humanitas còuenissent in vnã naturam còmunè. Vnde sequeretur q̄ diuina natura: vt ita loquar. mutaretur. Tertiò naturã humanã còditiones ponit, dicès [Et habitu inuentus vt homo.] quia defectus omnes & proprietates continentis speciei præter peccatum suscepit. Et ideo habitu inuentus vt homo. l. in exteriori còuersatione, quia esuriit vt homo: fatigatus fuit, & huiusmodi. Heb. 4. Tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Baruch. 3,

super tristitiam haberem. Festinans ergo misillum, ut viso illo iterum gaudeatis, et ego sine tristitia sum. Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, et eiusmodi cum honore habetote: quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit: tradens animam suam, ut impleretur id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

¶ Supra Apostolus induxit ad faciendum opera salutis: hic docet eos modum faciendi. Et primò docet ipsum modum: secundò assignat rationem eius, ibi [Vt sitis, &c.] Docet duplicem modum faciendi, vt. s. sine murmure & sine dubitatione. Opera enim virtutum sunt difficillima, & in his habet locum murmuratio. 1. Cor. 10. Neq; murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Et ne dubiteris an fiant fac. 1. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris qui à vento mouetur, & circumfertur, &c. Ponit autem huius rationem, & primò ex parte eorum: secundò ex parte Apostoli, ibi [Ad gloriam &c.] Circa primum ponitur triplex ratio. Prima in comparatione ad fideles, cum dicit [Vt sitis sine querela.] Luc. 1. Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela, &c. Sine peccato autem nullus esse potest, sed bene sine querela. Vnde ad hoc monet. Secundò in comparatione ad deum, ibi [Simplices, &c.] Filius enim est similis patri. Deus autem simplex est: vnde simplices simus sicut filii dei, quod est, quando intentio est ad vnum. Iac. 1. Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Mar. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Tertiò in comparatione ad infideles, ibi [Sine reprehensione, &c.] i. vt bene se habeant ad infideles, vt. s. sint sine offensione in medio nationis prauæ, quum ad mala opera: & peruersa, quum ad infidelitatem: & hoc est quando non possunt infamari ab eis. 1. Tim. 5. Nullam occasionem date aduersario maledicti gratia. Et huius ratio ponitur, ibi [Inter quos &c.] Quia qualitercunq; mundus varietur, luminaria cæli clara manent. Mat. 5. Vos estis lux mundi, &c. Lucens non quantum ad essentiam, quia sic tantum deus lux est. Io. 1. Et vita erat lux hominû, &c. At verò sancti non sic. Io. 1. Nò erat ille lux, &c. Sed sunt lux in quantum habent aliquid lucis illius qui erat lux hominû, s. verbi dei irradiatis nobis. Et ideo dicit, verbum vite continentes, s. verbum Christi. Ioan. 6. Domine ad quem ibimus? Verba vite æternæ habes. Psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c. ¶ Deinde ponit rationem ex parte Apostoli, ibi [Ad gloriã meam.] Secundò manifestat rationem, quia subditi debent bene agere, etiam vt cedat in gloriã prælatorum. Eorum enim est gloria quando subditi sunt bene instructi. Pro. 10. Filius sapiens lætificat patrem, &c. 1. Thess. 2. Vos enim estis gloria nostra, &c. Et hoc in diem Christi, quando. s. adducet secum fideles. Et hoc propter duo est ad gloriã. s. propter laborem in prædicatione, propter passionem mortis quam sustinuit. Et ideo dicit [Quia non in vacuum cucurri, neq; in vacuum laboraui.] Cursum dicit prædicationem propter agilitatem, quia à Hierusalẽ vsq; in Hispaniam. Item labores, propter contradictiones & penas quas pertulit, & hoc non in vacuum, immo in multum fructum. 1. Cor. 15. Gratia eius in me vacua non fuit. Item propter passionem, ibi [Sed & si immolor.] Conuertens enim aliquos quasi de illis quos conuertit, offert sacrificium deo. Sed quandoq; offerentes à tyrannis occisi sunt supra sacrificium, sicut habetur Luca 13. Et ideo dicit, Offero deo sacrificium de vobis, sed si contingat qd & ego supra hoc immoler. i. occasione sacrificij conuersionis vestre occidar, gaudeo propter me. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, &c. Et congratulor vobis qd habetis fidem etiam cum periculo personæ meæ, cui & in hoc congratulamini. Et ideo dicit, Id ipsum gaudeo & cõgratulamini mihi. Ro. 12. Gaudeo cum gaudentibus. ¶ Deinde cum dicit [Spero autem, &c.] Proponit in exemplum discipulos suos. Et primò Tim. 2. Epaphroditum, ibi [Necessarium autem, &c.] Circa primum, primò præmittit missionem Timothei: secundò commendat eum, ibi [Neminem, &c.] Tertiò innuit tempus missionis, ibi [Hunc igitur, &c.] Dicit ergo [Spero, &c.] Notandum est qd Apostolus sic habuit fiduciam in deo, qd etiam minima attribuebat deo. 2. Cor. 3. Non qd sufficeres sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Litera est plana. ¶ Deinde commendat eum, & primò ex charitate ad eos: secundò ex deuotione ad Apostolum, ibi [Experimetur, &c.] Et sic facit bonus mediator, quia illos diligit, hunc veneratur. Item primò ponit cõmendationem: secundò exponit, ibi [Omnes enim quæ, &c.] Dicit ergo [Mitro, &c.] Quia neminem, &c. s. in profectû vestrum. Psal. Qui inhabitare facit vnus moris in domo, [Qui sollicitus sit.] Rom. 12. Qui præest in sollicitudine. [Sincera affectio.] quia solum propter deum. 2. Cor. 1. Ex sinceritate, sicut ex deo, coram deo, in Christo loquimur. Ratio autem quare, Neminem, &c. quia omnes quæ, &c. i. non quæ ad salutem proximorum sunt, & ad honorem dei quærunt, sed quæ ad lucrum & gloriã, & quæ sua sunt. Sed nunquid Lucas & Epaphroditus, & alij qui erant cum Apostolo quærebãt quæ sua sunt? Respondeo, Dicendum est qd in societate Apostoli plures erant qui hoc quærebant, qui & deseruerunt eum. 2. Tim. 4. Demas enim me reliquit, diligens seculum, & abiit Thessalonica: Crescens in Galatiam: Titus in Dalmatiam: Lucas est mecum solus. Sed consuetudo est qd aliquando scriptura loquitur de nonnullis, sicut de omnibus. Hic. 6. A minori quippe vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student, & à propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum, &c. Et ideo est distributio accõmoda. Et si vultis scire, quomodo se habet ad me? Respondeo, Experimentum, &c. i. quasi esset specialis filius. 1. Cor. 4. Ideo imi si ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, &c. Hunc ergo sic sollicitum pro vobis, sic mihi charum, spero, &c. Sed quare non statim? Et sciendum quòd aliter est de Christo, & de aliis sanctis. In Christo enim est plenitudo gratiarû, vnde habuit semper notitiã omnium: non sic alij sancti. Vnde Apostolus præuidebat aliqua de futuris circa se, aliqua ignorabat. Et sic non reuelatum erat sibi, an deberet liberari de vinculis. Et ideo dicit [Mox, &c.] Quia si detur facultas, personaliter veniam. Et ideo confido, &c. Sed tamen liberatus à vinculis non fuit. Psal. Quoniam tu illuminas lucernã meam domine deus meus illumina tenebras meas. Semper enim aliquid tenebrosum est in sanctis. ¶ Deinde cum dicit [Necessarium, &c.] proponit in exemplum alium suû discipulum. s. Epaphroditum. Et primò describit ipsum: secundò ostendit quomodo suscipiatur, ibi [Excipite, &c.] Circa primû duo facit, primò cõmendat eum, secundò ostendit causam missionis, ibi [Quoniam quidem, &c.] Tertiò eam exponit, ibi [Nam & infirmus est, &c.] Dicit ergo [Necessarium, &c.] Nominat autem eum fratrem propter fidem. Mar. 23. Omnes vos fratres estis, &c. Cooperatorem. s. in labore prædicationis. Prou. 18. Frater qui iuuat ad fratre quasi ciuitas fit

ma. Et cõmilitonem, &c. quia simul passi tribulationem. 2. Timo. 2. Labora sicut bonus miles Christi Iesu, &c. Apostolum. i. doctorem. Hic fuit episcopus Philippensium, & missus ab eis vt seruiret Apostolo: & ideo dicit, Ministrum necessitatis meæ. infra 4. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorẽ suauitatis hostiam acceptã, placentem deo. Sed quare: ad satisfaciendum desiderio, quo desiderio desiderat videre vos. Ro. 1. Desidero enim vos, &c. Item ad subueniendum suæ tristitia, quia tristis erat de vestra tristitia, quam conceperatis, quando audistis eum infirmari, & exponit causam, dicens, Nã & infirmus est vsq; ad mortem. s. secundum iudicium medicorû, non autem secundum prouidentia diuinam, sed ad honorem dei. Io. 11. Infirmitas hæc non est ad mortẽ, sed pro gloria dei. Ideo sequitur, Sed deus misertus est eius. Psal. Miserere mei deus quoniam infirmus sum, &c. Et nò solum, &c. quia tristitia temporalẽ & naturalem habuit de afflictionibus suis, sicut & Christus legitur aliquando habuisse. ¶ Consequenter cõcludit missionem, & patet litera, & ostendit quomodo recipiatur, & secundò huius causam. Recipiendus est honorificè in domino, cuius est minister. Gal. 4. Sicut angelum dei excepistis me, sicut Christum Iesum. 1. Tim. 5. Qui bene præfunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina, &c. Et hoc propter, &c. i. propter deũ & salutem fidelium vsq; ad mortem accessit. Io. 15. Maiorẽ charitatem nemo habet, vt animam suã ponat quis pro amicis suis, &c. [Tradens.] Io. 10. Bonus pastor animã suã ponit pro ouibus suis. Et hoc, vt implet, &c. quod vos personaliter non potuistis circa meum obsequium.

Caput 3.

De cetero fratres mei, gaudeo in domino: eadem vobis scribere, mihi quidẽ non pigrũ, vobis autem necessarium: videte cõmentum. Videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruimus deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quamquam & ego habeo confidentiam in carne. Si quis alius videtur confidere in carne: ego magis, circumcisus octauo die, ex genere Israhel, de tribu Benjamin, Hebreus ex Hebreis, secundum legem pharisæus, secundum emulationem persequens ecclesiam dei, secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela. Sed quæ hoc dicit Paulus mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum, detrimenta, veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt sterora, vt Christum lucrifaciam, vt & inueniar in illo.

¶ Proposuit exẽpla quæ sequi deberẽt: hic ostendit quorũ exẽpla debent vitare. Et circa hoc tria facit: quia primò præmittit quos vitare debet: secundò exẽplum vitadi per conuersationẽ sanctorũ, ibi [Vos enim, &c.] Tertiò inducit ad vitadum eos quos illi reputabãt imitabiles, ibi [Imitatores, &c.] Iterũ prima pars diuiditur in tres particulas: quia primò præmittit finẽ huius doctrine: secundò scribendi necessitatẽ, ibi [Eadẽ vobis, &c.] Tertiò necessitatis rationẽ, ibi [Videte, &c.] Intentio ammonitionis est remouere fideles gẽres à legalibus, ad quæ quidã eos inducebant. Et ideo dicit, O fratres. s. per fidẽ, de cetero. i. postq; vos monui, vt supra, Gaudent in domino tantum, nò in legalibus obseruatibus. Abac. 3. Ego aut in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo, &c. Et hoc, quia eadẽ.] quæ dixi in presentia, nò est mihi pigrũ vobis scribere.] in absentia. Verba enim de facili trãseunt, sed scripta manent. Eccl. 38. Sapientiã scribe in tempore vacuitatis, &c. Iudæ 1. Omnem sollicitudinẽ faciens scribendi vobis, de cõmuni vestra salute necesse habui scribere vobis &c. Ro. 15. Audacius scripsi vobis fratres, ex parte tanq; in memoriã vos reducẽs, &c. Et causa huius necessitatis est, quia in istis seductores: & ideo oportet instãrius veritatem scribere: vnde dicit, Videte. i. obseruate, &c. Et tria de his dicit. s. fauoriam cordis irrationabilem: vnde dicit, Canes. Glos. Natura canis est, vt statim ex ira latret, non ex ratione, sed ex consuetudine. Sic & illi. Esa. 56. Canes impudẽtissimi nescierunt firmitatem, ipsi pastores nescierunt intelligẽtiam, &c. Apoc. 18. Foris canes, &c. Secundò peruersã doctrinã seminacionem, ibi [Malos operarios.] quia nò fideliter in vinea domini laborãt, nec bonũ semẽ in agro mittunt. Mar. 13. Inimicus homo hoc fecit, &c. 2. Tim. 2. Cura te ipsum probabilẽ exhibere deo, &c. Tertiò dissensionem, ibi [Concisionem.] Et hoc verbo vitatur in eorũ suggillationem. Prædicant enim circumcisionem quæ non potest stare cum gratia Christi. Gal. 5. Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit, vnde alludens vocabulo, dicit, Concisionem: quasi non circumcisionem, sed cõcisionem habeat. ¶ Deinde cum dicit [Nos autem, &c.] ostendit quomodo vitentur à sanctis. Et primò quomodo ab omnibus. Secundò quomodo ab ipso, ibi [Quapropter, &c.] Dicit ergo, Ego dico qd illi sunt cõcisio, sed nos vera circumcisio. Qui spiritu, &c. Est autem duplex circumcisio. s. corporalis, & spiritualis. Ro. 2. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; quæ in manifesto est in carne, est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, nò litera, &c. Circumcisio enim carnis est, quæ est de superfluo carnis: sed circumcisio spiritus, per quã spiritus sanctus abscondit superfluas interiores cõcupiscẽtias. Et ideo dicit, Nos sumus, &c. i. qui interius circumcidit nos deo. Ro. 2. Testis enim est mihi deus, cui seruo in spiritu meo in euãgelio filij eius, &c. 1. Cor. 14. Psallam spiritu, psallam & mente: orabo spiritu, orabo & mente, &c. Data est autem circumcisio, vt ostenditur Ro. 4. vt signũ fidei Abraham ostēderetur, vt. s. eius fides ostēderetur vera, quæ fuit fides de futuro semine. Gal. 3. Abraham dicta sunt promissiones, &c. Est ergo circumcisio, signũ fidei Abraham de Christo. Ille ergo circumciditur qui interius per spiritum sanctum renouatur in Christo, qui est veritas circumcisionis. Col. 2. Circumcisus estis circumcisione non manufacta in expoliacione corporis carnis, sed in circumcisione Christi, &c. [Et nò habentes fiduciam in carne.] i. in carnali circumcisione: quia, vt dicitur Io. 6. Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quicquam. Sumitur autem caro aliquãdo in nobis p carnali concupiscẽtiam, quãdoq; pro carnis cura, & vtrũq; debemus circumcidere, nec in eis gloriari. ¶ Deinde cum dicit [Quapropter ego, &c.] Ponit exẽplum proprium: & primò præmittit eminentiam suã quam habebat in statu legali. Secundo ostendit quomodo eam contempsit, ibi [Sed quæ, &c.] Primũ proponit primò in generali. Secundo explicat per patres, ibi [Circumcisus, &c.] Circa primũ duo facit: quia primò ostendit fiduciam quam habere potuit in legalibus, dicens, Non debemus habere fiduciam in legalibus [quãquam habeam.]. i. possem habere si vellem, quia in quo quis audeat, in insipientia dico, audeo & ego, &c. vt dicitur 2. Cor. 11. Et hoc etiam excellentius, quia ego magis. 2. Corint. 11. Vt minus sapiens dico plus ego, &c. Et hoc totum adducit, vt efficatius destruat obseruationes legales. Multi enim contemnuunt quæ nesciunt, vel nò habent: & hoc nò valet,

fed tunc quando aliquis habet & contēnit, & non gloriatur in eis. Sic si Apostolus non habuisset locū in statu legalium, poterat dici quod ad statū euāgelij venit. Et ideo ostendit per hoc eminentiam suā in statu illo. Et primò quātum ad genus: secundò quātum ad cōuersionem, ibi [Secundū legē, &c.] Quātum ad primū tripliciter, quātum ad generis sacramentum, quia circūcisus octauo die. Gene. 17. Vt sit signum federis inter me & vos, &c. Et dicit, octaua die, quia hęc erat differentia inter profelytos, & eos qui erant de genere Abraham, quia illi non octaua die, sed iam adulti quando conuertebatur: sed isti secundū legem octauo die. Gene. 17. Infans octo dierum circuncidetur ex vobis. Sic ergo non vt profelytus, sed vt verē Israelita fuit. Secundò quātum ad ipsum genus: & primò quātum ad gentem, cum dicit, Ex genere Israel. Ex Abraham enim duę gentes descenderunt. Vna per Isaac: & alia per Ismael. De primo, duę. Vna per Esau: & alia per Iacob. Sed duę. s. quę ex Esau, & Ismaelite non sunt consecrate hereditatem: sed solus Iacob, qui & Israel. Ideo dicit, Ex genere Israel. 2. Cor. 11. Israelitę sunt, & ego. Item quātum ad tribū: quia in tribu Israel erāt quidam de ancillis. s. de Bala & Zelpha: quidam de liberis. s. Lia & Rachel. Et inter istos quidā semper erant in cultu dei. s. Levi, Iuda & Beniamin. Alia tempore Hieroboā conuersę sunt ad idola. Et ideo tribus Beniamin priuilegiata erat, quia in fide & dilectione vxoris, & in ea templum. Deut. 33. Beniamin amātissimus domini habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet, &c. Gene. 49. Beniamin lupus rapax mane comedit prædam, & vespere diuidit spolia. Quo figurabatur Paulus, qui fuit quandoque contra ecclesiam. Tertio quātum ad nomē & linguam, cum dicit, Hebręus. Aliqui dicūt, quod Hebręus dicitur ab Abraham: & hoc dicit Augustinus, sed postea retractat. Sed dicitur ab Heber, de quo Gene. 11. Quod autem non ab Abraham, patet, quia etiam Abraham dicitur Hebręus. Gene. 14. Nuntiavit Abraham Hebręo. Dicit glo. super Gene. 11. Quod tempore Heber diuifum est labium gentium omnium, & illa lingua remansit in familia Heber, & in cultu vnus dei, & inter omnes Hebręos. Natus est etiam ex parentibus Hebręis: & ideo dicit, Ex Hebręis. Deinde ostendit suam eminentiā quoad cōuersionem. Et primò quātum ad sectam, cum dicit [Secundū legem pharisęus] Apud Iudęos siquidem erāt tres sectę. s. pharisęorum, saduceorum & hesseorum. Sed pharisęi magis ad veritatem accedebāt, quia saducei negabant resurrectionem, neque credebāt esse angelos, neque spiritus. Pharisęi autem vtrunq; cōfitebantur: vt dicitur Act. 23. Et ideo in hoc cōmendabilior est secta pharisęorum. Quomodo autem pharisęus fuerit, dicitur Act. 26. Quoniam secundū certissimam sectā nostrę religionis vixi pharisęus. Secundò quātum ad emulationē quam habuerunt Iudęi, licet non secundū scientiā, in persequeōdo Christianos: ideo dicit, Persequens ecclesiā dei. Gal. 1. Qui persequebatur nos aliquādo, nunc autē euāgelizat fidē quam aliquando expugnabat. Et Act. 26. Et ego quidem existimaui me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere, quod & feci Hierosolymis, & multos sanctorū ego, in carceribus inclusi, &c. 1. Co. 15. Nō sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiā dei. Tertio quātum ad innocentiam cōuersionis. Ideo dicit, Secundum iustitiā, &c. Hęc iustitiā cōstitit in exterioribus, sed iustitiā fidei est cordis. Act. 15. Fide purificas corda eorum. Nam quātum ad iustitiam exteriorē Apostolus innocenter vixit. Et ideo dicit, Sine querela. Non autem ait, sine peccato, quia querela est peccatum scandali proximorum in his que sunt exteriora. Luc. 1. Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela, &c. Et ideo non est cōtrarium quod dicitur Ephe. 2. In quibus & nos ambulauimus, quia veram iustitiā fidei, quę facit hominem purum, tunc non habuit, sed solum legem. Deinde cum dicit [Sed quę mihi, &c.] ostendit contēptum suę eminentię in legalibus. Et primò ostendit propter quid legalia contēpsit in generali: secundò in speciali, ibi [Veruntamen, &c.] Dicit ergo [Hęc quę fuerunt, &c.] reputabam magna. s. pharisęus, &c. Hęc sum arbitratus propter Christū mihi detrimenta. i. reputo quę sunt mihi in detrimentum. Legales enim obseruantia, quę tempore legis erant efficaces, post Christū factę sunt noxia. Et ideo dicit detrimenta. Et finis huius est Christus. Et ideo dicit, Propter Christum. Et exponit, quia primò propter Christum cognoscendum: secundò propter Christum adipiscendum. Quātum ad primū, dicit, Veruntamen existimo omnia detrimenta esse: verum est si eis inniteretur. Et hoc quod aliquando feci, reputo mihi detrimentum, & hoc propter desiderium rectę scientię Christi domini mei. 1. Corin. 2. Nihil reputaui me scire nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et hoc propter eminentem scientiā, &c. quia hęc superat omnes alias scientias. Nihil enim melius potest sciri quā verbū dei, in quo sunt omnes thesauri sapientię & scientię absconditi. Coloss. 2. Quantum ad secundum dicit, Propter quem omnia, &c. Et primò ostendit quod propter Christum adipiscendum contēpsit legalia. Secundò ostendit quod possit Christum adipisci. ibi [Non habes, &c.] Dicit ergo, Omnia detrimentum facio, habendo me ad ea sicut ad detrimentum, & vilia: & hoc vt Christū lucrificiam. i. adipiscar ipsum & adiungar ei per charitatem. Lectio 2.

Exponit lucidā pro Christi fieri per iustificationē, si mulque verā dem retrō sunt obliuiscens, ad ea verō que sunt priora extendens meipsum. ad destinatum persequeor brauium supernę vocacionis dei in Christo Iesu.

Ostendit supra, præterita lucra contemnere propter Christum, & ostendit quod intēdebat Christū cognoscere, & Christum lucrari, & hoc intēdit hęc specialiter exponere. Et primò quomodo desiderat Christū lucrari & inueniri in eo per iustitiā. Secundò per passionis tollerētiam, ibi [Cōfiguratus, &c.] Circa primū, primò ostendit quę sit iustitiā quam dereliquit. Secundò quę sit quam quærit, ibi [Sed, &c.] Sciendum est autē quod iustitiā quādoque sumitur vt est specialis virtus per quam homo ponit rectitudinem in his que sunt ad cōmunem cōuictum, & secundum quod est in his directiua. Nā repērantia est circa interiores passiones. Iustitiā autē est ad alterum. Alio modo iustitiā dicitur virtus generalis, secundum quod homo seruat legem propter bonum cōmune: & hoc modo frequēter in scriptura sacra ponitur pro obseruatiā diuine legis. Psal. Feci iudicium & iustitiā: i. legē, quam seruabat ex amore, quasi motus ex se: & sic est virtus. Nō autē si alio modo. I. ex

aliqua exteriori causa. s. vel propter lucra, vel propter pœnas, & si obseruatio ei displiceat. Et secundum hoc est duplex modus iustitię: vnus est iustitię moralis: alius est iustitię legalis, per quam, legē nō ex amore, sed timore seruat. Et ideo dicit, Nō habens meam iustitiā quę ex lege est: quia vt dicit Aug. Breuis differentia legis & euāgelij, est amor & timor. Ro. 8. Non accepistis spiritū seruitutis iterū in timore, sed accepistis spm̄ adoptionis, &c. Sed si tua est, quomodo est ex lege? Rēspōdet, immo est mea, quia humana virtute absq; habitu gratię interioris iustificatis facio talia opera, sed ex lege est, sicut a docente. Vel mea est, quod p̄sumo per me eā seruare. Ro. 10. Moyses enim scripsit quoniam iustitiā quę ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. De hac iustitiā quam quærit, tria dicit. s. modū adipiscēdi, actorem, & fructū. Modus est quia nō adipiscitur, nisi ex fide Christi. Ro. 5. Iustificari igitur ex fide, pacē habeamus ad deū, per dominum nostrum Iesum Christū. Ro. 3. Iustitiā autē dei per fidē Iesu Christi in oēs, & super omnes qui credūt. Actor autē est deus, & non homo. Ro. 8. Deus qui iustificat. Ro. 4. Credēti autē in eum qui iustificat impiū, reputatur fides eius ad iustitiā, secundum propositū gratię dei. Et ideo dicit, Quę ex deo est, &c. Act. 5. Et spiritus sanctus quē dedit deus omnibus, &c. Fructus est cognitio eius, & virtus resurrectionis eius & societas sanctorum eius. Et de huiusmodi, secundū duplicē cognitionem, potest dupliciter agi. Vno modo exponēdo de cognitiōe vię, & sic oportet tria cognoscere de eo. Primò eius personā. s. quod est verus deus, & verus homo. Et ideo dicit ad cognoscēdum illum. Io. 14. Tanto tempore vobiscū sum, & non cognouistis me, &c. Secundò gloriā resurrectionis eius. Vnde dicit, Et virtutē resurrectionis eius. i. resurrectionē virtuosam factā propria virtute. Tertio qualiter eum imitentur, ibi [Et societatem,] s. vt ei sociemur in passione. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exēplum vt sequamini vestigijs eius. Secundò de cognitione experientiali, & incipit a posteriori, quod est vltimū in executione, & primū in intētiōe. Primum est agnitio dei per essentiā, ad quam ducit fides. Hic. 31. Omnes cognoscēt me a minimo eorum vsq; ad maximū, dicit dñs, &c. Et ideo dicit ad cognoscēdum illum. Secundò quia nō solum anima glorificatur, sed ex hoc etiā corpus erit gloriosum. Ideo dicit, Et virtutem resurrectionis eius. s. ex qua resurgemus. 1. Cor. 15. Si Christū non resurrexit, vana est fides nostra, &c. Tertio societate, quia per experientiam habebimus quātum valeat societas passio nis eius. 1. Cor. 15. Fidelis autē deus per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri. Deinde cum dicit [Cōfiguratus, &c.] ostendit quomodo velit lucrari & inueniri in eo per tollerētiam passionis, Et primò ponit tollerētiam: secundò fructū, ibi [Si quo modo, &c.] Dicit ergo, Inueniat nō solum habēs iustitiā, sed cōfiguratus morti meo, vt patiar propter iustitiā & veritatem, sicut Paulus. Gal. vlti. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Fructus verò est, si quo modo, &c. Ex passionibus em̄ hęc tolleratis homo puenit ad gloriā. Ro. 6. Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. 2. Tim. 2. Si cōmortui sumus & conuiuemus: si sustinemus & cōregnabimus. Ro. 8. Si tamen cōpatimur, vt & glorificemur. Et dicit [Si quo modo.] propter difficultatem, arduitatē & laborem. Mat. 7. Arcta est via quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam, &c. Amos. 4. Prepara te in occursum dei tui Israel, &c. Christus enim surrexit per potētiam propriā: homo autem nō propria potestate, sed gratia dei. Ro. 8. Qui suscitauit Iesum Christū a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitatē spiritū eius in vobis. Vel potest intelligi de occurso sanctorum, quādo occurrent Christo descēdenti de celo in iudicium. Deinde cum dicit [Nō quod iam, &c.] ostendit quomodo differat suū desiderium. Et primò ostendit quid de se sentiat: secundò hortatur alios vt idem de se sentiant, ibi [Quicumque enim perfecti, &c.] Iterū prima in duas, quia primò ostendit quomodo deficit ad perfectionē internā. Secundò hoc exponit, ibi [Fratres, ego me, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit se nō peruenisse ad perfectionem. Secundò quod eam tendit [Sequitur autem, &c.] Tendens in aliud, duo intēdit. s. adipisci quęstum, & frui illo. Frustrā enim quæreret, si non eo frueretur & inhaereret. Et ideo dicit, Non quod iam acceperim. s. gloriā quam quæro. Sap. 5. Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu dei sui. Aut iam perfectus sum. 1. Cor. 13. Cum venerit est quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Sed contrā. Estote perfecti. Mat. 5. & Gene. 17. Esto perfectus. Respondeo dicendum est quod duplex est perfectio. s. patrię & vię. Perfectio nanque hominis consistit in hoc quod adhæreat deo per charitatem: quia vnūquodque est perfectum secundum modum quo adhæret suę perfectioni. Anima autem potest adhærere deo dupliciter perfecte. Vno modo, vt totam actionem referat in deum actualiter: & cognoscat vt cognoscibilis est, & hęc est patrię. Sed inhæsiō vię est duplex. Vna de necessitate salutis, ad quam omnes tenentur. s. vt in nullo cor suū applicet ad id quod est contra deum, sed habitualiter referat totam vitā in eum. Et isto modo dicit dominus Mat. 22. Diliges dominum deū tuum, &c. Deut. 6. Alia est supererogationis, quando quis vltra communem statum inhæret deo, quod fit remouendo cor a temporalibus, & sic magis appropinquat ad patriam, quia quāto deficit cupiditas, tantò plus crescit charitas. Quod ergo hęc dicitur, intelligitur de perfectione patrię. Deinde cum dicit [Sequitur autem, &c.] ostendit conatum ad eam, dicens, Sequor. s. Christum. Io. 8. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris, &c. Io. 10. Oves meę vocem meā audiunt, & sequuntur. Et hoc si quo modo cōprehendam. 1. Cor. 9. Sic currite, vt cōprehendatis. Sed contrā, quia deus est incōprehensibilis: quia Hic. 31. dicitur, Si mensurari potuerint celi desursum, & inuestigari fundamenta terre deorsum, &c. Respondendo, dicendum est quod comprehendere vno modo est includere: sicut domus cōprehendit nos. Alio modo idem est quod attingere & tenere. Primo ergo modo est incōprehensibilis: quia nō potest includi in intellectu creato, cum sit simplicissimus: quia nō perfecte vides eum nec amas, sicut est visibilis & amabilis: sicut qui nescit demonstratiōnē, nescit demonstratiuē sed operatiuē. Deus autem perfecte seipsum cognoscit vt cognoscibilis est. Cuius ratio est, quia res cognoscitur secundum modum sui esse & veritatis: deus autem lux est & veritas infinita, sed nostrum lumen est finitum. Et ideo dicit, Sequor si quo modo cōprehendam: hoc intelligendo secundum modum. s. attingēdo. Cant. vlt. Tenui eum, nec dimittā, &c. In quo & comprehendens sum. Quod tripliciter intelligitur. Nam tota gloria est in dicta dei comprehensione, vt. s. deus sit præsens animę nostrę. Sed non omēs habent æqualem beatitudinem: quia quidam clarius vident, sicut etiam quidā ardentius amabunt & plus gaudebunt. Vnde quilibet habebit certam mensuram, & hoc

ex predestinatione diuina. Et ideo dicit, In quo & comprehensus sum. q. d. in tali mensura intendo comprehendere, secundum quod mihi dispositum est à Christo. Vel sequor ut comprehendam sicut comprehensus sum. Quasi dicat, Ut videam eum sicut ipse me videt. 1. Io. 3. Videbimus eum sicuti est. i. nō per similitudinē, sed per essentiam. Vel comprehendam videndo Christū gloriosum. In quo comprehensus sum. i. in illa gloria qua apparuit quando conuersus sum. ¶ Deinde cum dicit [Fratres ego. &c.] exponit quā dixerat: & primò de defectu perfectionis: secundò de sequela, ibi [Vnum autem, &c.] Dicit ergo, Ego, &c. q. d. Non sum sic superbus quòd attribuam mihi quod non habeo, sed sequor, &c. Quod tripliciter legitur. Vno modo sic, vnum arbitror. s. quòd quæ retrò sunt, &c. Vel non arbitror me comprehendisse, sed prosequor vnum. s. ad destinatum, &c. Vel non arbitror me comprehendisse illud supra. P. sal. Vnam peti, &c. Et tunc ostēdit quid desiderat, quia vel temporalia lucra, vel temporalia bona, vel merita præterita, quia nō debet homo cōputare deo merita præterita. Secundò ostendit ad quid tendit. s. ad ea verò, &c. i. vel quæ pertinent ad fidem Christi, vel maiora merita vel celestia. P. sal. Ascensiones in corde suo disposuit, &c. Et dicit, Extendens. Qui enim aliquid vult capere, extendit se quantum potest. Sed debet cor extendere se per desiderium. Sap. 6. Concupiscentia sapiētia ducit ad regnum perperuum, &c. Sed ad quid tendit? Ad destinatum brauium, quod est præmium solius currentis. 1. Corinth. 9. Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Dico autem ad hoc brauium destinatum mihi à deo, quod est supernæ vocationis dei Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit, &c. Et hoc in Christo Iesu, id est, per fidem Christi.

Lectio 3.

Monentur Philippenses **Quicunque ergo perfecti sumus hoc sentiamus: & si quid aliter sapiatis, & hoc vobis deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos qui ita ambulāt, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulāt, quos sepe dicebam vobis, nunc autem & flens dico. Imitatores crucis Christi, quorum finis interitus: quorum deus venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nam supra autem conuersatio in caelis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis sue, secundum operationem virtutis sue, qua etiam possit subiciere vobis, Pauli à sibi omnia.**

¶ Suprà posuit quomodo ab vltima perfectione deficiebat: nūc hortatur alios ad idē sentiēdum. Et primò ponitur exhortatio: secundò quid ab eis necessariò exigatur, ibi [Veruntamen ad quod peruenimus, &c.] Dicit ergo, Quicunque, &c. s. quod ego sentio. s. q. nō sum perfectus. Quomodo ergo si perfecti sumus, sentimus, quasi nō perfecti? Respondeo, Dicēdum quod perfecti perfectione viæ, sed nō perfecti perfectione cōphēstionis quādo. s. tota intentio fertur actu in deū. In via verò habitualiter, quòd. s. nihil cōtra deū faciam. Et dicit, Quicunque, quia quātò qs est perfectior, tātò imperfectū se magis cognoscit. Iob. vi. Audira auris audiui te, nūc autē oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehēdo, & ago pœnitētiā in fauilla & cinere, &c. Heb. 5. Perfectorum est solidus cibus: eorū qui pro cōsuetudine exercitatos habēt sensus ad discretiōnē boni & mali. ¶ Et si quid aliter, &c. In glo. quatuor modis dicitur: & primò ponitur duo sensus magis literales. Vnus talis, dico quod vos sentiat quod ego. s. vos esse imperfectos: tamē si quid aliter. i. melius de vobis sapiatis quod ego de me, hoc ipsum est vobis per reuelationē diuinā donatū. Et quādo altius est vobis reuelatū aliquid quod nō mihi, non cōtradico, sed cedo vestræ reuelationi: verūtamē nolo quod propter hanc reuelationem ab vilitate ecclesiæ discendatis: sed teneamus ex vnitatem illud ad quod peruenimus, v. idē sapiamus, &c. que vnitas ecclesiæ cōsistit in vnitatem veritatis fidei, & rectitudinis bonæ operationis. Et vtraque seruāda est. 2. Cor. vii. Perfecti estote, exhortamini, idem sapite, &c. Et eadem regula bonæ vitæ & operationis. Gala. vltim. Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, &c. Vel aliter dico etiam si vos propter ignorantiam vel infirmitatem aliter sapiatis, quā veritas habet, si humiliter cōstitamini, nec pterit defendatis. Mat. 11. Abscondisti hæc à sapiētibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis, &c. Vel aliter, dico, quòd idem sentiamus. s. nondum comprehendisse, sed si quid aliter nūc sapiatis, quā sapientum sit in futuro, quia nunc videmus in speculo, tunc autem facie ad faciem deus reuelabit in futuro. P. sal. Reuelabit cōdēta, &c. Vel aliter, siue sapiatis hęc obscure, siue in futuro manifestē, deus reuelabit, quia fides ex deo est, verūtamē, &c. non mutatur. ¶ Deinde cum dicit [Imitatores, &c.] inducit ad sui & aliorum imitationē, ut caueāt malos. Et primò proponit intentionem: secundò rationem, ibi [Multi enim, &c.] Dicit ergo, Quia hæc reputo ut stereora, &c. In hoc imitatores, &c. Io. 10. Vocem eius audient, &c. Ego sum pastor, vos oues meæ per imitationem. 1. Cor. 4. & 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, &c. Et obseruate. 7. diligēter considerate, qui ita ambulāt, sicut ego. Et vos scire potestis ex regula & doctrina mea. 1. Tim. 4. Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. 1. Petr. 5. Forma facti gregis ex animo. ¶ Deinde cum dicit [Multi, &c.] ponitur ratio monitionis: & primò ex parte vitandorū: secundò ex parte imitandorū, ibi [Nostra autem conuersatio, &c.] Ne autem hæc videātur ex odio dicere præmittit suā affectionem. Secundò ostendit quales sunt vitādi, ibi [Inimicos, &c.] Dicit ergo, Dico quòd imitandi indigent obseruatione: quia quidam aliter incedunt. s. de malo in prius. P. sal. In tenebris ambulāt, &c. Quos, &c. vobiscū presens, nunc autē & flens, præ cōpensione. Hie. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontē lachrymarū, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Et huius rationē ostēdit, dicēs, Inimicos: &c. Quos describit. Primò ex opere: secundò ex intentione, ibi [Quorū deus, &c.] Itē circa primū, primò proponit opus: secundò euentum operis ostendit, ibi [Quorum finis, &c.] Opus eorū est exercitiū inimicitie cōtra crucem Christi. s. dicēdum quod nullus potest saluari sine legalibus, in quo euacuāt virtutem crucis Christi. Gal. 2. Si enim ex leuitia, ergo Christus gratis. i. sine vilitate mortuus est. 1. Corinth. 1. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: his autem qui salui sunt, id est, vobis, nobis virtus dei est. Et quid eueniet? Certē nobis vita per crucem Christi, illis autē, contrarium, quia incurret mortem. Vnde dicit [Quorum finis, interitus.] s. mortis æternæ. Iob 28. Lapidem caliginis & vmbra mortis diuidit, &c. ¶ Deinde describit eos quātum ad intentionem. Et primò manifestat eorum intentionem, secundò ostendit intentionis euentum, ibi [Et gloria, &c.] Dicit ergo, Quorum deus, &c. quasi dicat, Ideo hoc disseminat scilicet legalia esse obseruanda propter lucrum & gloriam propriam, ut satisfaciant ventri. Rom. vii. Domino

mino non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Eccle. 6. Omnis labor hominis in ore eius, sed anima illius non implebitur. Et dicit deus, quia proprium dei est ut sit principium primum & finis vltimus. Vnde qui pro fine habet aliquid illud est deus suus. Itē quæ euentus eorum erit in confusione. Osee 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et hoc eorum qui terrena sapiunt, id est, quibus terrena placent & hi quærunt. Et hi confundentur, quia status eorum tranfit. Roma. 8. Si secundum carnem vixeritis moriemini, & cetera. Glo. Quorum deus, &c. Dei proprium est iustificare: qui ergo in cibis iustificationem ponebant, dicebant deum ventrem. Item est in confusione, quia in confusibilibus, scilicet in circuncisione pudendorum, & occisione brutorum. ¶ Consequenter ostendit quales sunt imitandi, ibi [Nostra autem conuersatio, &c.] Et primò describit in eis caelestem conuersationem. Secundò expectationem ibi [Vnde saluatorem, &c.] Tertio vtilitatem, ibi [Qui reformabit corpus humilitatis.] Dicit ergo, Illi terrena sapiunt, sed non est sic de nobis, quia nostra conuersatio in caelis est, id est, perficitur per contemplationem. 2. Corinthiorum 4. Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur, &c. Item per affectionem, quia sola caelestia diligimus. Item per operationem in qua est caelestis representatio. 1. Corinth. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis. Sed quare est ibi conuersatio? quia inde expectamus optimum auxilium. P. sal. Leuauit oculos meos in montes, &c. Mat. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Vnde dicit: Vnde expectamus saluatorem nostrum. Ela. 30. Beati omnes qui expectant eum. Luca 12. Similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptiis, &c. ¶ Tria autem facit iste aduentus. Primò communem resurrectionem. Ideo dicit, Reformabit corpus humilitatis, id est, abiectionis, quia est mortalitati subiectū. Iob 25. Homo putredo & filius hominis vermis. 1. Corinth. 15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute. Hoc corpus sic abiectū reformabit, id est, ad propriam formam reducet. Romanorum 8. Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, & cetera. Secundò sanctorum imitationem. Ideo dicit, Configuratū corpori claritatis suæ. Corpus siquidem Christi est glorificatum per gloriam diuinitatis suæ & hoc meruit per suam passionem. quicunque ergo participat virtutem diuinitatis suæ & passionem Christi imitatur, gloriabitur. Apocal. 3. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. 1. Ioan. 3. Similes ei erimus. Mat. 13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Et hoc facit secundum operationem diuinitatis suæ: id est, per virtutem in ipso, per quam possit sibi subicere omnia. Omnes enim Christo subiiciuntur, quidam quantum ad salutem, quidam quantum ad pœnam, in primis exercebit misericordiam, in secundis iustitiam. P. salmus, Omnia subiecisti sub pedibus eius, & cetera. 1. primò Corinthiorum 15, Pater subiecit omnia filio. Ioannis quinto, Quæcunque pater facit & filius similiter facit.

Caput 4.

Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic stete in domino charissimi. Eubodiam rogo & te Germane compar. adiuua illas quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vite. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete, ad deficiam vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim prope est. Nihil solliciti sitis, sed in omni creatione & obseruatione, cum gratiarum actione petitiones vestra innotescant apud deum. Et pax dei quæ exciperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu. De cetero fratres, quacunque pudica, quacunque iusta, quacunque sancta, quacunque amabilia, quacunque bona fama, si qua virtus, si qua laus disciplina, hæc cogitauerit. Que & didicistis & accepistis, audistis & vidistis in me: hæc agite & deus pacis erit vobiscum.

¶ Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic stete in domino charissimi. Eubodiam rogo & te Germane compar. adiuua illas quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vite. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete, ad deficiam vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim prope est. Nihil solliciti sitis, sed in omni creatione & obseruatione, cum gratiarum actione petitiones vestra innotescant apud deum. Et pax dei quæ exciperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu. De cetero fratres, quacunque pudica, quacunque iusta, quacunque sancta, quacunque amabilia, quacunque bona fama, si qua virtus, si qua laus disciplina, hæc cogitauerit. Que & didicistis & accepistis, audistis & vidistis in me: hæc agite & deus pacis erit vobiscum.

¶ Suprà proposuit eis exempla sequenda, hęc per ammonitionem moralem ostendit qualiter se debeant habere. Et primò ostendit, qualiter se habeant in futuro. Secundò commendat eos de præterito, ibi [Gaudium sum autem, & cetera.] Circa primum duo facit. Primò monet ad persistendum in iam habito. Secundò ad proficiendum in melius, ibi [Gaudete in domino semper, &c.] Iterū prima diuiditur in duas partes. Quia primò inducit ad perseuerandum in generali. Secundò ponit speciales modos ad singulares personas, ibi [Eubodiam rogo, &c.] Circa primum, primò commemorat ad eos suum affectum. Secundò ponit monitionem, ibi [Sic stete, & cetera.] Affectum autem suum commendat quintupliciter. Primò secundum fidem ostendens eos sibi dilectos. Vnde dicit, Fratres scilicet per fidem. Mat. 23. Omnes vos fratres estis. Secundò per charitatem. Vnde dicit [Charissimi.] 1. Corinthiorum 10. Charissimi mihi, &c. Tertio secundum desiderium. Vnde dicit [Desideratissimi.] supra. 1. Testis est mihi deus quomodo cupiam, & cetera. Et dico desideratissimi, quia desidero vos, vel quia me desideratis. Quarto per gaudium. Vnde dicit [Gaudium meum.] Et hoc. s. quia estis boni. Prouerbiorum 10. Filius sapiens lætificat patrem, & cetera. Quintò per rationem gaudii. Vnde dicit [Corona mea] prima Thessal. 2. Quæ est enim spes nostra aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos, &c. Deinde cum dicit [Sic stete, &c.] ponit monitionē de perseuerantia dicens [Sic stete, &c.] id est, sicut ego perseuerate, vel sicut statis. Mat. 10. Qui perseuerauerit vsque in finem, hęc saluus erit. ¶ Deinde cum dicit [Eubodiam rogo, &c.] singulares monitiones ponit. Et primò de concordia. Secundò de sollicitudine adiutorii, ibi [Etiam rogo & te, &c.] Hæc duæ mulieres sanctæ ministrabāt sanctis in ciuitate Philippiensi: & fortē erat aliqua discordia inter eas, ideo eas ad concordiam reuocat. 2. Corinth. vltimo. Idem sapite. ¶ Deinde cum dicit [Etiam rogo te, & cetera.] quendam rogat ut adiuuaret quosdam personas. Et dicit compar, quia socius erat prædicationis eius. Prouerb. 18. Frater qui inuatur à fratre quasi ciuitas fortis. Adiuua illas, &c. Et ad hoc rogo omnes quorum nomina, &c. Quod ponit ne si alios nō nominaret, turbarentur, quasi dicat: Non est magnū si nō scribo omnium nomina, quia sunt scripta in meliori loco Mat. 5. Gaudete & exultate, &c. Liber vitæ secundum glo. est prædestinatio sanctorum, & hoc est verum secundū rem, sed differt ratione. Sciendū est autē quòd olim erat cōsuetudo quòd qui ordinabantur ad ali-

quod officium vel dignitate scribebantur in matricula, sicut milites & senatores, qui palatio conscripti erant. Omnes autem sancti predestinati eliguntur a deo ad magnum, scilicet ad vitam aeternam. Et haec ordinatio est predestinatio. Descriptio huius ordinationis dicitur liber vitae: haec descriptio est in memoria diuina, quia in quantum ordinat, predestinat. In quantum vero immobiliter scit, dicitur esse praescriptio. Firma ergo notitia de predestinatis dicitur liber vitae. Sed nunquid aliqui inde delentur. Sciendum est quod aliqui sunt scripti simpliciter, aliqui secundum quid. Sunt enim aliqui predestinati a deo ut habituri simpliciter vitam aeternam, & isti sunt scripti indelebiter. Aliqui ut habeant vitam aeternam non in se, sed in sua causa in quantum ordinantur ad iustitiam praesentem, & tales dicuntur deleri de libro vitae quando excedunt a praesenti iustitia.

¶ Deinde cum dicitur [Gaudete in domino, &c.] hortatur eos ad proficiendum in melius, & primum ordinat eorum animum ad proficiendum in melius. Secundum ad actum eorum, ibi [De cetero, &c.] Animum autem ordinat tripliciter, & primum quantum ad spirituale gaudium, secundum quantum ad spirituale quietem, ibi [Nihil solliciti, &c.] tertium quantum ad pacem, ibi [Et pax, &c.] Circa primum describit quale debeat esse nostrum gaudium. Secundum ostendit gaudii causam, ibi [Dominus prope, &c.] Necessarium est enim cui liber volenti proficere quod habeat spirituale gaudium. Prouerbio. 17. Animus gaudens artem floridam facit, &c. Conditiones autem quatuor veri gaudii tangit Apostolus, & primum quod debet esse rectum, quod est quando est de proprio bono hominis, quod non est quid creatum, sed deus. Psalm. Mihi adhaerere deo bonum est, &c. Tunc autem rectum est quando in domino. Ideo dicit, In domino. Neemiae 8. Gaudium domini est fortitudo vestra. Item continuum. Vnde dicit [Semper, &c.] 1. Thessal. vltimo. Semper gaudete, quod sit quando non interruptur peccato: tunc enim est continuum. Aliquando vero interruptur per tristitia temporalem, quod significat imperfectionem gaudii. Cum enim quis perfecte gaudet, non interruptur eius gaudium, quia parum curat de re parum durante. Et ideo dicit, semper. Item multiplicatum debet esse, si enim gaudes de deo, imminet tibi gaudere de eius incarnatione. Lucae 1. Euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est, &c. Item ut gaudeas de actione. Prouerbio. 21. Gaudium est iusto facere iudicium, &c. Imminet etiam tibi gaudium de contemplatione. Sapient. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius. Item si gaudes de bono proprio, imminet tibi gaudere similiter de bono aliorum. Item si de praesenti imminet etiam de futuro: & ideo dicit [Modestia vestra, &c.] quasi dicat, Ita sit moderatum gaudium vestrum quod non vertatur in dissolutionem. Iudith vltimo. Populus erat iocundus secundum faciem sanctorum, &c. Prouer. 12. Qui suauis est, vivit in moderationibus. ¶ Et dicit: Nota sit omnibus hominibus, quasi dicat, Vita vestra sic moderata sit in exterioribus, ut nullius offendat aspectum impediret enim conuersationem vestram.

¶ Deinde cum dicit [Dominus enim prope est] tangitur causa gaudii. Homo enim gaudet de propinquitate amici. Dominus quidem prope est praesentia maiestatis. Act. 17. Non longe est ab vnoquoque. Item est prope per inhabitantem gratiam. Iaco. 4. Appropinquate deo & appropinquate vobis. Item per exauditionis clementiam. Psalm. Propet est dominus in uocantibus eum. Item ad remunerandum. Esa. 4. Propet est ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur, &c. ¶ Deinde cum dicit [Nihil solliciti, &c.] ostendit quod mens nostra debet esse quiesca. & primum ostendit superfluum sollicitudinem. Secundum ostendit quid loco eius in mente succedat, ibi [Sed in omni oratione, &c.] Et fati conuenienter subdit. Nihil solliciti, & car. ad hoc quod dixerat. Dominus prope est, quasi dicat, ipse omnia tribuet, vnde non necesse sit quod sitis solliciti. Mat. 6. Ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini, &c. Sed contra, quia dicitur Romanorum 12. Qui praesent in sollicitudine. Respondeo dicendum est quod sollicitudo quae doque importat diligentiam quaerendi quod deest, & hoc est commendabile, & opponitur negligentiae: quandoque anxietatem animi cum defectu spei & timore de obtinendo id circa quod sollicitatur, & hanc prohibet dominus. Mat. 6. & hic Apostolus, quia non debet desperare quin dominus det necessaria. Sed loco sollicitudinis debemus habere recursum ad deum. 1. Petri vltimo. Omnem sollicitudinem proicietes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis. Et hoc fit oratio. Et ideo dicit, Sed in omni, &c. Et conuenienter postquam dixit, Dominus prope est, subdit de petitione. Nouo enim domino venienti portiguntur petitiones. Et ponit quatuor quae necessaria sunt in qualibet oratione. Oratio enim importat ascensum intellectus in deum. Et ideo dicit, In omni oratione. Ecclesiasti. 35. Oratio humilitatis se nubes penetrabit, &c. Item debet esse cum fiducia impetrandi, & hoc ex dei misericordia. Dan. 9. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis, & car. Et ideo dicit obsecrationes, quae est sacra contestatio per dei gratiam, & eius sanctitatem, & ideo se humiliantis est. Prouer. 18. Cum obsecratione loquitur pauper. Et hoc fit cum dicimus, Per passionem & crucem tuam, &c. Quia vero ingratus de beneficiis acceptis, indignus est ut alia accipiat, ideo subdit, Cum gratiarum actione. 1. Thessal. vlt. In omnibus gratias agite. Et tunc proponit petitionem. Et ideo dicit, Petitiones vestrae. Mat. 7. Petite & accipietis. Et haec quatuor si bene consideremus habet omnes orationes ecclesiae. Primum enim inuocatur deus, post commemoratur diuinum beneficium. Tertium petitur beneficium. Quartum ponitur obsecratio. Per dominum nostrum, &c. Sed notandum quod dicit, petitiones vestrae innotescant apud deum. Nunquid dominus respicit hoc? Ideo hoc tripliciter exponitur in glo. Primum innotescant, id est, approbetur ante deum & appareant quasi dignae & sanctae. Psalm. Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, &c. Vel innotescant nobis ipsi, quod semper sunt apud deum, quasi dicat, Non oretis propter fauorem populi. Mat. 6. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, &c. Vel innotescant his qui sunt apud deum, id est, angelis per quorum ministerium deferuntur deo, non quasi ignorant, sed quia intercedunt pro nobis. Apocal. 8. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo, &c. ¶ Deinde cum dicit [Et pax, &c.] ordinat animum quantum ad pacem per illa supra dicta, dispositum. Et hanc per modum orantis operat. Pax secundum Augustinum, est tranquillitas ordinis; perturbatio enim ordinis est destructio pacis. Haec ordinis tranquillitas tripliciter consideratur. Primum prout est in principio ordinis, scilicet in deo. Romanorum 13. Quae a deo sunt, ordinata sunt, &c. Ab isto

profundo in quo est pax deriuatur, primum & perfectius in beatis in quibus nulla perturbatio, nec culpa nec pena: & consequenter deriuatur ad sanctos viros. Et quantum est magis sanctus, tanto minus patitur perturbationem mentis. Psalm. Pax multa diligentibus legem tuam & non est illis scandalum, sed perfecta est in beatibus. Esa. vlt. Ecce ego declinabo super eam quasi fluium pacis, &c. Quia vero cor nostrum ab omni perturbatione non potest esse alienum nisi per deum, oportet quod per ipsum fiat. Vnde dicit, dei. Et hoc secundum quod consideratur in ipso principio, exuperat omnem sensum creatum, quia ut dicitur. 1. Ti. vlt. Lucem habitar inaccessibilem. Iob 36. Ecce deus magnus vincens scientiam nostram, &c. Et secundum quod est in patria suae non habentium gratiam. Apocal. 2. Vincenti dabo manna absconditum & dabo illi calculum, &c. Haec ergo pax custodiat corda vestra, id est, affectus vestros, ut in nullo declinetis a bono. Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Item intelligetis vestras, scilicet ut in nullo denietis a vero. Et hoc in Christo Iesu. Per cuius scilicet charitatem conseruatur affectus a malo, & per cuius fidem intellectus perseverat in vero. ¶ Deinde cum dicit [De cetero, &c.] ordinat actum, & primum inducit eos ad bene agendum, ubi ponit actionis obiectum. scilicet bonum quod agitur. Secundum motiui actus. Tertium actum. Quartum fructum actus. Haec quatuor sunt hic. Obiectum autem boni actus, vel est obiectum cognitionis, vel affectio nis. Quantum ad intellectum est verum, quantum ad affectum est bonum. Et ideo dicit, De cetero, id est, ex quo sic estis firmati, cogitate quae sunt vera per fidem. Zacha. 8. Pacem & veritatem diligite, &c. Quantum autem ad affectum, sciendum est quod quaedam sunt de necessitate virtutis, quaedam superaddita. De necessitate sunt tria. Primum ut integer sit in se, & quantum ad hoc dicit, Quaecunque pudica, id est, casta. Iacob. 3. Quae de fursu est sapientia, primum quidem pudica est, &c. Item quod sit directus ad proximum. Vnde dicit, quaecunque iusta, &c. Mat. 5. Beati qui eluriant & stiant iustitiam, &c. Item ordinatus ad deum. Vnde dicit, Sancta. Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris, &c. Obiecta autem necessitati superaddita sunt duo, scilicet quod sit inductum ad amicitiam. Secundum quod conseruatiui bonae famae. Quantum ad primum dicit [Quaecunque amabilia, id est, quae inducunt ad mutuam amicitiam. Ecclia. 7. Non te pigeat visitare infirmum. Ex his enim in dilectione firmaberis. Prouer. 18. Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quam frater. Quantum ad secundum dicit [Quaecunque bonae famae.] Multa enim possent fieri cum bona conscientia, quae tamen propter famam sunt dimittenda. Ecclesi. 4. Curam habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit quam mille thesauri magni & pretiosi. Motiuum ad operandum est duplex. Primum inclinatio interioris habitus. Secundum exterior disciplina seu instructio. Quantum ad primum dicit [Si qua virtus] id est, habitus virtutis est in vobis scilicet inducat vos ad hoc. Ecclesi. 4. Diuites in virtute pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Quantum ad secundum dicit [Si qua laus, id est, laudabilis disciplina, scilicet est in vobis, facite bona. Psalm. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me, &c. Et exponit qualis sit ista disciplina dicens [Haec cogitate] scilicet quae didicistis me docente. Mat. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, &c. 1. Thessa. 2. Cum accepissetis a nobis verbum auditis dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est verbum dei, &c. Et vidistis per exempla. Sic enim patet motiuum actus & obiectum, quia disciplina habetur per doctrinam. Et oportet quod primum capiatur. Vnde dicit [Haec cogitate.] Item quod ei assentiat. Vnde dicit [Et didicistis & accepistis.] Item habetur per auditum & visum. Vnde dicit [Quae audistis & vidistis.] Bonus actus est duplex, scilicet vnus interior qui ponitur, ibi [Haec cogitate.] 1. Tim. 4. Haec meditare: exterior, ibi [Agite.] Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere, & cetera. Fructus est deus, ibi [Et deus pacis, & car.] Quasi dicat, Si hoc feceritis, erit vobiscum deus. 2. Corinthiorum vltimo, Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum.

Lectio 2.

*G*auisus sum in domino vehementer, quoniam tandem aliquando resloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occurrere autem eratis. Non quasi propter penuriam dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare. Vbi que & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Peruntamen beneficiis, communicantes tribulationi meae. Scitis autem & vos philippenses, quod in principio euangelij quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi beneficiis vos soli: quia & Thessalonicam semel & bis in vsum mihi misistis. Non quia quaro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, accepit ab Epaphrodito, quae misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu, salutem vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Caesaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

¶ Superius ostendit Apostolus qualiter fideles se debeant habere in futurum, hic commendat eos de praeterito sibi impenso beneficio. Et primum ponit commendationem, secundum terminat epistolam in oratione & salutatione, ibi [Deus autem, & cetera.] Circa primum duo facit. Primum commendat eos de beneficio impenso: secundum beneficium diffusius exponit, ibi [Non quasi, & cetera.] Item prima pars diuiditur in tres particulas, quia primum ponit gaudium conceptum ex eorum beneficio: secundum commendat eorum beneficium, ibi [Quoniam tandem, & cetera.] Tertium excusat tarditatem, ibi [Occupati, & cetera.] Dicit ergo: modo ut gaudeatis, sed ego gauisus sum propter ea quae fecistis, non in rebus, sed in domino. Abacuch 3. Ego autem in domino gaudebo, & cetera. Gauisus sum tanquam, vehementer, quia propter filios meos. ¶ Deinde ponitur materia gaudij, ibi [Quoniam tandem, &c.] Bona opera sunt opera misericordiae, & dicuntur flores, quia sicut ex flore fructus provenit, ita ex eis fruitio vitae beatae percipitur. Ecclesiasti 2. 4. Flores mei fructus honoris & honestatis. Quando ergo opus bonum intermititur & postea resumptum, dicitur reflorescere. Isti autem aliquando prouiderant Apostolo, & iterum nunc prouiderunt, ideo dicit eos resloruisse, & hoc exponit cum subdit [Pro me sentire,] id est, mihi compati, supra 1. Sicut

est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, &c. Mach. 10, Quæ nostra sunt sentias nobiscum, ut conferes amicitias ad nos, &c. sicut & olim sentiebatis, scilicet quando mihi prouidistis. Et hoc tadem aliquando, quia licet tardè tamen aliquando fecistis. Rom. 1, Si quomodo tardè aliquando prosperum iter habes, &c. Deinde cum dicitur [Occupati, &c.] excusat tarditatem: Quasi dicat, Non imputo negligentiam vel culpam, sed necessitati, quia eratis occupati propter tribulationes quas passi estis. Eccle. 40, Occupatio magna creata est omnibus hominibus, &c. Deinde cum dicitur [Non quasi propter.] Beneficium exponit, & primò causam gaudii, secundò beneficium quo floruerunt, ibi [Scitis autem & vos.] Tertio commemorat beneficium præfens, ibi [Habeo autem omnia.] Item primò excludit causam gaudii æstimatam. Secundò declarat proprietatem constantiam, ibi [Ego enim didi, &c.] Tertio approbat beneficentiam, ibi [Veruntamen bene fecistis.] Dicit ergo, Non gaudeo propter penuriam à vobis propulsam, quæ grauis erat. Esa. 48, Elegi te in camino paupertatis. Sed tamen non deprimat animum, nisi eorum qui in diuitiis delictantur, aut qui gloriantur in substantia. Et hoc ideo quia Apostolus non tristatur de paupertate, cuius ratio est constantia mentis eius quam primo ponit. Secundò causam eius, ibi [Omnia possum, &c.] Item primò ponit constantiam in speciali casu. Secundò generalitatè in omnibus, ibi [Vbiq; &c.] Dicit ergo paupertatem non timeo, quia didici, &c. Nihil demonstrat ita mètè sapientis perfecti, sicut quod sciat vti quolibet statu. Sicut enim est bonus dux qui in quolibet exercitu operatur secundum exigentiam eius: & corarius qui ex quolibet corio facit optimos forulares, sic ille perfectus est qui scit vti quolibet statu, ut si sit in magno non eleuetur, & si in minimo non deiciatur. Et ideo dicit, Didici, &c. Esa. 50, Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii, &c. Et hoc sufficit si parum habeo, si multum, scio me cōtemperare. Et ideo se exponit, dicens [Scio humiliari.] Humilitatem autè quandoq; dicit virtutem quandam. Luc. 14, &c. 18, Qui se humiliat exaltabitur. Quandoq; deiectionem. Psal. Humiliauerunt in compedibus pedes eius. Et sic loquitur hic, dicens [Scio humiliari.] id est abiectionem sustinere non deerat, sicut oportet. Et quia homines exaltantur per diuitias, & deprimuntur per paupertatem, ideo exaltationem vocat abundantiam. Et in vtroque est periculum, quia ex abundantia erigitur animus contra deum, ex paupertate deicitur. Et ideo dicitur Prover. 30, Paupertatem & diuitias ne dederis mihi. Sed Apostolus loquitur melius, quia virtute in vtroque sit vti, & hoc vbiq; i. in omni loco, negotiis, statibus, & conditionibus institutus sum. 2. Corint. 6, In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, &c. Deinde cum dicit [Omnia possum, &c.] Ponit causam suæ constantiæ, dicens [Omnia possum.] Quasi dicat, Non possem hos insulcus sustinere, nisi manu dei me confortante. Ezec. 3, Manus domini erat mecum. Esa. 40, Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, &c. Sed nunquid superfluit quod misimus cum scias egere? Non, quia licet sciam penuriam pati, quod est virtus, tamen non debet mihi subuentio subtrahi. Roma. 12, Necessitatibus sanctorum communicantes. Hab. 10, Nā & vincis cōpassi estis, & sic patet causa gaudii. Secundò commemorat præteritum beneficium, ibi [Scitis autem.] A quibusdam eum nihil accipiebat, scilicet Corinthiis & Thessalonicensibus, & quia Corinthii erant avari & cum turbatione ministrabant, & quia Thessalonicenses erant otio dediti, laborabat dans eis exemplum laborandi. Isti verò erant boni in absentia & presentia. Vnde dicit. 2. Cor. 11, Alias ecclesias expoliavi accipiens stipendium ad ministerium vestrum. In ratione dicit spiritualis & accepti temporalis. 1. Cor. 9, Si nos vobis spiritualis seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Quia & Thessalonicam, &c. Et hoc est argumentum quod Papa potest ab vna ecclesia accipere in subsidium aliarum, non autem sine quacunque causa. Sciedum est autè quod cum quis dat aliquid alicui, duo sunt consideranda. s. substantia muneris & meritum dantis. Qui gaudet de temporalibus, gaudet de substantia muneris, nec querit nisi dantè, & hic est mercenarius. Qui autem querit dantis meritum, querit fructum virtutis & iustitiæ, & talis est pastor. Fructum inquam, qui abundat in ratione vestra. Ratio dicitur dupliciter, vel secundum quod est virtus animæ, & sic omnis virtus est rationis. Rom. 12, Rationabile obsequium vestrum. Quandoque est ratiocinatio & computatio. Mat. 18, Qui voluit rationem ponere cum fructu suis. Ideo dicit abundantem in ratione, quia plus dabant quam tenerentur, quia quidam tantum in presentia, sed isti etiam mirrabant. Rom. 1, Habeo autem, quæ misistis. Repletus sum acceptis. s. his quæ misistis [in odorem, &c.] Leui. 3, & 4, Offerte holocaustum in odorem suauitatis domino. Est enim odor deo suauis deuotio offerentium, & inter omnes hostias multum valent elemosynæ. Hab. 13, Beneficentiæ autè & cōmuniois nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur deus. Deinde cum dicit [Deus autem, &c. cat.] Finit epistolam in oratione, & primò ponit orationem [Deus autem meus] Vnus deus est omnium per creationem & potentiam, sed meus, quia singulariter ei serui. Ro. 1, Testis enim est mihi deus cui serui. Implet &c. quia implestis meum. Et hoc potest dominus, quia abundat secundum diuitias. Rom. 10, Item dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum, &c. Et hoc verum in gloria. s. sua, quia ibi implebitur totum desiderium. Psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Psal. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et hoc in Christo, id est, per Christum. 2. Petr. 1, Per quæ maxima nobis & pretiosa donauit. Et de omnibus his sit deo trinitati & patri nostro gloria. 1. Tim. 1, Soli deo honor & gloria in secula seculorum. seculum est spacium seu duratio generationis aut memorie hominum. Posita primò oratione, & secundò gratiarum actione, tertio ponit salutationem dicēs. Salutate omnem sanctum, id est, fideles in Christo, quia per Christum sancti ficati. Heb. 13, Vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est [Maximè, &c.] Et per hoc intelligitur quod multos de familia Cæsaris conuertit. supra primò, vt vincula mea manifesta in Christo fierent in omni pratorio & cæteris hominibus, &c. Quæuis autem Matth. 11, dicitur, Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt, tamen ad promouendum bonos, & impediendum malos, videtur licitum sanctis in curiis regum commorari, sed non propter delicias & concupiscentiam voluptatum. Et dicit, qui de Cæsaris domo sunt, vt eos animet ad gaudium & ad fidem. Deinde ponit suam salutationem de manu sua dicens [Gratia domini, &c.]

Explicit deuotissima expositio doctoris angelici sanctissimi Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorum super epistolam gloriosi Apostoli sancti Pauli ad Philippenses.

Incipit subtilis explanatio eiusdem GLORIOSISSIMI DOCTORIS SANCTI Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorum super epistolam sanctissimi Pauli Apostoli ad Colossenses.

PROLOGVS.

Rotegebat castra gladio suo, &c. Mach. 3, Hæc verba congruunt materiæ huius epistolæ ad Colossenses, quia totus status huius vitæ est in pugnatione militanti, quorum habitacula castra dicuntur. Job 7, Militia est vita hominis super terram: ideo habitacula fidelium nomine castrorum figuratur. Vnde ecclesia similitudinem habet castrorum. Gen. 32, Castra dei sunt hæc. Hæc castra tripliciter impugnantur. A quibusdam quasi obidentibus, qui manifestè se erigunt contra ecclesiam. Apo. 20, Ascenderunt super latitudinè terræ, & circueiunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam. Ab aliis latèter decipiunt, sicut ab hæreticis. Ro. vlt. Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda hominum, &c. 2. Ti. 3, Mali autem homines & seductores proficiunt in peius, errantes & in errore mitentes, &c. A quibusdam. s. domesticis, per diuersas corruptelas peccatorum quæ sunt ex corruptione carnis. Gal. 5, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Eph. vlt. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinè, sed aduersus principes, &c. Prælati ecclesiæ sunt duces. Psal. Principes Iuda duces eorum. Ad quorum officium pertinet contra omnia prædicta castra ecclesiæ munire. Contra peccata quidè per exhortationes. Esa. 58, Annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Contra hæreticos, per sanam doctrinam. 1. Tit. 1, Amplectere eum qui secundum doctrinam est fidelis sermo, &c. Contra persecutores, ex parte patienter tolerando. Sic Paulus protexit gladio spirituali, quia in suis epistolis corripiebat peccata, cōfutebat hæreses, animabat ad patientiam. De primo, Eph. 5, Fornicatio autè & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, &c. De secundo, Tit. 3, Hæreticū hominè post primam & secundam correptionem deuita, &c. De tertio, 2. Cor. 11, per totum pater quomodo animabat ad patientiam. Et sic tanguntur duo in verbis propositis. s. ecclesiæ status, cū dicitur Castra, & Apostoli studium, ibi, Protexit. In castris autè debet esse sollicitudo ad mala vitanda. Deut. 23, Vt sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis. Item ordo ad ducè & ad se. Cant. 7, Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Gen. 32, Castra dei sunt hæc. Item terror ad hostes. Cant. 6, Terribilis vt castrorum acies ordinata. Sed Apostolus circa protectionem erat sollicitus tanquam pastor, cuius est dirigere oues diligenter ne errēt. Io. 10, Ante eas vadit, &c. Et sic Apostolus faciebat. Phil. 3, Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Item pascere abundanter, ne deficiant. 1. Petr. 5, Pascite qui in vobis est domini greges, &c. Et sic Apostolus faciebat. 1. Cor. 3, Tanquam paruulis lac dedi vobis. Itè defendere potenter, ne pereant. Ecc. 7, Noli velle fieri iudex, nisi valeas virtute irumpere iniquitates. 1. Reg. 17, Pascebat seruus tuus patris sui greges, & veniebat leo vel vrsus, &c. & ideo dicit quod Apostolus protegebat castra. ecclesiam dei gladio quod est verbum dei, vt dicitur Eph. 6, Hæb. 4, Vnius est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipit, &c. Sic ergo materia huius epistolæ est hæc. Quæ in epistola ad Ephesios ostendit modum ecclesiasticæ vnitatis. In epistola ad Philippenses ostendit eius profectum & confederationem. In hac autem agit de eius conuersatione contra hæreticos, qui depræuertant eos seducendo, &c.

Caput 1.

Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei & Timotheus frater: his qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu, Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Diuiditur autè hæc epistola in salutationem, & tractatū, ibi [Gratias, &c.] Itè primò ponuntur personæ salutates. Secundò personæ salutata, ibi [His qui sunt.] Tertio bona operata, ibi [Gratia vobis.] Circa primū, primò ponitur principalis persona. Secundò adiuncta, ibi [Et Timotheus.] principalis primò tangitur ex nomine Paulus. i. humilis. Tales enim percipiunt sapientiam. Mat. 11, Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et ideo docet eam. Secundò ab officio. s. Apostolus. i. missus. s. ad procurandam salutem fidelium. Act. 13, Segregare mihi Saulū & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Io. 20, Sicut misit me pater & ego mitto vos. Et Apostolus, nō cuiuslibet, sed Iesu Christi, cuius gloriæ querit, nō sui ipsius. 2. Cor. 4, Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autè seruos vestros per Iesum. Sed quidam aliquando perueniunt ad officium ex ira dei propter peccatum populi. Job 34, Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Ose. 13, Dabo tibi regem in furore meo. Et ideo dicit [Per voluntatem dei.] s. eius beneplacitum. Hier. 3, Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascet vos scientia & doctrina. Persona adiuncta est Timotheus, vt scilicet in ore duorum vel trium stet omne verbum, vt dicitur Deut. 17. Prou. 18, Frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma. Persona salutata ponitur, ibi [His, &c.] Sancti dicuntur maiores. Luc. 1, Seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso. Fideles dicuntur minores, qui saltem veram fidem tenent, quia sine fide impossibile est placere deo, vt dicitur Hæb. 11. Vel sancti. i. in baptismo sanctificatis, & fidelibus. i. permanentibus in fide accepta. Pro. 28, Vir fidelis multum laudabitur, &c. Deinde ponuntur bona operata. s. gratia quæ est principium omnis boni. Ro. 3, Iustificati gratis per gratiam ipsius. Pax quæ est finale bonum omnium. Psal. Qui posuit fines tuos pacem. Et per consequens operat omnia bona media. Et hoc à deo. Psal. Gratiam & gloriam

Saluatio est
tina persona
saluata
ac bona opera
ta, gratia scilicet
est & pax

sunt serui peccati. Nam cum peccatum sit tenebra, ideo sunt in potestate tenebrarum: siue demonum, siue peccatorum. Eph. vlti. Aduersus rectores mundi tenebrarum harum, &c. Esa. 49, Captiuitas à forti tollitur, &c. Et transtulit, &c. i. vt ellemus regnum dei. Io. 19, Regnum meum non est de hoc mundo, &c. Et hoc fit quando liberamur à peccato. Apo. 5, Fecisti nos deo nostro regnū, &c. vel ad literā vt vitā aternā. Ma. 3, & 4. & 10, Appropinquabit regnum calorū. Et hoc est quod dicit [Regnum filii dilectionis suae.] Dilectio, vt dicit Augustinus, quādoque dicitur spiritus sanctus qui est amor patris & filii. Sed si dilectio sic semper tenetur personaliter, tunc filius esset filius spiritus sancti, sed quandoque dicitur essentialiter, vt dicitur in Glo. Filii ergo dilectionis suae, dicitur. i. filii sui dilecti: vel filii essentiae suae. Sed nunquid haec est vera? Filius est filius essentiae patris? Dicendum est quod si genitiuus designat habitudinē causae efficientis, est falsum: quia essentia non generat, nec generatur. Si autem designat formam. i. habens essentiam suam quasi materialiter, sicut dicitur aliquid aegregia formae. i. habes aegregiam formam, sic est vera. Ioan. 3, Pater diligit filium & omnia dedit in manu eius. Deinde cum dicit [In quo habemus, &c.] Ostendit modum translationis. Homo enim existens in peccato dupliciter tenebatur, subditus, scilicet per seruitutem. Ioa. 8, Qui facit peccatum, seruus est peccati. Item erat reus poenae, & auersus à deo. Esa. 59, Iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & deum vestrum. & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Haec duo remouet Christus, quia in quantum homo, factus est pro nobis sacrificium, & redemit nos in sanguine suo. Et ideo dicit, In quo habemus redemptionem 1. Cor. 6, Empti estis pretio magno. Sed in quantum est deus, habemus per eum peccatorum remissionem, & sic reatus peccati solutus est per eum.

Lectio 4.

Comendatur auctor benefecitior gratiarum per comparationem ad totam creaturam.

Quia est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in caelis, & in terra, visibilia & inuisibilia. Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.

Quomodo filius dicitur imago dei. Ad imaginem trinitatis sunt necessaria.

Postquam superius commemorauit gratiarum beneficia specialia & vniuersalia: hic commendat auctorem huius gratiarum. scilicet Christum. Et primò per cōparationem ad deum: secundò generaliter per cōparationem ad totam creaturam, ibi [Primogenitus] tertio specialiter per cōparationem ad ecclesiam, ibi [Et ipse est caput.] Circa primum notandum est quod deus dicitur inuisibilis, quia excedit capacitatem visionis cuiuscunque intellectus creati, ita quod nullus intellectus creatus naturali cognitione potest pertingere ad eius essentiam. Iob 36, Ecce deus magnus vincens scientiam nostram. 1. Timot. vlti. Lucem habitat inaccessibilem. Videtur ergo à beatis ex gratia, non ex natura. Ratio huius assignatur à Dionysio, quia omnis cognitio terminatur ad existens, id est, ad aliquam naturam participantem esse. Deus autem est ipsum esse, non participans sed participatum, ergo est incognitus. Huius ergo dei inuisibilis filius est imago. Sed videndum est quomodo dicitur imago dei: & quare dicitur inuisibilis. Et quidem de ratione imaginis sunt tria, scilicet quod sit ibi similitudo, quod deducta sit, vel expressa ex eo cum quo est similitudo, & quod deducta sit in aliquo pertinente ad speciem vel signum speciei. Si enim sunt duo similia quorum vnum non deriuatur ab alio, neutrum dicimus alterius imaginem, sicut ouum non dicitur imago oui. Et ideo ab imitando dicitur imago. Item si sit simile, sed non quātum ad speciem, vel signum speciei, tunc nec imago dicitur, sicut in homine multa sunt accidentia, vt color, quantitas, & huiusmodi, & secundum nullum horum dicitur imago. Sed si figurā eius accipiat, sic potest esse imago, quia figura est signum speciei, filius autem est similis patri, & pater similis filio, sed filius habet hoc à patre, pater autem nō à filio. Et ideo proprie loquendo dicimus filium imaginem patris, & non e conuerso, quia deducitur & deriuatur haec similitudo à patre. Item haec similitudo est secundū speciem, quia filius in diuinis representatur aliquo modo, sed deficienter per verbum mētis nostrae. Verbum autē mētis nostrae est quando formamus actu formā rei cuius notitiam habemus, & hoc significamus verbo exteriori. Et hoc verbum sic cōceptum est quādam rei similitudo quam in mente tenemus, & simile secundum speciem. Et ideo verbum dei imago dei dicitur. Quantum ad secundum sciendum est quod Arriani hoc verbum malè intellexerunt iudicantes de dei imagine secundum imagines quae fiebant ab antiquis vt viderent in eis charos suos subtraetos sibi, sicut & nos facimus imagines sanctorum, vt quos nō videmus in substantia, videamus in imagine. Et ideo dicunt quod inuisibile est proprium patri, filius autem est primum visibile in quo manifestatur bonitas patris, quasi pater sit verè inuisibilis: filius verò visibilis & sic alterius essent naturae. Hoc autem excludit Apostolus ad Hebraeos 1, dicens, Qui cum sit splendor gloriae & figura substantiae eius, &c. Et sic est imago non solum dei inuisibilis, sed etiam ipse est inuisibilis, sicut pater. Coloss. primo, Qui est imago inuisibilis dei. Deinde cum dicit [Primogenitus, & cetera.] Commendat Christum per cōparationem ad creaturam. Et primò facit hoc, secundò exponit, ibi [Quia in ipso.] Circa primum sciendum est quod Arriani sic intelligunt quasi dicatur primogenitus, quia sit prima creatura, sed hic non est sensus, vt patebit. Et ideo duo sunt videnda, scilicet quomodo haec imago sit genita, & quomodo primogenita creaturae. Quantum ergo ad primum, sciendū est quod in vnaquaque re generatio est secundum modum sui esse & suae naturae. Alius enim modus generationis est in hominibus, & alius in plantis & sic de aliis. Natura autem dei est ipsum esse intelligere, & sic oportet quod eius generatio, vel cōceptio intellectualis sit generatio vel cōceptio naturae eius. In nobis autem cōceptio intelligibilis non est cōceptio naturae nostrae, quia in nobis aliud est intelligere & natura nostra. Et ideo cum haec imago sit verbum, & cōceptio intellectus oportet dicere quod sit germen naturae, & sic de necessitate genitus, quia accipit naturam ab alio. Secundò videndum est quomodo dicatur primogenitus. Deus enim non alio se cognoscit & creaturam, sed omnia in sua essentia sicut in prima causa effectiua. Filius autem est cōceptio intellectualis dei secundum quod cognoscit se, & per consequens omnem creaturam. In quantum ergo gignitur, videtur quoddam verbum representans totam creaturam, & ipsum est principium omnis creaturae. Si enim non sic gigneretur, solum verbum patris esset primogenitus patris, sed non creaturae. Ecclesiasti. 2. 4, Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam, & cetera. Deinde cum dicit [Quia in ipso, &c.] Exponit quod dixerat. scilicet quod sit primogenitus, quia. scilicet genitus vt

Arrij error.

Error alius Arrij.

principium creaturae. Et hoc quantum ad tria. Primò quantum ad rerum creationem. Secundò quantum ad earum distinctionem, ibi [In caelis.] Tertio quantum ad conseruationem in esse, ibi [Et omnia in ipso, &c.] Dicit ergo, Est primogenitus creaturae, quia est genitus vt principium omnis creaturae. Et ideo dicit [Quia in ipso, &c.] Circa quod sciendū est, quod Platonici ponebant ideas dicentes: quod quilibet res fiebat ex eo quod participabat ideam, puta, homini vel alicuius alterius speciei. Loco omnium harum idearum nos habemus vnum, scilicet filium verbum dei. Artifex enim facit artificium ex hoc quod facit illud participare formam apud se cōceptam, quasi inuoluens eā exteriori materia: sicut si dicitur quod artifex facit domum per formā rei quam habet apud se cōceptam, sicut deus omnia in sua sapientia dicitur facere, quia sapientia dei se habet ad res creatas sicut ars adificatoris ad domū factam. Haec autem forma & sapientia est verbum, & ideo omnia in ipso cōdita sunt, sicut in quodam exemplari. Gene. 1, Dixit & facta sunt, quia in verbo suo aeterno creauit omnia vt fierent. Quantum autē ad rerum distinctionem, sciendū est quod aliqui sicut Manichei errauerunt dicentes haec corpora terrena, quia corruptibilia facta esse à malo deo: celestia verò, quia incorruptibilia à bono deo. scilicet patre Christi. Sed mentiuntur, quia in eodē sunt vtraque, creata. Ideo dicit [In caelis, &c.] Et haec est distinctio secundū partes naturae corporeae. Gen. 1, In principio. i. in filio, creauit deus. &c. Platonici etiā dicunt quod deus per se creauit creaturas inuisibiles, scilicet angelos, & per angelos creauit naturas corporeas. Sed hoc excluditur hic, quia dicitur, Visibilia & inuisibilia. De primo Heb. 11, Fide intelligimus esse aprata secula vt ex inuisibilibus visibilia fierent. De secundò autē. Eccle. 43, Pauca vidimus operū eius, omnia autem dominus fecit, &c. Haec autē distinctio est secundum creaturarum naturā. Tertia distinctio est ordinis, & gradus in inuisibilibus, cum dicit [Siue throni, &c.] Platonici etiā crāt hic: dicebāt enim in rebus diuersas esse perfectiones, & quilibet attribuebāt vni primo principio, & secundū ordines earū perfectionū ponebant ordines principiorū, sicut ponebant primū ens a quo participant omnia esse, & illud principium ab isto. scilicet primum intellectum: à quo omnia participant intelligere, & aliud principium vitam, à quo omnia participant viuere. Sed nos non sic ponimus, sed ab vno principio res habent quicquid in eis perfectionis est. Et ideo dicit [Siue throni, &c.] Quasi dicat, Non dependent ab aliis principijs ordinatis, sed ab ipso vno solo verbo dei. Sed quid est quod dicit Eph. 1, Ipsum dedit caput, &c. Vbi quādam diuersitas videtur esse ab istis. Solutio. Hic enim enumerat descendendo, quia ostēdit progressum creaturae à deo, ibi ascendēdo, quia ostendit quod filius dei secundū quod homo super omnes creaturas est. Sed tamen ibi principatus ponitur sub potestatibus: & virtutes inter dominationes & potestates. Et secundū hoc diuersae sunt sententiae Gregorij & Dionysij. Dionysius enim ordinat eos secundum quod dicitur ad Aphetos: quia in secunda hierarchia ponit dominationes, virtutes, & potestates. Gregorius verò ordinat eos sicut hic habetur: quia in secunda hierarchia ponit dominationes, principatus & potestates in tertia verò virtutes, archangelos, & angelos. Sed sciendum est, quod sicut Gregorius & Dionysius dicunt haec dona spiritualia ex quibus nominantur hi ordines, cōmunia sunt omnibus, tamen quidā nominantur à quibusdā, quidam ab aliis: cuius ratio accipitur ex dictis Platoniorū, quia omne quod conuenit alicui, conuenit tripliciter, quia aut essentialiter, aut participatiue, aut causaliter. Essentialiter quidē quod cōuenit rei secundū proportionem suae naturae, sicut homini rationale. Participatiue autē quod excedit suam naturā: sed tamen aliquid de illo participat, sicut intellectuale homini, quod est supra rationale: & est essentialiter angelorū & idē aliquid participat homo. Causaliter verò quod cōuenit rei: superuenienter, sicut homini artificialia, quia in eo nō sunt sicut in materia, sed per modum artis. Vnūquodque autem denominatur solum ab eo quod conuenit ei essentialiter. Vnde homo nō dicitur intellectualis nec artificialis, sed rationalis. De dictis autē donis in angelis: ea quae conueniunt superioribus essentialiter, inferioribus conueniunt participatiue: quae verò inferioribus essentialiter cōueniunt, superioribus causaliter conueniunt. Et ideo superiores denominantur à superioribus donis. Supremum autem in creatura spirituali est quod attingit deum & quodāmodo participat eum. Et ideo denominantur superiores ex hoc quod attingunt deum. Seraphin quasi ardentes deo vel incēdentes. Cherubin quasi scientes deū. Throni quasi habētes in seipsis sedentē deum. Tripliciter enim aliquid potest ab alio participare. Vno modo accipiendo proprietatem naturae eius. Alio modo vt recipiat ipsum per modū intentionis cognitiois. Alio modo vt deseruiat alicuius virtuti, sicut aliquis medicinalem artē participat à medico, vel quia accipit in se medicinē artem, vel accipit cognitionē artis medicinalis, vel quia deseruit arti medicinae. Primū est maius secundū, & secundum tertio. In sacra autē scriptura significatur aliquid diuinum per ignē. Deut. 4, Dominus deus tuus ignis consumens est, &c. Et ideo supremus ordo dicitur Seraphin, quasi ardentes deo & continētes aliquā diuinam proprietatē. Secundus ordo est Cherubin, cōsequētes eum cognitiois. Et tertius Throni, eius virtuti deseruiētes. Alij autē ordines non nominantur ex attingendo deū, sed per aliquam eius operationem. Et aliqui vt dirigētes, & sic sunt dominationes. Alii exequētes: Et horū quidem vt principales & principatus. Psal. Praeueniunt principes, &c. Alii secundū executionem, & sic sunt exequētes supra spirituales creaturas vt sunt potestates quae arcēt dāmones: si supra naturalia, sunt virtutes quae miracula faciunt: si supra homines, sunt archangeli ad magna: si angeli ad minima. Et sic cōcludēdo dicit, Omnia per ipsum sicut per causam effectiua, & in ipso sicut per causam exemplarem. Ioā. 1, Omnia per ipsum facta sunt, &c. Sed quia posset aliquis dicere, Nunquid omnia sunt aeterna? Ideo Apostolus quasi respōdens ad hoc dicit quod nō, sed ipse est ante omnia. scilicet tempora & res alias. Prou. 8, Dominus possedit me in initio viarū suarum anteq̄ quicquid faceret à principio, &c. Vel ante dignitatē. Psal. Quis similis deo, &c. Quantum ad conseruationem dicit, Et omnia in ipso constant. i. conseruantur. Sic enim se habet deus ad res sicut sol ad lunā, quo recedente deficit lumen lunae. Et sic si deus subtraheret suam virtutem à nobis, in momento deficerent omnia. Habr. 1, Portans omnia verbo virtutis suae.

Lectio 5.

Et ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare: & per eum reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue qua in terris siue qua in caelis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici non ad eccle-

Omne quod conuenit alicui conuenit ei vno vniuerso modo.

Commendatur Christus per comparationem ad eccle-

Ad primo qui
de generaliter
et in ordine
ad oes. 2. aut
specialiter in
ordine ad ip-
sos coloss.

Quomodo ec-
clesia dicatur
corpus.

ci sensu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, ut exhiberet vos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso: si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles & immobiles in spe euangelij quod audi-
tis, quod predicatum est in vniuersa creatura quae sub celo est.
¶ Postquam Apost. commendauit Christum per comparationem ad deum & ad totam creaturam, hic commē-
dat ipsum in cōparatione ad ecclesiam. Et primò generaliter, secūdò specialiter quantū ad Colossenses, ibi
[Et vos cum essetis.] Tertio quantum ad suam personā singulariter, ibi [Cuius factus sum.] Circa primum
duo facit, quia primò proponit habitudinē Christi ad totam ecclesiam, secūdò exponit, ibi [Qui est princi-
pium.] Dicit ergo: Ille in quo habemus redēptionem Christus est & primogenitus creaturæ. Sed secūdum
quod huiusmodi factus est caput ecclesie, duo occurrunt hic exponenda. Et primò quomodo corpus sit eccle-
sia, & secūdò quomodo Christus est caput. Ecclesia dicitur corpus ad similitudinem vnus hominis, & hoc
dupliciter. s. & quantū ad distinctionem membrorū. Ephe. 4. Dedit quosdam quidē Apostolos, quosdā au-
tem prophetas, &c. Et quantū ad seruitutē, quæ licet sint distincta, tamen vnum seruit alteri. 1. Cor. 12. pro in-
uicem sollicita sint mēbra. Gal. 6. Alter alterius onera portate, &c. Item sicut cōstituitur vnū corpus ex vni-
rate animæ, ita ecclesia ex vnitatē spiritus. Ephe. 4. Vnum corpus & vnus spiritus. 1. Cor. 10. Vnus panis &
vnum corpus multi sumus, &c. Item est alia consideratio mēbrorum ad caput ecclesie. s. ad Christum. Ipse
enim Christus est caput ecclesie. Psal. Tu exaltans caput meū, &c. ¶ Et exponit quid est esse caput, dicens,
Qui est principium, &c. Caput enim respectu aliorū membrorum habet tria priuilegia. Primò, quia distin-
guitur ab aliis ordine dignitatis, quia est principii & præsidens. Secūdò in plenitudine sensuū qui sunt
in capite. Tertio in quodā in fluxu sensus & motus ad mēbra. Et ideo primò ostēdit quomodo Chri-
stus est caput ratione dignitatis, secūdò ratione plenitudinis gratiarū, ibi [Quia in ipso cōplacuit.] Itē ter-
tiò ratione influentia, ibi [Et per eum.] Ecclesia quidē habet duplicem statum. s. gratia in præsentī, & glo-
ria in futuro, & est eadē ecclesia, & Christus est caput secundum vtrumq; statū: quia primus in gratia: & pri-
mus in gloria. Quantū ad primum dicit, Qui est principium, quia non solum est in gratia secundum quod ho-
mo, sed etiā omnes sunt iustificati per fidē Christi. Ro. 5. Per obedientiā vnus hominis iusti constituntur
multi. Et ideo dicit [Qui est principium.] Iustificationis & gratia in tota ecclesia, quia etiā in veteri tes-
tamento sunt aliqui iustificati per fidē Christi. Ioan. 8. Ergo principium qui & loquor, &c. Psal. Te cū prin-
cipium, &c. Item est principii quātum ad statum gloriæ. Ideo dicit, primogenitus ex mortuis. Quia enim re-
surrectio mortuorū est quasi quardā secunda generatio, quia homo in ea ad vitā æternam reparatur. Matr.
19. In regeneratione, cum sederit filius hominis, &c. & præ omnibus primus est Christus: ideo est primoge-
nitus ex mortuis. i. eorum qui sunt geniti per resurrectionē. Sed contrā de Lazaro. Ioan. 12. Respondeo, di-
citur quod iste & alii non resurrexerunt ad illam vitam immortalē, sed ad mortalem, sed Christus resurgēs
ex mortuis iam non moritur, ac dicitur Ro. 6. Apoc. 1. Primogenitus mortuorū, &c. 1. Cor. 15. Nunc autem
Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiū. Et hoc, vt in omnibus sit ipse principatū tenens, quan-
tum ad dona gratiæ, quia ipse est principium: quātum ad dona gloriæ, quia ipse est primogenitus. Eccl. 24.
In omni gente & in omni populo primatū habui. &c. ¶ Deinde cum dicit [Quia in ipso, &c.] Ostendit di-
gnitatem capitis quantū ad plenitudinem gratiarū omnium. Alij enim sancti habuerunt diuisiones gratia-
rum, sed Christus habuit omnes. Ideo dicit [Quia in ipso, &c.] Singula verba pondus suū habent [Compla-
cuit.] designat quod dona hominis Christi non erant ex facto seu meritis, vt dicit Fotinus, sed ex diuinæ volū-
tatis cōplacencia assumentis hunc hominem in vnitatē personæ. Matr. 3. Hic est filius meus, &c. Item dicit
omnem, quia alij habēt hoc donum, alij, aliud. Io. 13. Omnia dedit in manus eius. Item dicit plenitudinem:
quia aliquis aliquid habuit donū, sed non plenitudinem eius, seu virtutis: quia fortē inuitus in aliquo defe-
cit. Sed Io. 1. dicitur de Christo, Vidimus eum plenū gratiæ & veritatis. Eccl. 24. In plenitudine sanctorum
defectio mea. Item dicit habitare. Alii enim acceperūt vsum gratiæ ad tēpus, quia spiritus prophetarū non
semper adest prophetis: sed in Christo in habitualiter, quia semper ad votū in Christo est dominum huius
plenitudinis. Io. 1. Super quē videris spiritum descendētē, & in eo manētē, &c. ¶ Deinde cum dicit [Et
per eum, &c.] Ostendit Christū esse caput ecclesie ratione influxus. Et hæc est tertia ratio capitis. Et primò
ostendit influxū gratiæ, secūdò exponit quod dixerat, ibi [Pacifcans.] Dicit ergo primò, dico quod compla-
cuit, non solum quantū ad hoc quod habet in se, sed etiā vt per eum ad nos deriuaret. Vnde dicit [Et per
eum reconciliari omnia in ipsum. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundū reconcilians sibi. Exponit autem
qualis sit ista reconciliatio: & quomodo omnia reconciliata. In reconciliatio autē sunt duo considerāda.
Primò in quo cōueniunt qui reconciliantur. Discordes enim diuersas habent voluntates. Reconciliati autē
consentiunt in aliquo vno. Et sic voluntates prius discordes, concordāt in Christo. Et huiusmodi volunta-
tes sunt & hominū, & dei, & angelorum. Hominū, quia Christus homo est: dei quia deus est. Item discordia
erat inter Iudæos qui volebant legē, & Gentiles qui non volebant legem: sed vtroq; Christus concordat:
quia ex Iudæis est, & quia absoluit obseruatiā legis. Et hæc cōcordia est facta per sanguinē, &c. Inter deū
enim & hominē causa discordiæ fuit peccatū: inter Iudæos & Gentiles lex. Christus per crucē destruxit pec-
catum, & impleuit legem. Et ita remouit causam discordiæ. Hab. 12. Accessistis ad Sion montē, & ciuitatē
dei viuētis Hierusalē, &c. Et sic reconciliati sumus. Et ista sunt siue quæ in calis, vt angeli & deus, siue quæ
in terris. s. Iudæi & Gētilēs. Ideo Christo nato dicitur Luc. 2. Gloria in altissimis deo, Et in terra pax homi-
nibus, &c. Item in resurrectione dixit [Pax vobis, &c.] Vt habetur Ioā. 20. Ephe. 2. Ipse enim est pax nostra
qui fecit vtraque vnū, &c. ¶ Deinde cum dicit [Et vos, &c.] ponitur commendatio Christi per dona eis col-
lata. Vbi primò cōmemorat statum præteritū: secūdò Christi beneficium, ibi [Nunc autem, &c.] Tertio
quid exigatur ab eis, ibi [Si tamen, &c.] Status enim præteritus habuit tria mala. Quantum enim ad intelle-
ctum erant ignorantes: quantū ad affectum inimici iustitiæ: quātum ad actum in multis peccatis. Quantum
ad primum dicit [Alienati, &c.] Quantum ad secundū [Et inimici sensus.] secundum vnam litteram, & osten-
dit defectum sapientiæ quā prædicabant Iudæi de vno deo. Ioā. 3. Dilexerunt magis tenebras quā lucem. Sed
nunquid tenebantur ad legem Moysi? Dicendum est quod sic, quantum ad cultū vnus dei. Vel alienati sensu, id

est ex electione contradicētes ei ex malitia. Job. 34. Qui quasi de industria recesserunt ab eo. Quantum ad
tertium dicit [In operibus malis.] Ioā. 3. Erant enim eorum opera mala, &c. ¶ Deinde cum dicit [Nunc au-
tem.] ponit beneficia Christi. Et primum est reconciliatio in corpore eius. Et dicit [In corpore carnis.] non
quòd aliud sit corpus, & aliud caro, sed ad ostendendū quòd accepit corpus in esse natura. Io. 1. Et verbum
caro factum est, &c. Et idem corpus carnis. i. mortale. Rom. 8. Deus filium suū mittens in similitudinē pec-
cati, &c. Secundum est sanctificatio. Vnde dicit [Exhibere vos sanctos.] Hab. 13. Iesus vt sanctificaret popu-
lum suum, &c. Tertium est ablutio à peccatis, ibi [Et immaculatos.] Hab. 9. Sanguis Christi qui per spiri-
tum sanctum semetipsum obtulit deo, emundabit conscientiā nostram, &c. ¶ Item quātum ad futura, ibi
[Et irreprehensibiles.] 2. Pet. 3. Satagite immaculati & inuolati & inueniri in pace, &c. Et addit, Coram ip-
so. Reg. 16. Homo videt quæ foris patent, dominus autem intuerur cor. Exigit à nobis firmitatem fidei &
spei. Ideo subiungit, dicēs [Si tamen permanetis in fide fundati.] Fides est sicut fundamentū, ex cuius firmi-
tate tota firmatur ecclesia structura [Et stabiles.] in spe nō mori à seipis [Et immobiles.] quasi non excidē-
tes à spe per alios [A spe.] inquam, euangelij. i. quam dat euangeliū de bonis regni cælorum. Mat. 4. Pœnitē-
tiam agite appropinquet enim regnū cælorum. Nec est excusatio, quia est predicatū: videlicet per Apo-
stolos. Vt ut præterito pro futuro, propter certitudinē eius [In vniuersa creatura quæ sub, &c.] i. omni crea-
tura nou. i. fidelibus quibus paratum erat.
Lectio 6.

Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ defunt passionum
Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia: cuius factus sum ego minister secundum dispensationem dei, quæ
data est mihi in vobis, ut impleā verbis dei, mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus: nunc autem
manifestatum est sanctis eius quibus voluit deus notas facere diuinitas gloriæ sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus
in vobis spes gloriæ quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes in omni sapientia, vt exhibeamus omnē
hominem perfectū in Christo Iesu: in quo & laboro certado, secundum operationem eius qui operatur in me in virtute.
¶ Postquam cōmendauit Christum in cōparatione ad deum & ad vniuersam creaturā, ad totam ecclesiam &
ad ipsos Colossenses: hic cōmendat eum in cōparatione ad seipsum, ostendens se eius ministrum. Et primò
ponit ministeriū: secūdò ostendit fidelitatem in ministrando, ibi [Qui nunc gaudeo.] Tertio ministerij ma-
gnitudinē, ibi [Cuius factus sum.] Dicit ergo, Dico quod predicatum est in vniuersa creatura, cuius euangeliū
factus sum minister prædicandi, non mea autoritate sed prædicationi ministerium exhibens. 1. Cor. 4. Sic
nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores, &c. Sed est minister fidelis, quod patet, quia non
refugit pati pericula quin diligēter exequatur. Vnde primò ostendit quo affectu sustinet passiones: secūdò
quo fructu, ibi [Adimpleo, &c.] Affectu quidē læto, quia nunc gaudeo, &c. pro vobis. i. propter vestra vtili-
tatem. 2. Cor. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute, &c. Et propter gaudiū vitæ æternæ quod
inde expecto, quod est fructus ministerii eius. Iac. 1. Omne gaudiū existimate fratres mei, cum in tērationes
varias incidētis, scientes, &c. Philip. 2. Si immolor super sacrificiū fidei vestræ, gaudeo & cōgratulor, &c.
Et etiam hoc fructu vt adimpleam, &c. Hæc verba secundū superficiem malum possēt habere intellectū. s.
quod Christi passio non esset sufficiens ad redēptionem, sed addita sunt ad complendū passiones sanctorum.
Sed hoc est hæreticū, quia sanguis Christi est sufficiens ad redēptionem etiam multorum mundorū. 1. Ioā.
2. Ipse est propitiator pro peccatis nostris, &c. Sed intelligendum est quod Christus & ecclesia est vna persona
mystica, cuius caput est Christus, corpus omnes iusti: quilibet autē iustus, est quasi mēbrum huius capitis. 1.
Cor. 12. Et mēbra de membro. Deus autē ordinauit in sua prædestinatione quantum mēbrorū debet esse
per totā ecclesiam tam in capite quā in membris, sicut & prædestinauit numerū electorū. Et inter hæc me-
rita præcipuē sunt passiones sanctorū. Christi. s. capitis merita sunt infinita, quilibet verò sanctus exhibet
aliqua merita secundū mensuram suam. Et ideo dicit, Adimpleo ea quæ defunt passionū Christi. i. totius ec-
clesiæ: cuius caput est Christus, adimpleo. i. addo mensuram meam. Et hoc in carne. i. ego ipse patiens. Vel
quæ passiones defunt in carne mea. Hoc enim deerat quòd sicut Christus passus erat in corpore suo, ita pa-
teretur in Paulo mēbro suo, & similiter in aliis. Et pro corpore, quod est ecclesia, quæ erat redimenda per
Christum. Ephe. 5. Vt exhiberet ipse sibi ecclesiā gloriosam nō habentem maculam neq; rugam. Sic etiam
omnes sancti patiuntur propter ecclesiā: quæ eorum exemplo roboratur. Glofa. Passiones adhuc defunt eo
quod paritoria meritorū ecclesiæ non est plena, nec adimplebitur, nisi cum seculum fuerit finitū. Paritoria au-
tem est vas, vel domus, vbi pariter multa inferuntur. ¶ Deinde cum dicit [Cuius sum, &c.] Ostendit digni-
tatem ministerii tripliciter. Primò ex materia adoptionis: secūdò ex fine ad quē dicitur. ibi [Vt impleami-
ni, &c.] tertio ex vltū, ibi [Quoniam vos cum, &c.] Sed diceret aliquis. Est ne magnū hoc ministerium? Et re-
spondet dicens, Ita est, quia traditū est mihi secundum dispensationem. Quod dupliciter potest exponi, s. a-
diuē: & sic est sensus. i. vt dispensem vobis diuina fideliter tradens ea, & hæc potestas data est mihi. Vel pas-
siuē, & tunc est sensus. i. secundum quod mihi dispensatum est à deo, Ephe. 4. dedit quosdā quidem Apostolos:
quosdam prophetas, &c. Act. 13. Segregate mihi Barnabā & Paulum in opus ad quod assumpsi eos, &c. Ec-
ce quis est finis, certē non pecunia nec gloria propria, sed aliquid magnū ad quod accipi, quia vt impleam
&c. Et primò ostendit dignitatem eius ad quod accepit: secūdò ostendit quod est illud, quod est Christus,
Item primò cōmendat magnitudinem eius ex diffusa prædicatione: & occultatione & manifestatione. Ac-
cipitur autē ad conuersionem Gentilium, Vnde vt impleā verbum non prædicationis, sed dispensationem
æternam dei. i. vt mea prædicatione impletū ostendam verbū dei. i. dei dispensationē, & præordinationem
& promissionem de verbo dei incarnando, vel dispensationē dei æternam qua disposuit vt Gētes per Chri-
stum conuerterentur ad fidē veri dei. Et hoc oportebat impleri. Num. 23. Dixit ergo & non faciet, locus
est, & non implebit. Esa. 55. Verbū quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum, sed faciet
quecumq; volui, & prosperabitur, &c. Sed hoc disposuit impleri per ministeriū Pauli, Vnde dicit, Vt impleā
hoc mysterium. s. in quātum est res abscondita: quia mysteriū quod est absconditum est hoc verbum. Esa.
24. Secretū meum mihi est, &c. Quod absconditū fuit à seculis. i. à principio seculorum, & omnibus gene-
rationibus hominum qui hoc scire non potuerunt. Ephe. 3. Quæ sit dispensatio sacramēti absconditi à se-

Ostenditur
Paulū esse mi-
nistriū euange-
lij, & eius fide-
litatē in mini-
sterio: & my-
sterij magnitudi-
nem: sicut sequit
absconditū
euangeliū, nūc
vero manifesta-
tū Gētibus
per Aposto-
los, maxime
per Pau. pro
euangelio vni-
uersalium.

culis in deo. Nam & philosophi antiqui quædam de Christi deitate videantur dixisse vel propria, vel appropriata: sicut Aug. inuenit in libris Platonis, In principio erat verbum, &c. tamen q̄ verbum caro factum est, nullus scire potuit. Sed dicit, Nonne fuit scitū per prophetas? Respondeo dicendū est quod sic tamen in quantum pertinebat ad euangeliū, vel non ita aperte sicut Apostoli sciuerunt. ¶ Deinde cum dicitur [Nunc autē, &c.] Agit de manifestatione eius: & primò ostēdit quibus manifestatum est, secūdo ostēdit quare manifestatū est eis, ibi [Quibus voluit.] Dicit ergo, Manifestatū est nunc. t. tēpore gratiæ. 2. Cor. 4. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hæc autē est scientia sanctorum. Sap. 10. Dedit illi scientiā sanctorum &c. Iob. 36. Annūtiat de ea amico suo, &c. Sed hoc nō propter eorū merita, sed propter beneplacitū suū. Vnde dicitur: quibus voluit deus, &c. Io. 15. Quæ audiui à patre meo nota feci vobis, &c. Et subdit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Mar. 11. Ita placitū fuit ante te [notas] facere diuitias glorię sacramēti huius. ¶ Quia per hoc q̄ ista fuerunt occulta deus apparere abūdanter gloriosus. Nam olim notus in Iudæa deus sed per hoc sacramentū conuersionis gentium gloria dei notificatur per totū mundum. Io. 17. Ego te clarificauit, &c. Et hoc in gentibus. ¶ Quod cōpletur in eis. Ro. 5. Gloriamur in spe glorię filiorū dei. Et Rom. 11. O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei. Hoc verbum est quod est Christus. i. quod per Christum adificatur. t. spem gloriæ quæ olim videbatur promissa solum Iudæis. Aēt. 10. Mirabantur q̄ & in nationes diffusa est gratia, &c. Ro. 5. Iustificati ex fide pacē habeamus, &c. Et post, & gloriamur in spe glorię filiorū dei, &c. Etia. 11. Radix Iesse qui stat in signum populorum, &c. Sic ergo ostenditur origo ministerij & finis. ¶ Sed subdit vsum eius, cum dicitur [Quæ nos, &c.] Et circa hoc tria facit, quia primò ostendit vsum eius, secundò fructum, ibi [Vt exhibeamus, &c.] tertio auxiliū sibi impensum ad consequendū vsum, ibi [In quo & laboro.] Vsum eius est nuntiare Christū, Et ponit vsum & modum vtendi. P. sal. Annuntiate inter gentes studia eius, &c. 1. Io. 1. Quod vidimus & audiuius, annuntiamus vobis, &c. Modus ponitur, ibi [Corripientes, &c.] Quod est perfecta annuntiatio, quia omni homini non solum Iudæis. Mar. vlt. Docete omnes gētes, &c. Modus etiam eius est docere veritatē, & refellere falsitatem. Et ideo dicitur [Corripientes omnē hominem.] infideles in vita. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ nō sunt carnalia, sed potentia dei ad destructionem munitio, cōsilia destruentes, &c. ¶ Et docentes in omni sapientiā. ¶ Quæ est cognitio dei. Sap. 15. Nōsse enim te cōsummata iustitia est, & scire iustitiā & veritatē tuam radix est immortalitatis, &c. Et 1. Cor. 2. Sapientia loquimur, &c. ¶ Fructus autē hīc est q̄ homines ducuntur ad perfectū, Vnde dicitur [Vt exhibeamus omnem hominem.] ¶ Cuiuscūq; cōditionis perfectū, non in lege, sed in Christo. Mar. 5. Estote perfecti, &c. Sed nunquid quilibet tenetur ad perfectionē? Non, sed intentio prædicatoris ad hoc debet esse. Est autē duplex perfectio charitatis. Vna de necessitate præcepti. v. in corde nihil admittat cōtrarium deo. Mar. 22. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, &c. Alia de vtilitate cōsiliij vt abstineat etiā à licitis, & hæc est perfectio supererogationis. Sed ad hoc habuit auxiliū à deo. Vnde dicitur [In quo laboro certando] cōtra infideles & peccatores. 2. Timo. 2. labora sicut bonus miles Christi, &c. Item eiusdem 4. bonum certamen certauit, &c. Et hoc secundū operationem eius. ¶ 1. Cor. 15. Gratia dei mecum, quā operetur in me, quia hoc facit deus in me in virtute miraculorum. ¶ præbendo virtutem. Luc. vlti. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto.

Caput 2.

Nolo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis & pro his qui sunt Laodicæ, & quicumque non videntur faciem meam in carne, vt consolentur corda ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij dei patris & Iesu Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.

¶ Suprà cōmendauit statū fidelium, qui est gratiæ & actorem. ¶ Christū: hīc protegit eos cōtra cōtrariāntia huic statui: & primò contra doctrinā cōtrāpentē, secundò contra peruersos mores. 3. cap. ibi [Igitur si cōtraxeritis.] Circa primū duo facit, quia primò ostēdit sollicitudinem de eorū statu: secundo tuetur eos contra malā doctrinā, ibi [Hoc autem dico.] Iterum prima pars diuiditur in tres particulās. Quia primò ponit sollicitudinem, secundò personas de quibus sollicitatur, ibi [Pro vobis.] tertio de quo sit sollicitus, ibi [Vt consolentur.] Dicit ergo, Volo enim vos scire qualē habeam sollicitudinē. ¶ magnam. Et hoc pertinet ad bonum prælatum. Ro. 12. Qui præest in sollicitudine. Luc. 2. Pastores erant in eadē regione vigilantes & custodientes vigilias noctis supra gregē suum. Et non solum pro se conuersis & sibi presentibus: sed etiā p̄ aliis. Vnde dicit, Pro vobis. ¶ quos non vidi corpore, sed mente, & non solum pro istis, sed etiam p̄ illis qui non viderunt, &c. Sollicitus quippe erat pro toto mūdo. Sap. 18. In veste poderis Aaron totus erat orbis terrarū, &c. Sic in mente Apostoli. 2. Cor. 11. Præter ea quæ extrinsecus sunt instantia mea, quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. &c. Sed de quibus magis sollicitatur. Respondeo, de non visis quantū ad aliq̄uid, quia nesciebat quid fieret circa eos: non autem simpliciter. ¶ Deinde cum dicitur [Vt consolentur.] ostēdit de quo sollicitus sit. ¶ de eorum consolatione. Et primò hoc ponit, secundò quomodo possit hoc haberi, ibi [Instructi.] Dicit ergo, Vt consolentur. i. per me habeant consolationē sp̄aliem, cuius consolationis factiuum est bonum. Est enim factiuū gaudij vt qui tristatur de aliquo, cōsolatur de alio æque bono. Duo autē sunt quæ cōsolantur nos. ¶ meditatio sapientiæ. Sap. 8. Erat allocutio cogitationis & tedij mei. Aliud est oratio. Iaco. 5. Tristatur quis in vobis, oret æquo animo & psallat. ¶ Consequenter cum dicitur [Instructi, &c.] ponit specialiter sapientiā instructionē. Duplex est hīc litera. ¶ quæ dicta est, & quæ habetur in glosa sic, Vt cōsolentur corda ipsorum instructorū, &c. ad cognoscendum, &c. Et est idem sensus, Instructio ergo sapientię cōsolatur contra mala tēporalia. Debet autem hīc esse instructus de via: & ideo dicit, In charitate, quæ est via ad deum. 1. Cor. 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demōstro, si linguis, &c. Instructi ergo in charitate qua deus nos diligit, & qua nos eum diligimus. Vtrunq; enim nos consolatur. ¶ & quia dominus diligit nos. Gala. 2. Viuo ego, &c. Et post, Qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me, &c. Eph. 2. Diues in misericordia, propter nimiam charitatē suam, qua dilexit nos, &c. Item qua nos deum diligimus nos cōsolamur, quia consolatio est amici si pro eo sustineat mala. Eccle. 22. Et si euenerint mihi mala, propter illum sustinebo. Et subdit [In omnes diuitias.] i. in omni capacitate. Intellectus enim noster est in potentia ad ali-

Sollicitudo Pat. ponitur, quæ habet de his qui est non videntur vt cōsolentur & doctur sp̄ali- bus, signanter cognitione Christi quæ est res angelica facta, in quo sunt omnes thesauri dei, & vnde ponitur trinitio contra malām doctrinām.

quid cognoscendum, sed intellectus angeli in sua creatione impletus est scientia intelligibiliū. Et ideo oportet q̄ nostro intellectui humano superueniat scientia, vel per disciplinam: sed hæc est insufficientis, quia nō quam aliquid tantum potest sciri, sic q̄ capacitatē eius implet: vel per reuelationē diuinā & donum dei. Et hæc est sufficientis. Eccle. 15. Impletur enim dominus spiritu sapientiæ & intellectus, &c. Et ideo dicitur [Plenitudinis intellectus.] i. in copiam. Sap. 8. Quid sapientia locupletius? Esa. 33. Diuitię salutis sapientia & scientia. Instructi ergo in copia diuinæ sapientiæ, quæ copia implet intellectum. Et hoc habebimus cognoscē quod deus sit pater Iesu Christi. Vel mysterij dei patris, quod est Christus. Ideo dicitur Mat. 11. de Apostolis, Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Vel in agnitione æternæ generationis & incarnationis Christi. Sap. 6. Cogitare ergo de illa sensus est consummatus. Augu. Beatus qui te nō vit, infelix qui te non nouit: cognitio dei habet homo omnē plenitudinem. Ioā. 16. Hæc est vita æterna deo sic, quia in eo sunt omnes thesauri, &c. Deus habet omnium rerum notitiā & hæc notitia cōparatur thesauro. Sap. 7. Infinitus enim est thesaurus hominibus, &c. Thesaurus est diuitia congregata, sed effusæ non dicuntur thesaurus, sed quæ in vno sunt. Deus enim sapientiā suam sparsit super omnia opera sua. Eccl. 1. Et secundum hoc non habet rationē thesauri, sed secundū quod huiusmodi rationes vniuntur in vno. ¶ In sapientia diuina: & omnes huiusmodi thesauri sunt in Christo. Sapientia enim est cognitio diuinarū: scientia verò est creaturarū cognitio. Quicquid autem de deo potest sciri pertinet ad sapientiam, totum deus abundatē in se cognoscit. Itē quicquid potest cognosci de creaturis, cognoscit in se supereminētē. Quicquid autē in sapientiā dei est, est in verbo suo vno: quia vno simplici actu intellectus cognoscit omnia, quia in eo non est scientia in potentia, nec in habitu. Et ideo in isto verbo sunt omnes thesauri, &c. Sed addit [Absconditi.] quia q̄ mihi aliquid absconditur contingit dupliciter. ¶ vel propter debilitatē intellectus mei, vel propter velamen oppositum, sicut quis non videt candelam, vel quia cæcus est, vel velata est. Ita in verbo dei sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, sed absconditi nobis qui non habemus limpidos oculos, sed lippos. Io. 12. Adhuc modicum lumen in vobis est: & quia est velatū duplici velamine. ¶ creaturæ, quia intellectus noster nunc ad illam cognitionē non potest nisi per similitudinem creaturarum. Ro. 1. Inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, &c. secundò est velatū in carne. Io. 1. Et verbum caro factum est. Et si aliquid videmus de deo, non tamen totum. Esa. 45. Verè tu es absconditus. Num. 20. Aperi ei thesaurum tuum. Ponamus q̄ aliquis habeat candelam velatā, non quereret aliunde lumen: sed potius mai me aliquid scire nisi Christū Iesum, &c. Et 1. Io. 3. Cū apparuerit. i. reuelabitur, similes ei erimus. ¶ Omnia scientes, sicut qui haberet librū vbi esset tota scientia, non quereret nisi vt sciret illū librū, sic & nos nō oportet amplius querere nisi Christum. ¶ Deinde cum dicitur [Hoc autē dico, &c.] instruit & monet eos contra doctrinam cōtrāpentem. Seducebantur autem à quibusdā philosophis cōtra fidem, & ab hæreticis qui docebant obseruantias legalitū. Ideo primò instruit eos contra philosophos, secundò contra iudaizantes ibi [In quo & circuncisi.] In scientia verò mudana duo continentur, quia est quædam scientia loquendi, & quædam scientia rerū, & ideo dupliciter possunt decipere. Ideo primò munit eos contra philosophos decipientes eos per scientiā loquendi: secundò contra decipientes eos per scientiam rerum, ibi [Videte ne quis.] Primò manifestat deceptionē, secundò assignat rationē, ibi [Nam si corpore.] Dicit ergo, Dico q̄ in Christo est omnis scientia. Et hoc dico, ne quarentes alibi scientiā decipiāmini. Et dicitur [Vt nemo.] i. nec Demosthenes, nec Tullius vos decipiat in sublimitate sermonis. Esa. 33. Populū impudentē non videbis, populū alti sermonis, &c. Sed nunquid est peccatum vti sermonibus sublimibus? Respondeo. Non, quia etiam sancti viri elegantias loquuntur q̄ etiam rethores mūdi, sicut Ambrosius, Hieronymus, & Leo papa. Nam si licet vti ad persuadendum in malo ornata locutione: multò magis in bono.

Lectio 2.

Nam est corpore absens sum, sed sp̄i vobiscū sum: gaudens, & videns ordinem vestrū & firmitatē eius qua in Christo est: fidei vestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrū, in ipso ambulate, radicati & superedificati in ipso, & confirmati in fide sicut & didicistis, abundatē in illo in gratiarū actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiā & inanem fallaciā: secundū traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso in habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & est in illo repletus, qui est caput omnis principatus & potestatis.

¶ Suprà monuit ne per aliquā fallaciā sermonis decedant à fide: hīc ponit rationem monitionis, quæ sumitur ex bonis quæ in istis erant: quæ non debeant perdere, sed proficere in eis. Et primò cōmemorat bonā habitā: secundò ostendit quomodo in eis proficiant, ibi [Sicut ergo.] Circa primū duo facit: quia primò ostendit qualiter sunt sibi nota bona eorū. Secūdo quæ bona in eis sunt, ibi [Gaudens.] Dicit ergo [Nam & si, &c.] q̄ d. Licet non predicauerim vobis nec vestra facta oculis videā, tamen spiritu vobis interius p̄ affectiōnem gaudens de bonis vestris. 1. Cor. 5. Absens quidā corpore, præsens verò spiritu. Prou. 10. Filius sapiens lætificat patrē, &c. Et hoc quia reuelabatur sibi per spiritum sanctū, & ideo dicitur [Sed spiritu vobiscū sum.] 4. Reg. 5. Nōne cor meum in presenti erat quando reuersus est homo de curru in occursum tui, &c. [Gaudens.] in quā, sum, quia videns sum ordinem. i. ordinatam vestrā conuersationem. 1. Corin. 14. Omnia honestē & secundū ordinem fiant in vobis. Iudic. 5. Stella manentes in ordine & cursu suo, &c. [Et firmitatem.] &c. ¶ 1. Tim. 2. Firmū fundamentum dei stat, &c. Et hoc in Christo. ¶ Eph. 3. Habitare Christum per fidē in cordibus vestris, &c. Ecclesia enim est spirituale ædificium. Eph. 2. In quo omnis ædificatio constructa crescit in replam sanctū in domino. Huius autem bonitas consistit in debito fundamento quod est fides, & in debita superedificatione. Et ideo hæc duo possit. ¶ Deinde cum dicitur [Sicut ergo, &c.] monet eos ad hæc seruanda. Et primò ad proficiendum: secundò ad persistendū: tertio ad gratias agendū. Dicit ergo [Sicut accepistis Christū dominū nostrum non peruertendo in ipso ambulate.] Ro. 12. Adhærentes bono. Ecclesia quandoq; cōparatur spiritali ædificio. 1. Cor. 3. Templum dei sanctum est quod estis

Ponitur hic ratio monitionis, ostendit quod Paulo sint nota bona Colos. & quæ sint illa, & vnde dem monuit Colos. ne decipiatur per philosophiam.

vos. Quandoq; arbori, quia fert fructum. Et eadem est cōparatio fundamēti ad domum, & radice ad arborē: quia vtriusq; firmitas est radix & fundamētū Christi. Esa. 11. Erit radix Iesse quæ stat in signū populorum. 1. Cor. 3. Fundamētum aliud nemo potest ponere præter id quod positū est, quod est Christus Iesus. Ideo dicit [Radicali,] sicut boni rami, & superædificati in ipso & cōfirmati. [I. sicut boni lapides, hoc est si perstiteritis [in fide. i. Petr. vlti. Aduersarius vester, &c. Et pōst, Cui resistite fortes in fide, &c. Et hoc] sicut didicistis. [In vera fide. Gala. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit, &c. [Abundantes in illo in gratiarū actione. i. gratias agentes abundanter. 1. Thef. vlti. In omnibus gratias agite. 2. Machab. 1. De magnis periculis a deo liberati magnificè gratias agimus ipsi, &c. ¶ Deinde cum dicit [Videte.] monet ne decipiantur per vanam sapientiā. Et primò ponit monitionem, secūdò rationem, ibi [In ipso.] Circa primū, primò docet vitare quod potest decipere: secūdò ostendit quare illud decipiat, ibi [Secundum traditiones.] Sed q; aliquis decipiat per sapientiā secularem, dupliciter cōtingit. s. quandoq; per principia realia philosophia, quandoq; per philosophicas rationes. Et vtrasq; docet cauere. Vn quandoq; per principia realia philosophia, quandoq; per philosophicas rationes. Esa. 47. Sapientia tua & scientia hæc decepit te. Multi enim sunt propter philosophiā decepti à fide declinantes. Hier. 10. Stultus est factus omnis homo à scientia sua. Quantū ad secundum dicit [Et inanem fallaciam.] que non fundatur nisi super apparētī inuoluntione verborum. Ephe. 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. Sed quomodo seducēs? Qui seducit, oportet habere aliquid apprens, & aliquid nō existens. Ideo primò ponit principii apparētī: Secūdò defectum existentia. Principiū apparētī est duplex. i. auctoritas philosophorum, & quantū ad hoc dicit [Secundū traditionem hominum.] i. secundū ea quæ aliqui tradiderunt propria ratione. P. sal. Dominus scit cogitationes hominū quoniam vana sunt. Aliud est adinuentio rationis: quando. s. aliquis vult metiri ea quæ sunt fidei secundum principia rerum, & non secundum sapientiā diuinam. Ex hoc enim multi decipiuntur. Et ideo dicit, Secundū elementa mundi, &c. Sap. 13. Neq; operibus attendentes cognouerit quis esse artifex &c. Quantò enim causa est altior, tantò habet superiorē effectum. Vnde qui voluerit considerare effectus superiores secundum causas inferiores decipitur, vt si quis consideret motū aquæ secūdum virtutē aquæ, non potest scire causam reflexus maris, sed sic si considerat eum secundū virtutem lunæ. Vnde multò magis decipitur qui considerat proprios dei effectus secūdū elementa mundi. Et hæc est causa apparētī. Sed nunquid sunt semper respiciendæ traditiones hominū & rationes? Respondeo: Non, sed tunc quando pcedit physica ratio secundū illas & non secundū Christum. Infrā eodem, Non tenentes caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministrat & constructum crescit in augmentū dei. Vel potest exponi secundū elementa mundi mensuratio. s. veritatem secundū veritatem creaturarū. Vel hoc dicit propter idolatras colentes idola: & dicentes, Iouem calū. Vel secundum Iudæos vt sit sensus: Per philosophiā. i. per rationem volentiū trahere ad legalia secundum elementa mundi. i. secundū obseruationes corporales. Gala. 4. Sub elementis mundi eramus seruientes. Sed prima expositio est melior. ¶ Deinde cum dicit [Quia in ipso, &c.] ponit rationē prædictorum, dicens, Quicquid non est secundū Christum respiciendū est. Sed nunquid est Christus tantus vt pro eo omnia respici debeant? Et responderet q; ita: quod ostendit tripliciter. Primò per cōparationem ad diuinitatem: secundò per cōparationem ad fideles, ibi [Et estis.] tertio per cōparationem ad angelos, ibi [Qui est caput.] Dicit ergo, Ideo respiciendū est quod est cōtra eum, quia ipse est deus. Vnde plus est ei standū, q̄ omnibus [quia in ipso habitat, &c.] Deus em̄ est in omnibus, sed in quibus iam participatiōe similitudinis sūe bonitatis, vt i lapide & aliis huiusmodi. Et talia nō sunt deus, sed habet i se aliquid dei, nō eius substantiā, sed similitudinē eius bonitatis. Et ideo nō habitat i eis plenitudine diuinitatis, quia nō est ibi secundū substantiā. Itē est in mentibus sanctis per operationē quæ per amorē & cognitionē attingunt deū. Et ideo deus est in eis secundū gratiā, sed nō corporaliter, sed secundū effectū gratiæ: nec est plenitudo, sed secundū aliquos effectus terminatos. Sed in Christo est corporaliter, quod exponitur tripliciter. Corp⁹ em̄ diuiditur contra vmbra, infrā eodē, Quæ sunt vmbra futurorū, &c. Et sic deū contingit dupliciter inhabitare, vel secundum vmbra, vel corporaliter. i. realiter. Primò modo inhabitabat in veteri lege, sed in Christo inhabitabat corporaliter. i. realiter & secundū veritatem. Secundò modo exponitur quia alij sancti inhabitantur solum secundū animum, non secundum corpus. Ro. 7. Scio q; non habitat in me. i. in carne mea bonum, sed in Christo diuinitas inhabitat corporaliter: quia inhabitatio dei qua sanctos inhabitat est per operationē. i. per amorem & cognitionem quod est opus solius mentis rationalis, sed in Christo inhabitat per assumptionē hominis in vnitatem personæ. Vnde quicquid pertinet ad hominem, totum inhabitatur à deo: & ideo caro & mens inhabitatur, quia ambo sunt vnita verbo. Io. 1. Et verbū caro factū est. Sed tertio modo est sensus. Tribus enim modis est deus in rebus. Vnus est cōmunis per potentiam, præsentiam, & essentiam. Alius per gratiā in sanctis. Tertius modus est singularis in Christo per vnionē. Corpus autē tres dimensiones habet. Et plenitudo diuinitatis, his modis in Christo superabundat, ideo corporaliter dicitur in eo esse. Et primus quidē modus est quasi longitudo, quia se extendit ad omnia. Item latus est per charitatem. Item quantū ad profundum incōprehensibilis. Sed ex hoc Nestorius errat, dicens vnionem factam per inhabitatiōem, tantum dicens verbum inhabitasse carnē. Sed contra hoc est quod Apostolus dicit Philip. 2. Exinanituit semetipsum, &c. Habitare autē hominem nō est exinanire, sed hominē fieri, & subdit, in similitudinē hominum factus, & ideo habitabilis dicitur Christus, nō quasi alius sit qui habitat & qui inhabitatur, sed ipse est & homo & deus in quo habitat plenitudo diuinitatis. ¶ Deinde cum dicit [Et estis in illo, &c.] Ostendit idem per cōparationem ad alios. Quasi dicat, omnia accepistis. Io. 1. De plenitudine eius, &c. Sciendū est autem q; Platonici dicūt q; diuina dona perueniunt ad homines mediātibz substantiis separatis. Et hoc est verum etiam secundum Dionys. sed hoc est quoddā speciale, quia ab eo immediatē qui replet angelos. Io. 1. Vnigenitus dei filius qui est in sinu patris ipse enarrat, &c. Hab. 2. Cū incipiū accepisset enarrari per dominū ab his qui audierunt, &c. Et ideo dicit [Qui est caput omnis principatus & potestatis.] in quantum est rex eorum & dominus: nō per conformitatē naturæ, quia sic caput est hominū. Et tangit illos ordines qui videntur habere quandam præminentiam. Lectio 3.

In quo & circumcisi estis circumcissione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circumcissione Christi conspulti. Ostenduntur et in baptismo: in quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum à mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis & praputio carnis vestra, conuiuificauit cum illo. donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruce, & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in seipso. ¶ Suprà muniuit fideles contra deceptiones secularis sapiētia: hinc instruit & munit eos cōtra hæreticos volentes eos ad legalia trahere: quos primò docet vitare: secūdò excludit eorū fallam seductionē, ibi [Nemo &c.] Iterū prima in duas, quia primò ostendit legalia esse impleta in Christo, secūdò ea excludit ostēdens q; non tenentur ad ipsa, ibi [Nemo vos.] Inter legalia autē primū est circumcisio, in qua Iudæi profitebantur obseruantia veteris legis: sicut nos in baptismo profitemur obseruatiam nouæ legis. Gala. 5. Testificor omni circumcidenti se, quoniā debitor est vniuersæ legis faciendæ. Vnde dicit q; fideles sunt circumcisi quodam spiritali circumcissione. Ex quo sequitur q; illa cessat. Vnde primò ostēdit quali circumcissione sunt circumcisi, secundò in quo accipitur hæc circumcisio, ibi [Consepulti.] Tertio assignat rationē huius circumcissionis, ibi [Et vos cum mortui.] Circa primū sciendū est q; duplex est circumcisio. s. carnalis & spiritalis. Per Christum verò sumus circumcisi, non circumcissione carnali, sed spiritali. Et ideo primò excludit carnalem: secundò astruit spiritualem. Dicit ergo, In quo. s. Christo circumcisi estis circumcissione nō manufacta. Ro. 2. Non enim qui in manifesto Iudæus est: neq; quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu nō litera, &c. [In expoliatione corporis carnis.] Hoc dupliciter potest legi. Vno modo sic, Dico circumcisi, non manufacta circumcissione vos dico manētes in expoliatione, &c. i. carnalis corruptionis secundū illud 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum dei non possidebūt, &c. quasi dicat, Ideo circumcisi, quia non habetis iam vitia carnis: infrā 3. Expoliantes vos veterē hominem cū suis actibz, &c. Vel dico circumcissione nō manufacta, quæ circumcisio manufacta cōsistit in expoliatione corporis carnis quæ absconditur ab alia. Vnde alia litera habet. Cutis carnis. s. corporis carnis. i. partícula corporis quæ est caro, non q; aliud sit corpus & aliud caro. Et dicit carnis alludens legi, vbi mentio de carne. Gen. 17. Circumcidetis carnē præputij vestri, &c. Et hoc vt ostenderet q; est quædam carnalis obseruantia. Sed nos non tali sumus circumcisi, sed circumcissione Christi. Sicut enim Christus assumpsit similitudinē carnis peccati. i. carnē passibilem, vt à peccato liberaret, ita & remedia legis vt à legis obseruatia liberaret. Vel quam Christus facit in nobis quæ est spiritalis circumcisio, vt dicitur Ro. 2. Non litera, sed spiritu. Secundò ostendit q; ad eum sumus eam in baptismo, & sic baptismus est spiritalis circumcisio. Et primò ostēdit q; in baptismo exhibetur figura mortis Christi. Secūdò q; in eo accipitur conformitas ad resurrectionē Christi, ibi [In quo & resurrexistis.] Dicit ergo [Cōsepulti, &c.] Quia in eo exprimitur similitudo mortis Christi, vt sicut Christus ponitur primò in cruce, & postea in sepulchro: ita qui baptizatur, ponitur sub aqua, & ter, sicut stetit Christus triduo in sepulchro. Consepulti etiā. i. baptizati ad similitudinē mortis Christi, vt sicut in ea destruxit peccatum, ita & in baptismo. Et sicut resurrexit de sepulchro: ita & nos à peccatis in re, & à corruptione carnis in spe. Et hoc [per fidē operationis dei.] quia virtute dei resuscitatus est. P. sal. Resuscita me, &c. Et credens hæc resurrectionem fit particeps huius resurrectionis. Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Sed & Christi resuscitauit se. Eadem est enim operatio patris & filij. P. sal. Exurgam diluculo, &c. ¶ Deinde cum dicit [Et vos cum, &c.] Ostendit rationē similitudinis: & primò ostendit similitudinē: secūdò modum dictorū, ibi [Delens, &c.] Litera non est difficilis. Dixi vos circumcisos, quia conspulti estis Christo in baptismo. Et cōparauit baptismum sepultura & morti. Sed potest dici q; ad propositum magis esset si dicitur q; primò ostenditur q; baptismus sit circumcisio. secundò ostendit rationē quare: quia. s. peccatum est superfluitas, & caro præputij est superfluitas. Idē ergo est deponi peccatū, & præputiū. Sed in baptismo deponitur pōtū, ergo est idem q; circumcisio. ¶ Et ideo dicit [Cum essetis mortui in delictis.] i. propter delicta vestra. P. sal. Mors peccatorum pessima [Et præputio carnis vestra.] i. carnalis concupiscentia quod pertinet ad originale, quasi astricti reatu malorum actū & peccati mortalis, hoc faciens Christus conuiuificauit, &c. Ephe. 2. Cū essetis mortui delictis & peccatis vestris, &c. Et hoc remouens à vobis omne peccatum, condonans & remittens vobis omnia delicta. Idem est igitur circumcisi & conuiuificari, & hoc in baptismo per remedium mortis peccati, & cū circumcidimur per remotionē peccati originalis. Sed quomodo condonauit? Respondeo, Dicēdū est q; homo peccando duo incurrit. s. reatum culpæ, & seruitutē diaboli. Et ideo dicit quomodo sunt peccata condonata. Primò quantū ad remotionem seruitutis diabolicæ: secundò ponit ablationem reatus culpæ, ibi [Expoliās, &c.] Dicit ergo, Delēs, &c. Quod decretū dupliciter potest intelligi. Vno modo lex vetus. Eph. 2. Legem mandatorum decretis euacuans, &c. Et sic loquitur hic ad Iudæos, q. d. Et vos conuiuificauit. Chirographum est scriptura manualis, & proprie fit pro cautione contractuum. Quicunq; frāgit decretū dei, efficitur reus culpæ. Et hic reatus consistit & in memoria hominis inde perturbata & maculata, & in memoria dei, & demōnū qui cruciaturū sunt. Hoc ergo remanens in memoria, vocatur chirographū: Christus ergo est qui cōdonauit omnia, & hoc delens chirographum. i. memoriā transgressiōis, quod chirographū vel decretum erat aduersus nos, quia vtrunq; erat contra nos. Lex quidē, quia faciebat cognitionem peccati, & non iuuabat. Chirographum autē, quia memoria transgressiōis ad puniendum erat. Et dicit decreti, quia non remittit sic vt faciās q; nō peccaueris, sed quia nō est in memoria dei ad puniendum, nec in demōnis memoria ad accusandum, nec in te ad contristandum. P. sal. Beati quorū rem. &c. & quorū reata sunt peccata, &c. Vel cōmuniter loquitur nō solum ad Iudæos, sed ad omnes. Vnum decretum factū est primo homini. Gene. 2. Ex omni ligno paradisi comēde, de ligno autē scientiæ boni & mali ne comedas. In quacūq; die comederis, morte morieris. Sed huiusmodi decretū est homo transgressus, & propter hoc in memoria dicitur chirographum contrarium nobis, quod Christus deleuit. Et quomodo? In cruce, quando tulit ipsum de medio, &c. Conseruato enim erat q; soluens omnia ad quæ quis tenebatur, scindebatur chirographū. Homo autem erat in peccato, sed Christus soluit pro nobis patiendo. P. sal. Quæ non rapui, tunc exolubā. Et

da vitā iustitiae. Ro. 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostram, q. d. Si Christo resurgente & vos resurrexistis. 2. Cor. 4. Qui suscitavit dominū Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. ¶ Deinde cum dicitur [Quae sursum, &c.] Concludit documentū debitum fini. Et primò per cōparationem ad finem, & ut finē principaliter aliquis intēdat. secundò ut secundū finē de aliis indicet. Dicit ergo [Si con- surrexistis cum Christo quae sursum sunt quaerite.] Mat. 6. Primū quaerite regnum dei & iustitiam eius, &c. Hic enim est finis. Psal. Vnā petiī à domino, &c. Et ideo hoc quaerite [vbi Christus sedet in dextera.] Mar. vtri. Dominus quidē Iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in caelū, & sedet à dextris dei. Psal. Sede à dex- tris meis. Et intelligenda est dextra non pars aliqua corporalis, sed similitudinaria. Dextra enim est potior pars hominis. Christus ergo sedet ad dextrā, quia secundum q̄ homo, in potioribus bonis patris est, sed se- cūdm q̄ deus, in aequalitate eius est. Et sic sit ordo in vobis, vt quia Christus est mortuus, & surrexit: & sic est assumptus à dextris dei, ita & vos moriamini peccato, vt postea viuatis vita iustitiae, & sic assumamini ad gloriam. Vel nos resurreximus per Christū, ipse autē ibi sedet: ergo desiderū nostrū debet esse ad ipsum. Mat. 24. Vbi fuerit corpus, ibi cōgregabūtur & aquila, &c. Mat. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū, Item debemus iudicare de aliis secundū ipsum. Et ideo dicitur [Quae sursum sunt sapite, &c.] Astringit vnū, & aliud negat. Sapit autē quae sursum sunt, qui secundum supernas rationes ordinat vitā suā, & de omnibus iudicat secundū eam. Iac. 3. Hae est sapientia de sursum descēdens. Sapit autē quae sunt super terrā, qui secundum terrena bona omnia ordinat & iudicat. iudicans ea summa bona. Phil. 3. Et gloria in confusione eorū qui terrena sapiunt. ¶ Deinde cū dicitur [Mortui enim, &c.] Ponitur ratio monitionis. Et primò cōmemorat quandā mortem, secundò innuit occultationē cuiusdā vitae, ibi [Et vita.] Tertio docet huius vitae manifesta- tionē, ibi [Cum autē Christus.] Prius enim vnū prohibuit & aliud astringit: & nūc ad hae duo redit. primò sic: Non sapite quae sunt terrena, quia mortui estis terrenae cōuersationi. Mortuus enim huic vitae nō sapit ea quae sunt huius mūdi: ita & vos si mortui estis cū Christo ab elemētis huius mūdi. Ro. 6. Existimate vos mortuos esse quidē peccato, viuentes autē deo. Esa. 26. Morientes nō viuunt, gigantes nō resurgūt, &c. Cū autē dixit, Existimate, &c. Subdit, Viuentes. Et ideo alia vita est occulta. vnde etiā hīc dicit, Et vita vestra, &c. Et hae vitā acquirimus nobis per Christū. 1. Petr. 3. Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus, &c. Quia verò hae vita est per Christū, Christus autē est occultus à nobis, quia est in gloria dei pa- tris. Et similiter vita quae per eū nobis data est in oculo, vbi. f. Christus est in gloria dei patris. Prou. 3. Lon- gitudō dierū in dextra eius, & in sinistra eius diuitiae & gloria. Psal. Quā magna multitudo dulcedinis tuae, quā abscondisti timentibus te, &c. Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditū, &c. Ideo cū dicitur [Cum au- rem Christus, &c.] ostendit quomodo manifestatur. sicut & Christus quia dicitur in Psal. Deus manifestē venit. Et ideo dicitur [Cum autem apparuerit Christus vita vestra.] quia ipse est actor vitae vestrae, & quia in amore eius & cognitione cōsistit vita vestra. Gala. 2. Viuo ego iam nō ego, viuit verò in me Christus [Tūc vos apparebitis.] 1. Io. 3. Cū apparuerit similes ei erimus. In gloria. Abac. 3. Ab austro veniet & sanctus de monte Pharam, &c. ¶ Deinde cū dicitur [Mortificate ergo.] Ordinatur humanā actionem. Primò per cohi- bitionem peccatorū. Secundò per instructionem bonorū morum, ibi [Induite vos.] Circa primū duo facit, quia primò praeiungit monitionē: secundò eius rationē exponit, ibi [Expoliantes vos.] Iterū prima in duas, quia primò prohibet vitia carnalia: secundò rationē assignat, ibi [Propter quae.] Circa primū duo facit, quia primo ponit generalem prohibitionē: secundò explicat in speciali, ibi [Quae sunt.] Dicit ergo, Non debetis sapere quae sunt super terrā, sed mortificate quicquid terrenū & specialiter mēbra quae sunt, &c. Quod po- test exponi similitudinariē: quia cōuersatio nostra est cōtinens multos actus, sicut corpus multa mēbra, & in cōuersatione bona, prudētia est sicut oculus dirigens: fornicatio autē sicut pes portans. In mala verò, astu- tia sicut oculus, pertinacia verò sicut pes. Hae ergo mēbra sunt mortificanda. Vel aliter de mēbris corporis carnalibus dixit, Mortui estis, &c. i. terrenae cōuersationi. Quomodo? Et respōdens dicit, Mortificate, &c. Intantū ergo morimur culpa, inquantū viuificamur per gratiam. Vita enim gratiae reparat nos quantū ad mentē, nō totaliter quantū ad corpus propter fomitem. Ro. 7. Ego ipse mente seruo legi dei, carne autē legi peccati. Et paulò antē, Video aliā legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meae, &c. Qui ergo mor- tui estis quantū ad mentem, mortificate concupiscentiā in mēbris quae sunt super terram, inquantū sunt su- per terrā, & terrena corpora. 1. Cor. 6. Castigo corpus meum & in seruitutē redigo, &c. i. nō permittendo ei se pertrahi ad carnalia. Et ideo ponit peccata in speciali. Et primò purē carnalia. Secundò media, ibi [Et auaritiā.] Inter carnalia maximē cōcupiscentia inclinat ad luxuriā, vbi est actus turpis. Et hoc vel secundum naturam animalis: nō dicam rationis, quia omne peccatum est contrariū rationi. Et ideo dicit, Fornicatio- nem. Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione, &c. vel contra naturam, & sic dicitur [Immunditiam.] Item delectatio est immunda, vnde dicitur [libidinem.] Item concupiscentia est praua, vnde dicitur [Concupiscen- tiam malam.] Secundò ponit peccata media. Et primò auaritiā, cuius obiectum est corporale. s. pecunia: & cōpletur in delectatione spiritali. i. dominio taliū. Et ideo cōmunicat cum carnalibus peccatis. Et subdit [quae est idolorum seruitus.] Ephe. 5. Aut auarus, quod est idolorū seruitus. Sed nunquid auaritia ex suo ge- nere est species idolatriae, & auarus peccat tanquā idolatra? Respōdeo dicendum est, Non secundū speciem sed secundum similitudinem: quia auarus ponit vitam suam in pecunia. Idolatra est quādo quis exhibet ali- cui imaginī honorem debitum deo. Auarus autē honorem debitum deo, exhibet pecunia: quia tota sua vi- ta circa hoc est. Quia verò auarus nō intendit circa pecuniā se habere vt ad deum, sicut idolatra, ideo est minus peccatū. ¶ Deinde cū dicitur [Propter quae venit ira dei.] Ostendit rationē quare vitanda sunt hae pec- cata: & est duplex. Vna quae mouet omnes, & alia quae specialiter istos. Prima est vindicta dei, quia propter carnalia venit ira. i. vindicta dei [In filios diffidentiae.] id est, peccatores qui diffidunt de deo, quia luxuriā est filia desperationis: quia multi ex desperatione spiritalium dant se totaliter carnalibus. Vel diffidētia, quia quantum est de se, nō est confidendum vt corrigantur, & ideo venit ira dei, sicut in Gen. 6. & 7. in di- luitio: & 18. & 19. de Sodomitis. Alia ratio est, quia illi aliquando fuerunt tales. Vnde dicitur [In quibus & vos ambulastis aliquando,] scilicet de malo in peius. Et ponit hanc rationē propter duo, scilicet, & propter id

quod Petrus dicit. 1. Pet. 4. Sufficit praeteritū tempus ad volūtatem gentiū cōsummandam, qui ambulau- runt in luxuriis, &c. & quia experti estis quōd in eis nō est vtilitas, sed confusio. Ro. 6. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis.

Lectio 2.

Nunc autem deponite vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nō sit mentiri inuicem: expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum cum qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit illum, vbi non est masculus & femina, Gentilis & Iudaeus, circumcisio & preputium, barbarus & scytha, seruus & liber, sed omnia, & in omnibus Christus.

Continuatur monitio & ad vitia spiri- tualia vitanda applicatur de ponendū vete- rē hominem, & nouum in- duendum, do- cendo in quo omnes sunt aequales.

¶ Supra Apostolus monuit fideles cōtra vitia carnalia: hīc monet eos cōtra vitia spiritualia. Et primò ponit vniuersalem admonitionem. Secundò per partes distinguit. Dicit ergo aliquādo ambulastis in illis, sed nunc deponite omnia [nō solū carnalia, sed omnia. 1. Pe. 2. Deponētes omnē malitiā & omnē dolū, & simulatio- nes, & inuidias, & detractiones, &c. Distinguit autē vitia spiritualia in duo. Primò in peccatū cordis. Secun- dō oris, ibi [Blasphemiā, &c.] Et primò ponit [ira] Ira enim viri iustitiae dei nō operatur, & hae est deponē- da. Secundò [indignationē] quae oritur ex ira. quae est quādo quis reputat aliquē indignū eorū quae habet vel vt cōparetur alii. Esa. 27. Indignatio nō est mihi [Malitiā] quae cōsequitur ad hae duo. f. quando quis moli- tur malū proximo inferre. Iac. 1. Abiiciētes omnē immunditiam & abundantiam malitiā in māuetudine, &c.

¶ Deinde ponit peccata pertinētia ad peccatū oris. Et sunt tria genera peccatorum oris. Per hoc enim pecca- tum designatur inordinatio mentis. Et primò in cōparatione ad deū, & hae est blasphemiam. Leui. 24. Educ blasphemū extra castra, & ponat omnes qui audierūt manus suas sup caput eius, & lapidet eū populus vni- uersus. Et sic quacūque blasphemiam est peccatū mortale. Sed quid si sit subito? Respon. dicendū est q̄ si sit subito ita q̄ nō percipit se blasphemare, nō peccat mortaliter. Sed credo q̄ quātuncūq; subito, si tamē per- cipit q̄ dicit verba blasphemiam, peccat mortaliter. Secundò designatur inordinatio circa cōcupiscentiā, di- cēs, Turpē sermonē de ore vestro. Ephe. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nō procedat, &c. Tertio in- ordinationē contra proximū, & hoc est mendaciū. Prou. 19. Qui loquitur mendaciū nō effugiet. ¶ Deinde cū dicitur [Expoliantes, &c.] Ostendit rationē quare sunt vitanda praedicta vitia, quia. f. deposita veritate debet indui nouitas. Mat. 9. Nemo mittit cōmissurā panni rudis in vestimentū vetus, &c. Et primò ponit depōsi- tionē veritatis. Secundò assumptionem nouitatis, ibi [Et induētes.] Dicit ergo, Deponite, hoc expoliantes, &c. Nā hoc inueteratur per peccatū. Heb. 8. Quod autē antiquatur & senescit prope interitū est. Hae ven- tustas propinquat corruptioni, quia peccatū est via ad corruptionē. Itē per peccatū perditur virtus & decor spiritalis, quae quidē ventustas est introducta per peccatū primi parentis. Ro. 5. Sicut enim per vnū hominē peccatū in hūc mundū intrauit, & per peccatū mors, ita & in omnes homines pertrāsit in quo omnes pec- cauerūt [Tūc ergo veterē hominē.] i. ventustatē peccati. Ro. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est vt de- struat corpus peccati, vt vltra nō seruiamus peccato, &c. [Exuite cū actibus suis.] Ephe. 4. Deponite vos secundū pristinā cōuersationē veterē hominē qui corrūpitur secundū desideria erroris, &c. Nouus homo est animus interior renouatus: quia homo ante gratiā, habet mētē interiorē peccato subiectā, & quādo re- paratur per gratiā, habet nouitatem. Psal. Renouabitur vt aquila iuuetus tua. Gal. vlt. In Christo Iesu neq; cir- cūcisio neque preputiū aliquid valet, sed noua creatura. Noua creatura est gratia innouās, sed adhuc vetus- tas remanet in carne. Sed si sequaris iudiciū noui hominis, tūc induis nouū hominē: si verò cōcupiscentiā secū- dum desideria carnis, induis vetustatē. Ephe. 4. Induite nouū hominē, qui secundū deū creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. ¶ Deinde cū dicitur [Et induētes, &c.] Describit nouū hominē. Et primò ostendit reno- uationis modū. Secundò vbi renouetur. Tertio secundū quid renouatur. ¶ Ostendit ergo quōd interior homo vetus per ignorantiam dei, renouatur per fidē & agnitionē dei. 2. Cor. 3. In eādē imaginē trāsformamur, à cla- ritate in claritātē tanquā à domini spiritu. Sed vbi est hae renouatio? Ibi. f. vbi est imago dei, quae nō est in po- tētiis sensitiuē partis, sed in mēte, vnde dicit secundū imaginē. i. ipsa dei imago quae est in nobis renouata & hoc secundū imaginē eius. f. dei qui creauit eū. Dicitur autē nouus creatus, quia anima rationalis nō est ex- trahere, sed à deo creata. ¶ Deinde cū dicitur [Vbi nō est, &c.] Ostendit hae inuouationē esse omnibus cōmunē, alias nō pertinere ad hominē inquantū homo. Et hoc quia facta est secundū aliquid quod conuenit omni- bus. Quintuplex autē hīc cadit distinctio inter homines. Vna secundū sexū corporeū, & hae excludit, dicēs, Vbi nō est masculus & femina: quia nō differūt mēte, sed secundū sexū corporeū. Secunda per nationes, & hae excludit, ibi [Gentilis & Iudaeus.] Isti enim ex fidelibus, illi ex infidelibus, & tñ vtrique mēte rationales. Ro. 3. An Iudaeus deus tantū? Nōne & Gētū? Tertia secundū ritū certū & propriū, quia quidā legis pro- fessionē, & quidā ritū eundē nō habebant. Ro. 10. Idē dominus omnū, &c. Alia secundū linguā, ibi [Bar- barus & scytha.] Scytha est versus septētrionem: barbarietas autē extraneitātē dicit. Vnde barbari quasi ex- tranei. Et simpliciter est barbarus est ab homine inquantū homo, & hoc est inquantū ratio- nalis. Et ideo illi barbari sunt qui nō regūtur ratione & legibus, & ideo barbari naturaliter sunt serui, & in Christo nō differunt, quia & si ius civile nō habent, tamen legē habent Christi. Alia secundū conditiones, quia quidā serui, quidā liberi: in Christo autē sunt omnes similes. Iob 3. Paruus & magn⁹, ibi sunt, &c. Ergo nō sunt hae differētia in Christo [sed est omnia in omnibus Christus.] Nō enim est circūcisio nisi per Chri- stum & libertas per Christum: si nō es liber, libertas tua est Christus. Si non es circūcisus, circūcisio tua est Christus, & sic de aliis [Et in omnibus.] quia omnibus beneficia sua dat.

Lectio 3.

Induite vos ergo sicut electi dei, sancti, & dilecti, misericordiam, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & dominus donauit vobis in qua & vocati estis in vno corpore, & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes & commentes vobismetipsos in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris deo. Omne quodcūq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agentes deo et patri per ipsum.

Inducuntur fideles ad ad- vintū mora- lū & theolo- galū ad ver- bū Christi in- seipsi habē- dū & aliis docēdum: & q̄ in omnibus gratias agūt & ad dū glo- riā faciūt.

¶ Supra Apostolus induxit fideles ad vitādū mala: hīc inducit eos ad operādū bona: & primò ad opera particu- larium virtutū. Secundò ad opera virtutum principalū perficiērium animas, ibi [Sup omnia.] Et primò

cōmemorat eorum conditionem. Secundō subdit virtutum cōnumerationem, ibi [Viscera misericordiae.] Dicit ergo, Si induistis nouū hominem, debetis induere noui hominis partes. s. virtutes. Ro. 13, Abiciamus ergo opera tenebrarū, & induamur arma lucis: quibus idemur, quādo quicquid exterius apparet, est virtutibus ornātū. Sed quibus virtutibus? Aliter induit milites, aliter facerdoes. Ergo induite vobis cōueniētia vestimēta [Sicut electi dei facti.] Et quod dicit electi, p̄inet ad remotionem à malo: qđ dicit facti, ad donū gratiæ. 1. Cor. 6, Abluti estis, sed sanctificari estis. Leuit. 11. & 19, Sācti estote, quia ego sanctus sum dominus deus vester. Quod dicit [Dilecti] pertinet ad pr̄parationē futuræ gloriæ. Io. 13, In finē dilexit eos. s. vitæ æternæ. Et describit hīc vestimenta quæ protegūt nos in aduersis, & prosperis. 2. Cor. 6, Per arma militiæ à dextris & à sinistris. Et primò quæ habēda in prosperis. Secūdo quæ in aduersis, ibi [Patientiā.] In prosperis aliquid debemus, & primò proximò misericordiā. Et ideo dicit [Viscera misericordiae.] Lu. 1, per viscera miſericordiæ dei nostri, &c. Phil. 2, Si qua viscera miserationis, &c. i. misericordiā ex affectu procedētem. Ad oēs verò consequenter est habēda benignitas quæ est quasi bona igneitas. Ignis enim liquefacit & effluere facit humida. Si in te est bonus ignis, liquefacit: quicquid humiditatis habes & dissoluet. Hęc facit spiritus sanctus. Sap. 1, Benignus est spiritus sapiētiæ. Eph. 4, Estote itē inuicē benigni misericordes, &c. In corde debes humilitatē. Eccl. 3, Quātō magnus es humiliā te in omnibus, &c. In exterioribus debes modestiā, quę ponit modū ne in prosperis excedas. Phi. 3, Gaudete ī dño semper, iterū dico gaudete, modestiā vestra nota sūt omnibus hominibus. In aduersis tria sunt arma habēda. s. paciētia quæ facit qđ animus p̄pter aduersā nō amoueat ab amore dei & rectitudine iustitiæ. Luc. 21, In paciētia vestra possidebitis animas vestras. Sed quia qñq; cōtingit qđ aliquis à iustitiā nō declinat quātum est de se, tamē aliorū mores sunt ei importabiles, ideo dicit [Supportatē inuicē.] 2. Pet. 2, Habitās apud eos qui de die in diē iustā animā iniquis operibus cruciabāt. Ro. 15, Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorū sustinere. Tertio cōdonationē, ibi [Et donātes, &c.] i. parcētes. 2. Cor. 2, Nā & ego quod donauī, si quid donauī propter vos in persona Christi. Cōdonat autē quis iniuriā quādo nō habet rācorē ad eū, nec malū cōtra ipsū procurat. Sed quādo necessitas p̄niēdi est, tūc p̄niēdi est. Et addit rationem [sicut & dñs donauit vobis.] Eccl. 2, Homo hōi seruat irā, & à deo quarit medelā, &c. Mar. 18, Omne debitū dimisi tibi, &c. Et post, Nōne ergo oportuit & te misericordē serui tui sicut, &c. Deinde cū dicit [Super oīa, &c.] Inducit ad principales virtutes perficiētes alias. Et principalior est charitas inter virtutes, sapiētiā verò inter dona. Charitas quidē informat oēs virtutes, sapiētiā verò dirigit, primò igitur inducit ad primū. Secūdo ad secundū [Verbū Christi.] Primò inducit ad charitatē habēdā. Secūdo ad charitatis effectus, ibi [Et pax.] Dicit ergo, Super oīa induatis charitatē quæ omnibus prædictis maior est, vt dicitur 1. Cor. 13, Super oīa. i. magis qđ omnia, quia est finis omniū virtutū. 1. Tim. 1, P̄niis autē præcepti est charitas, &c. Vel super omnia debemus habere charitatem, quia est super omnia alia. Cor. 11, Adhuc excellētiore viā vobis demōstro, &c. Et hoc quia sine ipsa nihil valēt alia. Et hęc charitas figuratur per tunicā incōsutilē. Io. 19, Et ratio huius quare est habēda, subditur. s. quia [est vinculū] secundū Glo. per omnes virtutes homo perficitur, sed charitas cōnectit eas ad inuicē. & facit eas perseverātes, & ideo dicitur vinculū. Vel ex natura sua est vinculum, quia est amor qui est vniēs amatū amārī. Osee 11, In vinculis Adā trahā eos, in vinculis charitatis, &c. Sed addit [Perfectionis] quia est vnūquodq; perfectū quando adheret fini vltimo. s. deo, quod facit charitas. Deinde cum dicit [Et pax, &c.] Monet ad actus charitatis. Et ponit duos actus. s. pacem, & gratitudinē, & tertiu innuit. s. gaudiū. Dicit ergo [Et pax Christi,] &c. Ex charitate mox oritur pax, quæ est secundū Aug. tranquillitas ordinis, sibi à deo instituti, quod facit charitatis. Qui enim aliquē diligit, cōcordat cū eo in volūtate. Psa. Pax multa diligētibus legē tuā [Exulter] quia charitatis effectus est gaudiū, quod sequitur ex pace. Pro. 12, Qui pacis inuēt cōsilia sequitur eos gaudiū. Sed non dicit simpliciter pax, quia est pax mūdi quā deus nō venit facere, sed Christi, quā fecit inter deū & hominē. Mar. 9, Pacē habete inter vos, quā annūtiat. Luc. vlt. Sterit Iesus in medio eorū, & dixit eis: Pax vobis. Et debetis habere, quia [in ista vocati estis.] 1. Cor. 8, In pace vocauit nos deus. Et hīc subdit [in vno corpore.] i. vt sitis in vno corpore. Effectus alius est vt sitis grati. ideo sequitur [Et grati estote.] Sapi. 16, [Ingrati spes tanquam hibernalis glaciēs tabescet & disperiet tanquam aqua superuacua.] Deinde cum dicit [Verbum Christi.] monet ad sapiētiā, & primò docet sapiētiæ originē. Secundò sapiētiæ vsum, ibi [Docētēs.] Ad hoc etiam quod quis habeat sapiētiā veram, oportet considerare vnde oriatur. Ideo dicit [Verbum Christi.] Eccl. 1, Fons sapiētiæ verbum dei in excelsis, ergo ex verbo Christi hauriatis eam. Deuter. 4, Hęc est sapiētiā vestra & intellectus coram populis, &c. 1. Cor. 1, Qui factus est nobis sapiētiā à deo, &c. Sed aliqui nō habent verbū, ideo nec sapiētiā. Et ideo dicit [habitet.] Prou. 3, Circūda eas guttur tuū, & deseri be in tabulis cordis tui, &c. Aliquibus sufficit modicū quid de verbo Christi: sed Apostolus vult qđ habeamus multum. Et ideo dicit [Abundanter.] 2. Cor. 9, Potens est deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnē sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Prouer. 2, Sicut thesauros effoderis eā, &c. Et addit [In omni sapiētiā. i.] in omnibus pertinētibus ad sapiētiā Christi de betis studere scire. Act. 20, Non subterfugi quominus annuntiare vobis omne consiliū dei. Eccl. 21, Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapiētiā non tenebit. Triplex autem est vsum huius sapiētiæ. s. instructionis, deuotionis, & directionis. Instructio duplex. s. ad cognoscendū vera. Vnde dicit [Docētēs] quasi. d. Habitēt ita abundanter in vobis, vt de omnibus sitis instructi per ipsum. 2. Tim. 3, Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendā, ad arguendū, &c. Item ad cognoscendū bona, ideo dicit [Et cōmonentes vosmetipsos.] i. exhortantes vos ad bona opera. 2. Petri 1, Suscite vos in cōmonitionē, &c. Secūdo ponit vsum deuotionis. Vnde dicit [In psalmis & hymnis.] In psalmis qui designāt iocunditatem bonæ operationis. Psa. Laudate eum in voce exultationis, &c. Hymnus est laus cum cantico. Psa. Hymnus omnibus sanctis eius, &c. [Et canticis spiritalibus, &c.] quia quicquid nos facimus debemus referre ad bona spiritalia, ad promissā æterna, & ad reuerentiā dei: Et ideo dicit [In cordibus] & nō in labiis tantū. Co. 14, Psallam spiritū psallam & mēte. Efa. 29, Populus hic labiis me honorat, cor autē eorum longē est à me. Et addit [In gratia] s. recognoscētes gratiā Christi & beneficia dei. Sunt autē cārica ecclesiæ cordis principē

paliter, sed oris sunt vt exciteret canticū cordis, & pro simplicibus & rudibus. Tertio ponit vsum directionis in opere, dicēs [Omne quodcūq; facitis, &c.] quia etiā locutio opus quoddā est. 1. Cor. 10, Siue māducaris, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriā dei facite, &c. Sed cōtra, Aut hoc est præceptū, aut cōsiliū: si præceptū, peccat quicquid; hoc nō facit: sed peccat venialiter quādo quis hoc non facit: ergo quicquid; peccat venialiter peccat mortaliter. Respon. quidā dicunt qđ hoc est cōsiliū, sed hoc non est verum. Sed dicendum est qđ non est necessariū qđ omnia in deum referantur actu, sed habitu: qui enim facit contra gloriā dei & præcepta eius, facit contra hoc præceptū. Venialiter autē peccans, non facit contra hoc præceptū simpliciter: quia licet non actualiter, tamen habitualiter refert omnia in deum.

Lectio 4.

Plures subditæ estote viris, sicut oportet in domino. Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros: vt non pusillo animo stant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentis dominum. Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut domino, & non hominibus: scientes quod à domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit recipiet id quod inique gessit: Et nota est personarum acceptio apud deū. Domini quod iustum est & æquum, seruis præstare: scientes quoniam & vos ad dominos, & contra.

Posita generali instructione ad omnes: hīc incipit ponere specialē. Primò dat quādā specialia documēta pertinentia ad singulos status in ecclesia. Secūdo quādā cōmunia omnibus statibus respectu certarū cōditionum, in 4. cap. ibi [Orationi in state.] Prima in tres secundū tres cōnexiones ex quibus domus cōstituitur secundū Philoſophū: quarū vna est viri & vxoris: secūda parris & filiū: alia domini & serui. Secūda, ibi [Filij.] Tertia, ibi [Serui.] Vnaqueq; earū diuiditur in duo secundū qđ monet subditos vt obediāt, superiores vt moderatē imperēt. Dicit ergo [mulieres &c.] & dicit [Sicut oportet,] quia hęc subiectio est lege diuina ordinata. Gen. 3, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. 1. Co. 14, Mulieres in ecclesiis taceāt. Nō enim permittitur eis loqui, sed subditas esse sicut & lex dicit. Et ratio huius est, quia regere est rationis: viri autē magis vigēt ratione, & ideo præsidere debēt. Itē addit [In domino.] quia omnia ordinata ad aliquos fines sunt referēda finaliter in deū. Deinde monet viros vt diligāt eas, dicēs [Viri diligite vxores.] hoc enī est naturale: quia vir & vxor quodāmodo sunt vnū. Ephe. 5, Viri diligite vxores vestras, &c. Et prohibet ne eis sint amari. Mich. 1, Infirmā ira est in bonū quæ habitat in amaritudine in vobis. Eph. 4, Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor & blasphēmia, tollatur à vobis, cū omni malitia. Deinde cū dicit [Filij, &c.] agit de secūdo & dicit [Filij obedite per omnia.] s. quæ nō sunt cōtra deū. Heb. 12, P̄tēs quidē carnis nostræ habuimus eruditores & reuerbamur eos, &c. Si verò præcipiāt in his quę sunt cōtra deū, sic intelligit illud quod dicitur. Luc. 14, Si quis venit ad me & nō odit patrē suū & matrē, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c.] instruit parentes. Eph. 6, Et vos patres nolite ad iracundiā prouocare filios, &c. & hoc quia hoc est placitū in domino. i. in lege domini, quia lex charitatis nō remouet legē naturæ, sed perficit. Est autē lex naturalis qđ filius subdatur cura patris. Exo. 20, Honora patrē tuū & matrē tuā, &c. Deinde dicit [Patres nolite, &c

naturā. Tunc autē est prädicatio sincera quando quis docet eo tenore & sine quo xps docuit. Et ideo dicit [Sed sicut probati.] i. eo modo & ea intentione qua deus nos elegit & approbavit ad prädicandū euangeliū loquimur. Gal. 2, Creditū est mihi euangelium praeputij, sicut Petro circumcissionis, Act. 9, Vas electionis est mihi iste, vt porter nomē meū corā gentibus, & regibus, & filiis Israel. ¶ Deinde cū dicit [Non quasi hominibus, &c.] ostēdit q̄ sua prädicatio nō est in dolo. Primō excludēs illud per quod videretur esse dolosa: secundō manifestat per signū, ibi [Neq; aliquando], tertio per causam, ibi [Neque in occasione.] Propter primū dicit. Prädicatio mea non est quasi hominibus placens. s. finaliter. ps. Dissipata sunt ossa eorū qui hominibus placent. Gal. 1, Si hominibus placere, Christi seruus nō essem. Aliquādo tamē debēt velle placere hominibus propter gloriā dei vt prädicatio magis fructificet, sicut dicitur 1. Cor. 10, Ego per oīa oībus placeo, &c. [Sed deo, &c.] Prou. 16, Oēs viā hoīm patent oculis eius. Huius autē signū est, quia nō adulatī sumus loquentes eis placencia. Esa. 30, Loquimini nobis placencia, videte nobis errores, &c. Prou. 24, Nō lactes quē quā labiis tuis, &c. Et idē ostēdit per causam. Propter duo enim aliquis querit hominibus placere. s. vel propter beneficia, vel propter gloriā. Hoc autē hīc excludit, & primō primū dicit [Neq; sumus, &c.] quia non solū adulationē deuitauimus, sed etiā omnē occasionē auaritiā. 1. Tim. 6, Existimatiū quāstū esse pietatē. Hier. 6, A minori quippe vsq; ad maiorē, oēs auaritiā studēt. Secundō dicitur [Neq; querentes à vobis, neq; ab aliis gloriā.] de doctrina, cū haberemus vnde possemus gloriari & accipere, imo onerī esse & quia debebāt ei, vnde dicit [Cū possemus.] gloriā & sustentationē. Et vocat onus, quia puerfē eis prädicates vltra modū hāc ab eis quarebāt. Esa. 3, Vos enim depasti estis vineā meam, &c. ¶ Deinde cū dicit [Sed facti sumus, &c.] manifestat hāc duo, & primō q̄ nō querit humanā gloriā, secundō q̄ nec occasionē auaritiē, ibi [Memores enim estis.] Circa primū duo facit: quia primō ostēdit suā humilitatem, secundō sub similitudine ostēdit suā sollicitudinē, ibi [Tāquā si nutrix.] Pōnit ergo primū dicit q̄ [facti sumus] paruuli, &c.] i. humiles. Ecclē. 3, 2, Rēctore te posuerunt, noli extollī: sed esto in illis quasi vnus ex ipsis. Quod ostendit in similitudinē, dicens [tanquā si nutrix.] quā. s. cōdescendit infanti balbutiendo ei loquēs, vt puer loqui discat: & in gestibus ei etiā cōdescendit. 1. Cor. 9, Omnibus omnia factus sum. 1. Cor. 3, Tanquam paruulus in Christo lac vobis potum dedi, non escam [Etiam animas.] Io. 10, Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, &c. [Quoniā charissimi, &c.] 2. Cor. 12, Ego autē libentissimē impendā & super impēdā ego ipse pro animab; vestris, &c. ¶ Deinde cū dicit [Memores enim estis] Ostendit secundū quod supra dixerat. [Item neque per occasionem auaritiā.] quia nihil à vobis sumpsimus, sed de labore, quia laboris, &c. Et aliquid laborant quidē, sed ex solatio, sed nos nō. Ideo dicit [Laboris nostri.] non propter exercitacionē corporis, sed cū fatigatione. Vnde dicit [Et fatigationis.] Aliqui etiam laborant de die, nos verō nocte & die. Per hoc enim voluit arere pseudo qui nimis accipiebant, & propter occisos inter eos. 1. Cor. 4, Laboramus operantes manibus nostris, &c. ¶ Deinde cū dicit [Vos enim estis.] Pōnit puritatē suā conuersationis, & primō quomodo sancta quo ad vitā, secundō quomodo sollicita quoad doctrinā, ibi [Qualiter vnūquēque.] Dicit ergo sciatis [quā sanctē.] i. purē. 1. Cor. 11, & 19, Sancti estote quia ego sanctus sum [Iustē.] quoad proximū Tit. 2, Sobriē & iustē & piē viuamus in hoc seculo. Sine querela vobis qui credidistis. i. ex quo credidistis nihil agētes, vnde quis possit scādalizare vnūquēq; vestrū singulariter. Nota q̄ singularis prädicatio quādoq; multū valet. Tanquam pater. 1. Cor. 4, In Christo Iesu per euangeliū ego vos genui [Depræcantes.] Philem. Multā fiduciam habēs in Christo Iesu imperandi tibi quod ad eū pertinet, propter charitatē magis obsecro [Et consolantes.] per verba lenia. Cōtra quod dicitur Ezech. 34, Cū austeritate imperabitis eis cū potentia, Esa. 61, Vt cōsolaret oēs lugētes, & ponerē cōsolationē lugētibus Syd. Et quid prädicasti? Vt digni, vt vestra cōuersario esset talis qualis decet ministros Christi. Col. 1, Ambuletis dignē deo per omnia placētēs. Deo qui vos, &c.] Sap. 6, Concupiscentia, itaque sapientiā deducet ad regnum perpetuum. Lectio 2.

Ostendit Paulus Thessalonia, perfectē conuersos per firmā fidem, ponendo bona eorum pro quibus agit gratias, & rationē reddit. Ostendit etiam quō fortiter persistunt in tribulationibus, vnde sperat Iudeos à quibus incepit persecutio & pro remedio ostendit propositū eorū ad eos. Thes. impediunt suā propositū & causam eius.

Deo & nos gratias agimus deo sine intermissione quoniam accepistis à nobis Verbum auditus dei, accepistis illud non ut Verbum hominum, sed sicut est Verū. Verbum dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei quae sunt in Iudaea, in Christo Iesu, quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut ipse à Iudeis, qui & dominum occiderunt Iesum & prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur: prohibentes nos gentibus loqui ut salui fiant, ut impleant p̄ctā suā semper: peruenit enim ira dei super illos usque in finem. Nos autem fratres desolati à vobis ad tempus horae: aspectu, non corde abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio, quoniam volumus venire ad vos, Ego quidem Paulus & semel & iterum, sed nos impediuit sathanas. Quae est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae? Nōne vos ante dominum nostrum Iesum Christum estis, in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium. ¶ Suprà ostendit Apostolus qualis fuit ad eos introitus suus: hīc ostendit qualis fuit eorū cōuersio. Et circa hoc duo facit, quia primō ostendit q̄ perfectē conuersi sunt per fidem firmam, secundō quomodo fortiter persistunt in tribulationibus, ibi [Vos enim.] Pōnit ergo primō bona eorū pro quibus gratias agit, & credit rationem: Dicit ergo ideo, quia sollicitē vobis prädicaui sicut pater filiis, ideo de bonis vestris gratias ago, sicut pater de bonis filiorum. Io. 2, Maiorem horum non habeo gratiam quā vt audiam filios meos in veritate ambulare. Phil. 4, Cum gratiarum actione. Sed de quo? [Quoniam enim accepistis à nobis, &c.] Gratias debet agere prädicator quando verbū eius in auditoribus proficit. Et dicit verba auditus dei à nobis. i. per nos. ps. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Ro. 10, Fides enim ex auditu, auditus autē per verbū xpi. Accepistis illud. i. firmiter in corde tenuistis. Nō ut verbum hoīm, quia vana verba hominis. 2. Cor. 13, An experimentum caritatis eius qui in me loquitur Christus. 2. Pet. 1, Non enim voluntate humana allata est aliquando propheta, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Et quare gratias agit, quia hoc ipsum q̄ credidistis deus in vobis operatus est. Phi. 2, Deus est qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Esa. 26, Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. ¶ Deinde cū dicit [Vos enim.] Ostendit quomodo fortiter persistit in tribulationibus. Et circa hoc duo facit, quia primō ponit tribulationes eorum in quibus steterunt, secundō quod remediū proposuit adhibere ibi [Nos autē.] Itē prima diuiditur in duas, quia primō cōmendat eorū patientiam in aduersis, secundō reprehendit eos

qui intulerunt aduersa, ibi [Qui Christum.] Dicit ergo. Accepistis verbum nō vt est hominum [sed sicut est verē verbum dei.] quia exposuistis vos pro illo vsque ad mortem. Per hoc enim q̄ homo moritur propter Christum testificatur q̄ verba dei, sunt verba dei. Et ideo martyres, idē est q̄ vestres [In Iudaea.] Ibi enim fides Christi primō est annuntiata. Esa. 2, De Syon exibit lex & verbum domini de Hierusalē. Ibi etiam primō persecutio fidei facta fuit. Act. 8, Facta est autē in illa die persecutio magna in ecclesia quae erat Hierosolymis, &c. Heb. 10, Rememoramini autem pristinos dies: in quibus illuminati magnū certamen sustinuitis passionum. Et isti similes passiones passi sunt. Et ideo dicit [Eadem passi à cōtribulibus vestris.] i. ab infidelibus Thessalonicensibus. Mat. 10, Inimici hominis, &c. ¶ Deinde cū dicit [Qui & dominum.] Vituperat Iudeos à quibus incepit persecutio. Et primō cōmemorat eorum culpam, secundō rationem culpae, ibi [Vt impleat.] Circa primum tria facit, quia primō eorum culpam ponit in cōparatiōe ad dei ministros, secundō ad ipsum, tertio ad totum genus humanum. Ministri dei sunt prädicatores. Prädicatio autē principaliter est à Christo figuratē à prophetis, executiue ab Apostolis. Contra hos tres insurrexerunt Iudaei. Et primō dicit de Christo, ibi [Qui & dominum.] Mat. 21, Hic est haeres, venite occidamus eum. Nec obstat si Gentiles occiderunt eum, quia ipsi suis vocibus petierunt eum occidi à Pylato. Hier. 12, Facta est haereditas mea mihi quasi leo in silua, dedit contra me vocem, &c. Secundō dicit de prophetis, ibi [Et prophetas.] Act. 7, Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu iusticius vos nunc proditores & homicidē fuistis. Tertio dicit de Apostolis [Et nos.] [Apostolos.] Tradent vos in cōciliis, &c. Secūdo ponit culpam in cōparatione ad deum, ibi [Deo non placet.] licet crederent in hoc obsequium praestare deo. Io. 16, Sed quia zelū dei habent non secundum scientiam. ideo deo non placent, quia non faciūt recta fide. Et sine fide impossibile est placere deo. Heb. 11, Esa. 5, Iratus est furor domini in populo suo, &c. Tertio ostendit eorum culpā in cōparationē ad totū genus humanū, cū dicit [Omnibus hominibus aduersantur.] Gene. 16, Manus eius cōtra omnes, &c. Aduersantur autem in hoc, quia prohibent & impediunt prädicationem Gentilium & conuersionem. Act. 11, Reprehenditur Petrus q̄ iuit ad Cornelium. Item Luca 15, Filius maior. s. populus Iudaeorum turbatur, quia filius minor, id est populus Gentilium recipitur à patre. Esa. 45, Vt qui dicit patri quid generas? Num. 11, Quis det vt omnis populus propheteret? Ratio autē huius culpae est ex diuina permissiōe, quae vult vt impleant peccata sua. Omnium enim quae fiūt siue bona, siue mala est quaedam certa mēsurā, quia nihil est infinitum. Et omnium istorum mēsurā est in praesentia. Bonorum quidem in eius praeparatione. Eph. 4, Quia vniciquē vestrum datur gratia secundum mēsuram donationis Christi. Malorum verō in permissiōe, quia si aliqui sunt mali, non tamen quantum volunt, sed quantum deus permittit. Et ideo tandiu viuunt quantum perueniant ad hoc quod deus permittit. Mat. 23, Implete mēsuram patrum vestrorum, &c. Et ideo dicit, Vt impleant, &c. Deus enim dedit Iudaeis post passionem Christi [spatium] poenitētiā per 40. annos, nec conuersi sunt, sed addebant peccata peccatis. Et ideo deus non plus permisit. Vnde dicit hīc [Peruenit ira dei, &c.] 4. Regum 22, Ira dei magna succensa est cōtra nos, quia non audierūt patres nostri verba libri huius, &c. Luc. 21, Erit enim pressura magna super terram & ira populo huic, &c. Et non credas q̄ hāc ira sit per centū annos, sed [vsque] in finem. mundi, quando plenitudo gentiū intrauerit, &c. Luc. 19, & 21, & Mat. 13, Non relinquatur lapis super lapidem, qui nō destruat. ¶ Deinde cū dicit [Nos autem.] Ostendit remediū quod eis proposuit adhibere. i. quod personaliter irer ad eos. Et circa hoc duo facit, quia primō ponit propositum suae visitationis, secundō impedimentum, ibi [Sed impediuit.] Tertio causam quare volebat ire, ibi [Quae autem est.] Dicit ergo [Nos fratres desolati à vobis.] à quibus eramus separati, vel propter tribulationes vestras [ore.] i. carentes collocaationē [Et aspectu.] i. carentes visione, propter hāc enim duo necessaria est amici praesentia, quia est cōsolatiua sed [non corde.] quia corde sumus praesentes. 1. Co. 5, Ego absens quidē corpore, praesens autem spiritu [Abundantius festinauimus faciem, &c.] Vt sicut corde, sic & corpore praesens esset. Ro. 15, Cupiditate habens veniendi ad vos ex multis iam praecedētibus annis, &c. [Festinauimus.] dicit pluraliter, quia scribit ex persona trium. s. sui. Siluani & Timothei. Ideo etiam voluimus venire ad vos. omnes forte semel, sed ego Paulus semel & iterum. i. bis proposui [sed impediuit] nos sathanas. i. procurauit impedimenta, forte per aeris tempestates. Apoca. 7, Isti sunt angeli qui tenent ventos. ¶ Deinde cū dicit [Quae est enim.] Ostendit causam propositi. Primō quantum ad futurum. Secundō quantum ad praesens, ibi [Nos enim, &c.] Dicit ergo, Desidero videre vos, & gratias ago de bonis vestris quae sunt spes nostra. Nam pro his speramus à deo praemia, quando reddere venerit vniciquē secundum opera sua. Maxima enim est retributio prädicatori ex his quos conuertit [aut gaudium.] quia gaudium illorum est gaudium Apostoli, sicut bonum eorum est bonum Apostoli, bonum enim effectus reducitur in bonum causae. Aut corona gloriae. Iqua pro certaminibus eorum & iste qui induxit ad certandum coronatur. Dux enim qui induxit milites ad pugnam, coronabitur. Ecclē. 30, Qui docet filium, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur, &c. Hāc, inquam, spes, quae est? [Immo sic.] In futuro ante dominum nostrum Iesum Christum in aduētū eius, sed etiam in praesenti [vos estis.] apud omnes fideles gloria nostra, 1. Cor. 9, Melius est mihi mori quā vt gloriā meam quis euacuet. Et gaudium. Iquo laetor de bonis vestris in praesenti.

Caput 3.

Propter quod non sustinentes amplius placuit nobis remanere Athenis, solis, & missimus Timotheū fratrem nostrū, & ministrū dei in euāgelio Christi, ad confirmādos vos & exhortādos p̄ fide vestra: vt nemo moueatur in tribulationibus istis nisi enim scitis q̄ in hoc positi sumus. Nā & cū apud vos essemus prädicabamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factū est. Propterea & ego amplius nō sustinens misse ad cognoscendū fidē vestrā, ne forte tentauerit vos is qui tentat, & ponitur & inanis fiat labor noster. Nunc autē veniente Timotheo ad nos à vobis, & annuntiate vobis fidē & charitatē vestrā: quia memoria nostrī habetis bonam semper desiderantes nos videre, sicut & nos quoque vos. ideo cōsolati sumus fratres, in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram: quoniam nunc viuimus si vos statis in domo. Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro vobis, in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante in fide.

Quia Apostolus fuerat impeditus in sathana ne in propria irer ad cōsolandos Thes. ideo docet se eis alio modo subueni re s. per Tim. causā missiōnis, quare & propter quā s. ad cōfirmādiōem.

deum nostrum nocte ac die abundantius orantes ut videamus faciem vestram, & compleamur ea quae desunt fidei vestrae. Ipse autem deus & pater noster, & dominus Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem dominus multipliciter, & abundanter faciat charitatem vestram inuicem, & in omnes quemadmodum & nos in vobis, ad confirmanda corda vestra sine querela, & sanctitate, ante deum & patrem nostrum, in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

¶ Commemoravit tribulationes quas passi erant, & remedium quod proposuit eis impendere: hinc ostendit quomodo eis subuenisset visitando per Timotheum. Et primò agit de missione nuntij: secundò de relatione facta per eum, ibi [Nunc autem.] Tertio de effectu relationis in Apostolo, ibi [Ideo consolati.] Item prima in tres, quia primò promittit causam quare misit eum, secundò qualem misit: tertio causam propter quam misit. Dicit ergo propter quod, quia impediuit nos Sathanas tamen vos estis gloria nostra, ideo [non sustinentes.] pondus amoris inclinantis ad vos. Esa. 1, Facta sunt mihi molesta, &c. Ge. 45, Non se poterat ultra cohibere [Placuit nobis.] s. Paulo & Siluano [remanere Athenis solis.] & misimus Timotheum, qui erat Apostolo conuenientissimus. Phil. 2, Neminem habeo tam vnanime qui sincera affectione, p vobis sollicitus sit. 1. Cor. 4, Mihi ad vos Timotheum qui est filius meus charissimus & fidelis in domino [Fratre.] per charitatem adiuuauit. Prou. 18, Frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma [Ministrum.] Eccles. dignitatis est. 2. Cor. 11, Ministri Christi sunt & ego, &c. Mittit autem ad confirmandos eos & referendum sibi.

¶ Deinde cum dicit [Ad confirmandos, &c.] Ostendit quod mittitur ad confirmandum. Et primò facit hoc: secundò ponitur ratio confirmationis, ibi [ipse enim.] Dicit ergo, Ad confirmandos vos & exhortandos, quia per exhortationes animus hominis confirmatur. Job 4, Vacillantes confirmauerunt sermones tui. Luc. 22, Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et indigetis exhortari pro fide vestra, vt nemo moueatur in his tribulationibus. Eccl. 10, Si spiritus potestatem habentis ascendere super te, locum tuum ne dimiseris. Est autem ratio duplex confirmans. Vna ex ordinatione diuina. Ipsi enim scitis, &c. Quasi dicat. Ita voluit deus vt per tribulationes in caelum intraretis. Actuum 14, per multas tribulationes oportet vos intrare in regnum dei. & 2. Tim. 3, Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Per hanc viam iuit Christus. Luc. ultimo. Oportebat Christum pati & resurgere, & sic intrare in gloriam suam. Alia ratio est ex parte praenuntiationis, quia praenuntia minus ferunt. Vnde dicit, Nam & cum apud, &c. id est quia ego praedixi vobis tribulationes quas estis passi in istis annis, nisi ad cognoscendum, &c. qualiter. s. effectus fortes in fide. Prou. 27, Diligenter agnosce vultum pecoris tui, & greges tuos considera. Is qui tentat. s. diabolus. Mar. 4, Accedens tentator. Glosa, Cuius officium est tentare. Sed contra. Tentat mundus & caro. Iac. 1, Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua, &c. Item Genes. 22, Tentauit deus Abraham, &c. Responso deo. Tentare est experimentum de aliquo fumere. In hoc considerandum est ad quid velit fumere, & quo modo. Nam hoc est dupliciter. Vel vt ipse cognoscat. Vt vel aliu cognoscere faciat. Primo modo deus nõ tentat, ipse enim scit quid est in homine. Ioan. 2, Secundo modo sic, Deus enim tentauit Abraham. s. vt alii scirent fidem eius. Sed primo modo tentare est dupliciter. s. vt promoueat ad bonum, sicut episcopus pro mouendos examinat, vel aliquis tentat vt decipiat, & hoc est diaboli, quia. s. inquit conditione hominum vt secundò diuersas condiciones ad diuersa vitia ad quae prouocantur inducat. 1. Pet. 5, Aduersarius vester diabolus, &c. Officiu ergo eius est tentare ad decipiendum. Mundus autem & caro tentare materialiter, quia per ea ad quae ipsa inclinant: sumitur experimentum de homine vtrum firmus sit ad mandata dei & dilectionem. Si enim vicerit concupiscentia, non perfecte diligit deum. Et similiter quando res mundi vel terrent, vel afficiunt. [Et inanis.] quia si tentationi nõ resistitis labor vester esset inanis. Gal. 4, Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. Eze. 18, Omnes iustitiae eius quas operatus est non recordabuntur. Inanis autem dicitur respectu mercedis aeternae, tamen bona ante peccatum commissa ad aliquid valent, quia post penitentiam reuiuiscunt, & disponitur quis faciliter ad conuertendum. ¶ Deinde cum dicit [Nunc autem, &c.] Ostendit quomodo reulit Timotheus bona eorum pertinentia ad deum & Apostolum. Ad deum fidem, & charitatem. Gal. 6, In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque praepitium, sed noua creatura. Sed fidem etiam ad Apostolum: vnde dicit, Et quia memoriam. Eccl. 49, Memoria Ioseph in compositione operis facta opus pigmentarij, &c. Prouer. 10, Memoria iusti cum laudibus, &c. [Desiderantes videre nos sicut & nos quoque vos.] August. Durus est animus qui dilectionem, & si non velit impendere, nõ lit rependere. Esa. 51, Attendite ad Abraham patrem vestrum, &c. ¶ Deinde cum dicit [Ideo consolati.] Ponitur effectus relationis triplex. s. spiritualis consolationis, gratiarum actionis, ibi [quam enim.] & orationis multiplicata, ibi [Nocte.] Dicit ergo, Qui talia audiuimus de vobis, licet necessitates temporalium imminant & tribulationes corporales: tamen consolati sumus. Psal. Secundum multitudinem doloru meorum in corde meo, &c. 2. Cor. 1, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiaru, & deus totius consolationis, &c. Et hoc [per fidem vestram,] id est, audiens firmitatem fidei vestrae [Quoniam viuimus, &c.] quasi dicat, Tantum diligo statum vestrum quod reputo me per ipsum viuere. Gene. 45, Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuat. ¶ Deinde cum dicit [Quam enim, &c.] Ponitur secundus effectus relationis factae, scilicet gratiarum actio, q. d. Non sufficio, quod aliquam condignam gratiarum actionem agam deo pro vobis. Mich. 6, Quid dignum offeram domino, &c. Psal. Quid retribuam domino pro omnibus, &c. Referenda sunt tamen gratiarum actiones [In omni gaudio.] quod omnino non est exterius sed [quo gaudemus propter vos.] in conscientia ante dominum. [qui videt eam.] Vel ante dominum: quia de proximo placet deo. 1. Cor. 13, Congaudet veritati, &c. ¶ Deinde cum dicit [Nocte, &c.] Ponitur tertius effectus relationis & primò proponit multiplicatam orationem, secundò ostendit quid orando oporet, ibi [Ipse autem, &c.] Dicit ergo, Gratias agimus de praeteritis, nec tamen deficiamus quin oremus pro futuris, immo nocte ac die. [id est aduersus & pro] peris. Psal. Vespere & mane ac meridie narrabo, &c. [Quae defunt, &c.] Non quid quae erant de necessitate fidei, sed aliqua secreta quae nec dum Apostolus eis predicauit in sua nouitate. 1. Corin. 3, Non potui loqui vobis quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus, &c. Ioan. 16, Multa habeo vobis loqui quae non, &c. ¶ Deinde cum dicit [Ipse autem deus, &c.] Demonstrat quid oporet eis.

Et circa hoc primò ostendit quid petat, ibi [Ad confirmanda.] Petit autem duo. Vnum ex parte sua vt posset ire ad eos. Vnde dicit [Ipse deus & pater noster, &c.] Io. 20, Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, &c. Prou. 16, Hominis est praeparare animum & domini gubernare linguam. Aliud ex parte eorum. Vnde dicit [Vos autem multiplicet.] s. in fide. 2. Reg. 24, Adugeat dominus populum suum ceterum quae sunt, &c. Et vt augeantur merita. Vnde dicit [Et abundare faciat charitatem vestram] quae semper in via crescere potest. Col. 3, Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et primò [in uicem,] secundò [in omnes.] Gal. 6, Operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. Et ponit exemplum de seipso, dicens [Quemadmodum, &c.] q. d. Sicut & ego diligo vos. 2. Cor. 7, In cordibus nostris estis ad commorandum & ad conuiuendum. Sed ad quid petit? [Ad confirmanda corda vestra sine querela.] s. vt nullus possit conuenire de vobis. Luc. 1, Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus sine querela [Et sanctitate ante deum.] s. qui cor videt, Luc. 1, In sanctitate & iustitia coram ipso, &c. Et hoc apparet [in aduentu domini nostri Iesu Christi] vt vos inueniat sanctos, qui aduentus erit [cum omnibus sanctis eius.] s. suis in conspectu eius, sicut sunt omnes sancti ante eum.

Caput 4.

DE cetero ergo fratres, rogamus vos & obsecramus in domino Iesu: vt quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere deo, sic & ambulatis vt abundetis magis. Scitis enim quae praecipua dederim vobis per dominum Iesum. Haec est enim voluntas dei [sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat unusquisque vestrum vas suu possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij sicut & gentes quae ignorant deum. Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratru suu, quonia vindex est dominus de his oibus, sicut praediximus vobis & testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immunditia, sed in iustificationem. Itaque qui haec spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis, ipsi enim vos à deo didicistis vt diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis & operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis & operamini manibus vestris, sicut praecipimus vobis, vt & honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.]

¶ Suprà commendauit Apost. fideles de constantia in tribulationibus & alijs bonis; hinc in futurum monet ad bene agendum. Et primò proponit generale ammonitionem, secundò specificat, ibi [vt abstineatis.] Circa primum duo facit, quia primò proponit intentionem, secundò rationem monitionis assignat [vt abundetis.] Dicit ergo: Audiui bona vestra praeterita, sed infuturum rogamus, &c. Inducit autem eos primò ex parte sua. Et ideo dicit [Rogamus] ps. Rogate quae ad pacem sunt, &c. Item ex parte Christi, & sic dicit [Obsecramus &c.] Obsecrat autem, quia erant perfecti. 1. Tim. 5, Seniores ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Sed quid rogat? [vt quemadmodum, &c.] Docuerat eos Apostolus quomodo oporteret eos ambulare in via communi iustitiae quae est per mandata. Vnde dicit [Accepistis, &c.] ps. Viam mandatorum tuorum, &c. Itē quomodo placerent deo in via consiliorum. Sap. 4, Placens deo factus est dilectus. Vel quomodo ambuletis. s. per rectam operationem. Io. 12, Ambulate dum lucem habetis. Quomodo placeatis. s. per rectam intentionem. [Sic & ambuletis.] vt seruetis primam doctrinam nõ recedendo ab ea. Gal. 1, Sed licet nos aut angelus de caelo euangelizet vobis praeterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. ¶ Ratio monitionis accipitur primò ex fructu seruatae monitionis, secundò ex ipsa monitione, ibi [Scitis enim quae.] Dicit ergo. Licet sitis boni, tamen per exercitium mandatorum & consiliorum abundabitis & proficietis. 2. Co. 9, Potens est deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Est enim charitas tam magna quod semper restat quod proficiendum sit. Item quae ex monitione accepistis, honesta sunt & vtilia. ps. Lex domini immaculata &c. Prou. 6, Mandatum lucerna est, & lex lux & via vitae. Ideo dicit [Quae praecipua.] qualia. Et hoc per dominu Iesum accepta ab eo. 1. Cor. 11, Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis, &c. Hæb. 2, Quae cum initium accepisset enarrari per dominum ab his qui audierunt, &c. Et haec sunt ista [Haec est voluntas dei sanctificatio vestra.] Quasi dicat, Omnia praecipua dei sunt ad hoc quod sitis sancti. Sanctitas enim dicit munditiam & firmitatem. Et omnia dei praecipua inducunt ad ista, vt quis mundus sit à malo, & firmus in bono. Roma. 12, Probetis quae sit voluntas dei. s. explicata per praecipua. ¶ Deinde cum dicit [vt abstineatis] Monet in speciali. Et primò corrigit eos de quibusdam inordinationibus inter nos: secundò promouet ad obseruantiam bonorum, s. ca. ibi [De temporibus.] Tres autem inordinationes erant inter eos. s. carnalium vitiorum quantum ad quosdam. Item curiositatis. Item tristitiae de mortuis, & ideo de istis agit. Secunda ibi [De charitate autem.] Tertia ibi [Nolumus vos.] Circa primum duo facit, quia primò monet abstinere ab immoderato appetitu carnalium. Secundò ponit rationem, ibi [Quonia vindex.] Iterum prima in duas, quia primò prohibet luxuriam: secundò auaritiam. Et coniungit haec semper: quia vtrunque est circa obiectum corporale, licet hoc compleatur in delectatione spirituali. Item primò docet cauere luxuriam quantum ad non suam, secundò quantum ad uxorem propriam, ibi [vt sciat.] Ergo di. Vt abstineatis à fornicatione. Voluntas enim dei est abstinere à fornicatione, ergo est peccatum mortale, quia est contra praecipu & voluntatem dei. Tob. 4, Attende tibi ab omni fornicatione. Sed & respectu vxoris abstinere honeste. Vt sciat unusquisque vas suum. s. vxorem possidere in sanctificatione. [cessando ad tempus] & in honore, nõ in passione] vt. s. passio precedat [sicut Gentes,] quia hoc est Gentilium quaerere delectationes praesentes non future vitae. In sanctificatione & honore, quia hic est debitus vsus matrimonij, quia est ad bonum prolis, vel ad reddendum debitum, sic potest esse sine peccato, sed aliquando est veniale peccatum, si non efferatur concupiscentia ultra limites matrimonij. s. quando licet concupiscentiam habeat, non tamē vteretur ea nisi esset vxor sua. Sed quando est extra limites matrimonij sequitur mortale, & hoc quado si non esset sua vxor ad huc vteretur ea, & libentius cū alia. Heb. vlti. Sit honorabile connubium, & thorus immaculatus. Fornicatores autem & adulteros iudicabit deus. 1. Petr. 3, Viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi in firmiori vasculo muliebri impartietes honorem, tanqu cohaereditis gratiae & vitae, vt non impediatur orationes vestrae. ¶ Deinde cum dicit [Et ne quis.] prohibet auaritia. Vnde dicit [Et ne quis supergrediatur,] i. vio-

lentiam inferat auferendo aliena per potentiam. Iac. 2. Nonne diuites per potentia vos opprimunt? Neque circumueniat per dolu. Hie. 5. Sicut decipula plena auiibus, sic domus eorum plena dolo. ¶ Dicitur etiam, Quoniam vindex, &c. ¶ Ponitur ratio monitionis, qua primò assignat ex diuina ultione: secundo ostendit hanc ultionem esse iustam, ibi [Non enim vocauit.] Dicit ergo, Abstineamus ab his, quia dominus est vindex. ¶ Gal. 5. Prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Nam certe iustè vlciscitur, cuius vna est ratio ex deo vocante, secunda ex contrarietate doni. Si dominus vocat te ad vnum, & tu agis contrarium, dignus es poena. Et ideo dicitur [Non enim vocauit, &c.] Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundum constitutionem, ut simus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Ro. 8. Quos vocauit hos & iust. &c. Ideo dicitur [Itaque, &c.] q. d. hæc est vna ratio specialis qua dixi. Alia est ratio: quia contrariantur hæc vitia spiritui qui datus est nobis. Vnde qui hæc agit, iniuriam facit spiritui sancto. Ideo dicitur [Qui etiam, &c.] Heb. 10. Irrita quis facies legem Moyse sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quomagis putatis deteriora mereri superbia qui filium dei contulauerit & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratia contumeliam fecerit. ¶ Deinde cum dicitur [De charitate autem, &c.] retrahit ab otiositate. Sciendum est autem quod sicut dicit Hieronymus in epistola ad Gal. Thes. erant liberales, & erant consuetudo apud eos diuites dare multum & ideo pauperes otiose inhærebant beneficio eorum non curantes labores, sed discurrere per domos. Et ideo primò commendat liberalitatem danti, secundo otium accipientium dissuadet, ibi [Et operatur deus.] Dicit ergo primò quod non indigent moneri ad charitatem: secundo monet quod in ea proficiant, ibi [Rogamus autem.] Dicit ergo [de charitate. Ita.] quod diligatis fratres [non est necessarium scribi.] Ro. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Hab. ult. Caritas fraternitatis maneat in vobis. Et ratio est, quia ipsi didicistis a deo. ¶ per præceptum in lege. Leui. 19. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Itè in euangelio Io. 13. Mandatum nouum do vobis ut diligatis inuicem, &c. Vel didicistis interiori disciplina. Io. 6. Omnis qui audiuit a patre & didicit, venit ad me, &c. Et hoc addidit per spiritum sanctum. ¶ Deinde cum dicitur [Rogamus autem.] hortatur eos ad perficiendum in charitate, dicens: Et quia habetis charitatem ad omnes, ideo rogamus ut proficiatis. Et licet alij abutatur, vos tamen insistatis. Prou. 15. In abundantia iustitia virtus maxima est. ¶ Deinde cum dicitur [Et operam detis.] Arguit otiosos & primò eorum inquietudinem: secundo ostendit quomodo eam reprimat, tertio quare. Dicit ergo [Operam detis ut quieti sitis.] Prou. 7. Garrula & vaga quietis impatiens, nec valens pedibus suis in domo consistere, &c. 2. Thess. 3. Non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, &c. otium reprimentes exercendo negotia. Vnde dicitur [Et vestram negotium agatis.] Prou. 24. Diligenter exerce agrum, ut postea ædifices domum tuam. Dicit autem vestrum, sed nunquid non alienum negotium est agendum? Et videtur quod sic. Ro. ult. A sistatis ei in quocunque negotio. Respondeo. Dicendum est quod omnia possunt inordinate fieri si fiat præter ordinem rationis, tunc, si quando aliquis se improbe ingerit, & ordinatè, si quando seruatur ordo rationis, & in necessitate, & hoc est commendabile [Et operemini in vobis. Ita.] operando manibus vestris. Eccl. 33. Multa mala docuit otiositas, &c. Eze. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ fororis tuæ superbia, saturitas panis & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius & manum ægeno & pauperi non porrigebat, &c. Et hoc est in præcepto omnibus illis qui non habent alia vnde licite viuere possunt: quia de præcepto naturæ est quod homo corpus sustentet. 2. Thess. 3. Qui non vult operari nec manducet. Huius est duplex ratio. Prima propter exemplum aliorum. Vnde dicitur [Vt honestè, &c.] Infideles enim videntes conuersationem vestram sic otiam detestantur vos. 1. Timo. 3. Oportet autem illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, &c. Secunda ratio ut non desideretis ea quæ sunt aliorum, vnde dicitur [Et nullius ali. des.] Pro. 21. Desideria occidunt pigrum. Ephe. 4. Qui furabatur, iam non furetur, &c. Et ideo hæc inquietudo si reprimatur, est in bonum exemplum, & in reprehensionem desiderij.

Lectio 2.

Nolumus autem vos ignorare fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non præuenimus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu, & in voce archangelorum, & in tuba dei descendet de celo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

¶ Suprà in duxit ad continentiam à cupiditatibus, & compescuit ab otiositate, hic compescit ab inordinata tristitia. Primò præmittens monitionem, secundo assignat rationem, ibi Sicut & ceteri. Prohibetur ergo ne inordinate tristentur. Vnde dicitur Sicut & ceteri. Videtur autem Apostolus bene concedere tristari pro mortuis, aliquid tam en prohibere ne inordinate tristentur. Vnde dicitur Sicut & ceteri. quod enim aliquis tristetur, si de mortuis habet pietatem. Primò propter defectum corporis deficientis. Debemus enim eos diligere & corpus propter animam. Eccl. 41. O mors quam amara est memoria tua homini pacem habentem &c. Secundo propter discessum & separationem quæ dolorosa est amicis. 1. Re. 15. Sicine separata amara mors. Tertio, quia per mortem fit commemoratio peccati. Ro. 6. Stipendia peccati mors. Quarto, quia fit commemoratio mortis nostræ, Eccl. 7. In illa enim finis cunctorum ammonetur hominum, & viuens cogitat quod futurum sit, &c. Sic ergo tristandū, sed moderatè. Vnde Eccl. 22. Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit, &c. Et ideo dicit, Sicut ceteri qui spem non habent. Si quia isti credunt huiusmodi defectus perpetuos, sed nos non. Philip. 3. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostræ figuratum corpori claritatis suæ. Vnde signanter dicitur [De dormientibus.] Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit. ¶ Dormiens enim tria facit. Cubat in spe surgendi Psal. Nunquid qui dormit non adiciet ut resurgat? Sic & qui moritur in fide. Item in dormiente anima vigilat. Cantu. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat, &c. Item postea homo resurgit magis refectus & vegetus. Sic sancti resurgent incorruptibiles. 1. Corin. 15. ¶ Deinde cum dicitur [Si enim credimus.] Ponitur ratio monitionis. Et primò astruit resurrectionem, secundo excludit dilationis suspicionem, ibi [Hoc enim vobis.] Tertio ponit resurrectionis ordinem, ibi [Quoniam ipse dominus.] Sciendum est autem quod Apostolus. 1. Cor. 15. Ex resurrectione

Bonum mors cum decatur dormio.

Christi astruit nostram, quia illa est causa nostræ, vnde arguit per locum à causa. Et resurrectio Christi non est causa solum, sed etiam exemplar, quia verbum caro factum suscitavit corpora, verbum verò simpliciter animas. Et enim eo quod Christus accepit carnem, & in ea resurrexit, est exemplar nostræ resurrectionis. Nec solū hoc est, sed & causa efficiens: quia quæ humanitate Christi gesta sunt non solum sunt gesta secundum virtutem humanitatis, sed virtute diuinitatis sibi vnita. Vnde sicut tactus suus curabat leprosum in quantum in instrumentum diuinitatis: sic resurrectio Christi causa est nostræ resurrectionis non in quantum corporis, sed in quantum resurrectio corporis vniri verbo vitæ. Et ideo Apostolus hoc firmiter supponens sic arguit [Si enim credimus firmiter quod Christus resurrexit, ita & eos qui dormierunt, &c.] Illi dormierunt per Iesum qui facti sunt conformes morti eius per baptismum, vel per Iesum quod secum ducet. sicut cum ipso Christo. Zac. 14. Et veniet dominus deus meus omnesque sancti eius cum eo, &c. Esa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui & principibus eius. ¶ Deinde cum dicitur [Hoc enim.] Excludit dilationis suspicionem. Quasi dicat: Scimus quod resurgent & venient cum Christo, ideo non debemus tantum dolere. Non enim illi qui inueniuntur viui, prius consequentur resurrectionis gloriam quam mortui. Et ideo [hoc dicimus vobis] non ex coniectura hominis, sed [in verbo domini.] cuius verba non deficient [quia nos qui viuimus.] illi qui sunt viui non prius forrictur consolationem ex aduentu Christi quam mortui. Et ideo dicit, Nos qui viuimus. Ex quo videtur non intelligentibus quod Apostolus hic dicit quod adhuc Apostolo viuente hoc fieret, & hoc etiam Thessalonicensibus videbatur. Et ideo scribit eis aliam epistolam in qua dicit 2. Thessalonicen. 2. Non moueamini à vestro sensu, &c. Sed non loquitur ex persona sua & tunc existentium, sed eorum qui tunc viui reperientur [Qui residui sumus.] id est erunt residui post persecutionem Antichristi [non præuenimus eos.] id est, non prius recipient consolationem. 1. Corin. 15. In momento enim in ictu oculi in nouissima tuba, &c. ¶ Deinde cum dicitur [Quoniam ipse, &c.] ostendit ordinem resurrectionis & modum. Primò proponit resurrectionis causam, secundo eius ordinem & modum, ibi [Et mortui.] Tertio concludit eorum consolationem, ibi [Itaque consolamini inuicem.] Primum ostendit dicens [Ipse dominus.] Vbi notandum est quod sicut dictum est causa communis resurrectionis est resurrectio Christi. Sed si dicas quod iam fuit, quare ergo non sequitur effectus eius? Respondeo, dicendum est quod causa resurrectionis nostræ secundum quod operatur in virtute diuina. Deus autem operatur per ordinem suæ sapientia. Tunc ergo erit nostra resurrectio quando hoc disposuit ordo diuinæ sapientia. ¶ Vt ostendat quod Christus sit causa, ostendit quod ad præsentiam Christi omnes mortui resurgent. Ad resurrectionem autem communem faciendam triplex causa concurrat. Vna principalis, scilicet virtus diuinitatis, secunda instrumentalis, scilicet virtus humanitatis Christi. Tertia quasi ministerialis, scilicet virtus angelorum qui habebunt aliquem effectum in resurrectione. Augusti, enim probat quod ea quæ sunt nunc per creaturas corporales, sunt à deo eis mediantibus, in resurrectione verò aliqua per eos sunt agenda, sicut collectio pulueris. Sed reintegratio corporum, & vnio aër ad corpus, erit immediatè per Christum. Has ergo tres causas ponit. Primò humanitatem Christi gloriosam, dicens [Ipse dominus, &c.] Actu. 1. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in calum ita veniet [In iussu.] In primo aduentu venit ut obediens. Philip. 2. Factus est obediens usque ad mortem. Et hoc, quia ille fuit aduentus humilitatis, sed iste erit gloria. Luc. 21. Venit cum potestate magna & maiestate. Secundo virtutem angelorum, cum dicitur [In voce archangeli.] Non quod operetur in voce eius, sed ministerio eius. Et dicit archangelus, quia omnes angeli sub vno archangelo ministrant ecclesie. Apoc. 12. Hic est Michael princeps ecclesie. Vel in voce archangelus, id est, Christi principis angelorum. Esa. 9. Magni consilij angelus. Et in voce eius corporali vel spiritali erit resurrectio. Ioan. 5. Audient vocem filij dei. Surgite mortui & venite ad iudicium, & illi voci corporali obediant. Tertio virtutem diuinitatis, cum dicitur [In tuba dei.] Hæc est virtus diuina, quia dicitur vox archangelus in quantum fieri ministerio archangelorum, & tuba dei in quantum virtute diuina fiet. Et dicitur tuba propter eius sonoritatem, quæ prouenit à deo suscitans mortuos. Item tuba congruit ad officia cuius usus fuit multiplex in veteri testamento, ut ad bellum. Et tunc pugnabit pro eo orbis terrarum. Sapient. 5. Item fiebat usus eius ad solennitates, sic ista ad caelestem Hierusalem. Item ad monendum castra, & tunc sancti mouebunt castra. Vnde si sit vox corporalis dicitur tuba propter has rationes, vel non erit vox corporalis, sed virtus diuina Christi præsens & manifesta toti mundo. ¶ Deinde cum dicitur [Et mortui.] Ponitur ordo resurrectionis, & circa hoc tria facit: quia primò ponit resurrectionem mortuorum, secundo occursum viuorum, ibi [Deinde.] Tertio beatitudinem sanctorum vtrorumque ibi [Et sic semper.] Occasione horum verborum crediderunt aliqui quod futuri in fine nunquam morerentur, ut dicit Hieronymus in epistola, propter hoc quod dicitur [Deinde nos, &c.] Alias enim frustra distingueret viuentes à morientibus. Sed contra. 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus. Item sicut in Adam omnes moriuntur, &c. ut habetur Rom. 5. Ergo mors ad omnes pertransit. Dicendum est ergo quod aliqui inueniuntur viui in tempore illo quo Christus veniet ad iudicium: sed in illo momento temporis morientur & statim resurgent. Et ideo propter modicam interpollationem reputantur viuentes. Sed tunc est quæstio, quia dicitur hic [Et mortui qui in Christo sunt, resurgent, primi, & deinde nos, &c.] Ergo prius resurgent mortui quam viui occurrant Christo, & in hoc occursum morientur. Ergo prius aliqui resurgent, & sic non erit omnium resurrectio simul, quod est contra illud. 1. Cor. 15. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, &c. Respondeo, dicendum est quod duplex est hic opinio: qui dam enim dicunt quod resurrectio non erit simul, sed primò mortui venient cum Christo. Et tunc in aduentu Christi, viui rapiuntur in nubibus, & in illo raptu morientur & resurgent. Et ideo quod dicitur esse in momento, intelligitur, quia in modico tempore fiet. Et si dicatur quod erit in instanti, tunc non est hoc referendum ad totam resurrectionem omnium, sed ad resurrectionem singularium, quia singulus resurget in instanti. Alii verò dicunt quod omnes simul & in instanti resurgent. Quod ergo dicit resurgent primi, denotat ordinem dignitatis non temporis. Sed videtur hoc difficile, quia de viuis multi erunt probati in persecutione Antichristi, qui dignitate præcellunt multos prius defunctos. Et ideo videtur aliter esse dicendum quod omnes morientur, & omnes resurgent & simul. Nec Apostolus dicit hic quod illi prius resurgent quæ isti, sed quod illi prius resurgent quam isti occurrant. Apostolus enim non ponit ordinem resurrectionis ad resurrectionem, sed

Resurrectio Christi est causa effectiua & exemplaris nostræ resurrectionis.

ofo

ordinem ad raptum vel ad occurrentiam. Nam primò veniente domino morientur qui inuenientur viui, & tunc statim cum illis qui prius mortui fuerant resurgentur in nubibus. &c. vt Apostolus hic dicit. Est autem hæc inter bonos & malos differentia, quia mali remanebunt in terra quam dilexerunt, boni autem ad Christum quem quæsierunt. Mat. 24, Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur, & aquilæ. In resurrectione etiam sancti conformabuntur Christo nõ solum quantum ad gloriam corporis. Phil. 3, sed etiam quantum ad situm, quia Christus erit in nube. Actuum. 1, Et nubes suscepit eum. Et quemadmodum vidistis eum, &c. Sic & sancti à nubibus rapiet. Et quare hoc? Ad ostendendum eorum dei formitatem. In veteri enim testamento gloria domini apparuit per modum nubis. 3. Reg. 8, Dominus venit in nebula. Hæc nubes erunt præparata virtute diuina ad ostensionem gloriæ sanctorum. Vel ipsa fulgentia corpora gloriosorum videbuntur. malis quædam nubes, qui erunt in terra. Mat. 25, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Deinde cum dicit [Et sic semper.] Ostendit beatitudinem sanctorum, quia semper erunt cum domino eo fruente. Ioan. 14, Iterum veniam & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Hoc sancti desiderat. Philippenses 1, Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Deinde cum dicit [Itaque, &c.] Concludit consolationem habendam esse de mortuis dicens, Ex quo sancti resurgunt, & nullum detrimentum consequuntur, ergo de mortuis consolamini. Esa. 40, Consolamini, consolamini popule meus dicit dominus deus vester.

Caput 5.

De temporibus autem & momentis fratres, non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte, ita veniet: cum enim dixerint pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis & non effugient. Vos autem fratres, non estis in tenebris vt vos dies ille tanquam fur comprehendat: omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei: non sumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, induiti loriceam fidei & charitatis, & galeam spem salutis: quoniam non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem & edificate alterutrum sicut & facitis. Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præstant vobis in domino, & mouent vos: vs habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis.

Quietat Apost. Thes. sollicitudinem circa scientiam futuri aduentus: ostendit quid sciat circa illi, & hoc expens. primo in malis quibus erit in malum illa dies, secundo in bonis quibus erit in bonum.

Suprà correxit in eis corrigenda: hic monet eos in futurum, & primò ponit monitionem, secundo orationem ibi [Ipsè autem deus.] Hæc autem duo sunt nobis necessaria. Nam quia bona quæ facimus sunt ex libero arbitrio, ideo indiget homo monitione, & quoniam sunt etiam ex gratia, ideo oratione. Circa primum duo facit, quia primò hortatur vt præparent se ad futurum iudicium: secundo ostendit præparandi modum, ibi [Propter quod consolamini.] Iterum prima in duas, quia primò ostendit qualis sit cõditio futuri iudicij: secundo qualiter præparent se ad illud, ibi [Igitur non dormiamus.] Item prima in duas, quia primò præmittit conditionem futuri aduentus, secundo ostendit quid circa illum sciant, ibi [Ipsi enim.] Dicit ergo: Necessè erat quodd scriberem de præmissis, quia indignistis. Sed de temporibus. scilicet, hyeme, vel potius quæ tempora futura sint non erat necesse, quia quædam de his sunt soli diuinæ scientiæ referuata. Mat. 24. & Mat. 13, De die illa vel hora nemo scit, neque angeli in celo, neque filius nisi pater, &c. Actuum 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, & cetera. Ecclesia. 6, Quid necesse est homini maiora se querere, cum ignoret quid conducatur sibi in vita numero dierum vitæ suæ, &c. Et ideo hoc non est necesse scribere, quia illud quod sciendum est vos scitis, quia scilicet [dies domini sicut fur in nocte, &c.] Sunt autem omnes dies domini. P. sal. Ordinatione tua perseverant dies. Sed iste specialiter est domini, quia facit in omnibus suã voluntatem, quæ impletur in bonis, qui perducuntur ad finem præscitum à deo. salutem. 1. Tim. 2, Vult omnes homines saluos fieri, & cetera. In malis, quia puniuntur. P. salm. Cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo. Iste veniat sicut fur, id est ex impremeditatione. Lucæ duodecimo, Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, &c. 2. Pet. 1, Adueniet dies domini sicut fur. Apocalip. 3, Veniam tibi tanquam fur. Quomodo autem dies dicitur venire in nocte? Sed sciendum quodd vtumque est, quia in die venit propter manifestationem cordium. 1. Corinth. 4, Quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, sed in nocte propter incertitudinem. Mat. 25, Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, &c. Incertum enim est qua hora erit. Deinde cum dicit [Cum enim dixerint.] Exponit quæ dixerat, & primò quantum ad malos, secundo quantum ad bonos ibi [Vos autem.] Circa primum duo facit. Primò describit præsumptionem malorum, secundo periculum moræ. Dicit ergo, Veniet sicut fur, quia ex improviso [Cum enim dixerint Pax.] quantum ad præsentia, id est dum tranquillè viuunt, sic decipiuntur. Sapientia 14, In magno viuentes incipientia bello tot & tam magna mala pacem appellant [Et securitas.] quantum ad futura. Lucæ duodecimo, Anima mea multa habes bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare. Sed contrà. Lucæ 21, Arescentibus hominibus præ timore, & cetera. Ergo nulla securitas. Solutio est duplex. Vna quæ est Augustini quæ talis est, In tempore illo aliqui erunt boni, & affligentur, lugebunt & expectabunt. Et de hoc dicitur Lucæ 21, Arescentibus ex carentia voluptatum, & abundantia malorum, &c. Sed in malis erit pax & securitas. Alia datur solutio in glosa. Deinde cum dicit [Tunc repentinus.] Describit periculum à quatuor. Primò, quia subitum, ibi [Repentinus.] Iob 18, Calcat super eum quasi rex interitus, & cetera. Tertiò afflictionum, ibi [Dolor.] P. salm. Ibi dolores, vt parturientis, & cetera. Quarto in euitabile, ibi [Non effugient.] Iob vndecimo, Effugium peribit ab eis. Ab ira dei nunc est effugere ad eius misericordiam, ibi verò non est tempus misericordiæ, sed iustitiæ. Deinde cum dicit [Vos autem.] Exponit quæ dixerat quoad bonos, & duo facit, quia primò excipit bonos à cõfortio malorum, secundo rationem assignat, ibi [Omnes enim vos.] Dicit ergo [Non estis in tenebris.] quia illuminati

luminati estis per Christum de illo die, ideo vobis non est improuisus. Ioan. 8, Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lucem vitæ. & huius ratio est, ibi [Omnes enim vos filij lucis estis & filij.] Astruit enim quodd sunt filij lucis & diei. Filij autem alicuius rei in scriptura dicuntur aliqui propter abundantiam in re illa. Esa. 57, In cornu filio olei, id est, habente multum oleum. Qui ergo participat multum de die & luce dicuntur eorum filij. Hæc lux est fides Christi. Ioan. 8, Ego sum lux mundi & cetera. Ioan. 12, Credite in lucem vt filij lucis sitis. Item diei. Sicut enim ex luce fit dies, ita ex fide Christi fit dies. scilicet, honestas bonorum operum. Rom. 13, Nox præcessit, &c. Et ideo [non sumus filij noctis.] i. infidelitatis [neque tenebrarum.] i. peccatorum. Roman. 13, Abiciamus ergo à nobis opera tenebrarum, &c. Deinde cum dicit [Igitur non dormiamus, & cetera.] ostendit qualiter se præparent ad illum aduentum, & primò qualiter per vltionem maiorem: secundo per obseruantiam bonorum, ibi [Induti.] Circa primum duo facit: quia primò ponit monitionem: secundo eius rationem, ibi [Qui enim dormiunt.] Dicit igitur, Ex quo dies domini est sicut fur. Luc. 12, Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtique. Ergo vos, quia scitis, vigiletis. Vnde dicit [Igitur non dormiamus] somno peccati. Ephes. 5, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Item nec pigritia. Prover. 6, Vt quequo piger dormis: &c. Sed vigilemus per sollicitudinem. Mat. 24, Vigilate itaque, &c. Et ad hoc est necessarium quodd [sobrii simus] vt & corpus & mens sint sobria, id est, non occupata voluptatibus, & curis mundi. Luc. 21, Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula & ebrietate. 1. Pet. 5, Sobrii estote & vigilate. Ratio autè huius est ex tẽporis cõgruitate: quia qui dormiunt, vel ebrii sunt, aliquid faciunt in nocte. Sed nos nõ sumus in nocte. [Ergo, &c.] Dicit ergo [Qui enim dormiunt, nocte dormiunt.] i. tempus noctis deputat quieti: diè verò operationi. P. sal. Ortus est sol & cõgregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Et rursum exhibit homo ad opus suum, & ad operationem suã vt que ad vesperã. Item adhibent aliqui à vino in die propter negotia exercenda: sed de nocte tantum nõ curant. Iob 24, Oculus adulteri obseruat caliginem. Somnus ergo & ebrietas est nocti cõueniens, eo quod nocte infidelitatis & tenebris peccatorum occupati, sunt ebrii, per amorem præsentium non habentes spem futurorum. Ephes. 4, Desperates tradiderunt se impudicitia in operationem immuditia omnis in avaritia, &c. [Nos autem qui di. lu.] i. pertinentes ad diè honestatis & fidei [simus sobrii.] Ro. 13, Honestè ambulemus in die. Deinde cum dicit [Induti, &c.] ostendit quomodo se præparent per bona: & primò ponit monitionem generalem: secundo specialem, ibi [Propter quod.] Item prima in duas, quia primò ponit ipsam monitionem: secundo rationem eius ibi [Quoniam non posuit.] Sunt autè in homine duo principalia membra, quæ cõsueverunt in bellis protegi. scilicet, cor, quod est principium vitæ, & caput. scilicet, principium motus exterioris, à quo sunt sensus, & aliquo modo nerui. Et protegitur cor lorica: caput galea. Spiritalis vita in nobis est Christus, per quam anima viuunt, & dominus in nobis per fidem habitat. Ephes. 3, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Habitat etiam per charitatẽ. 1. Io. 4, Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo: quæ informat fidẽ. Et ideo debemus habere fidem & charitatem. Vnde dicit [Lorica fidei & charitatis] quia protegit vitalia: [galeã, spem salutis] quæ est principium motus specialis, quod est ex intẽtione finis, quem speramus assequi. Deinde cum dicit [Quonia non posuit nos.] ostendit rationem quomodo in nobis operatur. Et primò ex præordinatione diuina: secundo ex gratia Christi: tertio ostendit modum consequendæ salutis. Dicit ergo, Quatum non posuit. i. non ordinauit. Io. 15, Posui vos. scilicet, sanctos, vt eatis, &c. [Deus in iram.] i. ad hoc, vt cõsequamur eius iram. Sapient. 1, Deus mortem non fecit. Ezec. 18, Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus deus, &c. [Sed in acquisitionem.] i. vt acquiramus salutem. Mat. 11, Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 1. Pet. 2, Vos estis gentes electum, regale sacerdotium, &c. Et hoc per gratiã Christi: ideo dicit [Per dominum nostrum, &c.] A d. 4, Non est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. [Quæ mor. est pro no.] i. saluauit nos moriendo pro nobis. 1. Pet. 3, Mortuus est iustus pro iniustis, vt offerret nos deo mortificatos quidem carne, viuificatos autè spiritu. Et modus perueniendi est, quia Christus docuit nos operando salutem nostram: & hoc moriendo & resurgendo. Roma. 4, Traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. & ideo dicit [Siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus.] Rom. 14, Siue viuimus, siue morimur, domini sumus. Deinde cum dicit [Propter quod.] docet nos quomodo præparemus nos quantum ad speciales cõditiones personarum. Et circa hoc tria facit: quia primò ostendit quomodo se debeant habere ad æquales: secundo quomodo subditi se habeant ad prælatum, ibi [Rogamus autem.] Tertiò quomodo prælati ad subditos, ibi [Rogamus autem.] Debemus autem æqualibus cõsolationem in aduersis. Vnde dicit [Consolamini inuicem.] Item ædificationem in exemplis. Vnde dicit [Et edificate, &c.] Ro. 14, Quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Subditi autè ad prælatos, primò debet beneficiorum recognitionem: secundo charitatem: tertio pacem. Vnde [vt noueritis.] i. vt recognoscatis beneficio eorum. Hab. vlt. Memtote propositorum vestrorum, &c. Noueritis, in quã, primò ex parte eorum, quia maximè laborem ferunt pro vobis: Vnde dicit [Eos qui laborant inter vos] pro bono vestro. 2. Tim. 2, Labora sicut bonus miles Christi, &c. Secundo ex parte dei. Et ideo est habenda reuerentia ad eos, sicut ad deum. Vnde dicit [Et præstant vobis in domino.] i. vice domini. 2. Cor. 2, Ego si quid donauit vobis in persona Christi. Tertiò ex parte vestra, quia sunt vobis vtilis. Vnde dicit [Et mouet vos, vt ha. &c.] ideo secundo debetis eis charitatem abundantius. i. præ aliis: & tertio [pacem propter opus illorum.] Sed contra hoc quiddã agunt. Amos 5, Odiõ habuerunt in portas corripientem, &c. Eccl. 19, Qui odit correctionem, minuetur vita. Sed vos habete pacem propter opus correctionis. quod proprie spectat ad eorum officium. P. sal. Dum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Lectio 2.

Rogamus autem vos fratres: corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Vt latè quomodo dicit ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est scilicet inuicem & in omnes. Semper gaudeat se habere deo. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritu nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete. Ab omni specie mala, abstinete: quomodo vos. Ipsi autem deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi, seruetur. Fidelis est qui vocauit vos: qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes & quomodo.

Docetur prælati quomodo se habere debent ad subditos, quomodo quilibet ad quilibet.

do quibet. ad nes in ofculo fancto. Adiuuro vos per dominum vt legatur epiftoia hac omnibus fanctis fratribus. Gratia domini noftri Iefu

Christi vobifcum. Amen. Supra ostendit quomodo subditi debent se habere ad prelatos: hic ostendit econuerfo. Et circa hoc duo facit, quia primò docet quomodo prelati ad sacerdotes subditos se debeant habere: secundò generaliter quomodo se debeant habere ad omnes, ibi [Videte ne quis.] Sciendum est autè quòd cura prelatorum ad duo debet referre. scilicet ad retrahendù alios à peccatis, & ad custodiendù seipfos. Quantum ad primù, tria Apostolus dicit. Triplex enim subditi possunt pati defectù. Primò in actu: secundò in voluntate: tertio in virtute. In actu autem quado prorupit in actum peccati, & tunc sunt corrigendi. Et quis de omni peccato, specialiter tamè corrigendi sunt de peccato inquietudinis. Et ideo dicit [Corripite inquietos.] 2. Thef. 3. Nò inquieti fuimus inter vos. Ecclef. 19. Corripe proximum antequam comineris, & da locù timori. In voluntate verò, quando nò aggreditur magna, quia deicitur propter aduersa & peccata præcedentia. Vnde dicit [Consolamini pusillanimes.] Pusillanimes est nò habēs animù ad magna, timens ne deficiat. Esa. 35. Dicite pusillanimes, confortamini & nolite timere. Job 4. Vacillates cõfirmauerit manus tuas, &c. In virtute autem, quado vel ex infirmitate peccat, vel debilitantur in bono actu & illi sunt fouedi. Vnde dicit [Sulcipite.] In vice ribus charitatis fouedo [infirmos] quorù est virtus debilis, vel ad resistendù malis, vel ad faciendù bona. Ro. 15. Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere. Prelati autè debet se custodire à defectu 15. Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere. Num. 11. Nò possum solus sustinere omnem hanc multitudinem, quia grauis est mihi, &c. Et ideo dicit [Patientes estote ad omnes.] Prou. 19. Doctrina viri per patientiã noscitur. Psal. Be patientes erunt, vt annuntient. Deinde cum dicit [Videte ne quis.] Ostendit generaliter quomodo se habeat ad omnes. Et circa hoc duo facit, quia primò ostendit qualiter omnes in quibusdã debeant se habere. Secundò quid in omnibus, ibi [Omnia autem.] Circa primù tria facit: quia primò ostendit quomodo se debeant habere ad proximù: secundò quomodo se habeant in his quæ ad deũ sunt, ibi [Sèper gaudete.] Tertio quomodo se habeant ad eius dona, ibi [Spiritum nolite.] Quartum ad proximù debet se habere vt nò inferat ei mala, & vt studeat ei bene facere. Vnde dicit, Dixi supra in speciali, sed nunc in generali dico [ne quis malù, &c.] Psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Sed contra, multoties vindicta petitur coram iudice. Respon. Sicut actus moralis sumitur secundum intentionem finis, sic ad duo potest esse intentio, vel ad malù illius, ita quòd quicquid ibi, & hoc est illicitum, quia ex liuore vindictæ: vel ad bonum correctionis seu iustitiæ & conseruationis reipublicæ, & sic nò reddit malum pro malo, sed bonum, scilicet eius correctione. Quartum ad secundum, dicit [Sed semper quod bonũ est, &c.] Et dicit [Sectamini] & non faciatis: quia tu ex te debes sumere occasionem benefaciendi ad proximũ tuum & non expectare quòd ipse det tibi occasionem benefaciendi sibi. Vnde Psal. Inquire pacem, & persequere eam. Ro. 12. Noli vinci à malo, vt. scilicet tractus ab eo ad malefaciendum: sed vince in bono malũ, retrahedo eum ad bonum. Gal. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Deinde cum dicit [Semper gaudete.] ostendit quomodo se debeant habere quoad deum, ad quæ tria oportet habere. Primò gaudere de ipso. Vnde dicit, Sèper gaudete. scilicet de deo: quia quicquid malũ proueniat est incomparabile bono, quod est deus. Et ideo nullũ malũ illud interrumpat. Vnde dicit, Sèper gaudete. Secundò orare pro beneficiis suscipiendis, ibi [Sine intermissione orate.] Luc. 18. Oportet semper orate, & nunquã deficere. Sed quomodo potest hoc esse? Resp. Dicendũ est quòd hoc potest esse tripliciter. Primò quòd ille semper orat, qui statutas horas nò intermittit. Simile habetur 2. Reg. 9. Tu comedes panem in mensa mea semper. Secundò sic, Sèper. scilicet cõtinuè orat: sed tunc oratio sumitur pro effectu orationis. Est enim oratio, interpretatio seu explicatio desiderij, quia quado desidero aliquid, tunc illud orado peto. Vnde & oratio est petitiõ decetium à deo: & ideo desiderũ habet vim orationis. Psal. Desideriũ pauperum exaudiuit dominus. Omnia ergo quæ facimus, ex desiderio proueniunt. Ergo oratio in bonis quæ facimus, manet in virtute: quia bona quæ facimus, ex desiderio bono proueniunt. Glo. Nò cessat orare, qui non cessat benefacere. Tertio quoad causam orationis. scilicet faciendo elee mosinã. In vitis patrũ, ille semper orat, qui elemosinas dat: quia qui elemosinã accepit, orat pro te, etiam te dormiente. Item tertio orare pro beneficiis suscipiendis: & gratias agere pro susceptis. Ideo dicit [In omnibus]: scilicet bonis & aduersis [gratias agite.] Ro. 8. Diligẽtibus deum omnia cooperantur in bonũ. Col. 2. Abundantes in illo in gratiarũ actione. Phi. 4. Cum gratiarũ actione. Hæc enim voluntas, &c. 1. Tim. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, & in agnitione veritatis venire. Deinde cum dicit [Spiritũ nolite, &c.] ostendit quomodo se habeat ad dona dei. Et primò quia ea nò impediãt. Secundò quia ea non contrẽnant, ibi [prophetias] Spiritus autè sanctus est persona diuina incorruptibilis & æterna, vnde in sua substantia extingui nò potest. Sed tamen dicitur quis extinguere spiritum, vno modo feruorem eius extinguendo, vel in se vel in alio. Ro. 12. Spiritu feruẽtes. Cũ enim aliquis aliquid boni ex feruore spiritus sancti vult facere: vel etiã cum aliquis bonus morus surgit & ipse impedit, extinguit spiritũ sanctum. Act. 7. Vos semper spiritui sancto restitistis. Alio modo mortaliter peccando. Spiritus enim sanctus in se semper viuít, sed in nobis viuít quando facit nos in se viuere: sed quando quis peccat mortaliter, non viuít in ipso spiritu sancto. Sap. 1. Spiritus enim sanctus disciplina effugiet fictũ, &c. Tertio modo occultãdo. q. d. Si donũ spiritus sancti habetis, vt imni eo ad utilitatẽ proximorũ. Ecc. 20. Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ utilitas in vrisq; Mat. 5. Nemo accedit lucernã & ponit eã sub modio, &c. [Prophetias nolite sper.] Aliqui enim apud istos spiritu prophetiã erant pollẽtes, qui ab istis reputabatur infani. 1. Co. 14. Emulamini spiritualia, magis autè vt prophetetis vel prophetias. i. diuinã doctrinã. Exponẽtes enim diuinã doctrinã dicuntur prophetæ. q. d. Nò spernatis verba dei & pradicacione. Hic. 20. Factus est sermo domini in opprobriũ & in derisum. tota die. Deinde cum dicit [Omnia autem probate,] ostendit qualiter se habeat ad omnia, & vnũ est quod in omnibus vtantur discretionẽ. Rom. 12. Rationabile obsequium vestrum. In hac materia debet esse diligẽs examinatio, boni electio, mali abiectio. Quartum ad primũ, dicit, Prophetias nolite spernere, tamen omnia probate. scilicet quæ sunt dubia. Manifesta enim, examinari de nò indigẽt. 1. Io. 4. Omni spiritui credere nolite. Job 12. Nõne auris verba dii iudicat? Quantum ad secundum dicit [Quod bonum est tenete.] Galat. 4. Bonum autem armu-

Apofolus pro Theff. dat spẽ exauditionis, tandẽ mot ad orãdũ pro se & suis, vt salui fiant & vt omnibus legatur hæc epiftoia sicque solita in præcatione clauduntur epiftoia.

lamini in bono semper. Quantum ad tertium, dicit [Ab omni specie mala abstinere vos.] Esa. 7. Vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Et dicit, specie, quia etiam quæ habent similitudinem malitiæ vitare debemus, quæ scilicet non possemus seruare coram hominibus absque scandalo eorum. Deinde cum dicit [Ipse autem.] subdit orationem, & circa hoc tria facit: quia primò orat pro eis: secundò dat spem de exauditione: tertio dat speciales monitiones. Dicit ergo [Ita monco] sed nihil valet, nisi deus gratiam det. Vnde [Ipse deus pacis, sancti vos.] Leuit. 21. Ego dominus qui sanctifico vos, &c. [Per omnia,] id est, vt sitis totali aliud est spiritus, & aliud anima: ponentes duas in homine animas. Vnam quæ animat, aliã quæ ratiocinatur. Et hæc sunt reprobata in ecclesiasticis dogmatibus, vnde sciendum quòd hæc non differunt secundum essentiam, sed secundum potentiam. In anima enim nostra sunt quedam vires quæ sunt actus corporaliũ organorum, sicut sunt potetia sensitiuæ partis. Aliæ sunt quæ non sunt actus talium organorum, sed sunt abstractæ ab eis, sicut sunt potetia intellectiuæ partis. Et hæc dicuntur spiritus, quasi immateriales & separatæ spiritu mentis vestræ. In quantum autem animat, dicitur anima, quia hoc est ei proprium. Et loquitur hic Paulus propriè. Nam ad peccatum tria concurrunt, ratio, sensualitas, & executio corporis. Optat ergo quòd in nullo horum sit peccatum. Non in ratione. Vnde dicit [Vt spiritus,] id est, mens vestra seruetur integer. In omni enim peccato ratio corrumpitur, secundum quod omnis malus est ignorans. Item nec in sensualitas. Vnde dicit [Anima.] Item nec in corpore: & ideo dicit [Et corpus.] Hoc autem fit sic quando seruatur immune à peccato. Et dicit [Sine querela] non sine peccato, quod est solius Christi: sed esse sine querela, est etiam aliorum, qui & si venialia, non tamen committunt graua, & quibus proximum scandalizatur. Luc. 1. Incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini sine querela. Et addit [In aduentu, &c.] scilicet, perdurando vsque in finem vitæ. Vel integer spiritus refertur ad donum spiritus sancti. q. d. Donũ spiritus sancti quod habetis sit integrum. Deinde cũ dicit, [Fidelis &c.] Dat spem exauditionis q. d. Vt ego spero, sic fiet, quia & ipse qui vocauit faciet, id est, complebit. Psal. Fidelis dominus in omnibus verbis suis, &c. Rom. 8. Quos vocauit, hos & iustificauit, &c. Vltimò iniungit familiares monitiones. scilicet orationem ibi [Orate.] Item mutuã pacem, ibi, [Salutate omnes fratres in osculo sancto] nò proditorio, sicut Iudas. Mat. 26. Nec libidinofo, vt libidinofo mulier. Prouer. 7. [Vt legatur &c.] Timebat enim ne prelati propter aliqua quæ erant hic ea occultarent. Prouer. 11. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis, &c. Vltimò concludit epistolam in salutatione.

Explicit mirabilis & deuota expositio doctoris angelici sanctissimi Thomæ Aquinatis, ordinis fratrum prædicatorum, super primam epistolam incliti Apostoli sancti Pauli ad Thessalonicenses.

Incipit profunda & subtilis explanationatio eiusdem sanctissimi doctoris Thomæ de Aquino ordinis, fratrum prædicatorum, super secundam epistolam eiusdem gloriosi Apostoli Pauli ad Thessalonicenses.

PROLOGVS.



ongregamini, vt annuntiem quæ vettura sunt vobis, diebus nouissimis, &c. Gen. 49. Hæc verba cõpetunt huic epistolæ. Duo enim tanguntur quæ ei cõueniunt. scilicet fructus, & eius materia. Vnde dicitur, Vt annuntiem, &c. Agitur enim in ea de his quæ vettura sunt in diebus nouissimis: quæ sunt tria. scilicet pericula ecclesiæ, tempore Antichristi. 2. Tim. 3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, &c. Item malorũ supplicia. Psal. Donec intrem in sanctuariũ dei, &c. Veritatem propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuaretur. Item præmia bonorũ. Pro. 11. Fortitudo & decor, indumentum eius. Et de his agit in hac epistola. Utilitas ostenditur, quia cõgregamini. Sic acquiritur ex hac epistola cõgregatio. scilicet cõcordatiũ in veritate, quia discordabat de iudicio futuro: propter hoc quod dicit in 1. epist. Deinde nos qui viuimus, &c. Psal. Dispersiones Israelis cõgregabit. Itẽ voluntatum, quia cum considerant quòd quæcũque temporalia sunt, in nouissimo mundi peribunt, datur intelligi quòd eos congregant ad vnum querendum. scilicet celeste præmium. Eccl. 30. Congrega cor tuum in sanctitate eius. Item cogitationum ad vnam stabilem veritatem. Esa. 41. Ego autem opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem, &c. Sic ergo patet fructus & materia: quia in prima muniuit eos contra persecutiones præteritas: hic munit eos contra futuras. Caput 1. Paulus & Siluanus & Timotheus, ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias agere debemus semper pro vobis fratres, ita vt dignum est, quoniam superest fides vestra, & abundat charitas inuicem, ita vt & nos ipsi in vobis gloriamur in ecclesiis dei, pro patientia vestra, & fide, & in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicij, vt digni habeamini in regno dei pro quo & patiamini.

Salutatio. Bona optata. Epistolæ tractatus in quo agit de futuris: & primò agit gratias de profectis Thessal. in fide, charitate & aliis ostendendo eorum idoneitatem ad futurum iudicium.

¶ Diuiditur hæc epistola in salutationem, & epistolarem narrationem, ibi [Gratias agere debemus, &c.] Item primò ponuntur personæ salutantes. Secundò personæ salutari. Tertiò bona optata. Sunt autem eadem personæ quæ & in prima. Tres autem personæ salutantes ponuntur, vt authoritas epistolæ robustior appareat. Ecclesia. 4. Funiculus triplex difficilè rumpitur. [Ecclesia Thessalonicensium, &c.] Ecclesia congregationem dicit, quæ debet esse in deo, alius est mala. De bona dicitur Psalm. Congregate illi sanctos eius, & cetera. [In Christo,] id est, in eius fide. Roman. 5. Per quem accessum habemus per fidem in gratiam istam. ¶ Deinde optat eis bona: & primò pacem. Ipsa est enim principium omnium spiritalium donorum. 1. Corinthio. 15. Gratia dei sum id quod sum. Item, pacem quæ est finis hominum. Psalm. Qui posuit fines tuos pacem, & cetera. & hoc [à deo, &c.] Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum, & cetera. [Et domino Iesu, &c.] 2. Petr. 1. Per quem maxima & pretiosa nobis donauit. ¶ Gratias agere debemus, & cetera. [Hæc est epistolares narratio. Et primò instruit eos de futuris in nouissimis diebus. Secundò admonet eos familiariter de quibusdam, in tercio capit. ibi] [De cætero fratres, &c.] Item primò monet sicut dictum est, quantum ad præmia donorum, & pœnas malorum. Secundò quantum ad pericula tempore Antichristi, secundò cap. ibi] [Rogamus autem vos, &c.] Item primò agit gratias de preparatione ad futurum iudicium. Secundò describit ipsam iudicium, ibi [Sed tamen iustum.] Item primò agit de profectu. Secundò ostendit fructum profectus. Tertiò signum. Dicit ergo, Gratias agere debemus, & cetera. Nam quia in prima epistola commendauit eos de fide & charitate, & aliis bonis in quibus abundabant: ideo dicit [Gratias agere debemus semper pro vobis] quia bonum quod habetis, reputo meum. 2. Ioan. 3. Maiorem horum nō habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Et hoc deo, sine quo nihil boni potest fieri. Et hoc dignū est, quia de magnis bonis agimus gratias. 2. Machab. 1. De magnis periculis à deo liberati magnificè gratias agamus. Quare? [quia supercreuerunt] bona spiritalia. Periculose enim custodiuntur, nisi proficiat in eis homo. In his donis autem dei, primum est fides, per quam deus habitat in nobis, & in hac proficimus secundum intellectum. Eph. 4. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Et sic proficit homo per cognitionem, deuotionem, & inhaesionem. Secundum est charitas, per quam deus est in nobis secundum effectum. 1. Ioan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Et ideo dicit [Et abundat.] Pro. 17. In abundantia iustitiae, virtus est maxima, & cetera. 1. Thessalonic. 4. De charitate autem fraternitatis non cessè habuimus scribere vobis: ipsi enim à deo didicistis, vt diligatis inuicem, &c. Et tunc ponitur profectus, cum dicit, Ita quod ego glorior, inde apud alios, quia vestra reputo mea. Bonum enim discipulorum est gloria praelatorum. Pro. 10. Filius sapiens lætificat patrem, &c. Pro. 17. Corona senfum, filii filiorum, &c. 2. Corinth. 9. Pro quo de vobis glorior. Et tunc ponit signum profectus, scilicet patientiam, quæ ostendit maximè in tribulationibus. Iac. 1. Beatus vir qui suffert tentationem, &c. In tribulationibus sunt duo seruanda, scilicet patientia, ne discendat à fide. Iac. 1. Patientia opus perfectum habet. Et fides in persecutionibus. 1. Corinth. 4. Persecutionem patimur & sustinemus. Vnde dicit [In fide, in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus.] Quæ quidem tribulationes dicuntur à tribulis: quibus interius per afflictiones pungimur. Gen. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Psal. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt. Et hæc sancti sustinent propter duo, scilicet propter terrorem malorum. Si enim deus non parcat bonis in hoc mundo, quomodo parcat malis in futuro. 1. Petr. 2. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt dei euangelio, &c. Hierem. 49. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, &c. Secundò ad augendum meritum. Vnde dicit [Vt digni, &c.] Nam vt dicitur Mat. 11. Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et Luc. vltim. Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Ro. 8. si tamen compatimur, vt & glorificemur. Vnde dicit [Pro quo & patimini.] Tribulatio enim quæ fertur pro deo, facit dignū regno dei. Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur, &c. 1. Petr. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.

Item iustum est apud deum retribuere retributionem his qui vos tribulant. Et vobis qui tribulamini, requiem nobiscum, in reuelatione domini Iesu de celo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam his qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi: qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie domini, & à gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam oramus semper pro vobis, vt dignetur vos uocatione sua deus, & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.

¶ Suprà egit de eorum idoneitate ad futurum iudicium: hæc agit de forma iudicij. Et primò ponit iudicium quantum ad punishmentem malorum & præmia bonorum. Secundò de vtraque parte sigillatim, ibi [In flamma.] Item primò ponit iudicium quantum ad punishmentem malorum. Secundò quantum ad præmia bonorum, ibi [Cum venerit.] Quantum ad primum dicit suprà, sustinetis in exemplum, &c. Hic subinfert [Si tamen iustum est.] si pro quia. Vnde alia littera habet, si quidem. Vel, si tamen, referatur in exemplum iusti iudicij: quasi dicat, Iustum est quod hæc patiamini, si tamen ex hoc mereamini, sed prima littera & expositio est melior. [Iustum est retribuere.] Psalm. Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis. Esa. 33. Veh qui prædatis, nõne & tu prædaberis? [Retributionem.] Scilicet, æternæ dånationis. Roma. 8. Tribulatio an angustia, &c. [Et vobis qui tribul. requiem.] Luc. 16. Recepisti bona in vitæ tuâ, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciarius. Apoc. 14. A modo enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. [Nobiscum,] id est, æqualem gloriam. Sed nunquid hoc est verum? Respondet: duplex est æqualitas. scilicet absoluta quantitas, & proportionis. Et prima non est æqualis quantum ad participationem hominis, sed æqualis quantum ad beatitudinem participatam quæ est deus: homo enim participat secundum magis & minus, scilicet, secundum quod ardentius vel minus ardentem amat deum. Sed secundum secundam, omnimoda & qualitas erit, quia ira est gloria patri ad gratiam sibi datam & meritum suum, sicut gloria Lini ad suam. Hoc, inquam, erit in reuelatione, &c. Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio suo: & hoc in quantum filio hominis

unde sequitur, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia in forma humana omnibus apparebit, sed modo non apparet, quia humanitas eius later in gloria dei, sed tunc apparebit. Esa. 40. Et reuelabitur gloria domini, & omnes angeli cum eo, &c. ¶ Deinde dicit [In flamma ignis] agit de vtraque. scilicet punishmente malorum, & præmiatione bonorum: sed in punishmente malorum ostendit acerbam, iustam & diurnam. Dicit ergo [Dan ris vindictam]. i. iudicariis puniendos in flamma ignis, faciem orbis cõburentis, & inuoluentis reprobos, & de tridentis in perpetuum. Psal. Ignis ante ipsum præcedet, &c. Item erit iusta propter duplicem culpam. in fidelitatis, & malæ vitæ. Quatum ad primum, dicit [Qui non nouerunt]. i. noluerunt cognoscere [deum.] Iob 21. Scientiã viarum tuarum nolumus. 1. Cor. 14. Ignorans ignorabitur, &c. Quatum ad secundum, dicit [Qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi] Ro. 10. Nõ omnes obediunt euangelio. Inobedientia enim est tantum peccatum quod per eam mors venit in hunc mundum, vt dicitur Ro. 5. Item est diurna, quia pœnas dabunt in interitu æter. Et potest legi dupliciter, secundum quod duplex est pœna. scilicet sensus, & dani. De pœna sensus potest intelligi sic, Dabunt. i. sustinebunt pœnas æternas nõ finiedas: & hoc in interitu, quia semper morietur. Aliter enim est de pœnis huius vitæ & illis. Nã hæc quod plus acerbiore, tãrò sunt breuiore, quia extinguuntur: sed ille sunt grauissimæ, quia sunt pœnæ mortis: & sunt iterminabiles. Vnde dicitur quod semper erunt quasi in morte. Mors depascet eos. Esa. 67. Vermis eorũ non morietur. Pœna autè dani est duplex, quia separabuntur à visione dei. Vnde dicit [A facie domini]. Ire moti. Iob 13. Non veniet in cõpectu eius omnis hypocrita. Alia est priuatio visionis gloriae sanctorum. Esa. 66. Tollatur impius ne videat gloriae sanctorum, &c. ¶ Vel aliter [A facie domini, &c.] in hoc ostenditur causa acerbitatis pœnæ sensus. Sensus enim alicuius euacuatur, vel propter superiorem iudicem, vel propter superioris potetiam: sed hoc non erit, quia hoc iudicium procedet à facie domini. Psal. De vultu tuo iudicium meum prodeat, &c. Et ideo dicit, Dabunt pœnas. i. sustinebunt à facie domini. ¶ Deinde cum dicit [Cum venerit]. agit de præmiatione sanctorum. Et primò ponit præmium: secundò meritum, ibi [Qui crediderunt.] Gloria sanctorum cõmedat: & quatum ad essentiam, per participationem gloriae dei, cum dicit [Glorificari, &c.] & quatum ad eius excessum, ibi [Et admirabilis.] Dicit ergo [Cum venerit.] Christus certè gloriosus est. Phil. 2. Omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. [Glorificari in sanctis eius.] quia bonum sui est cõmunicatiuum, vel glorificari in sanctis eius, qui sunt membra sua in quibus habitat, & in quibus glorificatur, quãdo sua gloria. i. capitis, deriuatur usque ad sua membra. Esa. 49. Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor. Et hoc excedet omnẽ admirationem. Vnde dicit [Admirabilis, &c.] Siquidem admiratio est stupor procedens ex magna fantasia. Tãta verò sanctorum gloria nõ potest cadere in opinionem hominum. Et ideo dicit, Admirabilis. Sap. 5. Mirabuntur in subitatione insperata salutis, &c. ¶ Deinde ponit meritum, ibi [Qui crediderunt, &c.] Et ponit primò meritum fidei. Secundò suffragiũ orationis, ibi [In quo. Dicit ergo.] Hęc erit gloria, quia creditũ est nostrũ testimoniu sup vos quod credidimus de Christo [in illo die,] i. propter illud diẽ: quia bona quæ agimus sunt propter illud diẽ. Et dicit hoc testimoniu est sup vos. i. super sensum humanũ. Eccle. 9. Plurima super sensum hominis, &c. Fides enim non habet meritũ, vbi humana ratio prebet experimẽtum. Nisi enim esset supra vos, nõ esset magni meriti credere. Vel dicit super vos. i. dominatur vobis subiectibus intellectu vestrum humiliter ad credendũ. 2. Cor. 10. In captiuitatẽ redigetes omne intellectũ in obsequiu Christi. Sic exponit glo. Vel aliter & magis secundum literã: Dico, quod glorificabitur Christus in vobis qui credidistis, in die iudicij, quãdo Apostoli iudicabunt: & tunc testimoniu quod est super vos. i. de promptitudine fidei vestræ, erit certum & creditum. i. credibile. ¶ Deinde cum dicit [In quo oramus, &c.] subiugit suffragiu orationis: & primò proponit quod petit: secundò quo sine, ibi [Vt dignetur.] Tertiò per quod posset assequi peritum. ibi [Secundum gratiam.] Petit autem vnũ ex parte dei, & duo ex parte nostra. Dicit ergo [In quo] i. propter quem diem [etiam nos oramus semper.] Ro. 1. Sine intermissione memoriã vestri facio semper in orationibus meis. 1. Reg. 13. Absit autẽ hoc peccatũ à me in domino vt cesset orare pro vobis. Sed ad quid? [Vt dignetur vos uocatione sua deus.] i. faciat vos in mudo dignè cõuerti sue uocationi. Eph. 4. Dignè ambuletis uocatione qua vocati estis. Item ex parte nostra duo petit, ex parte voluntatis, vt plenè fruatur omni bonitate. Vnde dicit [vt impleat omnẽ voluntatẽ bonitatis] i. impleat in nobis voluntatem omnis boni. Phil. 2. Qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Item ex parte intellectus, vt perfectè credant: ideo dicit [Et opus fidei.] Roma. 10. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et hoc operemini in virtute, id est in constantia & fortitudine, vt nullo timore cesseris à confessione eius: Vel sic, in quo, id est, propter quem diem oramus, vt deus dignetur vobis dare illud ad quod vocauit vos. 1. Petr. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionẽ hereditate possideatis. Et impleat omne bonũ quod desideratis, quod est in vita æterna; quãdo habebimus deũ. Psal. Qui replet in bonis desideriu tuum. Itẽ impleat opus fidei, quod erit quãdo id quod hęc per speculũ & in enigmate videamus, videbimus tunc facie ad faciẽ. Sed quo sine? vt clarificetur no. do. no. I. C. &c. [i. ad gloria Christi sit.] & per vos tam in presenti quàm in futuro nomen Christi glorificetur in bonis vestris. Mar. 5. Videat opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Econuerso de malis dicitur. Esa. 52. & Ro. 2. Nomen dei per vos blasphematur. Sed per quid poterimus illud consequi? [secundum gratiam dei nostri] quæ est radix omnium bonorum nostrorum. 1. Corinth. 15. Cratia dei sum id quod sum, &c.

*Capit. 2.
Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum: vt non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi in dies domini. Ne quis vos seducat illo modo. Quoniam nisi venerit discipulo primum, & reuelabitur homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur, deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus. Num retinetis, quod cum adhuc esset apud vos, hæc dicebam vobis? Superius Apostolus ostendit futura quantum ad pœnas malorum, & præmia bonorum: hæc annuntiamus.*

Monet non recedere à veritate, quasi in dies in dies, in strenuo, do qd primò fiet discipulo & Rom. imperio & reuelabitur antichristus.

primò ponit potestatem eius ad seducendum. Secundò huius causam ex domini iustitia, ibi [Eo q̄ charitatem.] Iterum prima in tres: quia primò ponit actorem huius potestatis, Secundò modum seducendi. Tertiò ostendit seducendos. Actor huius potestatis est diabolus: & ideo destruet eum Christus. 1. Io. 3. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Et ideo dicit q̄ aduentus antichristi erit secundum operationem sathanæ. i. ex instinctu eius. Apoc. 20. Soluetur sathanas de carcere suo, & exibit & seducet gentes, &c. Operatur enim aliquid secundum operationem Sathanæ, sicut arripit, in quo nõ solum instigat volutatem, sed etiam impedit vsum rationis: quod tamen nõ imputatur ad culpã eius, quia non habet vsum liberi arbitrii. Antichristus autẽ non sic: sed habebit vsum liberi arbitrii, in quo est diabolus suggerens, sicut dicitur de Iuda Ioã. 3. Introiuit in eum sathanas. i. instigando. Decipiet autẽ hoc modo, primò per potestatem secularẽ. Secundò per virtutem miraculorũ. Quãtum ad primum, dicit [In omni virtute.] i. seculari. Dan. 11. Dominabitur thesauris auri & argenti, & in omnibus preciosis Ægypti. Vel virtute. i. simulata. Quãtum autem ad secundum, dicit [In signis, &c.] Signa sunt quaedã mira etiã parua. Prodigia verò magna, quã aliquem prodigiosum ostendit, quasi procul à digito. Apo. 13. Fecit signa magna, vt & igne faceret descendere de celo, &c. Mat. 24. Dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Et dicit [Mendacibus.] Miraculũ mendax dicitur, vel quia deficit à vera ratione facti, vel à vera ratione miraculi, vel à debito fine miraculi. Primum fit in prastigijs, quãdo per demones illuduntur aspectus: vt aliud videatur quã est: sicut Simon magus fecit decollari arietem, & postea ostensus est viuus & homo decollatus est: & postea homo qui credebatur decollatus, ostensus est viuus, & creditus est resuscitatus. Et hoc faciunt homines cõmutando fantasmatã & decipiendo. Secundo modo illa dicitur miracula improprie, quã plena sunt admiratione, quãdo effectus videtur & ignoratur causa. Quã ergo habet causam occultã alicui, & non simpliciter, dicitur quidem mira, & non miracula simpliciter. Sed quã simpliciter causam occultã habet, sunt proprie miracula, quorum est ipse deus gloriosus, quia totũ ordinem naturã creatã trãscendunt. Aliquãdo verò sunt aliqua mira, sed non prater ordinem naturã, sed occultas causas habent: vt aliud magis faciunt demones, qui virtutes naturã sciũt, & qui habet determinatas efficacias ad speciales effectus, & hæc faciet antichristus: sed nõ qui habent veram rationem miraculi, quia non possunt in illa quã sunt supra naturam. Tertiò modo dicuntur miracula secundum quod sunt ordinata ad attestandã veritatem fidei, ad reducendum fideles in deum. Mar. vlt. Domino cooperãte & sermone confirmante sequentibus signis. Sed si alicui adest gratia miraculorum, & nõ vtatur eis ad hoc, miracula quidem sunt vera quoad rationem rei factã, & quoad rationem miraculi: sed sunt falsa quãtum ad finem debitũ, & intẽtionem dei. Sed tamen hoc non erit in antichristo, quia nullus contra fidem facit vera miracula, quia deus non est testis falsitatis. Vnde aliquis prædicã falsam doctrinã non potest facere miracula, licet aliquis habens malã vitam possit. ¶ Deinde ostendit seducendos, cũ dicit [His qui pereũt.] i. in præscitis ad perditionem. Io. 17. Nemo ex eis perit, nisi filius perditionis. Et hoc ideo, quia Io. 10. Oves meã vocem meã audiunt, Lectio 3.

Positur causa eius reproba buntur & se ducunt ab antichristo, & quõ decipiuntur, & pœna eorum, simul agẽdo gratias pro electis qui nõ decipiuntur, quorũ duo bene sciat cõmemoratur, electio & vocatio & monetur tenere veritatem pro qua tenenda orat.

¶ Quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacis, vt inducantur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere deo semper pro vobis fratres dilecti à deo, quod elegerit nos deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis: in quam & vocauit vos per euangelium nostrum in acquisitione gloriae domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres stete & tenete traditiones quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam & spem bonam in gratia: exhortetur corda vestra & confirmet in omni opere & sermone bono. ¶ Postquam ostendit in quibus habet locum deceptio antichristi. i. in præscitis ad dãnationem: hãc assignat causam prædictorum. Et primò ostendit causam huius, & quomodo decipientur: Secundò quomodo fideles ab eo liberentur, ibi [Nos autẽ.] Item primò ponit eorum culpã tantũ. Secundò pœnã cum culpa. Tertiò pœnam tantũ. Et est hãc processus peccati. Primò enim quis ex demerito primi peccati deceditur à gratia: & cadit in aliud peccatum, & post in æternum punitur. Dicit ergo q̄ causa quare decipiẽtur, est, quia noluerunt recipere charitatis veritatem. i. veritatem euãgelij. Ioan. 8. Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Iob 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Et dicit charitatem veritatis: quia nisi sit formata fides per charitatem, nihil est. 1. Cor. 13. Si habuerõ fidẽ ita vt mõtes trãsferam, charitatẽ autem nõ habuerõ, nihil sum, &c. Gal. vlt. In Christo Iesu neq; circumcisio, neque præputiũ aliquid valet, sed noua creatura. Et subdit, vtilitatem veritatis, dicens [Vt salui fierent.] Ro. 5. Iustificati ex fide pacem habeamus ad deum per dominũ, &c. Sed culpa & pœna est eorũ seductio. Vnde dicit [Mittet.] i. permittet illis venire operationem erroris. Esa. 19. Misit dominus in medio eius spiritũ vertiginis. 3. Reg. vl. Ero spiritus mendax in ore omniũ prophetarum eius. Et ideo dicit [Vt credant mendacio.] i. falsã doctrinã antichristi. Rom. 2. Propter quod tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciãt ea quã non cõueniunt, sed pœna tantũ, est æterna dãnatio. Vnde subdit [Vt iudicentur.] i. iudicio dãnationis. Ioã. 5. Et procedent qui mala fecerunt in resurrectionem iudicij, &c. [Omnes qui crediderunt veritati.] Io. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. ¶ Deinde cum dicit [Nos autem,] ostendit quare fideles Christi liberentur. Et primò agit gratias pro eis. Secundò cõmemorat diuina beneficia, quibus à talibus liberãtur. Dicit ergo sic, Illi decipientur, sed nos debemus gratias agere. Ro. 1. Primũ quidem gratias ago deo meo semper pro vobis per dominũ, &c. Duplex autẽ ponit dei beneficiũ. i. electionem dei quã est æterna, & vocationẽ quã est temporalis, ibi [In qua & vocauit nos.] Dicit ergo q̄, pro quia, elegit nos. i. Apostolos, & vos, i. fideles. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mũdi constitutionem, vt effemus sancti, &c. Ioan. 17. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. ¶ Circa electionem, tria tangit. i. ordinem electorum, finem electionis, & medium consequendi finem. Electi sunt omnes sancti à principio mũdi. Deu. 33. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. Sed Apostoli specialiter sunt primitiã. Ro. 8. Nos ipsi primitias spiritus habẽtes, &c. Et ideo dicit [Primitias fidei.] Finis item electionis est salus æterna & ideo dicit [In salutẽ.] 1. Tim. 2. Omnes homines vult saluos fieri, &c. Hoc autẽ fit primò ex parte dei per gratiam sanctificãtem. Vnde dicit [In sanctificatione spiritus.] Secundò ex parte nostra est cõsensus liberi

arbitri per fidem. Ideo subdit [Et in fide veritatis.] ¶ Deinde cum dicit [In quam vos vocauit, &c.] ponit secundum beneficium, quod est vocatio temporalis Christi, quã sequitur electionem. Ro. 8. Quos vocauit, hos & iustificauit, &c. Et de hac vocatione nota parabola. Luc. 14. De eo qui fecit cœnam magnam, &c. Et addit [Per euãgelium nostrum.] i. ad me prædicatum. Sed ad quam cœnam? In acquisitione gloriae. i. vt acquiramus Christi gloriam. ¶ Deinde cum dicit [Itaq; &c.] Monet tenere veritatem: & primò ponit monitionem: secundò orationem, ibi [Ipse autem dominus, &c.] Et facit primũ, quia opus nostrum, dependet à libero arbitrio. Secundũ verò, quia indiget auxilio gratiã. Et primò monet ad studium, cum dicit [Stare in veritate.] Gal. 5. Stare, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Secundò docet modum standi, ibi [Et tenete traditiones.] i. documenta quã à maioribus traduntur. Nam documenta quã traduntur à minoribus, quãdoq; non sunt seruãda, quando, i. contrariãtur documentis fidei. Mat. 15. Irritum fecistis madata dei, propter traditionem vestrã. Sed seruãda sunt quã ordinãtur ad madata dei. [Quas didicistis.] Act. 16. Paulus docebãt vt tenerent traditiones & documenta quã erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erãt Hierosolymis, &c. Et has traditiones dupliciter ediderũt: quãdam verbis, vnde dicit [Per sermonem.] Quãsdã in scripturis: ideo addit [Sive per epistolam.] Vnde patet q̄ multa in ecclesia nõ scripta, sunt ab Apostolis docta, & ideo seruãda. Nam multa secundum iudicium Apostolorum melius erat, vt occultarentur, vt dicit Dionysius. Vnde Apostolus. 1. Cor. 10. dicit, Cetera cum venero, disponam. ¶ Deinde ponit orationem, ibi [Ipse autem dominus noster Iesus Christus, &c.] q. d. Sic moneo, sed nihil valet nisi assit diuinum auxiliũ. Et ideo ponit primò duplex dei beneficium. Primum est amor eius ad nos, quo alia nobis impendit: ideo dicit [Dilexit nos.] Secundum est spiritualis consolatio, ibi [Et dedit cõsolationem æternam.] 2. Cor. 1. Qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra. Esa. 40. Consolamini, consolamini popule meus, dicit dominus deus vester, &c. Et dicit consolationem æternam. i. contra omnia mala imminencia, & futura. Et ideo expeditam spem bonam. i. bonorum æternorum infallibilitatem. 1. Petr. 1. Qui secundum magnam misericordiam suã regenerauit nos in spem viuã. Et hoc [In gratia.] i. per quam speramus consequi vitam æternam. Ro. 6. Gratia dei vita æterna. ¶ Perit autem pro eis exhortationem, quã est monitio ducens animũ ad volendum. Et hæc potest facere homo exterius: sed non est efficax, nisi esset interius spiritus dei. Vnde dicit [Exhortetur corda vestra.] i. instiget. Osee 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Item petit confirmationem. Vnde dicit [Et confirmet.] Psa. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. q. d. Exhortetur per gratiam vt velimus, & cõfirmet vt efficaciter velimus. At hoc [in omni opere bono & sermone.] Præcedit opus sermonem, quia cœpit Iesus facere & docere. Act. 1.

Caput 3.

¶ Cetero fratres orate pro nobis, vt sermo dei currat, & clarificetur, sicut & apud vos: Et vt liberemur ab importunis malis hominibus: nõ enim omnium est fides. Fidelis autẽ deus est qui confirmabit vos & custodiet à malo. Confidimus autẽ de vobis fratres in domino, quoniam quicquid præcepimus, & facitis & facietis. Dominus autẽ dirigat corda vestra in charitatem dei, & patientiam Christi. Denuntiamus autẽ vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, vt substrabatis vos ab omni fratre ambulãte inordinatẽ, & non secundũ traditionem quam acceperunt à nobis. Ipsi enim sciũs quemadmodũ oporteat imitari: nos quoniam nõ iniqui sumus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione nocte ac die operantur, ne quem vestrum grauarem. Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. ¶ Suprà instruxit eos de futuris in nouissimis: hãc instruit eos de quibusdã quã particulariter eis agenda erant. Vbi primò ponitur instructio. Secundò epistola cõclusio, ibi [Ipse autẽ deus pacis.] Item primò monet qualiter se habeant ad ipsum. Secundò ostendit quid de eis confidat ipse, ibi [Fidelis autem deus.] Tertiò quomodo se habeant ad alios qui inordinatẽ ambulant, ibi [Denuntiamus autem vobis.] Circa primum primò ponit orationem. Secundò quid in oratione est petendum, ibi [Vt sermo.] Dicit ergo [De cetero.] i. quia estis sufficienter instructi [Orate pro nobis.] Ro. 15. Obsecro igitur vos fratres per dominum nostrũ Iesum Christũ, & per charitatẽ spiritus sancti, vt adiuuetis me orationibus vestris pro me ad deum. Et hoc est debitum: quia curati habent curam vtilitatis gregis. Hæb. 13. Mementote præpositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei, &c. Secundò ostendit quid petendum est, vt. i. tollãtur impedimenta prædicationis. Et ideo dicit [Vt sermo dei currat.] qui non potest totaliter impediti, sed retardari. Ideo dicit, Currat. Col. 4. Orantes simul etiam pro nobis, vt dominus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Item vt clarificetur. i. per claram & lucidam expositionem apud rudes & sapientes, sicut & apud vos. Rom. 1. Sapientibus & insipientibus debitor sum. Prou. 14. Doctrina prudentium facilis. Item per miracula quã sunt demonstraciones fidei. Est enim omnis sciẽtia clara per demonstraciones, & hoc est orãdũ. Act. 4. Da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbũ tuum, &c. Item secundò orãdum est pro prædicatoribus, vt liberentur ab importunis & malis hominibus. Ipeudo Apostolis, qui sũt importuni in disputãdo, mali in seducendo. Vel à persecutoribus qui cogitauerũt iniquitatem in corde. Et ratio petitionis est, quia, omnium non est fides, quia licet videãtur habere eam, non tamen habent verã. Esa. 53. Domine quis credidit auditui nostro. Ro. 10. Non omnes obediunt euãgelio. ¶ Deinde cum dicit [Fidelis, &c.] ponit fiduciam quam habet de eis. Et primò facit hoc. Secundò orat pro eis, ibi [Dominus autem, &c.] Fiducia autem pendet ex deo, qui gratiam dat, & ex hominibus qui sunt liberi arbitrii, vt dirigãtur in gratia: dicit primò ex parte dei, Cõfido q̄ orabitur & exaudiemini, quia fidelis est dominus qui confirmabit in bonis, quã in vobis est operatus. 1. Petr. vlt. Perficiet, confirmabit, consolidabitque, &c. Et custodiet à malo culpã, & pœnã. Si tamen in mala pœnã incidant, est eis in bonum, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, vt dicitur Ro. 8. Secundò ex parte eorum dicit [Confidimus autem de vobis fratres.] i. ex gratia quam accepistis, sed in domino, non in virtute vestra. Heb. 6. Cõfidimus autem de vobis dilectissimi, meliora & vinciora salutis, &c. [Quoniam quæcumq; præcipimus, &c.] i. quoniam perseverabitis. Exo. 24. Omnia verba quã locutus est dominus faciemus. ¶ Deinde cum dicit [Dominus &c.] pro eis orat, dicens, [Dominus au

Monitum fideles orare pro Apostolo, vt augetur euãgelij prædicatione nec impediat a falsis Apostoli ponitur fiducia quã habet Apostolus de Thessa, & pro ipsis orat, docetque ac monet vitandos malos: & suo exemplo inducit ad laborãdũ manibus pro vita.

tem dirigit. Et ut perueniat, est autem hominis animum preparare, & domini linguam gubernare, ut dicitur Prou. 16. Et paulo post, Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Et ad destinatum brauium. Et ideo dicit, Dirigit corda nostra, non solum exteriora opera, & hoc in charitate. Duo autem sunt per quae in via salutis incedimus. scilicet bona quae facimus, & mala quae sustinemus. Sed opera non sunt bona, nisi directa in finem charitatis. 1. Tim. 1. Finis praecepti est charitas, &c. Item nec patientia, nisi per Christum. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Mat. 5. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, &c. Et ideo dicit [Et patientia Christi.] i. tolerantia malorum propter Christum vel ad exemplum eius. 1. Per. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. ¶ Deinde cum dicit [Denuntiamus, &c.] ostendit quomodo se habeant ad homines inordinatos. Et primum proponit edictum. Secundum exponit ibi [Ipsi enim, &c.] Tertio ostendit necessitatem edicti proponendi, ibi [Audiuimus.] Dicit ergo, Sic vos viuistis, & sic cōsido. Sed quia sunt quidam mali inter vos [Denuntiamus, &c.], perfectis. [In nomine, &c.] Hoc enim ad prelatum pertinet. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iuda peccata eorum, &c. Ezech. 3. Sanguinem illius de manu tua requiram. Et sequitur edictum, dicens [Ut subtrahatis, &c.] Ex hoc introductum est in ecclesia, quod mali vitentur, & hoc ne infirmiores ex eorum consortio maculentur. Eccl. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. 1. Cor. 5. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Item ad sanationem peccatis, ut confusio cedat ei in salutem. Eccl. 4. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Nec hoc debet fieri passim, sed cum deliberatione & maturitate. 1. Co. 5. Congregatis vobis & meo spiritu cum virtute domini Iesu tradere huiusmodi hominem sathanæ in interitum, &c. Et sic hinc dicitur, Ut subtrahatis, &c. Nec debet fieri excommunicatio, nisi pro aliquo peccato: quia hinc dicitur, Inordinatè, &c. Et hoc est quando aliquid est secundum se malum, & contra ordinem iuris naturalis, ut gloria exponit. 1. Cor. 14. Ut omnia honestè & secundum ordinem fiant in vobis. Rom. 13. Omnia quae sunt, à deo ordinata sunt. Vel quia est prohibitum, & contra doctrinam ecclesiae. Vnde dicit [Et non secundum traditionem, &c.] Suprà secundum huius, Tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. ¶ Deinde cum dicit [Ipsi enim, &c.] exponit quantum ad vltimum quod dixerat. scilicet secundum traditiones, ostendens quae sit traditio haec: & quomodo acceperunt ab ipso. Est autem haec traditio, ut non essent otiosi, vel curiosi. Et primum ostendit quomodo acceperunt verbo. Secundum quomodo exēplo. Item primum ostendit quod vitauit inquietudinem. Secundum quomodo. Tertio assignat causam. Dicit ergo [Traditionem quam acceperunt, scitis, &c.] quia prelati sunt imitandi non in omnibus: sed in his quae sunt regula Christi. 1. Cor. 4. & 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et in quo? [Quoniam non inquieti fuimus inter vos.] Erant enim Thessalonicenses valde liberales. 1. Thessal. 4. De charitate fraternitatis non cessare habemus scribere vobis, ipsi enim didicistis, &c. Et hac ratione pauperes otiose viuēbant, & ex otio dabant se operibus indebitis, nec pertinentibus ad eos. Et hoc erat inquietudo. Et ideo dicit [Quoniam non inquieti, &c.] 1. Thessal. 4. Opera detis, ut quieti sitis, &c. Item [Neque gratis panem manducauimus, &c.] quia operibus manuum operabatur. Act. 20. dicitur, Ipsi scitis quoniam ad ea quae mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istae. Et prou. 17. Panem otiosa non comedit Num. 16. Tu scis, quia nec assellum quidem vnquam acceperim ab eis, &c. [Sed in labore & fatigatione.] Non parum, sed [nocte & die.] Ii. continue, quia ali quando oportebat eum predicare & docere, & residuum ponebat in labore. [Ne quem vestrum grauaremus.] 2. Cor. 12. Quid est quod praeter ceteris minus habuistis, nisi quod non grauauimus vos? ¶ Deinde cum dicit [Non quasi, &c.] assignat causam sui operis manualis. Vbi excludit primum causam falsam. Secundum ponit veram. Falsa quidem causa esset si quis diceret quod ei non liceret accipere ab eis sumptus. Et ideo dicit [Non quasi non ha.] Jimmo habuimus potestatem viuendi de sumptibus fidelium. 1. Cor. 9. Qui altario deseruiunt, cum altari participant. Mat. 10. Dignus est operarius cibo suo. 1. Corin. 9. Sic & dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Et sic ex euangelio sunt duo genera hominum potestate habentium viuere ex aliorum sumptibus, qui. scilicet altari deseruiunt, ut praedicatores. ¶ Deinde cum dicit [Sed ut nos, &c.] Ponit veram causam. Nam duplicem causam inuenimus quare Apost. manibus laborauit. Vna apud Corinthios. Alia hinc. Illi enim erant auari & grauiter tulissent, sicut ibi dicitur. Causa autem quare laborauit hinc fuit, honor otium. Et ideo dicit [Ut nos formam daremus, &c.], scilicet laborandi. 1. Tim. 4. Exēplum esto fidelium in verbo, in cōuersatione, in charitate, in fide, in castitate. 1. Per. 5. Forma facti gregis. Alia causa ponitur in gloria. 1. Cor. 4. scilicet quando non inuenimus qui det nobis, & tunc laborabat. Quarta causa erat, ut sicut monachi Aegypti non essent otiosi. Eccl. 33. Multam malitia docuit otiositas. Vnde qui non habent exercitium officij, vel studij, vel lectionis, periculose viuunt otiosi.

Lectio 2.

Ostendit Paulus quod est presens apud Thessalicos docuit quod scripserunt motus et contumacia sua monitione, et sic ostendo eis bona, et signum de saluo signo totam excludit epistolam.

Ninter vos quosdam ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quod si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate: non commisceamini cum illo, ut cōsuetudine datur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem, ipse autem deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. Saluatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola: ita scribo Gratia domini nostri Iesu Christi, cum omnibus vobis. Amen. ¶ Suprà ostendit Apostolus quid eis suo exemplo tradidit, ut non essent inquieti, sed ut operarentur: hinc ostendit quomodo hoc presens verbis & factis tradidit. Vnde dicit [Cum essemus.] q. d. Ut formam daremus vobis, fecimus quod docuimus: quia hoc denuntiabamus, quoniam si quis, &c.] Haec verba sicut dicit Glo. & Aug. in lib. de operibus monachorum quidam peruertebant quod non sit licitum seruis dei manibus operari, propter hoc quod dicitur. Mat. 6. Nolite solliciti esse &c. Nam dicunt hanc operationem pertinere ad sollicitudinem victus. Et propter hoc istud referebatur ad spiritualia opera. Quasi dicat, Si quis non vult facere opera meritoria & spiritualia, non est dignus manducare. Sed hoc est contra intentionem Apostoli, qui dicit [Denuntiamus.] nos sic fecisse. scilicet in labore & fatigatione. Sed quid est, quoniam si quis non vult &c. Est ne hoc consilium vel praeceptum? Et videtur esse praeceptum, quia infra dicitur, Si quis non obedierit verbo

nostro, &c. Ergo omnes tenentur manibus operari. Qui igitur non operatur manibus, sed stat otiosus, peccat mortaliter. Respondeo: dicendum est quod est praeceptum, sed aliquid praecipitur dupliciter, simpliciter, vel sub conditione. Simpliciter praecipitur quod per se est necessarium ad salutem: & haec sunt opera virtutum. Sub conditione verò, ut quando talis est casus quo sine opere manuali praeceptum seruari non potest. Praecipitur autem homini quod corpus suum sustentet, alias enim est homicida sui ipsius. Genesis secundo, De omni ligno paradisi comede, & cetera. Ex praecepto ergo tenetur homo corpus suum nutrire, & similiter ad omnia, siue quibus corpus non potest viuere, tenetur laborare, ne furetur. Ephe. 4. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, &c. Est ergo praeceptum, quando aliter non potest licite viuere. Vnde dicit, Si quis non vult operari, nec manducet. Est ergo alterum duorum necessarium, ut homo possit manducare, scilicet vel quod habeat possessionem, vel quod licite procuret. Psalm. Labores manuum tuarum, quia manducabis, & cetera. prima Thessalonicen. quarto, Operamini manibus vestris, sicut praecipimus vobis, & cetera. ¶ Deinde cum dicit [Audiuimus, &c.] ponit necessitatem huius praecepti, quia Apostolus dicit hoc non tam ex officio docentis, quam propter vitium gentis. Ideo primum ponit culpam quae inducit necessitatem praecepti. Secundum adhibet remedium: ibi [His autem qui, &c.] Dicit ergo [Audiuimus, &c.] Quasi dicat, Ideo non occulto hoc praeceptum, quia audiuimus quosdam, &c. Anima enim hominis semper oportet quod circa aliquid occupetur, & ideo nec esse est quod otio si inquietudine patiantur circa illicita. 1. Thessalonicen. 4. Operamini detis, ut quieti sitis, & cetera. Et addit [Sed curiose agentes.] scilicet de negotiis aliorum. Prouerbio. vigesimo primo, Desideria occidunt pigrum. ¶ Deinde adhibet remedium, cum dicit [His autem qui, &c.] Et primum ex parte peccatum. Secundum ex parte aliorum, ibi [Vos autem, &c.] Dicit ergo. [His qui sunt huiusmodi denuntiamus.] seuerè, ut prelati [& obsecramus charitatiue, ut pater eorum [patrem suum.] non alienum, sed debitum sibi, scilicet licite acquisitum [cum silentio.] id est, sine iniquitate non discurrendo. Esa. 30. Cultus iustitiae, silentium. Ezech. 33. Multam malitiam docuit otiositas. ¶ Deinde cum dicit [Vos autem, &c.] ex parte aliorum non peccantium duplex adhibet remedium. Primum, scilicet, quod non cessent benefaciendo: secundum quod illos corripiant, ibi [Quod si quis, &c.] Dicit ergo [Vos autem, &c.] Quasi dicat, Nolite deficere benefaciendo, licet otiosi aburrant. Galat. quinto, Bonum facientes, non deficiamus, & cetera. Et hoc necessarium est, etiam si operentur manibus, & non deesset illis aliquid, quia necessaria est aliis subuentio. ¶ Deinde cum dicit [Quod si quis, &c.] innuit quod corrigantur: & primum ostendit quo ordine puniantur: secundum ostendit effectum poenae, ibi [Ut confundatur.] tertio finem, ibi [Et nolite, &c.] In ordine verò primum ponit culpam: secundum eius manifestationem: tertio eius punitionem. Culpam est inobedientia: & ideo dicit [Quod si quis non obedierit,] 1. Regum decimo quinto. Quasi peccatum arioladi est repugnare, & quasi scelus idololatrye nolle acquiescere. ¶ Manifestatio & conuictio ponitur, cum dicit [Hunc per epistolam notate.] id est manifestare: sed per veritatis inquisitionem. Job 29. Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. ¶ Poena eorum est sententia excommunicationis. Vnde dicit [Et non commisceamini cum illo, &c.] 1. Corin. 5. Cum huiusmodi nec cibum sumere. 2. Ioan. Nolite recipere eum in domum, nec, Aue, ei dixeritis. Hinc nota quod excommunicatio infligitur pro inobedientia: debet tamen esse conuictus. Vnde dicit, Si quis non obedierit, per epistolam vestram, hunc notate, id est, significate nobis, ut puniatur: & tamen vos inquit, ne commisceamini cum illo, sed effectus poenae est, ut confundatur, & ex hoc respicitur. Eccl. 1. 4. Est confusio adducens peccatum: & est confusio adducens gloriam. Finis autem & intentio debet esse eius correctio, quam intendit charitas. Vnde dicit [Et nolite inuicem existimare.] quia non debet fieri ex liuore odij, sed ex studio charitatis. Quasi dicat, Quod ipsum vitatis, non fiat ex odio inimicitiae. Matth. 5. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Et ideo dicit [Sed corripite ut fratrem.] In quo ostenditur charitas. Psalm. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum, & cetera. ¶ Deinde cum dicit [Ipse autem, & cetera.] concludit epistolam. Et primum ponitur conclusio: secundum saluatio, quae est quasi epistola sigillum, ibi [Saluatio, &c.] Iterum prima in duas, quia eis primum optat dona dei: secundum ipsum deum, ibi [Dominus sit, &c.] Quantum ad primum, dicit [Ipse, &c.] Deus dicitur esse pacis, quarum ad duo. Pax enim consistit in duobus, ut scilicet homo concordet ad seipsum, & ad alios. Et neutrum potest haberi sufficienter nisi in deo: quia sibi non concordat ad seipsum, quando quod appetitur secundum vnum, sufficit quantum ad omnes, quod nihil potest esse preter deum. Psalm. Qui replet in bonis desiderium tuum. Quaecumque enim alia praeter deum, non sufficiunt ad omnes: sed deus sufficit. Ioan. 16. In me pace habebitis, & cetera. Item homines non vniuntur inter se, nisi in eo quod est commune inter eos: & hoc est maxime deus. Et ideo dicit [Deus pacis det.] non pacem temporalem, sed sempiternam, id est, spiritualem, quae hinc incipit, & ibi perficitur. Psalm. Qui posuit fines tuos pacem, &c. Et hoc est in omni loco.] & in toto mundo apud fideles. Quantum ad secundum, dicit [Dominus sit cum omnibus vobis.] quia nihil aliud bene habetur, nisi ipse per fidem & charitatem. [Saluatio mea.] hoc dicit propter infideles peruertentes epistolam eius. Galat. vltimo, Videte qualibus literis scripsi vobis manu mea, & cetera. [Quod est signum, & cetera.] Gratia gratuitum donum dei, quod gratos vos reddit deo, & cetera. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

De excommunicatione.

Explicit deuota & subtilis explanatio angelici doctoris sancti Thomae Aquinatis, ordinis fratrum praedicatorum, super epistola secunda, & vltima gloriosi Apostoli sancti Pauli ad Thessalonicenses.

Incipit deuotissima postilla eius-

DEM SANCTI DOCTORIS THOMAE AQUINATIS ordinis fratrum prædicatorum super primam epistolam eiusdem sanctissimi Pauli Apostoli ad

Thimotheum.
PROLOGVS.



In manu dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilis rectorum suscitabitur in tempore super illam. Eccle. 10. Hac verba materia huius epistolæ conueniunt. Prius enim instruit ecclesiam in his quæ ad eius vnitatem pertinent. Hic instruit ipsos rectores ecclesiæ, qui sunt quasi principalia membra eius. Circa quod videnda est ista instructio & vtilitas. Instructio est in deo, quia in manu dei, &c. Et hoc tripliciter, quia ab ipso exoritur. Rom. 13. Non est potestas nisi à deo. Item quæ secundum deum debet regulari. Prou. 8. Per me reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. Item quia secundum dei dispositionem, eorum potestas fundatur.

Dan. 2. Et ipse mutat tempora & ætates, transfert regna atque constituit. Item vtilitas eorum ostenditur, quia est ad cohibendam nequitiam quia execrabilis omnis iniquitas gentium. infra primo. Iusto non est lex posita. Rectores legis tripliciter debent se habere ad mala. Primo vt ea corde odio habeant. 2. Mac. 3. Animo odio habentes mala &c. Secundo vt prohibeant ea ne fiat. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicii disipat omne malum. Tercio vt facta puniat. Ro. 13. Minister enim dei est vindex in iram ei qui male agit. Quarto videnda est vtilitas, ibi [Vtilis rector] &c. Et ad tria est vtilis rector, quæ notantur Eccle. 49. Ioseph princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi. Primo princeps fratrum, vt genter sustentet per potentiam. Esa. 19. Rex fortis dominabitur eorum, &c. Rector fratrum dirigendo per sapientiam. Esa. 32. Princeps ea quæ sunt digna principe cogitabit, &c. Eccl. 10. In medio fratrum rector illorum. Stabilimentum populi, vt cohibeat ab iniustis per iustitiam. Psa. Tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis, &c. Et sic patet materia harum epistolarum, quia est ad instructionem rectorum populi fidelis, in quo quidam præferuntur in spiritualibus, sicut prælati ecclesiarum, quos primo instruit. Quidam vero in temporalibus, quos secundo monet. Et hoc in epistola ad Philem. Circa primam tres sunt epistolæ, secundum tria quæ competunt prælato: quorum primum est, vt gubernet populum. Secundum vt pro populo subdito patiat. Tertium vt malos coerceat. Primum in prima ad Tim. Secundum in secunda, vbi agit de martyrio. Tertium in epistola ad Titum, vbi agit ac docet quomodo viter hæreticos, vt etiam patet in argumentis epistolarum.

Capitulum 1.

Saluatio.



Paulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri, & Christi Iesu, spei nostre. Timotheo dilecto filio in fide: Gratia & misericordia, & pax à deo patre & Christo Iesu domino nostro.

Prius diuiditur hæc epistola in salutationem & epistolarem narrationem, ibi [Sicut rogauit.] Circa primum tria facit: quia primo ponitur persona salutans: secundo persona salutata: tertio bona optata. Describit autem personam salutantem, primo ex nomine [Paulus]. Iquod conuenit authoritati propter duo. In Apostolatu enim duo sunt. scilicet altitudo potestatis, ad quæ exaltatur humiles. 1. Reg. 13. Quum esles paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Et Paulus, dicitur modicus. Item claritas sapientie, & hanc dominus prebet paruulis. Mat. 11. Reuelasti ea paruulis, &c. Secundo ex authoritate: quia [Apostolus]. I. missus. Io. 20. Sicut misit me pater. 1. Cor. 9. Signaculum Apostolorum mei, vos estis in domino: tertio ex origine huius authoritatis. Vnde dicit [Iesu Christi secundum imperium dei, &c.] A Ct. 13. Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod assumpsi eos. 1. Reg. 13. Quæsiuit sibi dominus virum iuxta cor suum, &c. Ex quo patet quod prælati ex necessitate præcepti tenentur ad ea quæ sunt proprii officij. 1. Cor. 9. Vt mihi enim est, si non euangelizauero. [Et Christi Iesu spei nostre.] qui est spes nostra, vt ad eum veniamus. Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, &c. Vel, spei nostre, quia per ipsum speramus adipisci bona æterna. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam, &c. Ro. 13. Per consolationem scripturarum spem habeamus. Personam salutata describitur tripliciter. Primo ex nomine, cum dicit [Timotheo]. I. de quo A Ct. 16. Item ex affectione, dicens [dilecto]. Phil. 2. Neminem habeo tam vnanimem, &c. Itē ex filiatione, dicens [filio in fide]. I. c. à se conuerso. 1. Cor. 4. Misit ad vos Timotheum filium meum charissimum, & fidelem in domino, &c. Tunc autē primo ponit bona optata: & deinde ostendit à quo sunt. Sciendum est quod in alijs epistolis duo ponuntur: hæc tria, quia prælati pluribus indigent. Et ideo dicit [Gratia & misericordia]. I. primo sibi, & deinde alijs. Et sumitur hæc misericordia, pro remissione peccatorum, quia hæc est ex dei misericordia: gratia vero pro munere gratiarum, quod idigēt plari. Vel gratia sicut in alijs pro gratia iustificationis: sed misericordia, pro munere diuino in spiritualibus charitatibus exaltate. Sap. 4. Gratia dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Et pax, scilicet tecum, & per te alijs. Psa. Suscipiat motes pacem. Sed vnde? [A deo]. I. vt dent populo. Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum. [Et Christo Iesu domino nostro]. I. per quem maxima nobis & pretiosa promissa donauit. 1. Pet. 1.

lectio 2.

Docet Paulus quid de

Sicut rogauit te, vt remaneres Ephesus, cum irem ad Macedoniam, vt denuntiaret quibusdam, ne aliter docerent, neque intruderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis, quam ædificationem dei, quæ est

in fide. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

Hic incipit epistolares narratio. Et est hæc epistola quasi pastoralis regula, quæ Apostolus tradit Timotheo instruens de omnibus quæ spectant ad regimen prælatorum, & eo ordine quo debet esse intentio. Primo ergo instruit eum de spiritualibus ministrandis: secundo de temporalibus, in 4. cap. ibi. [Spiritus autem.] Itē ad prælatum pertinet primo quod doceat de forma fidei: ne fides subditorum corrumpatur. Lu. 22. Ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Secundo instruat eos de pertinentibus ad cultum dei, quod non potest esse, nisi fides sit recta. Ideo primo instruit de fide: secundo de cultu dei. 2. ca. ibi. [Obscuro igitur.] Tercio agit de institutione officiorum. in 3. ca. ibi. [Eidē sermo.] Sciendum est autem quod in primitiua ecclesia error fuit periculosus quorundam dicentium, legalia debere seruari simul cum euangelio, quod Apostolus excludit. Primo ostendens legis conditionem: secundo probat per experimentum in seipso, ibi. [Gratias ago.] Circa primum tria facit, quia primo ostendit quid de lege sit repudiandum: secundo quid in ea acceptandum, ibi. [Finis autem præcepti.] Tercio ostendit legis conditionem, ibi. [Sciendum est quia.] Repudiandum est autē in lege quod alii male addiderunt, non quod à deo est datum, nisi iam secundum carnalem intellectum. Et primo docet falsas fabulas, & traditiones esse repudiandas: secundo ratione assignat, ibi. [Quæ quæstiones.] Dicit ergo, Dico quod debes facere, sicut rogauit te. Cum tamen possem imperare. Eccle. 32. Rectoris repositurum, noli extollere, esto in illis quasi vnus ex illis. [Vt denuncietis quibusdam.] Vel aliter, Duo pertinent ad prælatum, vt cohibeat docentes falsa. Et ideo dicit [Ne aliter doceret.] Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Deu. 4. Non addetis ad verbum quod ego loquor vobis, neque auferetis ex eo: secundo, vt si contingat quod aliqui falsa docerent, prohibeat populū ne eis intendat. Vnde dicit [Neque intenderent fabulis & genealogiis.] Fuerunt autem quidam hæretici, qui detestantes verum testamentum, exponerent quod Apostolus ipsum repudiabat, deridendo historias eius, dicens, Fabulis & genealogiis interminatis, &c. Contra quod dicit Aug. quod Apostolus vitur historiis & genealogiis veteris testamenti. Gal. 4. Abraham duos filios habuit, &c. Si ergo reprobareret, non eis vteretur. Dicit ergo, fabulas, non datam legem in scriptis, sed in ore. f. Thalmuth. non quæ Moyses ore tradidit, sed quæ alij addiderunt, vt sunt stultæ fabulæ. f. quod ad habuit aliam uxorem, ex qua dicunt natos demones, Mat. 15. Irritū fecistis mandatum dei propter traditionem vestram. 2. Tim. 4. Ad fabulas autem conuertetur. Ratio huius est, quia præstant quæstiones. I. contentiones. 2. Tim. 2. Noli verbis contendere. Pro. 20. Honor est homini qui se separat à contentionibus [magis quæ ædificationem dei, quæ est in fide.] quado. f. aliquis est confirmatus in veritate fidei, ad quod debet omnis doctrina tendere. Deinde cum dicit [Finis autem.] ostendit quid de lege sit tenendum. Et circa hoc duo facit: quia primo ostendit hoc: secundo quod periculum est his qui hoc non tenent, ibi. [A quibusdam, &c.] Circa primum sciendum est quod lex vetus dicitur lex mandatorum: quia mandatis & præceptis continetur. Ephes. 2. Legem mandatorum, decretis euacuans. Illud ergo ad quod ordinantur omnia mandata legis est præcipue tenendum, hoc autem est charitas. Mat. 22. Diliges deum tuum ex toto corde tuo, &c. Et paulo post, In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & propheta. Sed quomodo charitas est finis præcepti? Ad hoc sciendum, duo sunt consideranda. Primo quod omnia præcepta legis sunt, de actibus virtutum, & quod per omnes actus virtutum ordinatur homo vnus ad alium. Secundo quod obiectum vnus virtutis, est finis alterius: quia quodcumque vna potentia est circa aliquem finem, ad illam ordinatur omnia quæ sunt eiusdem, sicut ad finem, sicut frenifactoria ad equum stremit: quia officium equestris est eius finis, hæc autem ad ducem. Virtutes autem theologice vltimum finem habent pro obiecto. Alia autem sunt circa ea quæ sunt ad finem. Virtutes ergo omnes respiciunt theologicas, sicut finem. Inter theologicas vero illa plus habet de ratione finis, quæ propinquius se habet ad vltimum finem. Fides autem ostendit eum, spes facit tendere in eum, charitas vnit. Ergo omnes ordinantur ad charitatem: & sic dicitur charitas finis præceptorum. Sed cum ea quæ sunt ad finem, disponunt ad finem: præcepta autem sunt ad charitatem, ideo disponunt ad eam. Ideo dicit [De corde puro.] Ad hoc enim quod cor sit purum, datur præcepta virtutum, quarum quædam ordinantur ad modum reificandi passionem, quarum. f. virtutum materia sunt passionem: sicut temperantia quæ ordinat concupiscentiam: mansuetudo iras: fortitudo timores & audacias. Per has autem passionem turbatur puritas cordis. Et ideo ista virtutes faciunt cor purum. Sed nunquid hoc requiritur ad charitatem? Respondeo, Dicendum est quod sic: quia impossibile est quod cor impurum sit prout ad charitatem, quia vniciquod est diligibile quod sibi est conformis. Cor impurum diligit illud, quod competit ei secundum passionem, ergo necesse est quod sit expeditum à passionibus. Cañ. 1. Recti diligunt te. Alia virtutes sunt quæ reificat hominem ad proximum: & ex hoc sequitur quod habeat conscientiam bonam, quia non facit alteri quod sibi non vult fieri. Mat. 7. Omnia ergo quæcumque vultis vt faciatur vobis homines, & vos facite illis. Et ideo quæ contra proximum sunt, sunt contra conscientiam. Vnde dicit [Et conscientia bona.] Qui ergo non habuerit conscientiam bonam, non potest deum pure diligere, quia qui non habet conscientiam bonam, timet peccatum. Timor autem non est in charitate, sed fugit deum, & non vnitur ei. Et ideo præcepta quæ conscientiam reificat, bene disponunt ad charitatem. Alia sunt virtutes ad habendam veram fidem. f. virtutes quibus deum colimus. f. larria & huiusmodi quæ sunt ordinata ad remouendum errores, & ad confirmandum in cordibus fidei firmitatem de deo. Qui enim non habet veram fidem, non possunt deum diligere: quia qui falso credit de deo, iam non diligit deum. Non enim diligit, qui non credit: quia non figitur affectus, nisi in illo quod ostendit intellectus. Et ideo quæ faciunt fidem veram ordinantur ad charitatem. Et ideo dicit [De corde puro.] I. quia faciunt hoc, Mat. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. [Et conscientia bona.] 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostre. [Et de fide non ficta.] I. vera. Et ideo virtutes & præcepta ordinantur ad finem qui est charitas, quæ & sumitur secundum ista tria, &c.

lectio 3.

Quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in Vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Sciunt autem quia bona est lex si quis ea legitime datur, scientes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustus & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricijs, & matricijs, homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, & periuuris, & si quid aliud sane doctrine aduersatur, quæ est secundum euangelium gloria beati dei, quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui

Ostenditur charitatis, si dei non filius, & aliam virtutem necessitam.

ostendit me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimauit potens in ministerio. Quia primus blasphemus ex ipsariū dese fuit, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Super abunda tū sequi intō modū &c.

Suprà ostendit virtutum dignitatem & vtilitatem: hic declarat harum necessitatem, quia quicumque ab his discedit, in periculum falsa doctrinæ cadit. Et circa hoc duo facit: quia primò ponitur falsitas doctrinæ in quam incidunt: secundò conditio falsa docentium, ibi [Volentes esse.] Dicit ergo, Finis præcepti, &c. Et hæc sunt principalia legis, à quibus quidam descendunt. Psalm. Vna locuti sunt, & cetera. Et nota quòd recessus à charitate, causa est falsæ doctrinæ: quia qui non amant charitatem, cadunt in mendacium. 2. Thess. 2, Qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Similiter qui dimittunt cordis puritatem. Habentes enim cor infectum passionibus, iudicant secundum affectum earum, & nõ secundum deum. 1. Cor. 2, Animalis homo non percipit quæ dei sunt, &c. Similiter habentes conscientiam malam: quia non possunt quiescere in veritate. Et inde est quòd quarunt falsa, vt in eis quiescant. infra eodem, Habens fidem, & conscientiam bonam. Similiter qui habet fidem fictam. Esa. 21, Qui incredulus est, infideliter ager. Deinde cū dicit [Volentes, &c.] ponitur conditio falsa docentium: & primò inordinata ambitio: secundò defectus eorum. Quantum ad primum, dicit [Volentes esse, &c.] Mar. 23, Amant primos recubitus in cænis, & vocari ab hominibus, Rabbi, &c. Jac. 3, Nolite plures magistri fieri, &c. Quantum ad secundum, dicit [Nõ intelligentes,] Psalm. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulantes. Sapient. 5, Sol intelligentiæ nõ est ortus nobis. [Neque quæ loquuntur.] per autoritates quas non intelligunt [neque de quibus affirmat.] scilicet concludendo. Deinde cū dicit [Scimus autem &c.] ponit legis conditionem quantum ad duo. Primò quatum ad bonitatem legis: secundò quantum ad finem & intentionem legislatoris, ibi [Scientes.] Dicit ergo, Scimus, scilicet, per certitudinem quòd lex bona est. [non mala, vt heretici dicunt.] Psalm. Lex domini immaculata, &c. Roma. 7, Lex quidem sancta est, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Sed contingit quòd aliquis bono vtatur malè. Quum ergo lex sit bona, requiritur quòd homo ea bene vtatur. Et ideo dicit [Si quis rectè ea vtatur.] Alias sit ei mors, vt dicitur Romo. 8, In lege enim sunt quadam moralia, & quadam ceremonialia. Cerimonialia quidem in figura Christi, & ecclesiæ sunt data, sed indigēt, vt intelligantur non solùm carnaliter, sed etiam spiritualiter & in figura futurorum, & vt scias quòd non sunt perpetuò seruanda, sed cessant veritate veniente. Hierem. 31, Et feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, &c. Et sic exponit gloria. Sed Apostolus videtur loqui de moralibus, quia subdit quòd lex posita est propter peccata, & hæc sunt præcepta moralia. Horum legitimus vsus est, vt homo non attribuat eis quàm quod in eis continetur. Data est lex, vt cognoscarur peccatum. Roma. 7, Quia nisi lex diceret, Non concupisces, &c. Quod dicitur in decalogo, Non est ergo in eis spes iustificationis, sed in sola fide. Rom. 3, Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Deinde cū dicit [Scientes.] ostendit conditionem legis quatum ad legislatoris intentionem: & primò ponit existimaram: secundò ponit veram intentionem, ibi [Sed iniustus.] Existimaram, intentio excluditur, cū dicit [Iustus, & cetera.] Vbi posset esse duplex falsus intellectus. Vnus quòd iustus legem non seruat, quòd falsum est, quia nisi seruaret eam quatum ad moralia, iustus non esset. Vnde & Christus factus est sub lege. Alius quòd iustus non obligatur ad præcepta legis, & non peccaret, si faceret contra ea. Sed verus est sequens sensus supponendo, quia quòd imponitur alicui, imponitur sicut onus: lex enim iustis non imponitur, sicut & onus: quia habitus eorum interior inclinatur ad hoc ad quòd lex, & ideo nõ est onus eis. Rom. 2, Ipsi sibi sunt lex. Vel aliter, Lex non est posita pro iustis, sed pro iniustis. Quasi dicat, Si omnes essent iusti, nulla necessitas esset dandi legem, quia omnes essent sibi lex. Intentio bonorum debet esse, vt alios inducant ad virtutes. Quidam autem per se sunt bene dispositi ad virtutes: alij habent mentem bene dispositam, sed per alium: & de istis iufficit paterna monitio, non coactiua. Alij autem nec per se, nec per alium bene disponuntur, ideo eis omnino est necessaria lex, vt parer in Ethicis. Deinde cū dicit [Sed iniustus, &c.] ponit veram intentionem: & primò describit eos in generali, quibus necessaria est lex. Secundò in speciali, ibi [Patricidis.] Sciendum est autem quòd sicut 1. Ioan. 3, dicitur, Omne peccatum est iniquitas, & ideo repugnat alicui iuri. Quum autem sit duplex ius. scilicet naturale, & positiuum: naturali repugnat, quòd secundum se est malum: positiuo autem repugnat, quòd est malum, quia prohibitum. Quantum ad primum, dicit [Sed iniustus.] qui. scilicet, agunt contra ius naturale. Esa. 24, Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, &c. Quantum ad secundum, dicit [Non subditis.] scilicet, præcepto humano. Rom. 1, Parentibus non obedientes. Et hæc duo respiciunt rationem peccati. Ponit autem alia quæ sumuntur per cõparationem ad illud: & hoc est vel contra deum, vel contra proximũ, vel in seipsum. In deum dicitur impietas, quia pietas importat cultũ dei: ideo dicit [Impiis.] In proximũ, sic dicit [Peccatoribus.] Psalm. Non resurgent impij in iudicio, &c. Gal. 2, Nos enim natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. Sed secundum Aug. de doctri. Christ. Peccata distinguuntur in duo. scilicet in spirituali, quæ dicuntur facinorosa: & in carnalia, & hæc dicuntur flagitia: & ideo dicit [Sceleratis.] quatum ad spiritualia. Prou. 17, Qui abscondit scelera, &c. Quantum ad carnalia dicit [Cõtaminatis.] Mala. 2, Cõtaminauit Iudas sanctificationem domini, &c. Deinde cõnumerat peccata in speciali. Et primò nominat quædã in speciali, secundò colligit alia in generali, ibi [Et si quid aliud &c.] Primò ponit peccata operis, secundò peccata oris, ibi [Mendacibus, &c.] Circa primum primò ponit quatum ad facinora, secundò quatum ad flagitia. Facinora dicuntur quæ sunt in nocuumentum proximi. Et quantò est proximius coniunctus: tantò est eorum peccatum grauius, quia plus eis tenemur. Et ideo primò dicit de patre: secundò de matre. Exod. 20, Honora patrem tuũ, & matrem tuã, &c. Et postea 21, Qui percussit patrem suũ, aut matrem, morte moriatur. Deinde profequitur de alijs proximorũ homicidijs, dicens Exo. 21, Si quis per inuidiam occiderit proximũ suum, &c. Deinde ponit flagitia, & primò quæ secundum naturã sunt, cū dicit [Fornicariis.] Heb. vlt. Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Secundò contra naturã, dicens [Masculorum concubitoribus.] 1. Corint. 6, Neque masculorum cõcubitores, regnum dei possidebunt. Deinde ponit nocuumenta oris, & primò quantum ad simplex mendacium: di-

Facinus quid est.

centis [Mendacibus.] Ephes. 4, Depõnetes mendacium, loquimini veritatem, &c. Secundò quatum ad iuramentũ, dicens [Periuris.] Et tunc colligit alia in generali, dicens [Et si quid aliud sanæ doctrine aduers.] &c. Job 6, Non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit, &c. Tim. 2, Loquere que decet sanam doctrinam. Deinde cū dicit [Quæ est secundũ euangelium.] ostendit quod euangelium cõmunicat sanam doctrinã: quod tripliciter describit. Et primò à fine, cū dicit [Gloria.] scilicet, quam annuntiat Psalm. Annũtiate inrer gentes gloriam eius: secundò ab actore gloriæ, cū dicit [Beati dei.] Infra. vlt. Quem suis temporibus ostendet beatus, & solus potens rex regum, &c. Tertiò ministro, cū dicit [Quod creditum est mihi.] Gal. 2, Cū vidissent quòd creditum est mihi euangelium præputii, &c. Deinde cū dicit [Gratias ago.] probat per experimentum in seipso, quid fuerit ipse tempore legis & quid consecutus sit tempore gratiæ. Et primò ostendit quid circa se vtroque tempore sit actum, secundò inducit Timotheũ ad imitandum se, ibi [Hoc præceptum.] Circa primum duo facit: quia primò ostendit quid datum sibi fuit in lege: & quid sibi sit datum in euangelio: secundò rationem assignat, ibi [Fidelis sermo.] Item prima pars diuiditur in tres particulas: quia primò ponit dignitatem quam consecutus est in euangelio: secundò peccata quibus subiaccit in statu legis, ibi [Qui prius fui.] Tertiò quomodo liberatus fuit, ibi [Sed misericordia, &c.] Sed ad hoc quòd aliquis sit minister euangelij, tria requiruntur. Primò quòd sibi cõmittatur. Rom. 10, Quomodo prædicabunt nisi mittantur, &c. Secundò idoneitas. i. vt sit fidelis. 1. Cor. 4, Hic iam queritur in tria dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Item vt sit fortis ad prosequendum. Et hæc tria ponit ordine retrogrado: & primò tertium, dicens [Qui me confortauit, &c.] ad prosequendũ officium iniunctum. Ezech. 3, Manus domini erat mecum cõfortans me. Secundum ponit, ibi [Quia fidelem me, &c.] Matt. 24, Fidelis seruus & prudens quem constituit dominus super familiã suam. Et hoc quia quærebatur solùm quæ dei erant. Primũ verò ostendit, cū dicit, In ministerio. i. cõmittens mihi ministeriũ hoc. Act. 13, Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod assumpsi eos. 2. Corint. 11, Ministri Christi sunt, & ego. Sed qualis erat in statu legis? Peccator. Et primò in deum, cū dicit [Qui prius fui blas.] scilicet nominis Christi. Leu. 24, Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Vnde sibi illud cõpotebat. Item in proximum, cū dicit [Persecutor.] 1. Corin. 15, Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Item [Contumeliosus.] verbis & factis. Hic. 20, Audiui contumelias multorum, &c. Deinde cū dicit [Sed misericordiam dei.] ostendit quomodo fuit liberatus per Christum. Et circa hoc duo facit: quia primò ponit misericordiã liberantem: secundò ostendit quod superabundat in bonis repletur, ibi [Superabundauit autem.] Quantum ad primum, dicit [Sed misericordiam dei cõsecutus sum.] Treñ. 3, Misericordia domini quæ non sumus consumpti. Ro. 9, Cuius, vult miseretur, & quem vult indurat. Sed ex parte mea aliqua est excusatio peccati [quia ignoras feci.] Minus dicit, plus significat: quia aliud est ignoratè agere, aliud per ignoratiam: quia ignoratè facit aliquid qui nescit quod facit, tamen si sciret, etiã faceret illud, sicut credes se interficere ferã, occidit inimicũ suum, quæ tamen occidisset etiã libetius si nouisset eũ. Sed per ignoratiam facit, qui facit aliquid quod nõ faceret si nosset, sicut occidit patrem, quem si nosset, nõ occideret eum, quem tamen occidit, quia eum credit simi cum. Sed Paulus fecit per ignoratiam: quia si sciuisset quod Christus esset filius dei, hoc non fecisset. Sed Iudæi per ignoratiam non occiderunt Christum, sed ignoratè: quia si sciuissent ipsum esse Christũ, libentius occidissent eum. Luc. 12, Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se preparauit, nec fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis, &c. Quantum verò ad secundum, dicit [Superabundauit, &c.] Ro. 5, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. [Cum fide & dilectione.] Nam fecit ibi effectũ fidei per dilectionem operantem. [Quæ est in Christo Iesu.] Gal. 3, In Christo Iesu, vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

Lectio 4.

Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Christus Iesus venit in hunc mūdum peccatores saluos facere, quorum primus ostendit ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in primò ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam aternam. Regi autem seculorum immortalis, inuisibilis, soli deo honor & gloria in secula seculorum, amen. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam. Quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hyemenæus & Alexander: quos tradidi Sathanae, vt discant non blasphemare. Ostendit Paulus bonam conscientiam ad que trãsit esse ex dei misericordia.

Suprà ostendit conditionem suam, & quantum ad peccata sub lege, & quantum ad bona tempore gratiæ: hic ostendit rationem horum beneficiorum, quæ sumitur ex diuina miseratione. Et primò proponit diuinam miserationem in cõmuni: secundò aprat ad se, ibi [Quorum primus.] Tertiò ponit gratiarum actio nẽ, ibi [Regi autè seculorum.] Circa primũ duo facit, quia primò cõmendat veritatem proponendam: secundò proponit diuinam miserationem, ibi [Quia Christus Iesus.] Quatum ad primum dicit [Fidelis seruus, &c.] Duo autem sunt in sermone cõmendanda, scilicet, quòd sit verus & quòd sit acceptabilis. Aliquando enim sermo verus est durus, & odia cõcitans, Gal. 4, Inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis. Sed hic sermo primò quidem habet veritatem. Vnde dicit [Fidelis sermo.] Apoc. vlt. Hæc verba fidelissima & vera sunt. Item acceptabilis est, quia de salute nostra. Ideo dicit [Et omni acceptione dignus.] Zachariæ. 1, Et respondit dominus angelo qui loquebatur, &c. Alia litera habet, humanus sermo, quia de susceptione hominũ. Titũ 3, Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri, &c. Et hic sermo est talis [quia Christus venit, &c.] Quòd in mundũ venit, exprimit duplicem naturam. scilicet diuinitatis, in qua erat anteq̃ in mūdo appareret. Io. 16, Exiui à patre, & veni in mundum, &c. & humanitatis, in qua apparuit. Et quia deus est, cælum & terram implet. Hic. 23, Ideo non competit ei secundum diuinam naturam in aliquo loco esse, sed competit ei secundum humanã naturam. Ioan. 1, In mundũ erat, & mundus, &c. In propria venit, &c. Sed ad quid venit? [Peccatores saluos facere.] Id est, propter salutem populorum. Ioan. 3, Non enim misit deus filium in mundum vt iudicet mundum, sed vt mundus saluetur per ipsum. Ioan. 12, Non enim veni vt iudicem mūdum. Sed si nullus fuisset peccator, nunquid incarnatus non fuisset? Videtur quòd non: quia venit peccatores saluos facere. Non ergo fuisset necessaria incarnatio. Item glo. Tolle morbum, & medicinã non opus erit.

Respondeo: Dicendum est quod ex verbis sanctorum satis hoc patet. Sed hæc quæstio non est magnæ auctoritatis: quia deus ordinavit fienda secundum quod res fiendæ erant. Et nescimus quid ordinasset, si non præcuiisset peccatum, nihilominus tamen auctoritates videntur expressè sonare quod non fuisset incarnatus, si non peccasset homo, in quam partem ego magis declino. ¶ Deinde cum dicitur Quorum primus. Jada aptat hoc ad se. Primò confitens se peccatorem: secundò dicit se saluatum, ibi Sed misericordiam. ¶ Dicit ergo Quorum primus ego sum. Hic dicit hæreticus quod anima Adæ fuit in Paulo, & transfuit de corpore in corpus. Quasi dicat, Ego primus peccator, quia anima Adæ est anima mea: sed hoc est contra Apostolum. Ro. 9. Cum nondum nati essent, &c. Ergo anima non est ante corpus. Primus ergo non tempore, sed peccatorum magnitudine. Et hoc dicit ex humilitate. Pro. 18. Iustus prior est accusator sui. Prou. 30. Stultissimus sum virorum, &c. ¶ Sed nūquid fuit Apostolus, maximus peccator? Et videtur quod Iudas fuit maior. Sed quidam dicunt quod peccatum Pauli generalius fuit, quia contra totam ecclesiã. Sed hoc nihil est, quia Paulus in incredulitate, & multi Iudæi persequabantur ex malitia. Dicendum est ergo quod est primus, non quod inter peccatores maximus qui tunc erant: sed maximus inter peccatores saluatos, q. d. Venit peccatores saluos facere, quorum. I. peccatorum saluatorum ego sum primus: quod est de illis intelligendum qui præcesserunt Apostolum: quia prius etiam multi alij sunt ecclesiã persecuti. Et hoc dicit, vt ostenderet quod omnia quæ deus facit, facit ad ostensionem bonitatis suæ. Prou. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Eccle. 42. Gloria domini plenum est opus eius. Item propter nostram utilitatem: & ideo dicitur Ideo saluauit me. Primò propter gloriam suam. Vnde exponitur primò tempore, vel primò. i. potissimè. [Omnem patientiam. Ii. perfectam, quia prouocatus non puniuit: sed potius aduersarium exaltauit, & hoc ad utilitatem nostram. Vnde dicitur Ad exemplum.] id est ad informationem & eruditionem. q. d. Vt non diffidant peccantes ad eum accedere. 3. Pet. vltim. Forma facti gregis. ¶ Deinde cum dicitur Regi, &c. ¶ Ponit gratiarum actionem, & circa hoc duo facit: quia primò commendat eum cui gratias agit: secundò gratias refert, ibi [Honor.] Commendat autem eum primò ex potestate: secundò ex natura proprietate. Quam ad primum dicitur Regi. Dominum suum est maximum, quia solus dominatur, & habet liberam potestatem, non secundum statuta, vt pollicitus: deus autem vnus est dominus omnium. Et ideo dicitur Deo. Apoc. 1. Rex regum & dominus dominantium. P. sal. Quoniam rex omnis terræ, deus. Item alicuius regis potestas, vt plurimum, non vltra quam quinquaginta annis durat: sed iste est omnium seculorum. P. sal. Regnum tuum, regnum omnium seculorum, &c. Eccle. 10. In manu dei potestas terræ. Cui etiam conuenit proprietas naturæ dei. Circa quod sciendum est quod in rebus prima differentia rerum naturalium est corruptibile, & incorruptibile. Et incorruptibile quædam visibilia & corporalia, vt corpora terrestria: quædam autem inuisibilia & spiritualia, vt angeli. Et hæc diuiduntur secundum Platonicos in deos, qui per naturam supremi sunt: & intellectus qui non sunt dii, sed diuini: & in animas: sed apud nos est vnus solus deus. Deute. 6. Audi Isracl, dominus deus tuus. Dicit ergo primò [Immortali.] vt distinguat à corruptibilibus. [Inuisibili.] vt ad inuisibilem ostendat pertinere: & vt distinguat ab alijs visibilibus. Dicitur [Soli deo.] & non soli immortalis, vel inuisibilis: quia solus est deus per naturam: licet possit dici solus immortalis, & solus inuisibilis, id est, specialis præ alijs. Infra vltim. Qui solus habet immortalitatem. ¶ Deinde cum dicitur Honor & gloria. Jagit gratias. Quasi dicat, Exhibendus est ei honor ex subiectione totius creaturæ, & in manifestationem excellentissimæ ipsius bonitatis, claritas & gloria. Apoc. 7. Benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo deo nostro. [In secula seculorum.] Quia seculum aliorum est modico tempore. Esa. 40. Omnis caro fœnnum, & omnis gloria eius vt flos fœni. ¶ Deinde cum dicitur Hoc præceptum, &c. ¶ Instruit Timotheum permanere in his quæ dicuntur. Primò commemorans quid sit ei commissum. Secundo monet ad debitum usum. Et tertio docet verèdum modum. Dicit ergo [Hoc præceptum.] vt. s. tu custodias finem legis. i. charitatem conserues semper, non autem fabulas Iudeorum. [Commendo tibi.] sicut fidei depositum, quia tibi ideo est commissum. Et quomodo: [Secundum præcedentes, &c.] i. quia hoc euangelium non discordat à prophetiis quas ante didicerat: quia fuit filius mulieris Iudææ. 2. Pet. 1. Habemus firmiter prophetiam sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ ardenti in caliginoso loco, &c. r. Thes. vltim. Prophetias nolite spernere, &c. Vel secundum præcedentes. i. secundum quod ego & alij sancti de te per spiritum prophetiam cognouerunt tradendum esse tibi vt in illis milites.] s. prophetiis [bonam militiam.] Militia est duplex, quædam spiritalis, quædam carnalis. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia deo, &c. In bona militia requiruntur duo ex parte militis. s. vt nihil agat contrarium disciplinæ militari, vt non matcescat otio. 1. Cor. 9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, &c. Item ex parte militiæ: duo requiruntur. s. vt expugnet contrarios reipublicæ, & vt subiiciat eos qui debent esse subiecti. Sic & militia spiritalis est, quia ordinatur ad destruendum omnes extollentes se, & ad subiiciendum omnem intellectum in obsequium Christi, vt dicitur 2. Cor. 10. Et hæc vera militia: de qua dicit, Milites, &c. Vbi etiam primò modus vtendi ponitur, & secundò eius necessitas, ibi Quam quidem. ¶ Dicit ergo, Milites, &c. q. d. Potes quidem facere bonam militiam. Primò per fidem bonam quam habes. 1. Ioan. vlt. Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides, &c. Item per conscientiam bonam, quia de facili homo recedit ab eo quod mordet eum: vnde remorsus conscientiæ, est sicut quiddam stimulus qui habentem malam conscientiam pungit, & ideo citò à peccatis per bonam conscientiam, & rectam fidem recedit. Act. 23. Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum vsque in hodiernam diem. 2. Corint. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. ¶ Necessitas bonæ conscientiæ consequenter ostenditur, cum dicitur Quia quidem, &c. Vbi primò ponit culpam: secundò poenam: tertio fructum poenæ. Culpam, ibi Quam.] scilicet conscientiam bonam [quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.] Qui enim contra fidem erat, perdit omnia quæ habet. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Item moritur, quia iustus meus ex fide viuuit. Abac. 2. & Rom. 1. Ex quibus est Alexander & Hymeneus. 2. Timoth. 4. Alexander ararius multa mala mihi ostendit, &c. ¶ Deinde ponitur eorum poena, cum dicitur Quos tradidi, &c.] quia excommunicauit eos, vt fideles vitæ eos ne coinquinent ipsos. Fuit autem excommunicatio Apostoli tantæ virtutis quod excommunicati mox corripiebantur à diabo

à diabolo, & corporaliter vexabantur. 1. Cor. 5. Congregatis vobis & meo spiritu in virtute domini Iesu tradere huiusmodi hominē sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit. Tamen etiã modò traditur ad vexandum spiritualiter, quia amittunt suffragia ecclesiæ, quæ multum iuuant contra diabolus. Et tradidi sicut deus tradidit in reprobum sensum. Ro. 1. Quasi subtrahendo suum auxilium, & communionem ecclesiæ, & suffragia. Et hoc non ex odio, sed ex charitate ad profectum eorum. 1. Cor. 5. Vt spiritus saluus fiat. Vnde dicitur [Vt discant] saltem per poenam [non blasphemare.] Dicitur autem quis recedere à peccato tripliciter, quandoque. s. ex poena, quando corporaliter vexatur. Item ex cōfusione excommunicationis. Item ex hoc quod cum ecclesia tradit aliquem sathanæ ruit in peccata manifesta, vnde confusus humiliatur, & abstinet etiam ab occultis quæ prius non cognoscebat se habere.

Caput 2.

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro deo: qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.

De orationibus que ad cultum fidei pertinent: & pro quibus suis fideles sub iusta ratione quia. s. est bonum & acceptum coram deo, & q. sit acceptum probat quia omnes vult saluare quod probatur ex tribus.

¶ Suprà docuit Timotheum quomodo reducat populum ad formam veræ fidei, hic agit de pertinentibus: ad cultum fidei. s. orationibus, & obsequiis, & primò ponit doctrinam orationis in cōmuni, secundò descendit ad determinatas condiciones hominum, ibi [Volo ergo.] Item primò distinguit diuersos modos orationis, secundò ostendit pro quibus sit orandum, ibi [Pro omnibus.] Tertio assignat rationem, ibi [Hoc enim bonum.] Dicit ergo: Quia ita est quod Christus venit peccatores saluos facere. Igitur [primum omnium obsecra. &c.] In quo aperte ostendit quod inter omnia necessaria ad vitam christianam præcipua est oratio, quæ valet contra pericula tentationis & ad proficiendum in bono. Iaco. vlt. Multum valet oratio iusti assidua. Distinguit ergo orationem in quatuor. s. obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones, quorum tria pertinent ad beneficia impetranda, vltimò ad beneficia accepta. In impetrandis autem beneficiis tria requiruntur. Primò, vt. s. impetrans assignet causam quare debet ei concedi. Secundo oportet quod ostendat causam esse rationabilem. Tertio concludit petitionem. Et sicut rhetores faciunt, sic & nos in oratio debemus facere. Primò excogitare causam quare sit concedendum, & hoc non merita nostra, sed miserationem diuinam. Dani. 9. Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis, &c. Et ad hoc est obsecratio quæ est attestatio per sacra, sicut per passionem & crucem tuam libera nos domine. Hac causa excogitata, necesse est quod meditemur quod hoc sacramentum est causa salutis. Et ideo requiritur oratio quæ est ascensus mentis in deum. Pla. Ego verò orationem meam ad te domine, &c. Dicitur autem oratio quasi oris ratio. Persuasiones enim rethorum, dicuntur orationes, quia persuadent, sed aliter, ibi, aliter in nostra ad deum, quia non intendimus quod animam dei flectamus, qui semper ad bonum est paratus, sed vt nostrum cor sit in oratione ad deum eleuatū. Tertio postulatione. Iaco. 1. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Item de acceptis donis gratiarum actiones. 1. Thes. vlt. In omnibus gratias agite. Philip. 4. In omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant ante deum. Vnde iste modus orandi est in ecclesia dei, Omnipotens sempiternus deus, ecce ascensus mentis qui est oratio. Qui dedisti ecclesiæ tale beneficium, ecce gratiarum actio. Præsta quæsumus, ecce postulatio. Per dominum, ecce obsecratio. Similiter in missa est obsecratio vsque ad cōsecrationem corporis & sanguinis, quia in eis est commemoratio sacrorum ex quibus est fiducia impetrandi. In misterio consecrationis est oratio, quia meditatio eorum quæ Christus egit. In alijs verò vsque ad communionem est postulatio pro vinijs & mortuis, & pro se. In fine autem est gratiarum actio. Vel hæc quatuor referuntur ad quatuor quæ nos volumus in oratione obtinere, vt obsecratio referatur ad difficilia impetranda, vt ad impiorum conversionem. Oratio quando iam conuersis imploramus gratiam vt proficiant. Postulatio, vt præmia pro meritis retribuuntur. Et pro beneficijs iam acceptis, est gratiarum actio. ¶ Deinde cum dicitur [Pro omnibus.] ostendit pro quibus sit orandum. Et circa hoc duo facit, quia primò ostendit orandum esse pro omnibus, secundò assignat fructum orationis, ibi [Vt quietam.] Circa primum ergo dicit esse orandum [pro omnibus hominibus.] Cuius ratio est, quia oratio est interpret desiderii nostri. Orando enim petimus quod desideramus. Caritas autem requirit quod desideremus bonum omnibus ad quos se extendit. Iaco. vltimo, Orate pro inuicem vt saluemini, &c. Sed pro quibus specialiter: [Pro regibus, &c.] Baruch 1. Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babiloniæ, & pro vita Balthasar filij eius. Et Apostolus dicit Rom. 13. Omnis anima potestati bus sublimioribus subdita sit, 1. Petri 3. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum, sive regi quasi præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis. Subiecti quippe oportet quod impendant dominis suis de suis officijs, utilitas autem est, quia per hoc etiam procuramus bonum nostrum. In pace enim eorum est pax nostra. Vnde dicitur [Vt quietam & tranquillam, &c.] In his duobus est pax mundi. Ecclesia siquidem habet pacem propriam, in qua non est mundus, quia non est pax impijs. Sed quædam est pax communis vtriusque, & hac indiget ecclesia. Hier. 29. Querite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci. Pax terrena, quædo que perturbatur ab interiori, quandoque ab exteriori. 2. Cor. 7. Foris pugna, intus timores. Quantum ad primum dicit, Vt quietam. Quantum ad secundum dicit, Et tranquillam vitam. Et licet pax terrena communis sit bonis & malis, tamen diuersimodè vtrique illa vtuntur. Mali enim tunc ad duo ea vtentur. scilicet ad cultum demonum: quia illa prosperitatē falsis dijs attribuebant. Item ad lasciuiam: quia tempore pacis vitia carnalia abundabant. Sap. 1. 4. in magno viuētes in sciētia bello, tot & tā magna mala pacē appellāt. Sed sancti eō uerfo ea vtuntur, quia i cultu veri dei & in castitate. Et ideo dicitur [In omni pietate & castitate.] Tit. 2. Sobriè, & iuste, & piè viuamus in hoc seculo. ¶ Deinde cum dicitur [Hoc enim bonum] ponitur ratio orationis. Et circa hoc duo facit, quia primò ponit rationes, secundo probat quod dā propositū, ibi [Vnus enim deus.] Itē primo assignat rationem ex specie operis, secundo ex parte dei, ibi [Et acceptum.] Ponit ergo rationem ex operis specie, quia quædo aliquid est secundum se bonum, illud debemus facere, sed pro alijs orare est huiusmodi quia

Docet compe-
tere mulieri-
bus taciturni-
tatem: dicitur
et subiecti, nō
docere, non do-
minari in vi-
rum: et ratio
ponitur ex or-
dine creatio-
nis et culpe
in Adā et
Eua soluti-
que questionē
taciturnam.

Mulier in silentio discat, cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eva. Adam non est seductus: mulier autem seducta, in peccatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem: si permanserit in fide et dilectione, et sanctificatione, et cum sobrietate.

¶ Superius Apostolus ordinavit mulieres quoad orationem: hinc ordinat eas quantum ad doctrinam: et primo ponit suam ordinationem circa earum doctrinam: secundum rationem ordinationis assignat, ibi [Adā enim primus.] Tertio respondet tacite quaestioni, ibi [Saluabitur autem.] Item primo ostendit quid mulieribus conveniat: secundum quod eis non competat, ibi [Docere autem.] Circa primum tria ponit eis competere, scilicet taciturnitatem, disciplinam, et subiectionem, quae tria ex una ratione procedunt, scilicet ex defectu rationis in eis, quibus primo indicitur silentium di. [Mulier in sil.] Itac. 3. Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir. et prima Corin. 14. Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, &c. Nam verba mulieris sunt inflāmantia. Eccle. 9. Colloquium illius quasi ignis exardescit. Secundum ut discant, quia eorum qui deficiunt ratione, proprium est addiscere. 1. Co. 14. Si quis voluit discere, domi viros suos interrogat, &c. Viris autē datur quod doceat. Tertio indicitur subiectione, quia naturale est quod anima dominetur corpori, & ratio viribus inferioribus. Et ideo sicut Philosophus docet: Quandoque aliqua duo ad invicem sic se habent, sicut anima ad corpus, & ratio ad sensualitatem, naturale dominium est eius qui abundat ratione, & illud est principans, aliud autē est subditū, quod scilicet deficit ratione. Gen. 2. Sub viri potestate eris. ¶ Item excludit ea quae eis non competunt di. [Docere autem, &c.] Et sunt duo scilicet ut non doceant. Sed contra, Proverb. vlti. Erudiuit eam mater sua, &c. Respondeo dicendum est quod doctrina alia est publica, & haec non cōpetit mulieri, & ideo dicit, in ecclesia. Alia est privata, & haec mater erudit filium. Sed contra. Iudi. 5. Delbora erudiuit populum Israel. Respondeo, illa eruditio est per spiritum prophetiae, & gratia spiritus sancti non discernit inter virum & mulierem, non tamen publice praedicabat, sed in spiritu sancti cōsilia dabat. Secundum, interdicitur eis dominium in virum. Eccl. 25. Mulier si primatum habeat cōtraria est viro suo. Et Philosophus dicit quod dominium mulieris est corruptio familiae, sicut tyranni in regno. Et sic prohibet duo cōtra duo quae cōpetunt eis, sed primum repetit, scilicet [esse in silentio.] ¶ Deinde cum dicit [Adā enim.] Assignat rationem eius quod dixerat, et primo ex ordine creationis, secundum ex ordine culpae, ibi [Et Adam non est.] Circa primum sciendum est quod in ordine rerum perfectum & imperfectum diuersimode ordinatur, quia in uno & eodem imperfectum praecedit tempore, & perfectum praecedit natura: quia natura tendit ad perfectum, sed in diuersis perfectum est prius tempore & natura, quia natura semper incipit à perfectis. Et hunc ordinem agit hic, quia vir perfectus est in natura humana, mulier viri occasionatur. Unde primo formatus est Adam. Gen. 2. Formavit deus hominem de limo terrae. Secundum autem mulier sicut quoddam imperfectum à perfecto originatum, scilicet de costa. 1. Co. 11. Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro est. Et in de est quod homo non dicitur factus propter mulierem, sed ad similitudinem dei Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Mulier autem propter virum, ideo vir debet praeesse, ite ex parte culpae. Ordo enim generationis & corruptionis est contrarius, quia quod est primum in generatione, est vltimum in corruptione. Peccatum autem est corruptio naturae, & ideo generatio incipit primo ab Adam, sed corruptio à muliere. Unde dicit, Adam non est seductus, sed primo, quia fortior erat, sed tertio incipit à debilitate ut facilius seduceretur fortior. Alludit autē hic verbis Adā. Gen. 3. Cum enim dominus reprehendit Adā, dixit, Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi, &c. Et ideo dicit, Adam non est seductus, sed mulier. Sed ductio autem duplex est, scilicet in vniuersali, & particulari eligibili quae est ignorantia electionis. Quicquam ergo peccat, seducitur ignorantia electionis in particulari eligibili. Mulier autem fuit seducta ignorantia in vniuersali, quando scilicet credidit quod serpens dixit, sed vir non credidit hoc, sed deceptus fuit in particulari, scilicet quod serpens esset mos vxoris, & cum ea comedere deberet, & inexpertus diuinae feueritatis creditidit quod facile ei remitteretur. Sed contra. Ignorantia est poena peccati, ergo poena praecessit culpam. Respondeo, dicendum est quod non praecessit, quia statim ad verba serpentis fuit elata, eo quod alius esset de ea sollicitus, & ex illa elatione seducta est, unde elatio praecessit. ¶ Deinde cum dicit [Saluabitur autem.] Respondeo, quidam tacite quaestioni, quia diceret quis quod si mulier non est propter virum & ex ea est initium peccati, ergo viro est nociua, sed si aliquid non est propter aliud, sed est ei nociuum, debet tolli, ergo mulier non debet saluari. Dicendum est ergo quod duplex est salus: scilicet temporalis, & haec est communis etiam brutis. Alia est aeterna, & haec est propria hominum. Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Vtranque autem salutem mulier non amisit. Non temporalem, quia statim non priuatur sexu muliebri propter generationem proles, nec aeternam, quia secundum animam capax est gratiae & gloriae. Et ideo quantum ad primum dicitur [Saluabitur,] id est, non extirpabitur: & hoc [per generationem filiorum] ad quam est à deo ordinata. Quantum ad secundum dicit [Si permanserit] sed quia si importat causam, nunquid quae non permanset non saluabitur cum Apostolus dicat quod mulier melius facit si non nubat? Respondeo, vno modo potest esse locutio figuratiua: & sic per virum ratio superior intelligitur: ratio inferior est mulier: opera bona sunt filij inferioris rationis, & charitas quam per virum concepit & per haec saluabitur. Alia est expositio literalis, vt ly, per, non dicat causam sed repugnantiam. Et est sensus: Mulier saluabitur etiam si incedat per generationem filiorum, scilicet si nubat & non sit virgo. Et tunc ly, per, dicit augmentationem salutis quia si per generationem filiorum ad cultum dei, magis saluabitur. Ecclesiastici septimo, Filij tibi sunt, erudi illos, & in curua illos à pueritia illorum. Quoad salutem aeternam consequendam tria ponit. Primum aliquid quoad intellectum. Secundum quoad effectum. Tertio quoad exteriorum actum. In intellectu est fides per quam intellectus Christo subiectione. Unde dicit [In fide.] Hebraeorum vndecimo, Sine fide impossibile est placere deo. Et quia fides nihil valet sine dilectione, ideo quoad effectum statim subiungit, dicens [Et dilectione.] prima Corinthiorum decimo tertio, Si habueris omnem fidem, ita vt montes transferas, charitatem autem non habueris, nihil sum, & cetera. In exteriori autem ponit duo contra lasciuiam,

quae consistit in duobus, scilicet, in luxuria. Et quantum ad hoc dicit [In sanctificatione,] id est, in castitate. 1. Thef. 4. Haec est voluntas dei sanctificatio vestra, &c. Item in crapula, contra quod dicit [In sobrietate.] Tit. 2. Sobrietas & pietas, & iuste viuamus in hoc seculo.

Caput 3.

Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum.

¶ Supra instruit Timotheum de pertinentibus ad fidem rectam & cultum dei. hic agit de instructione officiorum ecclesiasticorum. Et primo ponit institutio. Secundum suae institutionis occasio seu necessitas, ibi [Haec tibi scribo.] Item primo instruit de pertinentibus ad episcopum. secundum quoad diaconos, ibi [Diaconos similiter.] Sed cum secundum Dionysium tres sint ordines, scilicet episcoporum qui praeficiunt, presbyterorum qui illuminant, diaconorum qui purgant: quare non facit mentionem de presbiteris? Respondeo, dicendum est quod presbiteri intelliguntur cum episcopis: non quod sit indistinctio inter ordines quantum ad rem, sed quantum ad nomina: quia presbiter id est quod senior: & episcopus superintendens. Et ideo presbiteri & episcopi quantum ad nomen vocabantur & episcopi & presbiteri. Circa hoc ergo primo agit de desiderio perueniendi ad episcopatum. Secundum describit conditionem episcopi, ibi [Oportet autem.] Praemitrit ergo suae institutionis assertionem, dicens [Fidelis sermo] scilicet quae dicā vel dixi. Apo. vlt. Haec verba fidelissima & vera sunt [Si quis episcopatum de bo. o. desi.] Ex hoc sumptum aliqui occasione ambitionis episcopatus & praelationis. Sed non recte intelligitur quod hic dicitur. Apostolus enim hic voluit ostendere quid pertineat ad episcopatum. Episcopus est nomen graecū, scopos enim idem est quod intendens epi. i. supra: episcopus ergo dicitur quasi superintendens. Duo ergo sunt consideranda in episcopo, scilicet gradus superior, & actio plebi utilis. Aliqui enim proiciunt forte oculū ad ea quae circumstant eum. s. quod qui praestit honoratur, & quod habet potestatem. Et qui propter ista desiderat episcopatum, nescit quid sit episcopus. Et ideo dicit Apostolus quid sit episcopus, & quid desiderat qui episcopatum desiderat, quia bonū opus. Non dicit bonū desiderium habet, sed bonū opus. s. vtilitatem plebis. Sed nunquid licet ipsum desiderare? Aug. dicit quod non. Glo. Locus superior sine quo regi non potest populis & si teneatur & administraretur decenter, tamen indeceter appetitur. Et idē dicit. 19. de ci. dei. Cuius ratio est quod nullus debet appetere aliquid supra vires suas non sibi proportionatum, aliās esset stultus. Horatius, Ludere qui nescit campestribus abstinere armis, Ille ergo bene episcopatum desiderare posset cuius facultas episcopatus esset proportionata. Ad hoc autem nullus est idoneus: quia praelatus secundum gradum & cōuenientiam debet omnes alios excedere in conuersatione & contemplatione: ita vt in respectu sui alij sint grex. Et hanc idoneitatem de se praesumere est maxime superbia, aut ergo appetit circumstantias, & tunc nescit quid appetat, quia non est hic episcopus, vel ipsum opus, & hoc est superbia. Et ideo non est accipiendum nisi impositum. Glo. si dicit status episcoporum non est perfectior statu religiosorum, hunc autem licet appetere, igitur. Respondeo. Perfectio aliter se habet in hoc & in illo, quia status episcoporum praesupponit perfectionem, & ideo nullus appetere debet nisi habeat eam, sed status religiosorum est via, & ideo non requiritur perfectio iam habita, sed quod teneatur acquirere eam nisi habeat, & hoc patet Io. vlti. Vbi dominus Symoni non dicit, Si vis perfectus esse, pascere, &c. Et inueni dicit, Si vis perfectus esse, &c. Sic ergo intelligendum est in nomine episcopatus bonum opus. 1. Pe. 5. Non vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis, &c. Quasi dicat. Si tu episcopatum desideras, hoc est quod desideras, quia bonum opus. ¶ Sed qualis debeat esse episcopus ostendit, cum subdit [Oportet episcopum] scilicet [episcopum, &c.] Quem primo instruit in generali. Secundum in speciali, ibi [Vnius vxoris.] Dicit ergo. Dico quod bonum opus desiderat, sed ad hoc non omnis est idoneus, sed oportet quod sit talis: primo irreprehensibilis. Unde de Zacharia dicitur Luc. 1. quod incedebat in omnibus mōdatis & iustificationibus domini sine querela. Leuiti. 21. Qui habuerit maculam non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Nec intelligendum est quod omnino sit sine peccato, quia dicitur. 1. Io. 1. Si dixerimus, &c. Nec est dicendum sicut aliqui dixerunt, quod quicumque peccauit mortaliter post baptismum, non est idoneus, quia pauci essent tales: sed irreprehensibilis, id est, non subiectus alicui peccato, unde ab aliis reprehendi posset, quia indecēs est si reprehensibilis sit reprehensor. Mat. 37. Eiace primum trabem, &c. ¶ Deinde cum dicit [Vnius vxoris, & c.] Instruit eum in speciali, & primo quantum ad se. Secundum quantum ad multitudinem, ibi [Filios habentem.] Iterum prima in duas, quia primo ostendit quibus virtutibus ornetur. Secundum à quo mens debet esse immunis, ibi [Nō violentū.] Omnis autē moralis virtus est primo circa passiones, & sunt duo quae faciūt sanctitatem. Castitas, & sobrietas, quia per delectationem vel delectabilia carnis, maxime inquietatur anima. Et ideo primo ponit quod pertinet ad castitatem, dicens [Vnius vxoris virū.] Simile Tit. 1. In hoc autē discordia videtur esse inter Augustinū & Hieronimū. Hieronimus enim dicit quod hoc intelligitur post baptismū, quia si ante baptismum duas habuit vxores, vel vnā primam & aliam postea, non impeditur ab ordinatione, quia per baptismū omnia delentur. Augustinus, & Ambrosius cōtrariū dicunt, quia siue ante, siue post, si duas habuit non ordinatur. Et nunquid baptismus omnia delet? Respon. sic quoad peccata, non autē quoad irregularitatem quae interdū etiā sine peccato incurritur ex sola ecclesiastica institutione, sed matrimonium non est peccatum etiā in paganis. Sed quae est causa huius institutionis? Nunquid non magis impeditur qui multas concubinas habet? Respondeo dicendum quod hoc fit non propter incōtinentiam tantum, sed propter representationem sacramenti, quia spūs ecclesiae est. Christus, & vna est ecclesia. Can. 5. Vna est columba mea. ¶ Secundum agit de sobrietate. Tit. 2. Sobrietas & pietas, & iuste viuamus in hoc seculo, &c. Hic em docet episcopū qui dicitur superintendens, vt vigilet. Luc. 1. Pastores autē erāt, &c. Et ebrietas obstat vigiliis. 1. Per. vlt. Sobrius estote, &c. Tertio ordinat rationem, dicens [Prudentē] quia haec est regitua omnium virtutum, & episcopus eligitur vt alios regat. Mat. 10. Estote prudentes. Mat. 24. Quis purus est fidelis seruus & prudens, &c. ¶ Consequenter ponit virtutes quae ordinant actiones exteriores. Primo quantum ad se, secundum quantum ad alios. Quantum ad se dicit [ornatum, pudicum.] Ornatus est quando bene cōponitur in actibus, & dictis. Ornatus enim

Aspirat de
desiderio per-
ueniendi ad
episcopatum:
et conditioni-
bus episcopi
asacerdotis.

importat pulchritudinem quæ cõsistit in proportione. Vnde tunc est ornatus quãdo agit & loquitur vt de cer. Ecclesia. 4. 4. Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Hoc requiritur in episcopo quia per exteriora iudicamus de interioribus. Ecclesia. 19. Amictus corporis, & rufus dentiu, & ingressus ho minis, enuntiant de illo: quia p̄tallatus ponitur in aspectu hominũ, oportet q̄ sit ornatus. Vnde dicitur de Ambrosio q̄ quosdã ordinare nolebat, quia dissolutè incedebat. Item quandoque contingit q̄ occurrunt alicui aliqua turpia in aliis vel agentibus vel dicentibus, & ad hæc debet habere pudicitiam, vt verecunde tur si videat vel audiat. Augu. Impudicus oculus, impudici cordis est nuntius. Eccle. 7. Gratia enim verecũ dia illius super aurum. ¶ Deinde cum dicit [Hospitalem, &c.] agit de episcopo in cõparatione ad alios. Imponitur autem episcopo vt pascat oves. Io. vlti. & i. Pet. vltimo. Et duplex est elemosyna, scilicet corpora lis & spiritalis. Ergo debet in vtraque pascere. Quantum ad primum dicit [Hospitalem] scilicet peregrino rum & hospitũ. Ro. 12. Hospitalitatem sectantes. Hæb. vltimo, Hospitalitatem nolite obliuisci, &c. Job 31. Ostium meum viatori paruit, &c. Quantum ad secundum dicit [Doctorem.] Eph. 4. Alios pastores & do ctores, &c. Et hoc est officium proprium p̄lati. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascet vos scientia & doctrina, &c. ¶ Consequenter cũ dicit [Non vinolentũ, &c.] remouet vitia opposita. Tria au tem remouet. Vnum quod pertinet ad concupiscentiã carnis. Aliud ad iram. Aliud ad cupiditatem. Quan tum ad primum dicit [Non vinolentũ,] Minus dicit, & plus significat. Eph. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Quasi dicat, non gulosum, nõ luxuriosum. Quantum ad iram duo ponit, primò quantum ad actum di cit [Non percussorem.] Decenter prohibet hoc post vina, quia ebrij de facili percutiũt [sed modestũ.] i. pa rientes. Phil. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. P̄sal. Bene patientes erũt vt annuntiet. Chri stus passus non percutiebat. Secũdò quantum ad verba cum dicit [Non litigiosum.] 2. Timo. 2. Seruum dei non oportet litigare. 1. Corinthio. 11. Si quis aurem videtur contentiosus esse, nos talem cõsuetudinem ha bemus, neque ecclesia dei. Et hoc quia episcopi sunt successores Apostolorũ, quos Christus instruxit vt pa cem annuntiarent. Item in passione sua Christus dixit, Pacem meã do vobis, pacem relinquo vobis. Quan tum ad res temporales dicit [Non cupidũ] quia ponitur iudex & ordinator ecclesie, qui si sit cupidus de fa cili declinat à iustitia. Exo. 23. Ne accipias munera, quæ excacant etiam prudentes & subuertunt verba iu storum. seu heu. Hier. 5. A maiore vsque ad minorem omnes auaritiã student.

lectio 2.

ostenditur qualis debet esse episcopus in ordine ad suã familiã domesticã, & sobrias, fideles in omnibus. Sed sua domui bene propositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui sue p̄esse nescit quomo do ecclesie dei diligentiam habebit? Non neophitum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: habentes misterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.

¶ Suprà ostẽdit Apostolus qualis debet esse episcopus secũdũ se. hĩc ostẽdit qualis debet esse in cõparatio ne ad multitudinẽ. Et primò ad multitudinẽ domesticã familiã. Secũdò ad multitudinẽ ecclesie, ibi [Non neophitũ.] Tertiò ad multitudinẽ infidelium, ibi [Oportet autẽ.] Itẽ primò ostẽdit qualis debet esse in cõpara tione ad familiã domesticã. Secũdò rationẽ huius assignat ibi [Si quis autẽ.] Itẽ primò ostẽdit q̄ ab episcopo requiritur gubernatio debita familiã. Secũdò bona instructio filiorũ, ibi [Filios habetẽ.] Dicit ergo, Opor tet episcopũ bene p̄esse domui. i. familie, suã, vt eã bene gubernet. Bona autẽ gubernatio nõ solũ est acqui sitio diuitiarũ, quia ea nõ sunt finis iconomicã, sed instrumẽta: sed finis eius est recta vita. Eccl. 2. 4. Pacificã tes in domibus suis. Specialiter autẽ in domestica familia p̄cipui sunt filii. Et ideo dicit de eis specialiter [Filios ha. sub.] q̄ suis filiis dominetur nõ emolitus ex teneritudine amoris quã quãdoq; extẽdit ad filios. Inter alia autẽ quæ requirũtur in filiis episcoporum quos habuerũt antequã essent episcopi, requiritur q̄ sint casti. Ideo subditur [cũ omni cast.] quia mala eorũ vita esset testimoniu cõtra parẽtẽ & p̄latũ. Eccl. 10. Secũ dũ iudicẽ populi sic & ministri eius: & qualis rector ciuitatis, tales & habitates in ea. Sap. 4. Ex iniquis em õs filii qui nascũtur testes sunt nequitie aduersus parẽtes in interrogatiõe sua. Secũda ratio est, quia ad do mũ episcopi cõcurrit populus, ideo oportet eos esse castos. Contra illud primi Regum secũdo, vbi filii He ly non casti, corrũpẽbant mulieres veniẽtes ad templũ: vnde & Hely à domino est punitus. ¶ Deinde cum dicit [Si quis autẽ.] Dicit sui rationẽ assignat. Possẽt enim dici: Quid ad episcopũ q̄ bene regat familiã, cui imminet cura communis? Et ideo dicit [Si quis autẽ domui suã, &c.] propriã familiã. Luc. 16. Qui fide lis est in minimo & in maiore fidelis est. Cõtingit tamen frequenter q̄ aliqui non sunt bene regimini in par uis domesticis, qui tamen bene regunt in maioribus. Sed quod dicit, nescit, hæc nescientia referatur ad ne gligentia. Nam qui parua negligit, de facili magna negligit: licet qui non curat de paruis, aliquãdo bene se habeat in maioribus. ¶ Consequenter ostendit qualiter se habeat ad multitudinem ecclesie, in qua non de bet esse nouitius in fide, sed antiquus. Vnde dicit [Non neophitum,] id est, nouã fidem habentem. Actuum 1. Oportet eligere vnum ex his qui nobiscum, &c. Item Nume. 11. Congrega mihi. 7. viros de senioribus quos tu nosti: q̄ senes sint populi ac magistri & duces, &c. Sed sicut dicitur Sap. 4. Senectus venerabilis est nõ diuturna neque numero annorũ computata. Contingit enim quandoq; q̄ in aliquibus nouis superabũ det gratia & habent simul cũ ætate iuuenili morum senecturẽ, qui dispensatiõẽ promouetur: sicut Ambro sio diuina inspiratione. Vnde hoc q̄ dicit hĩc, ad eos pertinet qui non solũ ætate neophiti, sed & qui neo phiti sunt perfectione. Et huius est ratio [ne in superbiam, &c.] Quando enim aliquis de nouo veniens ad fi dem & ad conditionem aliquã promouetur, reputat se aliis meliorem & valde necessariũ, quasi nisi ipse es set non haberet vnde provideretur ecclesie. Et dicit [diaboli] quia ipse cõdemnatus fuit propter peccatũ superbie. ¶ Deinde cum dicit [Oportet autẽ illũ, &c.] ostendit qualiter se habeat ad multitudinẽ infidelium, & ponit documenta. Primò vt sit bonã famã. Col. 4. in sapientia ambulare ad eos qui foris sunt. 1. Petr. 2. Cõuersationem vestrã inter gentes habentes bonã. Et hoc necessariũ est p̄lato, quia cõuersario totius cõ gregationis iudicatur ex p̄lato. Sed cõtrã 2. Cor. 6. Per infamiã & bonã famã. Respõdeo infamia insurgit

ostenditur qualis debet esse episcopus in ordine ad suã familiã domesticã, & sobrias, fideles in omnibus.

quandoque ex culpa eius qui infamatur: & hanc prohibet hĩc, quandoque ex malitia detrahentiũ, & in hac oportet habere patientiam, & de hac loquitur Apostolus ibi. Sed hĩc loquitur de assumẽdo in episcopum qui & si sit bonus, & infamatur falsò, debet patienter ferre. Secũdò assignat rationẽ. Vnde subdit [Vt nõ in opprobrium, &c.] Vbi tangit duplex periculum, scilicet ne fiat opprobriosus, & per hoc eius autoritas minuiatur, & per cõsequens auferatur audacia corrigendi. Matt. 7. Eiece primum trabem, &c. Secũdò ne incidat in laqueum diaboli, quandoque scilicet impatienter sustinẽdo, per quod infamis cõcitetur ad odia, & desperetur, & huiusmodi. Et q̄ p̄latus sit odiosus laicis contingit, si negligit cultum diuinã laudis. Ma lach. 2. Iritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituum, propter quod dedi vos cõtempribiles & hu miles omnibus populis. ¶ Deinde cum dicit [Diaconos, &c.] Ostendit pertinentia ad diaconos, quod in græco idem est q̄ ministri. In primitiua enim ecclesia solũ erant tres ordines vt dicit Dionisius, scilicet episcoporum, presbiterorum, & ministrorum, & non diuidebantur per diuersos gradus, sed omnia erãt in vno ordine propter paucitatem ministrorum, & propter nouitatem ecclesie. Primò ergo ostendit quales debent esse secundum se. Secũdò quantum ad alios, ibi [Mulieres.] Item primò ostẽdit quales debet esse. Secũdò quomodo examinandi sunt, ibi [Et hi.] Item primò ostendit quales debent esse quantum ad eorũ proprium corpus. Secũdò quantum ad res exteriores, ibi [Non turpe.] Tertiò quantum ad alia [Habẽtes, &c.] Item quantum ad corpus, primò ostendit quoad totius corporis qualitates. Secũdò quãtum ad oris refrenationem. Dicit ergo: Dico q̄ episcopi debent esse pudici, similiter oportet diaconos esse, quia cõtra rium pudicitie facit ineprum ad spiritalia: quia denegar animum a spiritalibus, quem necesse est tales ha bere eleuatum. Esa. 52. Mundamini qui fertis vasa domini. Luca duodecimo, Sint lumbi vestri p̄cincti. ¶ Deinde ostendit quales debent esse in ore. Os seruit locutioni, & gustui. Quantum ad primum dicit [Non bilingues.] Ecclesiast. 28. Lingua tertia multos cõmouit, & disperdit illos a gente in gẽtem. Bilinguis est ha bẽs duas linguas. Non erunt tales diaconi ministri pacis. Quantum ad secundum dicit [Non multo.] Prouerb. 23. Cui velt? Cuius patri velt? cui rixã? cui fouerã, cui sine causa vulnera, cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino & student calicibus epotandis? Esa. 5. Vt qui potentes estis ad bibendũ vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. ¶ Deinde cum dicit [Non turpe lucrũ fec.] Ostendit quomodo se habeant ad res exteriores. Non solũ enim diuertuntur à iustitia quandoque propter cupiditatem lucri, sed etiam à veritate dicentes quæ non oportet. Et ideo prohibetur eis temporale lucrũ in quo intelligitur omne lucrũ inhonestum. ¶ Sed quantum ad affectionem dicit [Habentes, &c.] Et instruit eos. Primò quan tum ad fidem. Secũdò quantum ad conscientie puritatem. Vnde dicit [Misteriu fidei] non fidem, id est, nõ tantũ fidẽ simplicem, sed intelligentiam eius quod in fide occultũ est. Misterium enim idem est q̄ occultũ: quia ministri debent scire non tantũ ea de fide quæ & populus intelligit, sed & misteria, quia debet alios in struere. 1. Petri 3. Parati semper ad satisfactiõẽ omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide & spe, &c. Item conscientiam puram, quia impura facit in fide errare: supra primo, Finis autẽ p̄cepti est cha ritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. ¶ Deinde cum dicit [Et hi probentur primum & sic, &c.] Ostendit quomodo examinantur. Possẽt enim dicere aliquis: Puro omnes bonos: hoc enim debet esse in tua reputatione. Sed quantum ad eorum promotionem omnes sunt examinandi. Vnde etiam ipsi exa minantur, vnde dicit, Et hi, &c. [Nullum crimen,] id est, peccatum mortale, non autem intendit de peccato veniali: quia vt dicitur 1. Io. 1. Sidixerimus quia peccatum nõ habemus ipsi nos seducimus & veritas in no bis non est. Nec dicit qui habuerunt, sed [habentes,] id est, qui sunt notabiles & habet infamiã crimẽ. Alio quin hoc esset derogare clauibus ecclesie. ¶ Deinde cum dicit [Mulieres, &c.] Ostendit qualiter se habeãt ad alios. Et primò ponit suam instructionem. Secũdò rationem, ibi [Qui enim habent.] Circa primũ duo facit, quia primò ostendit qualiter se habeãt ad vxores, quas habebãt in primitiua ecclesia, & loquitur pro statu illo. Secũdò quomodo ad filios, ibi [Qui filius.] Iterum prima in duas, quia primò ostendit quales de bent esse eorum vxores. Secũdò qualiter ipsi habeant se ad illas, ibi [diaconos.] In vxoribus eorum requi rit quattro, scilicet pudicitiam, modestiam, sobrietatẽ, & fidelitatem. Dicit ergo similiter sicut dixi de dia conibus dico de mulieribus, quia oportet eas esse [pudicas.] Ecclesia. 26. Gratia super gratiam mulier san cta & pudorata. Item modestas in lingua [non detrahentes.] Ecclesiast. 10. Quomodo si serpens mordeat in silentio, nihil eo minus habet qui detrahit. Item [sobrias] quæ est maximum ornãmẽtum mulierum: supra secũdo. Similiter mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate. Item [fideles] vel deo quãtum ad veram fidem, vel viris suis. Sed quæ culpa est diaconi, si eius vxor est mala. Respondeo: Aliquis à ministe rio repellitur nõ solũ propter culpam, sed etiam propter aliquod impedimentum ministerij. Et ideo si p̄ter culpam eorũ possent mulieres esse malæ, tamen p̄stant impedimentum dupliciter. Primò quia cũ malæ sunt indigẽt maiori cura, & per hoc eorum viri minus vacarent ecclesiasticis ministerijs. Secũdò quia viri deprauantur ex vxoribus. Item esset in periculum, quia ministrorum ecclesie multi frequẽtant domos. Dixerunt autem cathaphrigæ quod ex quo iater diaconos agitur de mulieribus, mulieres possunt ordinari ad sacros ordines. Sed sciendũ est q̄ in iure aliqua mulieres aliquãdo vocantur diaconissæ: nõ quia habeant huiusmodi ordinem, sed propter aliquod ministeriu ecclesie: sicut in græco dicitur diaconus quilibet mini ster.

lectio 3.

Diaconi sint vnus vxoris viri, qui filijs suis bene p̄sint, & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradũ bonum sibi acquirunt & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu. Et ec tibi scribo fili Timothee, sperans me venire ad te cito. Se autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari quæ est ecclesia dei. Vinũ, colũna & firmamen tum veritatis. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, ap paruit angelis, p̄dicatum est in mundo, assumptum est in gloria. ¶ Suprà ostẽdit Apostolus quales debet esse diaconi & eorum vxores, hĩc ostẽdit quomodo diaconi se ha beãt ad vxores & ad filios & familiã. Et primò ponit documentũ. Secũdò eius rationẽ, ibi [Qui em bene.] Di cit ergo: Dixi q̄ mulieres diaconorũ sint pudice. Et si in vxoribus est pudicitia habẽda, p̄pter eos, amplius i ipsis est necessaria, vt sint omnino à cõtra tua mulierũ immunes. Sed quia secũdũ hoc pauci essent ministri,

Docetur diaconi esse mono gami, & quo modo se habe ant ad filios & familiã & ratione ad hoc inducuntur: subditur que ratio oĩm iam dõlorũ in qua cõmen datur ecclesie eius manifestatio ostendit & Chri si sui sp̄s qui est sacramentũ pietatis mani festatum in carne, &c.

concedit quod saltem sint vnius vxoris viri, quia habuisse plures est signum incontinentiæ & contra significationem sacramenti. Et inde est quod dominus instituit matrimonium vnius ad vnum. Vnde & prima vxor benedicitur, non secunda. Deinde monet qualiter se habeant ad filios, dicens [Qui filiis suis bene præsent] scilicet bene erudiendo in disciplina bona & vita. Ecclesia. 7. Filij tibi sunt erudi illos, &c. Consequenter hortatur eos bene præse & toti domui, id est, familiæ scilicet cum mansuetudine. Ecclesia. 4. Noli esse sicut leo in domo tua, &c. Et huius ponit rationem, dicens [Qui enim bene ministra, &c.] quasi diceret, Quod re quiris ab episcopis rationale est, quia ipsi sunt prælati. Sed quare à diacono qui est minister. Responderet, dicens [Qui enim, &c.] Et primò ostendit quod bonus vsus huius ministerij est via ad maiorem dignitatē. Secundò etiam quod est via ad vitam æternam. Quantum ad primum dicit [Qui enim bene ministraverit] exercendo officium diaconi. Quod enim est in græco diaconus, in latino dicitur minister [Gradum bonum sibi acquirant,] id est, promoueri merentur ad gradum altiore. Matt. 25. Quia in pauca fuisti fidelis super multa te constituam, &c. Et dicit bonum, quia supra eodem, Qui episcopatum desiderat, bonum opus deinde rat. Nec tamen in hoc est eorum finis, sed cum hoc remunerationem habent à deo. Ioan. 12. Volo ut vbi ego sum, illic sit & minister meus. Et ideo dicit [Multam fiduciam.] auxiliij gratia in præsentis, & gloriæ in futuro, & hoc [In fide, &c.] id est, per fidem Christi. 2. Cor. 3. Fiduciā talem habemus, &c. Esa. 12. Fiducialiter agam & non timebo. Deinde cum dicit [Hæc tibi scribo.] ponit rationem omnium prædictarum monitionum. Et primò excludit causam opinatam. Secundò astruit veram, ibi [Si autem.] Tertio assignat rationem ibi [Quæ est ecclesia.] Circa primum sciendum est quod posset Timotheus credere quod ex quo scripsit, de carcere eum non visurus esset. alias superfluum videretur cum literis monere. Et ideo dicit [Hæc tibi scribo fili.] Et nominat eum filium quia sibi charissimus erat. 1. Cor. 4. Ideo misi ad vos Timo. qui est filius meus charissimus. Et dicit [sperans] quasi non certus. 2. Ioan. 1. Plura habes vobis scribere nolui per cartam & atramentum: spero enim me futurum apud vos & os ad os loqui. Scribo igitur, licet spem habeam, quia spes in longum protrahi potest. Prou. 16. Hominis est præparare animum, & domini linguam gubernare. Et ideo dicit [Si autem tardauero, &c.] 1. Thessalo. 2. Sed sathanas impediuit nos. Ego igitur scribo [si tardauero] ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari. [Psal. Habitare facit vnius moris in domo, &c.] Deinde cum dicit [Quæ est ecclesia.] assignat rationem quare sit sic conuersandum in ea. Et assignat rationem huius causæ quæ est duplex. Primò commendando ipsam ecclesiam. Secundò veritatē ecclesiæ, ibi [Et manifeste.] Circa primum duo facit, quia primò commendat ecclesiam ex parte eius cuius est ecclesia, quia est dei viui. Ecclesia quasi adunatio, quia in ecclesia est adunatio fidelium. Roma. 8. Quos vocauit, &c. Et adunantur in deum. Ioan. 17. Vt & ipsi in nobis sint vnum, &c. Et ideo dicit [quæ est dei.] Et addit [viui] ad distinctionem aliorum deorum ad quos congregantur gentes. Nam hi sunt mortui, sed deus ecclesiæ est viuus. Ioan. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, &c. Est ergo sic in ea conuersandum ut spiritualiter viuamus. Psal. Domum tuam domine decet sanctitudo, &c. Secunda ratio est ex veritate ecclesiæ. Naturale est enim homini ut desideret cognitionem veritatis, cum sit perfectio intellectus. Vnde Au. dicit quod beatitudo est finis hominis, quæ nihil aliud est quam gaudium de veritate. Hoc innouit philosophis per creaturas. Ro. 1. Sed in hoc vacillabant, quia non habebant certitudinem veritatis, tum quia erant corrupti erroribus, tum quia vix inuenitur apud eos quod in veritate concordent. Sed in ecclesia est firma cognitio & veritas. Vnde dicit [columna.] Ecclesi. 2. 4. Thronus meus in columna nubis, &c. Eccl. 2. 6. Columna aurea, &c. Et dicitur aurea, quia in se sancta [Et firmamentum] scilicet quantum ad alios, quia non possunt firmari in veritate nisi per ecclesiæ sacramenta. Luc. 22. Tu aliquando conuersus confirma, &c. Psal. ego confirmaui columnas eius. Quia igitur ecclesia congregat in deo & dat cognitionem veritatis, debemus esse in ea. Deinde cum dicit [Et manifeste.] commendat veritatem ecclesiæ. Et primò Christum, ad cuius manifestationem apparuit. Secundò de eius exaltatione agit, ibi [Assumptum.] Commendat autem Christum dupliciter. Primò quantum ad naturam diuinam. Secundò quantum ad humanam, ibi [Quod manifestatum est.] Dicit ergo [Et manifeste, &c.] quia sacramentum idem est quod sacrum secretum. Nihil autem tam secretum quod id quod in corde gerimus. Multò ergo magis quod in corde dei, & secretum est & sacrum. 1. Cor. 2. Quæ sunt dei nemo nouit nisi spiritus dei, &c. Esa. 2. 4. Secretum meum mihi. Esa. 45. Tu es deus absconditus. Et hoc est verbum dei in corde patris. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum. Hoc siquidem secretum est sacramentum pietatis, secretum autem hominis aliquando est vanum. Psal. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. In quantum ergo est restauratiuum mundi, est pietatis. Item magnū, quia est verus deus, cuius magnitudinis non est finis. Hoc ergo secretum quod latet in corde patris factum est homo. Et ideo describit ipsum. Secundò quantum ad naturam humanam. Et primò quantum ad carnem. Secundò quantum ad animam. Quantum ad primū dicit [Quod manifestatum est in carne.] Sicut verbum quod latet in corde manifestatur verbo sensibili, ita verbum dei in corde dei latebat, sed in carne est manifestatum. Io. 1. Verbum caro factum, &c. Quantum ad animam dicit [Iustificatum est in spiritu.] Hoc dupliciter exponitur. Primò ne credatur quod caro prius sit concepta, dicit quod non, quia in spiritu. i. per spiritum sanctum conceptus est. Matt. 1. Quod enim ex ea natum est, de spiritu sancto est. Et Luc. 1. Quod enim ex te nascetur vocabitur filius dei. Et hoc quia spiritus sanctus superueniet in te, &c. Vel in spiritu sancto humana, de quo Io. 19. Emisit spiritum. Et sic est manifestatum in carne, quod tamē est cum spiritu. Et dico spiritu iustificato. s. quia iustus est absque omni macula. Deinde cum dicit [Apparuit.] Ostendit eius manifestationem, & primò factam angelis, secundò hominibus, ibi [Prædicatum.] Dicit ergo sacramentum illud quod apparuit angelis, & excedit etiā cognitionem angelorum. Illud autem dicitur apparere quod ipse potestate sua habet videri & non videri, & non subest potestati videtur. Vnde non dicitur, lapis apparere mihi, sed video lapidē. Si ergo angelus in sua natura vel potestate haberet quod videret verbum, non diceretur verbum apparere sibi, sed quod ipse videret eum velle. Et ideo dicit Apostolus quod apparuit angelis, quia non in sua natura videret ipsum. Et verū est quod à principio apparuit angelis quod ex cōuersiōe ad se desicauerunt ipsos, sed quādo est incarnatum multa misteria, innouerunt angelis quod non cognouerant antea. Et ideo dicit Beda, quod in natiuitate apparuit angelis claritas quæ non

antea in veritate visa est hominibus. Et hoc dupliciter. Primò quantum ad ministerium Apostolorum. Secundò quantum ad cognitionem populorum quibus manifestatur. Olim siquidem solis Iudæis manifestabatur, sed nunc in Gentibus. Et ideo dicit [predicatum est Gentibus.] Mat. vlt. Euntes ergo docete omnes gentes, &c. Psal. Annunciate inter gentes gloriam eius. Et hoc efficaciter, quia creditum est mundo. [Et hoc dominus orabat. Io. 17. Et hoc maxime mirum est quod per simplices pauperes & impotentes, totus mundus est conuersus, 1. Cor. 1. Non multi sapientes, &c. Et hoc ut non gloriatur omnis caro, &c. Secundò manifestat quod sola veritas dei hoc facit, quia assumptum est in gloria.] Christus, scilicet, quia manifestatus assumptus est in calis. Mat. vlt. Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in caelum. Philip. 2. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris.

Caput 4.

Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritus erroris demoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & his qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona est & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei & orationem.

Superius instruit Timotheum de pertinentibus ad ordinationem ecclesiæ in spiritualibus. Secundò quantum ad documenta fidei, cultum dei, & dispositionem ministeriorum, hic instruit eum de ordinatione ecclesiæ quantum ad exteriora. Et primò quantum ad cibos. Secundò quantum ad status hominum & diuitias, ibi [Quicumque sub iugo.] Item primò agit de vsu ciborum. Secundò de dispensatione ciborum. 5. cap. ibi [Viduas honora.] Itē primò excludit superstitiosam abstinentiam. Secundò præfert pietatē abstinentiæ licite, ibi [Exerce te.] Item primò prænuuntiat falsam doctrinam de illicita abstinentia. Secundò instruit eum hæc proponere fratribus, ibi [Hæc propones.] Item primò errorē manifestat. Secundò excludit ipsum, ibi [Quos deus.] Item primò prænuuntiat errorē futurum ex parte deceptorum. Secundò ex parte decipientium, ibi [In hypocrisi.] Item ponit auctorem denuntiationis. Secundò fidei defectum, ibi [Quia in nouissimis.] Tertio causam defectus, ibi [Attendentes.] Dicit ergo, Magnū est pietatis sacramentum quod iustificatum est in spiritu, sed supra hoc sacramentum spiritus sanctus aliquid prænuuntiat futurum. Ad eum enim pertinet reuelare mysteria. 1. Cor. 15. & Io. 16. Quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Spiritus ergo prænuuntiat prius secreta in corde patris futura. Sed olim loquebatur in similitudinibus. Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Osee 12. Ego visionē multiplicavi, & in manu prophetarum assimilatus sum. Sed in nouo testamento spiritus sanctus manifeste dicit. Ioan. 16. Et palam de patre meo annuntiabo vobis. Et prænuuntiat defectum fidei futurum. Vnde dicit [In nouissimis temporibus, &c.] Nouissimum tempus dicitur vltima ætas, quia non sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Tamen in hoc tempore tantum amplius nouissimum est, quantum magis propinquum nouissimæ diei. Et sicut in primitiua ecclesia propter propinquitatem ad Christum, & sacramenta recentiter instituta, fuit feruentissima fides: sic in nouissimis temporibus, in cōparatione ad tempus Apostolorum discedant quidam à fide. quia carnales erunt, sed magis in fine abundantur errores. Gen. 49. Congregamini ut annuntietur quæ ventura sunt vobis nouissimis diebus, &c. Causa defectus est duplex. Vna ex parte diaboli seducentis. 2. Cor. 11. Timeo ne sicut serpens Euæ seduxit astutia sua, &c. Et ideo dicit [Attendentes spiritibus erroris.] Idem omnibus quorum est officium in errore mittere. Ioan. 8. Mendax est, & pater eius. 3. Reg. vlti. Egrediar, & ero spiritus mendax, &c. Et dicit spiritibus, quia demon maior multos habet ministros. Sed quomodo attendent eis? Nunquid eos videbunt? Non, sed loquetur in eis. Et ideo addit secundam causam. s. falsam doctrinam. Et secundum glossam dicit hic falsos doctores, demones, nec immerito. Sicut enim boni homines interdum dicuntur angelis: sic isti propter excellentem malitiā demones dicuntur. Ioan. 6. Nonne ego duodecim vos elegi, & ex vobis vnus est diabolus. Ex parte decipientium est duplex causa. Vna eorum falsitas. Alia peruersitas conscientiarum eorum. Quantum ad primū dicit [Demoniorum.] i. hominum à demone possessorum, & horum dico [loquentium mendacium.] Hier. 23. Viquequo istud est in corde prophetarum vaticinium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui. Et nota quod per mendacium simplex absque pallio apparentiæ, non posset aliquis decipere quempiam. Et ita hi neminē possent fallere, nisi prætenderent aliquod pallium, vel bonæ intentionis vel simulationis, vel falsæ autoritatis. 1. Co. 3. Nemo vos seducat, &c. 2. Timo. 3. Habentes quidem speciem pietatis. i. sanctam pietatem. Et demoniorum dico [habentium conscientiam cauteriatam.] Cauterium est corruptio in carne per ignem, ex qua egreditur cōtinuē putredo. Ita ex igne peruersæ voluntatis, iræ, odij, cōcupiscentiæ, vlcatur conscientia, & demoniorum egreditur falsa doctrina. Tit. 1. Coinquinatæ sunt eorum mentes. Deinde ostendit quæ sit ista falsa doctrina & tangit hæresim Manicheorum, qui damnant matrimonium, contra illud Matt. 19. Quos deus coniunxit homo non separet. 1. Cor. 7. Mulier non peccat si nubat. Item Manichei prohibent vsu ciborum. i. mādāt abstinere à cibis. Abstinere autē à cibis potest quis licite intentione domandi carnem, sicut Timotheus abstinere à vino, vel propter scandalum, sicut dicit Apostolus. 1. Cor. 8. Si esca scandalizar fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Item illicite. Vno modo propter legis præceptum, quasi legalia adhuc essent seruanda, cōtra quod loquitur ad Gala. 2. Alio modo secundum hæresim Manicheorum, non quia prohibitum lege quæ damnat, sed quia dicitur quod in carnibus, ouis, & vino, & huiusmodi. i. in aliqua tali particula diuina natura est cōmixta, quod non potest de deo putari. Non videretur autē hoc dicere de cibis legalibus, quia dicit in nouissimis diebus, sed de prohibitis à Manicheis. Et istos Manicheos demones vocat, quia inter omnes hæreses plus dant diabolo de honore, quia ponunt eum principium ex æquo cum deo bono, ponentes eum principium visibilium. Improbatur autē Apostolus hanc erroneam doctrinam dupliciter. s. ex intentione dei creatis cibos. Secundò ex cōditione creaturæ, ibi [Omnis creatura.] Dicit ergo quod prohibet abstinere, & hoc contra intentionem dei, quia creauit eos ad percipiendum. Gen. 1. & 9. Sicut olera viridia dedi vobis omnia, &c. Sed dicit, Nunquid plātæ propter animalia, & animalia propter homines? Resp. dicendum est quod sic, secundum etiam Philosophum in 1. Pol. quia imperfectum ordinatur ad perfectius. Et ideo sicut in generatione est multiplex

Predicatur
discessus à fide
error in hy
pocrisi prohibet
nubere, &
de omni cibo
edere tanquam
per mala
sunt.

perfectio: primò .f. platarum, deinde animalium, & vltimò humana, ita in vsu rerum. Et ideo ad percipiendum, sed cum gratiarũ actione.] 1. Thes. vlti. In omnibus gratias agite, quia .f. cõcessa sunt vobis à deo. P. sal. Edent pauperes, &c. Et subdit [fidelibus.] quia illi qui percipiunt cum gratiarũ actione, sunt fideles. Nullus enim potest gratias agere deo in eo quod illicitũ est. Stultus enim est qui agit gratias de fornicatione deo, quia deus nõ est actor malorũ. Ergo ille gratias agit qui habet hoc qd vsus ciborũ sit licitus. Et hoc quidem innotescit per fidẽ solam. Et ista etiam ratione dicit, fidelibus. ¶ Deinde cum dicit [Qui cognouerunt veritatem. Quia omnis, &c.] Improbatur errorẽ ex conditione creaturę. Et primò proponit creaturã esse bonam secundum se. Secundò quantũ ad vsũ. Dicit ergo, Omnis creatura est bona. s. in sua natura. Gen. 1. Vidit deus cuncta quę fecerat, & erãt valde bona. A bono etiã actore nihil est nisi bonũ. Sed quia multa sunt in se bona, quorũ tamen vsus non est bonus, ideo probatur omnem creaturã esse bonam, nõ solum in se, sed & quantũ ad vsũ. Et primò ponit intentũ. Secundò probatur, ibi [Sanctificatur enim.] Dicit ergo nihil reiciẽdum est. s. ex debito diuinę legis, quãuis ex alia causa: sicut venenũ comedere, inquantũ cibũ nõ est pctũ, sed reiciẽdum est inquantũ est mortiferũ. Similiter nec alii cibi inquantũ res tales sunt, nõ sunt reiciẽdi, sed inquantũ incitant ad lasciuiam. Ergo scdm discretionẽ rationis, & ordinationẽ charitatis, nõ sunt reiciẽdi. Mat. 15. Omne quod intrat in os, nõ coquinat hoĩem, &c. Quare ergo aliqui cibi in veteri lege sunt prohibiti? Augustinus ponit rationẽ contra Faustũ: quia in illo statu, nõ solum per verba, sed etiã per acta pręfiguratus est xps. Et ideo in cibis, vestibus & sacrificiis fuerũt figurę futuri status. Non ergo phibentur scdm se, sed quia immundorũ figurę sunt. sicut porcus est signũ immunda vitę. Et ideo prohibitio carnis eius, est signũ qd in lege xpi est prohibita omnis immunditia. Et est exemplum Augustini. Hoc nomen fatuus potest cõsiderari scdm qd est vox cõposita ex literis, & sic est bona: vel inquantũ signum & significatiua talis rei, & sic mala est & prohibita. Omnis ergo creatura vsus secundum se est bonus. Cuius ratio est, quia si esset malus, hoc non posset esse nisi inquantũ diabolus, post pctũ hominis accepisset potestatem super eos: quia ex quo homo peccauit, accepit in hoĩem potestatem: & in ea quę sunt eius. Sed per Christũ est ablata hæc potestas, vt hæc vocatur sanctificatio. Vnde omnia quęcũq; benedicimus exorcizantur primò, & ibi est oratio expellẽs diabolum. Et ideo dicit [Sanctificatur enim per verbum dei.] i. per Christum qui omnes sanctificat. Ioan. 17. [& orationem.] fidelium. Iac. vlt. Multũ valet deprecatio iusti assidua.

Lectio 2.

Hęc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei & bonę doctrinę quã affectus es. Ineptas autem & aniles fabulas deuota. Exerce autem te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio, ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est, in promissionem habens vitę quę nunc est, & futurę. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in deum viuũ qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium.

¶ **Suprà** reprobauit superstitionem ciborũ abstinentiam: hęc mandat Timotheo vt doctrinam præmissam proponat fidelibus: & primò ostendit quid debet proponere. Secũdò quid debet vitare, ibi [Ineptas autẽ.] Proponit ergo duas rationes quare debet proponere præmissã. Vnam ex cõmissõ sibi officio. Secundam ex eius educatione. Dicit ergo [Hęc.] quę dixi suprã. s. qd omnis creatura est bona & qd nihil reiciẽdum, &c. [proponens, &c.] Timotheus enim cõstitutus erat in officio ministrii Christi, quia omnes habentes officium prædicandi & regendi constituuntur ministri Christi. 1. Cor. 4. Sic nos existimare homo vt ministros Christi, &c. Ille autẽ est bonus minister qui sequitur intentionẽ domini sui, Christus autẽ hoc docuit. Mat. 15. Nihil quod intrat in os coquinat. Et ideo hoc officiũ, requirit illud docere. Item ipsa educatio hoc requirit. Prou. 2. 2. Adolescens iuxta viam suã etiam cum senuerit nõ recedet ab ea. Et ideo incõueniens est qd aliqui nutriti veritate doctrinę recedat ab ea. Vnde recedẽs à doctrina qua ecclesia suos paruulos instruit, non est bonus minister Christi. Et ideo dicit [Enutritus verbis fidei, &c.] Verbu enim dei est spirituale nutrimentum quo sustentatur anima, sicut corpus per cibũ. Mat. 8. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Hoc verbũ fidei instruit primò circa credenda, & sic dicit [Enutritus verbis fidei.] Secũdò circa agenda, & sic subiungit [Et bonę doctrinę.] Vel fidei verbũ quod & simplices habent, & bonę doctrinę quod spirituales magistri. ¶ Deinde cum dicit [Ineptas, &c.] Ostendit quid vitandum sit, quia fabulę ineptę & inanẽ. Fabula enim secundum Philosophũ est cõposita ex miris, & fuerit in principio inuentã vt dicit Philosophus [in pætria, quia intentio hoĩm erat vt inducerent ad acquitendum virtutes & vitandũ vitia. Simples autẽ melius inducuntur representationibus quã rationibus. Vnde in miro bene representato videtur delectatio, quia ratio delectatur in collatione. Et sicut representatio in factis est delectabilis, ita representatio in verbis: & hoc est fabula. s. dictũ aliquod representans & representandũ mouens ad aliquid. Antiqui enim habebãt aliquas fabulas accommodatas aliquibus veris, qui veritatem occultabãt in fabulis. Duo ergo sunt in fabula, q. s. contineat verũ sensum, & representet aliquid vtile. Item qd cõueniat illi veritati. Si ergo proponatur fabula quę nõ potest representare aliquã veritatẽ est inanis, sed quę non propriẽ representat est inepta, sicut fabulę de thalmulth. ¶ Deinde cum dicit [Exerce, &c.] Exclusa superstitione abstinentia: hęc cõparat abstinentiam virtuosam aliis virtutibus. Et sciendũ est qd iste Timotheus erat homo valde abstinentis. Vnde dicit infra 5. Quod modico vino vtatur, & forte vt sit sollicitus de his quę ad misericordiã pertinent: quia qui nõ parcunt sibi frequenter, nec aliis parcut. Et ideo inducit eũ vt pietatẽ præferat abstinentiã. Et primò inducit eũ ad pietatẽ. Secũdò præfert eam abstinentiã, ibi [Nam corporalis.] Tertiò confirmat quoddã dictũ, ibi [Promissionẽ.] Quarto dat formam docendi pietatẽ, ibi [Præcipe hæc.] Dicit ergo [Exerce te ipsum ad pietatẽ.] Pietas est per quam parentibus, patrięq; beniuolentiã officium impendimus: sicut religio per quam cultũ debitum deo exhibemus. Pietas enim importat quãdã affectionem ad suũ principium. Principium autẽ generationis, est pater & patria. Et ideo oportet qd homo circa eos sit beniuolus. Pater autẽ omnium est deus. Mala. 1. Si ego pater vbi est honor me? Et ideo nomẽ pietatis est deriuatũ ad cultum dei, vt dicit Aug. 4. de ciui. dei. Vnde eusebia est idem qd pietas. Iob. 28. Ecce pietas ipsa est sapiẽtia, secundum aliam translationẽ, vbi nostra sic habet. Ecce timor domini ipsa est sa-

pietia. Titum 1. In agnitione veritatis quę est secundũ pietatem. Sed quantum ad terrenam pietatem cõpetit pietati vt homo sit beniuolus cõpatriotis, sed quantum ad Christianã pietatem requiritur vt homo omnibus hominibus sit beniuolus, quia omnes fumus eiusdẽ patrię. Et ideo pietas sumitur pro misericordiã. Cum ergo dicit, Exerce te ipsum ad pietatẽ potest accipi secundum qd pertinet ad cultũ dei, & ad opera misericordię exhibenda. Glosa, ad pietatẽ. i. ad cultum omnipotentis dei, & opera misericordię. Et dicit, Exerce, nõ fac: quia exercitium dicitur p̄optitudinẽ, & hoc ideo, quia exercitatus facit leuius, delectabilis, & stabilis. Proue. 2. 4. Diligenter exerce agrum tuum. ¶ Deinde cum dicit [Nam corporalis exercitatio ad mo. vti est.] Præfert eam abstinentiã. Et primò ostendit ad quid valet exercitatio corporalis. Secũdò ad quid pietas, ibi [Pietas autẽ.] Corporalis exercitatio ieiunij & huiusmodi in sua natura nõ sunt bona, sed pœnalĩa, & si homo nõ peccasset nihil horum fuisset, sed bona medicinalia. Sicut enim reubarbarũ est bonum inquantũ releuat à colera, sic & ista inquantum cõprimunt cõcupiscentias, ergo ad istud modicũ sunt vtilia. 1. Cor. 9. Castigo corpus meũ & in seruitutem redigo, &c. Collo. 3. Mortificate mēbra vestra quę sunt super terram. Et ideo si homo esset in statu in quo nõ posset peccare: non indigeret ieiunio & huiusmodi. Vnde Christus stum super illud Mat. Venit Iesus, &c. Dicit Ioannes purus homo, indigebat medicina ieiunij: Christus deus erat & nõ purus homo, & ideo huiusmodi nõ indigebat, ergo ad modicũ vtilis est, quia tantũ ad morbum peccati carnalis, non spiritualis: quia aliquãdo propter abstinentiã homo iracundiam, inanẽ gloriam, & huiusmodi incurrit. ¶ Deinde cum dicit [Pietas autẽ.] profert abstinentiã pietatẽ, & accipitur hic vtroq; modo. s. pro cultu dei, & misericordiã [& est ad omnia vtilis.] quia ad omnia peccata delēda. Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna resistit peccatis. Item ad bona promouēda. Eccl. 17. Elemosyna hominis quasi sacculus, &c. Item promeretur specialem dei misericordiã. Mat. 5. Beati misericordes quoniã ipsi misericordiã consequentur. Et ideo ad hoc designandũ dominus Mat. 25. specialiter cõmemorat opera misericordiã. Quod probatur subdens [Promissionẽ habens.] In præceptis enim decalogi vnum solum inuenitur, quod pertinet ad pietatẽ. s. honorare patrem & matrẽ, & sub illo continentur omnia præcepta ad quodcũq; beneficiũ impendendum proximo: & hoc est solum præceptum inter ea quę sunt ad proximũ habens promissionẽ. s. vt sis longeuus, &c. Exod. 20. Et Apostolus hic interpretatur longeuus secundũ vitam præsentem, & futurã. Vnde dicit [Vitę quę nunc est futurę.] Pro. 3. Longitudo dierũ in dextera eius. Sed tunc est questio, quia aliquando inuenitur aliquis pietatẽ sequens, qui tamen nõ est longeuus. Respondeo sicut dicit Philosophus, hæc bona tẽporalia intantum sunt bona inquantũ vtilia ad fœlicitatem. Vnde si quis haberet tantum de tẽporalibus qd propter ipsã impediretur à bono virtutis & fœlicitatis, hoc nõ esset sibi ad bonã fortunam, sed ad malã, vt dicitur 10. Ethic. Et longitudo vitę est vnum de tẽporalibus, intantum bonũ, inquantum coadiuuat ad virtutem. Aliquando autẽ est occasio ad peccadũ: & ideo deus aliquando subtrahit eam homini, nõ quia deficiat à promissionẽ, sed quia dat quod melius est. Sap. 4. Raptus est ne malitia immutaret intellectũ eius. Alia est questio, quia Apostolus præfert pietatem corporali exercitati, quia habet spem vitę præsentis & futurę. Sed nunquid corporalis exercitatio etiã habet spem, alii aciuans non mereretur vitã æternam? Respondeo quãdo duę virtutes sunt & vna continet aliam, illud quod est superioris virtutis per se, cõpetit per accidẽs inferiori virtuti autem cui competit per se mereri vitam æternã, est charitas, cuius proprius & immediatus effectus est pietas. Et ideo secundũ propriam rationem attingit ad merendã vitam æternam: abstinentia autẽ non, nisi inquantum ordinatur ad charitatẽ & pietatem: quia si ieiunans non refert hoc ad dilectionẽ dei, nõ meretur vitam æternam. Tertia questio est, quia dicit hic Ambrosius in glosa, Omnis summa disciplina Christianã in misericordiã & pietate est, quã quisquis sequens, si lubricum carnis patiatur, sine dubio vapulabit, non tamen peribit. Vbi primò est dubiũ de prima eius parte, quia misericordiã & pietas immediate ordinatur ad charitatẽ, in qua est summa Christianã religionis. Respondeo quorundã fuit opinio, sicut Aug. dicit 10. de ciui. dei, qd exercent pietatis opera quantũcũq; faciunt peccata carnalia, finaliter non pereunt æternaliter. Et ad hoc est autoritas ista. Itẽ quod habetur Mat. 25. Vbi dānandis solum improperat defectum misericordię, ergo debetur pœna æterna solum immisericordibus. Augustinus autẽ dicit contrariũ, quia Apostolus dicit qui talia agũt regnũ dei, &c. Quantũcũq; enim exercitetur quis in misericordiã, si in morte est in peccato mortali, nõ intrabit regnũ. Ad opposita dicendum est, qd non est misericors qui sibi non miseretur, secundũ illud Eccl. 30. Miserere animã tuã placens deo, & hoc fit si homo coniugatur deo per amorẽ, alias non est misericors. Ad illud euãgelij respõdet Augustinus, qd non quicũq; peccat detruditur in infernũ statim, quia remanet ei locus pœnitentię, sed ille detruditur qui finaliter moritur in peccato, & pertinet pœnitentia ad misericordiã. Sed quid dicit, Si lubricũ, &c. Respondeo dicendum est qd loquitur de lubrico mortali. Et qd dicit, non peribit, licet hoc non sit ex cõdigno tamen est ex congruo, inquantũ disponitur animus ad bonũ: vnde dominus post lapsũ hominẽ reparat. Et hoc præcipue videtur esse in pietate, quia homo benefaciendo aliis inducit alios ad orandũ pro se, & dominus donat aliquando veniã peccatoribus precibus sanctorũ: inquantum impetratur eis veniã peccatorum & donũ gratiã: quia homo potest mereri ex congruo alteri primã gratiam: alias pro nihilo oraret ecclesia pro peccatoribus. ¶ Deinde cum dicit [Fidelis sermo.] Ostendit qd promittitur nobis futura vita, & primò ostendit hoc ex labore sanctorũ. Secũdò ex eorum spe, ibi [Quia speramus.] Quod supra expõsitũ est. Et quare? [In hoc enim.] i. propter hoc vt consequamur vitam æternam [laboramus.] 2. Timo. 2. Laborantẽ agricolam oportet primũ de fructibus percipere. Item vt beneficiamus, licet malã sustineamus, dicit [& maledicimur.] Iac. 1. Patientia opus perfectũ habet. & Ro. 5. Patientia probatio nem operatur, &c. Et sustinemus propter spem vitę [quia speramus in deum viuũ.] qui est saluator vitę præsentis & futurę. Item ex officio dei est saluator. Esa. 43. Nõ est absq; me saluator. Et ideo incarnatus est deus & vocatus est Iesus. Mat. 1. Ipse enim saluum faciet populum suũ a peccatis eorum: & Iesus idẽ est qd saluator, quia saluat, salute corporali, quoad omnes. Et ideo dicit [Omnium hominum.] Item spirituali quo ad bonos, & ideo dicit [Et maxime fidelium.]

Lectio 3.

quardam fors, & ideo magis diligendi. Ambro. in lib. de offi. dicit q ratio huius est, quia forte his quibus nō est verendum suscipere a suis, est verendum suscipere ab aliis [Fidem negavit.] per opera, quia si non seruat fidē his quos sibi natura copulauit, consequens est q nec aliis. Tit. 1, Confitentur se nosse deū, factis autem negant. Sed nunquid est hoc verū? & est infidelis deterior. [Cuius contrariū videtur per Aug. Ioan. 15, Si nō venissem, &c. quia super hoc dicit, q ibi loquitur de peccato infidelitatis, quod est grauius ceteris peccatis: quia peccata in deum sunt grauiora, q̄ quae in proximum. Respondeo q̄ fidelis & infidelis possunt dupliciter cōsiderari. Primò quantum ad statum peccati, & sic infideles sunt in peiori statu, quia nihil agunt deo acceptum. Secundo quantum ad vnum peccatum, & tūc ecōtra: fidelis enim & infidelis si mechētur, plus peccat fidelis, quia facit iniuriā fidei. Et sic dicit q̄ si fidelis contēnit curam parentum grauius peccat q̄ si hoc faceret infidelis. 2. Pet. 2, Melius erat eis non cognoscere viā iustitiā, q̄ post agnitionem retrorsum conuer- ti, &c.

LECTIO 2.

ostēdit quae viduae sunt eligenda ad hoc ut praesentis alius viduae ex capite, ex bono vti operi exer- citio, vel hoc de sumendis ad hoc q̄ ex- pōsit eccle- siae nutriturū intelligitur, post ostēdit quae sunt vi- duae vitandae, & quid de illi sit sciendū.

Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educatur, si hospitio receperit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrat, si omne opus bonū subsecuta est. Adolescentiores autem viduas deuita. Cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & otiose discunt circumire domos, non solum otiosae, sed & verborum dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quaedam conuersae sunt retro post sathanam. Si quis fidelis habet viduas subministrare illis, ut non grauetur ecclesia: ut his quae verē viduae sunt sufficiat.

Supra ostendit viduas ab ecclesia esse sustentandas: hinc ostendit quales sunt sustentandae. Et primò ostēdit qualis sit eligenda: secundo qualis vitanda, ibi [Adolescentiores.] Circa primū tria facit, quia primò ostēdit esse eligendam ex tēpore, secundo ex castitate: tertio ex bonorū operū exercitio. Ex tēpore, quia [sexaginta annorū.] Sed de qua electione agit? Ad hoc potest responderi dupliciter. Vno modo q̄ loquitur de electione qua eligitur ad praesidendū gubernatione aliarum viduarum quae ab ecclesia nutriebantur, quae sic antiqua praescribitur, vt de cōtinentia eius nullus suspicetur. Num. 4, A triginta annis & supra vsq; ad annos quinquaginta, &c. Sed ecōtra videtur, quia ecclesia facit contrariū, quia abbatissae iuniores fiunt. Respondeo, Dicendū est q̄ inordinatum est q̄ nimis iuuentulae fiant: sed tamen non est tanta diligentia ecclesia in eis quae sunt inclusa vt in eis quae sunt liberae. Alio modo q̄ loquatur de electione qua eligitur ad hoc q̄ sustinetur stipendiis ecclesiae: & talis eligatur non minus quam annorū sexaginta: quia iuuenes possunt laborare manibus, sicut & Apostolus, qui licet posset de euangelio viuere, tamen laborabat, sed vetulae quiescunt.

Ex castitate etiā eligenda est vidua, ideo dicit [Quae fuerit vnus viri vxor.] Sicut enim requiritur in episcopo q̄ sit vir vnus vxoris: ita in vetula q̄ sit vir vnus vxor. Glo. hoc dicit propter praedictū sacramentū. Haec glosa est magistralis & parū valet. Non enim videtur ratio sumi ex aliquo sacramento, quia mulieres non suscipiunt aliqua sacramēta ministranda. Sed hoc dicit propter firmitatē, vt. f. habeant continuum, ppositum seruadā viduitatis. Sed Hieronymus in epistola ad Aggerentiā, aliā ad Euficiam, aliā rationem assignat. f. q̄ apud Gentiles mos erat q̄ in sacris deorum nulla praeratur quae haberet duos viros. Et ideo Apostolus voluit vt quae alimentis ecclesiae nutriebatur, non minus essent castae. Iudith 15, Eo q̄ castitatē amaueris, & post virū tuum alterū nefceris, &c. Luc. 2, Vixit annis septē cum viro suo a virginitate sua. Et ideo est quasi laudabile signum castitatis quod vnus viri fuit vxor. Deinde cum dicit [In operibus bonis, &c.] Ostendit viduā esse eligendam ex exercitatione bonorum operū, & primò in generali: secundo in speciali, ibi [Si filios.] tertio dat idē intelligere de omnib⁹ bonis operibus, ibi [Si omne opus.] Quantum ad primum dicit [In operibus bonis.] Prouer. vlti. Laudent eam in porris eius. Et dicit [Testimonium habens.] Io. 5, Opera quae dedit mihi pater vt perficiā ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me. Exteriora enim opera ostendunt interiorē fidem. Iac. 2, Ostendit mihi fidē tuam sine operibus, & ego ostendā tibi ex operibus fidē meam. Sed quae opera: primò ad suos: secundo ad alios. Ad suos dicit [Si filios educatur.] In timore dei, & castitate. Eccle. 7, Filij tibi sunt erudi illos. Quantum ad alios, rangit tria opera pietatis, quia mulieres habentes cor molle sunt naturaliter misericordes. Primò ergo docet hospitalitatē, ibi [Si hospitio receperit.] Ro. 12, Hospitalitatē sectantes. Secundo cum hoc simul ponit humilitatē dicens [Si sanctorū lauit pedes.] sic enim sunt sancti recipiendi & honorificē tractandi. Luc. 10, Martha autē satagebat circa frequēs ministerium, sic Christus Ioā. 13, Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Glo. Aug. super Ioā. Faciūt hoc sibi inuicē fratres etiam in ipso opere visibilib⁹: quod manu nō faciunt, corde non faciunt. Multò autē melius est vt etiam manibus fiat, nec dedignetur id quod fecit Christus facere Christianus. Qui enim ad pedes fratris inclinatur, ei in corde humilitas excitatur, vel si iam inerat, cōfirmatur humilitatis effectus. Tertio fortitudinē & constantiam, vt. f. tribulatis assillat, vnde dicit [Si tribula. pati subministrat.] Hab. 10, Vincit cōparsi estis. Deinde cum dicit [Si omne opus.] Concludit in quibus debet esse bona, dicens [Si omne opus bonū subsecuta est.] i. prosecuta est. Gal. 6, Dum tēpus habemus operemur bonū ad omnes. Deinde cum dicit [Adolescentiores, &c.] Ostendit quae sint vitandae. Et primò hoc ostendit: secundo assignat rationē, ibi [Cum enim luxuriatae.] Dicit ergo, Eligatur vidua talis aetatis, sed deuita adolescentiores viduas, i. p̄sīm non recipias ad sustentationē in ecclesia, praecipue in fames & dissolutas: vel deuita eas, quantum ad consortium & familiaritatē. Eccle. 42, Melior est iniquitas viri. i. securior ad cōmorandū, q̄ mulier benefaciens: vnde ibi subditur, & mulier confundens in opprobriū. Prima expositio est literalis. Deinde cum dicit [Cum enim, &c.] Assignatur duplex ratio ex duplici periculo quod imminet. Circa primū duo facit, quia primò proponit primū: secundo respondet quaestioni, ibi [Habentes dānationem.] Si enim adolescentiores assumantur ad sustentationē ecclesiae: sunt duo consequentia, scilicet q̄ habeant sufficientiā, & q̄ nō cogantur manibus operari. Ex vtroq; autē imminet periculum. Ex primò periculū castitatis. Vnde dicit [Cum enim luxuriatae fuerint.] Luxuria quandoq; sumitur pro superfluitate actus venerci, & sic est vnum de septē vitis capitalibus: quandoq; verò sumitur pro omni superfluitate rerum corporaliū: & sic sumitur hīc. q. d. Cū habuerint superabundantiā in Christo. i. per suffragiū

Christi, tunc nubere volunt. [Exod. 32, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Valerius dicit q̄ a cerere. i. cibo, & libero patre propinquus est locus ad venerē. Osee 4, Comedēt, & non saturabūtur, fornicati sunt, & non cessauerunt, &c.] Deinde cum dicit [Habentes, &c.] Responder tacite quaestioni. Posset enim aliquis dicere, Quid enim mali est si nubant? Tu enim dicis i. Cor. 7, Mulier non peccat si nubet. Ideo dicit [In hoc habent dānationem, quia primam fidē, &c.] f. castitatis quā vouerūt, aliās enim nō fuissent assumptae ad alimoniam. Vnde dicit Aug. hīc q̄ ex solo proposito quis incurrit dānationem. Verū est si sit ad determinatū & cum consensu. Ecclesi. 4, Si quid vovisti deo ne moreris reddere. Luc. 9, Nemo mittens manū in aratrum & aspiciens retrō aptus est regno dei. Ex secundo. f. q̄ non laborant tria mala incurunt. Primum malū est otiositas. Eccle. 33, Multam malitiā docuit otiositas. Ezec. 16, Hae fuit iniquitas Sodomae sororis tuae, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium. Proverbio. 12, Qui seclatur otium stultissimus est. Ex otiositate sequūtur haec mala. Cor mulieris non est firmū sicut viri, & propter hoc ad diuersa monetur. Si ergo nō astringatur ad operandū, oportet ferri ad diuersa. Et ideo est periculū q̄ mulieres sint otiosae, vnde antiqui occupabāt eas. Item efficiūtur instabiles quantum ad locum, quia discunt circuire domos. Prouer. 7, Nunc foris, nūc in plateis, nunc iuxta angulos infidiās. Hier. 14, Dilixit mouere pedes suos, & nō quieuit, & domino non placuit. Quantum ad verba dicit [Verbofa.] Ex quo enim nō occupatur, multum vacat nigris. Prou. 7, Garrula, vaga, quietis impatiens. Quantum ad cor [curiosa.] quia ex quo nō occupatur in suis, intro mittit se de alienis, & ideo [loquūtur quae non oportet.] quia omninū facta diuidicāt. Eccle. 9, Colloquium eius quasi ignis exardescit. Deinde cum dicit [Volo ergo, &c.] Ostendit cui operi sint applicandae. f. vt nubant. Et proponit primò documentū: secundo assignat rationem, ibi, Iam enim. Dicit ergo. Volo [iuniores.] f. viduas [nubere.] f. Contra. i. Corin. 7, Bonum est eis si sic permanent, ergo debet melius dicere. Volo. continere. Respondeo. Hieronymus dicit q̄ illud i. Cor. 7, Volebat ex principali intentione, sed vnusquisq; habet propriū donum a deo. Et ideo subdit, Melius est nubere q̄ vri. Et ideo in quo casu loquitur viduā est, quia in hoc, ne primam fidem faciant irritam: & ideo quod hīc dicit, volo, intelligitur nō ex principali intentione filios procreare, & nō eos occultē occidere per abortum, supra 2, Saluabitur autē per filiorum generationē si permāserit in fide [matres familias esse.] vt. f. sint occupatae, nec verbofa discurrant per domos. Et etiā hoc volo [vt nullam occasionē dent aduersario.] i. vel diabolo vel gentilib⁹ maledicti gratia. Ji. vt possit maledicere ecclesiae dei. In quo sic cōcludit vitā viduarū, vt sic viuāt q̄ in nullo alios prouocēt ad lasciuia. i. Pet. 2, Sic est voluntas dei vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentiū hominum ignorantiā. Et est eius haec ratio, quia quaedā vouentes castitatem, cōuertae sunt retro vto tum irritantes. Et tales vadūt post sathanā per imitationē, qui apostatauit de societate angelorum. Deinde cum dicit [Si quis.] Ostendit q̄ viduae sunt nutriendae a priuatis personis: & primò ponit documentū: secundo rationē, ibi [Et nō grauetur.] Dicit ergo quod quae est vidua verē speret in deo, sed iam quod si qua habet fratres vel parētes, sustentetur ab illis. Et ideo dicit [Si quis fidelis, &c.] quia hoc est opus pietatis. Et hoc vt ecclesia non grauetur, &c. Et hoc necessariū est, quia tūc ecclesia nō habuit possessiones, sed modò habet possessiones deputatas ad hoc. i. Thessa. 1. Nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus.

LECTIO 3.

Qui bene praesunt presbyteri: duplici honore digni habeantur: maximē qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura, Non alligabis os boni ministrum. Dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accusatio nem noli recipere: nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes, coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. Testor coram deo Christo Iesu, & electis angelis eius, vt haec custodias sine praedicio nihil faciens in alteram partem declinans. Manus cito nemini imponeris: neque communicaueris peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium, quorundam autem sequuntur. Similiter & facta bona, manifesta sunt, & quae aliter se habent abscondi non possunt.

Ostendit P. presby. debe- re honorari: & probat per scripturā, me- los inter eos debere puniri, & docetur modus adiu- raturque presbyter su- premus vt i- sta faciat, cū examinet q̄ q̄ nullum in discretē ordi- net, docetur- que quā in- sua persona se se habere de- bet, & decla- ratur quod di- xit, nil faciendum cum praedicio, sed cum exami- ne, nam hoc verum est in occultis, non fide om- nibus mani- festis, & de non cito pro- mouendis do- cet intelli-

Superius egit de viduis honorandis, quae stipendiis ecclesiae sustentabatur: hinc agit de honoratione presbyterorum: & primò instituit Timotheū qualiter se habeat ad eos: secundo ostēdit quomodo quaedā dicta sunt intelligenda, ibi [Quorundā hominum.] Item primò ostendit q̄ presbyteri sunt honorandi, secundo confirmat per autoritatē, ibi [Dicit enim scriptura.] Circa primū duo facit, quia primò ostēdit q̄ sunt honorandi: secundo ostēdit quae ratio debetur eis honor, ibi [Maximē qui.] Dicit ergo [Qui bene praesunt presby.] Presbyter idem est q̄ senior, & sicut senes aetate, cōsueuerunt habere prudentiā. Iob 12, In multo tēpore prudentiam: ita qui sumitur ad regimen ecclesiae debet prudēs esse. Luc. 12, Fidelis seruus & prudēs, &c. Et ideo plati ecclesiae. f. episcopi & sacerdotes, vocātur presbyteri. Et ideo dicit, Qui praesunt, &c. Nec hoc tantū, sed oportet q̄ bene praesint. f. ad dei honorē, & non ad ppriam cōmoditatē. Ezec. 34, Vx pastorum Israel qui pascebāt semetipsos. Item prudēs sit vt inuicq; det tēpore suo. i. Cor. 4, Hīc iam quaritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Isti duplici digni sunt honore, quorū vnus est in ministratio- ne necessariiū, Tob. 1, Ex his quibus honoratus fuerat a rege habuisset decē talenta argenti, &c. Prouer. 3, Honora dominū de tua substantia. Item alius in exhibitione reuerentiae. Eccle. 4, Praesbytero humilia ani- mam tuā. Heb. 12, Obedite praepositis vestris. Prou. vlti. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Esa. 16, In terra sua duplicia possidebūt. Sed maximē, p̄cipue hic honor est illis exhibendus qui hoc merētur suo labore. f. qui laborant in verbo. p̄dicacionis. Phil. 2, Inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo, verbum vitae continētes. Col. 3, Verbum Christi habitet in vobis abundatē, in omni sapientiā docētēs. Itē [in doctrina.] i. in eruditione. Hier. 3, Dabo vobis pastores iuxta cor meū, & pascent vos scientia, & doctrina. Er Ephe. 4, Iungit pastores & doctores, quia hoc est officium episcopi. Deinde cum dicit [Dicit enim.] probat per duplicē autoritatē, & vnam intro ducit secundū sensum mysticum, aliam secundū literalem, ibi [Dignus est.] Dicit ergo [Dicit enim scriptura.] f. Deute. 25, [Non alligabis os bo. tri.] i. Corin. 9, Probat Apostolus hoc esse intelligendū de doctōribus, quia deo non est cura de bobus, nō quin sub sint diuine p̄- uidentiae, sed quia deo nō est cura qualiter homines tractent boues, qui possunt eis vi vt volunt. Vnde illa

gendū si non
sunt manife-
ste boni, non
sunt manife-
sti omnibus
quod sunt boni
non differen-
diū est ceteris
suppositis.

lex non est de duobus, sed p similitudinē dicitur. q. d. Homini laboranti in officio nō prohibeas quin viuat de illo officio. Per boues enim intelliguntur docentes. Pro. 14. Vbi plurimā segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. Per messes, fideles. Mat. 9. Melis quidē multa, &c. Ergo nō sūt prohibēdi prādicatores & doctores quin sumptus habeāt. Alia auctoritas est [Dignus est operarius cibo suo.] Mat. 10. Vel potius in veteri testamēto est, licet nō sic scripta sit. Nec cōsuevit Apost. de euangelio adducere auctoritatē, nisi cū expresse dicitur, sed sumitur hęc de Leu. 9. Nō morabitur apud te merces mercenarij tui vsq; manē. Sed nunquid isti sumptus sunt merces? Dicit Aug. in glo. q. sic. Nō tamen venale est euāgelium vt p istis prādicatur. Merces enim quādoq; dicitur quod homini redditur pro p̄mio finali, & sic absit q̄ p̄dicatorum merces sunt huiusmodi sumptus, quādoq; dicitur merces solū, quo quis sit dign⁹ laborādo. Et hoc modo largē hęc dicitur merces. Et ideo dicit Aug. Accipiat ergo, &c. Deinde cū dicit [Aduersus presbyterū.] agit de correctione presbyteri, dicit q̄ sicut presbyteri qui bene p̄sunt duplici honore sunt honorādi, sed mali sunt corrigēdi. Circa quod tria facit. Primū dicit q̄ facit eorū accusatio nō admittatur. Secūdo q̄ culpabiles sunt publicē corrigēdi, ibi [Peccantes.] Tertio q̄ non dāntur temerē, ibi [Sine p̄iudicio.] Dicit ergo, Tu maior presbyter [noli aduersus presbyterū accu. &c.] Duo sufficiunt si boni sunt. Cuius dicti ratio est in glo. quia nō est facile accusanda tam alti ordinis p̄sona quę sit vice Christi. Sed hoc nō videtur sufficere quia aliorū accusatio non nisi sub duobus, vel tribus testibus admittitur. Deut. 17. In ore duorū aut trium testiu peribit, qui occidetur. Vnde notādū q̄ aliud est accipere accusationē, & aliud condēnare accusatū, secundū non debet iudex, nisi cum testibus conuictus fuerit dānandus, & hoc in hominibus vulgi, sed in sacerdotē non debet accusationē recipere nisi sit euidens. Deinde cū dicit [Peccantes, &c.] Ostendit quo modo puniatur si sibi probetur: & primū ostēdit q̄ publicē corrigat eum: secundū adiurat eum q̄ obseruet ista, ibi [Tector corā.] Dicit ergo [Peccantes.] tam presbyteros q̄ quoscuq; corā omnibus argue. [Et quare?] [Vt ceteri timorē habeant.] Proceditur tamen aliter in correctione fraterna, aliter in iudiciaria, quia iudex gerit personā publicam, & ideo debet intendere bonum cōmune, quod lēditur per peccatū publicum, quia multi scandalizantur. Et ideo iudex ecclesiasticus sic debet publicē punire, vt alij edificentur. Eccl. 8. Quia nō cito profertur contra malos sententia, absq; vllō timore filij hominū perpetrāt mala. Prou. 19. Pestilente flagellato stultus sapiētiōr erit. Nota q̄ dicit, Corā omnibus. Sed cōtrā Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eū inter te & ipsum solum, &c. Respondet Aug. in glō. distingue tēpora & peccatū, quia aliud est occultū, aliud publicū. Sed primū indiget occulto remedio. i. occultū est arguendū, & de hoc loquitur dominus. Vnde dicit in te. f. solo, quasi occultē. Sed Apostolus loquitur de peccato publico, quod publica pōna indiget. Et hoc significatur in mortuis, quos dominus suscitauit. Mat. 9. Puellam suscitauit in tra domū, per quod occultū peccatū intelligitur, vnde & tunc eiecit turbā: sed Luc. 7. Filium viduę extra portā, coram omnibus, per quod ostēditur publicū peccatū publicē puniendū. Deinde cū dicit [Tector, &c.] Quia iudex ecclesiasticus maximē gerit in iudicādo personam dei: ideo per deū attestandus est q̄ iuste iudicet. Sic enim debet arguere corā omnibus, q̄ non despiciat iudiciū dei. Vbi tria ostendit. Primum est auctoritas diuina, quia deus pater auctoritate iudicabit, ideo dicit [Corā deo.] Gen. 18. Iudicas omnem terrā. Item Christus homo sicut in iudicio cōparens. Io. 5. Potestātē dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis est. Et ideo dicit [Et Christo.] Item angeli sicut ministri. Mat. 25. Cū venerit filius hominis in maiestāte sua, & omnes angeli cū eo, tunc sedebit super sedē maiestatis suę. Ideo addit [Corā angelis.] Job. 10. Instauras testes tuos cōtra me. Deinde cū dicit [Sine p̄iudicio.] Remouet temerariū iudiciū, dicens [Sine p̄iudicio.] Vt. f. non temerē procedas, sed cū deliberatione nihil faciens. f. declinando ad aliquam partem. Vel sine p̄iudicio. i. sine p̄cedēti discussione. Eccl. 33. Sine iudicio nihil facias graue. Job 29. Causam quā nesciebam diligentissimē inuestigabā, alioquin nō essem medius inter partes. Exod. 23. Non declinabis in iudicio pauperes. Deinde cū dicit [Manus cito nemini impo.] Agit de promotione, & de hoc videtur esse ratio primi. Sicut enim non debet cito punire, ita nec cito promouere. i. ordinare de facili ad hęc ordines. Suprā 2. Et hi probentur primū, &c. Num. 11. Congrega ad me 70. viros de senioribus Israel quos tu nosti q̄ senes sint populi: & magistri, q. d. illos quos tibi constat idoneos esse. Et quare? [Neq; communiaueris pec. ali.] quia si inordinatē promoueas, & ex hoc cōtingat p̄t̄m eis, vel in plebe, hoc tibi imputabitur. Vel cōmunicat alienis, quia nō corripit cū potest. Ro. 1. Digni sunt morte nō solum qui faciūt ea, sed etiā qui consentiunt faciētib; . Esa. 52. Pollutum noli tangere. Deinde cū dicit [Te ipsum, &c.] Ostendit quomodo habeat se ad seipsum, & hoc satis rationabiliter, quia cōtingit q̄ aliquis ita fertur ad alios q̄ se negligit. Vnde primū hortatur eum ad castitatē: secundū ex hoc reprimat immoderatā eius abstinentiā, ibi [Noli adhuc, &c.] Dicit ergo [Tu q̄ alios debes corrigere.] Te ipsum castū, &c. i. Cor. 9. Castigo corpus meū, & in seruitutē redigo, ne cū aliis prādicauero ipse reprobus efficiar. Iste si quidē Timotheus erat nimis abstinentia, & ad vitandam carnis peccata corpus macerabat. Eccl. 2. Cogitans in corde meo abstrahere a vino carnē meam, &c. Et quia propter hoc fuit infirmus totaliter: ideo dicit [Noli adhuc.] postq̄ es infirmus [aqua bi.] Et quare? Quia leuit. 2. Quicquid abstuleris sacrificij, sale. f. discretionis, condies. Ro. 12. Rationabile obsequiū vestrum. Et ideo dicit [Vtere vino, sed modico.] non ad ebrietatē. Eccl. 31. Exultatio animę & cordis viuis moderatē potatum [Propter stomachū tuum, & frequētēs infirmitates tuas.] f. quę tibi ex abstinentia prouenerūt. glo. Laborandū enim est vt si fieri potest cōceptū officium gradatim promoueat: potius quā per inconsiderationē diminuatur. Sed notandū est q̄ sanabat Paulus infirmos, & mortuos suscitabat, & tamen Timotheū curat consilio medicinę per quod datur intelligi q̄ nō ad omnes utebatur miraculis, sed quando expediebat propter fidem. Deinde cū dicit [Quorundā, &c.] Ostendit qualiter intelligenda sunt duo quę dixit. f. sine p̄iudicio nihil in condēnationibus fiendū. Item manus cito, &c. Et primū primū: secundū secundū. Quantū ad primum dicit [Quorundā enim peccata, &c.] q. d. Superius dixi sine p̄iudicio, &c. Tamen debes adhibere considerationē: quia quędā peccata sunt notoria, & hęc non indigent examinatione: quędā occulta, & hęc indigent. Vnde in istis verē intelligitur sine p̄iudicio, & non in primis, quia illa p̄cedunt iudiciū: ista verō subsequuntur. f. manifestatio per discussio-

nem

nem non tunc publicandum. Prou. 27. Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientiū, sic corda hominum manifesta sunt prudētibus. Secūdo dicit [Manus cito, &c.] Quod dicit esse intelligendū in non manifestē bonis, quia similiter facta bona quorundā manifesta sunt. Mat. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent patre vestrum. Io. 3. Qui autē facit veritatē venit ad lucem, vt manifestentur eius opera. [Quę aliter se habent.] i. quę nō sunt manifesta [abs cōdi non possunt] quia Mat. 10. Nihil opertū quod non reueletur, & occultum quod nō sciatur, quia vel in futuro, vel etiam hęc omnis iniquitas manifestatur. Et in his non est facilis impostio.

Caput 6.

Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt. Dilecti, quia beneficij participes sunt. Hęc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit [anis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quę secundum pietatem est doctrina, superbus est nihil sciens, sed languens circa quęstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidia, contentiones, blasphemie, suspitiones male, confutationes hominum mente corruptorum, & qui a veritate priuati sunt, existimatum quęstum esse pietatem. Est autem quęstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, hanc dabimus, quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus regamur, his contenti simus.

Instruuntur serui quomodo se habere debent ad dominos tam infideles quam fideles: monetur Timotheus hęc docere, que p. ei scribit.

Suprā Apostolus Timothēū instruit de vsu ciborum & de personis quibus ecclesia ministrabat alimentis: agit de aliis personis ad populū ecclesię pertinētibus. Et primū de personis infimi status: secundū de personis maioris status, ibi [Diuitibus.] Circa primū tria facit, quia primū ponit instructionem de seruis: secundū arguit contrariā assertionem, ibi [Si quis aliter.] Tertio monet vt contraria vitet & seruet p̄dicta, ibi [Cū autē.] Item prima in duas: quia primū ostēdit quid sit tenendū: secundū docet hoc esse docendū, ibi [Hęc doce.] Item primū ostēdit qualiter se habeant serui ad dominos infideles. Secundū qualiter se habeant ad fideles, ibi [Qui autē.] Dicit ergo [Quicquid serui sunt sub iugo.] f. propter seruilē conditionem quę dicitur iugū similitudinariē: quia sicut boues continentur sub iugo, vt non liceat eis ire quo velint, ita serui sub domino, vt nō liceat eis quod velint facere. Gal. 5. Nolite iterū sub iugo seruitutis cōtineri. [Omni honore.] i. debita reuerētia. Eph. 6. Serui obedite dominis carnalibus cū omni timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo. Cuius ratio est [ne nomen domini & doc. bla.] Si enim domini, infideles seruos suos intuitu fidei rebelles sentiant, dānaret nomen Christi, & blasphemaret doctrinā nostram. Ro. 2. Nomen Christi per vos blasphematur. Qui ergo infideles habent dominos illis obediant, ne nomen dei, &c. Sed quomodo fidelibus? [Qui autē si. ha. do. nō contemnant] quod quandoque cōtingit, quādo familiaritas infimis exhibetur. f. q̄ erigantur in superbiā. Prou. 30. Per tria mouetur terra. & quartū non potest sustinere per seruū, cū regnauerit. Et huius ratio est secundū Philosophum: quia homines in talibus paralogizant: q̄ si in vno vident se æquales, credūt q̄ sint in omnibus æquales, & nolūt illis in aliquo subdi, sicut in ciuilibus bellis, quia populus nō est subiectus, credūt q̄ sint totaliter æquales nobilibus. Et sic potest contingere q̄ serui vidētes se in aliquo. f. fide æquales, dominis reputent se æquales simpliciter. Et ideo dicit [Non contemnat.] Et ponit tria. Primum est fidei donū. Vnde dicit [Quia fideles sunt] & hoc valde magnum est, quia per fidē viuūt iusti. Item per eā vincitur mundus. Secundū est dignitas diuinę dilectionis, ideo dicit [Dilecti.] f. excellētius aliis creaturis, quia adoptātur in filios dei. Io. 3. Videte qualē charitatē dedit nobis deus pater, vt filij dei nominemur & simus. Tertiu est beneficiū gratiæ, ideo dicit [Quia beneficij participes sunt.] f. quantū ad sacramentū domini. i. Cor. 10. Panis quē frangimus nōnne cōmunicatio corporis domini est? P̄sal. Particeps ego sum omnium timentium te. [Hęc doce.] f. nesciētēs [& exhortare] vt impleāt scientes. Tit. 2. Hęc loquere, &c. Deinde cū dicit [Si quis.] Excludit contrariā assertionem. Et primū modū falsę doctrinę: secundū radicē, ibi [Superbus.] tertio effectū eius, ibi [Ex quibus.] Si vis scire quę doctrina sit erronea, hoc ostēdit ex tribus. Primū si sit contra doctrinā ecclesiasticam. Et ideo dicit [Si quis aliter docet.] f. q̄ & alij Apostoli, quāntū ad primum. Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit pręter id quod accepistis, anathema sit. Doctrina enim Apostolorū & prophetarū dicitur canonica: quia est quasi regula in intellectu nostro. Et ideo nullas aliter debet docere. Deu. 4. Non addetis ad verbū quod loquor vobis, neque auferetis ex eo. Apoc. vlti. Si quis apposuerit ad hęc, apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Quantū ad secur. dū dicit [Et non acquiescit, &c.] Nam dominus Iesus venit vt testimoniū perhibeat veritati. Io. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundū, vt testimoniū perhibeā veritati. Et ideo missus est a patre sicut doctōr & magister. i. Mat. 2. Ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater, &c. Et ideo erroneus est quicquid nō acquiescit sermonibus eius. i. R. eg. 15. Quasi peccatū ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatrię nolle acquiescere. Et dicit [sanis] quia in Christi sermonib; nihil est corruptionis, nihil falsitatis, vel peruerfitatis, quia sunt sermones diuinę sapiētia. Prou. 8. Iusti sunt sermones mei, nō est in eis prauum quid neque peruersum. Recti sunt intelligētibus, & æqui inueniētibus scientiā. Quantū ad 3. Pro. 6. Conferua fili mi p̄cepta patris tui, & ne dimittas legē matris tuę. Vnde dicit [Et ei quę secundū pietatem est doctrina.] f. ecclesiasticę. Hęc pietas est per cultū dei. Tit. 1. Secūdo agnitio veritatis quę est secundū pietatem. Radix autē erroris est duplex. f. superbię affectus, & defectus intellectus. Quantum ad primum dicit [Superbus.] Dicitur autē superbię radix errorum dupliciter. Primū, quia superbi volunt se intromittere de his ad quę nō attingunt, & ideo necesse est q̄ errent & deficiāt. Esa. 16. Superbię eius & arrogantię eius, & indignatio eius plus q̄ fortitudo eius, &c. Item, quia nolunt intellectum alteri subicere, sed innituntur suę prouidentia, & ideo nolunt obedire scripturę sacre. Cōtra hoc dicitur Prou. 3. Ne innitaris prudētię tuę. Prou. 11. Vbi humilitas, ibi sapientiā. Item defectus intellectus. Vbi sciendum est q̄ sicut in corpore sanitas est quādam æqualitas humorū, ita veritas est quędam æqualitas in intellectu, quia veritas est adæquatio rei & intellectus. Vnde sicut infirmus quando non habet æqualitatē cōplexionis ad modicā cōtrariā accidētia lędit: sic intellectu quādo homo nō fundatur in veritate, nec habet virtutē p̄ quā possit iudicare veritatē, a qualibet quęstionis difficultate, incidit in errorē. Vnde dicit [Languēs circa quęstiones, &c.] Sap. 9. Homo infirmus & exiguū tēporis, & minor ad intellectū iudicij & legū. Sicut dicit Boetius, ita se habet intellectus ad

G

veritatē sicut circulus ad centrū. Ratio enim discurrit considerando actus ac defectus & habitudinē vnus rei ad aliam. Et nisi resoluat vsque ad intellectū veritatis, vana est ratio. Vnde quādo accipit veritatē rei habet eam quasi centrum. Quidam autē discurrunt, & non attingunt. 2. Tim. 3. Semper discēntes, & nunquā ad scientiam veritatis peruenientes. Et ideo dicit circa quæstiones. i. non peruenientes ad ipsum centrū. Et dicit [quæstiones, &c.] quia in aliquibus dubitatio fit ex parte rei, in aliquibus ex parte verborū & nominū. Et ideo dicit [quæstiones] quantū ad primum. s. de rebus suprà 2. Quæ quæstiones præstant magis quā edificationem dei quæ est in fide. Quantū ad secundum dicit, Pugnas verborū, Prou. 19. Qui tantum verba seclatur nihil habebit. Et dicit [Pugnas verborū] quod intelligitur quando fit dissensio ex verbis tantū orta: quia dominus dicit Io. 8. Si filius vos liberauerit verē liberi eritis. & Mat. 17. Ergo liberi sunt filii. Si ex hoc vellent aliqui inferre q̄ omnes catholici sicut sunt filii dei, ita essent etiā liberi, esset pugna verborum, quia dominus loquitur, ibi de libertate spiritali, non de carnali. ¶ Deinde cū dicit [Ex quibus, &c.] ponit effectum erroris. Et primō ponit ipsum effectū: secundō manifestat quædam quæ dixerat, ibi [Est autem quæstus.] Item primō ostēdit quæ mala sequantur ex falsa doctrina: secundō in quibus, ibi [Hominū mente.] Inter mala verō quæ ponit, quædā sunt intus in corde, quædā exterius. Interius sunt inordinati motus respectu boni, vel respectu mali. Respectu boni est inuidia, quæ est tristitia de bono alieno. Vnde dicit [Inuidia.] Quod potest intelligi vel in proposito, vel vniuersaliter, quia cū aliqui laborant nō ad veritatē, sed solummodo ad verba, nō vident æquo animo si aliquis praualer. Iob 5. Paruulū occidit inuidia. Idem in proposito quia si serui habētur vt liberi & non subditi, domini inuidebūt & dolebūt seruos sibi æquari. Ex inuidia verō homo insurgit contra proximū cui inuidet. Et hoc est contentio. Proue. 20. Honor est homini qui se separat à cōtentionibus. Vel insurgit contra deū, & hoc est blasphemia. 2. Pet. 2. Quæ ignorant blasphemātes, &c. Respectu verō mali est suspitio. Vnde dicit [Suspitiones male.] s. dominorū aduersus Christianos, quasi libertatē ad lucrum sinxerimus. Vel q̄ solum tota doctrina Christiana esset inuenta vt serui fierent liberi. Eccle. 3. Multos supplantauit suspitio illorū, & in vanitate detinuit sensus illorū. Et ex istis sequuntur cōsultationes aduersus fideles. Gen. 13. Facta est rixa inter pastores gregū Abraham & Loth. Sed hoc nō est in cordibus omnīū, sed quorundam. Et ponit tres eorū conditiones, quarum prima pertinet ad defectū luminis naturalis, secūda ad defectū cognitionis, tertia ad vitii inordinatē affectionis. Quantū ad primū dicit [Hominū mēte corruptorū.] i. ratione etiā naturali qui habēt puerum iudiciū. ps. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Quantū ad secūdū dicit [A veritate.] s. cognitionis eius [priuari sunt.] Osee 4. Non est veritas, & nō est misericordia, & non est scientia dei in terra. Quantū ad tertii dicit [Existimantiū quæstū esse pic.] i. q̄ cultus dei ordinetur ad quæstū & acquisitionē diuitiarū. Sap. 15. Existimauerūt lulum esse vitā nostrā, & conuersationē vitæ cōpositā ad lucrū, & oportere vnde cūq; etiā ex malo acquirere. Homines ergo huiusmodi qui hoc credūt, de facili contēnūt & incidūt in mala prædicta. ¶ Deinde cū dicit [Est autē.] De clarat vltimō di. s. quæstū esse pietatē. Et primō ostēdit quomodo pietas habet se ad quæstū: secundō ostēdit q̄ nō consistit in quæstū diuitiarum exteriorū, ibi [Nam qui volunt.] Item primō ostēdit primū: secundō rationē assignat, ibi [Nihil enim.] Dicit ergo, Isti dicunt quæstū esse pietatem, sed ego dico q̄ pietas est quæstus.] ideo addit [cum sufficientia] sed illarū diuitiarum quæ dant sufficientiā. Et hoc consistit in duobus. In vno principaliter. s. pietate quæ ordinat alia in deum & proximū, & hæc sunt virtutes & dona gratiæ. Sap. 7. Infinitus est thesaurus hominibus quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitia dei. Secundō in sustentatione vitæ. Vnde dicit, Cum sufficientia. i. in his quæ sunt necessaria ad vitam. Mat. 6. Quærite primum regnum dei, & iustitiam eius, &c. suprà 4. Pietas ad omnia utilis est. ¶ Deinde cū dicit [Nihil enim, &c.] assignat rationē huius. Et primō ex humana conditione: secundō ex eius necessitate, ibi [Haberes.] Cōditionem autē ponit quantū ad duo. s. quantū ad principium, quia [nihil intulimus, &c.] q. d. Sufficit necessitas, nō expedit superfluitas, quia nihil intulimus in hūc mundū. Iob 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ. Item quantū ad finem, quia nihil auferemus. Psal. Dormierunt summū suum, & nihil inuenerūt omnes viri diuitiarū in manibus suis. Iob 27. Diues cū dormierit nihil secū auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Eccle. 5. Quomodo venit sic reuertetur. Quantū ad necessitatem dicit [habentes ali.] & quibus tegamur] quia bona sunt propter necessitatē quibus indiget homo contra interiora cōsumētia: & hæc sunt alimenta, vel contra exteriora corruptentia, & sic indiget homo tegumentis vestium & domorū. Hab. vlti. Sint mores sine auaritia contenti presentibus. Eccle. 29. Initium vitæ hominis aqua & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem.

Ostendit p. mala quæstus quæstus ex appetitu inordinato diuitiarum subingendo rationē ex natura cupiditatis: & experientia hortatur ad vitā peccata prædicta, ostendens, quid agendum est & illud præcipiendo agere.

Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nocua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei, hæc fuge. Sectare verō iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in quo vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram deo qui viuificat omnia, & Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentum domini nostri Iesu Christi. ¶ Suprà ostendit Apostolus quis sit quæstus Christianis expediēs: quia pietas cū sufficientia: hic ostendit q̄ quærentes superflūū quæstū diuitiarum incurrunt damna multa. Et primō ostendit mala quæ sequuntur ex inordinato appetitu diuitiarū: secundō assignat rationē, ibi [Radix enim.] Mala autem quæ sequuntur sunt duplicia. Quædā enim oriuntur ex hoste exteriori: quædam verō concupiscentia interiori, ibi [Desideria.] Dicit ergo, simus cōtenti alimentis, &c. quia [qui volunt diuites fieri.] non ad necessitatē, sed abundantiam diuitiarū [incidunt, &c.] Eccle. 10. Nihil est iniquius quā amare pecuniam. Eccle. 5. Qui amant diuitias fructum non capient ex eis. Et ponit duo. s. tentationes & laqueū: quia primō tentant in quantum diuitiæ alliciunt, & inducunt ad aliqua peccata. 1. Thessa. 3. Ne fortē tentauerit vos qui tentat, &c. 1. Corint. 10. Tentatio vos non apprehendat nisi humana: & laqueo inuoluunt, quia diuitiæ sunt non habētibus ad tentationem, habentibus in laqueum: quia non libenter reddunt eas quas auferunt. Prouer. 21. Qui congregat

thesaurus lingua mendacii, vanus & excors est. Ex parte interiori ponit tria mala. Primō quod incidit in desideria multa. Perfectio enim hominis est q̄ cor eius congregetur in vnum: quia quantū aliquid est magis vnum, tantū est deo similis qui verē vnus est. Psal. Vnam perij ad domino, &c. Sed contra hoc patitur quærens diuitias, quia cor eius trahitur ad diuersa. Osee 10. Diuisim est cor eorum nunc interibunt. Et hoc ideo quia vbi est thesaurus tuus, &c. Mar. 6. Item sunt inutilia huiusmodi desideria multipliciter. Primō, quia inutilia sunt spiritaliter, quia diuitiæ non ducunt ad beatitudinem. Sap. 5. Quid nobis profuit superbia? aut quid diuitiarū iactantia contulit nobis? &c. Eccle. 5. Qui amat diuitias fructū nō capiet ex eis. Item tēporaliter, quia non dant quod promittunt. Eccle. 6. Est aliud malū quod vidi sub sole, & quidem frequens apud siderat, nec tribuit ei potestātē deus vt comedat ex eo, sed extraneus homo deuorabit illud, &c. Tertio sunt nocua. Eccle. 5. Diuitiæ conseruata in malū domini sui. Et ostendit quomodo sunt nocua, quia [mergunt in interitū.] s. in præsentem. Propter diuitias multi perierunt. Item in futuro. Vnde dicit [Et perditionē.] Aet. 7. Pecunia tua tecum sit in perditionē. Vel vtrunque refertur ad spirituale dānum. Interitū. i. mortem æternam. Rom. 9. Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, &c. Et perditionem. i. penam æternā quæ dicitur perditio propter penā damni, quia sunt quasi perditī damnati, dum non possunt redire in domum suam. s. æternitatis. Iob 21. In diem perditionis seruabitur malus, & ad diē furoris ducetur. ¶ Deinde cū dicit [Radix, &c.] Ostenditur ratio huius, & hoc ex duobus. s. ex natura cupiditatis & experientia, ibi [Quam quidā, &c.] Dicit ergo incidunt in tentationē, &c. Quare? Quia radix omnium malorū est cupiditas. Vbi notandum est q̄ secundum quosdā cupiditas sumitur tripliciter. Quandoq; pro auaritia secundum q̄ est speciale peccatum. s. inordinatus amor habendi diuitias. Quandoque prout est genus peccatorum omnium, secundum quod importat inordinatum appetitum rei temporalis, & hoc includitur in omni peccato, quia peccatum est conuersio ad bonum cōmutabile. Sed sic non est radix, sed genus omnīū. Tertio modo, prout est quædam inordinatio animi ad cupiendum bona tēporalia inordinatē, & hæc est habituale rōtum peccatum, & non in actu, sed est quædā radix omnium peccatorum. Et dicitur cupiditas radix, & superbia initium. Eccle. 10. Initium omnis peccati est superbia, quasi superbia dicit corruptionē animi ad recedendum à deo. Arbor autem à radice habet alimentum, & sic peccatū à cupiditate ex parte conuersionis ad bonum cōmutabile sumit nutrimentum. Sed credo q̄ loquitur de cupiditate secundum q̄ est speciale peccatū. Vnde dicit, Qui volūt diuites fieri, &c. Et hæc est inordinatus amor pecuniarū. Et ideo dico q̄ auaritia est radix omnium. Omnia enim peccata consistunt in appetitu, & ideo origo peccatorum est secundum originem appetibilem. Origo enim appetibilem procedit ex fine. Et ideo quantū aliquod peccatum habet finem magis desiderabilem, tantū est peius. Finis autē alicuius peccati est desiderabilis propter duo. s. propter seipsum, & hæc est excellentia, quia ad hoc homo bonū illud vult vt excellat. Et hæc est superbia, & ideo superbia est initium omnīū peccatorum. Item propter aliud quod ad omnia valet, & huiusmodi sunt diuitiæ, quia per hoc homines credunt se habere omnia. Ex ista parte auaritia est radix omnium malorum. ¶ Deinde cū dicit [Quam quidā.] Ostendit idem per experientiam, & dicit [Appetentes] quia quantū magis habentur diuitiæ, tantū magis desiderantur. Eccle. 5. Auarus nō implebitur pecunia. Et incidunt primō in damnum spirituale. Vnde dicit [Errauerūt a fide.] Cuius ratio est, quia per sanam doctrinā fidei prohibētur multa illicita lucra, à quibus desistere nolūt, & inueniunt sibi aliam doctrinā vbi eis sit spes salutis. Et hoc specialiter faciunt vsurarii: secundō quia [inseruerūt se doloribus multis] etiā in præsentem, quia est sollicitudo in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo. Iob 10. Cū satiatus fuerit diuitiis, artabitur, & fluabit, & omnis dolor irruet in eum. Et multo magis in futuro dolebunt. ¶ Deinde cū dicit [Tu autem.] Monet ad sequendum sanam doctrinā, & vitandum malam. Et primō exponit viam quā sequatur: secundō alligat eū in ductione præcepti, ibi [Præcipio.] Item primō hortatur ad vitandū peccata prædicta: secundō ostendit quid agat, ibi [Sectare verō.] Et quia seruus debet imitari dominū suum, quia vt dicitur Eccle. 10. Secundum iudicium populi, sic & ministri eius, ideo dicit [O homo dei.] q. d. Tu deditus seruituti dei. Psal. Ego seruus tuus. 1. Io. 2. Qui dicit se in illo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Si igitur tu es homo dei, de bes facere sicut Christus fecit. Qui, vt habetur Ioan. 6. Fugit cū eum volebant facere regē. Hab. 12. Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contēpta. Ergo & tu [hæc fuge.] Psal. Elongauit fugiens. Quid ergo faciet? Ad duo hortatur, primō. s. ad sectandū arma spiritalia: secundō ad certandum in eis, ibi [Certa bonum.] Arma autē spiritalia, aut sunt ad faciendum bonum, aut ad malum tollerandum. Primum autem est vel in cōparatione ad proximū, cui per duo ordinamur. s. per iustitiā, & pietatem seu misericordiam: quia primū sine secundo est seueritas, secundū sine primo est remissio. Quantū ad primum dicit [Sectare iustitiam.] quæ cōpetit prelatis. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terrā. Item quātum ad secūdum dicit [Pietatem.] id est, misericordiam. Prou. 20. Misericordia & iustitia custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. In cōparatione autem ad deum, primum est q̄ perficit intellectum, fides. Hab. 11. Sine fide impossibile est placere deo, &c. Secundum quod perficit effectum, est charitas. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Ad sustinenda mala sunt duæ virtutes, scilicet, patientia, & mansuetudo: quia homo in malo duas passiones inordinatas incurrat, scilicet, tristitiam inordinatā, & iram quæ est ex ea. Et ideo patientia est contra immoderatam iustitiam. Luca 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras, & mansuetudo est contra iram. ¶ Deinde iudicat eum ad debitum certamen. Et primō ostendit qualiter certet: secundō inducit rationem. Dicit ergo [Certa bonū certamen.] s. exemplo militum, qui dupliciter pugnant, scilicet, quandoque ad defendendū quod habent, quandoque ad acquirendum, non habita, & hoc imminet sanctis: primū vt custodiant habitū. s. fidem & virtutes. Et ideo dicit [Fidei.] i. pro fide custodienda. Eccl. 4. Vsq̄ ad mortem certā pro iustitia, &c. Vel fidei, vt per fidem vites peccata. 1. Ioan. vlti. Hæc est victoria quæ vincit mundū fides nostra. Vel fidei. i. vt alios ad eam conuertas. Et dicit bonū. i. legitimū certamen. 1. Cor. 9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Tunc est bonū quando abstinet se ab omnibus impedimētis. 2. Tim. 4. Bonū certamen certauit. Secundō certat ad acquirendū

I. AD TIMOTHEVM

quæ non habent. Et hæc est vita æterna quæ acquiritur per pugnam. Mat. 11, Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et ideo dicitur Apprehende vitam æternam. I. quasi tenens, tuo certamine vincas. Vel certamen fidei. Et quo pramio? Ut apprehendas vitam æternam. 1. Cor. 9, Nos autem incorruptam; &c. Deinde cum dicitur In quâ vocatus es. Rationem ponit huius dicti. Apprehende, &c. Et primò respondet objectioni, q. d. Dicitur q. debeo apprehendere, vellem quidē, sed non possum. Immo potes, quia debetur tibi de iure, quia vocatus es in eam à deo & à rege illius regni. Et ideo debes conari potissimè. 1. Petr. 2, De tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Secundo proponit obligationē, q. d. Certa bonum certamen quia dedisti iuramentum de hoc faciendo, & ideo non licet tibi repugnare. Vnde dicitur Et confessus es bonum, multis testibus. I. in consecratione bonum certamen professus es quādo ordinatus es in episcopum. 1. Cor. 9, Nam si non euangelizauero, &c. vsque, dispensatio credita est mihi. Vel confessionē bonam, f. prædicatio fidem ut eam serues. Deinde cum dicitur Præcipio. Obligat eum ad prædicta ex præcepto quod primò ponit: secundo manifestat quædam dicta, ibi Quem suis. In præcepto autē primò testis inducit: secundo commendat præceptum: tertio ostendit quādiu seruet præceptum. Testes inducit deum patrem, & dominum nostrum Iesum Christum. Dicit ergo. Te monui, sed ne credas quod liceat aliter facere [præcipio tibi.] sicut tu debes præcipere subditis tuis coram deo. Ad duo induxerat. f. apprehēde vitam, & confessus es, &c. Et ideo induxit actorem vitæ [qui viuificat omnia.] Dicit autem [deus] qui est tota trinitas, qui est actor vitæ. Item hominem Christum inducit etiā, qui confessus est se esse filium dei quod est bona confessio fidei nostræ. Item commendat mādātum, quia in se iustum, & rectū, & irreprehensibile ab aliis. Iob 6, Non inuenietis in lingua mea iniquitatē. Et quādiu est seruandū? [vsque in aduētū domini.] vsque dicit finē intentionis. i. ut per obseruationem huius mandati ordines te ad aduētum, Vel. i. vsque ad mortē tuam, quia qualis eris in illa, talis inuenieris tunc. Mat. 24, qui perseuerauerit vsque in finem, &c.

LECTIO 3.

De aduentu Christi in idcirco ostendit istum futurum congruo tempore: & manifestat per deum quod laudat Apostolus.

Quem suis temporibus ostendit beatus & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor & imperium sempiternum. Amen.

Supra Apostolus proponens præceptum Timotheo, vsque ad aduentum Christi: & ideo agit hic de Christi aduentu de quo tria manifestat. Primò q. erit tempore congruo: secundo q. manifestus erit: tertio ostendit actorem aduentus. Quantum ad primum dicit [Quem suis temporibus ostendit.] 1. Petr. vlti. Venient in nouissimis diebus in deceptione illutores, &c. Et ideo vult ostēdere quod est videtur aduentus tardari, tamen suo tempore ostendetur. Eccl. 3, Omnia tempus habent, Eccl. 8, Omni negotio tempus est, & opportunitas. Congruum tempus est finis mundi, quia illud tempus est tempus messis, & collectionis fructus. Et ideo oportet q. veniat in fine. Quantum ad secundum dicit [Ostendit.] i. manifestabit. Licet enim sit visibilis quantum ad carnem, tamen virtus eius est abscondita, sed tunc etiam diuinitas eius erit manifesta sanctis, reprobis verò solum videbitur gloria carnis. Sed quātum ad tertium dicit q. ostendit eum deus trinitas. Et circa hoc duo facit: quia primò describit aduentum Christi: secundo in eius commendationem prorumpens laudat eam, ibi, Cui honor, &c. Item circa primum tria facit. Primò actorem aduentus describit ex perfecta operatione: secundo ex singulari potestate: tertio ex incōprehensibilitate nature. Primum cum dicit [Beatus.] Beatitudo enim est operatio perfecta, quæ est supremæ virtutis operatiua, optimè disposita. Et hæc est beatitudo nostra. Dei autē beatitudo est qua cognoscit se. Si enim se non cognosceret, deus non esset. beatus Grego. Deus dum seipso perfruitur perfecte gloriosus est. Et conuenienter de actore huius aduentus dicit q. beatus est: quia ad hoc est aduentus Christi vt nos deducat ad beatitudinem. Tob. 13, Beatus si fuerint reliquæ seminis mei ad videndum claritatem Hierusalem. Quātum ad secundum dicit [Solus potens.] Psal. Potens es domine, &c. Sed quare dicit solus? Nunquid non omnia habent potentiam, in modo per participationē, sed solus deus à se essentialiter. Vnde dicit [Rex regum, & dominus dominantium.] Ambro. Dominus est nomen potestatis, & rex similiter. Qui ergo habet dominum & regem supra se, est subiectus potestati, & talis non est potēs à se, sed ab alio. Si ergo Christus est rex regum, &c. Necessè est q. solus habeat potentiam non ab alio, sed omnes ab eo. Et designatur duplex potentia dei. f. gubernatiua mundi, cum dicit, Rex regum, quasi à regimine dicta. Prouer. 20, Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum in circuitu suo. Item potentia creandi, cum dicit, Dominus dominantium. Psal. Scitote quonia dominus ipse est deus, ipse fecit nos. Apoc. 19, Et habebat in vestimento, & in femore suo scriptum, Rex regum, & dominus dominantium. Quātum ad tertium dicit [Qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem.] Incōprehensibilitas dei ex duobus patet. Primò, quia transcendit quicquid in creaturis est cōprehensibile. Secundo, quia hoc ipsum q. deus est, omnium cōprehensionem excedit. Primū, cum dicit, Solus, in qua libet enim mutatione est quædam corruptio, quia omne quod mutatur in quantum huiusmodi, definit esse tale. Illud ergo propriè & verè est incorruptibile quod penitus est immutabile. Quelibet autem creatura in se considerata habet aliquā mutationem vel mutabilitatem: deus autē est omnino immutabilis. Sed si aliqua creatura est immutabilis, hoc cōuenit ei ex dono gratiæ. Et ex hoc ostendit q. natura dei transcendit omne quod est in natura creata. Supra 1, Regi seculorum immortalis, &c. Quātum ad secundum dicit, Lucem, &c. Lux in sensibilibus est principium videndi, vnde illud quo aliquid cognoscitur quocūque modo, dicitur lux. Vnumquodque autē cognoscitur per suā formam, & secundum quod est actus. Vnde quantum habet de forma & actus, tantum habet de luce. Res ergo quæ sunt actus quidam, sed non purus, lucentia sunt: sed non lux. Sed diuina essentia quæ est actus purus, est ipsa lux. Ioan. 1, Non erat ille lux, &c. Deus autem habitat apud se, & hæc lux est inaccessibilis. i. nō visibilis oculo carnis, sed intelligibilis. Et tamen nullus intellectus creatus potest ad eum accedere. Norādum est tamen q. dupliciter potest intellectus accedere ad cognitionem nature alicuius. f. vt cognoscat & vt comprehendat. Ad comprehendēdū autem deum impossibilis est intellectum peruenire, quia sic cognosceret deum vt cognoscibilis est: deus autē perfectè cognoscibilis est in quantum habet de entitate & luce: hæc autē sunt infinita, ergo est infinite cognoscibilis. Virtus autem intellectus creati est finita. Et ideo etiā intellectus Christi non cōprehendit deum. Sed alius modus est cognoscendi deum,

scilicet, attingēdo deum. Et secundū hoc nullus intellectus creatus per propria naturalia attingit ad cognoscendum id quod est deus. Et ratio huius est, quia nulla potētia potest in aliquid altius suo obiecto, sicut visus ad altius cognoscere. Propriū autē obiectū intellectus est quod quid est, vnde quod superat quod quid est, excedit proportionē omnis intellectus. In deo autē nō est aliud esse, & quidditas eius. Quomodo ergo cognoscibilis est? ergo accedamus, ad eū cognoscendū: hic per gratiā, & in futuro per gloriā. Psal. Accedite ad eum, & illuminamini. Sed qualiter ergo deus habitat lucē inaccessibilem? & in Psal. Nubes & caligo in circuitu eius. Exod. 9, Moyses accessit ad caliginē in qua erat deus. Respondet Dionysius: Omnis caligo est inaccessibile lumen. Est ergo idē quod hic lumen, & ibi caligo, sed caligo est in quantum non videtur, lumen verò in quantum videtur. Sed aliquid est inuisibile dupliciter. Vno modo propter defectum sui esse, & quædam propter excedentiā eius: & sic deus nobis quodāmodo inaccessibilis est. Quem nullus hominum vidit. Si intelligatur de cōprehensione sic absolute verum est, etiā de angelis: quia solus deus corporaliter. Alio modo secundū essentiam oculo mentis viuēs in carne, nisi Christus. Exod. 33, Non videbit me homo & viuet. Tertio modo nemo vidit quid est deus per seipsum. Mat. 11, Nemo nouit patrem, &c. Mat. 16, Caro & sanguis non reuelauit tibi. Deinde proripit in laudem dei, dicens [cui honor.] Et ponit duo. Primum pertinet ad reuerentiā exhibitionem, dicens: Honor qui est exhibitio reuerentiæ. Malach. 1, Si ego pater vbi est honor meus, &c. Secundum ad gubernationem, cum dicit [Imperium sempiternum.]

LECTIO 4.

Diuinitas huius seculi præcipit non sublimē sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo vivo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facillè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant bonam vitam. O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia recum. Amen.

Supra egit de instructione personarū in huius status: hic reddit ad materiā suam, & instruit eum ad instruendum diuites. Et primò facit hoc: secundo agit de instructione Timothei, ibi [O Timothee.] Et semper quādo instruit eum ad instructionem aliorum, monet vt non negligat se. Et circa primum primò excludit vitia quæ solent in diuitibus abundare: secundo inducit ad bona, ibi [Bene agere.] Item circa primum primò proponit vitia quæ solent esse in diuitibus: secundo excludit hæc, reddēdo rationem huius, ibi [In incerto.] Dicit ergo [Diuitibus] Diuitia abundantiam important. Est autem abundantia spiritualium, & hæc sunt veræ diuitiæ. Esa. 33, Diuitiæ salutis sapientiæ & scientiæ, timor domini ipse est thesaurus eius. Quædam corporales, & hæc non sunt veræ diuitiæ, quia non sufficiunt. Et ideo addit cum quadam diminutione [huius seculi.] Baruch 3, Qui argentū thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines. His ergo [præcipit.] Quando deseruis egit non posuit præceptū, quia hoc est virtus q. homo vtatur authoritate ad maiores, nō ad minores. Et ideo dicit, Non dimittas propter diuitias & propter altum statum corum, quin præcipias. Et quid debet præcipere? [Non sublimē sapere.] i. non sentire aliquid excelsum de se. Nunquid hoc est malum? Respondet. Potest reddi malum ex duobus. Primò si sublimē sapit de se propterea quæ non habent excellentiam veram. Et hoc est si in rebus temporalibus, vnde qui propter exteriorem excellentiam sublimē sapit, de se inordinatē sapit: & est superbia. Et tamen carnales non aliam sublimitatē curant nisi istam, & hæc acquiri potest per diuitias. Eccl. 10, Pecuniæ obediunt omnia. Vnde, quia diuites huiusmodi hæc habent, inaniter extolluntur. Item alio modo, quia sunt quædam quæ habent sublimitatē, sicut donā spiritualia. Eccl. 25, Quam magnus est qui inuenit sapientiā & scientiam, &c. In his enim aliquis potest inordinatē sapere sublimitatē, non ex natura donorū, sed vel attribuendo sibi quod non habet, vel non cognoscendo à deo ea quæ habet. Vnde primo, est inordinatio propter defectū rerum. In secundo, propter inordinationem affectus. Secundū vitium in diuitibus est spes mundanorum. Vnde dicit [Neque sperare.] Iob 31, Si putauit aurū robur meū, & obrizo dixi, fiducia mea. Prou. 10, Substantia diuitis vrbis fortitudinis eius. Deinde cum dicit [In incerto diuitiarum.] A signat rationem monitionis. In eo enim sperat aliquis vnde credit auxiliū habere, sed auxiliū habetur à forti: & diuitiæ sunt fragiles, ergo non est in eis sperandum. Mat. 6, Nolite thesaurizare, &c. [Sed in deo] vbi est vera spes ponēda. Hiere. 17, Beatus vir qui confidit in domino & erit dominus fiducia eius. Iacob. 1, Dat omnibus affluenter. Sed hoc quod dicit [Abundē ad fruendum] dupliciter potest exponi. Vno modo vt fruitio sumatur pro gaudio, & hoc modo est etiam in corporalibus. Vel exponi. i. vt per hæc perueniamus ad fruitionem dei. Deinde cum dicit [Bene agere.] Monet ad operandum bonum. Qui autem habent affectum ad diuitias, primò vitantur ad acquirendum non habitas: secundo vt vitantur habitas: tertio vt ad finem diuitiarum perueniant. Hic tria monet Apostolus: primò vt acquirant spirituales diuitias quas non habent. Et ideo dicit [Bene agere, &c.] Esa. 1, Discite bene facere. Quātum ad secundum, sciendum est q. duplex est vsus diuitiarum. Vnus est tenere, & alius est dare, sed principalis est dare. Et ideo ista duo ponit, primò vt dent. Vnde dicit [Facillè tribuere.] i. sine grauitate cordis interius. 2. Cor. 9, Non ex tristitia, aut ex necessitate, &c. Et sine tarditate. Prou. 3, Ne dicas amico tuo vade & reuertere, & cras dabo tibi: cum statim possis dare. Iob 31, Si oculos viduę expectare feci. Secundo vt custodiat non quidem tantū ad suam vtilitatem, sed ad quoddam cōmune. Vnde dicit [communicare.] i. habere eas sicut cōmunes. Roma. 12, Necessitatibus sanctorum cōmunicantes. Quātum ad tertium vt ad finē thesaurizandi perueniant, ideo dicit [Thesaurizare, &c.] Thesaurus spiritualis est congregatio meritorum, quæ sunt fundamentum futuri ædificij quod nobis preparatur in cælo: quia tota preparatio futura gloriæ est per merita quæ acquirimus per gratiam, quæ est principium merendi. Mat. 6, Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi neq. tinea, &c. 1. Corinth. 9, Sic currite vt comprehendatis. Deinde cum dicit [O Timothee.] Instruit ipsum Timotheū. Et primò vt bona conseruet: secundo vt mala deuiter ibi [Deuitans.] Dicit ergo, [O Timothee] depositum custodi. Depositum hominis est omne bonum quod habet quilibet quod sibi commissum à deo

vt conferuet & multiplicet. Eccle. 17. Gratia hominis quasi pupillam conferuabit. 1. Cor. 15. Et gratia eius in me vacua non fuit. Et sic dicit ei vt depositum custodiat. i. vt se in gratia dei conferuet & multiplicet. Qui enim abscondit talentum, punitur. Et specialiter prelati habent depositum. s. curam proximorum & fidelium. Io. vlti. Pasce oues meas. Hab. vlt. Ipsi peruigilant quasi ratione reddituri pro animabus vestris. 2. Timo. 1. Bonum depositum custodi. Item qd mala vitet, precipue illa que sunt nata coinquinare fide, cuius ratio est, quia sicut princeps secularis ponitur ad custodiendam vnitatem regni, ita spiritualis ad seruandam vnitatem spiritualem. Pax autem regni consistit in iustitia, & ideo ille ordinatur ad iustitiam. Sed vnitatem ecclesie est in fide, & ideo principaliter monet ad custodiendam fidem. Luc. 22. Ego rogavi pro te vt non deficiat fides tua. Similiter autem posset corrumpi fides per fallaciam sicut etiam qualibet scientia. Sed sicut dicitur 1. Elenc. Fallacia quandoque fit ex voce, quandoque ex re. Vnde est fallacia in dictione, & extra dictionem. Et sic fides aliquando corrumpitur per aliquas voces inordinatas, sicut dicit Hier. qd ex verbis inordinatis prolatis fit heresis. Et ideo dicit, Deutrans prophanas vo. no. Quia non velle audire aliquid noui est oblatrare contra consuetudines. Sed noua prophana non sunt audienda. Sed prophana nouitas est quando inducitur aliquid contra fidem. Et dicitur nouum, ad id quod est antiquum. Hec fecit Nestorius quando dixit de virgine Maria Christo tochos, vt inferret qd non esset mater dei. Et ideo sancti patres in Ephesino concilio instituerunt quod diceretur theotochos. 2. Tim. 1. Formam habens sanorum verborum que ad me audisti in fide, & dilectione in Christo Iesu. Et ca. 2. Prophana & vaniloquia deuita, &c. Quandoque vero corrumpitur per rationes reales sophisticas. Et istud vitandum est. Et dicitur [Et oppositiones scientie falsi nominis] quia non est vera scientia, sed apparens. Scientia enim secundum propriam rationem non est nisi verorum. Impossibile autem est qd verum sit vero contra rium, licet quandoque duo falsa sint sibi contraria, & ideo impossibile est qd illud quod repugnat veritati diuine que est summa veritas, sit verum. Col. 2. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. [Promittentes.] i. dicentes se habere. Hier. 10. Stultus factus est omnis homo a scientia sua. Que non est dei, quia qui loquitur mendacium ex propriis loquitur. Io. 8. Hier. 2. Filij Mepheos & Taphneos constuprauerunt te vsque ad verticem. Esa. 47. Sapientia tua & scientia tua hec decepit te. [Gratia dei] tecum. Amen.

Principes seculari est ad custodiendam vnitatis temporali: regni spiritualis ad spiritualem.

Explicit profunda & subtilis explanatio mirifici doctoris sanctissimi Thomae Aquinatis: ordinis fratrum predicatorum super prima epistola gloriosi Gentium Apostoli ad Timotheum.

Incipit deuotissima expositio eiusdem Angelici Doctoris Gloriosi Thomae Aquinensis ordinis fratrum predicatorum super secundam epistolam eiusdem sanctissimi Pauli Apostoli ad Timotheum.

PROLOGVS.

Nocte & die estu vrebare & gelu, &c. Gen. 31. Verba sunt Iacobi ostendentis & commendantis curam pastoralem, ac pastorale officium. In quibus circa hoc officium tria ponuntur. falsiditas, patientia, sollicitudo. Primum est, quia sine intermissione debet curam gregis gerere. Vnde dicit, Nocte & die. Nocte orado, die erudiendo. Esa. 21. Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam ego sum stans totis noctibus. Vel per diem. i. tempore prosperitatis, & per noctem. i. tempore aduersitatis. In quibus prelati debet respicere curam gregis. 2. Cor. 6. Per arma iustitie a dextris & a sinistris. Prou. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Secundum est quia maxime prelati patientia necessaria est. Debet enim prelati propter gregis salutem omnia sustinere. Io. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Vnde dicit, Estu. i. feruore in stans persecutionis. Iac. 1. Exortus est sol cum ardore & arefecit fornix. Gelu. i. timore futurorum. 2. Cor. 7. Fortis pugnae, intus timores. Tertium est quia prelati in sollicitudine, vt dicitur Ro. 12. Et hoc expellit somnum negligentie. Vnde subditur Gen. 31. Fugiebat que somnus ab oculis meis. Prou. 6. Discurrere, festina, suscita amicum tuum, ne des oculis tuis somnum. Recte ergo hec verba materie huius epistole conueniunt. In prima enim instruit eum de ordinatione ecclesiastica. In hac autem secunda agit de sollicitudine tanta pastoralis, vt etiam martirium sustineat pro cura gregis, vt patet in prologo.

Materia huius epistole. Saluatio.

Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei secundum promissionem vite que est in Christo Iesu: Timotheo dilectissimo filio gratia, & misericordia, & pax a deo patre nostro, & Christo Iesu domino nostro. Diuiditur autem hec epistola in salutationem, & narrationem: secunda ibi [Gratias ago.] Item primum ponitur persona salutans: secundum persona salutata. Tertio bona operata. Persona salutans describitur ex nomine [Paulus] quod sonat modicitatem, quod ei competit propter humilitatem mentis, & tribulationem, que faciunt hominem paruum. Intantum quod Christus dicitur minoratus propter passionem. Hab. 2. Eum qui in modico ab angelis minoratus est, & cetera. Item ex dignitate, quam primum ponit. Secundum dignitatis originem. Tertio fructum. Dignitas est magna quia est [Apostolus Iesu Christi.] id est, missus est a Christo. Luca 6. Elegit duodecim ex ipsis, quos etiam Apostolos nominauit. Hanc dignitatem adeptus est quia

plus omnibus laborauit. 1. Cor. 15. & Gala. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter Gentes. Origo Apostolatus est voluntas dei. Vnde dicitur [Per voluntatem dei] quam quidam proueniunt, quia se ingerunt contra quos dicitur Heb. 5. Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Item quidam permittuntur, propter peccata populi. Iob 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi: sed hic est per voluntatem dei. Quod dicit, quia non per voluntatem suam. Frustrum autem non est aliquid terrenum, sed secundum promissionem vite que est, &c. [i. ad consequendam vitam eternam promissam a Christo.] Hic debet esse finis prelatorum. 1. Cor. 9. Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam: Dauid. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Persona salutata est Timotheus filius eius ab eo conuersus. Act. 16. Charissimus, quia sibi vnanimis Philip. 2. Neminem habeo tam vnanime, &c. Bona operata sunt tria. s. [gratia] per quam est remissio peccatorum [misericordia] per quam consequitur finale bonum [Pax] Glo. i. tranquillitas mentis, hac competit prelati, qui ad hoc ponitur vt pacem procuret. Io. 10. dixit dominus, Pax vobis. Et precipit intrantibus dominus pacem offerre ei vt habetur Matth. 10. Et hoc [a deo patre] qui est dator omni boni. Iac. 1. Item a Iesu Christo qui est mediator inquantum homo dei & hominum. 2. Petr. 1. Per quem maxima nobis & pretiosa promissa donauit.

LECTIO 2.

Gratias ago deo meo, cui seruo a progenitoribus meis in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre. Memor lacrimarum tuarum, vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei que est in te non ficta, que & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quod & in te.

Hoc est 2. Timotheo. Contra presbiteros persecutores: & hic quidem ponit affectum quem habet ad Timotheum. Ipsum ostendendo per orationem, & desiderium, & 2. ponit bona Timothei. Tale affectum incitantia.

Hic incipit epistolares narratio, in qua primum munit eum contra presentes persecutiones. Secundum contra futura pericula ecclesie. 3. ca. ibi [Hoc autem scito.] Item primum inducit ad instantiam predicationis, que tunc erat causa & occasio persecutionis. Secundum hortatur ad sustinendas tribulationes propter Christum, ibi [Tu ergo, &c. cap. 2.] Item primum commemorat bona ipsius Timothei 2. hortatur eum ad vsum horum bonorum per instantiam predicationis, ibi [Per quam & cetera.] Tertio ponit se in exemplum, ibi [In quo positus sum ego predicator & Apostolus & magister & cetera.] Tertio ponit se in exemplum, ibi [In quo positus sum ego predicator & Apostolus & magister & cetera.] Tertio ponit affectum quem habebat ad Timotheum. Secundum ponit bona huius, que prouocabat eum ad huiusmodi affectum, ibi [Memor.] Affectus ostenditur per duo. s. per orationem & desiderium. Et ideo gratias agit deo de affectu quem habet ad Timotheum, quia est charitatis, & charitas est principale donum, q. d. Reputo me gratia consecutum quod sic sincerum affectum habeo ad te. Et dicit [Deo meo, cui specialiter] seruo a progenitoribus meis, non a parentibus carnalibus, quia 1. Timothei. Christus venit peccatores saluos facere quorum primus sum ego, sed seruitio deriuato a progenitoribus meis. [patriarchis & prophetis] qui deo sincere seruiuerunt. Et dicitur a progenitoribus, quia filii facilius imitantur perfectionem paternam, tum quia instruuntur ab eis vt Tobias, tum quia etiam homo facilius imitatur amicos. Et quomodo seruo ei? In conscientia pura, quia vt habetur Abac. 1. Mudi sunt oculi tui domine ne videant malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. 2. Cor. 1. Gloria nostra hac est testimonium conscientie nostre. De quo agit gratias: quia sine intermissione, siue die prosperitatis, siue nocte aduersitatis oro pro te. Item ex desiderio. ideo dicit [desiderans te videre.] s. propter consolationem vtriusque. Ro. 1. Desidero enim videre vos, &c. Deinde cum dicit [Memor] ostendit bona que erant in Timotheo. Et primum commemorat affectum eius ad se. Secundum fidem ad deum, ibi [Recordationem.] Dicit ergo [Memor lacrimarum] quas. s. Timotheus effudit quando discessit. Ephesum ab eo, paratus ad martirium. Vel lacrimarum quas fudit in orationibus & hoc vt gaudio implear. Ii. hac memoria replet me gaudio. Phil. 2. Implete gaudium meum, &c. Item memor fidei ad deum. Fidem eius primum commemorat. Secundum ostendit eam a parentibus deriuatam & non nouitiam. Dicit ergo [Recordationem, &c.] Fides necessaria est prelati qui est fidei custos. Hab. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Et dicit [Non ficta.] Vera enim per opera bona est. Iac. 2. Ostende mihi sine operibus fide tuam, ego ostendam tibi ex operibus fide meam. 1. Timo. 1. Finis precepti est charitas, &c. Sap. 1. Effugiet fictum, &c. Et hac non noua, sed habitauit primum in auia tua Loide, &c. Act. 16. dicitur qd fuit filius mulieris vidue. Certus autem] vel per reuelationem vel per indicia [quod & in te.]

LECTIO 3.

Propter quam causam ammonco te vt resuscites gratiam dei, que est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium domini nostri, neque me vincitum eius, sed collabora euangelio secundum virtutem dei qui nos liberauit & vocauit vocacione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, que data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per euangelium.

Monetur Timotheo ad vsum gratie sibi date. Noli itaque erubescere testimonium domini nostri, neque me vincitum eius, sed collabora euangelio secundum virtutem dei qui nos liberauit & vocauit vocacione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, que data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per euangelium.

Supra commendauit eum de bonis gratuitis: hic hortatur ad vsum gratuitorum sibi datorum precipue in predicatione euangelij. Et primum monet generaliter ad vsum datam sibi gratie. Secundum specificat qualis sit vsum gratie, ibi [Noli itaque erubescere.] Item primum ponit monitionem: secundum eius rationem, ibi [Non enim dedit nobis.] Dicit ergo, Fides non ficta in matre & auia & in te est [Propter quam causam ammonco te.] Gratia dei est sicut ignis qui quando obtegatur cinere non licet, sic gratia obtegatur in homine per torporem vel humanum timorem. Vnde & Timotheus effectus pusillanimitatis, torpuerat circa predicationem. Et ideo dicit vt resuscites gratiam, s. spiritum. 1. Thess. 5. Spiritum nolite extinguere. Et addit [Que est in te per impositionem manuum mearum] a quo, scilicet, ordinatus erat episcopus. In qua manus impositione data est ei gratia spiritus sancti. Deinde cum dicit [Non enim.] ponitur ratio monitionis, & sumitur ex conditione diuinorum munerum. Qui enim accipit munus debet operari secundum congruentiam muneris, ergo secundum conditionem diuinorum munerum debemus deo seruire. Est autem duplex spiritus, huius mundi, & dei. Et horum distinctio est: spiritus enim significat amorem: quia nomen spiritus impulsione importat, & amor impellit. Duplex autem est amor. s. dei & hic est per spiritum dei, & amor mundi, & hic est per spiritum mundi. 1. Corin. 2. Non enim accepimus spiritum huius mundi, &c. Spiritus autem mundi facit amare

Duplex est spiritus.

[det Onesiphori domui.] non solū personæ sed familiæ, quia propter bonitatē vnus deriuatur gratia ad totam familiam. Mat. 10, Siquidem fuerit domus illa digna veniet pax vestra super eam. Meritum autē misericordiam, est misericordia quā habebāt in Apostolū. Vnde dicit, quia [sepe me refrigerauit.] [quietē pstantando. Mat. 5, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cōsequētur. Eccl. 18, Nōne ardorem refrigerabit ros. Philip. 16, Viscera sanctorū requieuerunt per te frater.] [Et cathenam meā.] [intra secūdō, laboro vsq; ad vincula quasi malē operans, nō erubuit, sed cū Romā venisset sollicitē vr amicus quæsiuit. Eccl. 6, Si possides amicum, in tentatione posside illū. Prou. 17, Omni tempore diligit qui amicus est.] [Operat autem misericordiā futuri seculi cū dicit, In illa die, in qua. I. dominus iudicabit omnes quando misericordia est necessaria, non solūm autem Romæ, sed & Ephesū. Et ideo dignus est diuina misericordia.]

Caput 2.

Quia Paulus mlt̄ inducere Timo. ad constantē tollerātia martyrij. ideo hic pramittitur preparatio martyrij quātum ad animi fortitudinē bonorū dispensatiōne & fructu sum militia laborum.

T ergo sili mi, confortare in gratia que est in Christo Iesu, que audisti à me per multos testes, hac commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige que dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.

Suprà induxit Timotheū ad diligentē euangelij prædicationē: inducit eum hīc ad cōstantē tolerantiam martyrij. Et primō inducit eū ad sustinēdā passiōne pro salute fidelū. Secūdō docet eū qualiter resistat in fidelibus, ibi [Noli verbis.] Item primō inducitur preparatio ad martyriū sustinendū. Secūdō exhortatio ad martyriū, ibi [Memor esto.] Preparatio martyrij præmittitur quātum ad tria. Primū est animi fortitudo. Secūdū est bonorum dispensatiō, ibi [Et quæ audisti.] Tertium est fructuosus militia labor, ibi [Labora.] Requiritur autem ad martyriū fortitudo quæ est circa pericula mortis, & ideo dicit [Tu ergo fili mi.] quem per euangelij geniu[m] confortare in gratia. [Pal. Viriliter agite & confortetur cor vestrum quæ est.] non in te. Cuius fortitudo est vana, sed in Christo Iesu. [Eph. 6, Confortamini in domino & in potentia virtutis eius. Vel in gratia, &c. i. gratuito dei dono per Christum. Ioā. 1, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Secūdum est dispensatiō bonorum. Circa quod notandū est quod quando aliquis adducitur ad mortem, dispensat de suis. Non ergo minus debent esse solliciti sancti de bonis spiritualibus sibi creditis quod non dispareant post eorum mortē, sed aliis credāt, & ideo monet eum vt si ad martyriū venerit quod dispeset doctrinam fidei. Et primō ponit quomodo accepit, quia per auditum. Vnde dicit [Quæ audisti à me.] & ego à Christo. Et dico à me nō singulariter, sed confirmata [per multos testes.] i. per legem & prophetas. Rom. 3, Testificata à lege & prophetis. Vel per Apostolos. 1. Cor. 15, Siue enim ego hūc illi, sic prædicauimus & sic credidistis. [Hæc cōmenda.] in quantum sunt accepta. Sap. 7, Quā sine fictione didici & sine inuidia cōmunico [Fidelibus hominibus.] vt. i. nō quarant lucrum tēporale, sed gloriā dei. 1. Cor. 4, Hic iam quaritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Mat. 24, Fidelis seruus & prudēs quem cōstituit dominus super familiam, &c. Item qui sunt idonei ad dispensandum. Ideo dicit [Qui idonei, &c.] Debēt autē esse idonei tripliciter. Primō intellectu vt sint sapientes ad intelligendum. Luc. 21, Ego dabo vobis os & sapientiam, &c. Item lingua vt sint faciendi ad docēdum. Esa. 50, Dominus dedit mihi linguam eruditā vt scia[m] suscitare eum qui lassus est, verbo. Item opere, quia cœpit Iesus facere & docere. Act. 1. Deinde cū dicit [Labora.] ponit tertium quod est legitimus militia labor ad quem primō hortatur. Secūdō ponit laboris præmium, ibi [Nam & qui.] Tertio militia stipendia [Laborantem.] Tertio primō hortatur ad legitimum laborem. Secūdō exponit quis labor sit legitimus, ibi [Nemo.] Dicit ergo [Labora sicut bo. mi.] Est autē tripliciter aliq; miles Christi. Primō in quantum pugnat cōtra peccata. Iob 7, Militia est vita hominis super terrā. & 14. Cū diebus quibus nunc milito, exspecto, &c. Et hæc pugna est cōtra carnē, mundū, & diabolū. Eph. vlti. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, &c. Secūdō est aliquis miles Christi pugnando cōtra errores. 2. Cor. 10, Arma militiae nostræ nō sunt carnalia, sed potentia deo, ad destructionem munitionū cōtra filia destruentes, &c. Tertio est militia martyrum cōtra tyrannos. Et hæc est laboriosior. Iob. 25, Nunquid est numerus militū eius. Et non debet quiescere miles, quia dicitur à militia sustinenda. Deinde cū dicit [Nemo.] Exponit quid sit legitimus labor. Et primō inducit eum ad laborem. Secūdō ostēdit qualis debet esse bonus miles, ibi [Vt ei placeat.] Primō circa primū duo facit, quia exēplū ponit. Secūdō manifestat. Dicit ergo [Nemo mili. deo, &c.] Circa primū sciendum est quod alius est finis militiae spiritualis & alius est finis militiae corporalis, quia finis militiae corporalis est vt obtineat victoriā cōtra hostes patriæ, & ideo milites debent abstinere ab his quæ abstrahunt à pugna, puta à negotiis & deliciis. 1. Co. 9, Qui in agone cōtēdit ab omnibus se abstinere. Sed militiae spiritualis finis est vt victoriā habeant ab hominibus qui sunt cōtra deū, & ideo oportet quod abstinēat ab omnibus quæ distrahūt à deo. Hæc autem sunt negotia secularia, quia sollicitudo huius seculi suffocat verbū. Et ideo dicit, implicat se. Sed cōtra. Negotia secularia sunt tēporalia hoc autē Apostolus fecit quādo vixit de labore manuum suarū. Respondeo, dicendum est quod Apostolus dicit implicat, & nō dicit exercet. Ille autē eis implicatur cuius cura & sollicitudo iungitur circa ipsa. Et tūc propriē ipsa hæc interdiciuntur militibus Christi in quibus ostenditur nō esse necesse implicari animū. Item nō dicit, simpliciter implicatur, sed dicit implicat se, quia quandoq; implicatur & non se implicat. Implicat enim se quādo sine pietate & necessitate assumit, sed quando necessitas officij pietatis & autoritatis exercetur, tunc non implicat se, sed implicatur huiusmodi necessitate. Ro. 16, Assisistis ei in quocunq; negotio vestri indiguerit. Causa autē quare nō debet se implicare est [vt ei placeat cui se proba.] 1. Io. 2, Si quis diligit mundū nō est charitas patris in eo. Qui enim est miles Christi deuouit se ad militādum deo, & ideo debet conari vt ei placeat cui se deuouit. Deinde cū dicit [Nam & qui.] Ponit laboris præmium. Et quia diceret aliquis, O Paule magna imponis: sed quis est eorū fructus? Respondet, assumatis exēplum in pugnis secularibus vbi non omnes, sed legitime pugnantes accipiunt coronam. Sic ergo erit & in spiritualibus quod nullus coronabitur nisi seruer debitas leges pugne. 1. Cor. 9, Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autē incorruptā. Sapi. 4, In perpetuum coronata triumphat. Deinde cū dicit [Laborantem.]

ostēdit stipēdia interdictiq; ei negotia secularia. Et primō proponit stipēdia sub metapho. secūdō exponit ibi [Intellige.] officium enim prædicatorum & doctorum est officium militum in quantum insurgūt cōtra hostes & vitia. Item agricolæ, in quantum fructum faciunt promouendo ad bona. Huius ager est ecclesia, & principalis agricola est deus in terius & exterius operans. Io. 13, Ego sum vitis vera & pater meus agricola est. Homines autem exterius adhibent ministerium. 1. Co. 3, Ego plātaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Isti sunt exteriores agricolæ. Iob 31, Si animam agricolatum eius affixi. Istum ergo agricolā oportet fructum accipere: huius fructus sunt opera virtutum. Eccl. 24, Flores mei fructus honoris & honestatis. Gal. 5, Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, paciētia. Inter hos fructus sunt & fructus eleemosynarum. Act. 9, Hæc erat plena fructibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Isti ergo debent principaliter fructum percipere, vt ipsi gaudeant. Primō de subditorum fructibus. Phil. 4, Itaq; fratres mei charissimi & desideratissimi gaudium meum & corona mea. Secūdō de subsidiis tēporalibus, non p præmio principali, sed stipendio. Gal. 6, Communicet autem is qui cathecizatur verbo, vel qui se cathecizat in omnibus bonis. Mat. 11, Dignus est operarius cibo suo. Deinde cū dicit [Intellige.] Exponit quæ dixerat sequens modum xpi post parabolas. Mat. 13, Qui habet aures audiendi audiat. q. d. Reduc hæc ad intellectum spirituale. Dani. 16, Intelligentia opus est in visione, quasi diceret aliquis, tu dicis accipere stipēdiū dō Timothee, sed tu non facis, quia de labore manuum vis viuere. Vnde [intellige quæ dico.] quia est necessaria discretio, quia ibi nō sunt accipiēda vbi est occasio auaritiæ: contra euangelium vel propter cupiditatē, vel propter otium, & hoc poteris intelligere, quia [dabit, &c.] 1. Io. 2, Vnctio docebit vos de omnibus.

lectio 3.

Memor esto dominum nostrum Iesum Christū resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operas, sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos vt & ipsi salutem consequantur, que in Christo Iesu, cum gloria celesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus: & conuiuemus, si sustinemus & coregnabimus: si negauerimus & ille ne egabit nos: si nō credimus, ille fidelis permanet negare se ipsū non potest. Hæc cōmone: testificans coram deo. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionem audientū. Solacite autem cura te ipsum probabilem exhibere deo, operarium inconfusibilem recte tractantem verbum veritatis.

Suprà ponitur preparatio ad martyriū, hic ponitur exhortatio ad ipsum, & primō præmittit exēplū præmij, secūdō exēplū martyrij, ibi [In quo laboro.] Tertio manifestat consequentiā præmij ad martyriū, ibi [Fidelis sermo.] Nā præmiū mortis prætoris martyrij est resurrectio gloriosa, cuius exēplū præcessit in capite nostro Christo. Et ideo dicit [Memor esto, &c.] q. d. Dominū nostrū Iesum Christū habe in mente contra tribulationes. Prou. 3, In omnibus viis tuis cogita illū, & ipse diriget gressus tuos. Multa sunt in eo cogitanda, sed specialiter resurrectio. Ad hæc omnia ordinatur, & præcipue totus christianæ religionis status. Ro. 10, Si cōfitearis in ore tuo dominū Iesum, & in corde tuo credideris quod deus excitauit illū à mortuis, saluus eris. Et nota quod dicit resuscitatus, quia & si pater eū suscitauerit, tamē propria etiā virtute resurrexit, & est primus resurgentiū. 1. Co. 15, Sed quia secundū naturā humanā resurrexit & mortuus est ex semine Dauid. Ro. 1, Qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnē, &c. [Secūdū euangelij meū.] i. à me prædicatū. 1. Cor. 15, Notū autē facio vobis euangelij quod prædicaui vobis. Qui prædicat euangelij est minister euangelij, sicut qui baptizat est minister baptismi. Tamen nō potest dici baptisma meū, sed euangelij sic. Et hoc ideo quia multū facit exhortatio & sollicitudo. Deinde cū dicit [In quo laboro.] ostēdit se in exēplum martyrij, & primō eius penā. Secūdō eius causam, ibi [Ideo omnia.] Tria autē ostēdit esse in pena. i. acerbitatem, opprobriū, & cōstantiā. Acerbitatē cū dicit [In quo.] i. euangelio prædicādo, vel pro quo laboro. i. affligor, & hoc [vsq; ad vincula.] quia quādo hæc epistolam scripsit, erat Romē in vinculis. Eph. vlt. Mysteriorū euangelij pro quo legatō fungor in cathena. Opprobriū quantum ad infideles, cū dicit [Quasi malē operas.] Christiani enim tūc reputabatur pessimi. Lu. 9, Beati eritis cū vos oderint homines & separauerint & exprobrauerint &c. Christus etiā fuit damnatus quasi malē operans. Esa. 53, Et cū sceleratis reputatus est. Cōstantiā autē ostēdit. cū dicit [Sed verbū dei, &c.] Licet enim corpus sit alligatū, tamē verbū dei nō est alligatum, quia prædicatio fuit ex voluntate Apostoli quæ libera est, præcipue propter efficaciam charitatis quæ nihil timet. Ro. 8, Certus sum enim, quia nec mors neq; vita, &c. Quia sicut. 1. Io. 3, dicitur, Maior est deus corde nostro. Et dicitur quod in vinculis existēs multos conuertit. Deinde cū dicit [Ideo omnia.] Ostēdit causam, quia martyre nō pœna facit, sed causa. Duplex autē est causa martyrij. i. propter diuinum honorē, & salutē proximi. Propter deū quidē, quia Ro. 8, Propter te mortificamur tota die. Propter salutē proximum, quia dicit hīc [Propter electos.] Io. 15, Maiorē charitatē nemo habet vt animam suam ponat quod pro amicis suis. 1. Io. 3, Quoniā ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Et dicit propter electos, quia quæcunq; bona sunt: specialiter cedunt in bonū electorū, nō reprobatorum. Et quomodo? vt & ipsi salutē conse. Sed nunquid sufficit passio Christi? Dicendū est quod sic effectiue, sed passio Apostoli dupliciter expe diebat. Primō quia dabat exemplum persistēdi in fide. Scd quia cōfirmabatur fides, & ex hoc inducebantur ad salutē. Et hoc in Christo. i. quæ venit nobis per eū. Mat. 1, Ipse enim saluū faciet populū à peccatis eorū. Et hoc nō solū salutē gratiæ presentē, sed etiam [cū gloria celesti.] Mat. 5, Merces vestra copiosa est in calis. Deinde cū dicit [Fidelis sermo.] Ponit cōsequentiā præmij ad meritū martyrij. Et primō ponit ar testationē. Secūdō cōsequentiā, ibi [Nam si.] Tertio cōfirmat per testimonium, ibi [Hæc cōmone.] Dicit ergo [Fidelis sermo.] i. verbum quod dicam est fidele. Apoc. vlt. Hæc verba fidelissima sunt, &c. Deinde cū dicit [Nam si, &c.] ponit consequentiā. Et primō de remuneratione bonorū. Secūdō de punitione malorum, ibi [Si negauerimus.] In præmio bonorum sunt duo. i. reparatio per resurrectionē, & superadditio gloriæ ad quam resurgent. Et ideo primō ostēdit quod per Christum venit ad reparatiōne vitæ. Secūdō quod per ipsum venit ad resurrectionem, ibi [Sustinemus.] Dicit ergo [Si cōmortui sumus.] i. cum Christo, & hoc per sacramenti susceptionem in baptismō. Ro. 6, Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortē. Item per pœnitentiā nos macerādo. Gal. 6, Qui Christi sunt carnē suam crucifixerunt cū vitis & concupiscentiis. Item pro confessione veritatis moriendo sicut & Christus. Pretiosa in cōspectu domini

Præhortatur ad martyriū Timothee proponitur ei exēplū præmij [quod est gloriosa resurrectio] Christi resurrectio, & exēplum martyrij colerantia Pauli, tādē ponitur præmiū martyrij & pœna eorū qui nō pro deo sufferre volunt, dandō modum resistēdi infidelibus.

mors sanctorū eius. Si ergo cōmortui sumus [& conuiuemus.] i. sicut ipse resurrexit sic & nos. Ro. 6. Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. ¶ Deinde agit de gloria quam sancti merentur per mortis ignominiam. Luc. vii. Nonne hæc oportuit Christum pati. Et ideo dicit [Si sustinuerimus.] i. patienter afflictiones & opprobria cōregnabimus. i. simul cō ipso perueniemus ad regnū. Mar. 5. Beati qui persecutionē, &c. ¶ Deinde cū dicit [Si negauerimus.] ostendit consequentiam quantū ad pœnas. Dupliciter aut potest aliquis peccare contra fidem. Primò exterius negando. Secundò interius eam deponēdo. Quantū ad primū dicit [Si negauerimus.] i. corā aliis [ipse negabit nos.] in iudicio. Mar. 25. Amē dico vobis nescio vos. Negare est non cognoscere eos esse de ouibus suis. Quantū ad secundū dicit [Si nō credimus.] i. si fidem à corde abiciamus [ille fidelis permanet.] i. ipse fidē suā tenet. Vnde fidelis manet in sua fide, quia fides nihil aliud est quàm participatio siue adhæsiō veritati. Ipse autem est ipsa veritas quæ negare se nō potest. Ergo non est omnipotens. Respondeo ex hoc est omnipotens, quia seipsum negare nō potest. [Possē enim deficere magis est pertinēs ad impotentiam, quia quod aliquid deficiat à suo esse, est per debitam virtutem propriam. Christū autē negare seipsum est deficere à seipso, hoc ergo ipsum quod nō potest negare se, est ratio perfectæ virtutis. Vnde nec peccatum cadit in eū vt est dictum, nec potest negare suam virtutē & suam iustitiā quin puniat. Mar. vii. Qui verò nō crediderit condemnabitur. Sed nunquid nō potest deus alicui remittere pœnā? Potest quidem secundum ordinē sapiētia suæ, sed contra ordinē sapiētia & iustitiæ, nō. ¶ Deinde cū dicit [Hæc commone, &c.] confirmat per testimonium. Quasi cū aliis admonēo vt semper habeas in corde [testificans corā deo.] i. testimonium adducēs corā quo loquor. ¶ Deinde cū dicit [Noli verbis.] Ostendit quomodo resistat infidelibus, quia primò præmittit modum resistēdi. Secundò ostendit quæ sunt quibus resistat, ibi [Prophana.] Itē primum excludit indebitum modum resistēdi. Secundò ponit debitū, ibi [Sollicitē.] Circa primū primum excludit indebitum modū. Secundò rationē assignat, ibi [Ad nihil.] Dicit ergo [Noli contendere verbis.] Contentio importat cōcertationē in verbis. Potest ergo secundum duo intelligi, quia acrimoniam loquēs deprauat dupliciter. Vno modo si per hoc accedat ad fauorē falsitatis, vt quando quis cum confidētia clamoris impugnat veritatem. Alio modo ppter inordinationē vt quando vitur acrimonia vel vltra modum debitum, vel cōtra qualitatem personæ. Sed si moderatē, & cū circumstantiis debitis, & pro veritate fiat, nō est peccatum. Et sic in rethorica est vnum instrumentum exhortationis. Tamen in sacra scriptura accipitur secundū quod importat inordinationē. i. Co. 11. Si quis videtur inter vos contentiosus esse, nos non habemus talem cōsuetudinem, neq; ecclesia dei. Et dicit verbis, quia aliqui disceptant solum verbis improprie. Et hoc proprie est cōtēdere. Si hoc fit nō verbis tantum, sed veris rationibus, hoc est disputare, non contendere. ¶ Deinde cū dicit [Ad nihil vtile est.] Ostendit rationem documenti. Nā moderata disputatio quādo cum ratione fit, est vtilis ad instructionē, sed quando cum verbis tantum, tunc est litigiosa. Ideo dicit [Nisi ad subuersionem.] & hoc dupliciter. Vno modo dum quod est certū venit in dubium. Alio modo, quia audientes scandalizantur. Prou. 14. Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas, vnde lac. 3. Vbi zelus & cōtētiō, ibi incōstantia & omne opus prauū. Sed nunquid non sine contentione debet quis disputare coram populo de fide? Respondeo ditinguendū est ex parte audientium, quia aut sunt solliciti ab infidelibus & tunc est vtilis publica disputatio, quia per hanc simplices efficiuntur magis instructi quando vident errantes confutari. Si verò non sunt solliciti ab infidelibus, tunc non est vtilis disputatio, sed periculosa. Item est distinguendum ex parte disputantis, quia si disputans est prudēs sic quod manifestē confuter aduersarium, tunc debet publicē disputare: si verò non, nullo modo. ¶ Deinde cū dicit [Sollicitē cura teipsum.] ponit debitum modum resistēdi. Et primò quantū ad rectam intentionē. Secundò quantum ad rectā operationē. Tertiò quātum ad rectā doctrinā. Qui enim vult disputare, primò debet seruari suam intētiōē vtū moueatur bono zelo. Ideo dicit [probabilem deo exhibere.] qui. i. probat cor. 2. Cor. 10. Non enim qui seipsum cōmēdat ille pbatus est, sed quē deus cōmēdat. Psal. Probasti cor meū & vistrasti nocte. Item quod doctrinā quam prædicat ore, stabiliat per opera, quod nisi faciat, est confusio dignus. Vnde dicit [Operarium inconfusibilem.] q. d. Hæc facito, sic non confunderis. Item quod rectē tractet verbum veritatis vera docēdo & vilia audientibus. Vnde subiūgit [Rectē tractet.] non quærens lucrum & gloriam. 2. Cor. 2. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbū dei, sed ex sinceritate, sicut ex deo, coram deo in Christo loquimur.

Lectio 3.

Docet vitia documenta hæreticorum ex nouo modo quod in ferit, docendo quod per heresim nō est ex toto solanda. fides, & quare deus permittit aliquos errare.

Prophana autem est vaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit. Ex quibus est Hymeneus & Philetus, quia à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem iam factam, & subuerunt quorūdam fidem. Sed firmum fundamentum dei stat habēs signaculum hoc. Cognouit dominus qui sunt eius. Et discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In magna autem domo, non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. & quadam quidam in honorem, quadam autem in contumeliam. ¶ Suprà instruxit Timotheum ostendens modum generalem quo infidelibus est resistendum : hic ostendit in speciali quibus sit resistendum. Et primò ostendit quibus est resistendum. Secundò quare, ibi [Multum enim.] Tertiò quomodo, ibi [Inuenilia.] Dicit ergo [Prophana est vaniloquia de.] Vbi ostendit duo esse vitanda. i. prophana & vaniloquia, & referuntur ad idem, vel ad diuersa. Nam prophana dicuntur quasi procul à phano. i. cultu diuino, & hæc sunt documenta hæresum: & hæc vitanda. Ideo dicit, Deuita prophana. Potest etiam dici quod hæc prophana sunt quæ fidei repugnāt, sed vaniloquia fabulosa. Psal. Vanā locuti sūt vnusquisque ad proximum suum. ¶ Deinde cū dicit [Multum enim.] Ostendit quare hæc sunt vitanda & hoc dupliciter. Primò ex nocumēro quod inferunt. Secundò ex fructu vitationis, ibi [Si quis.] Circa primū duo facit, quia primò ostendit quomodo nocent ad fidei subuersionem. Secundò quomodo non possunt totaliter fidem subuertere [Sed firmum.] Item primò ponit documentum. Secundò subdit similitudinē, ibi [Et sermo.] Tertiò exemplum, ibi [Ex quibus est.] Dicit ergo. Hæc sunt vitanda quæ impediunt pietatem, quæ cultus dei dicitur. Vnde doctrina fidei est doctrina pietatis. Impietas verò est doctrina cōtra fidem. Vnde dicit [Multum proficiunt ad impi.] i. perducunt ad errorem siue ad erroream doctrinam. Sed hic profectus, est in malis abusuē. infra 3. Mali homines & seductores pfiunt in peius, errātes & in errore mittētes.

¶ Deinde ponit eorum similitudinem dicens [Sermo.] Hæretici enim dicunt à principio quædam vera & vtilia, sed cū audiuntur, immiscens quædam quæ euomunt mortifera. Et ideo dicit [Sermo eorum, &c.] Eccl. 11. A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. ¶ Deinde cū dicit [Ex quibus.] ponit ad hoc exemplum. Hi enim duo, fidei suo tempore corrumpebant. A quibus quidam errantes conuersi sunt in vaniloquium &c. De Philetō dicitur suprà primo, Aueri sunt à me omnes qui sunt in Asia ex quibus est Philetus & Hermogenes. De Hymeneo autem habetur 1. Timo. 1. Ex quibus est Hymeneus. Et dicit [Exciderunt.] i. Io. 2. A nobis exierunt. Et hoc aggrauat, quia 2. Petri 2. Melius enim erat eis nō cognoscere vitam iustitiæ, quæ post agnitionē retrorsum conuerteret. Errabant autē dicētes resurrectionem iam factā esse. De qua Mar. 27. Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et dicebant quod non est alia resurrectio expectanda, sed tūc surrexerūt. Alio modo & melius quod sicut est duplex mors, ita duplex est resurrectio. i. animæ & corporis. De resurrectione animæ habetur. Apoc. 20. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. Dicebat ergo quod omnia quæ dicuntur in scripturis erant referenda ad resurrectionē animarum quæ iam facta est. Colo. 3. Si confurrexistis cum Christo quæ sursum sunt querite. Et hic error est etiam hodie apud hæreticos, & per istum subuertunt quosdam. Et congruē dicit [Et subuerunt quorūdam fidem.] quia destruant fundamentum fidei. Act. 13. O plene omni dolo & omni falacia fili diaboli, & inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias domini rectas. ¶ Deinde cū dicit [Sed firmum.] ostendit quomodo per hæreses fides non est totaliter subuertēda. Et primò quod per doctrinas hæreticas nō potest rota ecclesiæ fides corrumpi. Secundò ostendit quare deus permittit aliquos errare, ibi [In magna aut.] Itē primò ostendit immobilitatem fidei electorum. Secundò addit demonstrationem, ibi [Habens.] Dicit ergo, Subuertunt, sed firmum fundamentum dei stat, hæc enim fundamenta sunt illi quibus datur gratia immobiliter standi. Mar. 7. Fundata enim erat supra petram [Firmum.] quia immobile. Vnde præmittitur, ibi Mat. 7. Quod venerunt flumina & flauerunt venti & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Huius firmitas dependet primò ex diuina prædeterminatione. Secundò ex libero arbitrio nostro. Et ideo quantum ad primū dicit, Hoc firmum fundamentum [habet hoc signaculum.] i. hoc est signum huius firmitatis. Io. 3. Qui autē acceperit testimonium eius, signauit, quia deus verax est. Et hæc est prima pars signaculi. i. ex diuina prædeterminatione, quia nouit dominus qui sunt eius. Et hæc est notitia diuinæ prædeterminationis. Io. 10. Ego cognosco oues meas, & alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili. Mar. 7. Non noui vos, sed quantum ad secundū dicit [Discedat ab in. o. q. in.] Quasi dicat, si prædestinati sunt à deo, quod per liberum arbitrium saluabuntur quia ex hoc quod aliquis finaliter non adhæret peccato, ostendit se esse prædestinatum. Et ponit duo quæ pertinent ad ordinationem in statu salutis. Primum quod confiteatur fidem. Ideo dicit, Omnis qui, &c. Roma. 10. Ore confessio fit ad salutem. Secundum quod recedat à peccato. Mar. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum, &c. Et ideo dicit. Discedat, &c. Esa. 55. Derelinquat impius viam suam, &c. Quod verò dicit [Inuocat nomen.] non intelligit quod solum nominet ore, sed interius per fidem, & extra per opus. ¶ Deinde cū dicit [In magna.] ponit rationem quare deus permittit aliquos errare, licet omnes diligat. Dupliciter autem potest hoc intelligi, quia vel in generali, vel in speciali ad hunc vel illum. Si enim querat in generali, quare dat huic donum perseverantiæ & non illi, non habet rationem nisi solam dei voluntatem. Aug. Quare hunc trahat & illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare, &c. Sed si querat in generali quare quibusdam dat & quibusdam non, habet rationem, quæ assignat Apostolus Ro. 9. Et est eadem ratio cum ista, licet per alia exempla. Ideo enim dicit, Sustinuit in multa patientia, &c. secundum enim quod omnia opera quæ deus fecit in natura & gratia, sunt facta ad manifestandum gloriam dei. Eccl. 4. 2. Gloria domini plenum est opus eius. Sic etiam fecit diuersas creaturas, vt perfectio diuinæ bonitatis quæ non potest manifestari per vnā, sufficienter manifestetur per aliam. Ita etiam considerandū est de vno artifice, in domo vna est vna fenestra quæ est altera pulchrior. Si quis ergo querat quare nō tota domus est fenestra, ratio est, quia tota domus esset imperfecta. Similiter dicit Apostolus. 1. Cor. 12. Si totū corpus esset oculus, vbi auditus? Sic ergo dicit Apostolus in effectu gratiæ, quia oportuit quod deus manifestaret iustitiā & misericordiam. Si enim omnes saluaret, esset solum eius misericordia. Si omnes damnaret, solum esset iustitia. Et ideo deus volens manifestare iram. i. iustitiā, &c. Et similis est ratio de perfectiōe ecclesiæ quam oportebat esse perfectā, quod nō esset si nō esset in ea diuersitas. In qua est triplex diuersitas. i. bonorum & malorum, bonorum & meliorum, malorū & peiorum. Et hanc assignans dicit [In magna autem domo.] i. ecclesia. Baruch 3. O Israel quàm magna est domus dei & ingens locus possessionis eius. Non solum sunt vasa aurea, &c. vbi aurea & argentea distinguuntur à fictilibus. Item argentea ab aureis. Item fictilia à ligneis. In primo cōparatio bonorū & malorum innuitur. In secundo cōparatio bonorū & meliorū. In tertio malorum & peiorū. Nam aurea & argentea sunt boni, sed aurea meliores, argentea minus boni. Similiter lignea & fictilia sunt mali, sed fictilia sunt peiores, lignea verò minus mali. ¶ Consequenter designat diuersitatem quātū ad vsum, vt boni sint vasa in honorem, sicut deputati ad honorabile vsum: mali verò sint vasa fictilia & lignea, quasi deputati in contumeliam. i. ad vilem vsum. Sicut enim in hominibus quidā. i. sancti quasi vasa preteriosa. Eccl. 50. Vas auri solidum, &c. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, &c. Quidā verò sicut vasa inutilia. i. mali. Esa. 3. 2. Fraudulenti vasa pessima sunt. Eccl. 21. Cor farui quasi vas contractum. Prima vasa sunt in honorem quibus debetur vita æterna. Ro. 2. His quidem qui secundū patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem querentibus vitam æternam. Secūda vasa sunt in contumeliam. i. Re. 2. Qui autem contemnit me erūt ignobiles. Et prædicta diuersitas potest aliter applicari ad diuersitatem ecclesiæ, vt vasa aurea sint prælati, argentea verò & lignea, & fictilia tenentes inferiorē gradū, inter quos est quidam gradus. Et quod subdit [quædam in honorem, &c.] non est tūc intelligendū quod vasa aurea & argentea omnia sint in honorem & fictilia in contumeliam, quia de quocūque statu quidam saluantur, & quidam damnantur.

Lectio 4.

¶ Quis ergo se emundauerit ab istis, erit vas in honorem sanctificatum & vtile domino, ad omne opus bonum paratum. Inuenilia autem desideria fuget, sectare iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem cum his qui inuocant dominum ratione.

Docet vitia desideria fugenda, & quare deus permittit aliquos errare.

sumpta ex fructu de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quaestiones deuota, sciens quia generant lites. seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modesta corripientem eos qui resistunt veritati: ne quando deus det illis penitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.

¶ Suprà ostendit q̄ prophana sunt vitanda per rationem sumptam ex nocimento: hinc ostendit idem per rationem sumptam ex fructu. Et primò proponit vitationem. Secundò eius fructum ibi [Est vas.] Nam vitiationem vocat emundationē. Dicit ergo quādam sunt vasa in contumeliam [Ergo si quis emundauerit se ab istis.] quia eorum confortia inquinant. Eccle. 13, Qui tetigerit picē inquinabitur ab ea. Et ideo fugiendi sunt. 2. Cor. 9, Exite de medio & separamini, dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, &c. Fructus enim sequēs, est quadruplex. Primus est ex ordine ad gloriam [quia erit vas in honorem.] quia si fordidetur ab illis, erit in contumeliam, si emundat se, in honorem. Psal. Nimis honorari sunt amici, &c. Prouer. 25, Aufer rubiginem de argento & egredietur vas purissimum. Alij effectus sunt gratiæ quorum primus est hominis sanctificatio. Secundus est hominis ordinatio per rectam intentionem. Tertius per operis executionem. Quantum ergo ad primum dicit [sanctificatum.] 1. Co. 9, Abluti estis, sanctificati estis. Sed quantum ad secundum dicit [Vtile domino.] Sed nunquid indiget seruitio nostro? Non. Psal. Bonorum meorum non indiges. Sed dicit vtile domino, id est vtilitati sue cedit ad honorem domini. Act. 9, Vt portet nomen meū coram gentibus, & regibus, & filiis Israhel. Quantum ad tertium dicit [Ad omne opus bonum paratum.] Psal. Paratus sum & non sum turbatus. Et dicit, Ad omne bonum, quia præcepta affirmatiua non obligant ad semper. Et ideo debet esse paratus, vt quando necesse est operetur. ¶ Deinde cum dicit [Iuuenilia.] Ostendit qualiter prophana sunt vitanda. Et ponit duo vitanda. Primum est conuersatio praua. Secundū est doctrina mala, ibi [Stultas autem.] Circa primum duo facit, quia primò ostendit quid sit vitandum. Secundò quid sit sequendum, ibi [Sectare.] Dicit ergo, Dico q̄ debes vitare hæc vt sis vas emundatum. Ideo iuuenilia &c. Considerandum est q̄ dicit hoc, quia iste iuuenis erat. Et hæc sunt desideria vanitatum exteriorum, & carnalium voluptatum. Naturale est iuuenibus q̄ hæc desiderant. Eccle. 11, Adolescentia & voluptas vana sunt. Cuius est duplex ratio. Vna, quia non sunt alia experti. Secūda quia huiusmodi delectationes naturales sunt ordinatæ vt medicina contra labores. Natura verò in iuuenibus laborat & ideo inclinatur ad eas. ¶ Deinde cum dicit [Sectare verò iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem.] ostendit quæ sunt sectanda. Et sunt quatuor, quorum primum ordinat ad subditos, & hæc est iustitia, quia princeps est custos iustitiæ. Prouer. 20, Rex qui sedet in folio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. Secundum ordinat ad deum, & hæc est fides, sine qua impossibile est placere deo. Hæbr. 11, Tertium est spes. Quartum ordinat ad proximum vnumquemq̄, scilicet charitas & pax, quæ se extendit ad inimicos. 1. Cor. 13, Si habueris fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Ex charitate sequitur gaudium. Pax autem importat ordinatam concordiam. Quod autem subdit [Cum his qui inuocant, &c.] vno modo exponi potest referentia ad immediatè dictum. q. d. Sequimini pacem cum his, &c. Quod autem dicit [De corde puro.] ponitur quia non est speciosa laus, &c. Sed Heb. 12, dicitur, Pacem sequimini cum omnibus. Quare ergo dicitur hic cum his qui in do. de corde puro? Respondeo dicendum est q̄ quantum in nobis est, debemus habere pacem cum omnibus si fieri potest, sed non potest esse pax inter bonos & malos, quia pax dicit concordiam quæ non potest haberi cum malis. Alio modo legitur cum his, &c. vt referatur ad totum præcedens. q. d. Ita sectare iustitiam, pacem, & omnia, sicut & illi qui inuocant, &c. ¶ Deinde cum dicit [Stultas autem.] hortatur ad vitandum doctrinam malam. Et primò docet quid sit vitandum. Secundò quid sit sectandum, ibi [Sed mansuetum.] Circa primum duo facit, quia primò proponit documentum. Secundò rationem assignat ibi [Sciens quia.] Vitanda sunt quaestiones stultæ. quantum ad materiam, quia sunt de stultis. i. de his quæ contrariantur sapientiæ. i. de his quæ sunt contra diuinam sapientiam. Has non debet homo mouere, sed eis resistere. Hier. 10, Stultus factus est omnis homo à scientia sua. Dicit autem [sine disciplina.] quantum ad modum, quia clamoræ sunt. Vel sine disciplina ex parte eorum de quibus dubitatur, vt puta si verat in dubiū id quod tota ecclesia tenet. Iob 34, Iob aut stultè locutus est & verba eius non sonant disciplinā. Quaestiones autem in tantum sunt amandæ in quantum ducunt ad veritatem: per hoc q̄ oportet q̄ omnes vnum dicat. Quaestiones autem stultæ non ducunt ad veritatem, sed ad litem, quæ est vitanda. Esa. 58, Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, &c. Et ideo dicit [Seruum autem domini.] i. eum qui se dat seruitio domini [non oportet litigare.] 1. Tim. 3, Non litigiosum. ¶ Deinde cum dicit [Sed mansuetum.] ostendit quid sit sectandum. Et primò ponit documentum. Secundò rationem, ibi [Ne quando der.] Item prima in duas, quia primò proponit quoddam generale ad omnes. Secundò quādam necessaria ad singulos, ibi [Docibilem.] Generale quod debet habere qui vult disputare, est q̄ sit mansuetus. Psal. Docebit mites vias suas. Est enim mansuetudo virtus cōpescēs ab ira, quæ perturbat iudicium rationis, quæ necessaria est in quaestione & iudicio veritatis. Mart. 11, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. In speciali autem debet habere respectu superiorum docilitatem: respectu persecutorum, patientiam: respectu falsorum doctorū, correctionem. Quantum ad primum dicit [Docibilem.] i. paratū corrigi à quocunq̄. Et hæc est sapientia cælestis. Iaco. 3, Quæ autem de sursum est sapientia, primū quidem pudica est: deinde autē pacifica, modesta, suauis, &c. Quantum ad secundum dicit [Patientem.] Psal. Bene patientes erunt vt annuntient. Prouer. 19, Doctrina viri per patientiam noscitur. Quantum ad tertium dicit [Cum modestia corripientē.] quia correctio debet esse modesta. Gala. 6, Vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, &c. ¶ Deinde cum dicit [Ne quando.] assignat rationem vitationis: & respōdet cuidam tacitæ quaestioni. Posset enim aliquis dicere, Illi resistit veritati, & ideo imminet necessitas corrigendi. Respondeo q̄ deus pater eos potest reducere ad penitentiam, & ad hoc debet iustus niti. Et primò premitit penitentiam, quam debet intendere cōtra aduersarios. Secundò penitentia fructus. Tertio penitentia necessitatem. Dicit ergo [Nequando.] i. vt deus aliquando det eis penitentiam. quia ex superbia resistunt quibus difficile videtur dari penitentia. Hic excluditur error Pelagij qui dicit dona gratiæ esse ex operibus nostris, quod per hoc patet esse falsum, quia

etiam principium bonorū. s. pœnitentia, datur à deo. Treñ. 5, Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Esa. 26, A timore tuo concepimus. Fructus verò pœnitentiæ duplex est. scilicet cognitio veritatis, liberatio à potestate diaboli. Quantum ad primum dicit [Ad cognoscendam veritatem.] quia quādo ex malitia resistit veritati ipsa malitia sua execat eos: quando ergo malitia aufertur, cognoscitur veritatem. Ioa. 8, Er cognoscetis veritatem. Quantum ad secundum dicit [Et resipiscant à diaboli laqueis.] ab occasione errorum ex parte intellectus sicut fallax fantasía, & ex parte affectus sicut sunt inuidia, superbia & huiusmodi. Necessitas autē pœnitentiæ, est magna, quam nisi habeant, diabolus dominatur eis. Vnde dicit [A quo captiui tenentur.] quia qui facit peccatum seruus est peccati. Ioa. 8, Er dicit [ad ipsius voluntatem.] sectandam. Vel vt de homine faciat voluntatem suam. Sed contrā. Non statim præcipit sicut vellet. Dicendum est q̄ solum adipiscitur quantum permittitur sibi: sed difficile est quod ei auferatur id quod tenet. Esa. 49, Nunquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit?

Caput 3.

Hoc autem cito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines seipso amantes cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminales, incontinentes, immixti, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi & voluptatum amatores magis quam dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. ¶ Suprà instruxit eū quomodo resistat tribulationibus & periculis præsentibus, hinc ostēdit quomodo stet contra futura. Et primò prænnuntiat futura pericula. Secundò ostendit idoneitatem suā ad resistendum, ibi [Tu autem assecutus.] Tertio ostendit qualiter resistat, ibi [Tessificor.] Circa primū duo facit, quia primò prænnuntiat pericula nouissimorū temporū. Secundò ostēdit quomodo eorū vitia sunt etiā modò vitanda, ibi [Et hos deuota.] Item prima in duas, quia primò prænnuntiat esse futura pericula in nouissimis temporibus. Secundò causam periculorū, ibi [Et erunt homines.] Dicit ergo, Dixi deuota prophana, &c. Non solum autem sunt hæc modò vitanda, sed in futuro restat etiā quedā alia vitanda. Et dicitur [nouissimi dies.] quia sunt propinqui nouissimæ diei. Ioa. 5, Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Gene. penultimo, Congregamini vt annuntiem quæ ventura sunt vobis diebus nouissimis. Et addit [Instabunt tempora periculosa, &c.] Mat. 24, Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meū. Causa horū est iniquitatis abundantia. Mar. 24, Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum: quia fides & charitas vel annullabitur, vel totaliter peribit: quia quāto magis aliquid elōgatur à suo principio, tātò plus deficit. Et ideo in tempore illo magis deficient fides & charitas, quia plus elongantur à Christo. Luc. 19, Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? ¶ Et circa hoc primò ponit iniquitatis radicem. Secundò diuersas eius species. Radix autē totius iniquitatis est amor sui ipsius. Duplex autem amor dupliciter ciuitatem facit. Sed contrā. Quilibet naturaliter diligit se. Respondeo, dicendum est q̄ in homine duo sunt. scilicet natura rationis, & corporalis. Quantum ad intellectualem seu rationem, quæ interior homo appellatur, vt dicitur 2. Cor. 4, homo debet plus se diligere quàm omnes alios, quia stultus esset qui vellet peccare. vt alios à peccatis retrahat, sed quantum ad exteriorē hominem, laudabile est vt alios plus diligit q̄ se. Vnde illi qui se sic plus amant, sunt vituperabiles. Phil. 2, Oēs quæ sua sunt quarunt, non quæ Iesu Christi. Ex hac radice diuersa sunt species iniquitatis. Vnde dicit [Cupidi, elati, &c.] Et circa hoc tria facit, quia primò ponit peccata quæ sunt in abusu rerum exteriorum. Secundò quæ pertinent ad inordinationē hominis ad alios, ibi [Blasphemii.] Tertio quæ ad seipsum, ibi [Incontinentes.] Duo autem sunt in rebus exterioribus. scilicet abundantia diuitiarum, & excellentia bonorum. Quantum ad primum dicit [Cupidi.] Et cupiditas primò ponitur, quia est radix omnium malorum. Vel est propinqua amoti sui ipsius, quæ est ad bona exteriora. Quantum ad secundum dicit [Elati.] Elatio est species superbiæ, quæ sunt quatuor. Vna quando aliquis attribuit sibi quo caret. Secūda quando quod ab alio habet attribuit sibi, ac si haberet à se. 1. Cor. 14, Quid habes quod non accepisti, &c. Tertia quando attribuit sibi quod habet ab alio, sed meritis propriis. Luc. 18, Ieiuno bis in sabbato, &c. Quarta quando singulariter vult videri supra omnes, & hæc est elatio. Psal. Domine non est exaltatum cor meum, &c. Quod dicit [Ingrati.] reducit ad alias species superbiæ. Ia. 4, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. ¶ Consequenter ponit vitia quantum ad alios. Et primò quantum ad superiores, secundò quantum ad æquales, ibi [Scelesti.] Superior est triplex, scilicet deus, & contra hunc dicit [Blasphemii.] Esa. 1, Dereliquerunt dominū, blasphemauerunt sanctum Israhel, abalienati sunt retrorsum. Item parentes, & quantum ad hoc dicit [Parentibus non obediētes.] 1. Reg. 15, Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus ydolatriæ nolle acquiescere. Prouer. 30, Oculum qui subsannat patrē, & qui despicit partum matris suæ effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Item benefactor, in quantum huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit [Ingrati.] Psal. Qui retribuunt mala pro bonis, &c. Co. 3, Crati estote. Sap. 19, In grati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua. Tūc ponit mala quæ sunt ad æqualem & proximum, & sunt tria. Primum pertinet ad opus. Vnde dicit [Scelesti.] i. qui scelera grauiā perpetrant in proximis. Esa. 1, Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, seruis nequam, filiis sceleratis, &c. Secundum ad affectum. Vnde dicit [Sine affectione.] i. sine affectu charitatis, & sine pace. Tertio quantum ad verbum. Vnde dicit [Criminales.] Leui. 19, Non eris criminator, nec susurrus in populis. Item quantum ad seipsum ostendit quādam alia tripliciter. Primò quantum ad corruptionem concupiscentiæ, secundò irascibilis, tertio rationalis. Quantum ad primum dicit [Incontinentes.] Vnde dicitur incontinentes qui se nō tenent in bono proposito propter prauas concupiscentias. Ecc. 26, Omnis autē pōderatio nō est digna continentis anima. Quantum ad irascibilem dicit proprie immites. i. non mansueti: hæc enim mansuetudo moderatur passionem iræ. Mar. 11, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Psal. Docebit mites vias suas. Itē ponit aliud quod pertinet ad affectum irascibilis, scilicet benignitatis exclusio. Vnde dicit [Sine benignitate.] Hoc enim est naturale quod quādo dominatur vnum contrariū excludit apud. Eph. 4, Estote inuicē benigni. ¶ Deinde ponit vitia, quæ sunt ad corruptionē rationalis. Hæc autem potentia perficitur per prudentiam: prudentia autē opponitur aliquod vitium per abusum prudentiæ, & aliquod per eius priuationem, &

Docet futura pericula nouissimis temporibus esse eas, sicut ob abusu daturam malitiam.

vrunque ponit. Quantum ad primum dicit [Proditores.] Ad prudentiam autē pertinet sagacitas, qua quidem abutuntur in malū, & hi sunt proditores. Proue. 11, Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana. Ita constantia qua quidem abutuntur dum in malo proteruunt. Vnde dicit [Proterui.] Prou. 3, Ne innitaris prudētia tuā. Deinde ponit vitia quae sunt ad priuationem prudentiā. Et primò ponit priuatiōis causam. Vnde dicit [Tumidi.] Superbi enim inflantur in agendis, quia non metiuntur vires suas, & ideo deficiunt. Prouer. 11, Vbi superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem humilitas, ibi & sapientia. Secūdo ponit priuatiōis effectum, quia temporalia praeponit aeternis. Vnde dicit [Voluptatem amatores magis quā dei.] Esa. 13, Syrenā in delubris voluptatis. Sed nunquid est idem esse incontinentem, & voluptatum amator? Respondeo. Dicendū est quod non, quia propriē incontinentes dicitur qui habet spem fugiēdi, sed vincitur ab eis, sed propriē amator earum est intemperatus qui habet corruptam aestimationem. Consequenter ponit stimulationem: dicens [Habentes spem pietatis.] 2. Cor. 11, Operarij subdoli virtutē autem eius abnegantes. Virtutē scilicet pietatis, quae dicitur hic dupliciter. Vno modo ipsa vis pietatis. i. eius virtus. Vnde dicit, Abnegātes. i. veritatem non habentes. Titum 1, Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Alio modo, quia virtus rei dicitur illud ex quo dependet tota res. Tota autem virtus pietatis depēdet ex charitate, ideo dicit virtutē eius. scilicet charitatem, abnegantes.

Lectio 2.

Deest vitandus esse eos qui conditiones iam dictas habent, & eorum alias declarat condicione.
Et hos deuota. Ex his enim sunt quae penetrant domos: & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur in aris desiderijs semper discentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quomodo autem Iannes & Mambres resistunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed vltra non proficiunt: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Tu autem affectus et meam doctrinā, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passionem, qualia mihi facta sunt Antiochia, Iconio, Libris: quales persecutiones sustinui. & ex omnibus eripuit me dominus.

Supra Apostolus descripsit pericula nouissimorum temporum, & causam assignauit: hic docet huiusmodi etiā in praesenti esse vitanda: Et primò praemittit monitionem de horum vitatiōis: secundò ostēdit in quibus hominibus in praesenti appareant praedicta, ibi [Ex his enim.] Dicit ergo, Dixi quod in nouissimis temporibus erunt homines pessimi. Sed non credas te in praesenti esse tutum: sed etiā nunc hos, & tales homines deuota. sine in similem errorem laboris. Tit. vlti. Hæreticū hominem post vnā & secūda correptionē deuota. Et licet quātum ad aliqua vitādi sint, sed non quātum ad sermonē exhortationis. Et tunc ostēdit quod etiā modò sunt aliqui tales. Et primò ostendit nocumentum quod inferunt: secundò defectum quem patiūtur, ibi [Homines reprobi.] tertio impedimentum quo artantur, ibi [Sed vltra.] Circa primū duo facit, quia primò ostendit impedimentum quod inferunt subditis: secundò impedimentum quod inferunt praeteritis, ibi [Quomodo autem.] Iterum prima in duas: quia primò ostendit eorum imprudentiam: secundò eorum astutiam, ibi [Et captiuas.] Quantum ad primum dicit [Deuota hos.] quia iam sunt aliqui tales. Nam ex his enim. i. eorum numero [sunt.] 1. Io. 2, Nunc antichristi multi sunt, &c. Nec debetis intelligere quod ex his fuerunt, sed sunt. scilicet & ingrati, &c. quia peccatores iam conuersi non debēt dici peccatores. Psalm. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Deinde cum dicit [Qui penetrant domos.] ostendit eorum malitiam. Et ad literam potest exponi quasi inordinate ingerentes se, & circueuntes propter lucrum. Contra quod Eccle. 25, Pes fatui facilis in domum proximi. Sed propter hoc non prohibentur aliqui visitare sanctos in domibus. Iaco. 1, Religio munda & immaculata apud deum & patrem, haec est visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, &c. Vel metaphoricè potest exponi domus. i. conscientia. Sap. 8, Intrās in domum meam conuiescam, &c. Illi ergo penetrant domos, qui cum astutia volunt scire secreta conscientia, vt decipiant alios. Eccle. 13, Ex multa loquela tentabit te, & subridēs interrogabit te. Nihilominus tamē illis qui curam habent licet inquirere statum conscientia. Prouer. 17, Diligenter agnosce vultum peccatoris tui, tuōsque greges considera. Deinde cum dicit [Et captiuas ducunt.] ostendit eorum astutiam. Et primò tangitur eorum malitia, quia abducunt à libertate & statu gratia. Iaco. 1, Qui autem propegerit in lege perfectae libertatis, &c. Et ducunt in statū seruitutis, qui est status peccati. Psalm. In conuertendo dominus captiuitatem Syon, &c. Hoc enim nomen captiuitatis importat. Esa. 5, Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Secundò ostendit in quas personas exercēt malitiam, quas describit primò à fragilitate sexus: secundò ex malitia conuersationis: tertio ex vanitate affectionis: quarto ex defectu discretionis. Quantum ad primum dicit [Miraculas.] quae sunt minoris discretionis & sexus fragilioris. Et dicit, Mulierculas, qui magnae dominae habent aliquos consiliarios, vnde non possunt seduci. Sed hae sunt tali auxilio destitutae. Mar. 23, Comeditis domos viduarum. Mach. 1, Captiuas duxerūt mulieres, &c. Quantum ad secundum dicit [Oneratas peccatis.] Peccatum est onus, quia non permittit liberè incidere, nec erectum esse & stare, sed incuruat. Psalm. Sicut onus graue grauatā sunt super me. Et ideo istas specialiter decipiunt, quia peccatum parat viam seductioni. Item quia malae sunt timent resistere, ne perdantur. Quantum ad tertium dicit [Quae ducuntur variis desiderijs.] i. aprae sunt vt seducantur propter varia desideria quae habent. Iaco. 1, Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Et ideo prima mulier fuit seducta, quia non stetit constanter in verbis domini, sed dixit, ne forte moriamur. Eccle. 6, Ne respicias mulierum multiuolam. Quantum ad quartum dicit [Semper discentes, & nunquam, &c.] Curiositas semper noua nititur querere, & non vult insistere. Vnde dicit, Semper discētes. Prouer. 9, Mulier clamosa, &c. Tamen hoc quod dicit, Semper discētes, potest reduci ad penetrantes domos. Deinde cum dicit [Quomodo autem.] ostendit nocumentum quod afferunt praeteritis, nocumentum resistendi earum doctrinā: & inducit exemplum de Exodo vbi magi Pharaonis resistunt Moysi, quia à principio mundi semper fuit pugna inter veritatem & falsitatem. 2. Pet. 2, Fuerunt verò & pseudo prophetae in populo sicut & in vobis, & cetera. Sed in Exodo isti magi non nominantur, sed hic sic quod forte habuit ex aliquibus verbis Iudaeorum [ita & resistunt veritati.] scilicet quam nos praedicamus. Iob 24, Ipsi fuerunt rebelles lumini. Actuum 17, Semper

Semper spiritui sancto resistitis. Consequenter cum dicit [Homines, &c.] ostēdit eorum defectum in fide, & in opere. In opere homines reprobi. Glo. In operibus. i. qui per opera sua se reprobos ostendunt. Hierem. 6, Argentum reprobum vocate eos. Item in fide corrupti mente. i. potentia rationali. Vnumquodque enim tunc dicitur corruptum, quando deficit à propria virtute. Propria autem mentis perfectio est cognitio veritatis. Vnde dicitur corruptus mente qui deficit à cognitione fidei. Consequenter cum dicit [Sed vltra.] ostendit quomodo artantur: & primò ostendit eos esse impediendos: secundò docet modum impediendi, ibi [Insipientia.] Sciendum est autem circa primum quod voluntas nocendi est homini à seipso, sed potestas nocendi est à deo permittente. Et deus non permittit vt noccat quantum vult malus, sed imponit terminum. Iob 38, Et hic confringes rumentes fluctus tuos. Sic & diabolus non laedit. Iob nisi secundum quod permittit fuit à deo. Sic Arius non nocuit in ecclesia, nisi quantum dominus permittit. Apocal. 7, dicit angelus, Nolite nocere terrae & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos dei in frontibus, & cetera. Et dicit [Vltra.] scilicet, quā deus permittit non proficiunt. Modus impediendi est vt tollatur eorum pallium & occultatio quae sunt tollenda, quia nocent. Iob 41, Quis reuelabit faciem indumentis eius, &c. Et ideo dicit [Insipientia eorum manifesta erit] deo detegente, quando illuminabit abscondita, &c. vt dicitur 1. Corin. 4, [Sicut & illorum.] scilicet, magorum Pharaonis, quae fuit manifesta, quia non potuerunt facere signa. Deinde cum dicit [Tu autem, &c.] ostendit idoneitatem Timothei ad resistendam huiusmodi periculis. Et primò ostendit quod erat idoneus ex institutione Apostoli: secundò ex experientia scripturarum, ibi [Ab infantia.] Item primò ostendit quomodo erat instructus sufficienter ab Apostolo: secundò quomodo vniuersaliter instrui ab alijs poterat, ibi [Omnis qui, &c.] Circa primum primò ostendit quomodo instructus erat verbo: secundò quomodo exemplo, ibi [Propositum.] Sed sciendum est quod verbò aliquis instruitur dupliciter: vno modo de veritate agnoscenda: alio modo de iustitia operanda. Quantum ad primum, dicit [Tu autem affectus es meam doctrinam.] id est, instructus es in fide catholica: ideo bene potes vitare eos. Quantum ad secundum, dicit [Meam institutionem.] Institutio est eruditio quae est de aliquibus agendis quae subduntur operationi humanae. Philip. 4, Vbi que & in omnibus institutus sum. Item quomodo institutus erat exemplo. Et primò quantum ad bona agenda: secundò quantum ad mala toleranda, ibi [Patientiam.] In bonis faciendis ponit duo. Primum est intentio recti finis. Et quantum ad hoc dicit [propositum.] quod est de fine. Sa. 8, Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuandum. Et ad hoc peruenitur per bona opera, quae deriuantur à tribus virtutibus, scilicet, fide, spe, & charitate. Et primò ponit fidem, cum dicit [Fidem.] Hebra. 11, Sine fide impossibile est placere deo. Secundò spem, cum dicit [Longanimitatem] quae in longum expectat, 2. Corin. 6, In longanimitate. Tertio charitatem, cum dicit [Dilectionem.] 1. Io. 3, Qui non diligit, manet in morte. Deinde de malis tolerandis instruit eum quantum ad tria, ea reducendo ad memoriam. Primò patientiam quam habuit. Item mala quae sustinuit. Item diuinum auxilium quod sibi affuit. Primò ergo ponit [patientiam] quae opus perfectum habet. & primò ponit patientiae materiam, scilicet [persecutiones] in generali. Math. 10, Si vos persequuntur in vna ciuitate, fugite in aliam. Item in specialibus, cum dicit [Passiones] quas, scilicet, passus est in proprio corpore. 2. Cor. 11, Ter virgis caesus sum, &c. Tertio in particulari, cum dicit [Qualia facta sunt mihi Antiochia, &c.] Act. 16, & 17, Iudei persecuti sunt eum praesente Timotheo. Sed affuit diuinum auxilium. Et ideo dicit [Et ex omnibus eripuit me dominus.] 2. Cor. 1, Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Lectio 3.

Tomnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur: Mali autem homines & seductores proficient in peius: errantes, & in errorem mittentes. Tu vero permane in his quae didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didicisti. Et quia ab infantia sacras literas nosti, quae te possunt instruere ad salutem, per fidem quae est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum, ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus.

Supra proposuit Timotheo in exemplum persecutiones quas ipse passus fuit. Et ne videatur ipse solus per huiusmodi passiones transisse, ostendit eas esse communes sanctis. Et primò docet quomodo sancti patiuntur hic defectus poenales: secundò quomodo mali proficiunt per defectum culpae, ibi [Mali autem homines.] Dicit ergo, Persecutiones sustinui, & non solum ego, sed & omnes. Pie sumitur dupliciter, quandoque pro virtute pietatis ad cultum diuinum, supra eodem, Habentes speciem pietatis. Quandoque pro misericordia ad proximum. 1. Timoth. 4, Pietas ad omnia valet. [Omnes ergo qui pie volunt viuere in Christo, &c.] id est, volunt obseruare cultum religionis Christianae. Timoth. 2, Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc saeculo, & cetera. Et tales [persecutionem patientur] & maxime in primitiua ecclesia, quando Christus vndique impugnabatur à Iudaeis & Gentibus. Et ideo Ioan. 16, Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare deo. Math. 24, Eritis odio omnibus Gentibus propter nomen meum. Item omnes qui pie volunt, &c. id est, volunt per fidem Christi seruare misericordiam ad proximum, necesse est eos persecutionem pati, & si non ab extra, quando, scilicet, compatiuntur defectibus proximorum, quorum culpas & poenales vident. 2. Cor. 11, Quis scandalizatur, & ego non vror, &c. 2. Pet. 2, Habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Psalm. Vidi praueficantes, & cetera. Item sunt aliae persecutiones quae sanctis omnibus deesse non possunt, scilicet: carnis, mundi, & demonis: quia vt habetur Galat. 5, Caro concupiscit aduersus spiritum, Rom. 7, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Psalm. Multae tribulationes iustorum. Deinde cum dicit [Mali autem homines.] ostendit quod mali incidunt in peiora mala. scilicet, culpa. Dicit, mali in se, in quantum peccatis inhaerent. Math. 21, Malos male perdet, &c. [Et seductores.] scilicet, in proximorum nocumentum, in quantum seorsum ducunt eos à via veritatis, quae communis est. Rom. vlt. Per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Sed isti non contenti malis quae fecerunt [proficient in peius.] Apo. vi. Qui fordidus est, fordescat adhuc. Sed contra, supra eodē, vltra non proficiunt. Dicendum est quod qui proficiunt in peius, sunt permisi à deo: vel hic quod proficiunt in peius ex intentione malitiae eorum quae semper

est ad malū: sed secundum providentiā diuinā prohibentur, ne possint implere quod cōperunt. Proficiunt autem in peius mali in seipsis, in quantum errant circa veritatem. Matth. 22, Erratis nescientes scripturas, neque virtutē dei. Item opere errant, & hoc modo omnes mali errant. Prou. 14, Errant omnes qui operantur malū. Item in proximis, quia seductores. Vnde dicit, In errorem mittentes, iudendo. s. quod possint per prosperitates venire ad regnū calorum, contra illud supra, Qui piē volunt, &c. Et Esa. 3, Populū meus qui beatum te dicit, ipsi te decipiunt. ¶ Deinde cum dicit [Tu verò,] monet eum, vt maneat in sua institutione. Et hortatur eum tripliciter. s. ex parte doctoris, ex parte ipsius Timothei, & ex parte eorum quae accipit. Dicit ergo, Affecutus es meam doctrinā, &c. vt supra: ergo [permanet in his.] Ecclesi. 10, Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locū tuum ne dimiseris. 1. Cor. 15, Stabiles estote, & immobiles. Dicit ergo [Quae didicisti, & credita sunt tibi.] quia quilibet Christianus discit quae fidei sunt: & haec est doctrina salutaris. Ioan. 6, Omnis qui audiuit à patre meo, & didicit, venit ad me, &c. Sed specialiter documenta fidei sunt credita praelatis, in quantum debent aliis ea dispensare. Gal. 2, Cum vidissent quod creditū est mihi euangelium praeputii. Et quare oportet permanere? Quia ego à magistro scientiā habui qui errare nō potuit. 2. Corinthior. 13, In me loquitur Christus. Et ideo in his firmiter permanet: Sciens à quo didiceris, quia à Paulo, qui non ab homine, neque per hominem didicit, &c. Gal. 2, Secundū ex propria cōditione. Turpe enim est homini nutrito in bono à pueritia, in senectute deficere. Eccl. 26, Qui transgreditur à iustitia ad peccatū, deus parauit eum ad rōpheam. Timotheus autē sic fuit nutritus, Prou. 22, Adolefcens iuxta viā etiam cum feuerit, non recedet ab ea. Vnde dicit [Ab infantia.] Et dicit [Sacras literas nosti.] quia literas veritatis flammēti quas didicit ab infantia, quia filius mulieris iudaeae. Act. 16, Vnde mater sua fecit eum crudiri in eis: quod est contra Manicheum: quia Apostolus verus testamentum hīc nō minit, sacras literas, quae non possunt intelligi de nouo testamento, quia ab infantia sua non erat edoctus literas noui testamenti. Tertiū ex parte eorū, quae accipit, & est tertia ratio. Nam si aliquis habet aliquā sciētiam in qua nō est vtilitas, deserit eam & transit ad aliam. Sed si scientia est valde vtilis, stultum est eam dimittere. Et primū facit rationem cōcundū manifestat eam. ibi [Omnis scriptura.] Dicit ergo, Dico quae accepisti literas sacras, quae non sunt conuendenda, quia sunt vtilēs. Esa. 43, Ego dominus deus tuus docens te vtilia. Vnde subdit, dicēs [Quae te possunt instruere.] Ioan. 6, Domine ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes. Ioā. 5, Scrutamini scripturas, in quibus putatis vitam aeternā habere, illae sunt quae testimonium perhibent de me. Et haec literae te possunt instruere ad salutem: sed non nisi [per fidem quae in Christo Iesu] Rom. 10, Finis enim legis est Christus ad iustitiam omni credēti. Hab. 11, Sine fide enim impossibile est placere deo. ¶ Rationem autem manifestat, dicens [Omnis.] Vbi ostendit quae sacrae literae sunt via ad salutem. Et tria ponit. Nam cōmendat scripturas ratione principii, ratione effectus vtilis, & ratione vltimi fructus & profectus. Si enim consideres eius principium, habet privilegium super omnes: quia aliae sunt traditae per rationem humanā, sacra autem scriptura, est diuina: ideo dicit [Scriptura diuinitus inspirata.] 2. Petr. 1, Non enim voluntate humana, allata est aliquando propheta, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Iob 32, Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Sed dices quomodo non alia omnis scriptura diuinitus inspiratur, cum secundum Ambrosium, omne verum à quocumque dicatur, à spiritu sancto est? Dicendū est quod deus dupliciter aliquid operatur. s. immediatē, vt proprium opus, sicut miracula. Aliquid mediatis causis inferioribus, vt opera naturalia. Iob 10, Manus tuae domine fecerunt me, &c. Quae tamen sunt operatione naturae. Et sic in homine instruit intellectū & immediatē per sacras literas, & mediatē per alias scripturas. Effectus huius scripturae est duplex. s. quia docet cognoscere veritatem, & suadet operari iustitiam. Ioan. 14, Paraclētus autem spiritus sanctus docebit. s. cognoscenda, & suggeret operanda. Et ideo vtilis est ad cognoscendam veritatem, & vtilis est ad dirigendum in operatione. Est enim ratio speculatiua, & est etiam ratio practica. Et in vtroque sunt duo necessaria. s. quod veritatē cognoscat, & errorē refellat. Hoc enim opus, est opus sapiētis. s. nō mentiri, & mentientem refellere. Quantum ad primum dicit [Vtilis est ad docendum.] s. veritatem. Ps. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Quantum ad secundum subdit [Ad arguendum] Tit. 1, Vt sis potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Item quantum ad practicum sunt duo necessaria. s. vt reducat à malo, & ad bonum inducat. Psal. Declina à malo, & fac bonum. Quātum ad primum, dicit [Ad corripiendum.] quod est corripere à malo. Mat. 18, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solū. Iob 5, Beatus homo qui corripitur à domino. Quātum ad secundum, dicit [Ad erudiendum in iustitia.] Et haec omnia sacra scriptura facit. Esa. 8, In manu forti erudiuit me, &c. Si ergo quadruplex est effectus sacrae scripturae. s. docere veritatem, arguere falsitatem, quantum ad speculatiua: scribere à malo, & inducere ad bonum, quantum ad practica: vltimus eius effectus est, vt perducat homines ad perfectum. Non enim qualitercumque bonum facit, sed perficit. Hab. 6, Ad perfectionem feramur. Et ideo dicit [Vt perfectus sit homo dei.] quia nō potest homo esse perfectus, nisi sit homo dei. Perfectum enim est, cui nihil deest. Tunc ergo homo est perfectus, quādo est instructus, id est, paratus [ad omne opus bonum,] non solū ad ea quae sunt de necessitate salutis, sed etiā ad ea quae sunt supererogationis. Bonū autem facientes, non deficiamus. Galat. vltimo.

Caput 4.

Cū testando, monet T. vt in ista doctrina, & subdit rationem ex malitia suū vt dicitur ex officio T. cui predicare incumbat.

Testificor coram deo & domino Iesu Christo qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius & regnū eius: predica verbum, in ista opportune, importune argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim scripturae quidem audiri auerent, ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac euāgelisā, cui seruum tuum imple, sobrius esto. ¶ Praemissis periculis temporum nouissimorum, & idoneitate Timothei ad resistendum: hīc ostendit quomodo resistat. Et primū ponitur monitio: secundū eius necessitas, ibi [Erit enim.] Item primū ponitur eius cōtestatio: secundū admonitio, ibi [Predica verbum.] In contestatione sunt duo consideranda. s. corā quibus contestetur, & per quem. Contestatur autem coram duobus. s. coram eo qui est nostra beatitudo, & coram

eo qui nos in beatitudinem introducit. Beatitudo autem nostra deus est. Psal. Beata gens cuius est dominus deus eius. Et ideo dicit [Testificor corā deo.] i. testem inuoco deum quae hāc monitionē faciam. Hic enim testis non decipitur. 2. Cor. 1, Ego autem deum testem inuoco in animā meam. [Et Christo.] cuius est introducere in beatitudinem. Ro. 1, Per quem & accessum habemus per fidem in gratiam istā. Vel aliter introducit quidem, quia ipse iudicaturus est viuos & mortuos. Et tunc viuos dicit illos, qui viui reperitur in aduentu eius, qui morientur quidam. s. quia in modico tempore resurgent, dicuntur viui. 1. Thessa. 4, Nos qui viuimus: qui resedui sumus in aduentu domini, nō proueniemus eos qui dormierūt. Vel viuos dicit bonos. s. qui viuūt vita gratiae, & mortuos, malos. 1. Io. 3, Qui nō diligit, manet in morte. Et hos etiā iudicat. Act. 10, Ipse est qui constitutus est à deo iudex viuorū & mortuorum. Sed cum Christus sit deus, quomodo vritur hīc hac copula coram deo & Christo? Respondeo. Potest dici quod dicitur coram deo. s. patre & Christo. i. filio. Pater enim est fons diuinitatis. ¶ Deinde cum dicit [Et per aduentum, &c.] contestatur per duo desiderabilia sanctis. Primū est aduentus Christi. Lu. 12, Similes hominibus expectatibus dominū suum quando reuertatur à nuptiis. Apoc. vlt. Veni domine Iesu. Secundū est regnū eius. Mat. 6, Adueniat regnū tuum. Regnat quidem secundū potestatem generalem super omnem creaturam. Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra: Sed & specialiter spiritualiter in sanctis regnat in presenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Qui sancti nō sunt de hoc mundo. Ioan. 18, Regnū meum non est de hoc mundo. Sed hoc regnū hīc inchoatur, & in futuro cōsummabitur quādo omnia regna ei subiciuntur & volentia & nolentia Psal. Donec ponam inimicos tuos, &c. ¶ Consequenter cum dicit [Predica verbum.] ponitur monitio & hoc vt in ista doctrina, quae est duplex. Vna ad omnes quam ponit primū. Alia ad aliquos, & hanc ponit secundū, ibi [Argue.] Item primū monet eum ad generalem doctrinam exequendam: secundū docet modū. Dicit ergo [Predica verbum.] s. euāgelii. Mar. vlt. Euntes in mundum predicare euāgelium omni creaturā. In predicatione duo sunt. s. denūtiatio veritatis, & instructio ad mores. Et haec duo debet praedicator facere. Luc. vlt. Incipies à Moyse, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, &c. Modus est instantia & continuatio. Vnde dicit [Insta opportune, importune.] 2. Cor. 11, Instantia mea quotidiana, &c. Sed dicit, Importune. Contrā. Eccle. 10, Ex ore fatui reprobabitur parabola, nō enim dicit illam in tempore suo. Item Prou. 15, Sermo opportunus optimus est. Dicendum est quod praedicator secundū veritatem, semper debet predicare opportune, sed secundum existimationem falsam audientium debet predicare importune, quia praedicator veritatis semper est bonis opportunus, & malis importunus semper. Io. 8, Qui ex deo est, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Eccl. 6, Quam aspera est nimitū sapientia in doctis hominibus. Si homo enim vellet hāc seruare opportunitatem vt solū diceret his qui volūt audire prodesse tātū iustis, sed oportet quod aliquādo etiam praediceret malis vt cōuertantur. Et ad hoc additur, importune. Esa. 58, Clama, ne cesses, &c. ¶ Consequenter cum dicit [Argue.] ponitur doctrina in speciali, quam primū ponit: secundū modum, ibi [In omni patientia.] Instituens autem aliquem specialiter potest eum instituire. Vel de pertinētibus ad fidem: putā vt doceat veritatem: & remoueat errorem. Et quantum ad hoc primum dicit [Argue.] s. errores. Tit. 2, Argue cū omni imperio. Vel de pertinentibus ad bonos mores, & ad hoc debet inducere aliquādo bonum, & superiorē, & tunc debet placidē & benignē monere. Vnde dicit [Obsecra.] 2. Tim. 4, Seniores ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Gal. 6, Vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Et specialiter si nō peccat ex malitia. Si autem instruat vel instruat malū, debet eū increpare. Ideo dicit [increpa.] Tit. 1, Ob quam causam increpa illos durē, vt sani sint in fide. Iob 5, Increpatio domini ne reprobes. Sed quis modus? [In omni patientia] ne iratus appareas, & ex ira instruas, sed trāquillē. Pro. 19, Doctrina viri per patientiā nōscitur. Psal. Bene patietes erūt, vt annūent. [Et doctrina.] s. de his quae ad fidē: & in his quae ad mores. Hic. 3, Pacēt vos in sciētia & doctrina. ¶ Deinde cum dicit [Erit enim.] ostendit necessitatē monitionis praemissae. Est autem triplex necessitas praedicatorū. Et prima ex parte audientium: secundā ex parte Timothei, ibi [Tu verò.] tertia ex parte Apostoli, ibi [Ego enim iam.] Circa primum duo faci: quia primum proponit necessitatem: secundū exponit dictū suū, ibi [Et à veritate.] Necessitas prima est auditorum peruersitas in audiendo, vt vtilia nolint audire, sed curiosa. Dicit ergo quantum ad primum, Insta, dum nolunt audire sanam doctrinam. Nam [erit tempus cū sanam doctrinam, &c.] quando erunt mali doctores. Act. 20, Ego scio quoniam lupi rapaces intrabunt in vos post discessionem meam. Vnde dicit, Non sustinebunt. i. erit eis odiosa vestra doctrina. s. Christi. Prou. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum. Alia peruersitas, quia volūt inordinatē audire curiosa & noxia. Prou. 1, Vsq̄que quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quae sunt sibi noxia cupiunt, & imprudentes odibunt scientiam? Ideo dicit. [Sed ad sua desideria coaceruabunt.] i. multiplicabunt, &c. Contra quos dicitur Iac. 3, Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. Et est coaceruatio quando indigni & insufficientes multiplicātur, & magis coaceruatio est si fiant quatuor indigni, quā si cētum boni: quia vt habetur, Sapi. 6, Multitudo sapiētium sanitas est orbis terrarum. Esa. 30, Loquimini nobis placentia. Et hoc est secundum sua desideria quia vnus vult audire vnum, alius alium, & sic querūt diuersos magistros. Et dicit [Magistros prurientes auribus.] s. auditores. Pruritus dicitur habere in pedibus qui nō vult quiescere. In auribus verò qui semp̄ audire vult noua inaudita & curiosa, & quando quod noxia. Act. 17, Atheniēses ad nihil aliud vacabāt, nisi aut discere, aut audire aliquid noui. Et ideo multiplicatur doctrina haeretica. Prou. 19, Aqua furtiua dulcior est, & panis absconditus suauior, &c. ¶ Consequenter cum dicit [Et à veritate.] exponit dictū: & primū exponit quod dixerat quod sanam doctrinam non sustinent, cum dicit [A veritate audi. auer.] Sana doctrina est quando non habet admixtam falsitatem, ergo sanam doctrinam non sustinent, dum veritatem non volunt audire. Osee 4, Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia dei in terra. Ioan. 8, Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Secundū quod dixerat, Coaceruabunt, &c. exponit cum dicit [Ad fabulas autem conuertentur.] Fabula est composita ex mixtis in quibus deficit veritas. Et talia homines habentes in auribus pruritus, volunt audire. 1. Timoth. 4. Ineptas & inanes fabulas deuota. ¶ Deinde cum dicit [Tu verò.] ponitur necessitas ex

¶ Deinde cum dicit [Reddet illi dominus, &c.] ponit pœnam eius futurâ. Sed nota q̄ non ponit verbū op-
tatiuū, reddat, sed dicit reddet: quia significatur pœnâ esse paratâ à deo, quod p̄uidebat Apostolus ex eius
pertinacia. Psal. Quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. Tum cum hoc quod reseruat̄ ei pœna in futu-
rum, ecclesia debet etiam eum punire ex cōmunicando. Vnde subiūgit [Quem & tu deuita]. i. tanq̄ hereti-
cum. Tit. 3, Hæreticū hominem post vnâ & secūdā correctionē deuita. Cuius etiâ dicti reddidit rationem,
dicens [Valde enim re. ver. no.] Act. 7, Vos semper spiritui sancto restitistis. ¶ Consequenter ponit negligē-
tiam nō iuuantiū eum: & primò reprehēdit eorum culpâ: secūdò petit eis veniâ, ibi [Non illis imputetur.]
Dicit ergo [In prima mea, &c.] Glo. dicit q̄ Apostolus sæpe cōtra Alexâdrâ prauē docet̄em pugnavit, &
in persona nullus ei affuit, sed hīc non videtur esse sensus eius, quia iste Alexâder non erat tantus, q̄ Apost.
indigeret aliis ad disputādum cum eo: sed dicēdum est q̄ sicut dicitur Act. 25, Paulus appellâs missus est Ro-
mâ: & ideo oportuit q̄ p̄sentaretur Cæsari, vt discuteretur missionis suę causa, & Iudēi venerūt cōtra eū.
Et hoc Apostolus appellat suam primâ defensionem. In qua discipuli desuerūt ei, timētes ne à crudeli Ne-
rone punirētur. Ecclē. 5, Respiciens eram ad adiutoriū hominum, & non erat. Esa. 63, Torcular calcaui so-
lus, & de gentibus non est vir mecū. Sed posset dici q̄ hoc fuit quia à principio nullus sciuit. Sed hoc est fal-
sum, immo ex quadâ pusillanimitate recesserunt. Psal, Elongasti à me amicum & proximū & nos meos à
misera. Iob 6, Fratres mei p̄rterierunt me, &c. Sed quia fecerunt ex infirmitate, orat pro eis, & non excō-
municat dicens [Non illis imputetur.] Lu. 6, Orate pro calūniantibus vos. ¶ Deinde cum dicit [Dominus
aurem.] Ostendit quid agitur circa eum ex parte dei, cuius auxilium primò ponit, secūdò huius effectū, ibi
[Et audiât.] Dicit ergo. Omnes me dereliquerūt, sed vbi deest homo, offert se de⁹. Psal. Quoniâ pater meus
& mater mea dereliquerūt me, dominus autē suscepit. Vnde dicit [Dominus mihi astitit]. i. ad adiuuādum
me. Hic. 20, Dominus mecum est tanq̄ bellator fortis. Psal. Prouidebâ dominum in cōspectu meo, semper,
quoniam à dextris est mihi ne cōmouear. Et quomodo? [Et confortauit me] fortitudinem animi dando, vt
non stupefcerem corâ Cæsare. Ezec. 3, Manus domini erat mecum, me confortans. Et hoc [vt per me, &c.]
Quod impletur quando ad plures diffunditur, & quando quod ore dicitur, opere impletur. Act. 9, Vas ele-
ctionis, &c. ¶ Deinde cum dicit [Et audiant.] ponitur effectus auxiliij diuini. Et primò quātum ad p̄rterita:
secūdò quātū ad futura: tertio agit gratias. Sed duplex est beneficiū circa p̄rterita. i. liberationis à culpa &
à pœna. Dominus mihi astitit, & ideo in illa vocatione liberatus fui, quia non fui condēnatus à Cæsare: sed
permissum est mihi q̄ irem quò vellē. Et ideo dicit [Et audiant omnes gētes] vt. i. alij secum cōfortentur ad
veniendum. Psal. Annuntiate inter gentes gloriâ eius. Et vt Iudæorū insultatio deprimeretur. Et subdit [Li-
beratus sum de ore leonis,] id est, de crudelitate Neronis. Prouerborum decimonono, Sicut fremitus leo-
num, ita ira regis. Prouerborum 28, Leo rugiens, & vrsus esuriens princeps impius super populum paupe-
rem. Secūdò liberatus fuit à culpa. Vnde dicit [Liberauit me dominus ab omni opere malo.] Aliqui verò
liberantur à pœna, incidētes in culpâ negationis à fide. Psal. Eripuit me dominus ab omni opere malo. Aliqui verò
hoc per deū. Sap. 8, Non possum esse continens nisi deus det. ¶ In futuro [saluum faciet.] Esa. 45, Israel salua-
tus est in domino salutē aeterna. Et dicit [In regnū caeleste.] Luc. 22, Ego dispono vobis sicut disposuit mihi
pater meus regnum, Mat. 5, Merces vestra copiosa est in caelis. Et ideo agit gratias [Cui gloria.] i. Ti. 1, Regi
seculorum. ¶ Deinde cum dicit [Saluta, &c.] iniungit ei aliorum saluationem: secūdò determinat
tempus veniendi. Dicit ergo [Saluta Priscam] i. quæ est mulier [& Aquilam] virum Priscæ quos p̄mittit,
quia forrē deuotiores [& Onesiphori domum.] Sed quare nō eum, sed domum? quia forrē mortuus erat: &
ideo saluat familiam. Vel forrē, quia erat cum eo Romæ. Determinans tempus veniēdi: primò ostendit ne-
cessitatem, secūdò p̄sequitur p̄positum. Necessitas est propter alios remanentes in aliis locis. Item pro-
pter turbationem maris. ¶ Deinde ponit personas salutantes, vt pater. Et modo consueto, ne corrumpatur
epistola, scribit manu suâ [Gratia vobiscum. Amen.]

Explicit deuotissima postilla sanctissimi doctoris Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædi-
catorum super secundam epistolam beatissimi Apostoli Pauli ad Timotheum.

Incipit pulcherrima expositio eius-
DEM ANGELICI DOCTORIS BEATI THO-
mæ de Aquino, ordinis fratrum prædicatorum, super
epistolam eiusdem gloriosi doctoris Gentium
Apostoli Pauli ad Titum.

PROLOGVS.



Sciat paterfamilias, &c. Luc. 12. Per patremfamilias significatur prælati ecclesiæ
propter tria, quæ debet exhibere. i. generationem ad fidem, eruditionem ad salutem,
custodiam ad securitatem. Primum quidē, quia sicut est vita corporalis per animam,
ita spiritualis per fidem. Abach. 2, Iustus autem meus, ex fide viuunt. Et sicut ad vitam
carnalem generatur quis per emissionem seminis corporalis, ita ad vitâ spirituales
per infusionem seminis spiritualis, quod est verbum dei. Mat. 13, & i. Corinth. 4, Per
euangelium ego vos genui. Item per eruditionem. Ecclē. 7, Filii tibi sunt, erudi illos.
Esa. 48, Ego dominus deus tuus docens te vtilia. Item per protectionem ad tutelam

Deut. 32. Circumcidit eum, & docuit, &c. ¶ Cuilibet enim prælati cōmittitur cura subditorum. 3. Reg. 20,
Custodi virum hunc, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Et Hēb. 13, Ipsi peruigilant quasi ra-
tionem redditori pro animabus vestris. Sed ad hāc gubernationem requiritur sciētia. Osee 4, Quia tu sciē-
tiam repulisti, & ego repellā te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et ideo dicit, Si sciret. Requiritur enim quòd
sciat. Item vltra eruditionē requiritur q̄ sit sollicitus. Ro. 12, Qui præest in sollicitudine. Lu. 2, Pastores erant
in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Ad custodiam verò forti-
tudo requiritur ad protegēdum. i. Mach. 3, de Iuda Machabēo, Induit se lorica, sicut gigas, & succinxit, se ar-
ma bellica sua in præliis, & protegebat castra gladio suo. Et ideo dicitur, Et nō siceret perf. do. suam. i. eccle-
siā. i. Tim. 3, Vt scias quomodo oporteat te cōuersari in domo dei, quæ est ecclesia dei. Hæc domus est dei,
sicut domini, & prælati sicut famuli. Hæb. 3, Moyses quidē erat fidelis in tota domo illius, tāquam famulus,
Christus verò tanq̄ filius in domo sua. Hæc perditur à fure. i. hæretico. Abdia cap. vnico, Si fures introif-
sent ad te, si latrones per noctem, quomodo cōticuisses? Qui dicitur fur, quia occultē venit & graditur in te
nebris. Vnde fur à furro dicitur, quod est obscurus: sic isti per obscura dogmata. Prou. 9, Aqua furtiua dul-
ciores sunt, & panis absconditus suauior. Item ex peruersa intētionē, quia intēdunt occidere. Io. 10, Fur non
venit nisi vt furetur, & macet, & perdat. Itē ex modo intrādi, quia nō per ostiū. i. Ioā. 4, Et omnis spiritus
qui soluit Iesum ex deo non est, & hīc est Antichristus, &c. Sic ergo ex p̄missis trahitur cōuenienter in-
tētio huius epistolæ, in qua Apostolus instruit Titum quomodo regat ecclesiam, vt patet in argumento.

Caput I.

Paulus seruus dei, apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum dei, & agnitionem veritatis, quæ secundum
pietatem est in spem vitæ aeternæ, quam promisit qui non mentitur deus ante tempora secularia: manifestauit autem
temporibus suis verbum suum in predicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei: Tito di-
lecto filio secundum communem fidem, gratia & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro.

In hac epistola
la monet et
instruit. A-
postolus de
constitutione
presbyterij, et
de spirituali
cōsolatione,
ac vitandis
hereticis cra-
dentibus ad huc
Iudaicis tra-
ditionibus:
et hic quidē
ponitur salu-
tatio.

Hæc epistola diuiditur in salutatoriam & epistolarem narrationem, ibi [Huius rei.] In prima primò po-
nitur persona salutans, quæ notificatur tripliciter. i. ex nomine, cum dicit [Paulus] quod significat humili-
tatem. i. Corinth. 15, Ego sum minimus Apostolorum, & cæter. Item ex conditione: cum dicit [Seruus]. Psal.
Domine ego seruus tuus. Contra. Ioan. 14, Iam non dicam vos seruos. Respondeo, Sancti quandoque di-
cuntur serui, quandoq; non, sed filii. Duplex enim est seruitus. Vna est ex timore, quæ non cōpetit filiationi
dei, sed cōdiuiditur cōtra eam. Ro. 8, Nō accepistis spiritū seruitutis iterū in timore, &c. Alia ex amore quæ
cōsequitur filiationem dei. Et ratio huius distinctionis est, quia liber est qui est causa sui, qui operatur quod
vult: seruus verò est, qui est causa alterius. Sed triplex est causa quæ est principiū operis. i. finalis, formalis,
& efficiens. Si ergo propter causam finalem, sic omnes sancti sunt serui dei, quia propter deū faciunt. i. Co.
10, Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriā dei facite. Et hoc est ex amore, à quo
procedit q̄ omnia operemur propter deum. Si verò propter causam mouētē quæ est extrinseca, & cōpel-
lit, sic est seruitus timoris, & est malorū. Si propter causam formalem, sic est habitus inclinans: & sic quidā
sunt serui peccati, quidam serui iustitiæ: quia secundum habitum inclinatur ad malū vel ad bonum. Item ex
authoritate, cum dicit [Apostolus]. Luc. 6, Elegit. i. super omnes fideles, duodecim ex ipsis, quos etiam Apo-
stolos nominauit. Ephe. 4, Primū quidē Apostolos. Et describitur primò ab authore, cum dicit [Iesū Chri-
sti.] quia ab ipso est electus. Gal. 1, Non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christū, &c. Item
quia solū Christū annūtiabat. 2. Cor. 4, Nō enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christū dominum
nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum. Item quia legatus Christi cuius autoritate vtebatur. 2. Co.
5, Pro Christo ergo legatione fungimur. Ephe. 6, Legatione fungor in catena. 1. Corinth. 2, Si quid donauit
propter vos in persona Christi. Item secūdò describitur ex idoneitate: nam Apostolus, est annuntiator.
Mat. 28, Docete omnes gentes, &c. Doctor autem debet habere fundamētum doctrinæ, & doctrinæ perfe-
ctionem. Primum pertinet ad quemlibet: secundum verò pertinet ad prædicatores, & ad doctores. Et sicut
in aliis sciētis sunt principia, sic in hac sunt articuli fidei qui innotescunt cuilibet fidei secūdum lumen in-
fufum, & articuli sunt fundamenta fidei, quæ est substantia rerum sperandarum, &c. Hæb. 11, Et ideo dicit
[Secundum fidem electorum dei.] Item requiritur perfectio doctrinæ. Vnde dicit [Et agnitionem verita-
tis.] Duplex autem habetur cognitio veritatis. i. perfecta in patria. i. quando videbimus faciem ad faciem, &
imperfecta per fidem quam habent sancti. Ioan. 8, Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Sed cui-
us veritatis? In agnitionem eius quæ est secundum pietatem] Religio enim & pietas secundū Tulliū, sunt
partes iustitiæ: & differunt, quia religio est cultus dei. Sed, quia deus non solū est creator, sed etiam & pa-
ter, ideo non solū debemus ei cultum vt creatori, sed amorem & cultum sicut patri. Et ideo pietas quan-
doque pro cultu dei sumitur. Iob 28, Ecce pietas ipsa est sapientia secundum aliam translationem, vbi nostra
sic habet, Ecce timor domini ipsa est sapientia. ¶ Tertio describitur ex fine, & primò ponit ipsum finem: se-
cūdò eius dignitatē ibi [Quam promisit.] Finis autē est spes vitæ aeternæ, quia & si Moyses possit dici Apo-
stolus, quia à domino missus, Exo. 4, sed tamen non in spem vitæ aeternæ, sed terræ Eucii & Amorrhæi: sed
Paulus est Apostolus in spem vitæ aeternæ. Ioan. 6, Hæc est voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui
videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo, &c. i. Petr. 1, Regenerauit nos in
spem viuâ. Rom. 5, Gloriamur in spe gloriæ filiorū dei. Promissio autem hæc, est firma dupliciter: primò ex
parte promittentis. Vnde dicit [Qui non mentitur.] Deus enim veritas est, cuius cōtrarium est mēdaciū.
Num. 23, Non est deus quasi homo vt mentiat̄ur. Secūdò ex diuino proposito dādi. Vnde dicit [Ante tem-
pora secularia.] Seculum secundum Philosophum est mensura durationis vniuscuiusq; rei. Tēpora ergo secu-
laria, sunt tempora distincta secundum diuersas successiones rerum: quasi dicat, antequā tempus successiui
inciperet esse. Et quia incepit hoc tempus cum mundo, ideo fuit ante principium mundi. Alia licet habet,
æterna. i. antiqua. Sic enim aliquando accipitur æternum. i. antiquum. Vel æterna non secundum veritatem,
sed secundum imaginationē. Et ante ista promisit hoc, quia hæc sunt successiua. Sed p̄mittere, est verbo nuū

tiare suam voluntatem de dando. Et deus ab æterno protulit verbū suum in quo erat, vt sancti haberent vitam æternā. Eph. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem. ¶ Confirmantur autē hæc spes ex manifestatione promissionis. Vnde dicit [Manifestauit autem suis temporibus, &c.] Et describitur hæc manifestatio tripliciter. Primò ex tempore, vnde manifestauit quādo verbū suum incarnari constituit. Vnde dicit [Temporibus suis]. i. tempore congruo quo homo esset conuictus de superbia, & per quam peccauerat. Et sic primò medicus conuincit egrotū, vt cum cōgruentius sanet. Homo enim superbiebat de scientia, sed cōuictus est de ignorantia ante tempus legis vbi peccauit in idololatria, & vitiiis contra naturā. Item de virtutibus & de his conuictus est tempore legis. Gal. 4. At vbi venit plenitudo tēporis misit deus filiū suum, &c. Item secundò describitur ex modo, quia per publicā prædicationem. Mar. vlt. Euntes in mūdum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Vnde dicit [In prædicatione]. i. Corin. 9. Dispensatio credita est mihi. Item tertio ex actore. Vnde dicit [Secūdm præceptum, &c.] Mat. 1. Ipse enim saluum faciet populū suum à peccatis eorum. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meū, &c. ¶ Persona salutata ponitur, cum dicit [Titus]. quem describit tripliciter. Primò ex nomine: secundò ex dilectione: tertio ex filiatione. Filius ergo est per dilectionem & fidem quæ debet esse cōmunis, vt idipsum dicat omnes. Et ideo dicit [Cōmuncem fidem]. quæ etiam dicitur catholica. i. vniuersalis. Vnde dicitur Eph. 4. Vna fides, vnus dominus, &c. ¶ Bona verò optata sunt [gratia & pax]. Hæc sepe coniūgit, quia omnīū spiritualium donorū principiū est gratia: & pax, finis. Psal. Qui posuit fines tuos pacem. [à deo, &c.]

Quia Paulus non poterat omnia ubique exequi per se ipsum, ideo dicit se dimisisse Titum Crete, pro pastore ad corrigendum, & ad ordinandū episcopos per ciuitates ad resistendum hereticis, & sic dicitur quales debet esse episcopi in vita.

Huius rei gratia reliquit te Crete, vt ea que desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui. Si quis sine crimine est, vnus vxoris, vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuria, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem.

¶ Accedit ad narrationem: & sicut dictum est, intendit munire ecclesiā contra hereticos. Et primò monet Titum quod alios instruat ad resistendum hereticis. Secūdo docet quomodo ipse eis resistat, ibi [Tu autem loquere]. cap. 2. Item primò monet vt instruat episcopos, qui hereticis resistant: secundò ostendit necessitatem huius cōmissionis, ibi [Sunt enim multi]. Itē primò, ponit cōmissionem Tito factā de instituendo episcopo. Secundò ostendit quales debent esse episcopi, ibi [Si quis sine crimine]. Tertio manifestat quæ dixit, ibi [Oportet enim]. Quia ergo Apostolus habuit vniuersalem cōmissionem ecclesiæ Gætium, & nō poterat solus per se omnia exequi, ideo dicit [Huius rei gratia reliquit te Crete]. in Crete. i. insula, vt loco Apostoli, ecclesiæ Crete officium pastorale gerat. Prou. 18. Frater qui iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Sed quod dicit [Vt quæ desunt, corrigas]. Videret quod deberet dicere, suppleas. Respondeo: Dicendum est quod glo. sic supplet, vt omnia quæ sunt in malis corrigas: & quæ desunt in bonis, addas. i. Theol. 3. Impleamus ea quæ desunt fili dei vestra. Vel dicendum est quod est quoddā peccatum omissionis, & quoddā transgressions, & vt vtrūque indiget correctione. In sanctis autem & perfectis, sicut Titus fuit, non abundauerunt transgressiones: & ideo nō dicit, transgressiones corrigas, sed quæ desunt. i. omissiones. [Et constituas presbyteros]. i. episcopos. Vnde inferius, dicit, Oportet episcopū, &c. Er vtitur indifferenter nomine episcoporum & presbiterorum. Vnde sumptit occasionem hereticus, qui ambiuit episcopatū, quem quia nō poterat adipisci, diuisit se ab aliis, & multa falsa docuit. Inter quæ dixit quod episcopi in nullo differunt à sacerdotibus, quod est contra Dionysium in lib. de ecclesiast. hierarchia. Vtitur ergo Apostolus eodē nomine in vtroque; per identitatē rei, quia presbiter dicitur senior. Item, quia pertinet ad superiores episcopum cōstituerē, licet eum canonici eligant. Et dicit, Constituas, non in villis, sed [per ciuitates]. sicut enim in republica reges sunt tantum in ciuitatibus, sic in spirituali regimine episcopi. i. Pet. 2. Regale sacerdotium. Item debent seniores esse. Ecclesia. 10. Vah tibi terra, cuius rex est puer, & intellige senes nō solum ætate, sed & moribus. Numer. 11. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel quos tu nosti, quod senes sint populi ac magistri, &c. Item secundū feram ecclesiæ. Vnde dicit [Sicut ego disposui tibi]. Prou. 3. Fili mi ne effluant hæc ab oculis tuis. ¶ Deinde cum dicit [Si quis sine crimine]. describitur eos tripliciter. i. quantum ad seipsos, quantum ex parte vxoris, & ex parte filiorū. De primò dicitur [Sine crimine]. Si quis talis erit. i. Ioann. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus. Dicendum est, quod aliud est crimen, aliud est peccatum. Peccatum dicitur quodcunque, siue magnum, siue paruum, siue occultum. Crimē autem magnum & infame. Psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Et postea subdit, Qui ingreditur sine macula, &c. Non quod qui mortaliter peccat post baptismum, non possit eligi. Sed quod eligendus, non sit infamis. Quoad secundum, dicit [Vnius vxoris virum]. Quod orientales sic exponunt. i. quod non habeat simul duas vxores, sicut quorundam est consuetudo. Sed secundum hoc non esset necessarium quod Apostolus hoc diceret: quia secundum leges Romanas, quibus Apostolus scribebat, etiā ante fidem nō licebat simul habere plures vxores. Item 1. Tim. 5. dicit de vidua, quæ fuit vnus viri vxor, & tamen nunquā licuit quod vna plures viros simul posset habere. Et hoc modo vult istud etiā de vidua. i. quod non habuerit nisi vnum virum. Sed Hieron. dicit oportere quod vnā tantū vxorē post baptismū habuerit, & quod non est vis si ante baptismum alias habuisset. Sed Aug. & Ambros. dicunt quod per baptismum delerunt omnia crimina, sed quod per baptismum, matrimonium non delerit: ergo secundum hoc dicendum est & rectius, quod vnā tantū, & non plures licet habuisse ante vel post. Secundum quosdam autem ratio huius est, quia signū esset incōtinentiæ si plures habuisset. Sed hoc non est verum: quia nihil reputaret si plures habuisset meretrices, quæ sunt magis incontinentes. Sed est alia ratio aliorum significatio. i. quia ipse est dispensator sacramentorum, & ideo nullus defectus sacramentorum debet esse in eo: sed sacramentum matrimonii est significatiuum coniūctionis Christi & ecclesiæ, ergo vt signū respondet signato: sicut Christus est vnus, & ecclesia vna, sic & hic: quod quidem deficeret si episcopus plures vxores habuisset. In veteri autem lege, Patriarchæ significabant coniūctionem hanc, non vt coniūctam Christo, sed coniūgendam, & cum ecclesia erat futura ex multis. Ideo tunc non vna, sed plures habebantur. Et ideo multitudine vxorū ipsorum hoc significabat. Quātum autē ad tertium. i. ex parte filiorū, subiungit, dicens [Filios habēs fideles, nō in accusatione luxuria, &c.] Episcopus enim cōstituitur, vt superintendat: & qui cōstituitur ad

aliquid debet esse exercitatus in illo, alias nō prudēter institueretur. Præsumitur autē esse bene exercitatus, si bene alios rexit. Episcopus autem constituitur ad tria. Primò vt fidem doceat. Mat. vlt. Docete omnes gētes, &c. Et ideo dicit [Fideles]. Secūdo requiritur quod populū, instruat ad virtutes. Eccl. 7. Filij tibi sunt, erudi illos: peccata autem lasciuia magis abstrahunt à virtute. Eccl. Lasciuus & imprudens non seruauit tēpus. Et ideo dicit [Non in accusatione luxuria]. i. Reg. 3. Hely condemnatur, quia filios de hoc non correxit. Tertio oportet quod pertinaces corrigat. Vnde dicit [Aut nō subditos]. i. nō obediētes. Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. ¶ Deinde cum dicit [Oportet enim]. exponit quod dixit: & primò quod dixit [Sine crimine]. Secūdo sine quibus debet esse, ibi [Non superbum]. Causa autem primi est, quia debet dispensare diuina. Eccl. 10. Secundū iudicem populū, sic ministri eius. Psal. Ambulans in via immaculata, hic, &c. ¶ Deinde cum dicit [Non superbum], ostendit à quibus debet esse immunis: & primò ostendit à quibus criminibus. Secundum quibus virtutibus luceat, ibi [Hospitalitem]. Pætorum autem quædā sunt carnalia, quædā spiritualia. De primis nō facit mentionem, quia omnino debent mundi esse ab eis. Eph. 5. Fornicatio autē & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Sed tantū de spū. ualibus, quæ sunt quædam, quorū duo nō habent locum in prælatis. i. inuidia, quod est peccatum paruulorū. Iob 5. Paruuli occidit inuidia in summo. Item nec accidia, quia omnia ei ad votū succedunt, sed superbia, quia est in summo, & ira & cupiditas occasione tēporalium, quorum est dispensator. Quātum ad primū, dicit [Nō superbum]. Pla. Superbo oculo & insatiabili corde. cū hoc nō edebam. Eccl. 3. 2. Receptorē te posuerūt, noli extolli, &c. Quātum ad secundum: primò excludit irā, cum dicit [Nō iracundum]. Secūdo incidit irā, quod est vinum, dicens [Nō vinolentum]. Prou. 23. Cui suffosio oculorum, nōne his qui cōmorantur in vino? &c. Tertio sequela iræ, quod est percussio. Ideo dicit [Nō percussorem]. i. nō crudelem. Esa. 60. Corpus meū dedi percussoribus. Vel, nō percussorem. i. non percussorē conscientias aliorum prauis moribus. i. Cor. 8. Et percussorē conscientiam corū infirmā. Quātum ad tertium, dicit [Non turpis lucri cupidum]. i. Tim. 3. Non turpe lucrum sectātes. Sap. 15. Sed æstimauerunt lusum esse vitam nostrā, & cōuersationem vitæ cōpositam ad lucrum, & oportere vnde cunq; etiam ex malo acquirere. Deinde ponit bona quæ debet habere. Et primò quæ pertinent ad cōuersationem vitæ. Secūdo quæ ad veritatem doctrinæ, ibi [Amplectentem]. Et patent omnia.

LECTIO 3.

Amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana: eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobediētes, vaniloqui & seductores, maxime qui de circuncisione sunt: quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis propriis ipsorum propheta, Creteneses semper mendaces, mala bestia, ventres pigri. Testimonium hoc verum est.

¶ Supra docuit qualem oportet esse episcopū in vita: hic ostendit qualem oportet esse in doctrina. Et primò ostendit quod ad ipsum requiritur diligentia studij. Secūdo ponit materiam studij. Tertio eius utilitatem. Quātum ad primū dicit, [Amplectentem]. Aliquid enim amplectens, illud diligenter cōstringit, & amplexus ex dilectione fit. Oportet enim eum scientiæ inherere cum amplexu. i. firma adhesionē animi & cordis dilectione. Sap. 6. Preoccupat eos qui se concupiscunt. Prou. 4. Arripe illā & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. ¶ Materia studij nō debent esse fabulæ, nec temporalia, sed sermo fidelis. i. verus. Psal. Fidelis dominus, &c. Vel sermo fidelis. i. fidei, in qua oportet episcopū instrui. Sed aliqui studēt in eis dupliciter, vt. i. ad scāt. solum & opererentur. Sed hoc nō sufficit episcopo, sed oportet vt & alios instruat. Et ideo dicit [Qui secundum doctrinā est]. i. Tim. 4. dicitur, Nemo adoleſcentiā tuā contēnat, sed esto exemplum fidelibus in verbo, in cōuersatione. Utilitas, est facultas exequendi officium suum. ¶ Officiū autē prelati est, sicut pastoris. Io. vlt. Pascite oues meas. Pastor verò duo habet facere. i. pascere gregem. i. Pet. 5. Pascite qui in vobis est gregem dei. Item arcere lupum. Sic & episcopus pascere debet per doctrinam veram. Hic. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascant vos scientia & doctrina. Et ideo dicit vt sit potens exhortari in doctrina. ¶ Non dicit, vt exhortetur, sed vt potens sit exhortari. Quod est quādo habet in proprio exhortationis quādo est necesse exequi. Quod figuratur Exodi 25. Per vinctes in circulis archæ vt archa possit portari. Luc. vlti. Potēs in opere & sermone. Et dicit [Sana]. i. ab omni corruptione falsitatis. infra 2. Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam. i. Theol. 2. Exhortatio nostra non fuit de errore, neque de immunditia, &c. Item vt custodiant contra hereticos. Et ideo dicit [Et eos qui contradicunt arguere]. i. conuincere, & hoc per studiū factæ scripturæ. i. Tim. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum. Iob 6. Nec contradicam sermonibus sancti. Et hæc duo secundum Philosophum pertinent ad opus sapientis. i. non mentiri de quibus nouit, quātum ad primum: & mentientem manifestare post se, quantum ad secundum. ¶ Consequenter cum dicit [Sunt enim multi]. ponit necessitatem doctorum. Et primò ex parte falsorum doctorum. Secūdo ex parte malorum auditorum, ibi [Dixit quidam]. Circa primum, duo facit quia primò describit conditionem falsorum doctorum, Secūdo peruersitatem studij ipsorum, ibi [Qui vniuersas]. Item primò ostendit eorum conditionem. Secūdo docet remedium contra eos, ibi [Quos oportet]. Conditionem ostendit quadrupliciter. Et primò ex numero, cum dicit [Multi]. Ecclesia. 1. Stultorum infinitus est numerus. Secūdo ex vitio inobediētiæ, cum dicit [Etiam inobediētes]. quantum ad deum & suos superiores. Rom. 1. Parentibus nō obediētes. i. Reg. 15. Peccatū inobediētiæ, sicut idololatria dicitur esse. Tertio ex vaniloquio, cum dicit [Vaniloqui]. i. quo ad se. Psal. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Sap. 13. Vanī sunt homines in quibus non subest scientia dei, & præcipue vani sunt heretici, ideo subiūgit dicens [Seductores]. i. quo ad inferiores. 2. Tim. 3. Mali homines & seductores, &c. Quarto ex loco, cum dicit [Maximè qui de circuncisione]. qui cogebant homines iudicare. Phil. 3. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. ¶ Contra quos ponit remediū. Non enim sunt tollerandi, quia corruperetur populū & imputaretur pastor, Ez. 13. Non ascendistis ex aduerso neque opposistis muram pro domo Israel, &c. Tim. 4. Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Et ideo dicit [Quos oportet redargui]. ¶ Deinde cum dicit [Qui vniuersas, &c.]. describit horum studium: & primò describitur ex damno quod inferunt. Secūdo ex falso quod docent. Tertio ex lucro quod concupiscunt.

Ostenditur qualis in doctrina debet esse episcopus & necessitas doctrinæ, in se nullo modo condicio falsorum doctorū & eo vñ studium.

Dammum est, quasi vni. do. subuertunt.] Doctrina enim catholica publice proponitur in ecclesia, sed haereticis latenter: & ideo quaerunt laribula. Prou. 9, A qua furtiua dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ideo circueunt per domos, vt seducant praecipue mulieres. 2. Tim. 5, Ex his sunt qui penetrant domos & ca-
 ptiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.] Docentes quae non oportet.] i. vana & inutilia: nec quaerunt lucrum spirituale, sed temporale. Et ideo addit Turpis lucri gratia.] i. temporalis, vel propria gloria. Sap. 15, Sed astimauerunt lusum esse vitam nostram & conuersationem vitam compositam ad lucrum, & oportet vnde
 cunq; etiam ex malo acquirere.] Deinde cum dicit Dixit quidam.] describit auditores, quia isti erant Creten-
 ses, & ad hos refert hoc opus. Et primo ostendit conditionem. Secundo dat remedium, ibi Quam ob cau-
 sam.] Circa primum describit conditionem per testimonium.] Secundo confirmat. Dicit ergo, Tales
 sunt doctores, sed & auditores sunt similiter seducibiles iuxta testimonium cuiusdam poetae eorum.] Epime-
 nidis. que hic Paulus dicit eorum prophetam. Vbi nota qd propheta aliquis dicitur, qui a deo illuminatur se-
 cundum intellectum ad cognoscendum aliqua supra communem cognitionem. Nu. 12, Si quis fuerit inter vos, p-
 pheta domini, in visione apparbo ei. vel per somnium loquar ad illum. Itē qui exponit prophetias eodem spi-
 ritu, & eodem modo quo sunt traditae. Item qui profert aliquid propheticum. Vnde potest profert aliquid pro-
 pheticum ex quodam interiori instinctu etiam praeter suum intellectum. Ioan. 11, Caiphas cum erat pontifex, pro-
 phetauit. Non enim prophetauit secundum suam intentionem qui dicebat expedire cum mori, intelliges sic,
 ne seduceret populum. Nihilominus tamen fuit motui ad id dicendum per spiritum. Et hic modus prophe-
 tandi est apud illos qui accipiunt primum verbum aliquorum pro homine, quod etiam fit a daemionibus. Et di-
 citur Proprius.] quia proprie describitur eorum conditiones.] Deinde cum dicit Cretenfes.] proponit testimo-
 nium, & nota eos de tribus.] de corruptione rationalis, cum dicit Semper mendaces.] Psal. Perdes omnes
 qui loquuntur mendacium. Item de corruptione irascibilis, cum dicit Male bestia.] i. crudelis: bestia dicitur
 tur, quasi vestra, quia crudelis sunt. Prou. 28, Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum
 pauperum. Et dicit male, quia secundum Philosophum in politicis, Homo quando secundum rationem operatur,
 est optimi animalium: sed quando declinat ad malitiam, est pessimi: quia si declinat propter crudelitatem, nul-
 la bestia ita est crudelis. Vnde dicit qd decies milies est peior malus homo qm mala bestia. Itē de corruptione
 concupiscibilis, cum dicit Vires pigri.] i. pigritiam habentes ex vtre: erat enim gulosi, & tales quaerunt quietem.
 Luc. 12, Anima habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe epulare.] Confir-
 mat autē testimonium, cum dicit Testimonium, &c.] Glo. Per hoc intelligimus qd doctor sacre scripturae acci-
 pit testimonium veritatis, vbi cunq; inuenit. Vnde Apostolus in pluribus locis recitat dicta Gethilium, sicut in 1.
 Cor. 15, Corruptunt bonos mores colloquia mala. Item Act. 17, In ipso vitiumus, mouemur & sumus. Nec
 propter hoc approbatur tota eorum doctrina, sed eligitur bonum, quia verum a quo cunq; dicatur, est a spi-
 ritu sancto, & respicitur malum. Vnde dicitur Deut. 21, In figura huius, qd si quis viderit puellam in numero ca-
 pitiorum, debet praecidere vngues & capillos. i. superfluitates.

Non est ma-
 liu accipere di-
 ctu gentiliu
 pro confirma-
 tione verita-
 tis.

Dicit esse re-
 prehendendos
 Cretenfes pro
 venedio iam
 distorū, osten-
 dendo quod ci-
 bi legales se
 habeant ad
 bonos, & quod
 ad malos.

Aut sic obe-
 diendi māda
 nis hominū.

Quam ob causam increpa illos dure, vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum aut
 sanctorum se a veritate. Omnia munda mundi coinquanatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt
 eorum & mens & conscientia. Confitentur se posse deum factis autem negant, cum sint abominati, & increduli
 les, & ad omne opus bonum reprobi.

Posita conditione Cretenfis populi: hic ponit remedium; & primo ponit remedium reprehensionis: se-
 cundo assignat doctorum rationem, ibi Omnia munda.] Circa primum tria facit: quia primum hortatur Titum
 ad reprehendum eos: secundo reprehensionis finem ostendit, ibi Vt sani.] Tertio docet debitum modum
 ad finem, ibi Non intendentes.] Dicit ergo, Cretenfes sunt male bestia, quibus.] debetur flagellū,
 & castigatio. Et ideo increpa illos dure.] Prou. 6, Via vita, increpatione. Psal. Increpa feras arundinis. Sed co-
 tra 2. Tim. 4, In omni patientia. Respondeo duplex est ratio exhortationis huius. Vna ex parte eorum qui re-
 prehenduntur. Cretenfes enim duri & pertinaces erant, & ideo dure eos reprehendi iubet, non autem Ephesi
 quorum archiepiscopus erat Timotheus. Alia ex parte reprehenduntur, quia & Titus fuit lenis & mansuetus:
 & ideo inducitur quasi ad contrarium sed Timotheus erat rigidus, & ideo inducitur ad patientiam.] Deinde
 cum dicit Vt sani sint in fide.] agit finem reprehensionis. Nam homo est sanus in quo non est corruptio. Et sic
 sanus est in fide, qui in nullo habet eam corruptam. Horum autem fides vitabatur per haereticos. 2. Corin. 11,
 Timeo ne sicut serpens Euā seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate, que
 est in Christo Iesu. 1. Tim. 6, Si quis autē aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu
 Christi, &c.] Modus perueniendi ad sanitatem est si vitent errores Iudaicorum. Vnde dicit Non intendentes
 Iudaicis fabulis.] In lege enim erant duplicia documenta fidei.] scilicet quaedam circa credenda. Item quaedam mādata
 religionis quae erant seruanda circa cultum dei, Et prima vocat fabulas. Secunda, mādata hominum, & non
 dei. Ex quo videtur qd condēnet verus testamentum, vt dicit Manichaeus. Sed qd dicit, fabulis, potest referri
 ad eorum narrationes, praeter doctrinam legis, quae sunt fabulosa, vt Thalmuth. 1. Tim. 1, Ne intenderet fa-
 bulis & genealogiis interminatis. Vel ipsa doctrina quae fuit olim veritas, nunc secundum quod ipsi intelligunt,
 sunt fabulae, sicut illud Esa. 7, Virgo concipiet, &c. fuit veritas: sed nunc quia ipsi dicunt adhuc hoc esse implē-
 dum, est fabulosa. Item mādata hominum possunt intelligi, non quae sunt in lege Moysi, sed traditiones
 seniorum. Mat. 15, Sed nūquid mādata hominum non est obediendum? Respondeo qd sic: quādiu non auertunt
 a veritate dei. Et ideo subdit Auerfantium se a veritate.] 2. Tim. 4, A veritate quidem auditum auertent,
 &c. Simile habetur Mat. 15, Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Simile dicitur
 Mat. 7, Vel dicendum est qd mādata quae sunt in lege dei, sunt facta mādata hominum. Quando enim ser-
 uatur in signum futurae veritatis, sunt mādata dei: sed quando volunt ea seruare postquam corpus nostrum mor-
 tuū est legi, sunt mādata hominum.] Deinde cum dicit Omnia munda.] in speciali ostendit doctorū rationem
 quomodo auertunt se a veritate, & quomodo dicunt fabulas, & mādata hominum: quod est praecipue de
 discretionem ciborum secundum legem, quam pseudo quidā dicebant esse seruandam. Et ideo primo ostendit
 quomodo hi cibi habent se ad bonos: secundo quomodo ad malos, ibi Coinquanatis autem.] Dicit ergo,

Non intendentes Iudaicis fabulis, de cibis: quia omnia.] i. cibaria sunt munda mundis.] Sed infert, Ergo adulterium est mundum mundis. Respondeo dicendum est quod non: quia ex hoc ipso quod adulterium est, immundat. Sed sunt munda mundis illa quae de se non immundant. Ad haec Matthaei quinto, Ea quae intrant in os, non coinquanant hominem: ergo omne quod intrat in os mundum est. Sed duplex est obiectio. Vna quod Leuitici vndecimo dicitur, quod quando aliquod animal non ruminat, vel non scindit vngulam, est immundum. Respondeo secundum Augustinum contra Faustum: Aliquod est immundum, vel secundum rei naturam, vel secundum significationem: puta si hoc nomen, stultus, secundum se fumatur, in quorum est vox quaedam, sic non est immundum, sed bonum. Si verò secundum significationem, quia significat defectum sapientiae, & sic habet immunditiam. Actus autem illius populi erant actus prophetici. Vnde porcus secundum quod res quaedam, non est immundus, sed secundum quod significat hominem voluptatibus se inuoluentem. Sed nunc veritate veniente cessant, & vtuntur cibis homines secundum suam naturam. Alia quaestio est qd Act. 15, mandauerunt Apostoli, qd abstinerent se a suffocato: ergo videtur qd non sit licitum, hoc comedere: non ergo omnia munda mundis. Respondeo: Aliqui credunt qd illud mandatum intelligatur ad literam, & quod obligat vsq; modum, vt apud Graecos, & etiam aliquando apud Latinos. Aliqui autem dicunt, qd non intelligitur secundum literam, sed secundum mysterium, vt per sanguinem intelligatur homicidium, & a suffocato. i. oppressio pauperum. Et hoc bonum est, sed non est tota ratio praeccepti: & ideo dico qd ad literam est praecceptum, & tamen non obligatur. Quaedam enim prohibentur quia mala sunt, & haec simpliciter sunt vitanda. Aliqua verò quae non sunt mala simpliciter, sed pro tempore, & haec sunt seruanda existente causa. Et haec Apostoli prohibuerunt, non quia mala secundum se, quia Mat. 15, dicit dominus contrarium. Sed ratio erat, quia conuersi erant quidam ex Iudaeis, quidam ex Gentibus: & ideo oportebat ad hoc qd vnus populus ex eis fieret, quod vni condescenderet alius, vt Iudaeis, quibus abominabile erat comedere sanguinem & suffocatum, condescenderetur. Et ideo ad seruandam pacem, instituerunt Apostoli hoc esse seruandum pro tempore illo.] Deinde cum dicit Coinquanatis] ostendit quomodo se habent ad malos: & circa hoc tria facit: quia primo ostendit hoc secundum assignat causam, ibi Sed inquinata.] Tertio manifestat per signum, ibi Coinfitentur.] Dicit ergo, Cibi isti mundi sunt mundis, sed immundi coinquanatis. i. his qui habent conscientiam coinquanata.] Eccl. 13, Qui tergerit picem inquinabitur ab ea.] i. qui habent malam fidem. Esa. 21, Qui incredulus est, infideliter agit. Sed nunquid facit peccator & infidelis immundum elemosynam? Dicendum est qd Apostolus non ponit affirmatiuam, sed negatiuam. Vnde non dicit omnia, sed nihil mundum eis, quod est verum: quia nihil eis perfecte mundum est: quia nihil est mundum in actibus, nisi in finem debitum ordinatum sit. Isti autem sunt extra finem. Sed nunquid aliquid est eis mundum? sic. Sed contra: quia omne quod non est ex fide, peccatum est. Dicendum est qd malum nunquam corrumpit totum bonum. Impossibile enim est quin in peccatore quolibet sit aliquid bonum.] i. naturae, etiam in demoniis: quando ergo peccator facit aliquid bonum secundum quod est peccator & infidelis, totum est peccatum ex radice. Sed si quid facit ex principio alicuius boni quod habet, vt fidei informis, vel naturae, non est immundum. Et ideo signanter dicit, Coinquanatis & infidelibus. i. in quantum sunt huiusmodi. Comedebant enim contra conscientiam, & errabant in fide. Et ideo quod de natura sua est mundum, fecerunt sibi immundum. Cuius causa est, quia causa actuum eorum est immunda.] i. voluntas & intellectus, quae sunt in eis deprauati. Vnde dicit, Sed inquinata sunt eorum & mens.] i. per infidelitatem, & conscientiam.] i. per peccatum. Baruc. 3, Quid est Israel, qd in terra inimicorum est, inueterasti in terra aliena, coinquanatus es cum mortuis, &c.] Deinde cum dicit Coinfitentur, &c.] ostendit fidem per signum. Si enim aliquis dicat qd corū dicta sunt vera, immo qd habent fidem vnus dei & confitentur eum, hoc excludit. Et primo ostendit bonum quod erat in eis.] i. quod confitemur.] i. labiis exterioribus.] i. nosse deum.] Esa. 29, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Hie. 12, Propes tu ori eorum. Secundo ostendit defectum interiore: & primo quatum ad praesentia: secundum quatum ad futura, ibi Incredibiles.] Quo ad praesentia, quia negant eum factis.] Qui enim peccat in quantum est de se, negat eum factis: quia qui confitentur deum, confitentur & eius potestatem.] i. qd est ei obediendum. Et ideo si non obedit peccato, negat factis, quod confitentur ore. Sed dicitis quicunq; negat deum, est infidelis: peccatores negant deum factis, ergo, &c. Respondeo sicut habes scientiam in vniuersali, potest errare in particulari: ita habens fidem in vniuersali, in particulari tamen agibili corrumpitur, propter corruptionem affectus. 1. Tim. 5, Fidem negauit, & est infideli deterior. Quomodo autem quo ad futura deficiunt, Certe quia non solum negant, sed sunt indispositi ad redeundum ad deum.] Sunt enim tria per quae homo redit ad deum.] scilicet dei gratia. Rom. 5, Iustificati gratia ipsius. Secundo est fides. Act. 15, Purificans fide corda eorum. Tertium, exercitium boni operis. Rom. 2, Factores legis iustificabuntur. Haec tria excludit ab ipsis: primo gratiam, ibi Cum sint abominati.] id est, non accepti ad gratiam. Secundo fidem, cum dicit Incredibiles.] i. non apti ad credendum. Ezech. 2, Increduli & subuerfores sunt tecum. Tertio tertium, quia ad omne opus bonum reprobi. i. reprobandi. Hie. 6, Argentum reprobum vocate eos.

Caput 2.
 Vt autem loquere qua decet sanam doctrinam. Senes vt sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatice, non multo vino seruientes: bene docentes, vt prudentia deceant. Adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum dei. Iuuenes similiter horiare, vt sobrii sint.

Superius Apostolus instruit Titum quales ministrus instruat ad arcendum haereticos: hic docet quid ipse circa eos faciat, Et primo proponit hoc in generali: secundo distinguit per partes, ibi Senes.] Dicit ergo, Ita dixi qd oportet episcopos constituere: sed ne credas qd tu sis propter hoc alienus a cura, immo maior debet esse tibi sollicitudo ad instruendum. Ideo tu autem loquere qua decet sanam doctrinam.] i. per que fides incorrupta edificatur. supra 1, Vt sis potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.] Deinde ostendit idem per partes: & primo ponitur doctrina sana contra peruersitatem vitae: secundo contra haereticos & errores, ibi Stultas autem quaestiones.] Circa primum duo facit: quia primo instruit, singula

Instruitur
 Titus, & in
 eo oēs qd i doce
 ve sanā doctri-
 nā, & quō, et
 de quibus do-
 ceant senes, et
 viros quō mu-
 lieres, contra
 vitē peruersi-
 tatē, & idem
 de iuuenibus,
 & haec quo

ad liberos, &
de de. v. v. v.
verbali.

las cōditiones hominum. Secundo generaliter omnes, 3. cap. ibi [Admone illos.] Iterū prima in duas, quia primò ostendit quomodo instruat liberos: secundò quomodo instruat seruos, ibi [Seruos.] Item primò ostendit quomodo instruat liberos verbo: secundò quomodo exemplo, ibi [In omnibus te ipsum.] Circa primum duo facit: quia primò ostendit quomodo instruat senes: secundò quomodo doceat iuuenes, ibi [Adolescentulas.] Item prima in duas: quia primò ostendit quomodo instruat senes: secundò quomodo anas feminas, ibi [Anus.] Sciendum est autem quod quaedam bona sunt ad quae senectus disponit, quae primò ponit: secundò quaedam bona quibus senectus contrariatur: & haec secundò ponit, ibi [Sani in fide.] Inter bona verò ad quae senectus disponit. Vnum est contemptus delectationum. Aliud est perfectio sapientiae & prudentiae. Disponit quidem senectus ad contemptum delectationum. Iuuenū enim corpora feruent naturali calore, ex quo concitatur iuuentus ad delectationes corporales, quae praecipue consistunt in cibis & potibus, & venereis. Sed ad vitandum haec disponit senectus. Senes enim sunt mortificati. 2. Reg. 19, Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suauem vel amarum? Et ideo dicit [Vt sobrii sint.] quātū ad cibos & potus: [& pudici.] quātū ad venerea. Gene. 18, Postquā consenui & dominus meus vetulus est, voluptati operā dabo. Sed si senectus ad hoc disponit, quare hoc monet? Respondeo aliquando contingit ex magna peruersitate quod senex reducitur ad puerilia peccata. Esa. 67, Puer centum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit. Et duplex est ratio quare hoc contingit. Aliter enim ad hoc mouetur senex, aliter iuuenis. Iuuenis enim incitatur ad haec ex instinctu passionis, sed senex ex electione, propter duo, Nullus enim vult esse sine delectationibus, & tātō plus appetit eas, quātō maiores molestias sentit. Senex autem patitur multa in cōmoda & defectus naturae. Et ideo quādo non habet spirituales delectationes, quarit corporales. Secūda ratio est, quia iuuenis quandoque refrenatur per pudorem: senes autem secundum Philo sophum sunt inue recundi, quia sunt antiqui & multa experti. Iuuenes autem vani & vercundabiles naturaliter: & ideo refrenantur, sed non senes. Item senectus disponit ad prudentiam propter experimētum longi temporis. Iob 12, In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Eccl. 21, Quam speciosa veterani sapientia, & gloriosus intellectus & consilium, corona senum multa peritia. Vnde subdit [Prudentes.] Cōtingit tamen aliquādo senem esse fatuum. Eccl. 21, Senem fatuū & insensatum. Et hoc est ex duobus quod senex est fatuus, prudentia enim acquiritur per exercitiū: quādo ergo in iuuentute se in bonis nō occupat, sunt in senectute imprudentes. Eccl. 21, Quae in iuuentute tua non congregasti, quomodo inuenies ea in senectute tua? Itē alia ratio est, quia in iuuentute quādoque affluūt voluptatibus, & maximē superfluitate ciborū: & ideo deficit eorū cerebrū. Prou. 20, Luxuriosa res est vinū, & tumultuosa ebrietas, quicunq; hic delectatur, nō erit sapiens. Deinde ponit ea ad quae cōtrariatur senectus: & primū est fides: secundū dilectio: tertium patientia. Quātū ad primū, dicit [Sani in fide.] quia sine ea impossibile est placere deo. Heb. 11, Sed quod aliqui nō sunt sani in fide, maximē in aliquo nouo quod proponitur senibus credendum, cōtingit ex duobus. Primò quod senes non sunt firmi in aliquo nouo propter praesumptionem sapientiae: & ideo non credūt aliis. Iob 12, Et senes sunt in nobis. Item quia naturale vitium senum est quod sunt incredibiles: quia sunt experti se saepius esse deceptos. Et ideo loquuntur semper p̄ cū, forē vel ferē, aduerbiis tēperatiui modi, & dubitatiui modi. Incredulitas autem repugnat fidei. Esa. 1, Qui incredulus est infideliter agit. Quātū ad secundum dicit [In dilectione.] Et hoc ideo, quia plenitudo legis est dilectio. Et monet ad hoc propter duo. Primò quia in senibus parum est amicitiae, quia amor nutritur per cōiūctum. Nullus autem vult diu conuiuere cum tristibus. Senes autem sunt tristes, & ideo non est cum eis amicitia. Item quia senes diligunt propter vilitatē tātūm, sicut iuuenes propter delectabile. Senex enim indiget sustentatione. Quātū ad tertium, dicit [In patientia.] & monet ad hoc propter tria. Primò quia senes multa mala sine incōmoda circūueniunt: & ideo indigent patientia cōtra turbationes. Alia ratio est: Senes enim viuunt in memoria multorū: vnde semper dicunt antiqui, Iuuenes autem viuunt in spe magnorū: & ex hoc senes dupliciter ad impatientiam mouētur propter bona. scilicet quae habuerūt, & carent eis: vnde Boetius, Sūma miseria est fuisse felicē. Trea. 1, Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suae praeruaricationis omnī desiderabiliū suorum, quae habuerat ad diebus antiquis. Item quia viuunt in memoria, contingit quod aliqui qui modò eos despiciunt, aliquādo fuerunt peiores: & ideo turbātur. Iob. 30, Nunc autem deridēt me iuniores tempore, quorum patres non dignabar ponere cum canibus meis. Tertia ratio est, quia quātō senex appropinquat ad finem vitae, tantō magis desiderat viuere. Vnde vidēs se deficere, magis tristatur. Deinde cum dicit [Anus.] docet qualiter vetulae instruantur. Et primò docet qualiter instruantur in vita: secundò in doctrina. Item primò qualiter in habitu: secundò qualiter in victu. Tertio quomodo in verbo. Quātū ad primum, dicit [In habitu sancto.] i. carentes lasciuia & pompa. Et hoc conuenit omni mulieri. 1. Pet. 3, Quarum nō sit extrinsecus capillatura, aut circūdatio auri, aut indumenti, vestimentorūque cultus, &c. 1. Tim. 2, Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in torris crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste praetiosa, &c. Sed specialiter anas hoc seruare debent: quia iuuenularum est propter viros suos modestē se ornare: quod intel ligitur simpliciter de omni motu corporis. Eccl. 19, Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Quātū ad secundum dicit [Non criminatrices.] Duo enim sunt in senes. Vnum quod cōmune est senibus. scilicet quod sunt suspiciosi, quia viderunt multa mala, quae similiter praesumunt de aliis. Item in mulieribus specialiter sunt zelotipa, & vtrūque contingit in verula, quia ratione araris est suspiciosa: ratio ne sexus, est zelotipa. Ecclesiastici vigesimosexto. In muliere zelotipa flagellum linguae omnibus comunicans. Et ideo, Non criminatrices. Quātū ad cōiūctum, dicit [Non multo vino seruientes.] Et de viris dixit. Vt sobrii sint. Et dicitur, non multo, quia quandoque vtuntur eo propter frigiditatem earum. Quātū ad doctrinam dicit [Bene docentes.] Contra. 1. Corint. 14, Mulieres in ecclesiis taceant, non eis permittitur loqui, sed subditas esse. 1. Tim. 2, mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permittitur. Respondeo dicendum est quod doctrina publica quae fit in populo, interdicitur mulieribus: sed priuata, quae quis familiam docet, ei conceditur. Prou. 31, Visio qua eruditur eum mater sua, & Prou. 4, Nam & ego filius fui patris mei: tenelus & vnicigenicus coram matre mea, & docebat me, atq; dicebat, &c. Et bene dicit

[Vt prudentiam doceat] magis ad anas, quā ad viros: quia quandoque docent fabulas aniles, magis quā proficua, & etiam quia magis ipsae conuertuntur cum pueris & cum familia quā viri. Deinde cum dicit [Adolescentes.] ostendit qualiter instruat iuuenes: & primò ostendit qualiter instruat iuuenes feminas: secundò qualiter mares iuuenes, ibi [Iuuenes similiter.] Item prima in tres: quia primò ostendit qualiter se habeant ad personas coniunctas: secundò ad seipsas: tertio ad subiectos. Quātū ad primum dicit [Vt viros suos ament.] Viro enim debetur amor. Prou. 12, Mulier diligens corona est viro suo. Eccl. 21, In tribus beneplacitū est spiritui meo, &c. & infra, Vir & mulier bene sibi consentientes. Vel sic, vt prudentiam doceat adolescentulas & viros, &c. Sed prima expositio est melior. [Et filios diligat.] hoc est naturale. Esa. 49, Nūquid potest mulier obliuisci infantem suum, vt nō misereatur filio vteri sui. Et nota quod dicit, Vt viros amet & filios diligant: quia ad viros est amor feruentior, sed ad filios naturalior. Sed quātū ad seipsas, tria dicit. Vnum quo ad rationem. scilicet [prudentes.] Prou. 19, Domus & diuitiae dātur a parentibus, a domino autem proprie vxor prudens. Et hoc necessariū est, quia iuuentus earum & sexus cōtrariatur prudentiae. Aliud quātū ad cōcupiscibilem. scilicet cum dicit [Castas.] Tertium verò quātū ad irascibilem, cum dicit, [Sobrias.] Eccl. 26, Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Sed quātū ad subiectos, primò ponit curā eorum: secundò modū: tertio rationem assignat. De primò dicit [Domus n. ha.] Prou. 14, Sapiens mulier aedificat domum suam: insipientes verò instructa quocumque destruet manibus. In cura autem sunt duo obseruanda mulieri, sunt enim vt plurimum iracunda. Eccl. 23, Non est ira super iram mulierum. Et ideo dicit [Benignas.] q. d. Cum māsuetudine regat. Aliud est, quia quādo mulier potestatem habet, nititur in cōtrarium viro suo. Eccl. 21, Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo: ideo dicitur [Subditas viris suis.] Vnde dicitur Gen. 3, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et hoc ideo [vt nō blasphemetur verbū dei.] i. nō deus occasione blasphemandi. Et omnia haec notātur Tob. 10. Vbi dicitur quod Raguel & Sara mouerunt filiam suam honorare foceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domū, & seipsam irreprensibilem exhibere. Cōsequenter ostendit qualiter doceat mares iuuenes. scilicet [Vt sobrii sint.] quod repetit: quia ebrietas est principium vitiorum. 1. Pet. 5, Sobrii estote, &c.

lectio 2.

In omnibus te ipsum praebere exemplum bonorum operum: in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum sanum, irreprehensibile: vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes: sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus.

Admet P.
Titū vt se
praebet exem
plū bene viuē
di: & quō da
ceat seruos se
habere in or
dine ad suos
dominos.

Supra Apostolus Titum docuit de quibus instruat subditos liberos. Et quia non tantum verba profunt, sed etiam exempla: ideo docet vt se exemplum praebet. Primò generaliter: secundò specialiter, ibi [In doctrina.] Tertio rationem huius assignat, ibi [Vt quis ex.] Dicit ergo, Quia aetate iuuenis est praebere in exemplum omnibus bonorum operum. Praeterea enim debet esse quasi forma existens discipulis. 1. Cor. 11, Imitatores mei estote: sicut & ego Christi. Ioan. 13, Exemplum dedi vobis, &c. Deinde cum dicit [In doctrina.] ponit specialia in quibus debet se praebere exemplum: primò ostendit quis debeat esse eius actus. scilicet in doctrina. Vnde dicit [In doctrina.] Hoc enim est proprium praetati. Hier. 3, Dabo vobis pastores iuxta cor meū & pascent vos scientia & doctrina. Et ei maximē conuenit, vt qui habeat alios episcopos sub se, vt dicitur supra 1, Episcopos cōstituas, &c. Ideo debet alios docendo, eis exemplum doctrinae praebere. 1. Tim. 4, Attēde tibi & doctrinae. Itē monet eum quātū ad vitam: & primò declinare a malo. Esa. 1, Quiescite agere per uerū. Et ideo dicit [In integritate.] per incorruptionē: sicut enim corpus perdit integritatē per corruptionē mēbrorū suorū, ita aīa per corruptionē peccati. In praetato autē est integritas sensus per prudentiam, affectus per charitatem, corporis quae castitatē. 1. Tes. 5, Integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in aduentu dñi nostri Iesu Christi seruetur. Secūdo quod sit grauis quātū ad bona quae cū charitate fiunt. Graue autē duo habet, vnū quia descendit, & secundum hoc vituperatur. Psa. Filij hominū vsquequo graui corde, &c. Aliud est quod est stabile & firmum. Et ideo illi dicuntur graues, qui non de facili mouētur a bono: ita hīc cū dicit [In grauitate.] & hoc commendatur. Psa. In populo graui laudabo te. Deinde ostendit qualis debet esse eius doctrina & verbum. Et dicit quod debet esse [sanum.] i. non corruptum falsitate. 2. Tim. 1, Formam habe sanorum verborum quae a me audisti in fide, &c. Prou. 17, Non decet principem labium mentiens. Item quantum ad modum, cum dicit [Irreprensibile.] i. vt proferatur tempore suo, & cum omni decencia & prouocatione ad correctionem. Eccl. 20, Ex ore fatui reprobatur parabola. Non enim dicit illam in tempore suo. Finis autem doctrinae est [vt is qui ex aduerso est vereatur, &c.] q. d. Si omnes bene se habeant, scilicet praetati & subditi, aduersarij non possunt vobis nocere. 1. Pet. 2, Sic est voluntas dei vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. 1. Tim. 5, Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Deinde cum dicit [Seruos.] docet qualiter instruat seruos: & primò facit hoc: secundò eius rationem assignat, ibi [Apparuit.] Circa primum tria facit: quia primò inducit seruos ad subiectionem: secundò determinat modum eius, ibi [In omnibus.] Tertio ostendit necessitatem doctrinae huius, ibi [Vt doctrinam.] Dicit ergo, Admone seruos dominis suis [subesse.] 1. Pet. 2, Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed & discolis. Col. 3, Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, &c. Idem dicit Ephes. 6. Et quare monet hoc tam frequenter Apostolus? Respondeo, non sine causa. Heresis enim incēpit apud Iudaeos, quod serui dei non deberent seruire hominibus, & ex hoc etiam deriuatum est in populo Christiano, quod dixerūt quod per Christum filij dei facti, non deberent esse serui hominum. Sed Christus per fidem non venit tollere ordinem iustitiae, immo per fidem Christi iustitia seruatur. Rom. 3, Iustitia autem facit alios aliis subdi. Sed seruitus huiusmodi est quantum ad corpus. Nam per Christum nunc liberamur a seruitute quantum ad animam, sed non a seruitute, nec a corruptione corporis: sed in futuro liberamur etiam a corruptione & seruitute corporali. 1. Corinth. 15, Cū tradiderit regnum deo & patri, &c. Sed quod dicit [In omnibus.] potest referrī primò ad hoc quod dicit, subditos, vt intelligatur in omnibus. scilicet ad quae se extendit ius dominatiuae potestatis. Vel ad hoc quod dicit, Placentes. Debet enim esse subiectio. Primò vt seruiant sine offensione, nō cum murmure

& tarditate. Colof. 1. Per omnia placentes deo. 1. Corint. 10. Ego per omnia omnibus placeo. Contra. Gal. 1. Si omnibus placerem, Christi seruus non essem. Respondeo, Placere homini propter ipsum est vituperabile sed propter deum est laudabile. Secundò vt sint sine repugnantia: ideo dicit [Non contradicentes.] Eccl. 4. Non contradicas verbo veritatis. Tertiò sine fraude. Vnde dicit [Non fraudentes.] Vbi vnum remouet, & alterum aluit. Remouet fraudem. Seruis enim committuntur bona dominorum. Luca 19. Tradidit eis bona sua. Astitit in omnibus bonitatem. Et ideo dicit [Sed in omnibus fidem bonam ostendentes.] Sed quo sine sunt hæc fienda? Non quidem propter terrenum fauorem, sed propter gloriam dei. Vnde dicit [Vt doctrinam saluatoris nostri domini ornent, &c.] Glo. Ornamentum doctoris est honesta vita discipuli, sicut sanitas infirmi est laus medici. Doctor, curator est animarum. Si ergo nos ostendimus bona opera, laudatur doctrina Christi. Esa. 52. Iugiter tota die nomen meum blasphematur. Matth. 5. Vt videant opera vestra bona, &c.

Lectio 3.

Apparuit enim gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus: erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè iustè, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum glorie magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exhortare: & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

¶ Suprà Apof. instruxit Titum qualiter doceret seruos & libertos, & cõclufit quasi ratione, vt. sc. doctrina Christi ornaretur: hæc assignans plenam rationem doctorum exponit quod dixit per bonam conuersationem. Et primò præmittit gratiam & doctrinam Christi: secundo inducit eum ad gratiam prædicationem, ibi [Hæc loquere.] Item primò proponit gratie apparitionem: secundo eius instructionem, ibi [Erudiens nos]. Tertiò eius operationem, ibi [Qui dedit.] Sciendū est autem qd gratia importat misericordiam, quia gratia est de eo quòd gratis datur, & quòd gratis datur hoc misericorditer datur. Misericordia autē semper in deo fuit, tamen olim circa homines latebat. Psal. Domine in cælo misericordia tua. Ante Christū enim omnes quatum cunq; essent iusti, erāt sub dānatione, sed Christo filio dei carnem assumente. [apparuit gratia.] 1. Tim. 3. Et manifestè magnū est pietatis sacramentū, quòd manifestatum est in carne. Psal. Qui sedes super cherubin manifestare. Sed quāto quis est potētiōr, tādō eius gratia magis desideratur. Vnde gratia dei desiderata est. Et hoc est quòd dicit [Gratia dei.] Et hoc ad saluandū Vnde dicit [Et saluatoris nostri.] Esa. 51. Salus autem mea in sempiternū erit. Hæc autem gratia nō proponitur vni solummodo populo Iudæorum, sicut olim, sed [omnibus hominibus.] Esa. 40. Videbit omnis caro pariter quòd os domini locutū est. Esa. 52. Et videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri. 1. Tim. 2. Vult omnes homines saluos fieri. Et potest dici qd in natiuitate Christi apparuit hæc gratia dupliciter. Vno modo & primò, quia per maximā dei gratiam datus est nobis. Vnde eius cõceptio cum sit operatio totius trinitatis, attribuitur tamē specialiter spiritui sancto, qui est principiū gratiarū. Et hæc gratia apparuit omnibus hominibus, & specialiter homini Christo. Io. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Ex hac gratia secundo est cõsecuta instructio humani generis: quia ante Christū fuit mundus in ignorantia & hæresi. Esa. 19. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnā. Vnde dicit [Erudiens nos]. sicut homo erudit filium. De duobus autē erudiuit nos, quia duo necessaria sunt homini. scilicet bonum opus, & recta intentio. Primò ostēdit quomodo Christus nos de primo erudiuit: secundo de secundo, ibi [Expectantes.] Dicit ergo [Vt abnegantes impiet. & se. des.] Notādum est qd dicit impietatem, & secularia desideria, quia omnia peccata vel consistunt in his quæ sunt directè contra deum, quæ dicuntur peccata impietatis. Pietas enim propriè est secundū quam colimus parentes & patriam: & quia deus est principalis pater noster, ideo pertinet ad cultum dei pietas Job. 28. Secundū aliam literā, vbi nos habemus sic. Eccetiamor domini ipsa est sapientia, habetur, Ecce pietas ipsa est sapientia. Et ideo peccata cõtra deum dicuntur esse impietates. Rom. 1. Reuelatur enim ira dei de cælo super omnē impietate, & ibi loquitur de idolatria. Vel cõsistunt in abusu temporalium, & hæc sunt secularia desideria. Est autem seculum spatium mensurans periodam rerum. Vnde per secularia intelliguntur res seculares, & omnia peccata quæ in proximum committuntur vel in se, per earum abulum. ¶ Deinde cum dicit [Sobriè, &c.] ostendit quid boni faciamus: & dicit [Sobriè.] quantum ad se: [iustè.] ad proximum: [Piè.] ad deum. Sobriè, ad se, quasi mensurat. Bria enim mēsurā est, & hoc est si homo cum mēsurā rationis vtatur exterioribus rebus, & propriis passionibus. Vnde sobrietas accipitur pro quolibet mensurato vsu rerum exteriorū & extrinsecarū passionū. Sap. 8. Sobrietatem enim & sapientiā docet & iustitiā & virtutē, quibus nihil vilius est in vita hominibus. Iustè ad proximum. Psal. Iustus dominus & iustitias dilexit. Piè ad deum. 1. Tim. 4. Exerce te ad pietatem. ¶ Deinde cum dicit [Expectantes.] Inlicitū eū de fine, qui consistit in duobus. scilicet in gloria animæ in morte. Alius in gloria corporis, in aduentu Christi. Ioan. 5. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei, &c. Quantum ad primum, dicit [Expectantes beatam spem.] Contra illos qui ponūt finem hominis in actu virtutū in hac vita. Sed hoc nō est verū, quia & si sobriè & piè & iustè viuamus, adhuc sumus expectantes. Job 7. & 14. Sicut mercennarij dies eius. Esa. 30. Beati omnes qui expectat eū. Et ideo dicit, Expectantes beatam spem: quòd potest intelligi dupliciter: vel quia est spes de beatitudine: vel quia expectatio facit ipsos beatos. Quantum ad secundū dicit [Et aduentum gloriæ m. d. & sal. n. l. G. l. f. per quem resurgent corpora nostra. Qui enim diligit amicum, cum desiderio expectat eum.] 2. Tim. 4. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Luc. 12. Vos similes hominibus expectantibus dominum suum. Et dicit [Aduentum gloriæ.] quia primus aduentus fuit humilitatis. Phil. 2. Humiliavit semetipsum, &c. Mat. 21. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et ille erit gloriæ, quia sua diuinitas omnibus innotescet. Luc. 21. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna & maiestate. Et dicit [Magni dei.] cõtra Arrium qui dixit filium non æqualem patri, Et bene magnus, qui dicitur Ro. 9. Qui est super omnia deus benedictus in secula. 1. Ioan. vlti. Vt simus in vero filio eius, &c. Item est saluator. 1. Tim. 2. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro deo, qui omnes homines vult saluos fieri, &c. Quia ad hoc venit, & hoc importat nomen eius. Mat. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Et ad-

dit [Christi.] scilicet qui est vnctus, in quo intelligitur vnio diuinitatis ad humanitatem. Aliqui enim dicuntur vniti: sed nō ita quòd habeant essentiam diuinitatis vnitam, sed quia participant eius aliquid, sed Christo est vnita diuinitas. Psal. Vnxit te deus deus tuus, &c. ¶ Deinde cum dicit [Qui dedit.] ostenditur operatio gratiæ. Et primò ostendit beneficium gratiæ passionis eius. Secundo passionis fructum, ibi [Vt nos redimeret.] Dicit ergo, Dico quòd est noster saluator, & quomodo [quia dedit se. pro nob.] Eph. 5. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo. Fructus eius dicitur liberatio & sanctificatio. Liberatio, cum dicit [Vt nos redimeret ab omni iniquitate.] Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Primus enim homo ex peccato suo redactus est in seruitutem peccati, ex qua seruitute inclinabatur ad aliud peccatum, sed Christus satisfecit per suam passionem: & ideo sumus redempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei consecratus. Qui aliquando nō populus eius, nunc autē dempti à seruitute. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit [Vt mundaret sibi pop.] sicut vt sanctificaret populum, sic. sicut vt essemus populus eius. i. ei

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Prou. 21. Finis modestia, timor domini, diuitia, gloria, & virtus, &c. Quod autem quis est impetuosior in interioribus affectibus, tanto refrenatur difficilius etiam in exterioribus. Talis autem est inter omnes affectus, ira. Et ideo contra hoc ponit mansuetudinem, quae moderatur passionem irae. Vnde dicit [Omnem mansuetudinem ostendens ad omnes homines.] Mat. 11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Iac. 1. In mansuetudine suscipite in situm verbum, quod potest saluare animas vestras. Deinde cum dicit [Eramus enim & nos, &c.] assignat rationem praedictorum & maxime huius ultimi, scilicet quod sint mansueti. Possent enim dicere, quomodo erimus mansueti ad infideles, quomodo ad malos? Non enim hoc possumus. Respondet, Considera te qualis fueris. Et ideo contra iram optimi remedium est recognitio fragilitatis propriae. Et ideo primo ponit statum coram praeterito. Secundo ostendit vnde venerunt ad statum perfectionis, ibi [Cum autem benignitas.] Item primo ponit defectus pertinentes ad intellectum: secundo ad affectum, ibi [Seruietes.] Intellectus autem potest dupliciter deficere: vel quia deficiat a vera cognitione, sicut per ignorantiam negationis: vel quia incidit in opinionem falsi. Verum autem in rebus diuinis dupliciter aliqui percipiunt. Quidam enim solum per fidem, quidam per gustum per lumen sapientiae per aperta aliquam cognitionem. Vnde quantum ad secundum, dicit [Eramus insipientes. i. priuati ista sapientia. Luc. 21. Dabo vobis os & sapientiam, &c.] Quantum ad primum dicit [Increduli.] i. infideles. Ezéch. 2. Incredibili & subuersores sunt tecum. Sed erramus incidentes in contrariam opinionem. Vnde dicit [Errantes.] i. falsum pro vero tenentes. Esa. 19. Errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo. Deinde ponit ea quae pertinent ad corruptionem affectus: & primo quantum ad se: secundo quantum ad alios, ibi [In malitia, &c.] Affectus autem hominis tunc est rectus quando seruit rationi, & vitur licitis delectationibus secundum rationem. Quando ergo non sequitur rationem, sed sua desideria, tunc corrumpitur. Vnde dicit [Seruietes desideris & voluptatibus variis.] Voluptates respiciunt peccata delectationum carnalium, vt sunt luxuria & gula. Desideria vero quaelibet alia vitia, vt sunt ambitio & auaritia & huiusmodi. Eccl. 18. Post coenam piscenias tuas non eas, & a voluptate tua auertere. Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentis eius. 2. Tim. 3. Voluptatum amatores magis quam dei. Deinde cum dicit [In malitia & inuidia agentes.] ponit peccata in ordine ad alios: & primo malitiam, quae est voluntas nocendi alteri, effectus enim denominatur a fine. Qui ergo intendit inferre malum, dicitur malitiosus. Iac. 1. Propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiae. Secundo ponit inuidiam, quae dolet de proximi bono, sicut malitia infert malum. Prou. 14. Putredo ossium, inuidia. Tertio ponit odium. Vnde dicit [Odibiles.] i. vel deo, per hoc quod faciunt peccatum. Sapient. 14. Similiter odibiles sunt deo impius & impietas eius. Ro. 1. Detractores deo odibiles. Vel proximo, quando faciunt illud vnde proximus eos odio habere debeat. Et addit [Odientes inuicem.] q. d. & nos etiam odiebamus alios. 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. Deinde cum dicit [Cum autem benignitas.] ostendit statum salutis nostrae, cuius ordinem & processum primo describit. Secundo confirmat dictum, ibi [Fidelis sermo.] Circa primum quatuor facit, quia primo ostendit causam salutis: secundo rationem saluandis, ibi [Non ex operibus iustitiae.] Tertio modum eius, ibi [Per lauachrum.] Quarto finem, ibi [Vt iustificati.] Causa autem nostrae salutis est charitas dei. Ephe. 2. Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, &c. Hanc charitatem describit, primo quantum ad affectum: secundo quantum ad effectum. Interior charitatis affectus designatur in benignitate, quae dicitur bona igneitas. Ignis autem significat amorem. Cant. 8. Lampades eius lampades ignis atque flammaram. Benignitas ergo est amor interior, profundus bona ad exteriora. Hanc ab exteriori non fuit in deo, quia amor eius est causa omnium. Ioel. 2. Benignus & misericors est, &c. sed hoc quandoque non apparebat. Esa. 63. Vbi nunc zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum: & misericordiam tuam super me continuerunt se. Sed per effectum apparuit quod designatur, cum dicit [Humanitas.] quod dupliciter potest intelligi, vel secundum quod significat humanam naturam. q. d. Apparuit benignitas & humanitas quando deus ex benignitate est homo factus. Philip. 2. Habitu inuentus vt homo. Psal. Benedices cor nostrum anni benignitatis tuae. Vel secundum quod designat virtutem quae consistit in exteriori subuentione in defectibus aliorum. Vnde humanum esse, est descendere. Act. ult. Barbari autem praestabant non modicam humanitatem nobis. Sic deus descendit nostris defectibus. Psal. Ipse cognouit signum nostrum. Et hoc saluatoris. quia vt dicit Psal. Salus autem iustorum a domino. Deinde cum dicit [Non ex operibus, &c.] ponit rationem saluandis: & primo excluditur ratio praesumpta: secundo ostenditur ratio vera. Ratio praesumpta, est quod propter merita nostra sumus saluati, quod excludit, cum dicit [Non ex operibus iustitiae quae fecimus nos.] Ro. 11. Reliqua secundum electionem gratiae dei saluati facti sunt. Deu. 9. Non propter iustitias tuas & aequitates cordis tui ingrediens, vt possideas terram eorum, &c. Sed vera ratio est sola misericordia dei. Vnde dicit [Sed secundum suam misericordiam, &c.] Tren. 3. Misericordiae domini quod non sumus consumpti. Lu. 1. Et misericordia eius a progenie in progenies. Modus salutis adipsede est per baptismum quem primo proponit: secundo effectum eius: tertio causam. Dicit ergo [Per lauachrum.] i. saluati sumus per abluentionem spiritualem. Ephe. 5. Mundas eum lauachro aquae in verbo vitae. Zacha. 13. Erit fons patens domui Dauid, & habitabit Hierusalem, in abluentionem peccatoris & menstruatam. Quantum ad effectus eius subdit [Regenerationis & renouationis.] Pro quo sciendum est quod homo indigebat duobus in statu perditionis, quae consecutus est per Christum. scilicet participatione diuinae naturae, & depositione vetustatis. Erat enim separatus a deo. Esa. 59. Iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra abscederunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Et erat inueteratus. Baruch. 3. Inueteraui in terra aliena. Sed primum confitemur per Christum. scilicet per participationem naturae diuinae. 1. Pet. 1. Vt per hoc efficiamur confortes diuinae naturae. Sed noua natura non acquiritur nisi per generationem. Sed tamen haec natura ita datur, quod etiam remanet nostra, & ita superadditur. Sic enim generatur participatio in filium dei quod non destruitur homo. Io. 3. Oportet vos nasci denuo. Et ideo dicitur generatio. Iac. 1. Voluntate genuit nos verbo veritatis suae. Homo etiam per Christum deposuit vetustatem peccati renouatus ad integritate naturae, & hoc vocatur, renouatio. Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestrae. Sed quae est causa huius effectus vt cor abluat? Haec

virtus

virtus est a sancta & indiuidua trinitate. Mat. ult. In nomine patris & filii & spiritus sancti, &c. Vnde & Christo baptizato pater in voce, filius in carne, spiritus sanctus in columba specie apparuerunt. Et ideo dicit [Spiritus sancti.] i. quam spiritus sanctus facit. Psal. Emitte spiritum tuum, &c. Item est regeneratio per spiritum. Gal. 4. Misit deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem, abba pater. Roma. 8. Non accepistis spiritum feruitutis iterum in timore. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, abba pater. Sed hunc spiritum dat deus pater [quem effudit abunde.] vt designet copiam gratiae in baptismo, vnde fit plena peccatorum remissio. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c. Effundam spiritum meum super semetipsum. Et propter diuersa dona gratiarum. Iaco. 1. Qui dat omnibus affluenter & non improperat. Hoc etiam datur per Christum Iesum. Io. 16. Paraclitus quem ego mittam vobis, &c. In Christo enim duas naturas inuenimus, & ad vtramque pertinet quod Christus det spiritum sanctum. Quantum quidem ad diuinam, quia est verbum, ex quo simul & a patre procedit amor. Amor autem in nobis procedit ex conceptione cordis, cuius conceptio est verbum. Quantum vero ad humanam, quia Christus accepit summam plenitudinem eius, ita quod per eum ad omnes deriuatur. Io. 1. Plenum gratiae & veritatis. Et paulo post. Et de plenitudine omnes nos accepimus gratiam pro gratia. Et cap. 3. Non enim ad mensuram dat deus spiritum, &c. Et ideo baptismus & alia sacramenta non habent efficaciam nisi ex virtute humanitatis & passionis Christi. Deinde cum dicit [Vt iustificati gratia ipsius.] Ponitur finis salutis nostrae quae est participatio vitae aeternae. Vnde dicit [Haereditas.] Idem autem est iustificati, & quod prius dixerat, regenerati. In iustificatione impii sunt duo termini. scilicet quo, qui est remissio culpae, & haec est renouatio, & ad quem, qui est infusio gratiae, & hoc ad regenerationem pertinet. Dicit ergo, ideo verbum caro factum est vt iustificati. i. renouati per gratiam, quia iustificatio non fit sine gratia. Sed nunquid deus posset remittere culpam sine gratiae infusione? Videtur quod sic, quia a principio poterat constituere hominem esse sine gratia & culpa: Respondeo, dicendum est quod aliud est de homine qui nunquam offendit, quia sic potest esse sine gratia & culpa: Respondeo, dicendum est quod aliud est de homine qui iam peccauit, qui non potest esse quin odiatur vel diligatur, & si a deo diligitur oportet quod diligat, & si diligit oportet quod praestet ei gratia: quia sine gratia non diligit, & quod etiam per hoc efficiatur haereditas. 1. Pet. 1. Haereditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcescibilem conseruatam in calis in vobis, &c. Et hoc vitae aeternae. Psal. Funes ceciderunt mihi in praeclearis, &c. Sed quomodo haereditas? secundum spem quia iam non inest spes huius vitae. Ro. 5. Gloriamur in spe filiorum dei. Deinde cum dicit [Fidelis sermo est.] probat dicta de salute nostra & spe. Quasi dicat, Hoc dictum est fidele, Apoca. vlti. Haec verba fidelissima & vera sunt. Deinde cum dicit [Et de his volo.] mandat hoc praedicari. Et primo ponit praecipuum. Secundo rationem assignat, ibi [Haec sunt.] Dicit ergo [Et de his.] scilicet quae ad dei beneficia reprehensionem peccatorum, documenta fidei & morum [volo te confirmare.] scilicet, Iob. 4. Vacillantes confirmauerunt sermones tui. Act. 13. Et confirmauerunt eos. Et ratio huius est [vt curat, &c.] quod potest intelligi de praedictis. q. d. Volo quod confirmes viatores. i. praedictos vt ipsi curent praesente his qui credunt deo. scilicet delibus in bonis operibus. 1. Pet. 2. Ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum, Mat. 5. Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum [Haec] verba sunt bona, quia de bonitate dei. Mat. 12. Bonus homo de bono thesauro profert bona [Et vitia hominibus.] Esa. 48. Quia dominus deus tuus docens te vitia.

Lectio 2.

*S*culas autem quaestiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuota. Sunt enim inuicem & vana. Haereticus docet vitare inuicem dogmata, & haereticos, quosdam iudicio condemnatus. Cum misero ad te. Arthemam aut Tybicum, festina ad me venire Nicopolim. Ibi enim statum hyemae. Xenam legisperitum, & Apollo solliciti praemittere, vt nihil illis desit. Discant autem & vestri bonis operibus praesente ad vobis necessaria: vt non sint infructuosi. Saluati te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis. Amen.

Supra a apostolus docuit. Titum qualia ad instructionem populi proponat, nunc ostendit quae vitet in doctrina. Et primo facit hoc. Secundo scribit quaedam familiaria, ibi [Cum misero.] Item prima in duas, quia primo ostendit quomodo vitet inuicem & aliena dogmata. Secundo quomodo vitet haereticos, ibi [Haereticum.] Circa primum duo facit, quia primo ostendit quae sunt vitanda in sua doctrina. Secundo rationem assignat, ibi [Sunt enim.] Notandum est autem circa primum, quod ad eum qui proficetur doctrinam alicuius scientiae, primo pertinet vt satisfaciatur quaestionibus quae mouentur in illa. Secundo vt per se aliqua tractet. Tertio vt disputet cum resistentibus. Et quarto quod doceat quid circa eam sit vitandum. In aliis autem scientiis nullus sapiens cuilibet quaestioni respondet, sed tantum ad eas quae pertinent ad suam scientiam. Ita doctor veritatis non debet cuilibet quaestioni respondere. Stultitia enim sapientiae opponitur. Haec autem doctrina est sapientiae. Deu. 4. Haec enim sapientia vestra, & intellectus coram populis. Ideo dicit [Stultas quaestiones.] Quaestiones ergo aduersantes intentionibus doctrinae istius, stultae sunt. Aduersantur autem ei illae quae sunt indisciplinabilia. Iob. 34. Iob autem stultus locutus est, & verba illius non sonant disciplinam. Itaque quando manifestum proponitur vt dubium. scilicet quaecumque debet aliquis per se tenere in scientia. Et haec sunt quae spectant ad instructionem fidei & eruditionem morum. Et quaedam sunt quae debet vitare. Vnde dicit [Genealogias.] Ponuntur enim genealogiae in scripturis propter misteria, & propter intellectum historiam. In resistentibus debet vitare [contentiones, & pugnas.] Quando enim est disputatio ad inquisitionem veritatis est laudabile, sed quando est contentio quid sit tenendum, & quid vitandum, tales sunt vitanda. Prou. 20. Honor est homini qui separat se a contentionibus. 2. Tim. 2. Noli verbis contendere. Pugna legis fuit quae non ex vitio disputantium, sed quae oriuntur ex contrarietate in scriptura, vel rationibus contrariis. Sed nunquid huiusmodi semper sunt vitanda? Dicendum est in scriptura sacra secundum veritatem nihil est contrarium. Sed si aliquid apparet contrarium. Vel est quia non intelligitur, vel quia corrupta sunt vitio scriptorum, quod potest specialiter in numeris & genealogiis. Et hic ideo quia determinari non possunt, vult quod vitetur. Et hoc ideo, quia inuicem sunt. Et doctor ad duo intendere debet. scilicet ad utilitatem, & ad veritatem. Prou. 8. Veritatem meditabitur guttur meum, &c. Esa. 48. Ego dominus deus tuus docens te vitia. Non est

ergo intromittendum se de inuitibus, & quæ nō habet solidam veritatē. Scire enim singularia vt sunt generalogæ, non est ad perfectionē intellectus, nec ad instructionē morum, nec fidei. Et sunt [vanæ] quia nō habent solidam veritatem. ¶ Deinde cum dicit [Hæreticum.] Ostendit qui sunt vitandi inter homines, & primò ostendit q̄ hæretici, secundo ostendit rationem huius, ibi [Sciens quia.] Dicit ergo [hæreticum hominem.] Vbi notandum est quid faciat esse hæreticum, & accipienda est prima ratio huius nominis, hæreticus. Nō enim dicitur à diuisione, sed ab electione, vt dicit Hieronimus, In Græco enim hæresis dicitur electio. Vnde hæreticus. i. electius, quasi pertinaciter adhærens sectæ alicuius quā elegit, Vnde sciendū est q̄ omnis hæreticus est errans, & non econuerso, propter duo. Primò ex parte materiæ circa quam errat, puta si non est circa finem vitæ humanæ, vel circa id quod ad fidem pertinet & bonos mores. Talis enim sic errans non est hæreticus. Si verò erraret circa eā quæ sunt ad finem vitæ humanæ, semper est hæreticus. Et dico finem vitæ humanæ, quia apud antiquos erant sectæ ponentes diuersum finem vt pater de Stoicis & Epicuris. Vel fidem: & sic si aliquis diceret deum non esse trinum & vnum & fornicationem non esse peccatum, est hæreticus. Secundo ex parte electionis, quia eligens si non est pertinax, sed est paratus corrigi secundum ecclesię determinationem, & sic non est ex malitia, sed ex ignorantia, non est hæreticus [Hunc ergo deuita] propter periculum. 2. Timo. 2. Sermo eorum vt cancer serpit. Item nec aliquis cōmunicet peccatis eorum, ne videatur eis consentire. 2. Ioan. ca. vnico. Si quis venerit ad vos, & hanc doctrinā non afferit, &c. Item propter pacem. Numc. 16. Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, &c. Vult tamen q̄ moneatur, & si non dimittit, tunc est hæreticus & vitandus. Et dicit [post primā & secundam correptionem.] Sic enim sit in ecclesia in excommunicationibus. Et ratio est, quia numerus omnis rei habet principium, medium, & finem. Ideo accipitur vt sufficiens ad omnia. 2. Cor. vlti. Ecce iam tertio hoc venio ad vos, &c. Item propter perfectionem numeri ternarij. Ratio autem deurationis est, quia cum errate agendum à principio vt corrigatur. Mat. 9. Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Et ideo non est dimittendum quousque videatur si curari poterit, sed si non potest sanari, tunc est dimittendus. Lu. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequam. ¶ Deinde cum dicit [Cū misero.] Scribit quædam familiaria. Et primò quædam disponenda circa ipsum: secundò epistolam terminat in salute. Dicit ergo [Cū misero, &c.] Hi duo discipuli erant Apostoli. Alios misit quia volebat q̄ Titus iret ad eum nec determinat ei tēpus, sed locum: eo enim indiguit in adiutoriū prædicationis, voluit tamen præmitti arthemam, & ostendit quid de eis disponat. secundò obiectioni respondet, ibi [Discant autem & vestri.] Apollo iste de quo Act. 19. erat episcopus Corinthiorum propter quorum culpam dimisit eos, & iuit Cretā ad Titū, sed correctis Corinthiis Apostolus reuocat eum. Vocat autem Zenā legisperitum, licet & Apollo esset valde doctus, quia in Iudaismo habuit hanc dignitatē. Ratio autem quare istos vult præmitti & non Titum, est, quia Titus necessarius erat apud Cretam propter episcopatum, isti autem non habebant aliquam curam. Et dicit [Vt nihil illis desit.] Quasi dicat. Si nō habes, prouideant subditi tui: Et ideo subiungit [Sic discant vestri.] f. fideles prouidere sicut faciunt Iudæi. Et dicit vestri. f. subditi discant excellere Iudæos, & alios de Asia, qui suis prædicatoribus & indigentibus prouident. Et dicit [ad vsus necessarios.] i. in casibus necessitatis. 1. Timothee. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. Ratio autem quare præfinit: est [vt non sint instructuosi.] i. Cor. 9. Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit, &c. Populus ergo si est vt vinea domini, debet ferre fructum, non solum spiritualem, sed etiam temporalem, vt exinde cultores sustententur, alias essent instructuosi. Mat. 7. Omnis arbor quæ non facit fructū bonum excidetur, &c. ¶ Deinde salutat eos primò ex parte aliorū: secundò rogat q̄ saluet alios: tertio ponit suā. Quātum ad primum dicit [Salutat, &c.] i. salutem optant. Secundo dicit, Salutate eos qui nos amant in fide Christi existentes, quia non est conuētio fidelis cum infideli. 2. Paral. 19. Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungens. Vel qui nos amant in fide. i. fideli affectu. Eccl. 6. Amico fideli nulla est comparatio Gratiæ dei. f. quæ est principium omnium bonorum. Ro. 3. Iustificari gratis per gratiam ipsius. Et dicit [vobis] quia non scribit vni propter vilitatem ipsius tantum, sed propter totam ecclesiam. Deo gratias.

Explicit explanatio deuotissima calici doctoris sanctissimi Thomæ Aquinatis ordinis fratrum prædicatorum super epistolam beatissimi Pauli Apostoli ad Titum.

**Incipit expositio eiusdem angeli-
CI DOCTORIS SANCTI THOMÆ AQVI-
nensis ordinis fratrum prædicatorum super epistolam
Apostoli Pauli ad Philemonem.**

PROLOGVS.



Seruus si est tibi fidelis, sit tibi quasi anima tua, &c. Eccle. 33. Ostendit sapiēs tria circa dominū & seruum. f. quid requiratur ex parte serui. Itē qualis debet esse affectus domini ad seruum. Itē qualis vsus serui. Ex parte serui requiritur fidelitas in qua est bonum serui, quia & quod est & omnia sua debet dare domino. Mat. 24. Fidelis seruus & prudens, &c. Et dicit, si est fidelis, quia fidelitas apud paucos est. Pro. 20. Virum fidelem quis inueniet? talis ergo seruus debet haberi à domino sicut amicus in affectu. Vnde dicit, Sit tibi sicut anima tua. Hoc enim est propriū amicorū, vt eorum anima vna sit in nolēdo & volēdo. Act. 4. Multitudinis credentiū erat cor vnu, & anima vna. In quo datur intelligi q̄ est quidam cōsensus inter dominū & seruum, quia seruus fidelis transit in amicum. Vfus eius est vt tractetur vt frater, nā frater est & q̄rum ad generationem naturæ, quia eodem actore.

Iob 31. Si cōtempserit subire iudicium cum seruo meo. Mala. 2. Nūquid nō vnus pater omnium nostrū? Nūquid non deus vnus? Et quantum ad generationē gratiæ, quæ est eadem. Gal. 3. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis, non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque fœmina, omnes enim vos vnus estis in Christo Iesu. Matth. 23. Omnes fratres estis. Hæc autem verba conueniunt materiæ huius epistola. Sicut enim supra ostendit qualiter spirituales prælati habeant se ad subditos, sic hîc qualiter temporales domini ad temporales seruos, & quomodo seruus fidelis quoad dominum eius.

Vide hic materiam huius epistola.

Caput 1.

Paulus vinctus Christi Iesu. & Timotheus frater. Philemoni dilecto adiutori nostro, & Appia sorori charissima, & Saluatio. Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ quæ in domo tua est. Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam, & fidem quam habes in domo Iesu, & in omnibus sanctis: vt communicatio fidei tue euidenter fiat in agnitione omnis operis in Christo Iesu. Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, cum sis talis vt Paulus senex.

Saluatio.

Narratio epistolæ in qua gratias gratiarum ponit, & causam eandem que postulat.

¶ Epistolæ occasio ex hoc est. Apud enim Colossenses quidam christianus magnus habuit quendam seruum qui furim fugiēs Romā, ab Apostolo est baptizatus, pro quo & scribit. Et primò ponitur saluatio, secundò epistolæ narratio. In salutatione primò ponit personas salutatas, secundò salutatas, tertio bona optata. Dicit ergo [Paulus] quod est nomen venerandū omnibus fidelibus qui sunt docti ab eo [Vinctus.] 2. Timo. 2. Laboro vsq; ad vincula. Nā tunc vinctus erat Romæ. Sed [Iesu Christi] vbi ostenditur causa vinculorū. Laudabile enim valde est vinctum esse propter Christum, in hoc enim, est beatificandus. Mat. 5. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā, &c. 1. Petr. 4. Nemo vestrū patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor, si autē vt Christianus, non erubescat, glorificet autem deū in isto nomine. Act. 5. Ibant Apostoli, &c. [Et Timotheus frater] Fratres sunt q̄rum ad perfectam fidem. Phil. 2. Neminē habeo tam vnanimem qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Ipsi autem Timotheū adiungit vt facilius impetret, quia impossibile est preces multorum non exaudiri. ¶ Deinde ponit personas salutatas. Et primò ponitur persona principalis salutata, secundò adiuncta. Item primò ponit maritum & uxorem qui dominium domus habent, quibus obligatur seruus [Dilecto] dicit propter bona opera. Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem [Adiutori] quia subministrabat sanctis. Prouer. 18. Frater qui iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Secundo ponitur persona adiuncta, cū dicit [Archippo commilitoni nostro] qui ita erat potēs Colossis q̄ oēs Christiani erāt sub vmbra eius. Et ideo inducit totā ecclesiā ibi, cuius erat episcopus, sic scribēs Col. vlt. Dicit Archippo, vide ministeriū quod accepisti, &c. Et dicit Archippo cōmilitoni quia oēs prælati sunt sicut spūales milites ecclesiæ. 2. Co. 10. Arma militia: nostrę nō sunt carnalia, &c. Et addit [et ecclesię, &c.] Hos superinducit: vt moneant eū ad exaudēdū. Bona optata exponuntur, vt cōfuerit est.

¶ Deinde cū dicit [Gratias ago] Ponitur epistolæ narratio. Et primò ponitur gratiarū actio, secundò petitio, ibi [Propter qd̄], tertio cōclusio, ibi [Itaq; fratres]. Itē primò gratiarū actio ponitur, secundò materia actiōis gratiarū, ibi [Audiēs], tertio causa ppter quā deo gratias agit, ibi [Gaudiū em̄ magnū] Dicit ergo [Gratias ago deo meo.] Colo. 3. & grati estote. Phil. 4. Cum gratiarū actione. q. d. Ita ago gratias de præteritis, vt orē tamen pro futuris. Et ideo dicit [Semper memoriā tui faciens, &c.] Phil. 1. Eo q̄ habeam vōs in corde, & in vinculis meis. Esa. 47. Nūquid potest mulier obliuisci infantem suū, &c. ¶ Pōnēdo autē materiā gratiarum actionis, ostēdit quid pro eo petendo orat. Materiā autem huius erat necessaria & bona Philemoni. f. & charitas & fides, sine enim charitate nihil aliorum valet, & per eam omnia habentur. 1. Co. 13. Si linguis hominum loquar, &c. Item sine fide nullus deum amare potest, quia non cognoscit verē deum. De spe autem mentionem non facit, quia media est: & in his intelligitur. Sed in quo habes fidē & charitatē? [In domino Iesu.] 1. Cor. vlt. Si quis non amat dominū nostrum Iesum Christum anathema sit. Et hoc est necessarium. Quia ex Christo dulcius dilectio, deriuatur dilectio ad mēbra: quia nō diligit caput, qui nō diligit mēbra. 1. Io. 4. Qui nō diligit fratrem suū quē videt, deū quē nō videt quomodo potest diligere? [Et in oēs sanctos] fides innitur doctrinæ prout est manifestata per Christū, quia deū nemo vidit vnquā. 1. Io. 1. & 14. Creditis in deum, & in me credere, & ideo per fidē habemus Christū. Sed quoad sanctos pertinet, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia ex fide quā habet ad Christū procedūt obsequia impēta factis. Vel fides cōsistit in diuinitate principaliter prout est annuntiata per Christū, sed nō solū per Christū, sed etiam per sanctos. Mat. vlt. Euntes ergo docete omnes gentes, &c. Debemus ergo credere non solum dicta per Christum, sed etiam per sanctos. Heb. 2. Quæ cū in initium accepisset enarrari per dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmata est [Vt communicatio fidei], hoc continuatur dupliciter. Vno enim modo vt sit signum. Et est sensus, vt communicatio, &c. id est tanta est charitas tua, vt communicatio fidei tuæ, &c. Vel aliter. [Gratias ago & memoriā, &c.] vt. C. ostendat quid pro eo petat orando. Et potest intelligi communicatio fidei dupliciter. Vel quia in fide cōmunicatur cū omnibus sanctis, non habens aliam fidē nouam vel hēteticā. 1. Cor. 12. Idipsum dicatis omnes, &c. Vel communicatio qua bona comunicas sanctis, procedens ex fide. 1. Timo. vlti. Diuitibus huius seculi præcipe non altū sapere, nec sperare in incerto diuitiarū, sed in deo viro qui præstat no. &c. [Euidēs fiat.] vt bonū latens in corde euidenter fiat per bona opera [In agnitione omnis boni.] f. quod à te sit. Et hoc in Iesu Christo. 1. pro Iesu Christo. Iaco. 2. Ostende mihi fidem tuam sine operibus & ego tibi ostendam ex operibus fidem meam. Vel aliter. Multa sunt opera in mundo quæ sunt bona hominibus, & tamen deo non sunt bona, quia non recte sunt. Prouerbiatorum 14. Est via quæ videtur homini recta, nouissima autem eius deducunt ad mortem. Ecclesiastici 8. Vidi impios sepultos, qui etiam cū adhuc viuerent in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Sed hoc manifestatur per fidem rectam, quando consequitur præmium à deo qui non remunerat nisi recta, Et ideo dicit, In agnitione, id est, vt hoc euidenter fiat quod cognoscas omne bonum. Vel quod cognoscatur in te omne

bonum quod est fruitio diuinitatis. Exo. 31, Ostendā tibi omne bonum. Sap. 7, Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. ¶ Causa autem propter quā gratias agit est, gaudium. Et ideo dicit [Gaudium enim magnum habui.] 3. Io. ca. v. nico. Maiorem horum gratiam non habeo, quā v. audiam filios meos in veritate ambulare. Hoc enim gaudium alleuiabat pressuras suas. Vnde addit [Et consolationē.] P. sal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuas lacerauerunt animam meam. Cuius rationem agnoscit, dicens [Quia viscera sanctorum requi. per te frater.] Col. 3. Induite vos ergo sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordiae benignitatem, &c. 3. Io. c. v. nico, Charissime fideliter agis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, &c. ¶ Deinde cum dicit [Propter quod, &c.] P. nititur petitiō, & primō fiducia petendi, secundō ipsa petitiō, ibi [Obsecro.] tertiō eius ratio, ibi [Forfitā.] Dicit ergo, Propter quod. i. quia, sic abundas charitate [Multam fiduciam ha. in Christo Iesu.] q. d. Non ex me, sed ex autoritate Iesu Christi, in cuius fide te genui. Et ideo possum tibi imperare vt pater, sed quod [ad rem.] s. tuam [pertinet] vel communem, aliās praelatus non habet potestatem imperādi tibi quicquam, nisi quod vel est ad eius vtilitatem, vel ecclesiae, vel bonorum morum christianae religionis. Tamen magis [propter charitatem obsecro.] Pro. 18, Cum obsecrationibus loquitur pauper. Et quare? Certē cum sis talis, &c. Sunt duo propter quos quis debet obsecrari. s. aetas senectutis. i. Tim. 4, Seniores ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, &c. Item honestas virtutis, vbi enim non delinquimus, pares sumus. Eccl. 32, Rectorem te posuerunt noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Dicit ergo [Cum sis talis vt Paulus senex.] q. d. Si es puer praeceperam tibi hoc, sed tu es senex. Item si leuis, sed talis ex vita quod es mihi similis. Non quod talis & tantus sit simpliciter, sed aliquomodo similis, quod dicit ex sua humilitate. Ro. 12, Honore inuicem praeuenientes. Origenes, Paulus diu vixit in fide. Conuersus enim fuit adolescens, nunc dicit vt senex. Origenes, Raro vtilis doctor inuenitur in ecclesia quin sit longeuus. Exemplum de Petro & Paulo.

Lectio 2.

Ostendit Paulus pro quo petit & eius conditiones: pro petitione & rationem eius in ea debet at exaudi si me rogo reddam: vt non dicam tibi quod te ipsum mihi debes, ita frater, ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo Iesu, Marcus: Aristarchus, & omnes & Lucas, adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro. Amen.

¶ Vnde autem & vinculis Iesu Christi: obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inuicem mecum detinere. Vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelii: sine consilio autem tuo nihil volui facere, Vt ne velut in necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forfitan enim ideo descendit ad horam a te, vt in aeternum illum reciperes: non vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maxime mihi, quantum autem magis tibi, & in carne, & in domino. Si ergo habes me socium suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi meam me rogo reddam: vt non dicam tibi quod te ipsum mihi debes, ita frater, ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo Iesu. Confidens in obedientia tua scripsi tibi sciens, quoniam & super illud quod dico facies. Simul & para mihi hospitium, spero per orationes vestras donari me vobis. Saluat te Epaphras concipitius meus in Christo Iesu, Marcus: Aristarchus, & omnes & Lucas, adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro. Amen.

¶ Posita fiducia Apostoli de bonitate Philemonis, ponit hic suam petitionē. Et primō ostendit personam pro qua petit, secundō ex hoc petitionē cōcludit, ibi [Tu autem illum] Circa primū duo facit, quia primō de scribēdo personā ostēdit eā sibi acceptā ex spiritali generatione, secundō ex morū mutatione. Dicit ergo, Verē sum exaudiendus, quia petitiō contmet honestatē & pietatē pro meo filio Onesimo de quo est praesens mea sollicitudo. Et acquirens filiū tēpore defectus magis cum diligit, vt senex filios in senectute genitorum. Genes. 37, Israel autem diligit Ioseph super omnes filios suos, eo q. in senectute genuisset eū. Hunc autē genuit in vinculis. Secundō est mutatio in moribus. Si enim in peccato perseuerasset, non fuisset dignus venia. Et nota quod minus dicit, & plus significat. Docet enim Tullius quod quis factum suum debet attenuare quantum potest. Sic Apostolus leuiter de culpa huius loquitur dicens [Inutilis.] i. nocuus in subtractione res tuas, nunc autem conuersus a malo ad statum virtutis vtilis est ad seruitiū dei & hominum. 2. Tim. 4, Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum. Prou. 25, Aufer rubiginē de argento, & egredietur vas purissimum. ¶ Deinde cum dicit [Tu autem illum.] P. nitit petitionem suam. Et primō ponit petitiō, secundō respondet quāstioni, ibi [Quem ego] Dicit ergo [Tu ergo illum vt meā viscera sollicitus pe.] Et hoc ideo, quia vidi eum emendatum, cuius signum est, quia eum remisit tibi. Contra. Deu. 23, Nō tu des seruum domino, qui ad te cōfugerit, &c. Resp. Verum est quando dominus quærit eum ad mortem, & ideo dicit [Tu autē, &c.] Phil. 1, Eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis & in defensione, &c. Et respondet quāstioni, quia posset dicere, Si est vtilis tibi, quare non retines eum vsque ad mortem? ideo dicit, Quare est causa mittendi eum. Primō autem ostendit propositum retinendi eum, secundō quare destitit ad propositū, ibi [Sine consilio autē tuo.] Dicit ergo Philemoni, qui licet esset magnus, tamen Apostolo solitus erat ministrare. Mat. 20, Quicūque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Vnde ex hac fiducia propositū eū tenere, vt loco eius sibi ministraret. Vnde dicit, [Quē ego voluerā mecum detinere vt pro te, &c.] quod erat maximē necessariū, quādo erat in vinculis propter Christū. Est enim prouidendū quādo quis paritur pro domino suo. Ratio autē quare destitit, est, quia noluit vt re aliena ignorante domino. Vnde dicit [Sine cōsilio, &c.] q. d. Si retinuissem eū, iam placeret tibi nō valēti resistere, & esset quādam coactio. Sed sic, nō lui, immo magis volui q. voluntariē fieret. Exo. 25, Ab omni homine qui offert vltro neus, accipietis eas. s. primitias. 2. Cor. 9, Nō ex tristitia, aut ex necessitate, hilarē enim datorē diligit deus. ¶ Deinde cum dicit [Forfitā enim] P. nitit rationē quare debet eū recipere benignē. Et primō ex parte dei, secundō ex parte ipsius. Apostoli, ibi [Si ergo habes.] tertiō ex parte ipsius Philemonis, ibi [Cōfidēs.] Ex parte dei, quia sepe dei prouidētia id quod videtur malū permittit fieri, vt exinde sequatur bonū, vt patet de Ioseph vedito, vt liberaret Aegyptū & familiā patris. Gen. 45, Pro salute enim vestra misit me deus ante vos. Et dicit [Forfitā] quia in cōprehensibilia sunt dei iudicia. Ro. 11, Et dicit [pro seruo.] i. loco serui. Mat. 25, Omnes autē vos fratres estis. Et nō solū tibi, sed mihi in cōparatione ad deū, licet sit filius ministerio [quō magis tibi, & in carne, & in domino] quod dupliciter potest exponi: Vno modo q. referatur ad primā originē diuinā creationis, & sic est frater. Deu. 32, Nōne est ipse pater tuus qui possedit & fecit, & creauit te. Mal. 2, Nūquid nō pater vnus omnium nostrū, nūquid nō deus vnus creauit nos? Itē in deo per fidē, vel magis erat in bonū Philemoni, quia affinis eius secundū carnē, quia secundū eā erat seruus eius, quia hoc totū quod erat ei carnaliter erat suū. Vnde

duplici ratione q. mouetur ex charitate. s. ex amore secundū carnis originē, & ex amore spūali. Ex parte autē Apo. primō allegat suā amicitia, sub cuius obtētu vult eū suscipi. secundō fide iubet p. eo de dāno. tertiō ostēdit receptionis officium. Secundum ibi [Si autē] Tertiū ibi [Itaq; frater.] Dicit ergo. Si ergo habes me sollicitus. i. Io. 1, Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societate habemus adinuicē. Et dicit [Si cur & me] quia iunctus est mihi. Mar. 10, Qui vos recipit, me recipit. Secundō autē obligat se pro eo satisfactorum pro dāno. Dicit ergo [Si aliquid nocuit.] s. dimittens seruitium tuum [hoc mihi impura] Quasi dicat, Ego satisfaciā. Gal. vlt. Alter alterius onera portate. Et plus, quia primō promittit se soluturū. Secundō ostendit eū esse debitorē ad hoc nō necessitatis, sed volūtatis. Dicit ergo [Ego Paulus] Quasi dicat, vt certus sis de restitutione [scripsi manu] Et hoc nō est necessitas, quia tu debes mihi te ipsum quē erui à morte aeterna. Et talis debet se liberatori. To. 9, Si me ipsum tradā tibi seruū, nō ero cōdignus prouidētia tua. Et subiūgit dicēs [Itaq; frater ego te fruar.] q. d. Si vis me habere sociū, suscipe eum, & ego ita fruar te, frater. i. si feceris, implebis volūtate meā gaudiis. Nā frui est vt fruatur, & sicut est vt ad vtile, sic frui ad fructū. Importat autē fructus dulcedinē. Cantu. 2, Et fructus eius dulcis gutturi meo. Item finē, quia vltimū de arbore est fructus. Et ideo propriē est habere aliquid, vt delectabile & finale. Et inde est q. dicit Aug. Fruimur cognitis in quibus voluntas delectatur propter dulcedinē. Itē frui est alicui inherere propter se. Aliquando ergo accipiuntur frui & vt cōmunitur, put important delectationē absq; cōtrario. Eccl. 8, Fruere magnatis sine querela. Dicit ergo, Sic fruar quia in nullo mihi cōtrarius es. Et si in hoc mihi satisfaciis, nihil erit in corde meo de te quod cōtrister me, & sic delectabis me. Si autē accipitur frui, put finale quid est, sic nō est fructū homine, sed solo deo. Cōtra quod est illud Sap. 2, Fruamur bonis quae sunt & vtamur creatura tanq. in iuuētute celeriter, &c. Vnde iste addit [in dño.] i. fruar te in delectatiōe dei, gaudēs de bono diuino in te, quia ei actus est dilectio, & fruitio effectus. s. charitatis. Ideo addidit [In hoc refice viscera mea] Reficit enim homo spiritualiter quādo satisfis desideris animē suę. Ac si dicat, Imple desideria intima cordis mei, & non in malis, sed [in Christo.] & ideo bona est impletio desiderii. ¶ Deinde cū dicit [Confidēs.] Sumitur ratio ex parte Philemonis, & est cōmēdatio obediētia eius. Et primō ostēdit quomodo cōfidit de obediētia eius, se cōdō iniūgit ei aliud simile. Dicit ergo [Cōfidēs, &c.] 2. Co. 7, Gaudeo q. in omnib. cōfidō in vobis. 1. Reg. 17, Melior est obediētia quā victima. Sed plus cautē scribit, q. homo magis exaudit aliquē, q. sperat iterū ipsum visurū q. i. desperat. Et ideo dicit [Simul & para mihi hospitium.] Solitus est erari cū esset Colossis hospitari in domo sua. Chryostomus, Iocūdū verbū, vt homo pauper diuiti madet vltra tot terrarū spatia per epistolā praeprationē hospitii. Quid em̄ pro eo parādū erat, qui pane & vili pulmēto cōtentus erat? Dicendū ergo q. nō propter hospitii praeprationē, sed ad insinuādū familiaritatē & dilectiōne hoc dicit, & magis per hoc prouocat eū ad obediendū. Hęc ille. Nō ergo hoc Apostolus dixit propter apparatū exteriorē, sed ad deuotionē eius [Nā spero per orationes vestras, &c.] Contra, nunquā fuit eis redditus, sed Romae est mortuus, ergo spes eius defecit. Respōdeo. Duplex est spes iusti. s. principalis ad p. priū bonū. Et in hoc nunquā deficit pro se. Alia est secundaria. s. probatio aliorū, & in hoc quādoq; deficit, quia merita illorū cōtrariatur, sicut iusti quādoq; nō exaudiuntur pro aliis. Sed nūquid fuit deceptus de sua fiducia? Dicendū est q. futura scire est solius dei, nō autē in cognitione humana nisi prophetica. Et nullus pphetarū sciuit omnia futura de seipso, nisi solus Christus, qui nō habuit spiritū sanctum ad mēsurā. Sic Isaac magnus propheta fuit deceptus in Iacob. Vnde nō est mirū de Apostolo si nesciret. ¶ Tunc terminat epistolā in salutationē, & primō ex parte aliorū, secundō ex parte sua. Dicit ergo [Saluat, &c.] De his omnibus habetur Col. 4. Sed dubitatur de hoc quod dicit [Demas.] Quomodo potest hoc esse, quia dicitur, 2. Ti. vlt. Demas dereliquit me diligēs hoc seculū. Quomodo ergo vtrius nomine eius? Dicendū est q. iā redierat ad eū. Sed nec hoc videtur quia hac epistola praecesserat secundā epistolā ad Timotheū, quia hic dicitur, Spero, &c. ibi p. nūtiat mortē suā, dicēs, Et tēpus meae resolutionis instat. Et ideo dicēdum est q. Paulus fuit Romae ferē nouē annis, & hac epistola fuit facta in principio. Secunda v. ad Tim. in fine vitae suae, & tunc Demas attediat ex longis vinculis, dimisit eum. Et epistolae Pauli nō ordinantur secundum tempus, quia epistolae ad Cor. fuerunt ante epistolam ad Roma. & hac fuit ante vltimam ad Timot. Et praemittitur illa propter materiā, quia de digniori, saluatio sua eadem est cum secunda ad Tim. Deo gratias. Amen.

Explicit deuotissima expositio sanctissimi doctoris Thomae de Aquino ordinis fratrum praedicatorum super epistolam gloriosi Gentium Apostoli sancti Pauli ad Philemonem.

Incipit profundissima, ac mirabilis EXPLANATIO EIVSDEM ANGELICI DOCTORIS sanctissimi Thomae Aquinatis ordinis fratrum praedicatorum super epistolam eiusdem sanctissimi totius orbis Apostoli Pauli ad Hebraeos.

PROLOGVS.

Non est similis tui in diis domine, & non est secundum opera tua. Psalm. In verbis istis exprimitur Christi excellentia quantum ad duo. Et primō quātum ad cōparationem ad alios deos, cum dicit [Non est similis tui in diis domine.] secundō per cōparationem ad effectus cū dicit [Et non est secundum opera tua.] Circa primū sciendū est quod licet sit tantum vnus deus naturaliter, tamen participatiuē & in caelo: & in terra sunt dij multi, 1. Cor. 8, Sunt quidem dij multi & domini multi. Dicitur angeli dij. Nam Iob 1, & 2. Dicitur filij dei. Itē Exo. 6, Cōstitui te deum Pharaonis, dicitur ad Moysen. Item

de sacerdotibus. Exo. 22, Diis non detrahes. Itē ibi, Si latet fur, dñs domus applicabitur ad deos. Angeli autem dicuntur dii propter abundantissimā refulgentiā diuinā claritatis. Iob 25, Super quē non fulget lumē illius. Christus ergo multo magis est deus, q̄ est splēdor gloria, vt dicitur infra. 1. Eph. 1, Cōstituit eū ad dexteram suā in caelis supra oēm principatū, &c. Prophete vt dicitur dii, quia ad ipsos sermo dei factus est. Io. 10, Ergo multo excellentius est deus Christus qui est verbū dei. Io. 1, sacerdotes verō dicitur dii, quia dei ministri. Esa. 61, Vos sacerdotes domini vocabimini. Sed Christus multo fortius qui non est minister sed dominus vniuersorū. Hester 14, Itē Apoc. 19, Dominus dominantū. Et infra tertio, Tanquam dominus in omni domo sua. Christus ergo deus magnus super oēs deos, quia splēdor, quia verbū, quia dominus est. Secundo manifestatur hac excellentia per effectus. ¶ Est autē triplex opus excellēs Christi. Vnū quod excedit ad totā creaturā. Io. 1, Omnia per ipsum facta sunt. Aliud quidē tantū ad creaturā rationalem, quae per Christū illuminatur. Io. 1, Erat lux vera, &c. Tertium q̄ tantū ad sanctos, qui per ipsum per gratiā viuificantē viuificantur & iustificantur. His enim tribus modis non possunt operari dii praedicti. Angeli enim nō sunt creatores. Psal. Qui facis angelos tuos spiritus, &c. Propheta etiā sunt illuminati nō illuminātes. Io. 1, Non erat ille lux, &c. Sacerdotes etiā nō iustificabant, infra 10, Impossibile est enim sanguine hircorū & tauro rū auferri peccata. Si ergo manifestē in verbis istis demonstratur Christi excellentia, & hęc est materia huius epistolae ad Hebræos, quae ab aliis distinguitur, quia in quibusdā epistolis agitur de gratia noui testamenti quātū ad totū corpus misticū ecclesiae, & hoc in omnibus epistolis quas mittit ecclesiis. In quibusdā verō quātū ad mēbra principalia, sicut in his quas mittit singularibus personis. In ista verō cōmēdat ipsam gratiā quā ad caput. s. Christū. In corpore enim ecclesiae ista tria reperit sicut & in corpore naturali. s. ipsum corpus misticū, mēbra principalia. s. praelati & maiores, & caput a quo vita fluit in totū corpus. s. Christus, ¶ Sed sciendū est q̄ ante sinodū Nicenā, quidā dubitauerūt an ista epistola esset Pauli. Et q̄ nō, probāt duobus argumētis. Vnū est, quia nō tenet hūc modū quē i alii epistolis. Nō enim prēmittit hīc salutationē, nec nomē suū. Aliud est, quia nō sapit stilū aliarū, imo habet elegantiōrē, nec est aliqua scriptura quae sic ordinatē procedat in ordine verborū, & in sententiis, sicut ista. Vnde dicebat ipsam esse vel Lucā euāgelistę, vel Barnabā, vel Clemētis Papę. Ipse enim scripsit Atheniēsisibus quasi per omnia secūdū stilū istū. Sed antiqui doctores precipuē Dionysius, & aliqui alii accipiunt verba huius epistolae pro testimoniis Pauli. Et Hieronimus illā inter epistolas Pauli recipit. Ad primū ergo dicendū est q̄ triplex ratio fuit quare nō posuit nomen suū. Vna est quia nō erat Apostolus Iudaeorū, sed Gentiū. Gal. 2, Qui operatus est Petro in Apostolatu, &c. Et ideo nō fecit mētionē de Apostolatu suo in principio huius epistolae. Secūda quia nomē suū Iudaeis erat odiosum, vt patet Act. 22, Et ipsum tacuit, ne saluberrima doctrina huius epistolae abiiceretur. Tertia, quia Iudaeus erat, Hebraei sunt & ego. 2. Co. 11, Et domesticū nō bene sustinet excellētiā suorū, Nō est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua. Mat. 13, Ad argumētū secūdū, dicendū est q̄ ideo est elegantior in stilo, quia & si sciebat omnē linguā. 1. Cor. 14, Omnium vestrū lingua loquor, tamen melius sciebat Hebręā tanquā sibi magis cōnaturalē, in qua scripsit epistolā istā. Et ideo magis ornatē potuit loqui, in idio mate suo, quā in aliquo alio. Vnde dicit, Et si imperitus, sermone, sed nō sciētia. 2. Cor. 11, Lucas autem qui fuit optimus prolocutor, istum ornatum transtulit de Hebraeo in Graecum. Caput 1.

Cur Paulus scripserit hanc epistolam.

Multiplariūque modis olim deus loquē paribus in prophetis: nouissimē diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula.

¶ Scripsit autem epistolam istam cōtra errores quorūdam, qui ex Iudaismo ad fidem Christi cōuersi, volē bāt seruare legalia cum euāgelio, quasi non sufficeret gratia Christi ad salutē. Vnde & diuiditur in duas partes. Primō enim multipliciter cōmēdat excellētiā Christi, vt per hoc praeferat nouum testamētum: veteri: secūdō agit de his per quae mēbra iungūtur capiti. s. de fide. infra 11. cap. ibi [Est autē fides.] Intēdit autē ostēdere excellētiā noui ad vetus testamētū, per excellētiā Christi, quātum ad tres personas solennes in ipso veteri testamēto cōtētos. s. angelos per quos lex tradita est. Gal. 3, Ordinata per angelos, &c. Quātum ad Moysen, a quo vel per quē data est. Io. 1, Lex per Moysen data est. Et Deu. vlt. Nō surrexit vltra propheta, &c. Quātum ad sacerdotiū per quod ministrabatur. infra 9, In priori tabernaculo semper introibāt sacerdotes sacrificiorū officia consumētes, &c. Vnde primō praefert Christū angelis, secūdō Moysi, 3. cap. ibi [Vnde fratres.] Sed tertio sacerdotio veteris testamēti, 5. cap. ibi [Omnis pōtiffex.] Circa primū duo facit, quia primō praefert Christū angelis in isto cap. Secūdō cōcludit qualis reuerētia exhibēda sit nouae legi. 2. cap. ibi [Propter hoc abundantiū.] Ad huc circa primū duo facit, quia primō excellētiā Christi ostēdit, secūdō probat q̄ hoc verū sit de Christo, & sic angelos deficere ab illa excellentia, ibi [Tantō melior.] Hoc autē est in hac epistola singulare, q̄ singula verba habēt ordinem suū. Excellētiā verō Christi denotat quantum ad quatuor. Primō quātum ad proprietatē originis, secūdō quātum ad magnitudinē dominationis, ibi [Quem cōstituit.] tertio quātum ad virtutē operationis, ibi [Per quē fecit.] quarto quantum ad sublimitatē dignitatis, ibi [Qui cum sit splēdor gloria.] Quia verō intēdit cōmēdare Christū vt hoc redūderit in nouū testamētū, per hoc praefert nouū testamētū veteri. Circa autē vetus testamētum quinque ponit: primō modū tradēdi, quia multipharie multisq; modis, &c. secūdō tēpus cū dicit [Olim] tertio actorē, siue datorem, quia deus. quarto quibus sit traditū, quia patribus nostris: quinto quibus ministris, quia in prophetis. Dicit ergo [multipharie] & hoc quātum ad diuisionē, quae attēditur quātū ad tria. Primo quātū ad diuersas personas, quia nō vni personę, sed pluribus. s. Abrahę, Noe, & sic de aliis. Secūdo quātum ad diuersa tēpora, & hoc totū ad eius certitudinē. Vnde Mat. 20, Exiit primo mane, & circa horam tertiam, &c. Item quātum ad ea quae ibi ostēsa sunt, quia diuina. Exo. 3, Ego sum qui sum, &c. Item euentus futuri. Sap. 8, Signa & mōstra scit anrequā fiant, &c. Itē promissiones futurorū bonorū, saltem in figura. Eccl. 3, Plurima super sensum hominū monstrata sunt tibi. Itē multipharie quātum ad diuersas figuras, quia modo in figura scōnis, modo in figura lapidis, sicut Dan. 2, Abscisus est lapis de mōte sine manibus. Iob 11, Et quod multiplex sit lex oris eius. Sequitur [Multisq; modis] quod refertur ad tria diuersa genera visionū. s. ad visionem corporalē, sicut Dan. 5, Apparuerūt digiti quasi manus scribētis in pariete, &c. Aliquādo aliquibus per visionē imaginariā. Esa.

¶ Vidi dominū sedentē, &c. Aliquibus verō apparebat per visionē intellectualē, sicut Dauid. Vnde de istis dicitur Osee 12, Ego visiones multiplicauit eis. Refertur etiā ad diuersos modos loquendi, quia aliquando planē loquebatur, aliquando verō obscurē, nec est aliquis modus loquendi quo scriptura veteris testamēti non loquatur. Prouer. 22, Ecce descripti cam tibi tripliciter in cogitationibus & sciētia, &c. Tertio quia arguēdo malos, alliciēdo iustos, instruendo ignorātes. 2. Timo. 3, Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendū, ad arguendū, &c. Secūdō tangit tēpus quia [olim] .i. non subito, quia tam magna erant quae de Christo dicebātur q̄ non poterāt credi, nisi cum incremento temporū prius didicissent. Esa. 48, Priora ex tunc annunciaui & ex ore meo exierūt, & audita feci ea, &c. Tertio tangit authorē, quia [deus] qui loquitur Psal. Audia quid loquatur in me dominus. Hic est autē qui nō mentitur. Num. 23, Nō est deus quasi homo vt mentiatur. Ex his autem tribus cōmēdat vetus testamētū. s. ab authoritate, quia est a deo. A sublimitate & a sublimitate, quia multipharie multisq; modis. A firmitate, quia olim. Quarto ostēdit quibus traditū sit, quia [patribus.] Et ideo est nobis familiare, & acceptū. Act. 13, Annuntiamus vobis ea quae ad patres nostros, &c. Sed 5, ostēdit quibus ministris, quia non iocularioribus, sed [in prophetis] .i. per prophetas. Ro. 1, Quod ante promiserat per prophetas. Act. 10, Huic omnes prophetae testimoniū perhibēt. ¶ Consequenter cū dicit [Nouissimē.] Describit doctrinā noui testamēti, & ponit quinque, quorum quatuor sunt diuersa a quatuor praemis. vnū autem est idē vtrobique. Quod enim dixerat, Multipharie multisque modis, &c. ostēdit quia omnis multitudo ordinata, vnū debet referri. Ideo dicit q̄ licet sit modus multiplex, tamen totum ordinatum est ad istud nouissimum. Prouer. 13, In timore domini esto tota die, & habebis spem in nouissimo. Esa. 10, Consummatio abbreviata inundabit iustitiam. Consummationem enim & abbreviationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terrae. Item illud olim in tempore expectationis & tenebrarum, sed istud [in diebus istis] id est tempore gratiae. Rom. 13, Nox praecessit, dies autem appropinquauit, &c. Sed tamen vtrobique dicit [Locutus est vel loquens] & denotat eundē esse actorē veteris & noui testamēti contra Manicheum. Eph. 2, Per ipsum habemus accessum, ambo in vno spiritu, &c. Ro. 3, An Iudaeorum deus tantū? Nonne & Gētium? Item illud fuit traditū patribus nostris, sed istud [no bis] .i. apostolis qui Christum in propria persona vidimus. Deut. 5, Nō cum patribus nostris iniuit pactū, sed nobiscum qui in praesentiarum sumus & viuimus. Item illud per prophetas, sed istud [in filio] .i. per filiū qui est dominus prophetarum, Io. 1, Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et ista occasione Apostolus introducit eum esse filium. ¶ Consequenter ostēdit magnitudinem dominationis Christi cū dicit [Quem constituit heredem], quia vt dicitur Galat. 4, Si filius, & haeres per deum. In Christo autem sunt duae naturae. s. diuina & humana. Secundum ergo quod est filius naturalis non est constitutus haeres, sed est naturalis: sed in quantum homo factus est filius dei. Rom. 1, Qui factus est ei ex semine David secundū carnem. Et secūdu hoc, est constitutus haeres vniuersorum, sicut verus filius patris. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas, &c. Et hoc quantum ad totam creaturam in qua accepit dominationem. Item nō tantū quoad vnū genus hominum, sed [vniuersorum] .i. tam Iudaeorum quā Gētium. Psal. Postula a me & dabo tibi, &c. ¶ Consequenter cū dicit [Per quem fecit & secula.] Ostēdit virtutē operationis Christi, quare sit constitutus haeres vniuersorum, non quod ipse sit factus in tempore, & hoc meruerit merito bonae vitae, sicut dicit Fotinus, sed q̄ eque omnia facta sunt per ipsum sicut & per patrem. Per ipsum enim fecit pater secula. ¶ Sed sciendum est q̄ ista praepositio, per denotat causam actus. Sed hoc est dupliciter. Vno modo quia est causa factionis ex parte facientis, vt cūm. s. causale cui adiungitur, est causa actionis secundū quod exit ab agente. Semper enim factio est medium inter facientē & factum. Potest ergo denotare circa agens causam finalem vt artifex operatur per lucrū. Aliquando causam formalem, vt ignis calefacit per calorem. Aliquando verō causam efficientem, vt balius operatur per regem. Nullo istorum modorum est filius causa patris q̄ per illum operetur, sicut nec quod ab ipso sit. Aliquando verō causale est causa actionis secundum q̄ terminatur ad factum vt artifex operatur per martellum. Martellus enim non est causa artificis quod agit, sed est causa artificato quod ab artifice procedat, vt ferro quod recipiat operationem ab artifice, & sic filius est causa facti, & pater operatur per filium. Sed nunquid filius est minor pater? Nō, quia eadem virtus numero, & eodem modo est in patre, & in filio. Vnde dicit [Per quem fecit & secula.] id est, operantem genuit & secula. Seculum dicitur spacium rei temporalis. Secula ergo sunt successiones temporum: non ergo fecit tantū tempora sempiterna secundum quod Philosophi aliqui dixerunt deum tantū fecisse sempiternum, & angelos creasse temporalia, sed etiam fecit temporalia quae vocat hīc secula. in frā vndecimo, Fide intelligimus aptata esse secula. Ioan. 1, Omnia per ipsum facta sunt. In hoc ergo remouer errorem Manichei dupliciter. Primō in hoc q̄ dicit eum actorē veteris testamēti, secūdō quod dicit ipsum fecisse temporalia. Lectio 2.

Qui cum sit splendor gloria, & figura substantiae diuinae, & portansque omnia verbo veritatis suae, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dextram maiestatis in excelsis.

¶ Superius ostēdit Apostolus Christi excellentiam quantum ad originis proprietatem, quantum ad dominii maiestatem, & quātum ad operationis virtutem: hīc autem ostēdit eius excellentiam quātum ad gloriā & dignitatis sublimitatem. Et pars ista diuiditur in duo. Primō enim ostēdit Christū esse idoneum ad dignitatem istam. secūdō ponit ipsam dignitatem ibi [Seder ad dexteram.] Idoneitas verō ostēdit ex duobus quae reddunt aliquem idoneum ad aliquid magnū, vnū est facilitas administrandi, aliud est industria & strenuitas exequendi. Primō ergo ostēdit eius facilitatem, secūdō eius strenuitatem, ibi [Purgationem peccatorum faciens.] ¶ Circa primū sciendū est q̄ tria requiruntur, quae faciunt facilitatem ad dignitatem aliquam ministrandam. Primū quidem sapientia, ne erret gubernando. Eccl. 10, Est & malū quod vidi sub sole, quasi per er. egre. a fa. principis positum stultum in dignitate sublimi. Prouer. 8, Per me reges regnant. Secundum est generis prosapia, ne contemnatur precipiendo. Prouer. vlt. Nobilis in portis vir eius cūm sederit cum senatoribus terrae. Tertium virtutis potentia in exequendo. Eccl. 7, Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperere iniquitates. Et quantum ad ista tria Apostolus ostēdit in Christo

Ostendunt Christi excellentiam quātum ad sublimitatem gloriā, & dignitatis eius, &c.

facilitatem ad dignitatē prædictam. Primò, quia non solum est sapiens, sed etiam ipsa sapientia. Vnde dicitur [Cum sit splendor gloria.] Secundo quia non solum est nobilis, sed est ipsa nobilitas, quia est [figura substantiæ eius.] Tertio, quia non solum est potens sed est ipsa potentia [Portans omnia verbo, &c.] Tria autem sunt ut supra dictum est, quæ faciunt hominem idoneum, ut magnam dignitatem assequatur. Primum est sapientia claritas. Prover. 3, Gloriam sapientes possidebunt. Et ideo ostendit Christi sapientiam, dicens [Qui cum sit splendor gloria.] Vbi est considerandum quod secundum Ambrosium gloria est clara cum laude noticia, quasi quædam manifesta notitia, quæ de bonitate alicuius habetur. Sed sicut dicitur. Mat. 10, Nemo bonus, nisi solus deus. Et etiam Luc. 18, Vnde ipse est bonitas antonomastice & per essentiam. Alia verò bona sunt per participationem, ita soli deo conuenit gloria antonomastice. Esa. 42, Gloriam meam alteri non dabo. 1. Timot. 1, Regi autem seculorum immortalis, inuisibili soli deo honor & gloria. Cognitio ergo diuina bonitatis excellenter & antonomastice dicitur gloria. i. clara cum laude noticia bonitatis diuina. Ista aequaliter habetur ab homine: quia nunc, cognosco ex parte. 1. Corinthiorum 13, Sed habetur excellentius ab angelis, sed à deo perfectè. Deum enim nemo vidit vnquam. Ioan. 1, verum est nec angeli comprehensit, sed ipse solus seipsum cõprehendit. Ergo sola cognitio dei de seipso perfectè dicitur gloria, quia perfectam notitiã habet, & clarissimam de seipso. Quoniam autem splendor est illud quod à fulgente primò emittitur. Sapientia verò est quidam fulgens. Ecclesi. 8, Sapientia hominis lucet in vultu eius. Inde est quod prima conceptio sapientie est quasi quidam splendor. Verbum ergo patris, quod est quidam cõceptus intellectus eius, est splendor sapientie, quæ se cognoscit. Et ideo Apostolus filium vocat splendorem gloria, id est diuine claritatis. In quo ostendit ipsum non solum sapientem, sed sapientiam genitam. Esa. 62, Donec egrediar ut splendor iustus eius, &c. Secundum quod facit hominem idoneum ad magnam dignitatem, est generis nobilitas. Et hoc ostendit esse in Christo, quia dicit quod est [figura substantiæ eius] Decet enim cum sapientia esse nobilitatem in principe. Deuter. 1, Tullique de tribubus vestris sapientes & nobiles, & constitui eos principes, &c. Figura hæc ponitur pro caractere, vel imagine. q. d. imago substantiæ. Sciendum tamen quod licet imago dicat similitudinem, non tamen quælibet similitudo est imago. Albedo enim in pariete non est imago albedinis mæ, sed imago est similitudo in specie. Inter accidentia verò nihil ita est expressum signum, sicut speciei est figura. Vnde qui describit figuram animalis describit imaginem eius. Filius ergo qui est imago inuisibilis dei, Collocens primo, proprie dicitur figura. Sed cuius? Substantiæ eius. Imago enim alicuius est multiplex. Aliquando enim est signum representans speciem in nullo cum ipsa conueniens, sicut imago hominis in pariete, quæ in nullo habet veram speciem hominis. Aliquando verò assimilatur in specie, non tantum in representando, sed etiam in essendo, sicut filius est imago vera patris. Genesis quinto, Adam genuit filium ad imaginem suam. Vnde dicit Augustinus, quod filius est imago patris, quia assimilatur patri in natura speciei, sicut filius regis, est imago regis. Dicit ergo quod est figura substantiæ. Sed quare non dicit quod est figura naturæ. Quia possibile est, quod natura speciei multiplicetur ad multitudinem indiuiduorum in compositis ex materia & forma. Vnde filius foris non habet eandem naturam numero cum patre suo. Substantia verò nunquam multiplicatur. Non enim alia est substantia patris, alia filii. Nec enim diuiditur secundum diuersa indiuidua. Quia ergo vna & eadem est numero natura in patre, & filio de ideo non dicit naturam quæ diuiditur, sed substantiam indiuisibilem. Ioan. 10, Ego & pater vnus sumus, & 14, Ego in patre, & pater in me est. Tertium quod facit hominem idoneum, est virtus & potestas. Vnde Eccl. 7, Noli quætere esse iudex, nisi valeas virtute irrumperere iniquitates. Et ideo ostendit virtutem cum dicit [Portans omnia verbo virtutis suæ.] Proprium autem principum & potentum est portare. Iob 9, Sub quo curuatur qui portant orbem. Ipse ergo portat, sed videndum est quid portat, & quo, vel per quid. Quantum ad primum sciendum est quod id quod de se nec stare, nec ambulare potest, indiget portari. Omnis autem creatura, de se nec subsistere, nec operari potest. primus pater, quia remota causa remouetur effectus. Deus autem est causa omnis substantiæ, quia non minus est causa subsistentiæ rei quantum ad fieri, quam domifactor est causa fieri domus, inde sicut ad absentiam domifactoris cessat fieri domus: & ad absentiam solis cessat & fieri & esse luminis, in aere: ita ad subtractionem virtutis diuine cessat & esse, & fieri, & subsistere omnis creatura. Portat ergo omnia quantum ad suum esse. Portat etiam omnia quantum ad operari: quia subtracta influentia eius, cessat omnis motio causarum secundarum, cum ipse sit causa prima: & causa prima plus influit quam secunda. Iob 38, Super quo bases illius solidatæ sunt. Sic ergo pater quod omnia portat. Sed per quid portat? Verbo virtutis suæ. Quia enim Apostolus loquens de creatione rerum dixit, quod deus omnia fecit per filium: quia, si dixerat per quem fecit & secula. Ille autem per quem aliquis operatur, non videtur virtute sua operari, sed virtute eius qui per eum operatur. sicut balium per quem rex operatur, non operatur virtute propria. Ergo per hoc videtur quod filius non operetur virtute propria. Ideo dicit Apostolus quod portat verbo virtutis suæ, quia cum id sit causa essendi, & conseruandi, cum dicit quod filius virtute sua est causa cõseruationis, ostendit quod etiam est causa essendi. Sed nūquid non virtute patris? vti que, & eius virtute, quia eadē est virtus vniuersalis. Operatur ergo & virtute propria, & virtute patris, quia virtutem suam habet à patre: nec tamen dicit Apostolus virtute sua, sed verbo virtutis suæ: ad ostendendum quod sicut pater omnia per verbum produxit. Psal. Ipse dixit & facta sunt, &c. In quo ostenditur maxima virtus patris, ita filius eodē verbo, quod est ipse, omnia fecit. Et in hoc ostendit Apostolus potentiam virtutis suæ, quia eandem habet cum patre, quia eadē operatur, & per idem quo ille. Sed tunc est dubium: quia pater cum dicit, producit verbum. Ergo filius cum dicit, produceret verbum, & sic verbum patris esset verbum filii. Et ad hoc dicunt Graeci, quod sicut filius est imago patris, ita spiritus sanctus est imago filii. Et sic exponit Basilus. Portans verbo virtutis suæ, id est, est, spiritus sancto. Nam sicut filius est verbum patris, ita ut dicant, spiritus sanctus est verbum filii. Et ideo per ipsum facit filius, sicut per filium pater. Verum tamen proprie loquendo, verbum non dicitur nisi quod procedit, ut conceptus ab intellectu, ad quod sequitur procedere in similitudinem speciei. Spiritus autem sanctus & si sit similis, non tamen habet hoc ex modo suæ processio: quia non procedit ut conceptus ab intellectu, sed ut amor à voluntate. Aliter autem exponit Gloss. Verbo virtutis suæ. i. imperio suo. Sed hæc

adhuc est dubium: quia imperium, vel est exterius per vocem prolatum, & hoc non potest dici, quia nihil est extrinsecum à natura diuina procedens a filio, per quod omnia portentur, vel illud imperium est interius in corde conceptum, sed nec etiã hoc potest stare, quia nihil in mente dei concipitur, nisi verbum æternum. Ergo istud imperium sic conceptum in mente filii esset verbum æternum, & sic essent duo verba æterna, quod nephas est dicere. Ideo de argumento est dicendum sicut exponit Aug. illud Ioan. 12. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum. i. ipse ego qui sum verbum patris iudicabo eum. Et similiter in proposito verbum virtutis suæ. i. seipso qui est verbum virtuosum. Per ista ergo tria, ostendit tria de Christo. Per hoc enim quod est splendor, ostendit eius cõternitatem cum patre. In creaturis enim splendor est cõuuius, sed illi est cõternus. Et hoc est contra Arrium. Sed cum dicit imago substantiæ, ostendit eius cõsubstantialitatem. Quia enim splendor non est eisdem naturæ cum resplicendē ne forte aliquis credat quod non sit similis in natura, dicit quod est imago, vel si gura substantiæ. Sed quia filius & si sit eisdem naturæ cum patre, si tamē sit infirmus, deficit à virtute patris. Ideo subdit, Portans omnia verbo virtutis suæ. Apostolus ergo in his tribus commendat Christum à tribus. scilicet cõternitate, à cõsubstantialitate, & ab æqualitate potestatis. Deinde cum dicit [Purgationē peccatorum faciens.] ostendit secundum quod facit ad idoneitatem dignitatis eius. scilicet Irrenitas, & industria quam habuit in operando. Fuit enim hoc magne industrie, ut quæ ei cõpetebat ex natura qua deus est, ipse meruerit per passionem in natura assumpta. Vnde Phil. 2, Factus est obediens usque ad mortem, propter quod & deus exaltauit illum. Purgare ergo peccata & si cõueniat ei ex natura diuina, tamē cõuenit ei etiã ex merito passionis. Vnde Eccl. 47, Christus purgauit peccata eius, &c. Mat. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Consequenter cum dicit [Sedet ad dexteram.] subiungit ipsam dignitatem. Quasi dicat, Non videtur indecens si sederet, &c. quia ipse est splendor, & figura & portat omnia, &c. In verbo autem sessionis tria solent importari. Vnum est sedētis autoritas. Iob 29, Cuique sederet quasi rex circumstante exercitu, &c. In diuina autē curia multi assistunt, quia Daniel. 7. Milia milium ministrabant ei & decies centena milia assistebant ei. Sed nullus legitur ibi sedere. Quia omnes sunt ibi serui & ministri. infra eodē, Omnes sunt administratores spirituum in ministeriū missi. Sed salus iste habet regiam dignitatem. Daniel. 7, Et usque ad antiquum diem venit. Et postea sequitur, Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnū, &c. Mat. 25, Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Et post sequitur, Tunc dicit rex his, &c. Secundum est sedētis stabilitas. Luc. vlti. Sedete in ciuitate, &c. Dan. 7, Potestas eius, potestas æterna, & infra 13, Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Item aliquando sedere importat humilitatem, quia sedens inferior est stantibus. Psal. Tu cognouisti sessionem meam. Et sic non accipitur hic sed primis duobus modis, sed cõtra A. & 7. Ecce video caros apertos. & Iesum stantem, &c. Et dicendum est quod sedere & stare, & huiusmodi dispositiones de deo dicuntur, secundum similitudinem. Et ideo secundum diuersam, dicitur & sedens, & stans. Sedens quidem propter immobilitatem sed stans propter utilitatem ad fortiter resistendum. Vnde stabat quasi paratus iuuare. Stephanum in agone cõstitutum. Sed addit Apostolus quod sedet ad dexteram: quod referatur ad diuinam naturam est sensus ad dexteram. i. ad æqualitatem patris. Si verò ad humanam, est sensus ad dexteram. i. in posterioribus bonis patris. Marc. vlti. Sedet à dextris dei. Psal. & Mat. 22, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Sed inter eos qui habent assessores, quidam sunt simpliciter maiores, ut rex vel imperator, quidam verò non simpliciter maiores, sed sed in quid, ut præpositi vel balii. Sed Christus non sedet ad dexteram alicuius inferiorum iudicium, sicut alicuius præpositi vel balii, sed simpliciter maioris, quia ad dexteram maiestatis. Maiestas proprie est summa potestas. Esa. 6, Plena erat omnis terra maiestate eius. Prou. 15, Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Christus autem & si sic sedeat ad dexteram maiestatis, habet tamen & ipse maiestatem, quia habet eandem cum patre. Mat. 25, Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Lu. 9, Hic filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua & patris. Dicit etiam non solum maiestatis, sed etiam in excelsis. i. super omnem creaturam. Eccl. 24, Ego in altissimis habito. Sic ergo sedet in excelsis, quia eleuatus est super omnem creaturam. Psal. Quoniam eleuata est magnificentia tua super caros. Et secundum quod dicit Chrysostomus, Apostolus in loco isto tenet modum volentis instruere paruulum qui non statim proponit ei summa, sed paulatim perducit eum: modò loquendo ardua, modò proponendo infirma, ita etiam modò proponit diuina, cum dicit in filio, modò humana, cum dicit, Quem constituit heredem, &c. & sic de aliis, ut patet in glossa.

Lectio 3.

Tantò melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adoret eum omnes angeli dei, Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos, flammam ignis.

¶ Sicut supra dictum est Apostolus in toto capitulo intendit præferre Christum angelis quantum ad excellentiam, vnde posuit quatuor Pertinentia ad excellentiam xpi. i. quantum ad originem: quia [filius.] quantum ad dominationem, quia [heres.] quantum ad operationem, quia [ipse fecit secula.] quantum ad honorem, quia [scdet ad dexteram maiestatis.] Modò Apostolus in parte ista ostendit, quod Christus quantum ad ista quatuor excelsior angelis: & primò quantum ad filiationem, secundò quantum ad dominationem, ibi [Et cum iterum introducit.] tertio quantum ad operationem creationis, ibi [Et tu in principio domine terram fundasti.] quarto quantum ad patris cõfessionem, ibi [Ad quem autem angelorum.] Circa primò duo facit: quia primò præmittit intentum: secundò propositum probat, ibi [Cui enim dixit.] Dicit ergo [Tantò melior angelis.] i. sanctior, & ideo propinquior, in quo proponit excellentiam Christi ad angelos. Ephe. 1, Constituens eum ad dexteram suam in caelestibus super omnem principatum & potestatem. Sed tunc oritur quæstio quomodo Apostolus hoc inteligit verum secundum diuinam naturam vel humanam, quia secundum diuinam non videtur verum, quia secundum illam genitus est, non factus: secundum verò humanam non est melior angelis, ut infra. 2. cap. Eum autem qui modico quam angeli, &c. Sed dicendum est quod Christus secundum humanam naturam duo habuit in vita ista. Cuiusmodi carnalis & sic fuit minor: infra 2. cap. Eum qui modico, &c. Item habuit gratie plenitudinem, & sic etiam in humanitate maior fuit angelis in gratia & gloria. Io. 1, Vidimus eum quasi vni-

Ostendit Christum excellentior angelis in filiatione, & probatione, & idem ostendit quo ad dominationem

geniti à patre plenum gratiæ & veritatis. Sed hic non est intellectus. Apostolus enim non intelligit quod melior fuerit quantum ad gratiam: sed propter vnionem humanæ naturæ ad diuinam: & sic dicitur actus in quantum per illius vnionis factionem peruenit ad hoc. Et ideo subdit [Quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.] Et quantum ad hoc nomen, ostendit differentiam quantum ad tria, scilicet, quantum ad nominis significationem, quia proprium nomen angelorum est quoddam dicitur angeli, quod est nomen ministrum. Angelus enim idem est quoddam nuntius. Nomen autem Christi est, quoddam dicitur filius dei: & hoc nomen est valde differentius ab illo, quia quantumcunque differentiam ponis, adhuc est maiorem dare, cum distent in infinitum. Proverbiorum 30, Quod nomen eius? & quod nomen filii eius si noster? Est enim nomen filij eius sicut & patris incõprehensibile. Phil. 2, Et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Sed fortè dices quod etiam angeli dicuntur filij dei. Job 1, & 2. Dicendū est quod si dicitur filij dei, hoc nõ est essentia liter & per naturā, sed per quandam participationē. Ipse autem est essentialiter filius dei, & ideo habet nomen differentius præ illis, & hoc est secundū: quia differunt quantum ad modum. Psal. Quis est similis deo in filiis dei? Quasi dicat, Nullus per naturā. Quantum ad tertium dicit quod illud nomē hæreditauit. Hæreditas enim consequitur originē. Vnde Christus quod filius sit, habet ex origine: & per naturā, angeli autē ex dono gratiæ. Mat. 21, Hic est hæres. Vnde ipse nomen hæreditauit, nõ autē angeli, & hæc est tertia differentia. ¶ Deinde cum dicit [Cui enim angelorū.] probat quod dixit, & primò agit de nomine secundū quod cõuenit Christo secundū diuinitatē, secundū scđm humanitatē, ibi [Et rursum, Ego ero, &c.] Quantū ad primū inducit autoritatē. Psal. Dominus dixit ad me, &c. Et hoc est, Cui enim angelorum, &c. q. d. Nulli angelorum dicta sunt hæc verba, sed tantū Christo. Vbi tria possunt notari. Primò modus originis in verbo [dixi.] secundò singularitas filiationis, ibi [Filius meus es tu.] tertio eius autoritas, ibi [Ego hodie.] Modus iste non est carnalis, sed spiritualis & intellectualis, Deus enim spiritus est. Io. 4, Et ideo nõ generat carnaliter, sed spiritualiter & intellectualiter. Intellectus autē dicendo, generat verbum quod est cõceptus ei, & ideo signanter dicit quod dominus dixit ad me. i. pater dixit filio. Dicere ergo intellectus patris nihil aliud est quā in corde verbū concipere. Psal. Eructauit cor meum verbū bonum. Job 33, Semel loquitur, & secūdò idipsum non reperit. Eccl. 2, 4, Ego ex ore altissimi prodii. Sed quantum ad secundum, generatio ista est singularis, quia dicit [Filius meus es tu.] q. d. Et si multi alij filij dicuntur, tamen esse filium naturale est sibi proprium: alij autē dicuntur filij dei, quia sunt participes verbi dei. Io. 10, Illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, sed Christus est ipsum verbū. Mat. 17, Hic est filius meus dilectus. Sed quantum ad tertium ista generatio nõ est tēporalis, sed æterna, quia hodie genui te. Differt autem tēpus ab æternitate, quia tēpus variatur sicut motus, cuius mēsurā est in variatione & successione. Et ideo nominatur p̄ successione præteriti & futuri. Eternitas autē est mēsurā rei immobilis, & ideo nõ est ibi variatio per successione, sed semper est præsens & ideo notatur per aduerbiū præsentis tēporis. scđm hodie. Verum quia illud quod sit, quia nondū est, incõpletum per consequens est: quod autē factum est, cõpletum est, & cõpletum nõ dicit genero te, sed genui, quia perfectus est. Sed tamen ne putetur esse generatio eius tota in præteritione & per cõsequens in defectione, addit hodie: vt sit sensus, perfectus es filij, & tamen generatio tua æterna est, & semp̄ à me generaris: sicut lumen in aere perfectū est, & tamen semper procedit à sole, Mich. 5, Egressus eius à principio à diebus æternitatis. Psal. Ex vtero ante luciferū genui te. ¶ Consequenter cum dicit [Et rursum ego ero illi in patre, &c.] propositum ostendit secundū quod conuenit Christo secundum humanitatē, & hoc per aliam autoritatē, secundum Glo. istud dicitur in Esa. Ego ero illi in patre. Sed tamen non inuenitur aliquid huic simile in Esaia, nisi illud, Et filius datus est nobis. Sed 2. Reg. 7, & 1. Para. 28, Habentur ista eadem verba domini dicentis ad David de Salomone, per quē figurabatur Christus. ¶ Sciendum est autē quod in veteri testamēto quædam dicuntur de eo quod est figura non in quantum quædam res, sed in quantum est figura, & tunc nõ exponitur de illo, nisi in quantum refertur ad figuratū. Verbi gratia in Psal. quædam dicitur de David, vel de Salomone, in quantum figurabatur Christū tantum: quædam verò etiam secundum quod sunt hoies quidam, & isto rum dicta de ipsis possunt exponi & de xpo: sicut illud, Deus iudicium tuum regi datur: quia illud potest cõuenire Salomoni. Illa verò quæ dicuntur de ipsis in quantum sunt figura, nunquā de ipsis possunt exponi, sicut illud, Et dominabitur à mari vsq; ad mare, &c. quia nullo modo verificari potest de Salomone, Sic & in proposito licet ista dicta sint de Salomone, tamē possunt exponi de Christo qui præfigurabatur per illū. Dicit ergo, Ero, quod est futuri tēporis, ad denotandū quod incarnatio filij futura erat in tēpore. Gala. 4, At vbi venit plenitudo tēporis, &c. Suprà verò cum loquebatur de æterna generatione, dixit Es tu? quasi sine motu: hic autē cū loquitur de tēporali, dicit, In filium: quod denotat terminū alicuius motionis. Assumptio enim importat motū in filiationem. Et quia omnis motio fit per operationē alicuius terminatam ad aliquē effectum, ideo primò ponit operationē facientis, quia non virtute humanitatis facta est assumptio, sed diuinitatis, cū dicit, Ego ero illi in patre. i. assumam eum ad vnionē psonæ filij. Et subiungit effectū consecutum, quia. scđm suscepturus in vnitate personalem filij, Erit mihi in filiū. De primò dicitur Luc. 1, Virtus altissimi, scđm facientis assumptionē, obumbrabit tibi. De secundo. Ro. 1, Qui factus est ei ex semine David secundū carnem. ¶ Deinde cum dicit [Et cum iterum, &c.] agit de dominatione Christi qua est hæres vnuerforū. Vbi tria facit, quia primò ostēdit dominū eius, & præcipuē super angelos: secundò ponit rationē dominij illius ex parte angelorū, ibi [Et ad angelos.] Tertio ex parte Christi, ibi [Ad filium autē.] Quantum ad primū inducit autoritatē. Psal. cum dicit, Adorate eum omnes angeli eius, hoc habetur in Psal. Dominus regnavit exul. &c. Adoratio enim nõ fit nisi domino, ergo si angeli eū adorant, dominus illorū est. Volens Apostolus inducere hæc autoritatē. Primò tangit intentionē. Psalmista cum dicit [Et cum iterum introducit, &c.] vt Psalmista loquatur de aduentu Christi in mundū. Et ideo dicit, Et cū scriptura introducit. i. introducēdum dicit primogenitū, &c. q. d. Iam dictū est quod Christus est filius præ angelis, ergo est principaliter à patre generatus. Est ergo dicēdus primogenitus. Ro. 8, Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Hic autē primogenitus debebat introduci in orbē, &c. Et vide quā ordinatē loquatur Apostolus. Primò enim dicit ipsum à patre, ibi [Ego ero illi in patre.] Secūdò assumptū in vnitate personæ, ibi [Et ipse erit mihi in filiū.] Sed modò

proponit eum in notitiā hominum. Vocat autē incarnationem introductionem in mūdum. Sed contrā: Ipse Christus vocat eam exitum. Io. 16, Exiui à patre & veni in mundū. Et dicendum est quod exitus est etiam in introductione, sicut si aliquis recõciliandus sit principi, primò exit ad eum, & post introducit eū. Simile habetur 1. Reg. 20. de Dauid ad Ionatā. Sic Christus mediator dei & hominū primò exiit ad homines, & postea introduxit eos recõciliatos, infra 2, Qui multos filios adduxerat in gloriā, &c. Vel introducit. i. inducit eum vsq; in corda hominum, quia scriptura loquens de aduentu Christi, dicit cum suspiciendū intra corda hoim. Ista autem receptio fit per fidē. Eph. 3, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Psal. Annuntiate inter gentes gloriam eius. Quando enim scriptura dicit quod gentes debēt credere, dicit quod Christus intraturus est in corde ipsorum. Hoc autem quod dicit iterum, multipliciter exponitur. Dicit enim Chry. quod de incarnatione verbi, quæ dicitur introductio, nõ loquitur scriptura semel, sed iterū atq; iterū. Vel aliter, quia ipse primò erat in mundo per potentia diuinitatis inuisibiliter, sed iterum introducit eū in mūdum secundū præsentia humanitatis visibiliter. Vel aliter, quia supra dixerat, ero illi in patre. i. assumam in vnitate personalem mei. Et cum iterū introducit eum. scđm primogenitū & assumptum ad vnitate personæ, quia non sufficeret dicere quod introducit nisi dicitur qualiter introducat, quia non quasi vnus de mundo, nec sicut angeli, sed super omnes. Ideo dicit, Adorat eū omnes angeli. Nec. 9, Exercitus celi te adorat. Apoc. 7, Omnes angeli stabant in circuitu throni & ceciderunt & adorauerunt, &c. ¶ Deinde cum dicit [Et ad angelos, &c.] Ponitur ratio ex parte angelorū quare eū adorant. q. d. Iustū est quod adorēt, quia sunt ministri. Vnde dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Deus enim aliquando operatur illuminādo intellectū. Io. 1, Illuminat omnem hominē, &c. Aliquando verò mouet ad opus. Esa. 26, Omnia opera nostra operatus es in nobis. Et primū facit deus in nobis mediantibus angelis. Psal. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Secūdū etiam facit in nobis ipsis mediantibus sicut dicit Dionys. 4. cap. celestis hierarchiæ. In quantum ergo illuminat per ipsos dicuntur nuntii. Nuntii enim est nūciare ea quæ sunt in corde domini sui. Inquarū verò sunt, mediatores operum diuinorū, dicuntur ministri. Psal. Ministri eius qui faciunt voluntatē eius. Sunt ergo & nuntii & ministri, sed quales sunt describit eos p̄ duas res corporales maxime ad hoc idoneas. Vna est aer, cuius proprietates multū conuenit nuntio. Ministro autē proprietates ignis. Aer enim est receptibilis luminis & impressio. Item optime reddit receptā. Item habet velocē motum. Hæc autē debet habere bonus nuntius, vt. scđm bene recipiat dicta, bene referat recepta, & vtrunq; velociter faciat. Ista bene cõueniunt angelis. Optime enim recipiunt diuinas illuminationes. Sunt enim angeli specula munda scđm Dionys. Mat. 18, Et Angeli eorum in calis, &c. Item optime reddit, quod significatum est. Apoc. 1, Significauit deus quæ oportet fieri cito: loquens per angelum suum seruo suo Ioanni, &c. Item sunt veloces. Esa. 18, Item angeli veloces, &c. Isti autem dicuntur spiritus, quia oīs substantia inuisibilis dicitur spiritus. Vnde & aer dicitur spūs. Item sunt ignis in quantum ministri. Ignis autē inter oīa elementa est maxime actiuus, & efficacax ad agēdū. Vnde in Psal. de angelis vbi dicuntur ministri eius, ibi adicitur, Et ministros tuos ignem vrentem. Item ignis calorē causat per quod designatur charitas. Can. 8, Lapedes ignis arq; flammaram. Vnde describuntur in igne, & dicuntur seraphin. Esa. 6, Item ignis semp̄ mouetur sursum, ita angeli & boni ministri omnia quæ agunt semper referunt in gloriā dei, sicut pater de angelo. Thob. 12, Benedicite deum celi, &c. Non dicit benedicite me, sed deum celi. Non sic de malo angelo qui dicit Mat. 4, Si cadens adoraueris me. Sed angelus bonus tanq̄ bonus minister dicit Apoc. 1. Vide ne feceris, & sequitur deum adora.

Lectio 4.

Ad filium autem. Thronus tuus deus in seculum seculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.

¶ Suprà probauit Apostolus per autoritatē angelos esse ministros: hic probat hoc per rationē sumptam, ex parte ipsius Christi. Vnde intendit hæc probare regiā dignitatem Christi, vbi duo facit. Primò enim commendat regiā dignitatem ipsius Christi. Secūdò eius ad illam dignitatē ostēdit idoneitatē, ibi [Propterea vnxit te deus.] Circa primū tria facit. Primò commendat Christi regiā autoritatem. Secūdò eius regiminis æquitatem, ibi [virga æquitatis.] Tertio regiminis bonitatē, ibi [Dilexisti iustitiam.] Dicit ergo [Ad filium autem.] dicit [thronus tuus, &c.] Et sunt verba dei patris loquentis per linguam propheta, sicut per calamū scribæ. Dicit ergo, O deus fili thronus tuus, &c. In quo denotatur regiā maiestas. Est enim thronus regis sedes, sed cathedra magistrī, tribunal autē sedes iudicis. Comperit autē thronus Christo secundum naturā diuinam in quantum est deus. Psal. Rex omnis terræ deus: sed secundū quod homo conuenit sibi ex merito passionis, victoriæ, & resurrectionis. Apoc. 3, Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi in throno patris mei cum eo. Hic thronus est ppetuus. Luc. 1, Et regni eius non erit finis. Dan. 7, Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur. Pater autē quod regnum illud est æternum & in quantum sibi conuenit ex natura, quia est deus. Psal. Regnum tuum regnum oīm seculorum. Item in quantum sibi conuenit vt homo, & hoc duplici ratione. Vna quia regnū illud non ordinatur ad tpalia, sed ad æterna. Io. 18, Regnū meū non est de hoc mundo. Ad hoc enim regnat vt homines dirigat ad vitam æternam. Non autem sic est de regno hominum, vnde regnum illorum finitur cum vita præsentis. Alia ratio est, quia ecclesia quæ est regnū eius, durat vsq; ad finē mundi, & tunc tradet Christus regnum deo & patri cõsumandum & perficiendum. ¶ Consequenter commendat regnum eius ab æquitate, cum dicit [Virga æquitatis, &c.] Conueniēter autem describitur regnum per virgam. Differt enim regimen tyranicum à regimine regis, quia regimen tyranicum est ad vililitatē suam cum grauamine subditorum: regimen autē regis principaliter ordinatur ad vtilitatem subditorum. Et ideo rex est pater & pastor. Pastor enim non corrigit cum gladio, sed cum virga. Psal. Visitabo in virga iniquitates eorū. Item pastor vtitur virga in directione gregis. Mich. 7, Pasce populū tuum in virga tua. Virga etiā sustentat infirmos. Psal. Virga tua & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt. Item virga cõtrahat hostes. Num. 2, 4, Cõsurget virga de Israel & percutiet duces Moab. Sed est hæc virga æquitatis. Esa. 11, Arguet in æquitate pro mansuetis terræ. ¶ Sed sciendū est quod aliquando aliquis regit in rigore iuris, sicut quando seruat ea quæ iuxta sunt secundum se. Contingit autē quod aliquid de se iustum est, quod ta

Commēdat
Christi regiā
dignitatē, com
mendando eius
autoritatem
regiminis, æ
quitatē, & bo
nitatē, ac ad
calamū dignita
tē, ostēdendo
idoneitatē.

men cōparatum ad aliquid inducit detrimentum si seruetur: & ideo oportet q̄ ius cōmune ad hoc applicetur, & si hoc fiat, tunc est regimen aequitatis. Regnum veteris testamenti erat secundū rigorem iustitiæ. Act. 17, Onus quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Sed regnum xp̄i est regnum aequitatis & iustitiæ, quia in ipso non imponitur nisi sua uis obseruantiæ. Mat. 11, Iugum enim meum suauis est & onus meum leue. ¶ Consequenter cum dicitur [Dilexisti, &c.] bonitatē regentis cōmendat. Quidam enim seruati aequitatem, non tamen propter amorē iustitiæ, sed magis p̄pter timorem vel gloriā vel metum, & tale regimē non durat. Sed iste seruat aequitatem propter amorē iustitiæ. Dicit ergo [Dilexisti iustitiā.] q̄. d. Hoc q̄ uirga est aqua & directa, hoc est, quia dilexisti iustitiā. Sap. 1, Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Non autē est iustus qui non amat iustitiā. Mat. 7, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā. Sed aliqui quidem diligunt iustitiam, sed sunt remissi in correctione iniquitatis, sed Christus odit. i. reprobatur iniquitatem. Psal. Iniquos odio habui. Sap. 14, Similiter odio sunt duo, impius & impietas eius. Eccl. 12, Altissimus odio habet peccatores & miseratus est pœnitentibus. ¶ Deinde cum dicitur [Propterea vnxit te deus,] ostendit Christi idoneitatem ad exequendum & gubernandum, ubi dubitatio est de hoc quod dicit, propterea. In uerbis istis agitur de spiritali vnctione, qua Christus est repletus spiritu sancto. Nūquid enim ideo repletus est, quia dilexit iustitiā? Ergo meruit gratiam, quod est contra illud Ro. 11, Si ex operibus iam non ex gratia, & hæc est ratio cōmunis. Sed specialiter ad propositum, quia Christus in ipsa conceptione fuit plenus spiritu sancto. Io. 1, Plenus gratia & ueritate. Non ergo meruit. Respondeo, hęc est cauendus error Origenis. Voluit enim quomnes spirituales creature etiā anima Christi à principio create fuerūt, & secundū q̄ plus vel minus adhæserunt deo vel diuerterunt ab ipso per libertatē arbitrii sui facta, est distinctio inter angelos & etiā animas. Vnde in Peryarchō dicit q̄ anima Christi quia uehemētius adhæsit deo diligēdo iustitiā, propterea meruit hoc. Sed hoc est hæreticū dicere, q̄. f. quacūq; anima vel etiā anima xp̄i creata fuerit ante corpus, qd̄ etiam specialem rationem in Christo habet, quia in primo instanti simul creata fuit anima & formatū corpus, & totum est assumptū à filio dei. Quid ergo dicit, propterea. Vna q̄. uidetur sentire cum Origene. Sed si uolumus eā saluare, dicemus q̄ in scriptura dicitur aliquid fieri quādo innouescit, sicut cum dicitur Phil. 2, Factus esse obediens, &c. Propter quod & deus exaltauit illū & dedit illi nō. &c. Nūquid Christus merito passio nis meruit esse deus? Absit. Hęc enim est error Fotini. Dicendū est ergo q̄ Christum esse deum excedit omne meritū, sed per passionem meruit q̄ manifestetur ubiq; esse deum & q̄ deus dederat illi tale nomē, &c. Ita hoc quod dicit hęc, propterea vnxit te deus, &c. ut sit sensus. Et hoc q̄ tu dilexisti iustitiā, meruisti quod hoc innotescat. Vel aliter & melius ita q̄ ly propterea, nō dicat causam meritoriam, sed finalē. q̄. d. Ad hoc q̄ illa haberes. s. thronū perpetuum uirgam aequitatis, &c. quæ dicta sunt, propterea vnxit te deus oleo. s. sanctificationis, quod dominus mandauit fieri Exod. 30, Quo vngebantur uasa & sacerdotes. Leui. 8. & 9. Et reges ut pater de Dauid 1. Reg. 16. & Salomone 3. Reg. 1. Item propheta, ut pater de Heliseo 3. Reg. 19. Sed quare fiebat ista sanctificatio per vnctionē? Ratio est literalis. Homines enim oriētales pro celebritate vngebantur ne cōsumerentur, eo quod sunt in regione multū calida. Pauperes etiā vngebantur ad festiuitatē. 4. Reg. 4, Non habeo ancilla tua nisi parum olei quo vngetur. In scriptura autē diuina traduntur nobis per modum quo homines solent uti. Quia ergo tūc vngebantur homines vel propter celebritatē festi, vel celebratē personæ, ideo ad ostendendū excellentiam Christi, dicit eum vnctū oleo exultationis.] Ipse est rex. Esa. 32. Ecce in iustitia regnabit rex. Et 33, Dominus enim iudex noster, dominus legis noster, dominus rex noster, ipse ueniet & saluabit nos. Est etiā sacerdos. Psal. Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech. Fuit etiā propheta. Deut. 18, Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscipit tibi dominus. Et conuenit sibi vngi oleo sanctificationis & exultationis. Ab ipso autē sunt sacramēta, quæ sunt uasa gratiæ. Esa. 22, Suspēdā super eum omnem gloriam domus patris eius uasorum diuersa genera, &c. Conuenit etiā ista vnctio Christianis. Sunt enim reges & sacerdotes. 1. Pet. 2, Vos estis genus electū regale sacerdotiū. Apoc. 5, Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Item habet spiritū sanctum qui est prophetiæ spiritus. Iohel 2, Effundā de spiritu meo semper omnem carnē, &c. & ideo oēs vncti sunt inuisibili vnctione. 2. Cor. 1, Qui autē confirmat nos uobiscum in Christo, & qui vnxit nos deus, & qui signauit nos & dedit, &c. 1. Io. 2, Vos vnctionem habetis à sancto & nōstis omnia. Sed quæ cōparatio est, inter Christum vnctū, & Christianos vnctos? Ista, q̄. quia ipse habet eam principaliter & primò, nos autē & alij ab ipso effusam. Psal. Sicut uaguētū in capite, &c. Et ideo dicitur [præ participibus tuis.] Io. 1, De plenitudine eius omnes accepimus. Vnde alij dicuntur sancti, ipse uero sanctus sanctorū. Ipse enim est radix omnis sc̄tatis. Dicit autē oleo lætitiæ vel exultationis, quia ex ista vnctione procedit spiritalis lætitia. Ro. 14, Non est te gnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Gal. 5, Fructus autē spiritus, est caritas, pax, gaudium. Psal. Ut exhilaret faciem in oleo. Esa. 61, Oleum gaudij pro luctu, &c. Illud autē quod bis dicitur [deus deus.] dupliciter exponitur. Vno modo quod reperatur nominatiu⁹ casus, ut sit sensus, Vnxit te deus per seipsum deum, nos autē per te mediatorem dei, & hominum hominem Christum. 2. Pet. 1, Per quem magna & pretiosa nobis promissa donauit. Alio modo, quia sc̄m Aug. in glo. alterum est nominatiu⁹ casus, alterū uocatiu⁹, ut sit sensus. O Christe qui es deus filius, deus pater vnxit te, &c. Et q̄ debet sic exponi magis patet in Græco. Sed cum Christus non sit vnctus secundū q̄ deus, quia sic non cōuertit sibi recipere spiritum sc̄m, sed magis alijs dare, secunda expositio non uideretur esse uera. Respondeo, dicendum est q̄ idem est in persona & deus & homo, tamen vnctus est in quantum homo. Et cum dicitur d̄ deus, &c. & vnctus est deus & homo, & vnctus similiter est deus & homo, & vnctus cum ipso in persona.

LECTIO 5.

Ostenditur Christus excedere angelos in uirtute, quia ipse est creatus. **T**u in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes ut uerimentum ueterascunt. Et uelut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es & anni tui non deficient. **S**upra præmiserat Apostolus quatuor in quibus Christus excellit angelos, & probauit duo illorū. s. & q̄ excedit eis quia est filius, & quia est hæres: nunc probat tertium, s. q̄ excedit eos in uirtute operationis; quia

per eum pater fecit & secula. Hoc autem probat Apostolus ex autoritate eiusdem prophetiæ, & circa hoc duo facit. Primò ostendit uirtutē operationis in quantum creator. Secundò quantum ad differentiam creatorum, ubi [Ipsi peribunt.] Circa primū duo facit, quia primò ponit creationē terræ, secundò caelorum, ubi [Et opera manuum.] Sciendū est autem circa primū q̄ hoc potest dupliciter legi. Vno modo ut sit sermo directus ad patrē, ut sit sensus [Tu domine.] s. deus pater [fundasti terram in principio.] i. in filio qui est principium. Io. 8, Ego principij qui & loquor uobis. Et hoc tantum ualeat ac si dixisset, Tu fundasti terrā per filium. Psal. Omnia in sapientia fecisti. Filius autē est sapientia genita, ut supra dixit eum splendore gloriæ. Et hoc quod dicit hęc respondet huic quod supra dixit, per quē fecit in secula. Alio modo q̄ sit sermo directus ad filium, sic [Et tu domine.] s. filij fundasti terrā in principio. s. temporis uel in principio. s. productionis rerum, ut excludat opinionē dicentium, corporalia non fuisse creata cum spiritalibus, sed post. Gen. 1, In principio creauit deus caelum & terram. Sciendum est autē q̄ tripliciter potest distingui terra à caelo. Vno modo & ad literā q̄ per terram intelligatur elementum terræ: per caelum autē superiora corpora, ut sicut Moyses non facit mentionē de aere, quia est cum aqua ita hęc intelligit per caelum, ipsum caelum & alia duo elementa. s. aere & ignē quæ magis accedunt ad naturam caeli, quod pater ex loco ipsorum. Sic etiam accipit Moyses. Gen. 1, Et dicitur [fundasti.] quia sunt fundamentū quod est prima pars aedificij est in imo, ita terra inter omnia elementa tenet locū imum. Esa. 48, Manus mea fundauit terrā. Psal. Aridam fundauerunt manus eius. Non autē dicit fecisti caelos, sed [opera manuum tuarum sunt caeli.] quia illud quod aliquis facit manibus, magis diligētē uideatur facere. Et ideo sic loquitur ad designandū nobilitatē & pulchritudinem ipsorum. Esa. 48, Dexterā mea mensa est caelos. Aliter uero q̄ per terrā intelligatur totam naturam corporalem. Et sic terrā fundasti, quia materia est locus & fundamentum formatū: per caelos autem, spirituales substantias. Psal. Laudate eum caeli caelorum. Et hi sunt opera manuum eius, quia fecit eos ad imaginē & similitudinem suam. Vel per terrā imperfecti in ecclesia qui sunt fundamentū aliorū, quia nisi esset actiua in ecclesia, contemplatiua non subsisteret. Per caelos contēplatiui. Et hæc facta in ecclesia in principio. i. per filij. Esa. 51, Posui uerba mea in ore tuo ut fundes terrā. i. imperfectos & plantes caelos. i. perfectos. ¶ Consequenter cū dicit [Ipsi peribunt.] ostendit differentiam inter creatorē & creaturā, & hoc quantum ad duo quæ sunt propria creatori, primū est æternitas, secundū est immutabilitas, de qua, ubi [Et omnes ut uerimentum ueterascunt, &c.] Circa primū duo facit, quia primò ponit terminationē creaturæ. Secundò interminationem dei. ubi [Tu autē permanebis.] Dicit ergo primò [Ipsi.] s. caeli [peribunt.] Sed cōtrā. Eccl. 1, Terra in æternum stat, ergo uidetur q̄ multò plus caeli. Respondeo dicendū est q̄ secundum Aug. & Philosophum in qualibet mutatione est generatio & corruptio. Vnde quicquid mutatur, perit à statu in quo erat. Ergo quod dicit q̄ caeli peribunt, non intelligitur quantum ad substantiā, de qua Iob 37, Qui solidissimi quasi arcus fusi sunt, sed quantum ad statum quod nunc habet. Apoc. 21, Vidi caelum nouum & terrā nouam. 1. Cor. 7, Præterit figura mundi huius. Sed quomodo mutabitur statum? Diuersimodē, quia caeli superiores mouentur, sed non alterantur. Inferiores uero. s. ignis & aer & mouentur & alterantur & corruptioni sunt subiecti. Sic ergo status omnium caelorum est mutabilis, sed tunc motus cessabit in superioribus, & corruptio in inferioribus, quia aer igne conflagrationis purgabitur. 2. Pet. 3, Celi qui nunc sunt & terra eodē uerbo repositi sunt, igni reseruantur in die iudicij, &c. Omnes peribunt à statu in quo nūc sunt, & sic quodāmodo peribunt, sed tu domine permanebis. Psal. Tu autē domine in æternum permanebis. ¶ Deinde cum dicit [Et omnes ut uerimentum ueterascunt, &c.] ostendit differentiam dei ad creaturā quantum ad immutabilitatem, & circa hoc duo facit. Primò enim ponit mutabilitatem creaturæ. Secundò immutabilitatē dei, ubi [Tu autem idem.] Et adhuc circa primū duo facit, quia primò describit rationē mutabilitatis creaturæ. Secundò subdit illam mutabilitatē, ubi [Et uelut amictum.] Circa primū autē sciendum est q̄ uetus & nouum, consequuntur tempus. Vnde ueterascere non potest nisi quod aliquo tempore durat. Motus autem caelorum mensuratur tēpore, sed ipsum mobile mensuratur ipso nunc tēpore: ergo in caelo possunt inueniri nouitas & ueritas, unde non ueterascēt caeli quasi substantia eorū minuatur vel corrumpatur in aliquo, sed tantum quantum ad diurnitatē temporis quo amplius nō mensurabuntur. Et ideo dicit, Sicut uerimentū, &c. quia causa mutationis caelorum non erit propter defectū uirtutis ipsorū quæ in aliquo minuatur, quia si motus ipsorum cessaret, propter defectū uirtutis, iam cessatio haberet causam naturalem & posset deprehendi ratione naturali cuius contrariū dicitur Mar. 24, De die autē & hora illa nemo scit, &c. ergo erit propter necessitatē finis: quia omnes creaturæ corporales ordinantur ad spirituales, & totus motus describens generationi & corruptioni ordinatur ad generationem hominis. Cessante ergo generatione hominis, quod est quādo cōplexio erit numerus electorū & prædestinatorū, cessabit motus ille. Et ideo dicitur uerimentū, quod sumitur ad usum, & cessante usu deponitur, sicut homo calidū uerimentum deponit ueniente estare. Sic ergo status mūdi qui nunc est cōmodatus isti fini, cum cōpletus fuerit numerus ille electorū, iam amplius non erit cōmodatus nec necessarius, & ideo sicut uerimentū deponetur. Luc. 21, Cælum & terra transibunt. ¶ Consequenter ponit ipsam mutabilitatem, cum dicit [Et uelut amictū mutabis eos.] s. caelos: & bene dicit, Mutabis tu deus, quia non propria uirtute nec per se, sed uirtute dei mutabuntur à motu, sicut amictū qui ad usum sumitur, & post usum deponitur secundū congruentiam temporis & finis. Et dicit amictum, quia per amictum gloria hominis & manifestatur & tegitur. Ita etiā deus per creaturas & occultatur nobis & manifestatur. Roma. 1, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur. Sap. 13, A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit horū creator uideri, &c. Et dicit mutabuntur, quia in perpetuū mutati permanebunt. Itē quantum ad caelos spirituales qui pereunt à uita presenti per mortem corporis. Ro. 14, Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terrā quæ nō reuertentur. Esa. 57, Iustus perit & nemo est, &c. Item ueterascunt, quia ut dicitur infra 8, quod antiquatur & senescit, prope interitū est. Et mutabis, s. secundum corpora, quando corporale hoc induet incorruptionē. 1. Cor. 15, Et mutabuntur secundum mentē, quādo à uisione enigmatica assumuntur ad speciem uisionem. Iob 14, Cunctis diebus quibus nūc milito expecto donec ueniat immutatio meo. ¶ Deinde subiungit immutabilitatē dei, cum dicit [Tu autem idem ipse es.] Vbi duo facit. Primò

tor. Itē quia est immutabilis, & creaturae sunt immutabiles.

enim ponit hoc. Secundo ostendit hoc per signum, ibi [Et anni tui.] Dicit ergo, Ipsi peribunt [tu autem.] I. dei filius, & hoc contra Arrianos [idem ipse es.] I. idem persecutus & nunquam mutaris. Malac. 3. Ego deus & non mutor. Iac. 1. A pud quem non est transmutatio, &c. Et signum huius est [anni tui non deficient.] Anni enim dei dicuntur duratio eius, sicut anni hominis duratio hominis, quae deficit, & secundum partes: quia cum sit temporalis, vna pars succedit alteri, & vna adueniente, deficit altera. Deficit etiam secundum totum, quia ex toto definit esse. In duratione vero dei neutrum horum est, quia non deficit secundum totum, quia est semper. Psa. Tu autem altissimus in aeternum domine. Item nec secundum partes, quia aeternitas est tota simul, & quid stans. Iob 36. Numerus annorum eius inestimabilis, &c. Sed cum sit vna & immutabilis, quare anni vocatur. Ratio huius est, quia intellectus noster accipit cognitionem intelligibilem per sensibilia, quia omnis nostra cognitio incipit a sensu. Vnde & deus qui est omnino simplex, describitur sub similitudine corporalium, Esa. 6. Vidi dominum sedentem, &c. Ita etiam duratio eius a nobis describitur per aliqua nobis nota, cum tamen sit vniformis & simplex. Vnde aliquando dicitur annus, aliquando dies & mensis, quia omnes differentias temporis includit. Lectio 6.

Probat qd Christus sit angelus excellens in dignitate sessione ad dexteram maiestatis in excelsis.

Ad quem autem angelorum dixit aliquando. Sede a dextris meis, quoad usque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis.

Supra probavit Apostolus tria de Christo in quibus excedit angelos: hic probat quartum quod praemisit de ipso. I. quod sedet ad dexteram maiestatis, quod pertinet ad dignitatem eius. Et circa hoc duo facit. Primum enim inducit auctoritatem David. Secundo ostendit angelos ab hac dignitate deficere, ibi [Nonne omnes sunt.] Circa primum duo facit, quia primum describit dignitatem Christi. Secundo ostendit per signum, ibi [quoad usque ponam.] Dicit ergo [Ad quem autem angelorum dixit aliquando deus.] d. Non inuenitur quod hoc deus dixerit angelo, sed dixit Christo. Et ipse est Christus. Mat. 22. Inducit hoc de se dictum. Hoc autem quod dicit [Sede a dextris meis.] potest referri ad diuinam naturam in qua Christus aequalis est patri, quia habet & iudicariam & regiam potestatem aequalem patri. Ioh. 1. 6. Omnia qua habet pater, mea sunt. Ipse vero pater ab aeterno dixit: quia dicendo filium generavit, & generatio dedit ei aequalitatem patris. Potest etiam referri quantum ad humanam naturam, secundum quam sedet in bonis potioribus patris. Tunc autem pater dixit, quando humanae naturae verbum suum vnium. Hoc autem magis supra expositum est ubi dixerat, Sedet ad dexteram.

Consequenter cum dicit [quoad usque.] ostendit per signum dignitatem christi ubi occurrit duplex dubitatio. Vna quia ab aeterno omnia sunt subiecta filio. Item quia in resurrectione Christus dicit, Data est mihi omnis potestas. Quid ergo expectat subiiciendum scabellum suo? Et sciendum est quod aliquid potest esse in potestate alicuius dupliciter. Vno modo quantum ad auctoritatem, & sic omnia ab aeterno quantum ad praedestinationem fiendorum & in tempore quo fuerunt, subiecta sunt filio dei in quantum deus, sed a principio conceptionis in quantum homo. Alio modo quantum ad exercitium potestatis, & sic non sunt ei omnia subiecta, sed tantum in fine mundi, quia nondum exercet potestatem in omnia, subiiciendo sibi omnia. Phil. 3. Secundum operationem qua possit etiam subiicere sibi omnia. Sed quid est quod dicit scabellum? Potest dici quod per hoc nihil aliud intelligitur quam plena & perfecta subiectio. Illud enim dicitur perfecte subiectum alicui quod ipse potest coeque care pedibus. Aliter etiam & faciendum vim in verbo, quia sicut deus est caput Christi. I. Cor. 11. Caput Christi deus, ita pedes Christi, humanitas eius. Psa. Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Ponam ergo scabellum. I. non solum subiiciam inimicos tuos tuae diuinitati, sed etiam humanitati tuae. In hoc autem errauit Origenes. Ipse enim voluit & intellexit tantum vnum modum subiectionis, dicens, Sicut enim nihil aliud est subiecti luci quam illuminari: ita cum Christus sit veritas, iustitia, & bonitas, & quicquid tale potest dici, nihil est aliud subiecti saluatori quam saluari. Et ideo voluit quod in fine omnia, etiam damnationes, saluarentur, quia aliter non subiicerentur omnia Christo. Sed hoc est contra illud quod dicitur Mat. 25. Ire maledicti in ignem aeternum. Vnde sciendum est quod duplex est modus subiectionis. Vnus per voluntatem subditorum sicut boni ministri subiiciuntur domino suo, puta regi, & sic soli boni subiiciuntur Christo. Alius per voluntatem domini, & sic est quaedam violentia ex parte subditorum. Et sic mali subiiciuntur Christo, non quod velint dominum eius, sed quia Christus facit de ipsis voluntatem suam puniendo eos qui noluerunt hic facere voluntatem suam. Et hoc proprie designatur per scabellum, quia quod calcatur comprimitur. Esa. 66. Calum mibi sedes est. i. caelestes, & boni sed terra. i. terreni & mali scabellum pedum tuorum. Quia dubitatio est de hoc quod dicit, quoad usque, &c. quia si sedebit quoad usque, ponatur ergo cum posuerit non sedebit. Respondeo quod, donec &, quoad usque, quandoque, ponuntur finitè, quando, designant terminum eius cui coniungitur, sicut cum dico, Sede hic donec veniam. Aliquando autem tenentur infinitè, quando, non ponitur terminus ut cum dicitur, Iste non poenituit donec vixerit, quia nec post mortem poenituit. Sicut enim dicit Hiero. illud oportet designari de quo potest esse dubium. Illud autem quod non est dubium relinquitur intelligenti. Dubium autem est utrum in vita sua poeniteat, sed quod non post mortem sua, nulli est dubium. Sic & in proposito, cum enim modò multi impugnent & blasphemant christum, videtur dubium verum modò sedcat, sed non est dubium, verum sedeat: quando omnia subiecta erunt ei, & ideo non exprimitur illud. Consequenter ostendit quod dignitas haec angelis non conuenit, cum dicit [Nonne omnes sunt administratores spiritus.] Vbi tria facit, quia primum ostendit ipsorum officium. Secundo executionem officij, ibi [in ministerio.] Tertio fructum executionis, ibi [ut hereditatem.] Dicit ergo. Nonne omnes, &c. Psa. Ministri eius, qui faciatis voluntatem eius. Sed contra. Dan. 7. Milia milium ministrabat ei, &c. Vbi dicit Gre. Aliqui ministrant, alij sunt qui assistunt. Non ergo omnes ministrant. Respondeo, dicendum est quod sicut videmus in artificibus quod duplex est genus artificum. Quidam enim sunt quasi manu exequentes ut manu artifices. Alij autem non exequuntur nec operantur manu, sed sunt artifices disponentes, & quasi praecipientes quid agendum, ita & in angelis est, quia quidam sunt quasi exequentes, quidam vero quasi praecipientes ea quae agenda sunt. Accipiente ergo largo modo administratores tam pro exequentibus, quam etiam pro imperantibus, sic omnes sunt administratores vel administratores. Sed si dicantur administratores qui exequuntur, alij autem qui immediate accipiunt a deo assistentes, sic quidam ministrant, quidam assistunt & tradunt alijs. Sed contra hoc est, quia hic agitur executio officij cum dicit [In ministerio missi.] Ergo videtur per hoc

quod omnes exequatur. Psa. Immittit angelus domini in circuitu eius, &c. Esa. 6. Volauit ad me vnus de seraphin, qui sunt de supremo ordine. Ergo si illi mittuntur, multo fortius alij. Sed contra hoc est Dionysius qui dicit quod accepit ab Apostolo quod soli inferiores mittuntur, & non superiores res. Respondeo, quidam dicunt quod superiores mittuntur & exeunt aliquando aliquibus causis subortis ad exteriora, sed videtur mihi quod superiores quatuor. I. seraphin, cherubin, throni, & dominationes nunquam mittuntur, sed inferiores mittuntur quod patet ex eorum nominibus. Virtutes enim mittuntur ad mirabilia facienda. Potestates ad arcendum potestates aereas. Principatus ad gubernandum communitatem vel regnum, & sic de alijs. Dominationes autem dicuntur, quia ordinant omnia haec inferiora. Alii autem tres ordines accipiunt nomina ex operatione quam immediate exercent circa deum, & illa dispensant in alios. Quod ergo dicit, missi. Dicendum est quod duplex est missio. Vna quae motu locale importat, & sic mittuntur solum inferiores. Alia est missio quae fit per applicationem & directionem noui effectus in creatura, & sic mittuntur filius & spiritus sanctus, & hoc modo mittuntur superiores, quia virtus eorum immittitur in inferiores, immittenda alijs. Et quod dicit, volauit, &c. Dicendum quod inferiores vtuntur nominibus illorum quorum virtute & autoritate agunt, & eis attribuantur operationes suas. Et quia ille inferior officium suum exequatur in virtute seraphin, ideo vocatus est nomine seraphin, non quod esset natura seraphin. Deinde subiungit fructum officij cum dicit [qui hereditatem capiunt salutis.] Et licet omnes sint vocati, non tamen omnes capiunt hereditatem. Qui ergo capiunt, illi percipiunt fructum missionis. Hiero. 51. Curauimus Babylonem & non est sanata.

Caput 2.

Propterea abundantius oportet obseruare nos ea quae audiuimus: ne forte perfluamus. Si enim qui per angelos dicitur est sermo factus est firmus, & si omnis prauaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Quae cum iniuriam accepisset enarrandi per dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmata est, contestante deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

Ex excellentia Christi super angelos, inferitur hoc quod hic dicitur, quod magis est obediendum nouo testamento quod est doctrina Christi, quam veteri, & ponitur ratio.

Supra ostendit Apostolus multipliciter eminentiam Christi ad angelos: hic ex hoc concludit quod magis obediendum est doctrinae Christi, scilicet nouo testamento, quam veteri testamento. Et circa hoc tria facit. Primum enim ponit conclusionem intentam. Secundum inducit rationem ad conclusionem intentam. Tertio confirmat consequentiam rationis. Primum in principio. Secundum, ibi [Si enim qui per angelos.] Tertium, ibi [Non enim angelis.] Circa primum sciendum est quod Exodi vigesimo tertio, Datis praecipis legis in iudicijs, subiungit, Ecce ego mitto angelum meum, &c. Et sequitur, Obserua igitur & audi. &c. Si igitur mandatum angeli per quem lex data est seruaretur; introitus disponeretur ad patriam. Vnde & Mat. 19. dicitur est, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Oportet ergo seruare mandata illa legis, ergo oportet magis obedire mandatis eius qui maior est angelis per quos lex data est. Et hoc est quod dicit [Propterea abundantius obseruare oportet ea quae audiuimus.] Ab dia. 1. Audium audiuimus a domino. Abac. 3. Domine audiuimus auditum tuum & timui. Oportet ergo obseruare abundantius, quia. I. a maiore dicta sunt. Psa. Ideo dilexi testimonia tua, &c. Et hoc propterea. I. propter imminens periculum ne forte perfluamus. Aliquis enim fluit per penas corporales. 2. Reg. 14. Quasi aqua dilabimur super terram: effluit per culpam, sed perfluat corporaliter per damnationem aeternam. Consequenter inducit rationem ad hoc, quae continet vna conditionale continentem comparationem noui & veteris testamenti. In antecedenti ponitur conditio veteris testamenti. In consequenti conditio noui testamenti. Circa vna autem tria ponit. I. legis auctoritatem. Secundum firmitatem veritatis, ibi [Qui factus est firmus.] Tertio necessitate obseruandi, ibi [Et omnis prauaricatio.] Primum ponit auctoritatem, quia non humana ratione data est lex, sed per angelos. Gal. 3. Ordinata per angelos, &c. Act. 7. Hic Moyses qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina, &c. Nec hoc est mirum, quia vt probat Dionysius, reuelationes diuinarum illuminationum ad nos perueniunt medijs angelis. Firmitatem veritatis ostendit, cum dicit [Factus est firmus.] quia totum impletur quod ibi mandatum est Mat. 5. Iora vnum aut vnus apex non praeeribit a lege donec omnia fiant. Necessitate ostendit quia puniuntur prauaricantes. Vnde dicit [Et omnis prauaricatio & inobedientia, &c.] Vbi ponit vnum quod responderet duplici culpa. I. peccato omissionis & transgressionis. Primum respondet praecipis affirmatiuis, aliud negatiuis. Primum notatur nomine inobedientiae. Sed nunquid inobedientia est peccatum generale? Et videtur quod sic, per hoc quod dicitur hic. Ad quod dicendum est quod peccatum dici potest esse speciale ex intentione specialis finis. Vnde quando aliquis non seruat praecipitum hac intentione vt committat praecipitum, sic est speciale peccatum, sed quando ex aliqua causa, puta quando ex concupiscentia, tunc est conditio consequens peccatum, non tamen speciale peccatum. Aliud autem vocatur prauaricatio. Psa. Prauaricantes reputaui, &c. Item aliud ponit ex parte poenae, cum dicit, Accepit iustam mercedis retributionem. Retributio enim respicit quantitatem culpae, vt qui magis peccauit, magis puniatur. Merces vero respicit qualitatem vt qui igne libidinis peccauerit, igne crucietur. Accipiet ergo mercedem bonam pro bonis, & malam pro malis. Et sic merces accipitur in bonum & in malum, in quantum importat iustitiam distribuendi. Iustum dicit propter aequalitatem poenae, vt. I. secundum mensuram peccati sit plagarum modus. De poenis autem habetur Leuiti. 26. & Deut. 28. Glo. dicit, Iustum, ne putent perire iustitia propter misericordiam. Consequenter cum dicit [Quomodo nos effugiemus, &c.] Ponit consequens suae conditionalis in quo describit conditionem noui testamenti vbi tria facit. Primum enim ostendit necessitatem obseruandi. Secundum originem noui testamenti. Tertio firmitatem veritatis ipsius. Secundum ibi [Quae cum iniuriam accepisset.] Tertium ibi [Contestante deo.] Dicit ergo, Si sermo factus per angelos punit prauaricantes & inobedientes, quomodo nos effugiemus, &c. In quo denotat periculum quod imminet non obseruantibus. Supra autem vetus testamentum vocauit salutem. Cuius ratio est, quia sermo ordinatur ad cognitionem tantum, hoc enim facit vetus testamentum, quia per ipsum est cognitio peccati. Ro. 3. Per legem cognitio peccati. Psa. Non fecit taliter omni nationi. Et alibi, Notus in Iudaea deus, &c. Non tamen conferebat gratiam, sed in nouo testamento confertur gratia. Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et 6. Domine ad quem ibimus, verba vitae aeternae habes,

Pfal. Ignitum eloquium tuum vehementer. Et dicit [tantam.] i. valde magnam. Et certe valde magna est si consideres à quibus periculis liberat: quia non solum liberat à periculis mortis corporalis, sed etiam spiritalis. Mat. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Item magna est, quia est vniuersalis. i. non vnus populi tantum, nec ab vno periculo, sed est omnium hominum & ab hostibus omnibus. i. Timo. 4. Qui est saluator omnium, maxime autem fidelium. Luc. 1. Sine timore de manu inimicorum nostrorum libera ti, &c. Item magna est, quia aeterna. Esa. 45. Saluatus est Israel in domino salute sempiterna. Et ideo non est negligenda, sed debemus esse solliciti ad obtinendum eam. Iudic. 18. Vidimus terram valde opulentam & vberem. Et sequitur, Nolite negligere, nolite cessare, &c. Et verè nõ debemus negligere, quia si negligentes fuerimus, puniemur, non tantum perdendo bonum, sed etiam incurtemus malum. i. aeterna dationis, quod est fugere non poterimus. Ideo dicit [Quomodo nos effugiemus?] Mat. 3. Quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Iob 11. Effugium peribit ab eis. Psal. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Originem doctrinae noui testamenti ostendit, cum dicit [Quae cum initium accepisset, &c.] Vbi ponit duplicem eius originem. Prima fuit non per angelos, sed per ipsum Christum, supra 1. Locutus est nobis in filio. Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et ideo dicit [Quae cum accepisset initium enarradi per dominum,] quia habet duplex initium. Vnum simpliciter, & illud est ab aeterno, & hoc est per ipsum verbum. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Aliud est initium enarrationis, & istud fuit in tempore per verbum incarnatum. Secunda origo fuit per Apostolos qui audierunt à Christo. Vnde dicit [ab eis qui audierunt.] i. per ipsorum praedicationem. i. Ioan. 1. Quod fuit ab initio quod vidimus & audiuimus, &c. Luc. 1. Sicut narrauerunt nobis qui ab initio ipsi viderunt. Firmitate deinde eius ponit, quae maior est quam firmitas veteris testamenti, quod ostendit ex testimonio dei qui mentiri non potest. Vnde dicit [confirmata est deo cõtestate, &c.] Sciendum est autem quod testimonium est per loquelam: loquela est signum sensibile. Deus autem duplici signo sensibili cõtestatus est. i. miraculis, & donis spiritus sancti. Quantum ad primum dicit [confirmata est cõtestate deo signis.] quo ad minora miracula, vt sanatio claudi vel febris. De primo. Act. 3. & 14. De secundo autem Act. vlti. [Portentis.] quantum ad maiora, sicut suscitatio mortui. Act. 9. Thabita surge, &c. Dicitur autem portentum quasi porro vel procul sensum, quod. s. aliquid in longinquum demonstrat. 2. Paral. 32. In legatione principum Babylonis qui misi fuerant ad eum vt interrogarent de portento, quod. s. fuerat sol retrogressus, &c. Praecipuum verò portentum est quod deus factus est homo. Esa. 8. Ego & pueri mei quos mihi dedit deus in portentum, quod. s. ego sum homo, & pueri mei hoc crederet. Mirum enim fuit quod cor humanum hoc potuit credere. Dicit [Variis virtutibus.] vt signa & portenta referantur ad ea quae excedunt virtutem naturae vt signum dicatur quod est praeter & supra naturam, non tamen contra. Sed portenta sunt quod est contra naturam vt partus virginis, suscitatio mortui. Sed virtus referatur ad ea quae sunt secundum naturam quantum ad substantiam facti, sed non quantum ad modum fieri, sicut sanatio febris, quod vtique; possunt medici, licet non statim. Vel virtutes referantur ad virtutes meritis, quas dominus suis praedicatoribus dedit. i. fide, spe, & charitate. Sed quantum ad secundum. i. quantum ad bona dicit [Et spiritus sancti distributionibus.] Sed contra: vt dicitur Sap. 7. Spiritus sanctus vnus est. Quomodo ergo distribuitur? Dicendum est quod non distribuitur secundum essentiam, sed in quantum donum eius distribuitur. i. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Omnes autem gratiae attribuuntur spiritui sancto, quia dantur ex amore. Amor verò appropriatur spiritui sancto. Grego. Certè spiritus sanctus amor est. Vel distributionibus. i. per distributiones quae sunt à spiritu sancto, quia alij datur sermo sapientiae, alij sermo scientiae, alij operatio miraculorum, alij prophetae, & sic de aliis. Et hoc totum non pro meritis, nec ex necessitate naturae, sed per ipsius voluntatem. Io. 3. Spiritus vbi vult spirat, &c. Mat. vlti. Domino cooperante & sermone confirmante sequentibus signis.

Lectio 2.

Probat Christus esse maior angelis, quia dicitur coronasti eum, & constituiti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecit tibi sub pedibus eius. In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei.

Non enim angelis subiecit deus orbem terrae futurum, de quo loquimur. Testatus est aut in quodam loco quis, dicens, Quid est homo quod memor es eius: aut filius hominis: quoniam vixit cum paulominus ab angelis gloria & honore coronasti eum, & constituiti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecit tibi sub pedibus eius. In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei. Supra fecit Apostolus quandam cõparationem ostendens esse maiorem necessitatem obseruandi praecipua Christi quam legis datæ per angelos: hic confirmat consequentiam, vbi duo facit. Primum enim cõfirmat doctrinam consequentiam ostendens maiorem esse potestatem Christi quam angelorum. Secundò probat idem per authoritatem, ibi [Testatus est autem quidam.] Dicit ergo, Ita dixi quod maiora supplicia sustinebunt, qui faciunt contra mandata angelorum, quia ipse Christus dominus est, & magis punitur qui peccat contra dominum, quam qui peccat contra seruos. Et quod Christus sit dominus ostendit, quia non subiecit deus orbem terrae futurum subiectum Christo, angelis. Et duo facit. Primum quia orbis non est subiectus angelis. Secundò ostendit de quo orbe intendit, ibi [De quo loquimur.] Orbis enim est subiectus angelis. Iob. 34. Quem cõstituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est. Sed cõtrà, Dan. 10. dicitur, Angelus princeps regni Graecorum & Persarum. Et Deu. 32. Constituit fines populorum iuxta numerum filiorum dei, secundum aliam litteram. Et dicendum est quod non est eis subiectus vico domini, sed vice cuiusdam ministerij. Totam enim creaturam corporalem ministratur per angelos. Ministri eius qui facitis, &c. supra 1. Omnes administratores dicuntur. Vel non enim subiecit orbem terrae angelis, orbem dico futurum. i. mundum istum qui dicitur futurus, quia in scriptura quando dicitur futurum non respectu nostri, sed respectu eius cui cõparatur, sicut idem Apostolus dicit Ro. 7. de Adam respectu Christi, qui est forma futuri, Christus enim non est futurus respectu sui, sed respectu Adæ. Sic hic orbis futurus dicitur, non respectu nostri, sed respectu Christi, qui est ab aeterno, cum orbis sit in tempore. Et quia Manichaei dicunt orbem subiectum malo deo, nõ autem bono, ideo subdit de quo loquimur. [quia, nõ de alio, sed de isto. Vel quia supra 1. dixerat, Ipsi peribunt. i. caeli & mutabuntur, quod sicut ibi dictum fuit intelligitur quo ad statum, non quo ad substantiam, ita quod duplex est status mundi. Vnus qui nunc est praesens. 2. Pet. 3. Caeli qui nunc sunt, & eodẽ verbo repositi, sunt reposituri, &c. Et alius est futurus. In orbe autem, sed isto qui nunc est, nec omnia sunt ei subiecta, vt supra dicitur est.

etum est, & hoc per executionem potentiae, licet subiecta sint per authoritatem: sed tunc in illo statu futuro erit ei orbis subiectus. Et ideo subdit, de quo loquimur. Consequenter probat per authoritatem, cum dicit [Testatus est autem quidam.] Vbi tria facit. Primum enim cõmendat authoritatem testimonij inducendi. Secundò inducit testimonium, ibi [Quid est homo quod memor es eius?] Tertio explicat sensum flamenti sunt quaedam testimonia Christi. Ioannis quinto, Scrutamini scripturas, &c. Et paulo post, Et ille sunt quae testimonium perhibent de me. Et ideo dicit, testatus est autem. Secundò quia apud Iudaeos erant quaedam scripturae minus notae, & quaedam magis notae, & ideo maioris dignitatis sunt scripturae psalmodiarum quibus ipsi vrebantur in omnibus sacrificijs suis. Et ideo dicit [In quodam loco] noto, scilicet & manifesto. Tertio ponit authoritatem dicentis, scilicet Dauid, qui scilicet fuit maxime authoritatis. 2. Regu. 23. Dixit vir cui constitutum est de Christo dei Jacob, egregius psalter Israel. Deinde inducit testimonium cum dicit [Quid est homo, &c.] Vbi tria facit. Primum enim ponit ministerium incarnationis. Secundò passionis, ibi [Minuisti eum paulominus ab angelis.] Tertio ministerium exaltationis, ibi [Gloria & honore.] Dicit ergo [Quid est homo quod memor es eius?] Et debet legi despectiue. q. d. Homo valde modicum quid est respectu dei. Esa. 40. Omnes gentes quasi non sint sic coram eo, & quasi nihilum & inane reputatae sunt ei. Si enim aliquis diligit aliquem & dimittit eum diu in miseris nec tubuenit, videtur eius obliuisci. Deus autem humanum genus dilexit, & quia ipsum fecit ad imaginem suam, & quia in medio paradisi ipsum posuit. Sed post peccatum quia non statim ei tubuenit, videtur eius fuisse obliuisci. Psalmist. Memento nostri domine in beneplacito tuo, &c. Et ideo dicit, Quid est homo, &c. quasi dicat. Si consideremus utilitatem hominis, mirum est quod memor es eius. Si ergo primum ponit causam incarnationis. Secundò ponit ipsam incarnationem cum dicit [Filius hominis.] In scriptura enim sacra Christus vocatur filius hominis, sicut patet Daniel. 7. Et in euangelio in multis locis, & huius ratio est, quia alij sunt filii hominum. Psalm. Filii hominum vsquequo graui corde. Sed Christus tantum filius est hominis, scilicet virginis beatæ. Et ipse deo visitatur. Aliquando visitatio in scriptura refertur ad gratiam, sicut dicitur Genes. 21. Visitauit dominus Sararam, &c. car. Quandoque autem ad poenam. Psalm. Visitabo in virga iniquitates eorum. Hic autem refertur ad beneficium. [Visitatio.] id est, excellentissimum beneficium ei confers, quia facis eum filium dei, ex hoc scilicet quod humanitas assumpta est à verbo in unitatem suppositi. Vel hoc dicit propter plenitudinem Christi. Ioannis primo, Plenum gratia & veritate, &c. Vel referendum est vtrumque ad Christum vt sit sensus, Memor es eius in incarnatione in qua humanitas assumpta est à Christo, sed visitas in resurrectione. Vel referendum est vtrumque ad humanum genus. Quilibet autem filius hominis est homo, non autem quilibet homo est filius hominis. Adam enim non fuit filius hominis. Dicitur ergo, Homo, qui gerit imaginem hominis terreni, Adæ scilicet. Et iste homo dicitur peccator, sed filius hominis, dicitur qui gerit imaginem hominis caelestis, scilicet Christi qui dicitur filius hominis. prima Corinthiorum decimo quinto, Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis. Homo ergo simpliciter dicitur peccator. Et quia iste longe est à deo, quia longe à peccatoribus salus, dicitur deus eius esse memor, sicut aliquis non memoratur eius quod longe est ab ipso. Sed cum de peccatore sit iustus, & sic filius hominis visitatur per gratiam. Iob decimo, Visitatio tua custodiuit spiritum meum. Consequenter ponit ministerium passionis, cum dicit [Minuisti eum paulominus ab angelo.] Vbi sciendum est quod ordine naturae corruptibilia ac passibilia minora sunt incorruptilibus & impassibilibus. Angeli autem secundum naturam sunt impassibiles & immortales. Vnde quando Christus dignatus est passionem & mortem sustinere, minora sunt ab ipsis, non quod plenitudinem suam amiserit, vel in aliquo diminutus fuerit, sed prauitatem nostram sibi allumpfit. Et hoc significatum fuit Lucae vigesimo secundo, Vbi dicitur apparuit illi angelus domini confortans eum, non quod ingeret ipso, sed vt ostenderet se minoratum ab ipsis per passionem. Dicit autem [paulominus] propter duo. Primum quia omnis creatura corporea est modicum quid per cõparationem ad rationalem, quia corporea comprehenditur certis limitibus quantitatis, non autem rationalis, sed semper plus ponit in magis intelligibile: Christus autem est minoratus ab angelis, non quantum ad diuinitatem, nec quantum ad animam, sed solo corpore. Et sic dixit paulominus propter quantitatem. Secundò dicitur paulominus quantum ad durationem, quia modicum durauit. Esaia quinquagesimo quarto, In modico dereliqui te, & cetera. Deinde cum dicit [Gloria & honore, & cetera.] Ostendit misterium exaltationis. Vbi tria facit. Primum ostendit eius gloriam. Secundò honorem, ibi [Et honore.] Tertio potestatem, ibi [Constituiti eum.] Apocalip. quinto, Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem in omnem creaturam, & cetera. Dicit ergo primum [coronasti eum gloria] id est, claritate. Gloria enim claritatem importat. Christus duplici gloria coronatus est, scilicet claritate corporis. Philippenses tertio, Qui reformabit corpus humanitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Ista claritas sibi promittitur. Ioannis, duodecimo, Et clarificauit animam scilicet implendo splendoribus gratiae, & iterum clarificabo, scilicet corpus immortalitatis gloria. Alia claritas est in confessione omnium populorum. Philippenses, secundo, Et omnis lingua confiteatur. Psalm. Gloriam & magnum decorem impones super eum. Consequenter ostendit eius honorem, cum dicit [Et honore.] Differt autem honor à gloria, sicut effectus à causa. Est enim honor reuerentia exhibita in testimonium excellentiae, vnde est testificatio bonitatis eius. Honor ille est vt omnis creatura reueretur ipsum sicut & patrem. Ioannis quinto. Vt omnes honorificent filium sicut & patrem. Et dicit [coronasti] scilicet in signum victoriae, quia corona datur victori. prima Corinthiorum nono. Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, & cetera. secundo Timothei secundo, Non coronabitur nisi qui legitime certauerit: Christus autem per certamen passionis meruit hanc gloriam. Philippen. 2. Factus est obediens vsque ad mortem: & sequitur, Propter quod & deus exaltauit illum, &c. Ista autem prout cõueniunt Christo in quantum deus est, non sunt praemium, sed magis illi naturali, sed in quantum homo est, sunt praemium victoriae passionis eius. Sed potestatem eius ostendit, primum quantum ad authoritatem

eius. Secundò quātum ad effectū, ibi [Omnia subiecisti.] Quantum ad primū dicit [constituisti] quod potest tripliciter intelligi. Vno modo quod cōstitutus est super omnia loca & hoc in ascensione. Eph. 4. Ascēdit sup omnes cēlos. Secundò dignitate. Ephe. 1. Cōstituens eum ad dexterā suā super omnē principatū & potestatem, &c. Tertiò potestate, quia super omnem creaturam. Mar. vltimū. Data est mihi omnis potestas in celo, &c. Sed Christus in quantum deus non est constitutus, sed natus, sed constitutus est in quantum homo. supra 1. Quem constituit heredem vniuersorum, &c. Effectus potestatis est, quia [omnia subiecisti sub pedibus eius.] Vtitur autem propheta praterito pro futuro propter maiorem certitudinem. Iam enim factū est in aeterna dei praedestinatione. Et dicit sub pedibus eius. i. humanitate, vel cum omnimoda subiectione. Ps. Donoc ponam inimicos tuos, &c. Esa. 45. Hæc dicit dominus Christo meo Cito, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, & car. ¶ Consequenter cum dicit [In eo enim, &c.] Exponit sensum testimonii. Vbi Apostolus duo facit. Primò enim exponit quantum ad eius sublimitatem. Secundò quantum ad minorationem, ibi [Eum autē qui modico.] Circa primū duo facit, quia primò ostendit qualiter dictum prophetæ sit intelligendum. Secundò ostendit illud nondum esse impletū, ibi [Nunc autem.] Cū ergo dicit [In eo enim quod ei subiicit.] Ostendit qualiter sit intelligendum, quia enim scriptura dicit omnia subiecta esse Christo [nihil dimisit non subiectum ei.] Vnde ly omnia, non est distributio accommodata ad aliqua genera, sed absolute ad omnia, quia omnia generaliter ei & vniuersaliter subiecta sunt. Verūm est prater eum qui subiicit sibi omnia, vt dicitur 1. Cor. 15. sicut dicitur, Cælum tegit omnia. Verūm alia à se. Sed tunc arguit sic Arius. Pater omnia subiicit filio, ergo filius minor est ipso patre. Respōdeo dicendum est, quod verum est quod pater omnia subiicit filio secundū naturam diuinā ipse Christus subiicit sibi omnia. ¶ Consequenter cum dicit [Nunc autem necdum videmus o. f. ei.] Ostendit hoc nondum esse impletum, quia infideles nondum sunt ei subiecti. Ro. 10. Sed non omnes obediunt euangelio. Exod. 10. Viquequō nō vis mihi subiici, &c. Et sic peccatores non sunt subiecti Christo, per rebellionem voluntatis, sed per potentiam omnes subiiciuntur ei modo quantum ad auctoritatem, sed in futuro omnes quantum ad executionem. Vnde hæc est expositio eius quod supra dixit, orbem terræ futurum.

Lectio 3.

Eum autem qui modico quam angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, vt gratia dei, pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctoritatem salutis eorum, per passionem consummari. Qui enim sanctificat & qui sanctificatur, ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesie laudabo te. Et iterum, Ego ero fidens in eum, Et iterum, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus.

¶ Supra Apostolus volens probare excellentiā Christi super angelos induxit auctoritatē prophetæ in qua aliquid erat quod pertinet ad Christi dignitatē, sicut illud, Omnia subiecisti, &c. Et ipse illud exposuit. Aliquid autē quod pertinet ad eius passionē, s. minuiti eū, &c. Istud autē videtur repugnare suo principali intentio, quo. s. intēdit Christum præferre angelis. Et ideo hoc in parte ista diffusē exponit. Vbi duo facit, quia primò ostendit secundū quid sit ista minoratio intelligenda, quia. s. secundū passionem. secundò agit de cōuenientia passionis, ibi [Decebat enim.] Circa primū duo facit, quia primò ostendit illud quod est dictū. Secundò describit ipsam passionē, ibi [Vt gratia dei.] Dicit ergo, Eum autem, &c. Continetur sic, ita dictum est, quid est homo, &c. Gloria & honore, &c. Omnia subiecisti, &c. Minuiti eū, &c. Et hæc propheta de Christo prædixit, sed iam multa de istis videmus impleta. Pro certo ergo tenemus quod quæ restant sunt implenda. s. quod omnia subiectentur ei, &c. Greg. Præteritorū exhibitio, futurorū est certitudo. Et potest sic cōstrui. [Nos eū qui modico quā angeli minoratus est, videmus esse Iesum] nec solum hoc, sed gloria & honore coronatum, propter passionem mortis] quæ fuit causa illius coronationis. Philip. 2. Propter quod & deus exaltauit illum, &c. Et dicit mortis, quia non qualicumque passionem sustinuit, sed acerrimam & turpissimā. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Vel aliter, Nos videmus Iesum. Et quasi quæreret ab ipso quæ diceret, ideo respōdens dicit. s. eum qui per passionē mortis modico minoratus est quā angeli, cū gloria & honore coronatum. q. d. Hæc minoratio non est intelligenda nisi propter passionem mortis. Nec est mirum, quia quantum ad hoc non solum angelis sed etiam hominibus est minor. Esa. 53. Desiderauimus eum nouissimum virorum, &c. Dicit autem Glo. & est Augustini contra Maximū, quod Christus nō est minoratus ab angelis propter conditionē naturæ humanæ, sed propter passionē. Natura enim mētis humanæ, quæ Christus sine peccato assumpsit, nihil est maius quā sola trinitas. Minor ergo angelis corpore, quia passio est secundū corpus, quod videtur esse cōtra Dionī, qui dicit. 4. ca. angelicæ hierarchiæ, quod angeli naturali participatione luminis maiores sunt quā homines. Et dicendum est quod de natura mentis humanæ dupliciter possumus loqui. Vel secundum naturalia sola, & sic natura angelorum excellentior est quā natura mētis humanæ, quia angelus accipit cognitionem diuinæ veritatis in quadā excellētia & plenitudine intellectus luminis, sed homo ex creaturis. Alio modo possumus accipere naturam vtriusque sine peccato, in ordine ad beatitudinem obrinendā, & sic sunt æquales. Luc. 20. Erunt sicut angeli in cælo; Christus tamen quantum ad excellentiā gratiæ, secundum mētē humanam maior est angelis. Ista igitur minoratio nō est secundū naturam diuinitatis, nec absolute secundum naturā humanam nisi in quantum passus est secundum illam.

¶ Deinde cum dicit [Vt gratia dei.] Describit ipsam passionem & describit eam tripliciter. Primò ex causa eū dicit, Vt gratia dei. Secundò ex vtilitate eum dicit, Pro omnibus. Tertiò ex modo eū dicit, Gustaret. Causa enim fuit sola gratia dei. Vnde cōtinuatur sic, Videmus Iesū qui minoratus est, ex hoc [vt gratia dei, &c.] Ex ipsa enim factum est quod filium suum vnigenitum dedit. Io. 3. Sic enim dilexit deus mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Ro. 5. Cōmendat deus charitatem suam in nobis, quia cū adhuc peccatores, &c. Vel secundum quod dicit glo. Augustini, vt gratia. i. ipse Christus qui est gratia dei, Et sic gratia est nominatiui casus. Dicitur autem Christus gratia, quia auctor est gratiæ. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vel quia est gratis datus. Esa. 9. Filius datus est nobis, vt sit sentus, quod ipse minoratus est, vt

Quia Paulus dicit de Christo quod est modico minoratus ab angelis, quod videtur repugnare excellentiæ Christi quam hic insensit Paulus ostendere supra angelos, ideo illud hic exponitur ostendendo illa minorationem esse secundum passionem, ostendendo simul cōuenientiam passionis.

ipse qui est gratia dei, &c. Vtraque positio est secundū gl. [Pro omnibus] ecce vtilitas. Pro omnibus autem dupliciter potest intelligi. Vel vt sit distributio accommodata. s. pro omnibus praeordinatis, pro istis enim tantū habet efficaciam. Vel absolute pro omnibus, quantum ad sufficientiam. Sufficiens enim quantum ad se omnibus est. Tim. 4. Qui est saluator omnium, maximè autē fidelium. Chrysostomus. Pro omnibus hominibus generaliter mortuus est, quia omnibus pretium sufficit. Et si omnes non credunt, ipse tamen quod suum est impleuit. [Gustaret] ecce modus. Gustat enim qui non multū comedit nec bibit. Quia ergo Christus non perseuerauit in morte, sed statim surrexit, ideo gustauit. Psalmus, De torrente in via bibit, &c. Viator festinat. Item gustus est discretius saporis. Vnde qui gustat magis discernit, quā qui bibit. Vt ergo desinet quod mortem & dolorē sensit, & sic mors non fuit fantastica, vt dicit Manicheus & Apollinaris, ideo dicit, gustauit. Tren. 1. O vos omnes qui transitis per viam, &c. ¶ Deinde cum dicit [Decebat enim eum, &c.] Ostendit cōuenientiam ex vtilitate. Deus enim pater est qui fuit causa mortis. Ipse enim est [per quem omnia] sicut per causam efficiētē, & propter quē omnia, sicut per causam finālē. Propter enim ipsum sunt omnia, quia propter bonitatē suā cōmunicandā. Et hæc fuit causa mouēs ad producendū res, & ita finaliter sunt omnia propter deū. Pro. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Sunt etiam effectiue per ipsum. Psalmus, Qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Est ergo omnium principium, & finis. Apoc. 1. Ego sum alpha & o, principium & finis. Ro. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Decebat ergo ipsum, quia actor est omnium omnibus prouidere. Sap. 6. Equaliter illi cura est de omnibus. Secundò cōuenientiam fuit ex parte causæ, quæ, vt dictū est, fuit gratia dei, gratia verò ordinatur ad gloriam. Rom. 6. Gratia dei vita aeterna, Deus autem ab æterno praeordinauit, quos debet adducere in gloriam. Et isti sunt omnes illi qui sunt participes filiationis eius, quia si filii, & hæredes. Ro. 8. Et ideo dicit [Qui multos filios in glo. ad.] q. d. Ipse habet vnum filium perfectū naturaliter. Mar. 12. Adhuc ergo habens filium vnū charissimum, &c. Qui est naturaliter splendor gloriæ: supra. 1. Alij autem sunt adoptiui, & ideo adducendi sunt in gloriam. Vnde dicit, Qui adduxerat. i. adducendos praeordinauerat. Et quid decebat eum? Hoc. s. quod ipse est qui est actor salutis eorum, &c. Salus ista in duobus consistit. s. quod fiant filij, & quod inducantur in hereditatem. Quod autem sunt filij habent per filium naturalem. Quos præsciuit & praeordinauit cōformes fieri imaginis filij sui. Ro. 8. Gloria autem & hereditatem non consequuntur nisi per eum cuius naturaliter est hereditas qui est splendor gloriæ: quia ergo per filij cōsequimur ista duo, ideo ipse cōueniēter dicitur actor salutis Mar. 1. Ipse saluū faciet populū suū à peccatis eorū. infra 12. Aspiciētes in actore fidei, & consummatorē Iesum. Decebat ergo quod pater actor salutis mitteret. s. filij, vt expositū est, quod multos filios adduxerat per ipsum in gloriā. Et sic patet cōuenientia ex parte causæ. [Per passionem cōsummari.] i. per fidē. Ipse enim in quantum est filius naturalis est totaliter perfectus, sed quia in passione minoratus fuit, debuit per meritū passionis perfici. Ex ista ergo cōsummatione, patet cōuenientia modi, de quo dixerat quod gustauit. Tantū enim gustauit mortem, quia nō accepit eā, nisi vt per meritū passionis consummaretur. Ipsa enim eius cōsummatio est eius glorificatio. Luc. vltimo, Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriā suam. Gustauit etiā, quia cū ipse adduxerat filios in gloriā, sicut medicus gustat medicinā ne infirmus abhorreat, sed vt securus bibat, ita ipse gustauit mortē, vt quia sine morte id gredierēte necessitatē nō est salus, nullus mortē refugiat. ¶ Consequenter cum dicit [Qui enim sanctificat.] Probat quod dixerat. Vbi duo facit, quia primò probat propositū suum ex parte patris cōsummantis. Secundò ex parte Christi consummati, ibi [Quia ergo pueri.] Adhuc circa primū duo facit, quia primò proponit intentū. Secundò probat per auctoritatē, ibi [Propter quā causam] Dicit ergo. [Qui enim sanctificat & qui sanc. ex vno omnes.] Sciendum est autē quod quod supra Apostolus tria dixerat: Primò quod Christus est causa salutis, in quo ostendit nos depēdere ab ipso. Secundò ostendit quod pater est consummator ipsius Christi per meritum passionis, & in hoc Christus dependet à patre. Tertiò quod pater nos adducit in gloriā, in quo etiam nos depēdere à deo ostendit, & secundum hoc, Apostolus hic tria facit. Primò enim ostendit quod dependemus à Christo. Sanctificatus enim dependet à sanctificatione, Christus autem est sanctificans, infra 13. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem, &c. Bene ergo dictū est, quod quia est actor & sanctificator, dependemus ab ipso, ipse verò à patre à quo habet quod sanctificet, quod est secundum. Sed omnes, ipse. s. qui sanctificat & nos qui sanctificamur, ex vno. s. ex patre, quod est tertiū. Romanorum octauo, Hæredes dei, cohæredes autem Christi. ¶ Consequenter ista tria probat per tres auctoritates. Et primò quod Christus tanquam mediator & actor salutis ea quæ dei sunt in nos refert. Vnde dicit [Propter quam causam] quia scilicet nos & ipse ex patre dependemus & sumus ex vno deo patre [non confunditur eos vocare fratres] quia. s. ex eodem patre. Malac. 2. Nunquid non pater vnus omnium nostrum? ideo dicitur in Psal. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Et Ioannis 2. Vade ad fratres meos. ¶ Sed nota quod dicit, Non confunditur, &c. Quia aliqui de vili plebe nati si promouentur, confunduntur cognoscere consanguineos suos. Prou. 19. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Non sic autē Christus, sed dicit [Nuntiabo nomen tuū fratribus meis.] Ioan. 17. Pater manifestauit nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Ioan. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, &c. Istius annūtiationis ostendit fructū, cū dicit [In medio ecclesie lau. te.] quasi dicat, per hoc congregatur tibi magna ecclesia, in cuius medio laudabo te. Et dicit in medio, quia sicut columna in medio domus ipsam sustentat, lucerna in medio domus illuminat, cor in medio corpus viuificat, ita Christus in medio ecclesie. Ea ideo de ipso cōueniēter dicitur, quod stetit Iesus in medio, &c. ¶ Deinde cum dicit [Et iterum, &c.] Ostendit quod ipse Christus dependet ex patre per hoc quod dicit [Ego ero fidens in eum.] Hoc secundum Hieronimū habetur. Esa. 8. Vbi nos habemus, Expectabo dominum qui abscondit faciem suam à domo Jacob, &c. Sed Esa. 12. expressē habetur, Fiducialiter agā, & non timebo. Ego ero fidens in ipso pro gloria capitis & membrorū, quod supra dixit cōsummationem. Psal. In te domine speraui. Ostēdit autem quā spem habet, quia non quācumque, sed firmā quæ dicitur fiducia. Spes enim & si non sit de impossibili, tamen habet timorem coniunctum quandoque, & tunc propriē dicitur fiducia. Spes quandoque est firma & sine timore, & tunc propriē dicitur fiducia. Er istam habuit Christus. ¶ Deinde cum dicit [Et iterū, &c.] Ostendit tertium, s. quod refert nos in deū, dicens [Ecce ego.] Et habetur.

Esa. 8. q. d. Relatus sum in deū, ego, in quā, qui sum fidens [& similiter pueri mei] quos in deū reduco. f. discipuli mei. Ioan. vltimo, Pueri nunquid pulmentarium habetis? [Quos dedit mihi deus.] Ioan. 17, Tui erant, & mihi eos dedisti. Isti dicuntur pueri propter puritatem. i. Regū 21, Si mundi sunt pueri & maximē à mulieribus, & paulò post ibidem sequitur, Fuerunt vasa puerorum sancta. Item propter simplicitatē. i. Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Item propter humilitatē. Mar. 18, Nisi conuerſi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, &c. Istos autem pueros dedit mihi dominus, quia Ioa. 6, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum.

Lectio 4.

Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem: ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolus: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad deum, ut repropitiaret delicto populi. In eo enim in quo passus est, ipse & tentatus: potens est & eis qui tentantur auxiliari.

¶ Suprà ostendit Apostolus cōuenientiā mortis Christi ex parte patris mortē deponentis, hīc ostendit idē ex parte ipsius Christi mortē patiens. De Christo verò dixit q̄ erat actor salutis fidelium, ideo hīc intēdit ostēdere quomodo per passionē effectus est actor salutis eorū. Et circa hoc tria facit. Primò enim ostendit cōditionē nature, per quē mori potuit. Secundò ostendit vtilitatem quā per mortē attulit, ibi [Ut per mortem.] Tertio pbat quod p̄posuerat, ibi [Nusquam enim angelos.] Dicit ergo, Ita dixi q̄ ipse & pueri sunt ex vno omnes, & q̄ vocauit eos fratres, ergo cōueniens fuit q̄ esset eis similis, nō tantū quia impartitur eis participatiōē nature diuinæ quod est ex dono gratiæ, sed etiā quia ipse naturā eorū assumpsit. Vnde dicit [Quia ergo pueri cōmunicauerunt carni & sanguini & ipse similiter participauit eisdem.] Nōmine carnis & sanguinis, aliquādo ipsa natura carnis & sanguinis intelligitur. Gene. 2, Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Aliquando verò vitia carnis & sanguinis. Mat. 16, Caro & sanguis nō reuelauit tibi. Aliquādo verò ipsa corruptibilitas carnis & sanguinis. i. Cor. 15, Caro & sanguis regnū dei nō possidebunt, neque corruptio incorruptionē. Sed hīc nō intelligitur de vitiis. Christus enim assumpsit naturā sine peccato, sed cū passibilitate, quia assumpsit carnē similem peccatrici. Roma. 8, In similitudinem carnis peccati. Ipse ergo cōmunicauit vel pueris, vel etiam carni & sanguini. Et totū similitudinem, quia. f. non carni fantastice vt dixit Manicheus: nec accidentaliter, vt dixit Nestorius, sed vere carni & sanguini, sicut & pueri, & in vnitatem personę. ¶ Consequenter ostēdit vtilitatē quā per mortē attulit cū dicit, Ut per mortē destrueret, &c. Et circa hoc facit duo. Primò enim ostendit vtilitatē istam ex parte diaboli qui tenebat. Secundò ex parte nostra, qui tenebamur, ibi [Ut liberaret eos.] Dicit ergo, Ideo participauit. i. assumpsit naturā in qua posset pati & mori, quod non poterat in diuina [vt per mortē destrueret eum qui habebat mortis imperiū], i. diabolus. ¶ Sed quomodo habet diabolus mortis dominiū? Hoc enim est solius dei. i. Reg. 2, Dominus viuificat, & mortificat. & Deut. 32, Ego occidā, & viuere faciā. Respondeo, Dicendū est q̄ aliter habet dominiū mortis iudex, quia scilicet quasi mortē infligens. cū per mortē punit, aliter latro quasi scilicet mortē sibi ex demerito acquirens. Primo modo deus habet mortis imperium. Gene. 2, Quacūq; die cōmederis ex eo morte morieris. Secundo modo diabolus, qui suadēdo homini peccatū, morti ipsum addixit. Sap. 2, Inuidia diaboli mors intravit in orbem terrarū. Dicit autē destrueret, non quantū ad substantiam quā habet incorruptibilem, nō quantū ad malitiā, vt aliquando diabolus bonus fiat [vt dicit Origenes] sed quantū ad potestatis dominiū. Io. 12, Nunc iudiciū est mundi, nunc princeps mundi huius eiecitur foras. Col. 2, Expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Et hoc factum est per mortem Christi triplici ratione. Vna est ex parte Christi. Iustitię enim est vera ratio, vt victor victum sibi subiiciat. 2. Pet. 2, A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Christus enim vicit diabolus. Apoc. 5, Vicit leo de tribu Iuda. Et ideo iustum est diabolū sibi esse subiectum. Luc. 11, Cū fortis armatus custodit atriū suū, &c. Alia ratio est ex parte diaboli. Iustitia em̄ exigit, quod qui malē vtitur potestate sibi cōcessa, amittat eā. Diabolo autē data est permissiua in peccatores quos seduxit, sed non in bonos. Quia ergo hanc extendere p̄sumpsit, etiam in ipso Christo, qui peccatū non fecit. Ioan. 14, Venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam, ideo meruit illum perdere. Tertia ratio est ex parte nostri, quia iustum est quod victus sit seruus victoris, vt dictum est. Homo autem per peccatū seruus erat diaboli. Ioan. 8, Qui facit peccatum seruus est peccati, & ita subiectus diabolo, & obnoxius peccato. Christus autem soluit pretium pro peccato nostro. Psal. Quæ non rapui tunc exoluebam. Sublata ergo causa seruitutis, scilicet peccato, per Christum est homo liberatus. ¶ Sciendū est autem quod nulla alia satisfactio fuit cōueniens. Homo enim erat debitor, vnus autem bene potest satisfacere pro alio ex charitate. Nullus autem pro tota humana natura, quia non habet potestatem super illam. Nec etiam ipsum humanum genus sufficeret poterat satisfacere, quia totū erat peccato obnoxium. Nec etiam angelus, quia ista satisfactio est ad gloriā, quæ excedit facultatem nature angeli. Oportuit ergo esse hominē qui deberet satisfacere, & deū qui solus habet potestatem super totum humanū genus, qui posset pro toto humano genere satisfacere. Per mortem ergo dei & hominis destruxit eum qui habet mortis imperium. ¶ Consequenter cū dicit [Ut liberaret eos, &c.] Ponitur alia vtilitas ex parte nostra. Homo enim intantū est seruus peccati, in quantum inducitur ad peccandū. Inter omnia verò duo sunt quæ inducunt ad peccandū efficacissimē. Cōpresentium bonorum amor malē in flāmans, p̄sentium etiam p̄narum, timor malē humilians. De his Psal. Incensa igni, quantum ad primū, & suffosa, quantum ad secundū. Hæc autem duo in idem reducuntur, quia quantum quis amat bonum aliud quod, tantò timet malum sibi contrarium. Ista sunt quibus homo ligatur & detinetur in peccato, magis tamen per timorem mouetur quàm per amorem. Vnde videmus quod sæuæ bestia, p̄narum timore recta hūtur à maximis voluptatibus, & sic timor maximē ligat homines. Inter omnes autē, timor mortis est maximus. Est enim finis terribiliū. Vnde si homo timorē istū superat, superat omnes, & hoc superato, superat omnis amor mundi inordinatus. Et ideo Christus per mortem suam fregit hoc ligamen, quia abstulit timorem mortis, & per consequens, amorem vitæ p̄sentis. Quando enim cōsiderat homo quod filius dei do-

minus mortis, mori voluit, nō timet mori. Vnde prius dicebat ille. Eccle. 41, O mors quā amara est memoria tua. Sed post clamor Apostolus. Phil. 1, Desideriū habens dissolui & esse cum Christo. Vnde Mat. 10, Nolite timere eos qui occidit corpus, &c. Dicit ergo [Ut liberaret eos qui timore mortis, obnoxij erāt seruituti], scilicet peccati, p̄ totam vitā quam nimis appetebat. Vel aliter. Homo enim duplici seruituti erat obnoxius, scilicet legis. Vnde Actu. 13, Lex dicitur iugū, quod nec nos nec patres nostri portare potuimus. Man⁹ enim Moisi erant graues. Exod. 17. Gal. 4, Vt eos qui sub lege erāt redimeret. Erant enim obnoxij seruituti peccati. Ab ista duplici seruitute Christus nos liberauit. Differentia autē inter nouū & vetus testamentū est timor, & amor. In nouo est amor. Ioan. 14, Si diligitis me mandata mea seruate. Vetus autem fuit lex timoris. Romanos 8, Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Et ideo dicit, Ut liberaret eos qui timore mortis corporalis, quam infligebat lex, per totam vitam obnoxij erant seruituti legis. ¶ Cōsequenter cū dicit [Nusquam enim angelos apprehendit.] Probat Apostolus vtilitatem, quam mors Christi attulit. Et circa hoc tria facit. Primò enim ostendit quod Christus per mortem nos liberauit, quod probat ex conditione nature passibilis quam assumpsit. Secundò concludit similitudinem, ibi [Vnde debuit.] Tertio ostendit similitudinis vtilitatem, ibi [Ut misericors fieret.] Dicit ergo, Ita dixi quod Christus per mortem suam liberauit nos à peccatis & morte. Nec est dubium quod quantum ad conditionē nature angelus maior est homine, sed quia angelus non fuit obnoxius seruituti, nec dignus morte, ideo non assumpsit angelum. Quod si assumpsit angelum, hoc vtique fuisset propter dignitatem nature, sed nusquam legimus q̄ assumpsit eum [sed tantū semen Abrahæ] id est humanā naturam, non tamē idealem, sed in indiuiduo & athomo, & ex femine Abrahæ. Mat. 1, Filii Abraham, &c. Et hoc addit, vt Iudęi magis viderentur Christum signanter verò dicit [Apprehendit] quia illud propriè dicitur apprehendi quod fugit. Non solum autem ipsa natura humana fugiebat à deo, sed etiam ipsi filii Abrahæ. Zacha. 7, Auerterunt scapula, &c. Glo. Christo, Magnum & mirabile & stupore plenum est carnem nostram sursum federe & adorari ab angelis & archangelis. Hoc ego sepius in mente versans excessum patior, magna de genere humano imaginis. ¶ Deinde cū dicit [Vnde debuit per. o. f. as. i.] Ex p̄dictis concludit similitudinem. Quasi dicit, Quia ergo non apprehendit angelos, sed semen Abrahæ, ideo debuit per omnia assimilari fratribus. Per omnia, inquam, in quibus sunt fratres, non in culpa sed in p̄na, & ideo debet habere passibilem naturam. Vnde infra 4, Tentatū autem per omnia pro similitudine absque peccato, quantum, scilicet, ad p̄nā, non tentationē culpæ. Item sunt fratres quantum ad gratiam. i. Io. 3, Videte qualem charitatem dedit nobis deus pater, vt filii dei nominemur & simus. Romano. octauo, Quos p̄sciuit & p̄destinauit conformes fieri, & carera. ¶ Consequenter ponit vtilitatē istius similitudinis, dum dicit [Ut misericors fieret.] Vbi duo facit, quia primò ponit eam, secundò exponit ipsam, ibi [In eo enim, &c.] Nam Christus secundum quod mediator est, duplex habet officium. Vnum quod p̄ponitur toti humano generi sicut iudex. Ioā. 5, Potestatem dedit ei iudiciū facere, &c. Aliud per comparationem ad deum apud quem pro nobis quasi aduocatus interpellat, quia asi stit vultui eius pro nobis. infra 9. & 1. Io. 2, Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, &c. In iudice autem maximè desideratur misericordia, & p̄cipuè à reis. In aduocato desideratur fidelitas. In quantum est iudex desiderabat misericordiam, in quantum aduocatus fidelitatem. Et ista duo exhibuit Christus per passionē. Vnde quantum ad primū dicit q̄ per passionē assimilatus est fratribus, vt misericors fieret. Sed nōquid nō fuit misericors ab æterno? quia miserationes eius super omnia opera eius. Psal. Itē ab initio habuit misericordiā. Iob 31, Ab infantia creuit mecum miseratione. Resp. Dicendum est quod miseratione dicitur quasi miserū cor super aliena miseria, & hoc est dupliciter. Vno modo per solā apprehensionē, & sic deus sine passione nostrā miserā apprehendit. Ipse enim cognouit figmentū nostrū, vt dicitur in Psal. Alio modo per experiētā, & sic Christus potissimè in passione expertus est miserā nostrā. Item ipse est fidelis aduocatus. Et ideo dicitur [Fidelis pontifex], infra 9, Christus assitens pontifex futurorum bonorū. Et requiritur q̄ sit fidelis. i. Cor. 4, Hic iam quaritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, & hoc totū [vt repropitiaret delicta populi], f. pro quo mortē sustinere voluit. Ipsa enim passio allegatio est, & fidelium interpellatio. ¶ Deinde cū dicit [Ideo enim, &c.] Exponit istam vtilitatem & continuatur sic. Quasi dicit, Non loquitur de Christo in quantum deus, sed in quantum est homo. Et ideo [in eo], id est, in illa natura quā assumpsit, vt experiretur in se nostram causam esse suam. Vnde dicit [Et tentatus, & passus est] id est [potēs est & eis qui tē. aux.] Vel aliter. Ideo factus est misericors & fidelis, quia in eo quod passus & tentatus est, habet quandam cōuenientiam ad hoc quod miscratur. Et dicit tentatus, non à carne, sed ab hoste. Matth. 4, Ductus est Iesus in desertū à spiritu, vt tentaretur à diabolo. In ipso enim nō fuit aliqua rebellio patris inferioris ad superiorem, sed passus est in carne pro nobis. i. Pet. 2, Christus passus est pro nobis, &c. Et. 4, Christo ergo in carne passus, & vos eadem cogitatione armamini.

Caput 3.

Vnde fratres sancti vocationis celestis participes, considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum: qui fide-
lis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amphoris enim gloria ista præ Moise dignus habitus est, quanto ampliore honorem habet domus, qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit, deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus verò tanquam filius in domo suæque domus, sumus nos, si fiduciam & gloriam specij usque ad finem, firmam retineamus.
¶ Sicut supra dictum fuit lex vetus ex tribus habuit auctoritatem, scilicet ex angelo, ex Moise, & ex Aaron pontifice. Apostolus autem supra prætulit Christū actorem noui testamenti angelis per quos lex data fuit, hinc intendit ipsum præferre Moysi qui fuit promulgator, & quasi legislator veteris testamenti. Et circa hoc facit duo. Primò enim præfert Christum Moysi. Secundò cōcludit ex hoc quod sit efficacissimè obediendū Christo, ibi [Quapropter sicut]. Circa primū tria facit. Primò præmittit dignitatē Christi. Secundò ostendit quid sit cōmune Christo & Moysi, ibi [Amplioris.] Circa primum duo facit, quia primò ponit conditionem eorum ad quos loquitur, secundò ponit cōditionē eius de quo loquitur, ibi [Cōsiderate]. Illos autē ad quos loquitur describit tripliciter. Primò ex charitate. Vnde dicit [Fratres] quasi diceret, quia ex femine Abrahæ

*Præfertur
Christus Moysi
& Aaron,
hōnis primò
conditionem
eius, quibus
loquitur Pau-
lus, & illius
de quo loqui-
tur, f. Christi
& ipsi Chris-
tum cōparat
Moysi, hōnis
ea in quibus
conueniunt
tandē Christi
sumus Moysi
præferendo.*

fratres estis inter vos adiuuicem. Mat. 23, Omnes vos fratres estis, &c. Item fratres Christi. suprà. 2. Non cōfunditur eos vocare fratres. Hanc autē fraternitatem facit charitas. Psal. Ecce q̄ bonū & quā m̄ iocundum, &c. Secundō etiā describit eos ex sanctitate, cū dicit [sancti.] Et hoc propter sacramentorū perceptionē. 1. Cor. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, &c. Tertiō describit eos ex uocatione cū dicit [Vocationis celestis participes.] Ista autē uocatio dupliciter potest intelligi celestis esse. Vel quia uocati sunt ad celestia regna. 1. Thef. 2. Vocauit nos ad suum regnū & gloriam. Vel uocauit nos uocatione celesti, quia non humana adinuentione, sed celesti gratia. Gal. 1. Vocauit per gratiam suam. Roma. 8. Quos autem prædestinauit hos & uocauit. Esa. 41. Quis suscitauit ab oriente iustū, uocauit eum, ut sequeretur se. Consequenter describit illum de quo loquitur, cū dicit [Considerate.] Infrā 12. Aspicientes in actorem fidei, & consummatorem Iesum, &c. Sed quem? [Apostolū, inquit, & pontificem cōfessionis nostræ Iesum.] [Apostolus enim in sequētibz præfert Christum Moisi & Aaron, & ideo ascribit ei utriusque dignitatem, Moisi. s. quia missus fuit à deo. Psal. Misit Moysen seruum suum. Aaron uero qui pontifex fuit. Exo. 28. Applica quoque ad te Aaron, &c. Christus autē excellentius missus fuit Apostolus, quā Moyses. Exod. 4. Obsecro domine mitte quem missurus es, quasi dicat alium digniorem missurus es. Item ipse est pontifex & sacerdos. Psal. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quasi ergo præmittit hęc conditionem suam principalem, dicens, Vnde. i. ergo fratres considerate Apostolū, Q. d. Prætermittatis cōsiderare illū Apostolū. i. missum Moysen & pontificē Aaron & considerate Apostolū & pontificē cōfessionis nostræ. i. illum quē nos confitemur. Hoc est enim necessariū ad salutem, ut cōstiteamur eum. Romano. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autē cōfessio fit ad salutem, vel cōfessionis, id est, sacrificii spiritualis. Omnis enim sacerdos ordinatur ad sacrificia offerēda. Duplex autem est sacrificium scilicet corporale uel tēporale. Et ad hoc institutus fuit Aaron. Aliud autem est sacrificium spirituale, quod est in fidei cōfessione. Psal. Sacrificium laudis honorificabit me. Et ad istud sacrificium institutus est Christus, non ad tauros. Esaię primo, Holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Et paulō pōt ibidem sequitur, Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Deinde cū dicit [Qui fidelis, &c.] Comparat Christum Moisi. De Aaron infrā facit mentionem specialem. Et ponit primō hęc ut dictum est, illud in quo cōueniunt. Sciēdum est autem quod totum hoc quod hęc dicitur de Moise, fundatur super illud quod habetur Numeri. 12. Vbi dominus ostendit excellentiam Moisi postquā iurgati sunt cōtra ipsum Aaron & Maria, ubi ponuntur hęc uerba quæ Apostolus hic allegat. Ibi enim dicitur sic. At nō talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Hoc autē potest cōuenire & Christo & Moisi. De Moise enim patet ex ipsa historia allegata. De Christo etiam intelligitur, quia ipse secundum quod homo [fidelis est ei qui fecit eū]. L. deo patri, qui eum secundum humanitatem fecit. Romanos 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnem. Secundū enim quod deus non est factus, nec creatus, sed genitus. Fidelis autē fuit deo patri, quia gloriā eius quarebat, non suam. Ioan. 8. Ego gloriā meā non quero. Et 7. dicitur, Qui querit gloriā eius, qui eum misit, hęc uerax est & in iustitia in illo non est. Fidelis ergo est Christus ei qui fecit eū [sicut Moyses] & hoc in omni domo eius, quæ domus est uniuersitas fidelium de qua. Psal. Domum tuam decet sanctitudo domine. Deinde cū dicit [Amplioris enim gloria] Præfert Christum Moisi, & hoc quātum ad duo. Primō quantum ad potestatem. Secundō quantum ad conditionem, ibi [Et Moyses.] Commendando autem Christum, commendat ipsum habuisse honorem in omni domo sicut Moyses, sed quod Christus ipsum excellat ostendit. Vbi primō ponit rationem. Secundō manifestat, ibi [Omnis nāque] Ratio autem Apostoli est quod maior gloria debetur illi qui fecit domū, quā illi qui eam inhabitat, Christus autem fabricauit domum. Psal. Tu fabricatus es aurorā & solē. Prouer. 9. Sapientia edificauit sibi domū. i. ecclesiā. Ipse enim Christus per quē gratia & ueritas facta est, tanquam legislator edificauit ecclesiā. Moyses autem tanquam legis pronuntiator, & ideo solum ut pronuntiatori debetur gloria Moisi. Vnde & respēdit facies eius, de qua Exo. 34. & 2. Cor. 3. Ita ut non possent filij Israel intendere in faciem Moisi propter gloriam uultus eius. Continuat ergo sic litera. Tu dicis quod Christus est fidelis sicut Moyses, quare ergo dimitemus ne consideremus? Certē quia [amplioris gloriæ dignus est habitus præ Moise quā ampliorē gloriā habet dominus domus qui fabricauit illā.] Q. d. Et si Moyses multum sit honorabilis, tamen Christus honorabilior est sicut fabricator domus, & sicut legislator principalis. Iob 36. Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Si ergo debetur gloria Moisi, ampliori dignus est Christus. 2. Cor. 3. Si ministratio damnationis in gloria est, multo magis, ministerium iustitiæ erit in gloria. Consequenter probat minorem suæ rationis cū dicit [Omnis nāque domus fabri, ab aliquo.] Minor autem est quod Christus fabricauit domum istam, & hoc probat primō, quia omnis domus indiget fabricatore secūdo quia ista domus de qua loquitur, à Christo fabricata est, ibi [Qui autem omnia.] Primō ergo probat quod ista domus sicut & quælibet alia indiget fabricatore, quia diuersa non coniunguntur nisi ab aliquo uno, sicut patet de domo artificiali, in qua ligna & lapides ex quibus composita est uniuertur ab aliquo. Aggregatur autem fidelium quæ est ecclesia & domus dei, ex diuersis collecta est. s. Iudæis & Gentibus, seruis & liberis. Et ideo ecclesia sicut & omnis domus ab aliquo ueniente fabricatur. Huius rationis ponit tantum conclusionem supponens ueritatem præmissarum ex facti euidencia. 1. Pet. 2. Ipsi tāquam lapides uiui superædificamini domos spirituales, &c. Ephe. 2. Superædificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum, &c. Deinde cū dicit [Qui autem creauit omnia deus.] Probat quod Christus sit istius domus aedificator, ipse enim est deus qui fecit omnia. Et si hoc intelligitur de toto mundo, planum est. Palmus, Ipse dixit & facta sunt, &c. Est autem alia creatio spiritualis, quæ fit per spiritum. Palmus, Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem, &c. Et hæc fit à deo per Christum. Iac. 1. Voluntariē genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initium aliquod creature eius. Ephe. 2. Ipsius factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis. Deus ergo istā domū, s. ecclesiam ex nihilo, s. de statu peccati, in statum gratiæ creauit. Ergo Christus per quē fecit omnia, suprà. 1. Per quē fecit & secula. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso, &c. est excellentior, utpote quia habet potestatem factoris, quā Moyses q̄ solū fuit, p̄nuntiator. De deo cū dicit [Et Moyses quid] Præfert Christi

stum Moisi quantum ad conditionē, & circa hoc duo facit. Primō enim ponit rationem suam: secundo manifestat eam, ibi [Quæ domus.] Apostolus ualde diligenter notat uerba illa scripta de Moise in quibus duo dicuntur de ipso: uocatur enim seruus, uocatur etiā fidelis non in domo propria, sed in domo dei nostri. Et quantum ad ista duo præfert Christum Moisi. Primō enim ostendit quid cōueniat Moisi. Secundō quid cōueniat Christo ibi [Christus uero tanquā filius.] Dicit ergo [q̄ Moises fidelis erat tanquā seruus. s. sicut fidelis dispensator. Mat. 25. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Christus autem quodāmodo seruus est. s. secundum carnē. Philip. 2. Formam serui accipiens, sed Moises fuit famulus dei in uerbis dei proponendis filiis Israel. Ex quo patet q̄ quia erat fidelis famulus, illa quæ dicebat ordinabantur ad aliud. s. ad Christū. Et hoc erat [in testimonium eorū quæ dicenda erant.] Io. 4. Si crederetis Moisi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit Act. 10. Huic omnes prophete testimonij perhibent. Quia ergo erat famulus, ideo erat nō in domo propria, sed in aliena. Et quia ea quæ dicebat erant in testimonium eorum quæ dicenda erant de Christo: ideo Moises omniuaque minor in Christo. Deinde cū dicit [Christus uero.] Ostendit quid cōueniat Christo: quia. [Christus] non est sicut seruus, sed tanquā filius in domo patris & per consequens [sua] qui hæres naturalis: suprà 1. Quæ constituit hæredem uniuersorum, &c. Ecclesia enim est domus Christi. Prou. 14. Sapiens mulier ædificat domum. Psal. Dominus dixit ad me filius meus es tu, &c. Mat. 3. Filius meus dilectus, &c. Est ergo nō seruus, sed filius, & in domo sua, sed Moises est seruus, & in domo aliena. Ioan. 8. Filius manet in æternum, Deinde cū dicit [Quæ domus sumus nos] ostendit quæ sit ista domus. Ista domus sunt fideles, & sunt domus Christi, qui creditur in Christum. 1. Tim. 3. In domo dei quæ est ecclesia. Et etiam quia Christus habitat in ipsis. Philip. 3. Habitare Christum per fidē in cordibus uestris: Hęc ergo domus, nos fideles sumus. Ad hoc autem q̄ sumus domus dei, quatuor oportet, quæ requiruntur circa domū, quæ nō sunt in tabernaculo. Et ista tangit Apostolus. Primō q̄ spes nostra & fides sit certa & permanēs: tabernaculum autē, & si sit firmum, tamen cito moueri potest. Et significat illos qui ad tēpus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Et ideo dicit [Si retineamus fiduciam] dicitur et suprà, q̄ fiducia est spes cum expectatione firma & sine timore. 2. Cor. 3. Fiduciam talem habemus per Christū ad deum. Secundō q̄ sit ordinatē disposita. Et ideo dicit [Spei gloriā.] i. ad gloriā dei ordinatē, ita q̄ contemptis alijs gloriemur in spe gloriæ. Hier. 9. In hoc gloriatur qui gloriatur, scire, & nosse me. Tertiō q̄ perseverans. Vnde dicit [Viq; in finem] Mat. 10. Qui perseverauerit usque in finē hic saluus erit. Quartō q̄ sit firma, ut. s. nulla aduersitate moueatur. Vnde dicit [Firmam infrā] 6. Confingimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam & firmam. Lectio 2.

Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, Et hodie uocem eius audieritis: nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundam diem temptationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri: probauerunt, & uiderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod in sensu sui generationi huic: & dixi, Semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt uias meas: quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. *Concluditur ex eo q̄ Christus est excellentior Moise q̄ ei est magis obediendum, & probatur auctoritate in qua ponitur monitio culpa & pena.*

Suprà probat Christum esse maioris excellentiæ quā Moyses: hęc concludit q̄ magis est obediendū Christo. Et hoc facit propter auctoritatem prophete Dauid in Psal. Vbi tria facit quia primō proponit auctoritatem quæ continet quandam exhortationē: secundō exponit eam, ibi [Videte fratres.] tertiō ex auctoritate & expositione arguit. 4. c. ibi [Timeamus ergo.] Circa primum tria facit. Primō enim insinuat auctoritatem uerborū sequentium. Secūdo ponit exhortationē quæ est in auctoritate, ibi [Hodie si uocem.] Tertiō ponit quandā similitudinem, ibi [Sicut in exacerbatione, &c.] Auctoritas uerborum est ex hoc quod non sunt prolata humana adinuentione, sed à spiritu sancto. Vnde dicit [Quapropter sicut dicit spiritus sanctus.] Ipse autē uerba ueteris testamenti allegat pro nouo, ne credatur quod tantum sint referenda ad uetus testamentū, immo etiam ad nouum, & ad aliud tēpus referri debent. Et sunt uerba spiritus sancti, quia ut dicitur 2. Pet. 1. Non humana uoluntate allata est aliquādo prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Ipse enim Dauid dicit 2. Reg. 23. de seipso, Spiritus domini locutus est per me. In hoc ergo ostendit auctoritatē esse ueram, quia. s. est à spiritu sancto, contra Manicheum. Deinde cū dicit [Hodie si uocem, &c.] Ponit monitionē ubi facit tria. Primō enim describit tempus cū dicit [Hodie] Secūdo subdit beneficiū, ibi [Si uocem.] Tertiō subiungit monitionē suam, ibi [Nolite obdurare.] Tēpus est [hodie.] s. tēpus dici, tēpus enim legis ueteris dicebatur nox, quia erat tēpus umbræ, infrā 10. Umbrā enim habens lex futurorū bonorum. Sed tēpus noui testamenti, quia repellit umbrā noctis legis, dicitur dies. Ro. 13. Abiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, &c. Et in hac die exhibetur nobis beneficiū. Nam sequitur [Si uocem eius audieritis] quia audimus uocē eius, quod nō erat in ueteri testamēto, in quo audiebantur tantum uerba prophetarū, suprà 1. Olim deus loquens patribus in prophetis, nouissimē uero diebus istis locutus est nobis in filio. Esa. 52. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Cañ. 2. Sone uox tua in auribus meis. In hoc enim exhibetur nobis beneficiū tantū desideratū. Lu. 19. In hac die tua quæ ad pacē tibi, &c. Si ergo tantū est beneficiū, ecce monitio [Nolite obdurare corda uestra.] Cor durū sonat i. malū. Durū est quod nō cedit, sed resistit impellēti. Et sic dicitur cor hominis durū quando nō cedit diuinæ iustioni. Eccl. 3. Cor durū malē habebit in nouissimo. Ro. 2. Secundū duritiā tuā, & cor tuū impenitens thesaurizas tibi irā in die iræ. Hęc autē induratio ex duobus causatur. Ex uno quasi negatiuē. s. ex deo non apponēte gratiā. Ro. 9. Cuius uult deus miseretur: & quē uult indurat. Ex alio uero positiuē, & hoc modo indurat peccator seipsum non obediendo deo, & non apertiendo cor suū gratiæ. Zach. 7. Cor suum posuerunt ut adamantē: ne audirent legē & uerba quæ misit dominus exercituum spiritui suo per manū prophetarū priorum. Nolite ergo obdurare corda uestra. i. nolite corda claudere spiritu sancto. Act. 7. Vos semper spiritui sancto restitistis. Consequenter ponit similitudinem cū dicit [Sicut in exacerbatione.] Intentio autē Apostoli est ex factis priorum, concludere per similitudinem suam propositū, quia ut dicitur Ro. 15. Quæcūq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Facit autem duo circa hoc, quia primō proponit exemplum in generali ponendo culpam: secūdo in speciali, ibi [Vbi tentauerunt me, &c.] Ut autē sequamur expositionem Apostoli, oportet ponere in ista litera sensus

qui conueniunt expositioni. Legimus autem inter alias duas culpas filiorum Israel grauisimè punitas. Vna fuit inobediencia quã habuerunt in facto exploratorum, de quo Num. 13, & 14. Pro quo facto indignatus dominus voluit totum populum delere. Vnde iurauit q̄ nullus intraret terrã promissionis exceptis duobus, scilicet Caleph & Iosue. Istud autẽ vocat specialiter exacerbationem, quia licet per alia peccata offenderent deũ tamen per illud exacerbauerunt ipsum, quia sicut fructus acerbus, qui opponitur maturo, non est aptus ad cibum, sic ira dei fuit inflexibilis. Baruch 4. Exacerbasti eum qui fecit vos. Aliud peccatũ fuit peccatũ tentationis. Frequenter enim tentauerunt deũ, quia quandoq; pro aqua, quandoq; pro carnibus, quandoq; verò pro pane ita q̄ decies tentauerunt ipsum. Posset autẽ aliquis putare q̄ idem esset peccatum exacerbatio & tentatio: ita q̄ veller Apostolus dicere, Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione quã fuit in die tentationis. Sed hoc est contra expositionẽ Apostoli. Ideo dicendum est sic, Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione: & iterũ, sicut in die tentationis, ita q̄ sint duo peccata. Vnde Psalm. Conuersi sunt, & tentauerunt deum, & sanctũ Israel exacerbauerunt. ¶ Consequenter prosequitur culpas in speciali, cum dicit [Vbi tentauerunt me patres vestri, &c.] Et circa hoc duo facit, quia primò ponit peccatũ tentationis: secundò peccatum exacerbationis, ibi [Et dixi semper.] Circa primũ tria facit. Primò enim ponit peccatum tentationis. Secundò ostendit eius grauitatẽ, ibi [probauerunt.] Tertio ponit pœnam, ibi [Propter quod offensus fui.] Dicit ergo, Peccatum tentationis, quia secundum diem tentationis, inquit, in deserto. Tẽtare autem est experimentum sumere de re quam quis ignorat. Vnde quòd quis tentat deum, procedit ex infidelitate. Sed sciendum est q̄ aliquando aliquis tentat deum, non cum intentione tentandi & experiendi, verum tamen se habet ad modũ tentantis. Qui enim vitur re sua propter utilitatẽ, non tentat propriè: puta si aliquis fugiens currat super equum suum & si tentat, non tamen cum intentione tentandi. Sed quando ad nihil vile est quod facit, tunc tentat. Item si aliquis exponat se alicui periculo cõpulsus necessitate, sub spe diuini auxilii, non tentat deum. Si autẽ sine aliqua necessitate, tunc tentat deũ. Et sic dicit ipse Matt. 4. Non tentabis dominum deum tuum, quia necessitas nulla erat q̄ mitteret se deorsum. Sic isti tentauerunt dominum, quia dubitauerunt de potestate dei, clamantes contra Moysen, ac si deus non posset eis dare cibum. ¶ Deinde ponitur grauitas culpã cum dicit [Probauerunt me, & car.] Quantò enim aliquis maiora beneficia dei recipit, & maiore certitudinem diuinã potestatis, tantò grauius postmodũ peccat. Isti verò viderunt signa & prodigia in terra Ægypti, apertionem maris, & alia miracula, & tamen nõ cessauerunt. Vnde Num. 14. Homines qui viderunt maiestatem meam, & signa quã feci in Ægypto & in solitudine & tentauerunt me iam per decem vices, &c. Et ideo dixit [Probauerunt.] i. experiri voluerunt [et viderunt.] i. experti sunt [opera mea.] i. effectus qui non poterant esse, nisi virtutis infinitã esset ille qui opera faciebat. Et hoc totum nõ vno die, sed [quadraginta annis] quibus. i. manserunt in deserto, quia semper habuerunt manna & colũnam ignis & nubes, vel probauerunt & viderunt me. quia. i. in nullo defeci eis. Illud tamen quod dicit, quadraginta annis, secundũ intentionem Apostoli refertur ad priora, sed secundum intentionẽ Psalmistã refertur ad sequentia, vt dicitur quòd offensus vel infensus ei fuit 40. annis. Et sic habet litera Hieronimi. ¶ Deinde cum dicit [Propter quod offensus fui.] Ponitur pœna peccati, & est duplex litera. i. offensus, vel proximus, & idem est [propter quod.] i. propter peccatũ, fuit offensus. i. indignatus, non q̄ ira sit in deo, nisi similitudinarie, quia punit sicut iratus: de qua pœna frequẽter habetur in Exod. & in lib. Numerorũ. Sape enim prostrati sunt. Vnde 1. Cor. 10. agit de pœna istius peccati, vel [proximus fui.] i. puniendo ipsos. Quando enim dominus subuenit bonis, & punit malos, tunc est prope ipsos, sed quãdo dissimulat peccata hominum propter pœnitentiã, & dissimulat afflictionem iustorũ, vt crescat ipsorum meritum, tunc videtur etiam longè. Iob 22. Nubes latibulũ eius, nec nostra considerat, & circa cardines celi perambulabit. Vel proximus, quantum ad diuinam misericordiam quia hoc ipsum q̄ punit eos temporaliter magnum misericordie signum est. ¶ Deinde cum dicit [Et dixi, & car.] Ponit peccatũ exacerbationis. Et hoc patet per hoc quod infra dicitur, Quibus iurauit non introire, &c. Et circa hoc facit duo. Primò enim ponit culpã. Secundò subdit pœnam, ibi [Quibus iurauit in ira mea, &c.] Culpam autem duplicem ponit. Vna est in obstinatione in malo. Alia est in recessu à bono. Et ista ponit ibi [Ipsi verò non cognouerunt vias meas.] Dixit ergo. Ego sic fui eis proximus. i. puniendo eos [et dixi.] i. pœnitione aeterna [hi errant corde semper.] Deut. 31. Semper cõtritiõẽ egibat deum, quãdo obstinatè adhaeret malo. Alio modo, quando contemnit bonum. Vnde dicit [Ipsi verò non cognouerunt vias meas] hoc est non quantum ad simplicem ignorantiam, sed ad affectatam, Iob 21. Sciẽtiam viarum tuarũ nolumus. Psalm. Noluit intelligere vt bene ageret. Vel nõ cognouerunt. i. non approbauerunt, sicut dicit Apostolus 2. Timo. 2. Cognouit dominus qui sunt eius. ¶ Consequenter ostendit pœnã cum dicit [Quibus iurauit.] In quo verbo ponit immobilitatẽ: in hoc q̄ vult iuramenta firma, quando enim deus vel angelus inueniuntur iurare, signum est immobilitatis eius de quo iuratur. Psalm. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, &c. Verum tamen aliquando non iurat nisi sub conditione, quia. i. si non pœniteant, hæc ma la euenient eis. Ponit etiam q̄ pœna ista non est ad cõminationem, sed magis ad exterminationem, quia dicit [in ira.] Psalm. Domine ne in ira tua corripas me. Iurauit ergo in ira [si introibunt in requiem meã.] Constat etiam est defectiua ad modum irati, qui truncat verba sua. Et accipitur ly. pro non. i. non introibunt in requiem meam. Est autem triplex requies. Vna est temporalis, de qua Luc. 12. Habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, &c. Secunda est requies conscientie. Eccle. 51. Modicum laboraui & inueni requiem multam. Tertia est requies gloriã aeternã. Psalm. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Ipsi verò nec in terram promissionis, nec in requiem fructuionis aeternã introierunt.

LECTIO 3.

Ponitur monitio et cõditio monitionis, et trique expo

Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantie eius usque ad finem firmum retineamus. Dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audierunt,

exacerbauerunt: sed non vnuerſi qui profecti sunt ab Ægypto per Moysen. Quibus autem infensus est quadraginta nendo ponitur annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem, quia infensus est illis qui increduli fuerunt? Et videmus quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem.

nendo ponitur etiam culpa et pœna malorũ Indorum.

¶ Suprà Apostolus per autoritatẽ psalmistã ostendit q̄ firmiter obediendum est Christo. In autoritate verò posuit tria, monitionẽ, culpam, & pœnam, hæc ponit ista tria per ordinẽ. Primũ facit, hic videt: secundum, ibi [Quidã.] Tertio, ibi [Quibus autem iurauit.] In admonitione verò sunt duo. scilicet ipsa monitio, & ipsius monitionis conditio. Vnde ista duo exponit. Primò primum hæc. Secundò secundũ, ibi [Participes enim xpi.] In prima verò admonitione ad duo hortatur. scilicet ad sollicitã cõsiderationẽ, secundò ad mutuã admonitionẽ, ibi [Sed adhortamur.] Dicit ergo [Videte.] Vnusquisque enim in se debet considerare in quo statu sit. Gal. 6. Opus suum prober vnusquisque. Hier. 2. Vide vias tuas in conualle. [Videte ergo fratres.] quantum ad quẽ libet in se, quia quilibet est pars societatis, & vnique mandauit deus de proximo suo. Eccle. 17. Videte. i. probare vnus aliũ, ne forte sit in aliquo vestrũ, &c. Q. d. Multi inter vos sunt in statu perfecto, tamẽ ppter fragilitatẽ, & arbitrij libertatẽ posset esse malum in aliquo vestrum. Iob 4. Ecce qui seruiunt ei nõ sunt fundamentum. Io. 6. Nonne ego duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Non ergo aliquis sit tantum sollicitus de se: sed etiã de quolibet suã societatis. Sed quid? Ne sit in aliquo vestrũ cor malum incredulitatis. Ecce malum de quo loquitur Apostolus. scilicet cor incredulũ. i. non firmum in fide, in quo consistit malitia animã: quia sicut bonũ aĩx in adhaerendo deo, ps. Mihi autẽ adhaerere deo honum est. quod. i. est per fidem, ita recedere a deo p incredulitatẽ est malum hominis. Hier. 2. Scito & vide Israel, quia malũ & amarum est reliquisse te dominũ, &c. Et ideo dicit [discededi.] quia per incredulitatẽ recedit [a deo viuo.] Hic. 2. Me dereliquerunt fontem aquã viuã. Sed si inueniatur istud malum in aliquo, nunquid desperandũ est? Non, sed magis debet exhortari. i. admoneri. Ideo dicit [Sed exhortamini vosmetipsos per singulos dies. i. continuẽ.] discutiendo conscientia suã, & inducendo ad bonũ [Donec hodie cognominatur.] i. donec durat p̄sens tempus gratiã, quod est totũ sicut vnus dies. Io. 9. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Et hoc ideo [vt non obduretur aliquis ex vobis fallacia peccati.] Sicut enim supra dictũ est, Cor obduratur per obstinationem in malũ. Sed per hoc, aliquis firmiter inhaeret peccato, quia fallitur. Naturale enim est appetitui adhaerere bono, sed recedit a bono quia decipitur. Prou. 14. Errant qui operantur malum, & Prouer. 13. secundũ aliã literã, Animã dolosa errant in peccatis. Sapiẽ. 5. Ergo errauimus a via veritatis. ¶ Consequẽter cum dicit, Participes, &c. Exponit conditionem monitionis. Q. d. Ista conditio magis est efficacẽ illa, quia illi tantũ audierunt, nos autẽ, participes facti sumus Christi. Et loquitur propriè, quia in veteri testamẽto erat tantũ auditus, nec cõferebatur gratia ex opere operato, sed i nouo testamẽto & est auditus fidei, & datur gratia ipsi operanti. Vnde sumus facti participes Christi. Io. 1. De plenitudine eius accepimus omnes. Sumus autẽ participes gratiã. Primò per susceptionem fidei. Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Secundò per sacramenta fidei. Gala. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Tertio per participationem corporis Christi. 1. Cor. 10. Panis quem frangimus: nonne participatio corporis domini est? ¶ Sciendũ autẽ q̄ duplex est participatio Christi. Vna imperfecta, quã est per fidem & sacramenta. Alia verò perfecta, quã est per presẽtia & visionẽ rei, primam iam habẽmus in re, sed secundam in spe. Tamen cũ hoc spes habet hanc cõditionẽ. scilicet si perseveramus. Vnde dicit [Si tamẽ initiũ, &c.] Quicumq; enim in Christo baptizatur, suscipit quãdam nouã naturã, & formatur quodammodo xps in ipso. Gal. 4. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur in vobis xps. Hoc quidẽ in nobis verè perficitur in patria, sed hæc tantũ initiũ & hoc per fidẽ formatã: quia informis mortua est. Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est. Vnde ista non est nobis initiũ participationis xpi: sed fides formata. Infra 10. Est autẽ fides sperandarũ substantia rerũ, i. fundamentũ, & quasi initium. Dicit ergo, Sumus participes xpi [si tamen teneamus vsq; in finem firmum initium substantiã eius.] scilicet formatã. Sed cõtrã. Videtur q̄ timor magis sit initium, quia dicit. ps. Initium sapientiã timor domini. Respondet. Dicedũ est q̄ fides formatur per charitatem. Charitas autẽ nõ est sine timore casto. Et ideo fides formata semper habet timorẽ istũ lectum annexũ. Vnde & fides & timor sunt initiũ. Illud autẽ quod addit dũ dicitur, hodie, &c. totum expositũ est. ¶ Deinde cum dicit [Quidã enim audierunt.] Exponit quod dixerat de culpa illorũ. Q. d. Vos estis effecti participes xpi, si non obduraueritis corda vestra sicut isti qui audierunt, sed exacerbauerunt [sed nõ vnuerſi.] i. non tamen omnes. Duo enim. scilicet Caleph & Iosue permanserunt, vt habetur Num. 14. Et alios etiam cõfortabãt. Et per hoc datur intelligi q̄ cũ nõ tota ecclesia cadat, sed tantũ aliqui, licet plures, & nihilominus mali punientur, sed non boni, sicut in istis duobus. 3. Reg. 19. Reliqui mihi septẽ milia viroꝝ, qui non curauerunt genua sua Baal. Ro. 11. reliquiã secundum electionem dei saluã factã sunt. ¶ Deinde cum dicit [Quibus autẽ, &c.] Exponit illud quod dixerat de pœna. Et primò illud quod dixerat offensus fui, secundò illud quod dixerat. Iurauit in ira, &c. ibi, Quibus autẽ iurauit, &c. Dicit ergo [Quibus autẽ offensus est quadraginta annis, Nonne, &c.] Ex quo patet q̄ istud quod supra dixit, quadraginta annis, refertur ad illud offensus fui. Vnde dicit q̄ fuit eis offensus per illos quadraginta annos. Vnde sciendũ est q̄ oēs qui egressi sunt de Ægypto mortui sunt in deserto, sicut dicitur Iosue 5. Non tamen oēs prostrati sunt, sed aliqui, vel a deo, sicut quãdo aperta est terra, & deglutiuit Dara & Abiron, sicut dicitur in ps. Et de hoc habetur Num. 16. Aliqui verò prostrati sunt a Moysẽ, sicut patet in cõsolatione vituli, sicut patet Exo. 22. Aliqui verò ab hostibus, sicut patet in pluribus locis. Et ista satis habentur in 1. Cor. 10. Aliqui verò morte propria mortui sunt. Nõ ergo oēs prostrati sunt. Vnde non fuit pœna generalis, sed pœna specialis fuit. Et nullus præter illos duos qui dicti sunt introierunt terram promissionis. Et de ista terra dicit [Quibus autem iurauit.] i. firmiter statuit [non introire in requiem.] nisi illis qui fuerunt increduli verbis. Exploratorũ. Vnde patet q̄ propter incredulitatẽ nõ potuerunt intrare in requiem ipsius, & propter hoc dicit [Videmus.] quia experti sunt q̄ propter incredulitatẽ suã nõ potuerunt intrare. Vel videmus nos. scilicet per pœnã illam quã dicta est, quia non potuerunt, &c.

Arguit Paulus ex auctoritate David nuntiatum est, quod admodum illis, sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex his que audierunt.

Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nuntiatum est, quod admodum illis, sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex his que audierunt. Ingre-

diemur enim in requiem, qui credimus: quemadmodum dixit, sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam: & quid operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septima sic, Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto, rursum, si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illa, & hi quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat diem quandam, hodie, in David dicendo post tantum temporis, sicut supra dictum est, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem praestitisset: nunquam de alia loqueretur post hac die.

vnū, duo, & tria, quia sexies vnū, sunt sex, similiter ter bis & bis ter & vnū duo tria, sunt sex, quia ergo senarius est primus numerus perfectus, quia licet ternarius conueniat aequaliter his que dicta sunt, quia ter vnū, tria sunt, & vnū & duo, tria sunt, tamen bis vnum non faciunt tria, similiter semel duo, non faciunt tria, sed tantum duo. Ideo per ipsum senarium designatur perfectio rerum. Post perfectionem verò permittitur quies, quae nulli datur nisi operanti. Et sic in septima die qua mutatus est status mundi, sicut in qualibet alia erat quaedam variatio. Vnde in ipsa incipit status propagationis, propter quod & connumeratur aliis, ideo in septima mundi aetate, est status quietcentium. Secūm Aug. tamen ista septima dies nihil aliud est q̄ cognitio angelica relata ad quietem dei ab operibus. Sed cōtrā. Si quieuit die septima, quis ergo fecit eā, si non est op̄ dei? Præterea Io. 5, Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor. Respondeo est dicendū q̄ accipitur ibi quies, non scđm q̄ opponitur labori, sed secundum q̄ opponitur motui. Deus enim & si producendo non moueatur, tamen quia de ipso nō loquimur nisi per sensibilia, in quibus nō est operatio sine motu, ideo oīs operatio largē loquendo, dicitur motus, & sic dicitur quieuisse, quia cessauit nouas species p̄ducere: quia illa quae post ea facta sunt fuerunt in illis rebus tunc productis: vel scđm virtutē actiuā sicut in animalibus perfectis, vel secundum rationes seminales, vel secundū materiā sicut mineralia. Ideo tunc non fuit mortuus suscitatus, sed fuit scđm corpus quod posset suscitari. Quaedam autē fuerunt tunc secundum similitudinē vt animae rationales quae tantum sunt à deo. Sic ergo requieuit deus ab operibus producēdis, quia omnia alio modo praecesserunt vt dictū est, tamen vsq; modò operatur cōseruando & gubernando quae condidit. Et sic septimam diem deus fecit sicut quālibet aliā, quia tunc fuit aliquid additū, quia tūc incēpit status propagationis. Quaelibet autē additio variabat statū mundi, vt dictum est, & faciebat vnum diē. Vel scđm Auit. non dicit simpliciter requieuit, sed [requieuit ab operibus suis.] Ab aeterno enim requieuit in seipso, sed tunc etiam requieuit non in operibus, sed ad operibus. Aliter enim operatur deus, & quilibet alius arti fex. Artifex enim agit propter indigentiam suā, sicut domificator facit domū vt in ipsa quiescat. Similiter faber facit cultellum propter lucrū. Vnde desiderium cuiuslibet artificis quietatur in opere suo. Sed nō sic est de deo, qui non agit propter indigentiam suam, sed propter bonitatem communicandam. Vnde non quiescit in opere, sed ab opere producendo, & quiescit tantum in sua bonitate. Consequenter autem ponit auctoritatē David quae iam exposita est. [Consequenter cum dicit [Quonia ergo superest, &c.] arguit ex praemissis. Et circa hoc facit duo. Primò enim accipit sensum secundae auctoritatis illius. Si vocem eius audieritis, &c. Secūdo arguit ex primo ibi [Itaque relinquitur, &c.] Circa primū duo facit, quia primò trahit duo à secunda auctoritate, secundò ostendit q̄ hæc duo intelliguntur in ipsa, ibi [Nā si eis Iesus.] Accipit ergo duo quae intelliguntur in ipsa, ibi [Nā iustus est.] q̄ quod antiqui patres non introierunt. Aliud est quod tēpore David adhuc restabat alia quies praestanda. Licet enim ip̄s fuisset promissa requies praestanda in terra promissionis, tamen p hoc quod post lōgum tempus dicit, Hodie si vocē, &c. ostēdit quod alia requies restat. Aliter enim nō faceret mentionē de requie, dicēs, Hodie, &c. Est ergo quaedam requies in qua nobis intrandum est, in qua illi non intrauerunt propter incredulitatē. Et ideo qm̄ illi non intrauerunt, restat ergo quosdam intrare quibus promissio facta est, quia hi quibus prius nuntiatū est nō introierunt. i. Iudaei quibus promissio facta est, & ideo [terminat.] id est, determinat nobis diē septimā. i. diē gratiae dicēdo in David, Hodie si vocē, &c. Et repetit auctoritatē quae exposita est. [Sciendū est autem quod deus homini praeparauit beatitudinem pro requie, nec vult istā praeparationē esse frustrā, sed si vnus nō intrabit, alius intrabit, sicut ostendit in illa parabola de nuptiis. Mat. 22. Vnde Apoc. 3, Tene quod habes, vt nemo accipiat coronā tuā. Quasi dicat, Si tu non accipias, alius habebit. Iob 34, Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.] Deinde cum dicit [Nā si eis Iesus, &c.] Probat quod super sit alios intrare, quia si Iesus naue. i. Iosue filius Israel [finalem requiem praestitisset, nunquam de alia, &c.] id est, non immineret nobis alia requies nec de alia aliqua propheta David loqueretur post illam diem. Vnde manifestum est quod illa requies fuit signum requies spiritualis.

Lectio 2.

Itaque relinquitur sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & ad eius deus. Festinamus ergo ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplū, vnius est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipitur: & pertingens vsque ad diuisionem animae ac spiritus, & compaginum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionem cordis. Et non est illa creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem est nobis sermo.

Concluditur quies aeterna ex auctoritate Gene. & ponitur ratio consequentiae: inducitur que ad festinandum ad introitum eius cu ratione motionis, triplex requies.

Supra Apostolus duas auctoritates assumpsit, vnā de 2. Gen. Aliam verò de Psal. & cōclūsit intentionem suā ex secunda auctoritate. Psal. hūc concludit diē ex prima. Et circa hoc facit duo. Primò enim ponit conclusionem, secundò ponit rationē consequentiae, ibi [Qui enim ingressus.] Circa primū sciēdū est quod Apostolus in serie oīm istorum verborū facit mentionem de triplici requie. Prima est requies dei ab operibus suis. Scđa est requies temporalis, quā habuerunt filij Israel in terra promissionis. Tertia est requies aeterna quae per istas duas designatur. Sed Apostolus hūc antequam faciat mentionem de requie aeterna, dicit quod post terrenam adhuc relinquitur. [i. remanet] sabbatismus populo dei. [Qui in veteri lege per sabbatum, representabatur. Requies aeterna. Esa. 58. Vocaberis sabbatum delicatum & sanctum domini. Esa. 66. Erit mensis ex mense & sabbatum ex sabbato. i. requies perpetua. Et dicit sabbatismus, quia sicut in veteri lege sabbatum representabat requiem dei ab operibus suis, de qua dicitur Gen. 2. Ita illa requies erit scđm ab operibus suis. Apoc. 14. A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Vnde subdit [Qui enim ingressus est re. eius.] quia sicut deus sex diebus operatus est, & septima requieuit, ita per sex dies praesens tempus propter perfectū numerū significatur. Qui ergo perfectè operatur, in septimā [requiescit ab operibus suis, sicut & ad eius deus.] nō autē à quibuscūque operibus, quia sunt ibi quaedam opera perpetua videre. s. amare, & laudare. Apoc. 4. Non habebant requiem nō die ac die dicētia, sanctus, sanctus, sanctus, &c. Sed ab operibus laboriosis. Esa. 40. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinē, assumēt pennas vt aquila, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Deinde cum dicit [Festinamus.] Inducit ad festinationem. Et circa hoc facit duo. Primò enim ponit monitionem, secundò subdit rationem de introitu illius

requie, ibi[viuis est.] Item circa primū duo facit. Primò enim monet ad festinandū, secūdo ostēdit tardā-
 ris periculū ibi[Vt ne in idipsum.] Dicit ergo, Quia igitur reliquitur sabbatū, &c. [Festinemus ergo in
 gredi in illā requiē.] Et signanter dicit ingredi, quia non est in bonis exterioribus, ad quā est egressus, sed
 est in bonis interioribus. Exo. 15, Introduces eos, & plantabis, &c. Mat. 25, Intra in gaudium domini tui. Est
 ergo multiplex ratio, quare festinandum est intrare. Vna est, quia longinqua est via. Prouer. 7, Abiit via lō
 gūssima. Luc. 19, Homo quidam nobilis abiit in regionē longinquā. Dicitur autē longinqua propter distātiā
 status, quia ibidē plenitudo omnis boni, & immunitas ab omni malo: est etiam desideranti perfecta visio &
 tentio, hīc autē sunt omnia cōtraria istis. Itē festinandū est, quia tempus est valde breue. Job 14, Breues dies
 hominis sunt. Itē quia istud tempus cū hoc quod est breue & modicū, est etiam incertū. Eccl. 9, Nescit ho-
 mo finem suū. Item propter vrgētē vocationē. Interior enim vocatio vrgēt nos per stimulū charitatis. Esa.
 59, Cūm venerit quasi fluiuis violentus, quē spiritus domini cogit, &c. 2. Corint. 5, Charitas Christi vrgēt
 nos. P̄sal. Vīā mādatorū tuorū cucurri. Itē propter piculū tardantis, sicut patet de fatuis virginibus. Mar. 25,
 Quæ tardē venientes intrare non poterunt. Et ideo dicit [Vt ne in idipsum quis in. incre. ex.] Qd. Anti-
 qui non poterūt ingredi propter incredulitatē. Vnde caueamus alienā culpā exemplo, ne simus incredū-
 li, & exēplo p̄nā, vt. f. non excludamur sicut ipsi. Luc. 1, Abiit in montana cū festinatōe. Ad hoc em̄ osten-
 duntur nobis p̄teritā p̄nā aliorū, vt caueamus. Prou. 19, Pestilēte flagellato stultus sapiētor erit. Glo.
 Peius est nisi caueatis. Et hoc videtur q̄ ille qui nō corrigitur punitione alterius, grauius punietur. Sed con-
 trā, quia iam peccatū Adā qui nō peccauit exēplo alterius esset minus graue. Respondeo: dicitū est q̄ sem-
 per iste locutiones intelligendā sunt ceteris paribus. Contingit enim duo peccata in se cōsiderata, nō esse
 vnū grauius altero, tamen propter aliquā circumstātiā aduenientē, aggrauatur vnū & non aliud: sicut duo
 adulteria de se equalia sunt, tamen illud quod est ex certa malitia grauius est, q̄ illud quod est ex passione
 vel infirmitate. Et similiter verbum otiosum grauius est, quando fit ex certa malitia. ¶ Deinde cū dicit
 [Viuis est enim sermo dei, &c.] Ponit rationē p̄dictā monitionis, & p̄cipuē q̄tū ad periculū. Hāc autē
 ratio sumitur ex parte xp̄i. In ipso autē est duplex natura. Vna. f. diuina scdm̄ quā est verbum patris. Alia est
 humana scdm̄ quam est pontifex offerens se in cruce. Primò ergo ponit rationē sumptā ex parte diuinita-
 tis, secūdo rationē sumptā ex parte humanitatis, ibi [Habētes igitur.] De filio autē dei dicit tria. Primò enim
 assignat eius virtutē, secūdo eius cognitionē, ibi [Et discretor.] tertio eius autoritatē, ibi [Ad quē nobis
 sermo.] Virtutē eius ostēdit tripliciter. Primò q̄tū ad naturā, secūdo q̄tū ad potestātē, ibi [Et efficax.] tertio
 quantum ad operationem, ibi [Et penetrabilior.] Dicit ergo [Viuis est sermo dei.] Ista lirera de se videtur
 habere difficultatem, tamen considerando aliā translationē planior est. Vbi enim nos habemus, sermo, in
 Græco habetur, logos, quod est idē quod verbum. Vnde sermo. i. verbum. Et sic etiam exponit Aug. illud
 Io. 12, Sermo quem locutus sum. i. ego ipse qui sum verbū. Sap. 18, Omnipotens sermo tuus dñe exiliens de
 celo à regalibus sedibus venit. Et similiter hic sermo dei est viuis. i. verbū dei viuum. Verbum enim dei ab
 æterno cōceptū, in paterno intellectu est verbum primordiale, de quo Eccl. 1. dicitur, Fons sapiētiæ verbū
 dei in excelsis. Et quia est primordiale, ideo ab ipso deriuantur omnia alia verba, quæ nihil aliud sunt quam
 quædam conceptiones expressæ in mēte angeli, vel nostra. Vnde illud verbū est expressio omniū verborum,
 quasi fons quidā. Et illa quæ dicuntur de illo verbo quodāmodo aptantur ad alia verba scdm̄ suū modum.
 De illo autē dicitur q̄ est viuis. Dicitur autē res viua, quādiu habet motū & operationē suā. Sicut enim fons
 scaturiens dicitur viuis, sic & verbū illud quod habet perpetuū vigorē. P̄sal. In æternū domine verbū tuum
 permanet in celo. Io. 5, Sicut enim pater habet vitā in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semet-
 ipso. Vel potest referri ad humanā naturā. Est enim viuis, licet ab aliis reputeretur mortuus, Apoc. 1, Fui mor-
 tuus, & ecce sum viuis in secula seculorum. Similiter etiā sermo scripturæ est viuis & indeficiēs. Rom. 9,
 Non autē quod exciderit verbū dei. ¶ Consequenter cū dicit [Et efficax.] Ostendit eius potestatem. Dicit
 autē verbū efficax propter maximam virtutem & infinitam vim effectiuam, quam habet. Per seipsum em̄
 facta sunt omnia. Io. 1. & P̄sal. Verbo domini celi firmati sunt. Itē est efficax quia ex ipso omnia verba pro-
 lata à deo mediante angelo vel homine, efficaciam habent. Eccl. 8, Sermo illius potestate plenus est. Esa. 55,
 Verbū quod egredietur de ore meo nō reuertetur ad me vacuū, sed faciet quodcūq; volui, &c. Deinde cū
 dicit [Et penetrabilior.] ostendit eius operationē. Et circa hoc facit duo. Primò ponit eius operationē, secū-
 do exponit. ibi [Et pertingens.] Dicit ergo [Et penetrabilior.] Illud propriè dicitur penetrare, quod ingre-
 ditur profunda rei. Hoc autē potest esse dupliciter. Vno modo quia operatur in intimis rei. Esa. 26, Omnia
 enim opera nostra operatus es in nobis. Alio modo quia cognoscit intima rei. Io. 2, Opus ei nō erat vt quis
 testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. Eccl. 24, Penetrabo inferiores
 partes terræ. Operatio enim dei & cognitio pertingit & penetrat intima rei. Vnde dicit [Omni gladio an-
 cipiti.] Inter omnia em̄ gladius est penetrabilior propter acumen, & maximè gladius anceps, qui. f. est acu-
 tus ex duabus eius p̄tibus. Et ideo quia verbū dei acutū est, & ad operandum, & ad cognoscendū, ideo con-
 paratur gladio ancipiti. Ephe. 6, Et gladium spiritus, quod est verbum dei. Esa. 27, In illa die visitabit dñs
 in gladio suo duro, & grandi, & forti, &c. Vel dicitur anceps quia habet aciem ad bona promouenda, & ma-
 la destruenda. Apoc. 1, Ex ore ipsius procedebat gladius ex vtraq; parte acutus: in ordine enim caularū vi-
 demus q̄ semper causa prior intimius operatur q̄ causa posterior. Vnde illud quod natura producit est in-
 timius q̄ illud quod producit per artem. Quia ergo deus est prima causa simpliciter, ideo eius operatiōe
 producit illud quod est intimius ipsi rei, scilicet esse eius. ¶ Consequenter cū dicit [Et pertingens, &c.]
 manifestat quod dixerat de operatione. Et circa hoc facit duo, quia primò ostendit hoc q̄tū ad spiritualia
 secūdo q̄tū ad corporalia ibi, Compagū quoq; & medullarum. Secundū enim Apostolū tria sunt in homi-
 ne. f. corpus, anima, & spiritus. 1. The. 5. Integer spiritus vester, anima & corpus, &c. Quid enim sit corpus
 notū est. Anima autē est quæ dat corpori vitā: spiritus verò in rebus corporalibus dicitur quid subtile, &
 ideo significat substantias immateriales. Esa. 31, Agyptus homo & non deus, & equi eorum caro & non
 spiritus. Spiritus ergo in nobis dicitur illud per quod communicamus cū substantiis spiritualibus. Anima

verò illud per quod cōmunicamus cum brutis. Et sic spiritus est mens humana. f. intellectus & volūtas. Ex
 hoc autē dicunt aliqui q̄ in nobis sunt diuerse anime. Vna. f. quæ perficit & viuificat corpus, & ista dicitur
 anima propriè. Alia verò est spiritus habens intellectū quo intelligimus, & volūtatē qua volumus. Et ideo
 ista duo magis dicuntur substantiæ, quā anime. Hoc autē damnatū est in lib. de ecclesiasticis dogmatibus. Et
 ideo dicendū est q̄ vna & eadem est essentia anime, quæ per essentia suā viuificat corpus, & per potentiam
 suam quæ dicitur intellectus, est principium intelligēdi. Et per istam itelligit æterna, quod quomodo sit, sic
 patet. Videmus enim q̄ q̄tū forma est perfectior, tantò operatio eius minus subditus materiæ: sicut patet
 q̄ formæ elemētōrū, quia sunt imperfectissimæ, non extenduntur vltra materiam. Cū ergo anima inter om-
 nes formas sit nobilissima, oportet q̄ habeat aliquā operationem & p̄cipuē anima rationalis, quæ omni-
 no excedit potētiam materiæ. Et ista operationē vocamus intelligere ad quam sequitur sua inclinatio. f. vel
 le. Est autē triplex differentia inter operationes anime, ita q̄ anima dicatur ad quā pertinent potētia, quib-
 us anima operatur cum corpore. Ad spiritū verò ille quibus operatur sine corpore. Prima autē differentia
 inter istas potētias & operationes ab ipsis procedentes, est ipsius rationis ad sensualitatē[quæ est potē-
 tia, per quam anima operatur cū corpore.] quia ratio apprehendit immaterialia: sensualitas verò materialia
 & sensibilia. Secūda differentia est partiū sensualitatis, quia aliū statū & ordinē habet sensualitas secūdo q̄
 tendit propriū obiectū ex natura sua, & aliū scdm̄ q̄ regulatur à ratione. Ipsa enim cōcupiscibilis aliter con-
 sideratur vt est vis quædam in ordine ad obiectū suum, & aliter vt participat ratione. Tertia differentia est
 partiū ipsius rationis scdm̄ diuersa obiecta ipsius, quia intendit in deū: & hoc est supremum in ipsa, vel in
 effectus spūales, vel in effectus temporales. Oēs autem istas diuisiones & differentias operatur, & discēnit
 verbum dei. f. quomodo sensualitas distinguitur à ratione, differentia etiā ipsius sensualitatis in se, differen-
 tiam etiā partiū rationis, quid proueniat in anima ex consideratione spūaliū & terrenorum. ¶ Consequen-
 ter cū dicit [Compagum quoque & medullarum.] declarat illud quod dixerat de operatione dei, & q̄tū
 ad temporalia. ¶ Sciendum est autem q̄ aliquid non potest penetrando pertingere ad aliquid propter duo.
 Vnum est propter colligationem. Aliud autē est propter inclusionē. Neutrū istorū potest impedire verbum
 dei. In nobis quidam sunt quædam colligationes. f. neruorum & arteriarum. Quædam etiā sunt valde inclusa &
 occulta, sicut medullæ quæ in ossibus includuntur, omnia autem ista diuino prospectui manifesta sunt &
 subdita. Et ideo nihil est ei difficile ad penetrandū. Vel per compages potest intelligi coniunctio quæ est in-
 ter partes anime adinuicem, vt inter animam & sp̄m. q. d. Non solum pertingit ad cognoscendum differē-
 tiam & diuisionē anime & spiritus, sed etiam ad cognoscendum quomodo coniunguntur. Cognoscit enim
 quomodo sensualitas regitur ratione. Medulla autem potest intelligi illud quod latet in ratione & sensuali-
 tate. Mat. 10, Time te eum q̄ potest & animam & corpus mittere in gehennam. ¶ Deinde cū dicit [Et discre-
 tor cogitationum.] agit de cognitione verbi. Et circa hoc facit duo. Primò enim ostendit q̄ oīa subduntur
 cognitioni eius. Secūdo ostendit quomodo cognoscit, ibi [Omnia autem nuda.] Ex duobus autem cōtin-
 git q̄ aliquid nō cognoscatur. f. aut quia est intra aliquid occultarum. Et sic maximè sunt occulta quæ la-
 tent in corde, quia ipsum est valde profundū & inscrutabile. Hier. 7, Prauū est cor hominis & inscrutabile.
 Scdm̄ verò septuaginta interpretes habetur sic. Profundū est cor hominis, &c. In corde verò latent cogita-
 tiones. Ista autē cognoscit verbū dei. Esa. 1, Auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. Et ideo q̄tū
 ad hoc dicit [discretor cogitationū.] Alio modo nō cognoscitur aliquid quia est omnino ignotum & inui-
 sibile, & sic ea quæ sunt in volūtatē sunt ignota. In volūtatē autem est ipsa intentio finis, quæ de natura sua
 est inuisibilis. Quid enim homo facit vel cogitat manifestatur per opus, sed qua intentione hoc faciat, peni-
 tus est incertū. Ista autē nō sunt occulta deo. Ideo adiungit [Et intentionū cordis.] P̄sal. Scrutans corda &
 renes. i. cogitationes & intentiones. ¶ Sciendum est autē q̄ illud quod dicit penetrans, referri potest ad opera-
 tionem vt dicitū est. Et sic differunt penetrans & discretor. Si autē referatur ad cogitationē, tūc quod hic di-
 cit, Et discretor, est expositio illius. q. d. Tu dicis q̄ est penetrabilior, &c. Verum est quia est etiā discretor
 compagū & medullarum. i. cogitationū & intentionū. Compages enim dicuntur quædam colligatiōes, & sic
 cogitatio in qua est, quasi quædam colligatio terminorū, potest dici cōpago, dū de vno rēdit ī illud. Esa. 58,
 Dissolue colligatiōnes impietatis. Itē Esa. 5, Vel qui trahitis iniquitates in funiculis vanitatis. Item medulla
 est intima latens in ossibus, Job 21, Medullis ossa illius irrigantur. ¶ Deinde cū dicit [Et non est vlla creatu-
 ra inuisibilis in cōspectu eius.] ostendit q̄ illud quod scdm̄ naturā est inuisibile, nō est occultū deo. Quod
 enim aliquid non videatur à nobis, hoc est quia simplicius & subtilius est oculo nostro siue corporali siue
 intellectu: sicut sunt substantiæ separatae, quas in vita ista videre non possumus. Diuino autē intellectu ni-
 hil est simplicius vel subtilius, ergo nulla creatura est inuisibilis in cōspectu eius. Sed nunquid cognoscit
 in vniuersali tantum sicut quidā voluerunt? Non, sed[omnia nuda & aperta sunt oculis ei.] Per oculū autē
 intelligitur vis cognitiua. Intelliguntur enim spiritualia per sensibilia. Signatē autē dicit in plurali oculos, p̄-
 pter diuersitatē intellectorū, quia non cognoscit vnum tantum, sed etiam multitudinē rerum. Dicit etiam
 nuda & aperta. Dupliciter enim cognoscitur aliquid. Vno modo in superficie. Alio modo in profundo, si-
 cut homo nudus videtur in superficie, non autem vestitus, sed omnia deo manifesta sunt quæ vidētur in su-
 perficie. Nihil enim est extra quod impediatur cognitionem dei, sicut vestis impedit ne videatur homo. Et i-
 deo dicit, nuda. Job 26, Nudus est infernus coram illo. Dicit etiam aperta, quia nihil est ita occultum in te
 quod dei cognitionem effugiat. ¶ Consequenter ostendit perfectionem autoritatis ipsius cū dicit [Ad quē
 nobis sermo.] Ista verò autoritas est autoritas iudicandi. Act. 10, Ipse est qui constitutus est à deo iudex
 viuorum & mortuorum. Ad istum ergo nobis sermo, vt. f. reddamus rationem de operibus nostris. 2. Co. 5,
 Oēs nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue
 bonum, siue malum sit. Et ideo quia sicut est potens, sic sciens, & sic magnus, festinemus ergo ingredi, &c.

Lectio 3.

*Habentes ergo pontificem magnum qui penetravit celos Iesum filium dei: teneamus spei nostre confessionem. Non inducit
 enim habemus pontificem qui non possit comparari infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similibus Paulus ad*

festinandum ad ingressum in requiem aeternam, ponendo magnitudinem Christi quantum ad humanam naturam, ponendo ipsius Christi dignitatem, & pietatem, & inducendum ad fiduciam in ipsum.

indine absque peccato. Addeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius: ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Supra Apostolus monuit ad festinandum ingredi in requiem dei, & ad hoc inducendum posuit magnitudinem Christi quantum ad diuinam naturam, hic ostendit idem quantum ad humanam naturam, & circa hoc tria facit. Primò enim ponit eius dignitatem, secundò ostendit eius pietatem ibi [Non enim habemus.] Tertio inducit ad habendum de eo fiduciam, ibi [Addeamus.] Dicit ergo, Ita dictum est quod nobis est sermo ad eum qui est uerus sermo, uerus iudex, & pontifex [Ego habentes pontificem magnū.] Psal. Tu es sacerdos in aeternum, &c. Nec tantum pontifex, sed etiam magnus. Zach. 3, Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnū stantē corā angelo, &c. Hic autē dicitur magnus, quia non est pontifex tantum bonorum temporalium, sed & futurorum, infra 9, Christus assilens pontifex bonorum, &c. Duo autem pertinebant ad magnū pontificē. Vnum quo ad officium. scilicet semel in anno cum sanguine intrare in sancta figuralia, sed Christus per propriū sanguinē intrauit in sancta. i. sacra caelestia, & ideo dicit [Qui penetrauit caelos.] Secundū est quod debebat esse ex certa tribu, scilicet de stirpe Aaron: sicut dicitur Exo. 29, & Nume. 16, & 17. Hoc autē competit Christo qui est nobilioris originis. Vnde dicitur filius dei, Mat. 3, Hic est filius meus dilectus. Psal. Filius meus es tu, &c. Quia ergo habemus hunc pontificem tenemus confessionē, id est, inhaeremus corde, quia ut dicitur Ro. 10, Corde creditur ad iusticiā, ore autē confessio fit ad salutē. Hanc autē confessionē requirit à nobis Christus pontifex maximus. Mat. 10, Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. Sed dicit [spei nostrae.] quod dupliciter potest intelligi. Vno modo quod confessio prout hic sumitur, sit confessio fidei, non quidē quantum ad habitū, sed quantum ad ordinē actus. Nullus enim potest sperare nec debet, nisi quod potest consequi. Quod autē possumus consequi aeterna habemus per fidem. Vel confessionem spei, id est, eius de quo speramus, scilicet videre primā ueritatem. Deinde cum dicit [Non enim habemus pontificem.] ne forte credatur quod non possit aliquid agere praeter id quod exigit eius iustitia, ostendit in ipso etiā esse misericordiam & pietatem, & ista respiciunt misericordiam, & hoc praecipue conuenit Christo. Vnde dicit [Qui non possit compati infirmitatibus nostris.] Sciendum est autem quod ipse posse, aliquando importat non nudā potentiam, sed proprietudinem & aptitudinem Christi ad subueniendū, & hoc quia scit per experientiam misericordiam nostram, quam, ut deus, ab aeterno sciuit per simplicem notitiā. Psal. Misericors est deus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Vnde subdit [Pro similitudine.] scilicet nostram. Est autem triplex tentatio. Vna quae est à carne quando. scilicet caro concupiscit aduersus spiritum, ut dicitur Gal. 5, Et ista non est sine peccato, quia ut dicit Aug. Nonnullū peccatum est cum caro concupiscit aduersus spiritum, quia hoc est carnem concupiscere. Sed hoc non fuit in Christo, & ideo dicit [Absque peccato.] i. absque minimo motu peccati. 1. Pet. 2, Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Et ideo dicitur, agnus dei. Io. 1. Alia est tentatio ab hoste, & à mundo, & hoc dupliciter. Vel alliciendo per prospera, vel terrendo per aduersa. Et his duobus modis fuit tentatus Christus. Fuit enim allectus & prosperis. Quicquid enim pertinet ad prosperitatem huius uitae, vel pertinet ad concupiscentiā carnis, vel ad concupiscentiam oculorum, vel ad superbiam uitae. De primo enim tentauit eum diabolus quando tentauit eum de gula, quae est mater luxuriae. Mat. 4, Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Item de inani gloria, cum dicit, Mitte te deorsum. Itē de concupiscentia oculorum dicens, Haec omnia tibi dabo, &c. Luc. 4, Consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo usque ad tempus. Item fuit tentatus per aduersa & insidias à pharisaeis, quia uolebant eum capere in sermone. Mat. 22. Item per contumelias. Mat. 27, Vah qui destruis templum dei, &c. Itē per flagella & tormenta. Excepta ergo tentatione quae est cum peccato, per omnia similibus nobis tentatus est. Dicit autē secundū similitudinem, quod potest dupliciter exponi. Vno modo quod ly secundum, denotet causam finalem. q. d. Ideo tentatus est ut daret nobis exemplum ut secundum similitudinem eius tentationē sustineremus & omnia conaremur vincere. 1. Pet. 2, Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, &c. Vel potest denotare consequentiam, quasi dicat, Ideo tentatus est ut per omnia tam in temporalibus quam in omnibus aliis, nisi in solo peccato, similibus esset nobis. Si enim fuisset sine tentationibus, non fuisset eas expertus, & sic non compateretur. Si uero habuisset peccatum, non potuisset nos iuuare, sed magis indignuisset ad iutorio. Deinde cum dicit [Addeamus cum fiducia, &c.] inducit ad habendam fiduciam de ipso, quasi dicat. Ex quo sic potest compari [Addeamus cum fiducia.] Esa. 12, Ecce deus saluator meus fiducialiter agā, &c. Addeamus dico [ad thronum.] Thronus dicitur sedes regis, Christus autem rex est. Hier. 23, Regnabit rex & sapiens erit, &c. Hic autem thronus duplicem habet statum. Vnum iustitiae in futuro. Psal. Sedisti super thronū qui iudicas iustitiam. Hoc erit in futuro. Psal. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Est alius thronus gratiae de quo hic. Ideo additur [gratiae.] scilicet in praesenti quando est tempus miserendi. Zach. 4, Exequabit gratiam gratiae. Per gratiam autē Christi liberamur ab omni miseria, quia liberamur à peccato, quod facit misericordiam ad bona operanda. Et ideo dicit [Et gratiam inueniamus.] Luc. 1, Inuenisti gratiam apud dominum. Et hoc in auxilio opportuno. quo adiuuemur ad bene operandum. Psal. Auxilium meum à domino. Istud autem auxilium est per gratiam. 1. Cor. 15, Abundantius illis laboraui, non autem ego, sed gratia dei mecum. Hoc autem oportet esse congruo tempore. Ideo dixit, Auxilio opportuno. Omni enim negotio tempus & opportunitas. Eccle. 8, Hoc est tempus praesens, quod est tempus miserendi,

Caput 5.

Mnis nanque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quae sunt ad deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolare possit his qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui uocatur à deo, tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit ut pontifex ferret, sed qui locutus est in, ego hodie genui.

Prosequitur P. excellentiū sacerdotij Christi su.

quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suae precos supplicationesque ad eum qui posuit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

Sicut à principio huius epistolae dictum fuit intentio Apostoli est ostendere Christum excellentiorem esse omnibus his ex quibus lex habet auctoritatem. Angelis quorum ministerio data fuit. Gala. 3, Ordinata fuit per angelos, &c. Et Moysē, qui fuit legislator. Ioan. 1, Lex per Moysen data est. Et sacerdotio & pontificatu Aaron per quem lex administratur. Expeditis ergo duobus primis, hic prosequitur de tertio. scilicet de eminentia sacerdotij Christi ad sacerdotium Aaron. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit Christū esse pontificem. Secundò ostendit ipsum esse excellentiorem pontifice ueteris legis id 7. Capi. ibi [Hic enim Melchisedech.] Item in prima parte duo facit. Primò ostendit Christū esse pontificem. Secundò preparat aures auditorum ad consequentia, ibi [De quo nobis grandis.] Adhuc circa primum duo facit. Primò ostendit quae requirantur ad pontificem. Secundo ostendit illa conuenire Christo, & sic concludit ipsum esse pontificem. ibi [Sic & xps non semetipsum, &c.] Item in prima parte tria facit. Primò describit pontificale officium. Secundò ostendit pietatem quae pontifici necessaria est, ibi [Qui condolare.] Tertio ostendit modū perueniendi ad pontificatum, ibi [Nec quisquam sumit.] Circa officium quatuor ponit. Primò cui conuenit. Secundò uilitatem, ibi [Pro hominibus.] Tertio materiam, ibi [In his quae ad deum.] Quarto actum, ibi [Ut offerat dona.] Istud autem officium conuenit homini, non angelo. Et ideo dicit quia ita dictum est quod habemus pontificem magnum, & talis est Christus [Namque.] pro quia [omnis pontifex ex hominibus assumptus.] & sic debet etiam esse de numero hominum. Voluit autem deus ut homo habeat similem sui ad quē curat. Vnde & ecclesia ordinauit quod quando uilis inuenitur aliquis de collegio, non eligatur extraneus. Osee 2, Dabo eis uitiores ex eodē loco. Deute. 17, Eum constitues quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regē facere qui non sit frater tuus. Dicit autē assumptus quia debet alios excellere, sicut patet de Saule. 1. Reg. 10. Et ideo Christus. Io. vlt. interrogat Petrum quem uolebat praeficere, si diligeret ipsum plus aliis. Finis & uilitas est, quia [pro hominibus constituitur.] id est, pro ipsorum uilitate. Non enim constituitur propter gloriam, non propter cumuladas diuitias nec propter consanguineos ditandos. 2. Cor. 4, Nos autem seruos uestros per Iesum, & vlt. Secundum potestatem quam deus dedit mihi in aedificationē, & nō in destructionem. Si uero aliquis quaerit quod suum est, nō est pastor, sed mercenarius. Materia dignitatis est quia pontifex principatur. Nam sicut principatur dux uel rector in ciuitate, ita iste pontifex [in his quae ad deum.] supple ordinatur. Exo. 4, Tu eris ei in his quae ad deum pertinent, &c. 2. Cor. 10, Arma militiae nostrae non sunt carnalia, &c. Sicut ergo illa quae pertinent ad dei cultum excedunt temporalia, ita dignitas pontificalis excedit omnes alias dignitates. Non ergo pontifices debent se implicare negotiis secularibus praetermissis his quae sunt ad deum. 2. Tim. 2, Nemo militas deo, &c. Actus pontificis est [ut offerat dona.] id est uoluntariē oblata, non extorta. Exod. 25, Ab omni homine qui offert utroque, accipietis [sacrificia pro peccatis.] i. quae sibi offeruntur pro satisfactione peccatorum. Leui. 4, Pro eis rogabit sacerdos & pro peccatis eius, & dimittentur ei. In quo designatur quod omne quod offertur siue uoluntarium & uotiuum, siue pro satisfactione: debet offerre secundum dispositionē praelati. Consequenter cum dicit [Qui condolare.] Ostendit quid requiratur ad usum pietatis. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit quod ad uium pontificis requiritur misericordia & pietas. Secundò ostendit quod requiritur misericordiae motiuum, ibi [Quoniam & ipse.] Tertio ostendit misericordiae signum, ibi [Et propterea.] Dicit ergo dico quod debet esse in his quae ad deum, tamen debet esse medius inter hominem & deum. Deute. 5, Ego medius & sequester fui inter dominum & uos. Sicut ergo per deuotionem orationis debet tangere deum tanquam unum extremum, sic per misericordiam & compansionem debet tangere alterum extremum. scilicet hominem. Et ideo dicit [Qui condolare possit.] secundum Corin. 11, Quis infirmatur & ego non infirmor? Econtrario Amos 6, Nihil patiebantur super contritione Ioseph. Duplex est autē defectus. Quidam enim deficiunt ex ignorantia. Et ideo dicit [His qui ignorant.] Est autem proprie ignorare, carere scientia eorum quae quis debet scire. Quidam uero ex certa scientia. Et quantum ad hoc dicit [Et errant.] Motiuum pietatis ponit cum dicit. Quoniam & ipse, &c. Istud motiuum est infirmitas. Et illi qui praesunt aliquando infirmatibus compatiatur, & ideo dominus permisit cadere Petrum. Eccle. 31, Intellige quae sunt proximi tui ex teipso. Et ideo dicit [Quoniam & ipse circumdatus est infirmitate.] scilicet quantum ad penalitates, & culpam. ps. Miserere mei deus quoniam infirmus sum. Sap. 9, Homo infirmus, & exigui temporis, &c. Et nota quod dicit, Circūdatus. Carnales enim habent infirmitatē peccati in interioribus. Ratio enim & uoluntas in ipsis subdita sunt peccato. Sancti uero habent in exterioribus: quia non sunt subiecti peccato, tamen sunt circumdati fragilitate carnis. Ro. 7, Mentē seruo legi dei, carne autem legi peccati: signum autem huius est, quia & in ueteri lege sicut patet Leui. 9, & 10. & etiā modò sicut patet in canone missae cum dicitur, Nobis quoque peccatoribus, statum est quod sacerdos offerat etiam pro se, quod non fieret nisi esset infirmitas peccatorum, quibus est circumdatus, non oppressus. Si enim sit in mortali peccato non debet celebrare. Et ideo dicit [Propterea debet quemadmodum pro populo etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Consequenter ponit modum perueniendi ad pontificatum, cum dicit [Nec quisquam.] Hoc est enim contra naturam quod aliquid perducatur se ad statum altiorē sua natura, sicut aer non facit seipsum ignem, sed fit à superiore. Vnde disciplina dei non habet quod quisquam sibi sumat honorē fauore, pecunia, potentia. Amos 6, In fortitudine enim nostra assumptus nobis cornu. Osee 8, Ipsi regnauerunt & non ex me. Sed debet uocari à deo sicut Aaron. Exo. 28. Applica ad te Aaron. Et ideo dominus confirmauit sacerdotij eius, sicut patet Numeri 17, per uirgam quae floruit. Tales ergo debent assumi qui non se ingerunt. Vnde antiquitus signo uisibili ostendebantur, sicut patet de beato Nicolao, & multis aliis. Consequenter cum dicit [Sic & Christus] ostendit quomodo Christus sit pontifex. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit quomodo dicta conueniant Christo. Secundò ex hoc concludit intentum, ibi [Appellatus est à deo, &c.] Circa primum tria facit.

pro sacerdotij Aaron & usque ad 7. ostendit Christum esse sacerdotem seu pontificem de quo multa dicitur: & hic quidē ostendit quae requirantur ad pontificem, ostendendo tande illa conuenire Christo, & concludendo ipsum esse pontificem.

Quid requiritur ad usum sacerdotij.

Primò enim ostendit q. Christus factus est pontifex non à se. sed à deo. Secundò agit de ipsius officio, ibi [Qui in diebus carnis.] Tertio de ipsius misericordia, ibi [Et quidem cum esset.] Circa primum duo facit, quia primò ostendit q. Christus non promovit seipsum. Secundò ostendit à quo sit promotus, ibi [Sed qui locutus.] Dicit ergo [Christus non semetipsum clarificavit.] Circa quod sciendum est q. nò dicit, non fecit seipsum pontificem, sed dicit nò clarificavit, &c. Sunt enim quidam qui se clarificant vt fiant sicut hypocritæ, qui demonstrant in se aliqua vt eligantur, vel præbendas consequantur, nullus tamen facit se pontificem Christus verò nò solum non fecit se pontificem, sed nec se clarificavit [vt pontifex fieret.] Io. 8. Ego gloriam meam non quero. Et paulò pòst sequitur. Est pater meus qui glorificat me. Et hoc est verum inquantum homo, quia inquantum deus habet eandem gloriam cum patre. ¶ Deinde quomodo est pòtiffex designatus, ibi [Et in alio loco.] Clarificatus autem est diuino iudicio, quia. f. [dominus locutus est ad ipsum.] In ps. Filius meus es tu, &c. Et hoc est expositum suprà. Item Mat. 3. Hic est filius meus dilectus, &c. Cum ergo ostendit eum ab aeterno genitum, ostendit gloriam eius. suprà 1. Qui cū sit splendor gloria, &c. pontificatus etià accipitur à deo inquantum homo [quemadmodum in alio loco dicit.] In ps [Tu es sacerdos, &c.] Vtitur autè Apostolus auctoritate. ps. Tanquã magis famosa & maioris auctoritatis. vt pote magis frequetata. Dicit autem sacerdos, quia se obrulit deo patri. Ephe. 5. Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiã deo. Et ne credatur tale esse sacerdotiũ Christi sicut fuit in veteri lege, distinguit ipsum quantum ad duo. Primò quantum ad dignitatem, quia [in aeternum.] Illud enim fuit temporale, erat enim figura le, & ideo non est perpetuum, sed transit veniente figurato. Sed sacerdotiũ Christi est æternum, quia est de veritate quæ est æterna. Item hostia eius habet virtutem introducendi in vitam æternã. Item durat in æternum. Secundò quum ad ritum, quia offerebantur animalia, hic autè panis & vinum. Et ideo dicit, Secundũ ordinem Melchisedech. [Istud autem infrà exponetur.] Deinde cum dicit [Qui in diebus, &c.] ostendit q. illud quod pertinet ad officium pontificale conuenit Christo. Et primò ostendit eius conditionem. Secundò actum eius, ibi [Preces.] Tertio efficaciam, ibi [Cum clamore valido.] Cõditio ei⁹ est q. fuit vnus ex hominibus, quia vt dictum est, pontifex ex hominibus assumitur. Et ideo dicit [Qui in diebus carnis suæ.] ponitur autè hic caro pro tota natura humana, sicut illud Io. 1. Verbum caro factum est. Sed nunquid modò non sunt dies carnis eius? Et videtur quòd sic, per illud Luc. vlti. Spiritus carnis & ossa non habet sicut me videtis habere. Quare ergo magis dicitur tenapus ante passionem & resurrectionem suam tempus vel dies carnis, quàm nunc. Dicendum est q. caro quandoque sumitur pro fragilitate carnis, sicut 1. Corint. 15. Caro & sanguis regnũ dei possidere non possunt. Christus autem tunc habuit carnem fragilem & corruptibilem. Et ideo dicit, In diebus carnis suæ, idest, in quibus gerebat carnem similem peccatrici, non peccatricem. Actus autem eius fuit, quia obrulit preces & supplicationes, hoc est spirituale sacrificiũ quod Christus obtulit. Dicuntur autem preces, idest, petitiones. Iaco. vlt. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Supplicationes verò dicuntur quantum ad humilitatem orantis, sicut genuflexiones. Matt. 26. Procedit in faciem suam orãs. Ad quem [Ad deũ.] scilicet deum patrem [qui saluum illum facere posset à morte.] Hoc autem poterat facere dupliciter. Vno modo ne moreretur. Vnde dicitur Mat. 26. Pater si fieri potest, &c. Itè vt mortuum resuscitaret. ps. Non derelinques in inferno animam meam, Item, Tu autem domine miserere mei & resuscita me, Ad istud sacrificiũ spirituale ordinatur sacerdotium Christi. Vnde responderet ei quod dictum est suprà. Vt offerat dona, &c. Psal. Sacrificium laudis honorificabit me. Osee 14. Reddemus vitulos laborum nostrorum. Efficacia ostenditur ex modo orandi. Duo autem sunt necessaria oranti, scilicet feruens affectio. Itè dolor & gemitus. De his duobus. Psal. Domine ante re omne desiderium meum, quum ad primũ. Et gemitus meus à te non est absconditus, quantum ad secundũ. Christus autem ista duo habuit, ideo propter primum dicit [Cũ clamore valido.] i. cū intentione efficacissima. Luc. 22. Factus in agonia, &c. Et 23. clamans ait, Pater, &c. Secundũ cum dicit [Et lachrymis.] Hoc autem non legitur in euangelio, sed probabile est q. sicut ipse lachrymans est in resurrectione Lazari, ita & in passione sua, Nam ipse multa fecit quæ non sunt scripta. Non tamen fleuit pro se, sed pro nobis quibus passio sua profuit. Sibi autem profuit in quantum per ipsam meruit exaltari. Phi. 2. Propter quod & deus exaltauit illum, &c. Et ideo exauditus est pro sua reuerentia. [quam scilicet super omnes habebat ad deum. Esa. 11. Et replebit eũ spiritus timoris domini.] Sed contrã, videtur q. non fuit exauditus, primò pro se, quia non transiuit calix ab ipso, quod tamè perebat. Item nec pro aliis, quia non fuit indultum Iudæis quibus petebat indulgeri. Luc. 23. Pater dimitte illis, &c. Dicendum est q. Christus in omnibus quæ voluit fieri fuit exauditus. Ipse autem secundum appetitum sensualitatis & secundum voluntatem, inquantum est quidam appetitus naturalis, refugiebat mortè, Et quantum ad hoc orabat, vt ostenderet se verum hominem. Sed voluntate consequenter rationem deliberam, volebat mori. Vnde dicit, Veruntamen nò sicut ego volo, sed sicut tu. Item nolebat q. ignoscere tur omnibus, sed illis tantum qui crediderunt. Et multi postea conuersi sunt.

Lectio 2.

Prosequitur misericordiam & pietatem quæ pontifex debet habere ostendendo illa conuenire Christo.

Et quidem cum esset filius dei, didicit ex iis quæ passus est obedientiam. & consummatus, factus est omnibus optemperanti. *bus sibi causa saluati æternæ, appellatus à deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad docendum quoniam imbeciles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, nunquam indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. paruuulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.*

¶ Suprà posuit tria quæ pertinent ad pontificem, & ostendit duo illorum conuenire Christo. s. officium, & modum perueniendi ad ipsum, hic prosequitur tertium. s. pietatē & misericordiam quæ pontifex debet habere. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit illud quod passus est. Secundò quæ utilitas cõsecuta est etiam aliis, ibi [Et consummatus.] Dicit ergo, Ita dixi q. pontifex debet esse talis q. possit compati. Talis autem est Christus,

Itus. Cum enim sit filius dei, ab æterno & secundum hoc nec pati posset, nec cõpati, assumpsit naturã in qua posset pati, & sic etiam posset compati. Et hoc est quod dicit, Quia [cum esset filius dei]. s. ab æterno [didicit obedientiam] ex tempore. Contrã ad id est ignorãtis, Christus autem ab æterno, vt deus, & ab instãr conceptionis suæ habuit plenitudinem scientiæ inquantum homo, ergo nihil ignorauit, nec per consequens didicit. Respõdeo: Dicendum est q. duplex est scientia. s. simplicis notitiæ. Et quantum ad istam procedit argumentum: quia. s. ignorauit. Est etiam scientia experientiæ, & secundum istã didicit obedientiam. Vnde dicit [didicit ex iis quæ passus est]. i. expertus est. Et loquitur Apostolus sic: quia qui didicit aliquid, voluntariè accessit ad illud sciendum. Christus autem voluntariè accepit infirmitatem nostram. Et ideo dicit quòd didicit obedientiam. i. quàm graue sit obedire: quia ipse obediuit in grauissimis & difficillimis: quia vsque ad mortem crucis. Philippen. 2. & Rom. 5. Per obedientiam vnus, iusti constituti sunt multi. Deinde cum dicit [Et consummatus, &c.] ostendit fructum passionis, qui fuit duplex. Vnus in Christo, alius in membris eius. In Christo fructus fuit glorificatio. Et ideo dicit, Et consummatus. Nã ab instãr cõceptionis suæ fuit consummatus perfectus quantum ad beatitudinem animæ, inquantum ferebatur in deum: sed tamen habuit passibilitatem naturæ. Sed post passionem habuit impassibilitatem. Et ideo quia secundum hoc ex toto perfectus est, conuenit sibi alios perficere. Hæc est enim natura perfecti, quòd possit sibi simile generare. Et ideo dicit quòd perfectus est. Quia enim per meritum obedientiæ peruenit ad istam cõsummationem. Prou. 21. Vir obediens loquitur victorias. Factus est omnibus obtemperãtibz sibi causa salutis, non temporalis, sed æternæ. Esa. 45. Saluatus est Israel in domino salute æterna. Et ideo dicit, Appellatus à deo pòtiffex iuxta ordinem Melchisedech, & hoc est suprã expositum. ¶ Deinde cum dicit [De quo nobis grandis sermo, &c.] præparat animos auditorum ad sequentiã, quæ dicenda sunt de pontificatu Christi. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit eorũ tarditatem. Secundò suam intentionem, cum dicit 6. cap. Quapropter intermitte. Item prima in duas: quia primò ostendit tarditatem: secundò ostendit ipsam esse culpabilem, ibi [Etenim cum deberetis.] Item circa primã partem duo facit: primò ostendit dicendorũ magnitudinem: secundò iporum tarditatem ad ea capiendã, ibi [Quoniam imbecilles.] Dicit ergo, Ita dixi, q. appellatus est pontifex [de quo]. s. pòtiffex [grãdis nobis sermo] est, quia de magnis. Prou. 8. De rebus magnis locutura sum. Item grãdis, quia de vtili. s. de salute animarũ. 1. Tim. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. [Iste sermo est interpretabilis ad docendum] quod potest dupliciter exponi. Vel q. fiat ibi vis negationis interpretabilis. i. non exponibilis: quia non potest ad perfectum exponi. Quæ enim ad Christum pertinent nullus sermo exprimere potest. Eccl. 43. Glorificantes dominum quantũcumq. potueritis, superualebit adhuc & admirabilis magnificentia eius: benedicentes dominum, exaltate illum quãtum potestis, maior enim est omni laude. Alio modo affirmatiuè interpretabilis. i. indigens interpretatione propter altitudinẽ & magnitudinem & profunditatẽ eius. Prou. 1. Animaduerret parabola & interpretationem, &c. Interpretatio enim scripturæ numeratur inter dona spiritus sancti. 1. Cor. 12. Indiget etiã vt dicatur interpretatio eius propter tarditatem nostrã. Et ideo subdit, ipsarũ tarditatem, cum dicit [Quoniam imbecilles fac. ead. audit.] Illi qui sunt debilis intellectus nò possunt alta intelligere, nisi eis exponatur per singula. Io. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. 1. Cor. 3. Nò potui vobis loqui quasi spiritualibus, &c. ¶ Deinde cum dicit [Etenim cum deberetis.] ostendit istã tarditatem esse culpabilem: & circa hoc tria facit: primò enim ostendit culpam tarditatis: secundò adhibet similitudinem, ibi [Et facti estis.] Tertio exponit, ibi [Omnis enim qui lactis.] Culpam enim alicuius est quãdo diu audiuit, si adhuc sit tardus: secus autè est, si sit nouus auditor. Negligentia enim nò est sine culpa. Ideo dicit [Cum deberetis esse magistri]. s. aliorũ [propter tempus] quo. s. audierant legem & prophetas. Io. 5. Scrutamini scripturas, &c. Item ipsum Christũ. Item apostolos & multos ab ipsis cõuersos. Io. 14. Tanto tempore vobiscũ sum, & nò cognouistis me. [Rursum indigetis,] q. d. Magis deberetis docere, q. doceri: tamen indigetis [vt vos doce, quæ sint elementa exordij ser. dei.] Elementa enim dicuntur illa quæ primò traduntur in gramãtica, quãdo ponuntur ad literas: ista verò sunt ipsa litera. Exordia ergo sermonũ dei & prima principia & elementa. sunt articuli fidei, & præcepta decalogi. Qui ergo diu studuisset in theologia, & illa nesciret; tẽperet cõtra ipsum. Ideo dicit, Indigetis vt doce. quæ sint ele. exor. sermo. dei. i. prima principia. 2. Tim. 3. Sẽper discentes, & nunquã ad scientiã veritatis peruenietes. Esa. 65. Puer centũ annorũ morietur, peccator cõtum annorũ maledictus erit. ¶ Deinde cum dicit [Et facti estis.] ponit ad hoc similitudinem. Sciẽdum est ergo q. doctrina sacra est sicut cibus animæ. Eccl. 15. Cibauit illũ panẽ virgẽ & intellectus. Et 24. Qui edũt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me, adhuc sitient. Sacra ergo doctrina est cibus & potus: quia animã potat & satiat. Aliæ enim sciẽtiæ tantum illuminãt intellectũ, hæc autè illuminat animã. Psal. Preceptum domini lucidum illuminans oculos. Et etiam nutrit & roborat animã. In cibo autem corporali est differentia. Alio enim cibo vritur pueri, & alio perfecti. Pueri enim vritur lacte quasi magis tenui & cor naturali, & de facili cõuertibili: sed adulti vritur cibo solidiori. Sic in sacra scriptura illi q. de nouo incipiunt, debet audire lenia, quæ sunt quasi lacte: sed eruditi debent audire fortiora. Et ideo dicit [Facti estis quibus lacte opus sit]. i. sicut pueris. 1. Pet. 2. Sicut modò geniti infantes rationabiles sine dolo lac cõcupiscite, &c. 1. Cor. 3. Tãquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, nò escã. hoc est quod sequitur [Nò solido cibo.] ¶ Deinde cum dicit [Omnis enim qui lactis.] exponit similitudinem: & primò exponit illud quod dixit de lacte: secundò illud quòd dixit de solido cibo, ibi [Perfectorũ autem.] Circa primũ duo facit: primo enim ponit expositionem: secundò expositionis rationem, ibi [Paruuulus enim.] Dicit ergo, Ita dico q. indigetis lacte sicut pueri. [Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ.] i. omnis qui indiget nutriti lacte, expers est. i. non potest habere partem in sermonibus iustitiæ perfectæ intelligẽdis, Mat. 5. Nisi abũda uerit iustitia vestra plusq. scribarum. Prou. 15. In abundãti iustitia, virtus maxima est. Huiusmodi autem non sunt particeps pueri. Esa. 28. Quem docebit scientiam, aut quem intelligere faciet auditum? ablaçtatos à lacte, auulsos ab vberibus. Sed cõtrã: quia Apostolus superius multa valde difficilia tradidit eis, scilicet de misterio trinitatis, & de sacramẽto incarnationis, & multa alia ardua, ergo vel nò erãt paruuli, vel talia tradẽda

sunt paruulis. Respondeo dicendum est secundū Aug. q̄ non est intelligēdum q̄ in doctrina fidei alia sunt tradēda maioribus & perfectis, & alia imperfectis. Nō enim est inter eos ista differētia. Eadē enim vtriusque sunt tradēda, sed paruulis proponēda sunt, sed nō exponēda nec pertractanda: quia intellectus eorū magis deficeret, quā eleuaretur. Lac secundū glo. est, sicut verbū caro factum est. Contrā: nō minoris difficultatis est hoc intelligere, quā quomodo verbum erat apud deum. Vnde August. dicit q̄ istud inuenitur in libris Platonis, nō tamen illud. Ipse autem Aug. non poterat suspicari quid sacramēti haberet, verbum caro factum est. Respondeo: Dicendū est q̄ cognoscere, verbum caro factum est, per simplicem fidem est satis facile, quia potest cadere in imaginatione, & aliquāter in sensu, sed verbū apud deū, omnino excedit omnem sensum, & nō nisi qui per rationem potest & cū multa & maxima difficultate cōprehendi. Cōsequēter assignat rationem cū dicit [Paruulus enim est] non quidem atate, sed sensu. Tripliciter autem aliquis dicitur paruulus. Est enim aliquis paruulus per humilitatem. Matt. 11, Reuelasti ea paruulis. Erate. Galat. 4. Quanto tempore hares paruulus est, &c. Sensu. 1. Corint. 4. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti sitis. Et isto modo accipitur hic paruulus. Deinde cū dicit [Perfectorū autem est, solidus cibus] exponit illud quod dixerat de cibo solido. Hoc enim patet in corporalibus, q̄ quādo homo peruenit ad atatem perfectā, vitur fortiori & nobiliori & solidiori cibo. Sic spiritualis quando peruenit ad perfectionem spirituale debet ei proponi doctrina solidior. Ista autē perfectio duplex est. Vna est perfectio secundū intellectum, quādo aliquis habet iudicium intellectus ad recte discernēdum & iudicandum de his quæ sibi proponuntur. Alia est perfectio secundū affectū, quam facit charitas, quæ est cū aliquis totaliter deo inhæret. Vnde Mat. 5. Post præcepta charitatis dicitur, Estote ergo perfecti, &c. Est autem perfectio charitatis, vt dicit Aug. vbi nulla est cupiditas. Quāto enim quis magis ascendit in deum, tātō plus contemnit temporalia. Psal. *Quid enim mihi in cælo, &c.* Hoc enim habet sacræ scripturæ doctrina q̄ in ipsa non tantum traduntur speculanda, sicut in geometria, sed etiam approbata per affectum. Vnde Mat. 5. Qui autē fecerit & docuerit, &c. In aliis ergo scientiis sufficit q̄ homo sit perfectus secundū intellectum: in istis verō requiritur q̄ sit perfectus secundū intellectum & affectum. Loquenda sunt igitur alta mysteria perfectis. 1. Cor. 2. Sapientia loquimur inter perfectos. Vnusquisq̄ enim secundū q̄ est dispositus sic iudicat, sicut iratus aliter iudicat durante passione, & aliter ipsa cessante. Et similiter incontinentis aliter iudicat aliquid esse bonū tēpore passionis, aliter post. Et ideo dicit Philosophus q̄ vnusquisque qualis est, talis vbi finis videtur, & quia quæ in sacra scriptura traduntur, pertinet ad affectū & non tantum ad intellectum, ideo oportet esse perfectū in vtroque. Et ideo Apostolus volens ostendere qui sint perfecti, quibus sit tradēdus iste solidus cibus, dicit q̄ sunt isti qui pro sua cōsuetudine habent sensus exercitatos. Vnde in ista perfectio ne quatuor sunt attendēda. Si ipsa perfectio in se in quo consistat, & quantum ad hoc dicit [Qui habent sensus exercitatos] Et conueniēter loquitur. In hoc enim exprimit vtrāque perfectionē, quia [vt dicit Philosophus] intellectus prout iudicat de appetēdis & agēdis dicitur sensus: quia est relatus ad aliquid particulare. Vnde nō accipitur hic sensus pro sensu exteriori. Qui ergo sentit quæ dei sunt, perfectus est. Phil. 3. *Quicūque perfecti sumus, hoc sentiamus.* 1. Corint. 2. Nos autem sensum Christi habemus. Qui verō non sentiunt nisi carnalia, deo placere non possunt: vt patet Rom. 8. Secundō attendēda est dispositio eius in quo est, quia debet esse exercitatus. 1. Tim. 4. Exerce te ipsum ad pietatem. Qui enim non est exercitatus, non potest habere rectū iudicium, quod ad hoc requiritur. Ecclē. 34. Vir in multis expertus cogitabit multa. Item qui nō est expertus, pauca recognoscit. Tertiō causa huius exercitationis, est cōsuetudo: nō. s. otium, sed frequētia actus. Et ideo dicit [Pro cōsuetudine]. s. recte agendi. Prou. 22. Adolescens iuxta viam suam, etiam cū se nuerit, nō recedit ab ea. Si ergo vis esse perfectus, non des te otio, sed assuesce te bonis ad iuuenture. Quāto finis huius exercitii, quia. s. ad discretionem boni & mali. Tunc enim perfectus est quando discernit inter bonum & malum. Esa. 7. Sciat eligere bonum, & reprobare malum. Hæc autem sunt tria. s. discretio inter bonum & malum, inter bonum & melius, inter malum & peius. In his enim requiritur rectitudo iudicij.

Caput 6.

Diocesi sermo de Christo, futurus erat difficultas propter imbecilitatē audientium propter quam indigebat doctrina elementorum Christiani, &c.

Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursus iacentes fundamentum penitentiae ab operibus mortuis, & fidei ad deum baptismatum doctrinæ impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij eterni. Et hoc faciemus, siquidem permisit deus. Impossibile enim est illos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum celeste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad penitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsos: filium dei, & ostentus habentes.

Supra Apost. fecit mentionem de pontificatu Christi secundum ordinem Melchisedech, & ostēdit tarditatem eorum quibus scribebat: hinc redit ad suū propositum. Et circa hoc tria facit: quia primō aperit intentionem suā. Secundō ostēdit eius difficultatem, ibi [Et hoc faciemus]. Tertiō declarat intentionē, ibi [Confirmamus]. Circa primum duo facit, quia primō manifestat suum propositum: secundō exponit quod dicit, ibi [Non rursus]. Propositū suū est quod prætermisissis his quæ pertinent ad inchoationē doctrinæ Christianæ, vult prosequi alia altiora. Vnde dicit, Iā dictū est quod perfectis opus est solido cibo [quapropter intermittentes sermonem inchoationis doctrinæ Christi per quam Christus inchoat esse in nobis, quod est per doctrinā fidei. Ephe. 3. Habitare Christū per fidem in cordibus nostris] Feramur ad perfectionem]. i. ad ea quæ spectant ad perfectionem doctrinæ Christi. 1. Cor. 13. Quando factus sum vir, euacuauit quæ erant paruuli. Hoc autem secundum glo. ad duo referri potest. s. vel ad intellectum, vt. s. ex quo homo prouectus est, debet intermittere puerilia & vacare perfectis. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Vel ad effectum. Et est sensus quod non semper est standū in sensu incipientium, sed oportet tendere ad statum perfectorum. Gen. 17. Ambula coram me & esto perfectus. Hic est duplex obiectio: & primō de hoc quod dicit, intermittentes inchoationem, quia nūquam debet intermitteri inchoatio. Psal. Et dixi nunc cæpi. Job 27. Iustificacionem quam cæpi tenere non deseram. Respondeo: Dicendū est quod cōtingit dupliciter intermittere inchoationē. Vel quārum ad æstimationē, & sic semper debet homo esse sicut incedens & tendens

ad maiora. Philip. 3. Non quod iam ceperim aut quod iam perfectus sim. Vel quantum ad progressum ad perfectionem, & sic semper debet niti homo transire ad statum perfectū. Phil. 3. Quæ retrō sunt obliuiscēs ad ea quæ priora sunt me extendens. In via enim dei non progredi [ait Ber.] est regredi. Alia obiectio est de hoc quod dicit, Feramur ad perfectionem. Perfectio enim consistit in consiliis. Mar. 19. Si vis perfectus esse, vende & vende omnia, &c. non omnes autem tenentur ad consilia, igitur. Respondeo: Dicendū est q̄ duplex est perfectio. Vna. s. exterior quæ consistit in actibus exterioribus qui sunt signa interiorum sicut virginitas, voluntaria paupertas. Et ad hanc non omnes tenentur. Alia est interior quæ consistit in dilectione dei, & proximi. Col. 3. Charitatē habere quod est vinculū perfectionis, & ad perfectionem huiusmodi nō omnes tenentur, sed omnes tenentur ad eam tendere, quia si quis noller plus diligere deū, non faceret quod exigit charitas. Dicit autem, feramur, & hoc secundum impulsione à spiritu sancto. Ro. 8. Qui spiritu agitur, hii filii dei sunt. Vel sicut portati à deo, qui portat infirmitatem nostrā. Esa. 46. Audite me domus Iacob, & omne residuū domus Israel qui portamini à meo vtero. Vel sicut portati ab inuicē. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Deinde cū dicit [Nō rursus]. exponit quod dixit: & intēdit ostēdere quæ sunt illa quæ faciunt ad inchoationē doctrinæ Christi: & vitur similitudine. Per fidem enim anima ædificatur in spirituali edificio. Sicut ergo in corporali edificio, primō ponitur fundamentum, ita hic prima rudimēta doctrinæ Christi, sunt quasi fundamenta. Sed cōtrā: quia infra 11. ponitur fides esse fundamentum: fides autem vna est. Ephe. 4. Vnus dominus, vna fides, vnum baptismum: hic autem ponit sex fundamenta: ergo videtur q̄ malē. Respondeo: Dicendū est, q̄ fides fundamentū est virtutum. Ista autem quæ ponit hic, sunt fundamenta doctrinæ Christi. Dicit [Nō rursus iacentes fundamentū] quasi ita firmiter ponamus q̄ nō oporteat iteratō ponere. Vel quia dudū posuistis, & nō oportet iterare. Multū autem signanter ordinat ista Apost. Sicut enim in via generationis & cuiuscūque motus, prius est recessus à termino à quo, & post accessus ad terminū ad quē: ita dicit hic, quia penitentiā est recessus à peccato, & sic est quasi quoddā fundamentū in ista vita. Nemo enim secundum Aug. volūtatis arbiter potest nouā vitam inchoare, nisi peniteat eum præterita. Vnde dominus in principio prædicationis dicit, Penitentiam agite. Mat. 4. Et ideo dicit, Penitentia: ab operibus mortuis. Opera enim mortua dicitur vel quæ secundum se sunt mortua, vel quæ sunt mortificata. Res dicitur viua, quādo habet officij propriæ virtutis, à quo cū deficit, dicitur mortua. Opera nostra sunt ordinata ad beatitudinē, quæ est finis hominis. Et ideo quādo nō ducit ad beatitudinem, nec ordinari possunt, dicitur mortua: & hæc sunt opera facta in peccato mortali. infra 11. Sanguis Christi qui per spiritū sanctū obtulit se ipsum immaculatū deo, emūdabit cōscientias nostras ab operibus mortuis. Opera verō facta in charitate, per peccatum mortificatur: vnde nō habent virtutem, vt mereantur vitam æternā. Ezech. 18. Omnes iustitiæ eius quas feceratis, nō recordabūtur. Penitentia verō facit quod ista reuiuiscunt: vnde tunc iterū reputantur ad vitam æternā. In accessu verō ad terminū primō est fides. Et ideo dicit, Fundamentum fidei ad deū. Proprim autē fidei est q̄ credit homo & assentiat non visū à se, sed testimonio alterius. Hoc autem testimonium vel est hominis tantum, & istud nō facit virtutem fidei: quia homo & fallere & falli potest. Vel istud testimonium est ex iudicio diuino, & istud verissimū & firmissimum est: quia est ab ipsa veritate, quæ nec fallere, nec falli potest. Et ideo dicit, Ad deum, vt. s. assentiat his quæ deus dicit Ioann. 14. Creditis in deum, & in me credite. Secundō in isto processu sunt sacramēta fidei. Hæc autem sunt duo sacramenta intrantium, de his enim tantum agit hic Apostolus. Et ista sunt baptismus primū, & secundū est confirmatio. Quāto ad primum dicit [Baptismatum]. Sed cōtrā. Ephe. 4. Vna fides, vnum baptismum. Non ergo plura sunt baptismata. Respondeo: Dicendū est quod triplex est baptismus. s. fluminis, flaminis, & sanguinis: sed duo vltima nō habent vim, nisi referantur ad primum: quia illud oportet habere in proposito, si non assit facultas, in habentibus vsum liberi arbitrii. Et ideo nō sunt tria sacramenta: sed vnum sacramentū per quod regeneratur ad salutē. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Inter ista verō baptismus sanguinis plus habet de effectu baptismi, si tamen primū fuerit in proposito, vel cōtrariū nō teneatur in mēte sicut pater de innocentibus, qui non erāt in opposita dispositione. Baptismus enim virtutē habet ex merito passionis Christi. Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Sicut ergo qui baptizatur, conformatur morti Christi sacramentaliter, ita martir realiter. Et ideo istud baptismum habet totum effectū baptismi, quārum ad hoc quod purgat omnem culpā & pœnam peccati, nō tamen imprimat characterem aliquem. Et ideo si recipiens martyrium sine baptismum aquæ resurgeret, esset baptizandus. Penitentia verō non tantum habet de effectu baptismi, quia non tollit omnem pœnam, licet tollat culpam. Sicut autem martir conformat se morti Christi per exteriorē passionem, ita penitens per interiorē. Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Ideo potest esse tanta, q̄ tolleret omnem culpam & pœnam, sicut pater in Latrone & Magdalena. Vnde penitentia dicitur baptismum, in quāto supplet baptismi vicem. Et quia non licet illud iterari, ideo instituta est penitentia. Ista ergo dicuntur baptismata, quia habent effectum baptismi: sed tantum vnum baptismum, quia non agunt nisi illud habeatur in proposito. Secundū sacramentum intrantium est in ipsa manuum impositione. Ideo dicit, Impositionis quoque manuum. Hæc autem est duplex. Vna est miracula faciens, sicut quando Christus per manus impositionem curabat infirmos. Luc. 4. Singulis manus imponens curabat eos. Alia est sacramentalis, & hæc est duplex. Vna in sacramento ordinis. 1. Timot. 5. Manus nemini citō imposueris. Alia est in sacramento confirmationis ad renouationem. Tit. 3. Per lauachrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, &c. In confirmatione enim datur spiritus sanctus ad robur. Sicut enim in esse naturæ prius generatur homo, & postea augetur & roboratur, ita in esse gratiæ. Tertiō sequitur terminus motus, ad quem motus terminatur, & ille est duplex. Duo enim expectamus: primum est resurrectio corporum, & ista est fidei fundamentum: quia sine hac inanis est fides nostra. 1. Cor. 15. Ideo dicit [De resur. mort.] Item expectamus remunerationē quæ fiet per iudicem. Ecclē. 12. Cuncta quæ sunt adducet deus in iudicij. Et ideo dicit [Iudicij eterni]. Non q̄ illud iudicij daret per mille annos, sicut voluit Laetantius, sed totū erit in momēto: sed dicitur, æternū, quia sententia quæ ibi dabitur, in æternū durabit. Mat. 25. Ibunt hi in supplicij æternū:

iuſti autem in vitam æternā. Et ſciēdum eſt quōd omnia iſta quæ dicit ſe velle hic tractare, ſunt quaſi quædam rudimēta fidei. Vnde prædicat ea nouitris. Act. 17. & in multis aliis locis. ¶ Deinde cūm dicit [Et hoc faciemus.] oſtendit difficultatem propoſiti ſui exequēdi. Difficile enim eſt, & in ſe, & reſpectu auditorum. Vnde tria facit. Primò innuit quōd in hoc poſſimè indigeat diuino auxilio. Secundò ſubdit quorundam imbecillitatem, ibi [Impoſſibile eſt enim.] Tertio adducit quandam ſimilitudinē, ibi [Terra enim.] Dicit ergo, Feramur ad perfectum, & hoc faciemus ſi quidem permiferit deus. Minus autem dicit, & plus ſignificat. Nam non eſt tantum neceſſarium, quod dominus permittat: ſed oportet quōd omnia faciat. Sapient. 7. In manu dei nos & ſermones noſtri: & ideo debet omnia ponere ſub cōſidentia diuini auxilii. ¶ Deinde cūm dicit [Impoſſibile eſt] oſtendit imbecillitatem eorum: erant enim imbecilles ad audiendum. Sicut enim in corporalibus nullus ſtatuſ eſt ita periculoſus, ſicut recidiuātium, ita in ſpiritualibus, qui poſt gratiā cadit in peccatū, difficilius ſurgit ad bonū. Et circa hoc facit tria primò proponit bona quæ perceperāt: ſecundò difficultatem cauſaram in eis ex recidiuo, ibi [Et prolapſi ſunt.] Tertio aſignat rationē, ibi [Rurſus crucifigentes.] Bona autē quædā ſunt præſentia, quædam verò futura. Ipsi verò in præſenti habuerunt ſpiritualē regenerationem, & quantum ad hoc dicit [Illuminati] Ephēſiorum ¶ Eratis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in domino. Iſta autem illuminatio ſit per fidem. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Habent etiam bonorū dei participationē, & quantum ad hoc dicit [Et guſtauerunt donum caeleſte] Donū iſtud eſt gratia & dicitur caeleſte, quia à cælis deus eā dat. Pſal. Dedit dona hominibus. & Iac. 1. Omne datū optimū, & omne donū perfectum de ſurſum eſt deſcendēs à patre luminum. Eſt etiam in eis participatio diuinæ bonitatis. 1. Pet. 1. Per quē. ſ. Chriſtum maxima nobis & pretioſa promiſſa donauit. Ideo dicit [Participes facti ſpiritus ſancti] Omnia enim dona dantur ex amore: & ideo iſtam participationē attribuit ſpiritus ſancto. Eſt autē participare, partē capere. Solus autem Chriſtus ſpiritus ſanctum habuit ad plenitudinē. Ioan. 3. Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum. Alij enim ſancti de eius plenitudine receperunt, & participes facti ſunt, nō quidem ſubſtantia, ſed diſtributionum eius: ſuprà 2. Et variis ſpiritus ſancti diſtributionibus. 1. Corinth. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus, & cæ. Item in præſenti habuerunt doctrinē eruditionem. Et quantum ad hoc, dicit [Guſtauerunt nihilominus bonum dei verbum.] Verbum iſtud dicitur bonum, quia eſt verbum vitæ æternæ. Ioannis 6. Domine ad quem ibimus: verba vitæ æternæ habes. Pſalm. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Dicit autem, guſtauerunt, quia nō ſolum illuminat intellectum, ſed etiam reficit affectum, in quo eſt quædam ſaporatio. Pſalm. Guſtare & videre quoniam ſuauiſ eſt dominus. Bona autem futura habuerunt in ſpe. Roman. 8. Spe ſalui facti ſumus. Et ideo dicit [Virtutē ſeculi venturi.] Horum autem quædam habent non ſolum in ſpe, ſed etiam in quadam inchoatione, & illæ ſunt dotes animalis, ſcilicet viſio, tentio, & fruitio, & illa habentur in quadam inchoatione, in quantum fides, ſpes, & charitas, quæ iſtis reſpondent, habentur in præſenti. Alia autem ſunt bona quæ ſolum habentur in ſpe, vt dotes corporis. ſ. ſubtilitas, agilitas, impaſſibilitas, claritas. ¶ Conſequenter cūm dicit [Et prolapſi ſunt] oſtendit difficultatem ad reſurgēdum, cauſatā ex caſu. Vbi notādum eſt quod non dicit, lapſi, ſimpliciter, ſed prolapſi. totaliter lapſi: quia ſi lapſi tantū eſſent, nō ita difficile foret reſurgere. Pro. 24. Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit. Quōd ſi diceret Apoſtolus illos qui prolapſi ſunt impoſſibile eſſe reſurgere, tunc poſſet dici quōd in hoc norat maximā difficultatem reſurgēdi. ſ. & propter peccatū, & propter ſuperbiā, ſicut pater in demonibus. Sed quia dicit illos, qui ſemel prolapſi ſunt non poſſe rurſus renouari ad poenitentiam, nec eſt ali quod peccatū in hoc mundo à quo nō poſſet homo poenitere, ideo aliter eſt intelligēdū. Vnde ſciendū eſt quod ex hoc loco ſumptis nouatus quidā, qui fuit preſbiter eccleſiæ Romanæ, occaſionē errandi. Voluit enim quod nullus poſt baptiſmū poterit ad poenitentiam reſurgere. Sed iſta poſitio falſa eſt, ſicut dicit Athanaſius in epiſtola ad Serapionē: quia ipſe Paulus recepit in celſuoſum Cor. Sicut pater 2. Corinth. 2. & ſimiliter. Gal. 4. quia dicit Filioli mei quos iterum parturio, &c. Eſt ergo intelligēdū ſicut Aug. quod non dicit quod impoſſibile eſt poenitere, ſed quod impoſſibile eſt [rurſus renouari.] i. baptizari. Tit. 3. Per lauacrum regenerationis & renouationis, &c. Nunquam enim poſſet homo ſic poenitere quod poſſet iterum baptizari. Et hoc dicit Apoſtolus, quia ſecundum legem, Iudæi multoties baptizantur, ſicut pater Marc. 7. Et ideo ad iſtum errorem remouendum, dicit hoc Apoſtolus. ¶ Deinde cūm dicit [Rurſus crucifigentes, &c.] aſignat rationem quare baptiſmus non iteratur, quia baptiſmus eſt quædam configuratio morri Chriſti, ſicut pater Roma. 6. Qui cūmque Chriſto baptizati ſumus. Hæc autem non iteratur, quia Chriſtus reſurgēs ex mortuis iam non moritur. Roma. 6. Qui ergo iterato baptizantur, rurſum Chriſtum crucifigunt. Vel aliter quod denotetur repugnātia gratiæ Chriſti, vt. ſ. velint frequenter peccare, & poſt iterum baptizari, vt. ſ. non referatur ad iterationem baptiſmi, ſed ad lapſum eorum qui peccant. Qui. ſ. quantum in ipſis eſt rurſus crucifigunt Chriſtum, quia Chriſtus pro peccatis noſtris mortuus eſt ſemel. 1. Pet. 3. Cūm ergo peccas baptizatus, quantum in te eſt, das occaſionem, vt iterum Chriſtus crucifigatur, & ſic cōtumelia ſit Chriſto, in cuius ſanguine te ſorum maculas. Apocal. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

LECTIO 2.

Similitudo pro eo quod ſtatim dicit impoſſibile eſt, &c. renouari, &c.

Terra enim ſepe venientem ſuper ſe bibens imbrem & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à deo. Proferens autem ſpinas ac tribulos reproba eſt & maledictio proxima, cuius conſummatio in combustionem.

¶ Suprà oſtendit Apoſtolus difficultatem ad ſuum propoſitum exequēdū, prouenientem ex eorū culpa hic adducit ad hoc quædam ſimilitudinē. Et primò quantum ad bonam terram. Secundò quantum ad malam, ibi [Proferens autem.] ſciēdum eſt autem quōd ſecundum vnam expoſitionē ſuprà voluit Apoſtolus illos qui ſemel baptizati ſunt, non poſſe iterum baptizari, vel renouari ad poenitentiam. Alia autē eſt expoſitio quæ ibi dimiſſa fuit, quod impoſſibile eſt eos qui in hac vita ſemel illuminati ſunt, rurſum in alia vita renouari ad poenitentiam. Eccleſiaſt. nono. Quicquid poteſt manus tua facere, inſtanter operare: quia nec opus nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia eſt apud inferos, & cæte. Ioannis 9. Venit nox, quando nemo poſſet operari. Rurſus ergo exponatur, id eſt, poſt hanc vitam. Et huius ratio eſt. Duo enim cauſant poenitentiam.

Vnum eſt quod dat efficaciam. ſ. meritum paſſionis Chriſti. 1. Io. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris Aliud autem eſt exēplum poenitēdi, quod habemus in Chriſto per conſiderationē. ſ. cōſiderando auſteritatem, paupertatē & tādē paſſionē. 1. Pet. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquēs exēplum, &c. Sic ergo intelligitur quod dicit [Rurſus crucifigentes.] i. crucis Chriſti fructum percipientes, & hoc quantum ad id quod dat efficaciam poenitentia: [Et oſtentui habentes] quantum ad exēplum poenitēdi. Et ſic accipitur oſtentū in bonum. Iſta verò ſimilitudo quæ ponitur hic, de terra. Poſſet referri vel ad id quod ſuprà dictum eſt, Feramur ad perfectionem, & tūc erit ſenſus, quod ſi feramur, habebimus benedictionē ſicut terra bona. Vel poſſet continuari ad dictum immediatē, ſecundum expoſitionem vtranque, ſicut de baptiſmo, ſive de alia vita. Illa tamē de baptiſmo magis eſt literalis: & ſic eſt ſenſus, Sicut terra culta, ſi iterato profert ſpinas, non colitur, ſed comburitur: ſic homo peccans poſt baptiſmum, vltius non abluitur. Et tangitur circa bonam terram primò beneficium impenſum: ſecundò fructum quem profert, ibi [Et generans herbam.] Tertio præmium, ibi [Accipit benedictionem.] Terra iſta eſt cor humanum. Luc. 8. Quod autem cecidit in terram bonam, hi ſunt qui in corde bono & optimo, &c. quod dicitur terra, quia ſicut terra indiget pluuiā, ita homo indiget gratiā dei. Pſalm. Viſitaſti terram, & inebriaſti eam. Eſa. 55. Quomodo deſcendit imber & nix de celo, & illic vtrā nō reuertitur, ſed inebriat terram & infundit eam & germinare eam facit, &c. Sed beneficium quod percipit, & doctrina fidei, eſt quaſi imber ſuperueniens, quam pluit in cordibus auditorum mediatoribus prædicatoribus & doctoribus. Eſa. 55. Mandabo nubibus ne pluant ſuper eam imbrem. Iob 36. Effudit imbres ad inſtar gurgitū qui de nubibus fluūt, &c. Hunc imbrem bibit, quando quod audit, intelligit: & ad illud afficitur. Eſa. 55. Omnes ſitientes venite ad aquas, &c. Iſta doctrina eſt ſuper, ſe id eſt, de ſuper veniens, & hoc quātum ad principium huius doctrinæ: vel ſuper ſe, quia quædam doctrina eſt de terra, quæ ſcilicet homo inhæret terrenis. Alia eſt de cælis, quæ ſcilicet, docet caeleſtia. Iacob 3. Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcēdens, ſed terrena, animalis, diabolica. & poſt ſequitur ibidem, Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primū quidem pudica eſt, &c. Vel ſuper ſe, id eſt, ſuper facultatem humanæ rationis. Eccleſi. 3. Plurima ſuper ſenſum hominū monſtrata tibi ſunt. Dicit autem nō ſemper, nec raro, ſed [ſepe] quia vt dicit Aug. & habetur hic in glo. Si ſemper vileſcit, ſi raro, non ſufficit, & negligitur. Iob 16. Audiui frequenter talia. ¶ Fructus eſt quia [generat herbam opportunam cultoribus.] Iſta ſunt bona opera, quæ facit homo per doctrinam ſuſceptam. Gen. 1. Germinet terra herbam virentem, &c. Iſta terra colitur primò à deo. Ioan. 15. Pater meus agricola eſt, &c. Colitur etiam à prælato. 1. Corinth. 3. Ego plantauit, Apollo rigauit, &c. Colitur etiam ab homine ipſo. Prou. 24. Diligenter exerce agrum tuum. Eſt autem opportuna deo ad gloriam. 1. Corinth. 10. Omnia in gloriam dei facite. Aliis, ad meritum, & ad gloriam. 1. Theſſalonic. 2. Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudiū. Ipsi verò operanti ad vitā æternā. Ro. 6. Habetis fructum veſtrū in ſanctificationem: ſinem verò vitam æternam. ¶ Deinde cūm dicit [Accipit benedictionem à deo.] oſtendit præmium, ſcilicet, benedictionē diuinam. Iſta autem benedictio nihil aliud eſt quàm factio bonitatis in nobis: quæ quidem in præſenti vita ſit imperfecta, ſed in futuro erit perfecta. 1. Pet. 3. In hoc vocati eſtis vt benedictionem hereditate poſſideatis. ¶ Deinde cūm dicit [Proferens, &c.] agit de mala terra: de qua primò ſupponit beneficiū quod dictum eſt. Secundò ponit malum fructum, dicens, Proferens autem. Tertio oſtendit pœnam, ibi [Reproba eſt.] Fructus ergo ſunt ſpinæ, id eſt, minora peccata: & tribuli, id eſt, maiora quæ pungunt conſcientiam propriam, quandoque etiam alienam, illa. ſ. quæ ſunt contra proximos. Gen. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. In pœna verò ponit tria. ſ. diuinam reprobationem, iudiciariam cōdem nationem, ibi [Maledictio proxima.] Et finalem punitionem, ibi [Cuius conſummatio, &c.] Quantum ad primū, dicit [Reproba eſt.] Sicut enim prædeſtinatio eſt principium remunerationis, ita reprobatio ſignum eſt condemnationis. Quōd ergo aliquis frequēter rigetur præceptis ſalutaribus, ſignum eſt reprobationis, ſi perſiſtat in peccatis. Hier. 6. Argentum reprobum vocate eos, quia dominus proiecit eos. Condemnatio eſt, quia [proxima maledictio.] Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Punio eſt, cuius conſummatio in combustionem. Eſa. 9. Veſtimentum mixtum ſanguine, erit in combustionem, & cibus ignis.

LECTIO 3.

Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora salutem: tamen si ita loquimur. Nō enim iniuſtus eſt deus, vt obliuſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtraſtis. Cupimus autem vnumquēque veſtrum eandem oſtendere ſollicitudinē ad expletionem ſpei. Vſque in ſinem, vt nōn ſegnēs efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & patientia hereditabunt promiſſiones.

Oſtendit Pa. ea que dixit, ſe dixiſſe, vt eos à periculis retraheret, oſtendit fidem eā quæ habet de eis & ſubdando rationē conſulenti ecc bonis præteritis ipſorum.

¶ Quia Apoſtolus multa quæ dura videbantur de ſtatu iſtorum dixerat, modò ne ex illis deſperarent, oſtendit qua intentione hoc dixerit, ſcilicet vt ipſos à periculis retraheret. Vnde circa hoc duo facit. Primò enim oſtendit fiduciam quam de ipſis habebat: ſecundò ſubdit rationem confidentiæ, ibi [Non enim iniuſtus eſt deus.] Dicit ergo, Ita dixi quōd terra quæ profert ſpinas & tribulos, & cætera. Et ne credatis quōd ego tales vos reputem [confidimus de vobis dilectissimi] & hoc propter fidem & charitatem [meliora & viciniora ſaluti.] Vbi cōmendat ſtatum ipſorum ex duobus, ſcilicet, ex eo quod iam erant: quia ex quo dicit, meliora ſupponit quōd erant in bono ſtatu, & ex eo quod expectabant in futurum, vnde dicit viciniora ſaluti. Romanorum decimotertio. Nunc autem propior eſt noſtra ſalus quàm cūm credidimus. Quātò enim quis proficit in bonis: tantò magis appropinquat ſaluti. Sequitur [Tamen ſi ita loquimur] id eſt, quia & ſi ſic loquimur, hoc eſt, vt reddamus vos cautos, & hoc procedit ex charitate. Pſalmiſta, Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me, & cætera. ¶ Deinde cūm dicit [Non eſt enim iniuſtus deus, vt obliuſcatur, & cætera.] oſtendit rationem confidentiæ, quæ duplex eſt. Vna ex bonis ipſorum præteritis. Alia ex promiſſione dei, ibi [Abrahæ nanque, & cætera.] Quia verò Apoſtolus duo dixerat: vnum, ſcilicet, quod de ipſis cōſidebat. Aliud quod aſperē ipſis loquebatur, ideo duo facit: primò enim aſignat rationē primi. Secundò rationem ſecundi, ibi [Cupimus, &c.] Ratio autem quare ipſe de hiis conſidebat, hæc eſt, quia recordatur multorū bonorum que ipſi fecerunt. Vnde dicit [Confidimus autem, &c.] Et quare [quia non eſt iniuſtus deus, vt obliuſcatur operis veſtri.] Cōtra: Eze. 18. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & cæ. Et paulò

pōt ibidem sequitur, Omnes iustitiae eius non recordabuntur. Et ibi subditur, Non est aqua via domini. Respondeo, dicendum est q̄ homo qui cadit post gratiam, dupliciter potest se habere. Vno modo q̄ in malo perseueret, & tunc deus omnes iustitias eius obliuiscitur. Alio modo q̄ poeniteat, & tunc bonorum praedentium recordatur, quia reputantur sibi ad meritum. Vnde dicit gloria quod mortificata renouiscunt. Sed tunc videtur dubium, quia constat quod iustitia respicit meritum: si ergo iustitia domini exigit q̄ deus non obliuiscatur si poeniteat, sicut dicit gloria. ergo cadit sub merito q̄ refurgat à peccato, sic meretur gratiam, quod est impossibile. Respondeo: Dicendum est q̄ duplex est meritum. Vnum quod innititur iustitiae, & istud est meritum condigni. Aliud q̄ soli misericordiae innititur, quod dicitur meritum congrui. Et de isto dicit q̄ iustum est, id est congruum, quod homo qui multa bona facit, meretur. Ista enim misericordia est adiuncta quodammodo iustitiae, plusquam in illo qui nunquam aliud fecit. Et isto modo non obliuiscitur deus operis & dilectionis. Solum enim charitati debetur vita aeterna, Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Quicquid enim non est ex charitate, non est meritum. 1. Cor. 13. Charitatem non habeam: nihil prodest. Et ideo hic non dicit tantum operis vestri, sed addit dilectionis, quia etiam sicut dicit Greg. Non est amor dei otiosus. Operatur enim magna si est, si operari renuit, amor non est. 1. Io. 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Ideo subdit Quam ostendistis in nomine ipsius Col. 3. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, &c. Quid autem ostenderunt & in quo ostendit quia ministratis sanctis, scilicet subueniendo necessitatibus sanctorum. Matt. 20. Quicumque voluerit inter vos fieri maior, sit vester minister. Roman. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Et quia in omnibus est necessaria continuatio, ideo subdit [Et ministratis] Et ideo si peccastis, ex diuina misericordia adiuncta iustitiae dabit veniam. Consequenter cum dicit [Cupimus autem.] A signat rationem quare ita dure locutus fuerat. scilicet ex desiderio salutis ipsorum. Vnde circa hoc tria facit: quia primò ostendit suum desiderium. Secundò subdit imminens periculum, ibi [Vt non segnes efficiamini] Tertiò declarat per exemplum, ibi [Verum imitatores.] Diximus ista non quasi desperantes de vobis, sed magis quia cupimus vnum quodque. i. de vnoquoque [Vestrum] Philip. 1. Testis est mihi deus quomodo cupimus vos omnes in visceribus Iesu Christi. Sed quid cupimus? Ostendere eandem sollicitudinem. i. vt sitis solliciti ostendere per exhibitionem operis, hanc sollicitudinem ad bona, quam semper habuistis. Vnde pater q̄ ad opera pietatis requiritur sollicitudo. Luc. 10. Martha, Martha sollicita es, &c. Item ad propriam salutem. 2. Tim. 2. Sollicitè cura te ipsum probabilem exhibere deo. Et quare? Ad expletionem spei. i. adimplendo quod coepistis, consequamini quod speratis. Rom. 5. Spes non confundit. Et hoc totum [vsque in finem.] Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Deinde cum dicit [Vt segnes efficiamini.] ostendit periculum quod est pigritia. Et est segnitias timor futuræ bonæ operationis propter timorem. s. vel ne deficiat, vel ne poeniteat. Prouer. 2. Piger dicit, Leo est in via. Vnde piger semper allegat impedimenta. Deinde cum dicit [Verum imitatores, &c.] ponit exemplum. q. d. Non sitis pigri, sed magis imitamini accipiendo exemplum in prophetis. Iaco. 5. Accipite exemplum patientiae, &c. Et sequitur, Prophetas. Et in aliis sanctis. s. Apostolis. 1. Co. 2. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. [Sitis ergo imitatores eorum qui fide] sine qua impossibile est placere deo. Infrà 11. [et patientia] contra aduersa [hæreditabunt promissiones.] Per fidem enim formatam, & patientiam, acquiruntur hæreditas promissa. Infrà 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt, &c.

Lectio 4.

Abrahe namque promittens deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum, dicens, Nisi benedicens benedicam te, multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersia eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. In quo abundantiùs volens deus ostendere pollicitationes hæreditatis immobilitatem consilij sui: interposuit iurandum, vt per duas res immobilis, quibus impossibile est mentiri deum, fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendum propositam spem, quæ sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam. & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiit Iesus, secundum ordinem Melchisedech, pontifex factus in æternum.

Suprà Apostolus ostendit causam quare de istis confidebat, & hoc propter bona quæ fecerunt: hinc ostendit idem ex promissione facta patribus. Vnde circa hoc facit duo. Primò enim præmittit promissionem, secundò assignat rationem dictorum, ibi [Homines enim.] Circa primum tria facit: primò enim ostendit cui facta sit promissio: secundò ostendit promissionis modum esse cõuenientem, ibi [Quoniam neminem, &c.] Tertiò promissionis effectum, ibi [Et sic longanimiter.] Promissio facta est Abrahæ. Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, &c. Et huius est ratio: quia per fidem in hæremus deo & ideo per fidem cõsequimur promissiones. Primò enim exemplum fidei fuit in Abrahâ, & hoc quia primus recessit à consortio infidelium. Gen. 12. Egredere de terra tua, &c. Secundo quia primus aliquid credidit quod erat supra naturam. Ro. 4. Qui contra spem, in spe credidit. Vnde Gen. 15. Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Primus enim accipit signaculum fidei. scilicet circumcissionem. Rom. 4. Modus promissionis est quantum ad duo: primò quantum ad iuramentum interpositum. Secundò quantum ad verba promissionis, ibi [Nisi benedicens benedicam tibi, &c.] Dicit ergo, Deus volens ostendere promissionem suam firmam & stabilem [quia non habuit maiorem se per quem iuraret.] Psal. Excelsus super omnes gentes dominus, &c. [Iurauit per semetipsum.] Gen. 22. Per memetipsum iurauit, dicit dominus, &c. In quo habes exemplum quod iuramentum de se non est illicitum, quia scriptura nihil deo attribuit quod de se sit peccatum. Incedit enim scriptura nos ad deum ordinare & ducere. Ephe. 5. Estote imitatores dei sicut filij, &c. Tamen interdicitur frequentia iuramenti. Eccl. 23. Iurationi nõ assuescat os tuus, &c. Itē iuramentum in vanū. Exod. 20. Nõ assumes nomen dei tui in vanū. Consequenter cū dicit [Nisi benedicens, &c.] ostendit modum promissionis. q. d. Nõ credatur mihi, nisi benedicat tibi, vt modus iurandi quasi per execrationem. Dicit autē [Benedicens] quod pertinet ad bonorum collationem. Benedicatio enim domini diuites facit, sicut dicit Pro. 10. [Et multiplicans multiplicabo te] quod etiam pertinet ad proles numerositatem. Et vtrūque fuit Abrahæ promissum, sicut patet Gen. 14. & 25. Ingeminat autem dicens [Benedicens benedicat] vt designet bona temporalia & spiritualia, & cõtinuitatē benedictionis. Vel bene

dicens benedicat in multitudine proles sanctæ, quæ Gen. 22. designatur per stellas cæli, vbi dicitur, Suspice cælum & numera stellas, si potes, &c. Et multiplicans multiplicabo in numerositate proles malæ & peruerfæ, quæ ibidem. f. 22. cap. designatur per arenam maris. Ingeminatur etiam multitudo quod est propter numerositatem proles bonæ vel malæ. Vel propter cõtinuitatem multitudinis. Vel benedicat in bonis gratiæ: & multiplicabo in bonis gloriæ. Psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, &c. Effectus promissionis fuit, quia longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Longanimitas est nõ solum in faciendo magnum aliquid, sed etiã in expectando in longum. Abrahâ autē promissionē habuit: nec vnq̄ passum pedis terræ possedit, vt dicitur Act. 7. Et vsque in senectutē prole nõ suscepit, & tamē à spe non decidit. Iac. 5. Accipite ad Abrahâ patrem vestrum, &c. Deinde cum dicit [Homines enim per maiorem sui iurant] ponit rationem predictorum: & circa hoc facit tria. Primò enim ponit humanã consuetudinem: secundò assignat rationem cõsuetudinis, ibi [In quo abundantiùs.] Tertiò subdit fructum rationis, ibi [Vt per duas res immobiles.] Cõsuetudo enim humana duplex ponitur: vna quæ ad id per quod iuratur. Alia quæ ad effectum iuramenti, ibi [Et omnis controuersia.] Illud autē per quod iuratur, est maius, & hoc rationabiliter. Nihil enim aliud est iurare, nisi dubium cõfirmare. Sicut ergo in sciētis nihil cõfirmatur, nisi per id quod est maius notū: ita quia nihil certius est apud homines q̄ deus ideo per ipsum tanq̄ per maius & certius iuratur. Sed cõtra: Quãdoque enim iuratur per filium qui minor est, vt cū dicitur per Christum. Aliquãdo verò per creaturã, sicut Ioseph iurauit per salutem Pharaonis. Gen. 42. Respondeo: Dicendum est q̄ duplex est modus iurandi per deum: vno modo per simplicem attestationem: vt cū absolute dicitur, Per deum ita est. q. d. Testis est mihi deus q̄ ita est sicut dico. Ro. 1. Testis est mihi deus, cui serui in spiritu meo. Aliquãdo verò per execrationem, quod fit quãdo aliquid obligatur ad vindictã deo, si nõ sit ita, purã caput, vel animã, vel aliquid huiusmodi, sicut iurauit Apost. 2. Cor. 1. Testem deum inuoco in animã meam, q. d. Obligo animã meam pro testimonio, pro quo ipsum nomen dei assumo: & istud est grauissimū. Per creaturã autem iuratur non in quãtum est talis: sed in quãtum in ipsa relictur aliquod iudicij diuinæ potestatis. Quia enim omnis potestas à deo est. Roma. 13. in quãtum aliquis exercet potestatem super aliquã multitudinem: si iuratur per ipsum, iuratur per deum cuius potestas in ipso relictur. Et sic iurauit Ioseph, per salutem Pharaonis. Hoc est ergo quod dicit, Homines per maiores sui iurã. Deinde cum dicit [Et omnis controuersia, &c.] ponit effectum iuramenti qui in hoc cõsistit q̄ per iuramentum finitur omnis controuersia: sicut enim in sciētis, quãdo resoluitur vsq̄ ad prima principia demonstrabilia, quiescit: ita diuina lege introductū est quod cū peruenitur ad primã veritatem est status, quod fit quãdo ipsam in testimonij inuocatur. Ex. 22. applicabitur ad deos, & iurabit, & sic sopitur omnis controuersia. Deinde cum dicit [In quo abundantiùs.] ponit rationem quare deus voluit iurare. s. ad ostendendam firmitatē promissionis suæ. Vnde dicit [In quo] i. eo ipso deus interposuit iuramentum [volens abundantiùs ostendere, &c.] Abundans enim fuit, quod promissit: sed abundantiùs fuit quod iurauit. Volens, inquam, ostendere hæreditatis pollicitationem. i. rei pollicitat. Rom. 9. Qui filii sunt promissionis astimantur in semine. Ostendere, inquam, immobilitatem. Sciendum est q̄ in his quæ à deo procedunt, duo sunt cõsideranda. i. ipse processus rerum, & cõsiliū dei à quo talis processus cauetur. Cõsiliū dei est omnino immobile. Esa. 46. Cõsiliū meū stabit, & omnis volūtas mea fiet. Sed dispositio est bene mutabilis. Nam dominus aliquãdo pronūtiat aliquid secundum quod exigit ordo & processus rerum, sicut patet. Esa. 37. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Habebat enim cunctus infirmitatis q̄ ex illa moreretur. Et similiter Ionã 3. Adhuc quadraginta dies & Niniuã subuertetur. quia ipsa meruerat submersionem sui ipsius. Hie. 18. Repente loquar aduersus gëtem, & aduersus regnū, vt eradicet, & destruat, & disperdã illud. Si poenitentiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam,agam & ego poenitentiam super malo quod cogitavi, vt faceret ei. Et tunc propheta est cõminationis. Quandoq̄ verò pronūtiatur aliquid secundum quod respicit cõsiliū dei æternum: & super hoc deus nõquam poenitet, nec illud retrahit. 1. Reg. 15. Triupharor in Israel nõ parcat, & poenitudine nõ flectetur. Tamen sciendū est q̄ quãdoquẽ de dominus promittit aliquid sub iuramento, est propheta prædestinationis, quæ est ostensiuã diuini cõsiliij: & ista promissio penitus immutabilis est. Deinde cum dicit [Vt per duas res, &c.] ostendit fructum promissionis: & primò ostendit quis sit ille fructus: secundò quis cõsequatur hunc fructum, ibi [Quam sicut anchoram.] Fructus autem est, vt spes nostra sit certa. Vnde dicit [Vt habeamus fortissimū] i. firmissimum [solatium] spei [per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri] s. per deum qui promittit, qui nõ mentitur. Num. 23. Non est deus vt filius hominis, vt mentiar, & per iuramentum in quo est maior confirmatio veritatis. Sciendum est autem quod sicut delectatio sensibilis est experientia sensibilis, & memoria de præterito, ita spes de futuro. 1. Machab. 2. Omnes qui sperant in ipso, non infirmantur. Esa. 40. Qui sperant in domino, murabunt fortitudinem, assument pennis, vt aquila, current, & nõ laborabunt, &c. Habeamus, in quã, nos [qui cõfugimus] à malis. s. mundi ab impugnatione hostis [ad tenendã propositam nobis spem.] Psal. Domine refugium factus es nobis. Prouer. 18. Turris fortissima nomen domini. Ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Deinde cum dicit [Quam sicut anchoram.] ostendit q̄ fideles promissionem istam consequantur, & vtriusquã similitudine. Cõparat enim spem ipsi anchoræ, quæ sicut in mari nauem immobilizat, ita spes animã firmat in deo in hoc mûdo, qui est quasi quoddã mare. Psal. Hoc mare magnū & spatiosum manibus. Ista tamen anchora debet esse securã, vt. s. nõ deficiat. Vnde fit de ferre. 2. Ti. 1. Scio em̄ cui credidi, & certus sum, &c. Itē debet esse firma, vt. s. nõ citò à nauis remoueatur, ita homo debet alligari istis spei, sicut anchora nauis alligatur. Est autē differētia inter anchorã & spem, quia anchora in imo figitur: sed spes in summo. s. in deo. Nihil enim in præsentī vita est firmū, vbi potest anima firmari & quiescere. Vnde Gen. 8. dicitur q̄ colūba nõ inuenit vbi requiesceret pes eius. Et ideo dicit q̄ debet incedere vsq̄ ad interiora velaminis. Apostolus enim per sancta quæ erant in tabernaculo, intelligit statū præsentem ecclesiæ, sed per sancta sanctorum quæ per velum distinguebantur à sanctis, intelligit statum futurã gloriã. In illo ergo vult quod figatur anchora spei nostræ, qui est modò velatus ab oculis nostris. Esa. 64. Oculus non vidit deus absq̄ te, quæ præparasti

expectantibus te. Psal. Quā magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timētibus te. Hanc ibi fixit præcurfor noster, qui ibi ingressus est. Vnde Io. 14. Vado parare vobis locū. Mich. 2. Ascendit pandens iter ad eos. Et ideo dicit q̄ ipse tanq̄ præcurfor pro nobis ingressus est in interiora velaminis, & ibi fixit spem nostrā, sicut dicitur in collecta, in vigilia, & in die ascensionis. Tamē quia intra velum non licebat intrare nisi summo sacerdoti: Leuit. 16. Ideo dicit q̄ Iesus qui pro nobis ingressus est, factus est pontifex in æternum secundum ordinem Melchisedech.] Ecce quā eleganter redit Apostolus ad propositū suū. Ipse enim cœperat loqui de sacerdotio, & tamen fuerat multum digressus: sed nunc ad illud redit, sicut patet.

Caput 7.

Redit Paulus ad sacerdotium Christi volūto ipsum ostēdere excellētiam sacerdotio Leuitico, quod facit vsque ad modum, &c.

Hic enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos dei summi, qui obuiuit Abraham regresso à cæde regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium diuisit Abraham, primum quidem qui interpretatur rex iustus, eadē autem & rex salis, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, & similis autem filio dei manet sacerdos in perpetuum.

Suprà Apostolus 5. cap. probauit Christum esse sacerdotem. In 6. autē cap. interposuit quādam ad præparandos animos auditorū: hinc redit ad suū propositū. Intēdit enim probare excellentiam sacerdotij Christi ad sacerdotium Leuiticū. Et circa hoc facit duo: primū enim ostēdit excellentiam sacerdotij Christi ad sacerdotium veteris testamenti: secundū ostēdit quod fideles debent sacerdotij Christo reuerenter subdi. Et hoc in medio decimi cap. ibi [Habentes itaq; fratres fiduciam.] Circa primū duo facit. Primū enim ostēdit prærogatiuam sacerdotij Christi super Leuiticū ex parte personæ ipsius sacerdotis: secundū ex parte ministerij, & cap. ibi [Capitulū autem.] Circa primum duo facit: quia primū ostēdit existentia sacerdotij Christi ex promissione diuina: secundū ostēdit necessitatem sacerdotij eius, ibi [Talis enim decebat.] Promissionē verū ostēdit per illud. Psal. Iurauit dominus & nō pœnitebit eum, &c. Vnde tria ostēdit ad propositū suū probādum. Primū illud quod dicitur, secundū ordinē Melchisedech. Secundū illud quod dicitur, iurauit, ibi [Et quātum est nō sine iuramento.] Tertiū illud quod dicitur, Tu es sacerdos, ibi [Et alij quidem plures.] Circa primū duo facit: quia primū ostēdit similitudinem ad Melchisedech. Secundū ex hac similitudine præfert sacerdotium Christi Leuitico, ibi [Intuemini autem.] Circa primum duo facit: quia primū describit conditiones Melchisedech secundū ostēdit quomodo cōueniunt Christo, ibi [Primū quidem.] describit autem Melchisedech: primū ex nomine, cum dicit [Hic autē Melchisedech.] Sic enim nominat eū scriptura Gen. 14. Vbi habetur historia, quā Apost. hic supponit. Et secundū Glo. Hebræi dicūt ipsum fuisse Sem primogenitum Noe, & tunc quādo Abraham habuit victoriā erat annor. 390. alijs 309. & occurrit Abraham nepoti suo. Secundū describit eum à dignitate. Erat enim rex & sacerdos. Quātum ad primū dicitur. [Rex Salē.] Et secundū aliquos, Salem dicitur, Hierusalē. Sed cōtra est Hierony. in quadā epistola: quia ut ipse dicit, nō poterat esse quod ei occurreret à Hierusalē, quod probat ex situ. Alii autem dicunt q̄ Salem dicitur ille locus, de quo dicitur Ioan. 3. q̄ iuxta illum Ioannes baptizabat, & mœnia illius loci erāt adhuc tēpore Hieronimi. Quātum ad secundū, dicit, Sacerdos dei summi. Antiquus enim ille qui inter filios erat antiquior, erat sacerdos. Sed verū est q̄ tēpore Abraham multū inualuerat cultus idolorum. Et ideo ne credant q̄ esset sacerdos idolorū additur, Dei summi. s. per essentia, nō per participationem, vel nūcupationem. Deus enim est creator omnium eorum qui dicūtur dii, siue per participationem, siue per errorem. Psal. Rex magnus super omnes deos. Esa. 61. Vos sacerdotes domini vocabimini, &c. Tertiū describit eum ab officio, ibi [Qui obuiuit, &c.] Sacerdos enim medius est inter deū & populū. Debet enim aliquid populo cōferre. s. spiritua lia, & aliquid ab ipso accipere. s. tēporalia. 1. Co. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, nō magnū est si carnalia vestra metamus. Primū ergo debet exhibere cōfortationem per bona monita. Vnde dicitur Gen. 14. q̄ quatuor reges vicerūt quinque reges, & captiuū duxerūt Loth nepotem Abraham. Isti quatuor reges sunt quatuor vitia principalia opposita quatuor cardinalibus virtutibus, quæ captiuū detinent affectum nepotē rationis, victis quinque sensibus corporis. Qui enim superat & liberat affectum, debet cōfortari à sacerdote. Esa. 21. Occurrentes sitienti ferte aquam. & Esa. 35. Cōfortate manus dissolutas, &c. Secundū per sacramentorum administrationem benedicendo. Vnde [Benedixit ei.] Psal. Benediximus vobis in nomine domini. Hoc autem fit impendendo sacramenta per quæ cōfortatur homo in gratia. Numc. 6. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Nā deus benedicit autoritate, sed sacerdos ministerio. [Et decimas]. s. ad sustentationem diuisit. s. Abraham. i. rectē distribuit. Sed cōtra: quia ut patet Numer. 18. ex lege est datio decimarum, non ergo sunt ante legem. Resp. Dicendum est quod cerimonialia veteris testamenti sunt quādam determinationes præceptorū iuris naturalis, & præceptorum moralium. Et ideo quantum ad hoc quod habebant de iure naturali, seruabātur ante legem tantūm pro voto obseruantium, & sine aliquo præcepto. Quod enim aliquid offeratur deo in recognitionem creationis & dominij, hoc est natura le: sed quod offeratur virulus & hœdus, hoc est cerimoniale. Similiter de iure naturali est q̄ ministri seruiētes deo, sustententur à populo, sicut patet Gen. 47. quod hoc seruabatur etiam apud Gentiles. Vnde sacerdotē, quia pascebātur de horreis publicis, non sunt cōpulsū vendere possessiones suas: & ideo fuerunt ante legem. Sed determinatio huius partis est per legem. Leuit. 27. Omnes decimæ domini sunt. Et in huius signū Iacob ante legem, in loco in quo postea fuit edificatū tēplum, vouit se daturū decimas: & hoc specialiter, quia ad hoc dei cultus propriē exhibetur, ut significetur q̄ homo quicquid habet, à deo accepit: & totā perfectionem suā ab ipso expectat. Numerus enim denarius est perfectus, quia cōsurgit ex partibus suis aliquotis: quia vnum, duo, tria, quatuor faciunt decem. Vsq̄ etia ad ipsum accēdit numerus, & omnes alij nō sunt nisi quādā repetitio & additio super denariū. Omnes ergo sunt imperfecti vsque dū perueniant ad ipsum. Et similiter à deo est omnis perfectio. Ut ergo significaret q̄ à deo est completum omnis perfectio, ideo dedit decimas. Deinde cum dicit [Primū quidem.] ostendit similitudinem Christi & Melchisedech: & circa hoc facit duo: primū enim inducit similitudinem quātum ad conditionem personæ: secundū quātum ad sacerdotium, ibi [Assimilatus autem filio dei.] Prima in duas: quia primū ponit similitudinem quantum ad ea quæ in scriptura commemorantur. Secundū quantum ad ea quæ in ipsa tacentur, ibi [Sine patre.]

In scriptura autem duo dicūtur de ipso. [Primū quidem.] nomen. s. Melchisedech [quod interpretatur rex iustitia:] & significat Christum, qui fuit rex. Hier. 23. Et regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Nec solum dicitur iustus, sed etiam rex iustitia: quia factus est nobis sapientia & iustitia. 1. Cor. 1. Aliud quod dicitur de ipso. est conditio. Vnde dicitur [rex Salem, quod est rex pacis.] hoc autem cōuenit Christo. Ipse enim est pax nostra. Ephe. 2. Et in hoc docet Apostolus uti interpretatione nominū in prædicationibus. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Et bene coniungit iustitiam & pacem, quia nullus facit pacem qui nō seruat iustitiam. Esa. 32. Erit opus iustitiæ, pax. In mundo isto gubernatur in iustitia: sed in futuro in pace. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Deinde cum dicit [Sine patre.] ponit similitudinem quātum ad ea quæ tacentur de ipso, quia in scriptura non fit mentio de patre vel matre eius, nec de genealogia ipsius. Vnde ex hoc aliqui antiqui assumpserunt materiam erroris: ut quia solus deus est sine principio & sine fine, dicerent istum Melchisedech fuisse filium dei. Istud autem dā natū est sicut hæreticum. Vnde sciendum est quod in veteri testamento quodocūque fit mentio de aliqua solenni persona, narratur pater & mater, & tempus natiuitatis & mortis, sicut de Isaac & multis alijs: hic autem subito introducit Melchisedech nulla penitus facta mentione de generatione sua, & pertinentibus ad ipsam. Et hoc utiq; rationabiliter. In quātum enim dicitur [Sine patre.] significatur natiuitas Christi de virgine, quæ fuit sine patre. Mat. 1. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Illud autem quod est proprium dei: non debet attribui creaturæ. Solius verō dei patris est esse patrem Christi. Ergo in natiuitate illius qui ipsum præfigurabat, non debuit fieri mentio de patre carnali. Item quātum ad generationem æternam, dicit [Sine matre.] Et hoc ne intelligas istam generationem esse materialem sicut mater dat materiam genito, sed est spiritualis: sicut splendor à sole: supra 1. Qui cum sit splendor, &c. Item quando fit generatio à patre & matre, non totum est à patre, sed materia administratur à matre. Ad excludendum ergo imperfectionem à Christo, & ad designandū quod totum quod habet, est à patre, nō fit aliqua mentio de matre. Vnde versus, Est sine matre deus, est sine patre caro. Psal. Ex vtero ante luciferum genui te. s. ego solus [sine genealogia.] Et dupliciter non ponitur genealogia eius in scriptura: vna ad designandū quod generatio Christi est ineffabilis. Esa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Alia ad designandū quod Christus qui introducit ut sacerdos, nō pertinet ad genus Leuiticum, nec ad genealogiam veteris legis. Et hæc est intentio Apostoli. Vnde subdit [Neq; initium dierum habens, neque finē vitæ.] Hoc autem dicit, non quia Christus nō sit natus in tempore, neque mortuus, sed propter æternam eius generationem. in qua natus est sine initio cuiuscūq; tēporis. Vnde Ioan. 1. In principio erat verbum. i. tempore quocūq; dato: antē erat verbum. ut exponit Basilus. Est enim antē omnes dies, quia per ipsum factus est mundus, cum quo incœperunt dies. Item nec finem vitæ: verum est quantum ad diuinitatem, quæ est æterna. Quātum etiam ad humanitatem: iam nō habet finem vitæ, quia Christus resurgens ex mortuis. iam non moritur. Ro. 6. & infra 13. Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Deinde cum dicit [Assimilatus autē filio dei, &c.] ostendit similitudinem quātum ad sacerdotium. Sciendum est tamen q̄ solet dici quod posteriora assimilantur prioribus, & nō eōuerso. Et ideo ne credatur q̄ sacerdotij Christi sit posterius sacerdotio Melchisedech: hoc remouet Apostolus, quia & si Christus in quātum homo natus sit post eum & ex tēpore, tamen in quātum deus & filius dei est ab æterno. Et ideo Melchisedech scdm omnia ista [assimilatus est illi qui est filius dei.] & hoc in quātum [manet sacerdos in perpetuum.] quod potest dupliciter exponi. Vno modo, quia nō fit mentio de fine sacerdotij eius, nec successore ipsius. Osee 12. In manibus prophetarum assimilatus sum. Item est sacerdos in perpetuum, quia figuratum eius. s. sacerdotij Christi, in perpetuum est. Vnde & in scriptura pluries repetitur, ritu perpetuo. Exod. 27. Cultus perpetuus erit. Leu. 24. Cultus, ritusq; perpetuo, quia illud quod figurabatur per istud, perpetuum erat. Per hoc enim Apostolus continuat sequētia ad præcedentia.

lectio 2.

Intuemini autem quantum sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Leui sacerdotum accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis: quanquam & ipsi excellētiam sacerdotij Melchisedech habebat repromissiones, benedixit sine ulla autem contradictione, quod minus est a meliore benedicatur. Et hic quidem, decimas accipientes homines accipiunt, ibi autem contestatur, quia viuunt. Et ut ita dictum sit per Abraham & Leui qui decimas accipiunt, decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiuit ei Melchisedech.

Suprà ostendit Apostolus quomodo Melchisedech assimilatus est filio dei: hinc ostendit præminentiam sacerdotij Melchisedech ad sacerdotium Leuiticū. Et circa hoc facit duo. Primū enim excitat attentionem: secundū ostendit propositum, ibi [Et quidem de filiis.] Excitat autem ipsos, quia grandia & maxima dicturus erat. Prou. 8. Audite me quia de rebus magnis locutura sum. Et ideo dicit [Intuemini.] i. diligenter cōsiderate [quantus.] i. quam magnā dignitatis [sit hic cui Abraham patriarcha decimas soluit.] & hoc de præcipuis. Mala. 1. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum: & votū faciens, immolat domino desubile. Dicitur autem Abraham patriarcha. i. princeps parrum: nō quia nō habuerit patrē, sed quia sibi facta est promissio de paternitate gentium. Gen. 17. Eris pater multarum gentiū. Ecclē. 44. Abraham magnis pater multitudinis gentium. Rom. 4. Patrem multarum gentium posuit ante deum cui credidisti. Deinde cum dicit [Et quidem de filiis.] ostendit præminentiam sacerdotij Melchisedech ad Leuiticū. Et circa hoc facit duo. Primū enim ostendit propositum: secundū ex hoc concludit intentum. s. q̄ sacerdotium Christi præfertur sacerdotio Leuitico, ibi [Si ergo consummatio.] Iterum prima in duas: quia primū ostendit propositum: secundū remouet quādam responsionem, ibi [Et ut ita dictum.] Prima iterum in duas. Primū ostendit præminentiam quantum ad id in quo ipse vsus est sacerdotio suo. Secundū quantum ad conditionem sacerdotij, ibi [Et hic quidē decimas.] Ad sacerdotem verō duo pertinent, ut dictū est supra. s. accipere, & benedicere. Duo ergo facit. Quia primū ostendit excellentiam quantum ad accipiōnem decimarū: secundū quātum ad benedictionem, ibi [Et hunc qui habebat.] Circa primum adhuc duo facit: quia primū ostendit de quibus competit accipere decimas: secundū quomodo hoc excellentius faciebat Melchisedech, ibi [Cui

Ostenditur excellētiam sacerdotij Melchisedech super sacerdotiū Leuiticū ex tantū primo ostendit, & ipsam excellentiam, ostendit primo quantum ad id in quo Melchisedech vsus est suo sacerdotio, & secundo quantum ad conditionem sacerdotij, tantū soluitur vna ob lectio.

autem generatio.] Dicit ergo [Et quidem accipiētes sacerdotiū de filiis Leui.] In hoc ostendit quibus competit accipere decimas, quia sacerdotibus. Sciendum est autem q̄ illi de tribu Leui erāt deputati diuino cultui. Inter ipsas autem soli illi de stirpe Aaron, erāt sacerdotes. Exod. 28, Applicā Aaron, &c. Et isti per Aaron erant de tribu Leui, sumebant decimas. Sed contrā. Ergo secundū hoc soli sacerdotes accipiebant decimas; quod est contra illud Num. 18, Filiis Leui dedi omnes decimas Israelis. Respondeo: Dicendum est quod Leuitæ non accipiebāt eas, nisi quia ministrabāt sacerdotibus. Et ita non propter se, sed propter sacerdotes dabātur eis. Item Leuitæ accipiebāt decimas decimatas, sicut Num. 18. Et ita soli sacerdotes accipiebant, & non soluebant. Secundū ostendit quo iure accipiebant, quia ex mandato legis. Vnde dicit [Mandatum habēt decimas sumere.] Contrā: Si hoc est mandatum legis, cum seruare mādata legis modū sit peccatum, videtur illicitū modū dare, vel accipere decimas. Respondeo: Dicendum est q̄ in lege fuerūt quādā purē ceremonialia, sicut circūcisio, immolare agnum, & huiusmodi. Et ista quia erant figuratiua tantū, non licet modū seruare. Erant enim figura futuri. Vnde qui modū seruaret significaret Christū adhuc futurum. Quædam verō erant purē moralia, & ista modū seruanda sunt: & de talibus fuit datio decimarum, sicut suprà dictum est. Vnde decimatio & in lege data est, & in nouo testamento. Matth. 10, Dignus est operarius cibo suo. Luc. 10, Dignus est operarius mercede sua. Sed determinatio talis portionis, est ab ecclesia, sicut & in veteri testamēto fuit ex lege. Alia verō fuerunt partim ceremonialia, & partim moralia, sicut iudicialia: & ista quantum ad id quod ceremonialia sunt nō licet seruare: sed quātum ad morale, debent: tamē nō est necesse in propria forma seruare. Alia obiectio, quia si esset mandatū, & adhuc est, ergo peccat qui non accipit, & peccant ubi non accipiuntur. Respondeo: Dicendum est q̄ aliqui dicunt quod nulli licet abrenunciare iuri accipiendū decimarum: sed bene licet dimittere vsum accipiēdi propter scandalū, & hoc exemplo Apostoli, qui sumptus nō accipiebat ab aliquibus. Et sic dicitur mādatum esse quod iuri nō renuntiant. Melius tamen dici potest q̄ nō est intelligendum q̄ eis præceptū sit sumere, sed pro se habēt introducētum hoc mādatum quod accipere possint, & alij teneantur reddere. Terriō ostēdit à quibus accipiebant, quia à populo. s. à fratribus suis secundū legem, quāquam ipsi. [Leuitæ exierunt de lumbis Abraham.] Quia enim aliquis posset dicere quod sicut Melchisedech accepit decimas ab Abraham, ita Leuitæ à filiis eius, ergo nō præferunt illud sacerdotiū istū. Ideo hoc excludit, & dicit quod ipsimet Leuiticę erāt de femine Abraham, & sic erāt inferiores eo cui decimas soluerunt. s. Abraham. Deinde cum dicit [Cuius autē.] ostendit quomodo excellentius cōueniebat Melchisedech accipere decimas, quia nec ipse erat de genere Abraham, vnde [generatio eius nō annumeratur cum eis.] s. Leuitis. Item ex mandato legis licebat eis sumere decimas: & sic eorum sacerdotium erat subiectū obseruantis legis, sed ille non ex mandato cuiuscūq; legis, sed per se [sumpsit decimas.] Ideo sacerdotium eius erat figura sacerdotij Christi, quod non est subditum legi. Item ipsi accipiebant à populo infimo, scilicet à fratribus, ille autē à summo. s. ab Abraham. Deinde cum dicit [Et hūc qui habebat, &c.] ostendit excellentiā eius ex parte benedictionis, & est sua ratio talis. Gen. 14, dicitur q̄ Melchisedech benedixit Abraham, & maior est qui benedicit, illo cui benedicit: ergo, &c. Et ideo dicit q̄ Melchisedech ipse benedixit Abraham [qui habeat repromissionem.] Contrā: infra 11, Non acceperunt repromissionem, &c. Respondeo: Dicendum est q̄ non accepit Abraham repromissionem. i. rem promissam quia non fuit eam cōsecutus, habuit tamen ipsam in fide, & spe, & ad ipsum specialiter facta est repromissio. Deinde cum dicit [Sine vlla autem cōtradictione quod maior est à meli. be.] ponit maiorem suæ rationis. Sed hīc sunt tres obiectioes. Prima est de hoc quod dicit q̄ minor à maiore benedicitur. Et ex isto loco pauperes Lugdunenses dicunt q̄ quicumque iustus, maior est peccatore: & sic iustus laicus non benediceret, à malo sacerdote: sed eōuerso. Vnde volūt q̄ omnis iustus est sacerdos, & nullus peccator, est sacerdos. Respondeo: Dicendum est quod iste error nimis pernitiosus est: quia si bonitas ministri requiratur ad collationem sacramēti, in quo est ipsa salus, sequitur quod nullus sit certus suæ salutis, nec sciret se rectē baptizatū, quia nō potest scire si sacerdos sit iustus. Nullus etiam poterit esse minister, quia nemo scit vtrū odio, vel amore dignus sit. Eccl. 9. Et ideo dicendum est q̄ aliquis potest aliquid facere dupliciter: aut auctoritate propria, aut auctoritate alterius. Quādo autem auctoritate propria, tunc requiritur q̄ sit iustus. Sacerdos autem tantū est minister. Vnde non agit nisi in virtute Christi. i. Cor. 4, Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum dei. Et ideo non nocet siue bonus, siue malus fuerit: quia Christus est qui in ipso benedicit & sic sine vlla cōtradictione, qui benedicit, maior est. Secunda obiectio est, quia cum Christus sit maior omni sacerdote, quomodo potest corpus Christi à sacerdote cōsecrari? Respondeo: Dicendum est quod sacerdos benedicit materiam, non autem corpus Christi. Item non agit auctoritate propria, sed auctoritate Christi, qui in quātum deus maior est corpore suo. Item tertia obiectio est, quia non videtur verum quod maior benedicit semper minorē: quia papa cōsecratur ab episcopo, & archiepiscopus à suffraganeo, qui tamen sunt minores. Respondeo: Dicendum est, nec episcopus cōsecrat papam, nec suffraganei archiepiscopum, sed hūc hominem, vt sit papa, vel archiepiscopus. Item facit hoc minister dei, qui maior est quā papa. Deinde cum dicit [Et hūc quidem, &c.] ostendit præeminentiā sacerdotij ex parte sacerdotis ex cōditione ipsius, & facit talem rationē. Illud est excellētius quod nō corrūpitur, sed in sacerdotio Leuitico homines morientes, i. per mortem succedentes [accipiūt decimas.] sed [ibi.] i. in sacerdotio Melchisedech [contestatur.] [scriptura] quia uiuit. i. non facit mentionem de morte eius: non quia non mortuus sit, sed quia significat sacerdotium quod manet in æternum. Christus enim resurgens à mortuis, iam non moritur. Rom. 6. & Apoc. 1, Fui mortuus, & ecce sum uiuus, &c. Consequenter, cum dicit [Et vt ita dictum sit, &c.] respondet cuidam obiectio, Posset enim dici, verū est quod Melchisedech maior est quā Abraham qui ei dedit decimas, sed Leui maior est quā Melchisedech. Et ideo dicit Apostolus q̄ hoc non valet, quia [vt ita dictum sit per Abraham.] id est mediante Abraham & Leui de cōsecratus est, [ab eo supple] qui decimas accepit. i. à Melchisedech. Et si adhuc est ipse maior q̄ Leui. Sed contrā: Si alicuius episcopo pater dat decimas, nō tamē ppter hoc oportet q̄ episcopus sit minor illo qui decimas recipit. Ergo ne similiter in proposito. Respondeo: Dicendum est q̄ non est simile, quia tota di-

gnitas illius generis etiam sacerdotum, erat ex Abraham, non autem sic est de episcopo, quia tota dignitas eius ex Christo est, non ex patre suo. Deinde cum dicit [Adhuc enim in lumbis, &c.] manifestat quod dixerat, & dicit q̄ [Leui adhuc erat in lumbis patris Abraham quādo dedit decimas Melchisedech qui occurrerit sibi.] & sic Abraham decimatus, decimatus est etiam Leui. Sed contrā: quia sic etiam erat xps in lumbis eius, sicut & Leui. Mat. 1, Filius David, filij Abraham. Et ideo si propter hoc maior est Melchisedech, quā Leui: quia Leui fuit decimatus, non videtur ratio quare xps nō fuerit decimatus: & sic adhuc Melchisedech maior Christo erit. Et eadē difficultas est de peccato originali: quia vt dicitur Rom. 5, In quo oēs peccauerūt. i. in Adam. Et ideo videtur quod Christus, qui eodem modo fuit in ipso sicut nos, ipsum peccatum originale contraxerit. Respondeo: Dicendum est quod totum hoc intelligitur in his qui in Abraham, sicut in Adam fuerunt secundum rationem seminalem & corpulentā substantiam, quomodo Christus non fuit ibi, sed tantū secundum corpulentam substantiam: Christus enim fuit conceptus quo ad corpus de materia purissimā & sanctissima beatæ virginis, vt haberetur declaratum tertiū sententiarum, tertiā distinctione.

Lectio 3.

Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim, sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech, alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dicit? Translato enim sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat. In quo enim hac dicitur: de alia tribu est, de qua nullus altario prelo fuit. Manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestum est si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vite insolubilis. Contestatur enim quoniam tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Reprobatio quidem sit precedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectū adduxit lex: introductio verō melioris spei per quem proximamus ad deum.

Suprà probauit Apostolus præminentiam sacerdotij Melchisedech ad Leuiticū: hīc ab eodem cōcludit excellentiam sacerdotij Christi, respectu sacerdotij Leuitici. Sicut etiā suprà dictum est à principio huius primi cap. Apostolus per tria probat in auctoritate Psalmistæ propositū suū. Et primū per illud, secundū ordinem Melchisedech. Probauit ergo præminentiam Melchisedech ad Leui. Et ideo secundū ordinem sacerdotij Melchisedech, probat præminentiam Christi ad sacerdotium Leuiticum. Vnde facit hīc magnā vim de isto verbo, secundum ordinem. Et facit duas rationes, quarum vna cōcludit q̄ sacerdotium Christi præferatur sacerdotio Leuitico. Secūda q̄ etiam euacuat illud, & illā ponit, ibi [Et amplius adhuc manifestū est, &c.] In prima ratione quæ est cōditionalis, ponit duo antecedentia, & per consequens duo consequentia, ibi [Quid adhuc, &c.] Et ratio sua talis est, Si sacerdotiū Leuiticū fuisset perfectū, per cuius ministerium erat administratio legis, nō fuit necessarium q̄ surgeret ali' sacerdos secundū aliū ordinem, per quem etiā alia lex ministraretur, sicut per Leuiticū: lex verus. Sed surgit alius sacerdos secundum alium ordinem. s. secundū ordinē Melchisedech. Ergo illud imperfectū erat. Sicut ergo surgit sacerdotium, ita necesse est surgere aliam legem. In ista ratione manifestum est q̄ sunt duo antecedentia. Vnum pertinet ad sacerdotiū: aliud ad legem. Dicit ergo quātum ad primum antecedēs, quod si esset cōsummatio per sacerdotium Leuiticū. Quātum verō ad secundū, dicit q̄ si per sacerdotium lex administraretur, quod probat quia sub ipso, i. per eius administrationem [populus legem accepit.] Non q̄ sacerdotium præcederet legē, sed magis eōuerso. Vnde istud secundum antecedens ponit ibi, cum dicit [Sub ipso enim, &c.] Malach. 2, Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem de ore eius requirunt. Facit autem mentionē specialiter de sacerdotio, vt transferat se ad legem, quæ per officij sacerdotale administrabatur: non enim vt dicit gloss. potest esse sacerdos sine testamēto, & lege & præceptis. Sacerdotiū verō non cōsummabat. i. perficiebat. Tota enim perfectio sua erat per legem quam administrabat. Sed vt iam dicitur nullum ad perfectū adduxit lex: quia nec ad perfectionem iustitię. Math. 5, Ni abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, &c. Item nō dabat cōsummationem patrie, quia non introducebat in vitam. Et in huius signum ipsa legislator nō potuit intrare terram promissionis. Deute. vlt. Has autem duas perfectiones habemus per Christum. Esa. 10, Consummatio abbreviata inuadit iustitiam. Rom. 9, Verbum cōsummans & abbreviās in æquitate. Hæc sunt ergo antecedentia. Consequentia verō ponit, cum dicit [Quid adhuc, &c.] Et hoc quātum ad primum, q. d. Si illud fuisset cōsummatū & perfectū [quid adhuc fuit necessariū surgere alium, &c.] i. non dixisset, secundū ordinem Melchisedech, sed secundum ordinem Aaron: quod quia non fecit, ergo erat imperfectum. Hęc est tota prima ratio per quam patet q̄ sacerdotium Christi præferatur Leuitico. Secunda ratio probat q̄ etiam ipsum euacuat, quia perfectum euacuat imperfectum. i. Cor. 13, Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Ergo sacerdotiū Christi euacuat sacerdotium Leuiticū. Est ergo primum cōsequens q̄ sacerdotiū Christi euacuat sacerdotiū Leuiticū. Secundum cōsequens est q̄ etiam euacuatur lex qua per illud administrabatur: & istud ponit, cum dicit q̄ [translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat.] Erat enim lex sub administratione sacerdotij: ergo mutato sacerdotio necesse est q̄ lex mutetur. Et huius ratio est, quia mutato fine, necesse est q̄ mutentur ea quæ sunt ad finem, sicut qui mutat propositū eundi per aquam mutat propositum quarendi nauem. Omnis autem lex ordinatur ad cōuersationem humanā secundum aliquod regimen. Vnde secundum philosophum in politicis, Mutata cōuersatione, necesse est mutari legem. Sicut autem lex humana ordinatur ad regimen humanū, ita spiritalis & diuina ad regimen diuinum. Hoc autem regimen designatur per sacerdotiū. Translato ergo sacerdotio, necesse est transferri legē. Signanter autem loquitur quia non dicit, sacerdote translato. Lex enim non respicit personam sacerdotis. Vnde mortuo sacerdote, nō mutatur lex, nisi forte sit illa introducta propter personā ei: sed mutato sacerdotio mutatur totus modus, & ordo regiminis. Et de ista mutatione habetur Hier. 3, Feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundū pactum quod pepigi cum patribus vestris, &c. Ro. 8, Lex spiritus vitæ in Christo Iesu, liberavit me à lege peccati & mortis. Lex enim verus dicitur lex peccati & mortis, per occasionem acceptam, quia, s. gratiam non conferebat ex opere operato: sicut sacramenta nouæ legis. Sed obicit hīc Manicheus: Si lex vetus fuit data per diuinam prouidentiam, cum illa sit immutabilis, etiam

Cōcluditur excellentia sacerdotij Christi super Leui ex excellentia sacerdotij Melchisedech super Leui: & sic alicuiusmodi cōcluditur sacerdotiū Christi euacuare Leuiticum.

ipsa lex esset immutabilis, & per consequens non debuit mutari. Cum ergo mutata sit, ergo non est data per diuinam prouidentiam. Respondeo: Dicendum est secundum quod dicit Aug. contra Faustū, Sicut sapiens dispensator vna & eadem dispositione & prouidentia secundum diuersitatem temporum & personarum dat alia, & alia praecepta: sicut & alia hyeme, alia estate, alia pueris, alia senibus, alia perfectis, alia imperfectis, & tamē est eadē prouidentia: ita diuina prouidentia immobili permanente, mutata est lex propter mutationem tēporum: quia ante aduentum debuerunt dari praecepta quae figurarent venturum, sed post aduentum quae significēt venisse. Item data sunt illis praecepta sicut pueris: in nouo verō sicut perfectis. Vnde lex dicitur pedagogus, quod est propriē puerorum. Vnde si in lege dicitur aliquid quod sonet in perpetuitatem, hoc est ratione figurati. Item glo. dicit hic quod ista translatio sacerdotij fuit figurata. 1. Reg. 2. Quando sacerdotium fuit translatum ad Samuelem: qui non fuit de tribu Leui. Contrā: quia Samuel nō fuit sacerdos, immo magis hoc fuit figuratum in translatione sacerdotij Abyathar ad Sadoch: qui etiam erat Leuita. Et dicendum est quod licet Samuel nō esset sacerdos, tamen aliquid sacerdotale egit: quia & sacrificium obtulit: & reges vniuersi. Saul & Dauid. Et quātum ad hoc, translatum est ad ipsum sacerdotium. Et sic dicitur in Psal. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocāt nomē eius. Itē contra illud quod dicit glo. quod nō erat de tribu Leuitico: quia 1. Paral. 6. Helcana qui fuit pater eius, & ipse numeratur inter filios Leui. Respondeo: Dicendum est quod Samuel quātum ad aliquid, fuit de tribu Iuda, & hoc quātum ad matrem: sed quātum ad patrem de tribu Leui, non tamē de Aaron: sed quātum ad locum, fuit de monte Ephraim. Licet enim vndecim tribus habuerint certas prouincias, nō tamē tribus Leui: sed inter ipsas accepit possessionē, & sic habitabat in mōte Ephraim. Deinde cum dicit [In quo enim, &c.] manifestat quod dicit: & primō quod sacerdotium sit translatum: secundō hoc exponit, ibi [Manifestū est enim.] Dicit ergo dictū est, quod translatum est sacerdotium: quia ille cui dixit Propheta [Tu es sacerdos.] est de alia tribu. I. de Iuda, non de Leui: sicut patet Mat. 1. [De qua.] tribu [nullus praesūto fuit altario.] i. altaris ministerio. I. de Iuda. Sed contrā: Rex Ozias ingressus est templum, vt poneret incensum. 2. Paralip. 26. Respondeo: Dicendum est quod licet nullus praesūto fuit altari, vel etiam nullus impugnē. Ipse enim Ozias grauius fuit punitus, quia vsque ad mortem, fuit leprosus. Et si dicas contra illud quod dicitur, nullus, quod beata virgo fuit de tribu & stirpe Aaron, quia erat cognata Elizabeth, quae fuit de filiabus Aaron. Luc. 1. Respondeo: Dicendum est quod inter stirpes, sacerdotales & regia erant praeceliores, vnde & frequenter coniunctae fuerunt per matrimonium, sicut patet de primo summo sacerdote qui accepit uxorem filiam Aminadab fororem Naafon, qui fuit dux in tribu Iuda. Exod. 6. & etiam 4. Reg. 11. & 2. Paral. 22. Ioiada sacerdos duxit in uxorem Iosabeth filiā regis Ioram, vnde potuit esse quod aliqua parte Elizabeth esset de tribu Iuda. Deinde cum dicit [Manifestum est.] exponit quod dicit, dicens, quod [manifestum est.] quod dominus ortus est de tribu Iuda. Mat. 1. Apoc. 5. Vicit leo de tribu Iuda, &c. De qua nihil, &c. Lex enim mandauit nullum assumi ad ministeriū tabernaculi, nisi tantum de tribu Leui, vnde in tribu Iuda nihil de sacerdotibus locutus est Moyses. Deinde cum dicit [Et amplius adhuc, &c.] quia superius posuit vnam rationem ad probandum quod sacerdotium Christi praefertur Leuitico, & ipsum euacuat, ideo hic ponit aliam in qua ostēdit rationem euacuationis, & transmutationis illius: & vtrū quadā conditionali: in qua primō ponit duo antecedentia: secundō duo cōsequentia, ibi [Reprobatio.] Circa primum duo facit: quia primō ponit illa antecedentia: secundō manifestat quod dicit, ibi [Contestatur enim.] Ratio sua talis, Si nouus sacerdos surgit, hoc non erit secundum legem carnalis mandati, sed secundum legem vitae aeternae & insolubilis. Et huius ratio est, quia primus fuit secundum legem illam, oportet ergo quod nouus sit secundum aliam legem, si tamen surgit aliquis nouus. Sed dicendum est quod surgit alius nouus. In maiori ergo sunt duo, quorum vnum pertinet ad vetus testamentum. I. quod est mandatū carnale, & hoc quia habebat quaedā obseruantias carnales, sicut circuncisionem, & purificationes carnales. Item quia promittebat poenas & praemia carnalia. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terrae comederis. Infra 9. In iusticiis carnis vsque ad tēpus correctionis impositis. Et istud antecedens ponit, cum dicit, Amplius manifestū est &c. Et patet quod pertinet ad nouum testamentum, quod non dispensatur per carnalia, sed cōsistit in spiritualibus. Est enim, secundū spirituales virtutes per quam generatur in nobis vita perpetua. Ex hoc quia promittuntur in ipso bona & poenae perpetuae. Infra 9. Christus assitens pontifex, &c. Mat. 27. Tunc ibunt hi in supplicium aeternum, iusti verō in vitam aeternam. Item non consistit in carnalibus obseruantis sed in spiritualibus. Ioan. 6. Verba quae ego locutus sum vobis, spūs & vita sunt. Et dicit quod est scdm virtutem vitae insolubilis. Consequenter cum dicit [Contestatur enim, &c.] manifestat quod dixerat, & facit vim in hoc quod dicit, In aeternum, quia si sacerdotium est aeternū, manifestum est quod dicit perpetuitatem. Deinde cum dicit [Reprobatio quidem sit, &c.] ponit duo consequentia. Et primō de euacuatione veteris testamenti: secundō de institutione noui, ibi [Introductio verō.] Primū est quod vetus testamentū fuit per legem carnalis mandati, & introducitur aliud, ergo primum mutatur. Et hoc est quod dicit quod sit prioris mandati reprobatio. Sed contrā: Non reprobat nisi malū. Esa. 11. Vt sciat reprobare malum. Illud autem mandatum non est malum. Ro. 7. Lex quidem sancta, & mandatum stūm, & iustum & bonum. Respondeo: Dicendum est quod non erat malum scdm se, sed vt inconueniēs temporari. Non enim seruanda sunt in nouo sacerdotio, quae fuerunt in antiquo. Psal. Holocaustum & peccato non postulasti, tunc dixi, ecce venio. Et ideo dicitur quod illud reprobat, & hoc propter infirmitatē & inutilitatem. Illud autem dicitur infirmum quod non potest exequi affectum suum, proprius autē effectus legis & sacerdotij est iustificare. Hoc autē nō lex potuit facere. Ro. 8. Nā quod erat impossibile legi, in quo infirmabatur secundum carnem. Gal. 4. Quomodo cōuertimini iterū ad infirma & egena elementa, quibus denuo vultis seruire. Item inutile dicitur quod non valet ad finem cōsequendum. Hoc autem nō potest lex, quia non adducebat ad beatitudinem quae finis est hominis. Sed tamen suo tempore fuit: vtilis, in quantum disponebat ad fidem. Infra 11. Iuxta fidem omnes defuncti sunt, non acceptis reprobationibus. Quare autem sit infirmū & inutile, ostendit cum dicit, Nil enim ad perfectum, nec iusticia, nec patriae adduxit. Vnde erat imperfecta, sed perfecta fuit per Christū. Consequenter cum dicit [Introductio verō.] ponit con-

sequens secundum ex secundo antecedente, dicens [Introductio verō melioris spei.] supple fit per nouum sacerdotem [per quem proximamur ad deum.] Si enim nouus surgit, est secundum virtutem vitae indissolubilis, hoc est a ntecedens & introductio melioris, &c. & hoc est consequens. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spē viam per resurrectionem Iesu. Item per ipsum proximamur deo. Per peccatum enim disūgimur ab ipso. Esa. 59. Iniquitates vestrae diuiserūt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciē eius a vobis. Hic est ergo ille qui hoc remouet, quod facit nos appximare deo, hic autem est ille nouus sacerdos. I. xps, qui tollit peccata mundi. Io. 1. Rom. 7. Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum per dominū nostrum Iesum Christum, per quem accessum habemus in gratiam istam.

Lectio 4.

Et quantum est non sine iureiurando (alij quidem sine iureiurando facti sunt: hic autem cum iureiurando per seis qui dixit ad illū, iurauit dominus, & non penitebit eum: tu es sacerdos in aeternū) intantū melioris testamenti (spon sor factus est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morie prohiberentur permanere: hic autē eo quod ma neat in aeternum, sempiternū habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedēs per semetipsum ad deum; sem per viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, & nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior caelis factus. Qui non habet necessitatē quotidie (quod admodum sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisurandi qui post legem est, filium in aeternum perfectum.

Supra Apostolus ex vna parte autoritatis Psalmitae probauit quod sacerdotium Christi praefertur Leuitico, & ipsum euacuat: hic idē probat ex aliis duabus partibus: quod primō ex hoc quod dicit, iurauit dominus. Secundō ex hoc quod dicit, Tu es sacerdos, ibi [Et alij quidem plures, &c.] Facit autem primō talem rationem: Illud quod instituitur sine iuramento, minus validum est, quā quod constituitur cum iuramento: sacerdotium autem Christi institutum est cum iuramento, sicut patet: quia dicit, iurauit dominus. Sacerdotium verō Aaron, non sicut patet Exodi 28, applica ad te Aaron, &c. ergo, &c. Quantum ad maiorem dicit [Et quātū est.] [supple, quod] non sine iureiurando alij quidem sine iureiurando, facti sunt, hic autem, &c. [Omnia ista ponuntur ad probandum quod sacerdotium Christi sit firmius, quia supradictum est, omnis promissio facta in veteri testamēto per iuramentū, signum est consilij diuini immobilis. Et ideo, quia ad Dauid, & ad Abraham facta sunt ista promissio de Christo cum iuramento, specialiter dicitur Christus filius ipsorum. Mat. 1. Istud autem iuramentum designat aeternitatem potestatis Christi. Dani. 7. Potestas eius, potestas aeterna. Luc. 1. Et regni eius non erit finis.] Intantum melioris, &c. quia sacerdotium est firmius. [quod patet, quia per iuramentum ordinatum est: ideo oportet aliquid melius & firmius per ipsum haberi. Vnde potest legi praecedens litera suspensiuē vsq; huc: quod in quantum est non sine iuramento, intantū melioris, &c. Sciendum est autem quod sacerdos est medius inter deum & populū. Deut. 5. Ego medius & sequester fui. Et ideo quia sequester est mediator, sacerdos debet deum & populū ad cōcordiā reducere. Et hoc fit quasi per pactū de bonis temporalibus in quibus nō conqueiescebat affectus nisi carnalium, secundum illud [Psal. Quid enim mihi est in caelo, &c.] Et ideo oportuit vt superueniret alius sacerdos, qui esset spūs. i. promissor melioris testamēti, & melioris pacti, quia de bonis spiritualibus & stabilibus. Et hic est Iesus. Hic. 31. Feriam domui Iuda foedus nouū, non secundum pactum quod pepigi, &c. Mat. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū caelorum. Deinde cum dicit [Et alij quidem plures, &c.] iuratur alia clausula posita in autoritate, Tu es sacerdos, in aeternum. Et circa hoc facit duo. Primō enim ostendit quare haec clausula, in aeternum apponitur. Secundō ex hoc ostendit sacerdotium Christi esse maioris efficaciae, quā sacerdotiū veteris testamenti, ibi [Vnde & saluare.] ostendit autem quod iste sit verus sacerdos, quia alij prohibebantur morte permanere, quia omnes necessitatem habebāt moriendi. Vnde Aaron mortuo, succēdit Eleazer, sicut patet Num. 20. Et sic deinceps. Sicut autem videmus in naturalibus, quae sunt signa spiritualium, & incorruptibilia non multiplicantur sub eadē specie. Vnde non est nisi vnus sol, ita in spiritualibus in veteri testamento, quod fuit imperfectum multiplicati fuerunt sacerdotes. Et hoc fuit signum quod illud sacerdotium erat corruptibile, quia incorruptibilia nō multiplicantur in eadem specie vt dictum est, sed iste sacerdos. I. Christus est immortalis. Manet enim in aeternū, sicut verbum patris aeternum, ex cuius aeternitate redundat etiam aeternitas in corpore eius, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Ro. 6. Et idcirco ex eo quod manet in aeternum, habet sacerdotium sempiternum. [Et ideo solus Christus est verus sacerdos, alij autem ministri eius, primae Corinthiorum quarto, Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Deinde cum dicit [Vnde & saluare, & cetera.] ostendit efficaciam eius. Et circa hoc duo facit, quia primō ostendit efficaciam eius, secundō modum ipsius efficaciae, ibi [Accedens, &c.] efficaciam eius est, quia causa est semper potentior suo effectu, & ideo causa temporalis non potest producere effectum aeternum. Sacerdotium verō Christi est aeternum non autem Leuiticum, vt est probatum. Ergo Christus potest saluare in perpetuum. Hoc autem non potest fieri, nisi haberet virtutem diuinam. Esa. 45. Saluator est Israel in domino salute aeterna. [Modus autem est quia] accedens, &c. [Et describit istum modum a tribus. I. ab excellentia virtutis naturae, & pietatis. Virtutis quidem, quia] accedit per semetipsum. [Sed cōtrā. Accedēs ad aliquid distat ab ipso, Christus autem non distat a deo, Respondeo. Dicendum est quod Apostolus in verbis istis ostendit duplicem naturam. I. humanam secundū quam conuenit ei accedere, quia in ipsa distat a deo, nō autem accedit a statu culpae ad statum gratiae: sed per contemplationem intellectus, & affectus, & adeptionem gloriae. Et naturam diuinam, per hoc quod dicit eum per semetipsum accedere ad deum. Si enim posset pius homo, nō posset per se accedere. Io. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, et ideo cum Apostolus dicit quod per semetipsum accedit, ostendit virtutem eius. Esa. 63. Gradus in multitudine fortitudinis suae. Ergo accedit in quantum homo. sed per semetipsum in quantum deus. Excellentiam verō naturae ostendit in quātum dicit [Semper viuens.] Aliter enim sacerdotium eius fini retur. Apoc. 1. Fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum. Excellentiam pietatis ostendit, quia dicit [Ad interpellandum pro nobis.] quia licet sit ita potens, ita altus: tamē cum hoc est pius, quia interpel-

Probat aliis rationibus vt potest duabus sacerdotium Christi praefertur Leuitico.

lar pro nobis. 1. Cor. 2. Ad uocatum habemus apud patrem Iesum Christum, &c. Interpellat autem pro nobis, primò humanitatem suã quam pro nobis assumpsit repræsentãdo. Item sanctissimã animã suã desideriũ, quod de salute nostra habuit, exprimendo cũ quo interpellat p nobis. Alia litera, accedentes per ipsum & tunc designatur illi quos saluat, quia accedentes per fidem eius ad deum. Ro. 5. Iustificati igitur ex fide, & tunc habeamus ad deum per dominum Iesum xpm per quem accessum habemus. ¶ Deinde cum dicit [Talis enim decebat, &c.] ostendit ex excellentia Christi, excellentiam eius sacerdotij. Et circa hoc facit duo. Primò enim ostendit quòd ei conueniunt perfectiones conditionum, quæ requirebantur ad sacerdotium veteris legis. Secundo ostendit quòd sibi desunt imperfectiones eius, ibi [Qui nõ habet necessitatem.] ponit autem quatuor conditiones de ipso, quæ debent esse in sacerdote legali. Primò sanctitas. Leuit. 21. Incensum enim domini & panes dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. Hanc autem perfectè habuit Christus. Sanctitas enim importat puritatem consecratã deo. Christus autem à principio conceptionis suæ deo cõsecratus fuit. Luc. 1. Quod enim ex te nasceretur, sanctũ vocabitur. Matt. 1. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Et Dan. 9. Vngatur sanctus sanctorum. Secundo innocẽtia. Leuit. 22. Custodiã præcepta mea, vt non sibiaceat peccato. Propriè autem dicitur innocẽtia, puritas ad proximũ. Psal. Innocens manibus, &c. Christus autem summè innocens fuit, vt pote qui peccatum nõ fecit. Psal. Ego in innocẽtia mea ingressus sum. Tertio quòd esset impollutus, & hoc quo ad se. Leuit. 21. Homo de femine tuo qui habuerit maculã, non offerat panes dei sui. De Christo autem dicitur in figura. Exod. 12. Erit autem agnus sine macula, &c. Quarto quòd non cõmiseretur cum coinquinatis. Leuit. 21. Non cõmises stirpẽ generis sui, vulgo gẽtis suæ. Christus autem fuit perfectissimè à peccatoribus segregatus. Psal. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, &c. Quod quidem verum est quãtum ad similitudinem vitæ. Sapi. 2. Dissimilis est aliis vita illius. Non tamen quantum ad conuersationem, quia cum hominibus conuersatus est. Baruch 3. Et hoc propter illorum cõuersationem. Mat. 9. Quare cum peccatoribus mãducat magister vester. Et intantum segregatus est quòd etiam factus est excellẽtiõs cælis. I. super omnem cælestem creaturam, sublimata est humana natura in ipso. Suprà 3. Seder ad dexteram maiestatis in excelsis, &c. Ergo iste est sacerdos valde sufficiens. ¶ Consequenter cum dicit [Qui non habet, &c.] remouet ab eo quod erat imperfectionis in sacerdote legali. Hoc autem erat quia ille indigebat sacrificio expiationis: vt patet Leuit. 16. Immolabit vitulum pro se, & hircum pro populo. Ergo orabat pro se. Item non tantũ semel orabat pro se, sed frequẽter. Et huius ratio est, quia [lex instituit sacerdotes habentes infirmitatẽ.] Spiẽ. 9. Homo infirmus & exigui temporis, &c. Sed sermo diuinus qui post legem est, interpolito iureiurando cõstituit filium, qui nullam de istis imperfectionibus habet, sed omnino perfectum, in æternum. I. sacerdotem duraturum. Nõ enim obtulit pro peccatis suis, sed tantũ pro nostris. Ela. 53. Vulneratus est propter iniquitates nostras. Item nec frequẽter pro nobis, sed tantũ semel. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Vnica enim eius oblatio sufficit ad exhaurienda peccata totius generis humani.

Caput 8.

*Ostenditur ex
lectura sacerdotij
Christi
super Leuiticũ
ex parte ip
suis sacerdotij
et hoc in ge
nerali toto i
sto capite
hic quidẽ po
nitur modus
dicendi, pre
mittitur quod
debet dici de
Christo, osten
dendo dignita
tẽ sui officij,
et explicando
in speciali, et
ostendendo quòd
Christus non
est minister
legalium.*

Capitulum autem super ea que dicuntur, Talem habemus pontificem, qui confedit in dextera sedis magnitudinis in caelis, sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit deus, & non homo. Omnis enim pontifex, ad offerendum munera & hostias constituitur. Vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos, cum consummaret tabernaculum. Vide inquit omnia facio secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. ¶ Suprà probauit Apollolus excellentiã sacerdotij Christi ad sacerdotium Leuiticũ ex parte personæ: hic probat idẽ ex parte ipsius sacerdotij. Et circa hoc facit duo. Primò enim ostendit sacerdotium Christi esse excellẽtiõs sacerdotio veteris legis: & primò hoc in generali: secundo in speciali, ibi [Habuit quidẽ & prius.] l. 9. capit. Prima in duas. Primò enim ponit intentum: secundò manifestat propositum suũ, ibi [Omnis enim pontifex.] Circa primũ duo facit: quia primò ponit modum tradendi: secundò pramittit quæ debet dicere, ibi [Talem habemus pontificem, &c.] Dicit ergo [Capitulum &c.] Capitulum est breuis complexio conueniens multa. Et dicitur à capite, quia sicut in capite virtute & quasi summariè continentur omnia quæ sunt in corpore, sic in capitulo illa quæ dicenda sunt. Ergo dicemus in quodam capitulo, & quasi in quadã summa [Super ea quæ dicuntur.] super, potest dicere appositum, & tunc erit sensus, Quæ summariè dicenda sunt superapponentur præmissis. Vel potest designare excessum, & tunc est sensus, Ea quæ dicenda sunt in summa, & capitulo sunt maiora. ¶ Deinde cum dicit [Talem habemus pontificem &c.] pramittit quæ debet dicere. Et primò dignitatẽ huius sacerdotij: secundò officium eius, ibi [Sanctorum minister.] Dignitas eius est, quia [talem habemus pontificem qui confedit ad dexterã sedis magnitudinis in excelsis.] Sedes est iudiciaria potestas, quæ aliquibus conuenit tanquam ministris dei, sicut omnibus regibus, & adorabunt eũ omnes reges terræ, vt dicitur in Psal. & omnibus prælatis. 1. Corin. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Sedes ergo magnitudinis est excellentissima potestas iudicandi. Item pars dextera est potior in animal, & significat bona spiritualia. Quia ergo Christus habet iudiciariam potestatem, dicitur sedere. Pater enim omne iudicium dedit filio. Ioan. 5. Quia verò post deum habet hoc, excellentissimè, sedet in dextera magnitudinis in excelsis, id est, in potioribus bonis: suprà 1. Seder ad dexteram maiestatis in excelsis. Hoc autem quod dicitur confedere, vel confederet, potest referri ad Christum secundum quod est deus, & sic confederet, quia habet eandem autoritatem iudicandi quam habet pater, sed distinctus est in persona. Et sic, ly magnitudinis, accipitur pro persona patris. Vel secundum quod homo, & hoc magis propriè ad intentionem Apolloli, quia loquitur de pontificatu Christi, qui est pontifex in quantum homo. Et sic confederet, quia humanitas assumpta habet quandã associationem ad deitatem, & confederat ad iudicandũ. Pfa. Eleuata est magnificentia tua super cælos. Io. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Et sic apparet dignitas sacerdotis. ¶ Consequenter cum dicit [Sanctorum minister.] ostendit dignitatem officij eius. Dicitur autem [minister sanctorum.] id est, sanctorum ædium, scilicet sanctorum ariorum. Ministri enim

antiqui accipiebant ministerium, & custodirent sacra, & seruirent tabernaculo. Hoc autẽ excellentius habet Christus qui est minister, non quidem in quantum deus, quia sic est author, sed in quantum homo. Luc. 12. Transiens ministrabat illis. Humanitas enim Christi est, sicut organum diuinitatis. Est ergo minister sanctorum, quia ministrat sacramenta gratiæ in præsentem, & gloriæ in futuro. Item [est minister tabernaculi veri.] quod est vel eius ecclesiæ militis. Psal. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum. Vel triumphantium. Esa. 33. Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. Psal. Domine quis habitabit in tabernaculo? &c. Homo autem Christus minister est, quia omnia bona gloriæ per ipsum dispensantur. Dicit autem [veri.] propter duo. Primò propter differentiam ad vetus, quod erat figurale istius. 1. Corin. 10. Omnia in figura illis contingebant. Istud autem est veritas istius. Est ergo verum, id est, veritatem continens respectu figuræ. Secundo quia illud factum est per hominem: illud autem, scilicet vel gratiæ, vel gloriæ est à solo deo. Psal. Gratiam & gloriam dabit dominus. Rom. 6. Gratia dei, vita æterna. Et ideo dicit [Quod fixit deus.] 1. Corin. 5. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quia ex deo habemus domum non manufactã æternam in cælis. ¶ Deinde cum dicit [Omnis enim pontifex, &c.] expli cat in speciali. Et circa hoc facit tria. Primò enim ostendit Christum esse ministrum aliquorum sanctorum. Secundo quòd non veteris legis, ibi [Si ergo esset.] Tertio quòd aliquorũ maiorum, ibi [Nunc autem melius.] Facit autem primò talem rationem, Omnis pōtifex ad hoc constituitur, vt offerat munera & hostias, & secundum hoc dicitur, Minister sanctorum. Christus autem est pontifex, vt suprà probatum est. Ergo necesse est ipsum habere aliqua quæ offerat. suprà 5. Omnis pōtifex ex hominibus assumptus, & c. Hostia est de animalibus, munera de quocunq; alio. Leuit. 21. Incensum & panes dei sui offerunt. Quia verò necesse fuit Christum habere quod offerret, ipse se ipsum obtulit. Fuit autem talis oblatio munda quia caro eius nullam maculam peccati habuit. Exod. 12. Erit agnus sine macula, masculus anniculus. Item fuit congrua, qui congruum est quòd homo pro homine satisfaciat. Infrã 9. Obtulit semetipsum immaculatum deo. Item apta ad immolandum, quia caro eius mortalis erat. Rom. 8. Mittens deus filium suum in similitudinẽ carnis peccati. Item est idem ei cui offertur. Ioan. 10. Ego & pater vnus sumus. Item vnit deo illos pro quibus offertur. Ioan. 17. Vt omnes vnus sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipse in nobis vnus sint. ¶ Deinde cum dicit [Si ergo esset.] ostendit quòd xps non est minister legalium. Et circa hoc facit tria: quia primò inducit quandam consequentiam: secundò ostendit ipsam rationem, ibi [Cum essent.] Tertio probat eam per autoritatem, ibi [Sicut responsum est Moysi.] Consequentia verò talis est. [Ergo si esset super terram,] hoc est antecedens. [Nec esset sacerdos,] & hoc est consequens. Vnde consequentia est vna cõditionalis. Et legitur multis modis. Primò sic, & secundum glo. nec ponitur hęc nominatiuus: & ideo sic in telligitur. Si enim illud quod offertur esset super terram, &c. quod dupliciter intelligitur. Vno modo, vt sit sensus, Si illud quod offertur esset aliquod terrenum, Christus non esset sacerdos. Quasi dicat, Nulla necessitas esset sacerdotij eius: quia multi essent qui talia offerrent. Sed nunquid caro Christi terrena non erat? Respondeo: Dicendum est quòd materialiter est terrena. Iob 9. Terra data est in manus impij. Sed dicitur non esse terrena: primò ratione vniõnis. Ioan. 3. Qui de cælo venit, super omnes est, id est, filius dei qui illam sibi vnuit. Item ratione virtutis actiue, scilicet spiritus sancti qui eam formauit. Item ratione fructus: quia oblatio eius non ordinatur ad consequendũ aliquid terrenum, sed cæleste. Ioan. 8. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo: hæc est prima expositio & melior. Secunda talis est, Et si, id est, quãuis illud quod offertur, esset super terram, quia necessarium est aliquid offerri, non esset sacerdos, sed alius idoneus: quia nullus posset idoneus inueniri ad offerendum istud. Tres sunt aliæ lecturæ in quibus subintelligitur offerens: & primò in generali, vt sensus sit, Si esset aliquis sacerdos terrenus, qui posset offerre pro cælestibus, Christus non esset sacerdos. Alia est de Christo specialiter, sic, Si Christus esset sacerdos terrenus, non competeret ei ius sacerdotij, cum essent qui secundum legem offerrent munera. Aliter sic, Si Christus adhuc esset super terram, ita, scilicet quòd nondum ascendisset, non esset sacerdos, quia non compleuisset sacerdotiũ suum. Sed secundum primam expositionem continuatur litera sic: & probat quia multi essent qui secundum legem offerrent talia munera, scilicet illi qui deseruiunt exemplari & vmbra cælestium, Sacramenta legalia fuerunt figura aliorum quãtum ad duo, scilicet quãtum ad cognitionem, & quantum ad rerum expletionem. Quantum ad cognitionem, cum dicit [Exemplari.] quia in veteri lege, quasi in quodam exemplari poterat legi id ad quòd nostra cognitio debet ferri. Sed videtur quòd loquatur impropriè. Exemplar enim prius est exemplato, quod propriè dicitur exemplum. Sed cælestia sunt priora, nec facta sunt ad similitudinem veteris legis, sed magis e conuerso. Respondeo: Dicendum est quòd prius dicitur dupliciter. Vno modo simpliciter, & sic procedit obiectio. Vel quo ad nos, & sic verum est quòd illa non sunt priora. Quantum ad secundum, dicit [Vmbra:] quia sicut vmbra representat corpus: nec tamen illud attingit, ita & illa representabant nouum testamentum. Infrã 10. Vmbra habens lex futurorum, &c. ¶ Consequenter probat per autoritatem rationabilitatem consequentiæ cum dicit [Sicut responsum est Moysi,] scilicet, à domino. Exod. 25. [Vide,] scilicet, diligenter considerando [et facito omnia secundum exemplar, &c.] Quia naturaliter inferiora tendunt in similitudinem superiorum. Dominus enim per sensibilia, voluit vos ad intelligibilia & spiritualia manduci. Iob 38. Nãquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? &c.

Lectio 2.

Nunc autem melius sortitus est ministerium quãto & meliori testamenti mediator est: quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non vtrique secundi locus inquireretur. Vtriusque enim eos dicitur. Ecce dies venient, dicit dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouũ, non secundũ testamentũ quod feci patribus eorũ in die qua apprehendi manum eorũ, vt educerem illos de terra. Regni opti, quoniam ipse non permanferunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Quia hoc est testamẽtum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus dando leges meas in mentem eorũ, & in corde eorũ super scribam eas. ¶ Suprà Apollolus probauit Christum esse pontificem, & per consequens ministrũ sacramentorum, non

*Ostenditur
Christum esse
ministrũ me
liorũ quã suo
vini legalia
et possunt
additiones no
ui testamẽti
ex eius est
tione.*

tamen secundum veterem legem: hic ostendit ipsum esse ministrum maiorum & meliorum quam illa fuerint. Et circa hoc facit tria: primum enim praeiungit intentum: secundum assignat causam eius: tertium probat secundum, ibi [Quantum & melioris.] Tertium, ibi [Nam si illud.] Dicit ergo: Dico quod non habet aliquid terrenum offerre. [Sed nunc.] Id est, tempore gratiae [fortitudo est,] id est, forte accepit [melius ministerium,] id est, dignius sacerdotium. Dicit sacerdotium Christi ministerium, quia non competit nisi in quantum homo fuit minister. Rom. 15, Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse, & cetera. Dicit autem fortitudo est, id est, forte accepit, quia illud quod habetur per sortem, expectatur a domino. Psal. In manibus tuis sortes meae. Et ideo omnia quae sunt secundum distributionem diuini arbitrij, dicuntur forte dari, & talia sunt effectus gratiae. Eph. 1, Sorte vocati sumus, id est, diuina electione, quia quando contingit deficere iudicium humanum solent se homines conferre ad electionem & dispositionem diuinam, mittentes sortem, sicut patet Actuum 1, de electione Mathiae. Vnde Prouer. 16, Sortes mittuntur in sinum, sed a domino temperantur, Christus quidem istud ministerium, forte, id est, dispositione diuina, consecutus est. Deinde cum dicit [Quantum melioris, & c.] assignat causam quare ministerium hoc maius est. Omnis enim sacerdos mediator est. Iste autem mediator est melioris conditionis. scilicet hominis ad deum. Mediatoris enim est extrema conciliare. Iste vero ad nos diuina attulit: quia per ipsum facti sumus diuinae consortes naturae, ut dicitur 2. Pet. 1. Ipse etiam nostra offert deo. Et ideo dicit Apostolus 1. Tim. 2, Mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Ibi promittebatur temporalia. Esa. 1, Si uolueritis & audieritis me, bona terra comeditis. Hic autem caelestia, sicut supradictum est. Sic ergo istud melius est quantum ad id quod dominus hominibus promittit. Item in illo dicuntur quaedam quae pertinent ad cultum dei, & ista sunt cerimonialia: quaedam uero quae ad reuerentiam uitae, & ista sunt praecepta moralia, quae manentia uero, non. In nouo autem adduntur consilia istis praeceptis, quae dantur perfectis, qui sunt capaces spiritualium. Et sic manent praecepta eadem: sed promissa diuersa. Item sacramenta sunt diuersa: quia ibi erat figura tantum: hic autem figura ueritas expressa. Per omnia ergo testamentum istud est melius. Deinde cum dicit [Nam si illud, & c.] probat quod illud testamentum cuius Christus mediator est, melius est: & facit talem rationem. Si primum testamentum non habuisset culpam, non quaeretur aliud ad corrigendum defectum ipsius, sed quaeritur, ergo, & c. Antecedens ponitur, & patet in littera. Sed contra. Rom. 7, Lex ergo peccatum est? Absit. Ergo male dicit quod non uacabat a culpa. Respondeo: Dicendum est quod aliquid potest conuenire legi dupliciter. Vel secundum se, & sic erat bona, vel ratione illorum quibus data est, & sic dicitur habere culpam propter duo. Primum quia non dabat uirtutem ad purgandum commissa. Intra 10, Impossibile est sanguine taurorum aut hyeorum auferri, peccata. Secundum quia non dabat gratiam ad interesse ad uitandum peccata, sed ad cognoscendum tantum: & sic erat occasio peccati. Rom. 7, Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces, & sic dicitur non uacasse a culpa, quia homines in ipsa relinquebantur in culpa. Sed dicit [Non inquireretur locus.] Sicut enim corpus nunquam perfecte quiescit, sed semper mouetur quousque pertingat ad locum suum: sic quando habetur aliquid imperfecte non quiescit desiderium, sed semper tendit ulterius, usque dum ueniat ad perfectum. Inquirebatur ergo locus istius ab homine qui desiderabat, sed magis a deo qui propter nostrae salutis desiderium dicitur inquirere. Deinde cum dicit [Vituperans enim, & c.] probat ueritatem consequentis. scilicet quod inquiritur locus testamenti, & hoc per autoritatem. Hic. 31, Ecce uenit dies, & c. Et circa hoc facit duo. Primum enim praeiungit autoritatem. Secundum arguit ex ipsa, ibi [Dicendo autem nouum.] Prima in duas. Primum enim praeiungit prophetiam de noui testamenti datione. Secundum describit ipsum, ibi [Non secundum testamentum, & c.] Iterum prima in tres. Primum ostendit repositi dationis opportunitatem. Secundum noui testamenti perfectionem, ibi [Consummabo testamentum nouum.] Tertio quibus datum fuit, ibi [Super domum Iuda.] Dicit ergo [Vituperans enim,] dominus, non quidem legem, sed [eos,] qui. scilicet erant sub lege dicit [Ecce dies uenit, & c.] Hanc est autoritas quae est Hic. 31. & non habetur omnino sub istis uerbis, sed mutantur pauca. Ibi enim dicitur sic. Ecce dies uenit dicit dominus, & feria domui Israel, & domui Iuda foedus nouum: non secundum pactum quod pepigi cum patribus uestris in die qua extendi manum meam ut educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum. Sic ergo patet quod pacta mutantur. Dicit ergo quantum ad repositi opportunitatem. [Ecce dies uenit,] i. tempus gratiae, quod comparatur diei, quod illuminatum est a sole iustitiae Ro. 13, Non praecelsit, dies autem appropinquauit. Quantum ad perfectionem noui testamenti, dicit [Consummabo nouum testamentum.] Et dicit consummabo, quod sonat ad perfectionem. Apoc. 21, Ecce noua facio omnia. Istud autem uerbum, Consummabo, non habetur ibi, sed uirtute eo Apostolus ad designandum perfectionem noui testamenti. Esa. 10, Consummationem & ab breuiationem faciet dominus super terram. Fuit enim nouum testamentum perfectum quantum ad eruditionem uitae, quae non extenditur tantum ad generalem iustitiae eruditionem, sed ad perfectam. Marth. 5, Nisi abundauerit iustitia uestra, & cetera. Item in ueteri testamento erant tantum figurata: in nouo uero, ueritas figurarum: & ita nouum consummat, & perficit uetus. Quantum ad tertium dicit [Super domum Israel, & Iuda.] Sed nunquid datur tantum Iudaeis? Non. Ro. 9, Non omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitae. Et sequitur, Non qui filij carnis, hi sunt filij dei, sed qui filij sunt promissionis, asstimauntur in semine. Illi ergo qui sortiti sunt gratia dei, sunt Israel per fidem, & Iuda per confessionem. Ro. 10, Corde creditur ad iustitiam, & c. Dicitur autem [super domum, & c.] triplici ratione. Vna quia Christus in propria persona praedicauit Iudaeis non Gentibus. Mat. 15, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Secunda quia Gentiles facti sunt participes noui testamenti, sicut oleaster insertus in bonam oliuam participat pinguedinem eius. Ro. 11. Alia quia tempore Roboam & Ieroboam diuisum fuit regnum Iuda, a regno decem tribuum, quae quidem remanere runt in idolatria, sed regnum Iuda magis adhaeruit deo, licet non ex toto. Et ideo utroque tetigit. Deinde cum dicit [Non secundum testamentum,] describit nouum testamentum: & primum per differentiam ad uetus: secundum per proprias conditiones, ibi [Quia hoc est testamentum.] Iterum prima in duas. Primum ostendit distinctionem noui & ueteris testamenti. Secundum infirmitatem ueteris, ibi [In die in qua.] Posset enim aliquis dicere. Nunquid istud nouum est illi simile? Ideo quasi respondens dicit, Non: quia non secundum id quod feci cum patribus eorum,] in quo

in quo ostendit quod non est seruandum uetus cum nouo. Gal. 3, State & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Mat. 9, Neque mittant uinum nouum in utres ueteres, & c. Et Ro. 7, Seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate litterae. Quia si aliquid inuenitur in ueteri quod gentibus indicatur ad seruandum, referendum est ad intellectum spirituale, sicut dicitur Esa. 19, Colent eum in hostiis & muneribus, quod totum est spirituali ter intelligendum. Deinde cum dicit [In die qua apprehendi, & c.] ostendit defectum ueteris testamenti. Et primum ex eius traditione, secundum ex euentu, ibi [Quonia ipsi.] Uetus enim testamentum traditum est seruis & infirmis. Seruis quidem, quia quandoque exierunt de seruitute Aegypti. Et quantum ad hoc dicit [Ut educe rem illos, & c.] Gala. 4, Vnum quidem in seruitute generans, & c. Item quia erat lex timoris seruilis. Rom. 8, Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, & c. Aug. Breuis differentia ueteris & noui testamenti, timor & amor. Item infirmis, quia per se non poterant se iuuare. Et quantum ad hoc dicit [Apprehendi manum eorum] quod est infirmorum. Psal. Tenuisti manum dexteram meam. Ro. 8, Quod impossibile erat legi in quo infirmabatur. Dicit autem [patribus eorum,] scilicet Abraham, Isaac, & Jacob, cum quibus inuit foedus speciale, Psal. Memor fuit in seculo testamenti sui uerbi quod madauit in mille generationes, quod disposuit ad Abraham, & c. Sed istis in exitu de Aegypto promissit carnalia. Deinde cum dicit [Quonia ipsi non, & c.] ostendit defectum ueteris testamenti ex euentu, & primum quantum ad culpam, & ideo dicit [Quonia ipsi non permanserunt in testamento meo] quia non erat scriptum in cordibus ipsorum. Vnde statim post legem datam fecerunt vitulum conflatilem. Exo. 32. Et Psal. Fecerunt vitulum in Oreb & adorauerunt sculptrile. Et quantum ad poenam. Ideo dicit [Et ego neglexi eos.] Illud enim aliquis dicitur negligere quod permittit perire. Et sic neglexit eos, quia permittit eos perire ab exterminatore, ut dicitur 1. Cor. 10. & Psal. Spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis. Alia littera [Et ego dominatus sum eorum,] id est, puniendo ostendi me esse dominum ipsorum. Deinde cum dicit [Quia hoc est testamentum, & c.] Describit condiciones noui testamenti. Et circa hoc facit duo. Primum ponit modum editionis eius. Secundum effectum ipsius, ibi [Et ero eis in deum.] Dicit ergo [Quia hoc est.] i. tale est testamentum quod disponam domui Israel, & c.] dispositio importat congruitatem ordinis. Et ideo dicit [post dies illos,] i. post legem datam. Debit enim post legem ueterem dari noua lex, sicut primum datur pedagogus, postea magister, ut prius homo recognoscat infirmitatem suam. In hoc ergo patet congruitas temporis dandi noui testamenti. Modus autem tradendi duplex est. Vnus per exteriora, sicut proponendo uerba ad cognitionem alicuius. Et hoc potest homo facere, & sic traditum fuit uetus testamentum. Alio modo interiori operando. Et hoc proprium est dei. Job 32, Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Et hoc modo datum est nouum testamentum, quia consilium in infusione spiritus sancti, qui interiori instruit. Non autem sufficit tantum cognoscere, sed requiritur operari. Et ideo primum illuminat intellectum ad cognoscendum. Et ideo dicit [Dabo leges meas, & c.] Et dicit in plurali, propter diuersa praecepta & consilia. Et hoc facit spiritus sanctus. 1. Io. 2, Vnctio eius docet uos. Io. 14, Ille uos docebit omnia, & c. Itaque ad bene operandum inclinat affectum, unde imprimitur cordi. Et quantum ad hoc dicit [In corde eorum super scribam eas.] i. super cognitionem, scribam charitatem. Super omnia autem charitatem habere, & c. Coll. 3, & Roma. 5, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, & c. Et haec est epistola de qua subdit. 2. Cor. 3, Non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Lectio 3.

Et ero illis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens, cognosce dominum: quoniam omnes scient me a minore usque ad maiorem, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum, ueterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

Supra posuit Apostolus condiciones noui testamenti ex editione ipsius, nunc ponit tres effectus ipsius. Primus est hominis ad deum perfecta coniunctio. Secundus est dei perfecta cognitio, ibi [Et non docebit.] Tertius est peccatorum remissio, ibi [Quia propitius ero.] Circa primum sciendum est quod ad hoc quod homo iungatur deo, requiritur auxilium diuinae gratiae, quia ad hoc non potest propria uirtute. Hierem. 31, In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Primum ergo tangitur illa coniunctio ex parte dei. Secundum ex parte hominis ibi [Et ipsi erunt.] Dicit ergo [Ero illis in deum.] Nomen dei significat uniuersalem prouidentiam. Tunc ergo est nobis in deum, quando habet curam de nobis & corda nostra ad se trahit, & hoc est respectu iustorum specialiter. Ex hoc ergo quod ero eis in deum, sequitur secundum. scilicet quod ipsi erunt mihi in populum, i. ex hibeunt se mihi in populum. Sicut enim dicit Aug. 2. de ciui. dei. cap. 21, Populus est coetus multitudinis, iuris consensus & utilitatis comunione sociatus. Quando ergo consentiunt in ius diuinae legis ut sint adiuuati uiles & tendant in deum, tunc est populus dei. Apoc. 21, Ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorum deus. Deinde cum dicit [Et non docebit, & c.] ponit secundum effectum noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primum enim ponit signum effectus illius. Secundum effectum ipsum, ibi [Quia omnes, & c.] Signum perfectae cognitionis est quando quis non indiget doceri, quia doctrina est uia ad acquisitionem scientiae, & ideo cessat doctrina, acquisita perfecte scientia. Sed nunquid in nouo testamento uerus non docet alium? Et uidetur quod non per litteram istam. Sed contra, quia Apostolus uocat se doctorem Gentium. Tit. 2. & Eph. 4, Alios pastores, & doctores. Ro. 12. Siue qui docet in doctrina. Respondendum est quod hoc quod dicitur hic, potest dupliciter intelligi. Vno modo de praesenti statu, & sic non verificatur uniuersaliter de omnibus, sed tantum de primis fundatoribus noui testamenti. scilicet Apostolis qui immediate fuerunt instructi a deo, quando aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Luc. 11. Apostoli ergo facti sunt perfecte cognoscetes, & non ab aliis instructi, sed simul a Christo accepterunt sapientiam infusam. Alio modo quod referatur ad statum patriae futuram, ad quam per nouum testamentum introducimur, non per uetus. Et sic uniuersaliter uerum est quod dicitur hic. Sed contra. Homines beati sunt aequales angelis, non maiores, sed secundum Dionysium, uerus angelus docet alium illuminando ipsum, ergo & homo beatus alium docebit. Respondeo dicendum est quod duplex est cognitio in beatis angelis. Vna quae beatos facit. scilicet cognitio diuinitatis, quae sola beatos facit, sicut dicit Aug. in lib. confes. Beatus qui te nouit, & c. Alia est quae omnium quae sunt aliud a deo, cuiusmodi sunt effectus dei, & ista non beatificat. Quantum ergo ad primum

vnus nō docet aliū: quia vnus nō beatificatur mediante alio, sed à deo immediatē. Psal. In lumine tuo videbimus lumē. Sed quātum ad aliā quæ est aliquorū misteriorum, vnus docet alium. Et hoc fortē vsq; ad finē mundi, quādiu durat executio effectū dei, & ideo addit, dicens [Cognosce dñm]. q. d. Non accipit dei cognitiōē. Et dicit [proximū suū & fratrem suū] quia & si secundū Aug. oēs homines sint ex charitate diligendi, si tamen non possis omnibus prodesse, tamen illis specialiter debes prodesse qui tibi coniunguntur. Vel naturaliter, sicut sunt cōsanguinei, quos hīc vocat fratres. Vel alia cōiūctiōe, & sic proximus est [Omnes enim sciēt me à minimo vsque ad maiorē eorū]. Hīc est causa quare vnus non docebit alium, quia omnes noscent dominū. 1. Io. 3. Videbimus eum sicuti est. In hac verō visione cōsistit beatus. Io. 17. Hīc est vita æterna vt cognoscant te solū verū deū, &c. Hier. 9. In hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me. Et hanc doctrinā habent beati, non ab aliquo alio, sed à solo deo tātum. Esa. 54. Pōnā vniuersos filios tuos doctos à domino. Illud autē quod dicit à minimo potest dupliciter intelligi. Vno modo q; dicātur maiores sancti antiquiores. Et sic maior & minor dicūtur secundū ordinem tēporis. Omnes ergo cognoscent, quia singuli accipient singulos denarios. Mat. 20. Vel hoc dicit ad ostendēdum differentiā pramiorū, quia licet omnes cognoscāt, tamē vnus magis alio cognoscat. Mat. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorū. Præmium enim correspōdet merito, & hoc contra illos qui dicunt pœnas & omnia merita esse æqualia, & per consequens præmia æqualia. Contra quos dicitur. 1. Cor. 15. Stella differēt à stella in claritate. ¶ Deinde cum dicit [Quia propitius, &c.] pōnit tertiū effectū qui est culpa remissio, quod non poterat verus testamentum, infra 10. Impossibile est sanguine taurorū & hircorum auferri peccata. Dicit ergo [propitius ero.] Differēt autē iniquitas & peccatū, quia iniquitas opponitur iustitiæ, quæ quidē propriē semper est ad aliū. Ideo iniquitas dicitur qua quis nocet alteri. Iob 35. Homini qui similitis tui est, nocebit iniquitas tua. Peccatū autē dicitur omnis defectus actionis, quia importat deordinationē, & sic iniquitas propriē est in proximum, sed peccatum est in seipsū, & hoc propriē loquendo, largē tamen idem est iniquitas & peccatum. Et q̄tum ad hoc dicit [Quia propitius ero iniquitatibus eorum.] I. in præsentī pœnā relaxando [nec memorabor peccatorum eorum.] I. in futuro peccata puniendo. Eze. 18. Omnīū iniquitatum eius quas operatus est nō recordabor. Psa. Propitius esto peccatis nostris, &c. Itē ne memineris iniquitatū nostrarū, &c. Ro. 11. Sine penitentiā enim sunt dona & vocatio dei, &c. i. deus non pōnit q; hīc peccata remiserit, quasi iterum puniendo. ¶ Deinde cum dicit [Dicendo autē nouū, &c.] quali posita auctoritate arguit ex ipsa & facit talē rationē. Nouū nō dicitur nisi in cōparatione ad verus, sed omne quod dicitur verus significat quasi sit prope cessationē, ergo dicēdo nouū veterauit prius. I. dedit intelligere quod prius sit verus [Quod autem antiquatū & fenescit prope interitū est] Si ergo illud est verus, abiciendū est. Leui. 26. Nouis superuenientibus vetera proicietis. Dicendo ergo nouū, designat cessationē veteris Propriē autē nihil antiquatū nisi quod subiacet tempori, quæ autem subiacent tempori cessant in tempore. Oportet ergo illud verus cessare. Dicit autem [antiquatū] propter res inanimatas, sed [fenescit] propter animatas. Sciendum tamen est, quod ubi habemus peccatorum, alia litera habet, peccari, & tunc refertur ad peccatum originale, quod omnibus est commune.

Caput 6.

Ostenditur excellentia noui testamenti super veteris, comparando eam que sunt veteris testamenti, ad ea que sunt noui, & hic quidem describitur cōditio veteris testamenti.

Habuit quidem & prius, iustificationes culturae, & sanctum seculare. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta. Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabule testamenti superque eam erant Cherubim glorie ob umbrantia propitiatorum de quibus non est modo dicendum per singula. ¶ Suprà ostēdit Apostolus dignitatē noui testamēti respectū veteris in generali: hīc ostendit idē in specialī, descendēdo ad singula quæ erāt in vtroq; testamento. Et circa hoc facit duo. Primō enim cōparat ea quæ sunt veteris testamenti ad ea quæ sunt noui, vt super hoc ostēdat dignitatē noui. Secundō manifestat quādā quæ supposuerat 10. cap. ibi [Vmbra enim habens.] Circa primū tria facit, quia primō exponit illud quod fuit in veteri testamento. Secundō ostēdit significatū suū, ibi [Hoc significatē spiritu.] Tertio ex his arguit ad propositum, ibi [Et ideo nō. testa.] Iterum prima in duas, Primō enim describit conditionē veteris testamenti. Secundō prosequitur, ibi [Tabernaculum enim factū.] Circa primum sciendum est q; tā vetus q; nouum testamentum ad hoc instituta sunt vt anima accedat ad deum. Ad hoc autē duo sunt necessaria. s. recessus à peccato, & vnio ad deum. Primū fit per iustificationē. Secundū per sanctificationē & in vtroque testamento fit iustificatio, & sanctificatio. Vnde dicit sic dictum est quod prius veterauit. Sed quale fuit illud verus. Tale q; [habuit iustificationes culturae.] s. latræ secundum græcum. In veteri enim fuerūt quādā abluiones per quas mundabatur, nō quidē à macula peccati sed à quibusdā irregularitatē ut quibus impediebatur à cultu dei, sicut ex tactu mortui vel alicuius immundi non poterāt intrare tabernaculū, nisi expiati per aliquas abluiones. Et ideo dicebantur iustificationes culturae, quia. s. per ea fiebat idoneus ad cultū diuinū. Et de hoc habetur Leui. 22. Hiero. Iustificationes. i. abluiones, quibus purificatis licebat accedere. Sed sanctificatio eorū erat [sanctum seculare.] Seculū quādoque sumitur pro quacūq; duratione. Psal. In seculum seculi. Quādoq; significat mundū istum. 1. Ti. 4. Demas me dereliquit diligens hoc seculum. Illa ergo sanctificatio potest dici secularis, quia temporalis erat: & non perpetua. Sed litera græca nō sic accipit, quia dicit sanctum mundari. Vnde est differētia inter nouū testamētum & vetus, quia licet vtrūque sit corporale, tamē nouum cōtinet grātiā, & sacrum est, in quo sub tegumētō rerū visibilium diuina virtus salutem secretis operatur quod nō erat in veteri testamento, quoniam in se nullā continebat grātiā. Gal. 3. Quomodo iterū conuertimini ad infirma & egena elemēta? ¶ Deinde cum dicit [Tabernaculum, &c.] exponit illud quod dixit. Et primō q̄tum ad dispositionem tabernaculi. Secundō q̄tum ad ministerium sacerdotum, ibi [His verō ita, &c.] Circa primum propter intellectum literæ, sciendum est q; dominus in deserto præcepit fieri tabernaculū, quod haberet 30. cubitos vel passus in longitudine, & decē in latitudine, ita q; ostium erat ad orientē, ante quod dependebat velum super quatuor columpas, & quoddam tentorium in quo erat altare holocaustorum, sed de hoc nihil ad propositum, quia Apostolus de hoc non facit aliquam mentionem.

sed in tabernaculo versus occidentem spacio decē cubitorū longitudinis, & decē latitudinis appendebatur velū super quatuor colūnas, & istud diuidebat partē vnā decē cubitorū ab alia 20. cubitorū. Pars autē 20. cubitorū dicitur sancta, & tabernaculū primū, sed illa decē dicuntur sancta sanctorū & tabernaculū secundū. Ista distinctio dupliciter potest exponi. Vno modo, quia ea quæ fuerunt in veteri testamēto, fuerunt figura noui testamenti. Nouū etiā est figura celestis patriæ. Sic ergo per primū tabernaculum, vetus testamētum: & per secundū, nouū. Alio modo per primū tabernaculū, presens ecclesia: per secundū, celestis gloria. Inquā tum ergo significat vetus testamētum, est figura figura, sed inquārum significat presētē ecclesiā, quæ adhuc significat futurā gloriam, est figura veritatis quantū ad vtrumq; Circa hoc ergo duo facit, quia primō describit illud quod erat in primo. Secundō illud quod erat in secundo, ibi [Post velamētum.] In primo autē tria erant. s. candelabrū aureū ad meridiē, quod ita erat factū. Ex vno enim lōgo hastili procedebat lex calami quasi sex brachia. tres à dextris, & tres à sinistris. Et sic in summitate erant septē rami, & in quolibet erat vna lucerna quæ ardebat. Itē in quolibet calamo erant quatuor. s. calamus qui erat ex tribus partibus quasi tribus petis. s. cippi, spherula, & lilia: quia ibi duæ partēs iungebatur. In fine cuiuslibet partis erat quasi quidā cippus in quo duo cippi iunguntur in nucis modū, & duæ spherulæ volubiles, & duo quasi folia lili hinc & inde. Itē in parte Aquilonari erat mensa aurea in modum altaris super quā ponebantur in sabbatho 12. panes calidi, & super quemlibet thus lucidum in patena aurea. Et stabāt illi panes qui dicebantur propositiōnis vsque ad diē sabbati, vbi oportebat illos amoueri & reponerentur alij loco illorū. Itē in medio erat altare aureū ad adolendū thimiama boni odoris, & hoc ad literā, ne domus fœteret propter multitudinem immolatiōis sanguinis. Per candelabrū autē quod illuminat, & per mensam designatur ad literā, quod qui altari seruit de altari viuat. Dicit ergo [tabernaculū prius.] i. anterior pars tabernaculi [factum est, in quo erant candelabra] quæ vnū erāt q̄tum ad substātiām, sed plura q̄tum ad ramos, & hoc ad meridiē [& mensa] ad Aquilonem [& propositio panū.] i. panes propositiōnis per ypallagen, sicut perflauit fistula buccas, & ista pars [dicitur sancta.] De hoc habetur diffusē Exo. 25. 26. & 27. ¶ Deinde cum dicit [Post velamentum, &c.] Describit ea quæ erant in secūdo tabernaculo. s. [arca testamēti] de lignis sethin impuribilibus [circūiecta ex omni parte.] i. tam intus quā extra [auro.] In arca autē erant tria. s. [vna aurea habēs manna] & hoc in memoriā illius beneficii eis præstiti. Exo. 16. [Et virga Aaron quæ frōduerat.] Num. 17. In memoriā sacerdotii Aaron ne alius extraneus præsumeret accedere [Et tabula testamenti.] Exo. 25. In memoriā legis. Itē super arcam duo Cherubin qui tangebant se duabus alis, & tangebant aliis duabus latera tabernaculi. Inter duas autē alias quibus tangebant se, erat tabula aurea eius lōgitudine & latitudine, cuius & arca. s. duorum cubitorū in lōgitudine, cubiti & semis in latitudine, & erat supereminēs quæ dicebatur propiciatoriū. Vnde erat quasi sedes quæ deus exaudiret ad reprecipiandum populo. Psal. Qui sedes super Cherubin, &c. Arca verō erat quæsi cabellū pedū. Illi duo Cherubin versis vultibus ad seipos respiciebāt. Hīc autē addit Apostolus quartū. s. [thuribulū aureū] de quo dicit aliqui quod erat altare inter sancta, vt dictū est. In sancta quod erat exterius introibat sacerdos omni die, ad explorationē misteriorū, sed in sancta sanctorū sacerdos summus semel in anno cū sanguine, & tūc implebat thuribulū illud thimiama, ita quod ex fumo ascenderet nebula quæ operiret sancta sanctorum ne possent videri ab his qui extra erant. Ista ergo sunt illa quæ erant post velamētū quod erat secūdū, quod dicitur sancta sanctorū pro dignitate. dicitur virgo virginū antonomasticē, aureū habēs thuribulū, & arca in qua erat vna, &c. super quā. s. arca, nō q; haberet super eā pedes, sed alas tantum [Cherubin gloriæ.] i. gloriose facta [obubratiā propiciatoriū.] s. alis suis [de quibus] nō est modo dicēdum. I. prosequēdū [per singula.] Sed cōtrā, quia 3. Reg. 8. dicitur q; in arca nō est aliud nisi duæ tabulæ. Resp. dicen dum est q; verum est ex principali intentione, quia ad hoc fuit arca principaliter facta, sicut patet Exo. 25. ¶ Quid autē ista significant. Sciendū est q; oēs ceremonie legis ordinabantur ad vnum, secundū statū illum: ad aliud verō, secundū q; erāt figuratiua. prout. s. representabāt Christū. Quoad primum omnia instituta fuerunt ad representandū magnificentiā dei. Illa autē non representabatur, nisi in effectibus. Isti autē effectus habēt quasi duplex modū. Vnū superius. s. substātiarū incorporatū, & istud representatur per sancta sanctorum. Aliud est istius modū inferioris sensibilibus, & istud representatur per sancta. In mūdo autē superiori sūt tria. s. deus, rationes rerū, & āgeli. Deus autē omnino est incōprehēnsibilis, & ideo erat sedes sine sedēte, quā nō potest cōprehēdi à creatura nisi ex affectibus. Illa autē sedes erat propiciatoriū, vt dictū est. ¶ Angeli autē significatur per Cherubin propter sapientiā. Vnde & philosophi angelos dicunt substāntias intellectuales. Erāt duo, ad designandū q; nō erāt ibi positi ad colēdum quia dictum erat eis. Deu. 4. Audi Israel, Dominus deus tuus vnus est. Quod respiciūt in propiciatoriū designat quod nō recedūt à cōtemplatione dei. Mat. 18. Angeli eorū in celis semper vidēt faciē patris, &c. Rationes rerū signatur per arcā. Illa verō quæ sunt in hoc mundo, vel pertinet ad sapientiā quæ per tabulas significatur, vel ad potētiā quæ per virgā, vel ad bonitatē quæ per manā, quod erat dulce, quia quicquid est dulcedinis in creatura, totū est ex bonitate dei. Quia verō rationes rerum quæ sunt intelligibilibus in deo, sunt sensibilibus in creaturis corporalibus, ideo sicut in tabulis erat lumē intellectuale, ita in sanctis erat lumē corporale. Ibi manā, hīc panes. Ibi virga, hīc altare pertinet ad officium sacerdotis. ¶ Sed inquantū per ista figurabatur Christus omnia ista inueniuntur in ipso. Et primō q̄tum ad sancta. Ipse enim est candelabrum luminis. Io. 8. Ego sum lux mūdi. In isto sunt sex ordines, tres à sinistris. s. perfecti veteris testamēti, & tres à dextris. s. noui testamēti. Isti designatur Eze. 14. Per Noe prælati: per Daniel, cōtrēplatiū per Iob, actiui. Isti calami lumen accipiunt & infundunt, quia sicut dicitur 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit grātiā in alterutrum illā administrātes. Cippi sunt propinātes potū sapientiæ. Spherulæ propter promptitudinē obediētiæ. Lilia propter finē vitæ æternæ. Septē lucernæ, sunt septē dona spiritus sancti. ¶ Itē Christus est mēsa refectiōnis. Duodecim panes, sunt doctrina duodecim Apostolorum & successorū suorū, qui ponuntur in sabbato spēs vsque ad sabbatum spēs, & si interim vnus remouetur per mortē, alter substituitur. Sed in magno sabbato remouebūtur omnes. ¶ In interiori erat propitiatoriū, & Christus est propitiatio p peccatis nostris. 1. Io. 2. Duo angeli sunt duo testamēta cōcorditer Christi respicientia. Vel omnes angeli Christo seruiliēs cōcorditer & vnanimiter. Mat. 4. Accesserūt angeli &

ministrabat ei Dani. 7. Milia militū ministrabat ei supra 1. Omnes sunt administratorii spiritus. Ipsi desiderat in Christum prospicere. 1. Pet. 1. Item obstruat propitiatorium. i. Christi ecclesiam custodiunt. Vel quia ipsorum ministerio fiebat visiones & apparitiones in quibus obumbratorie figurabatur Christus. Arca aurata deliquis sethin est caro Christi pura & pretiosissima, quae & dicitur vna arca propter sapientiam, plena dulcedine diuinitatis. Tabulae sunt eius sapientia. Virga est sacerdotium eius aeternum, vel virga est potestas Christi. Manna dulcedo gratiae quae datur per sacerdotium Christi, vel per obedientiam mandatorum, sicut homo obedit potestati. Sed quia nullus habet sic gratiam quin peccet, excepto Christo & matre eius ideo necesse est habere propitiatorium. Sciendum est autē quod glo. super locū istum multū diffusē ista exponit.

lectio 2.

Ponitur officium sacerdotum in sancta & in sancto

His vero ita compositi, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes. In secundo autem semel in anno solus pontifex, non sine sanguine quem offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante spiritu sancto, nondum propalatum esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum: quae parabola est temporis instantis, iuxta quam munera & hostiae offeruntur, quae non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitias carnis usque ad tempus correctionis impensis.

Supra descripsit apostolus ea quae pertinent ad vetus testamentum quod ad dispositionem tabernaculi hic prosequitur de officio ministrorum. Et primo de his quae spectant ad sancta. Secundo autem de his quae spectant ad sancta sanctorum, ibi. In secundo autem. Ad intellectum autem litterarum huius, sciendum est quod sicut supra dictum est in parte anteriori ipsius tabernaculi circa medium erat altare thymiamatis vel incensum, quod id est, & candelabrum. Ex parte vero meridionali, & ex opposito mensa propositionis. Sacerdos ergo quolibet die manē & vespere intrabat sancta propter duo. scilicet ad parandum lucernas, & ad olendum thymiamata ut lumen & bonus odor iugiter esset in sanctis. Dicit ergo. [His.] quae pertinent ad speciem tabernaculi [ita compositis.] i. ordinatis [semper.] i. quotidie. manē. & sero [intrabant sacerdotes consummantes officia sacrificiorum] non quod in sancta sacrificarent, quia sacrificabatur super altare holocaustorum, quod erat ante fores tabernaculi sub diuo, sed adoletionem thymiamatis & deuotionem offerentium, vocat sacrificium. Deinde cum dicit [In secundo autem.] ponit officium ministrorum quantum ad sancta sanctorum. Circa quod sciendum est quod sicut dicitur Leuit. 16. Summus sacerdos in die expiationis quae fiebat decima die septimi mensis. Septembris qui septimus est a Martio nostro, qui apud Hebraeos concurrebat pro parte cum Aprili in quo incipiunt anni. Exod. 11. Mensis principium vobis mensium primus erit in mensibus anni: ipsi enim incipiunt mensium in lunatione quae semper incipit in Martio, nisi impediatur embolismus, offerebat pro se & tota domo sua virgulum, & hircum pro peccato populi, & istis immolatis accipiebat de sanguine ipsorum & implebat thuribulum prunis altaris holocaustorum quod erat in atrio ante fores tabernaculi & cum omnibus his intrabat in sancta sanctorum, & cum sanguine expiabat tabernaculum aspergendo sanguinem contra velum, & post egrediebatur. Et cum eodem sanguine lineabat cornua altaris thymiamatis: hoc autem semel in anno faciebat. Vnde dicit [In secundo autem.] tabernaculo, quod dicitur sancta sanctorum [semel in anno intrabat solus pontifex.] Glo. dicit quod pluries poterat sine sanguine, sed non cum sanguine nisi semel. De hoc tamen non habetur nisi tantum quando mouenda sunt castra, quia tunc intrabant Aaron & filii eius & inuoluebant & dispensabant onera Leuitarum, sicut patet Nume. 4. [Semel tamen in anno intrabat summus sacerdos solus cum sanguine, quando offerebat pro sua & populi ignorantia.] i. pro peccatis nostris. Proue. 14. Errant qui operantur malum. Omnis enim malus ignorat, ut habetur 3. Ethico. De hoc habetur Leuit. 16. vbi traditur ritus iste. Mystice vero per primum tabernaculum designatur praesens ecclesia in qua fideles debent seipsum sacrificare. Ro. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem. Psal. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Item debet sacrificare sua in elemosinis, infra 13. Talibus enim hostiis promeretur deus, sed in sancta sanctorum, in patriam caelestem intrat solus pontifex. scilicet Christus in anima & corpore. Tamen secundum litteram intentio apostoli est quod per sancta intelligatur vetus lex, per sancta sanctorum status noui testamenti & caelum, quia per nouam legem intratur in caelum. Et ideo subdit [Hoc significante spiritu sancto.] vbi exponit quid significatur per hoc. Et primo quantum ad vetus testamentum. Secundo quantum ad nouum, ibi [Christus assisistens.] Item in prima parte primo ponit officium ministrorum quantum ad primum. Secundo subdit positionis rationem, [iuxta quae munera.] Sciendum autem quod in primo intrabat sacerdotes quotidie: sed in secundo quod erat ultra velum, non nisi pontifex solus semel in anno. Vnde quantum ad ministros illos erant ibi duo. Vnum quod in primo quotidie intrabat. Aliud quod ante secundum erat eis velum. Vnde interpositio veli significat quod caelestia erant eis velata. Item quod non intrabat, significat quod vetus testamentum non est via intrandi caelum ante aduentum Christi. Dicit ergo, Dico quod hoc sic perfectum est hoc significante spiritu sancto. 2. Pet. 1. Non humana voluntate allata est aliquando propheta, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Et hoc est contra hereticos qui dicunt vetus testamentum non esse a spiritu sancto, sed a deo malo. Quid significat? [Nondum propalatum esse sanctorum viam adhuc priore tabernaculo.] i. veteri testamento significato per primum tabernaculum habente statum. Durare enim veteri testamento via sanctorum. scilicet Christus qui dicit Io. 14. Ego sum via. nondum venerat, ipse enim est ostium per quod patet introitus in sancta sanctorum. Io. 10. Ego sum ostium. Sed non erat propalatus, quia adhuc latebat sub figuris littere obrubratus. infra 10. Vmbra habens lex futurorum, &c. [Quae parabola est instantis.] i. praesentis [temporis.] Vel instantis. i. ducens nos ad ea quae contingunt in praesenti tempore. Deinde cum dicit [Iuxta quam.] ponit rationem quare durante statu veteris legis non patebat introitus in sancta sanctorum. In illa enim sancta nullus intrat nisi perfectus. Esa. 35. Via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus. Et ideo vbi non erat mundatio & perfectio, nec erat introitus in illam. Sed vetus testamentum non poterat perfectum facere seruientem, quia nondum erat oblatum sacrificium satisfaciens pro peccato totius humani generis. Et ideo dicit [Iuxta quam.] scilicet, vel parabolam vel figuram [offeruntur munera & hostiae.] Quod refertur ad illud quod dicit sacrificiorum officia consummantes: quia oblationes & munera quae sunt de omnibus: hostiae autem quae tantum sunt de animalibus, non offe-

rebantur in sancta sanctorum, sed in sancta vel ad fores tabernaculi. Ista autem non poterant mudare, quia non possunt facere perfectum seruientem [seruitute laetiae, quae pertinet ad cultum diuinum. Perfectum dico iuxta conscientiam.] Ipsi enim duplex mundatio. Vna a macula, & reatu peccati. Et est quantum ad conscientiam. Hoc non potest lex. Infra 10. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Esa. 1. Ne offeratis ultra sacrificium frustra, Mich. 6. Nunquid placari potest deus in milibus arietum: aut in milibus hircorum pinguium? Alia mundatio erat quantum ad culturam, vt. scilicet eis ministrare in illis sacrificiis, & sic mudabat. Sed nunquid in veteri lege fuerunt multi perfecti? Et videtur quod sic. Dicit enim Abraham Gene. 17. Ambula coram me & esto perfectus. Moyses etiam & multi alij valde sancti & perfecti fuerunt. Respondeo, dicens quod licet tunc multi perfecti & sancti fuerint, hoc tamen non fuit ex operibus legis, supra 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Sed hoc fuit per fidem Christi Gen. 15. Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Hoc ergo non erat virtute cerimoniarum aut legalium. Vnde frequenter ibi dicitur. Orabit pro eo sacerdos & dimittetur illi. Leui. 5. Et in multis aliis locis. Quod ergo mundaret, hoc erat ex fide. Sed in nouo testamento dicitur Mar. vlti. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Sine sacramentis enim nouae legis non est salus. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Sed quare non mundabant conscientiam? quia consistebant in cibis & potibus, peccatum vero est in conscientia. Illud autem quod est purae corporale non mundat animam, quia non agit in animam. In sacrificiis autem illis erant cibi & potus, &c. quae pertinent ad corpus, & ideo non poterant mundare conscientiam: Dicit ergo [in cibis & potibus.] i. in discretionem ciborum & potuum interdictorum in veteri lege, quia abstinere ab his non mundat conscientiam, vel vt hoc referatur ad vsum sacrificiorum, quia comedebatur a sacerdotibus illa quae offerebantur pro peccatis, & ab aliis quae pro aliis. Ista enim non mundabant conscientiam. Hier. 11. Nunquid carnes sanctae auferet a te malicias tuas? [Et variis baptismatibus.] i. lotionibus, quia sicut dicitur Mar. 7. Iudaei seruabant baptismata calicum & vrcorum, & a foro redeunt non comedit nisi baptizetur. Contra quos dicit dominus Mar. 23. Vae vobis scribae & Pharisei hypocritae, qui mundatis quod de foris est calicis & parapsidis, intus autem estis pleni rapina & immunditia. Veruntamen apostolus non loquitur hic de superstitionibus Phariseorum, & ideo oportet currere ad alias lotiones praecipuas in lege: sicut est de aqua in qua lauantur sacerdotes, & de aqua purificationis in mundatione leprosi vel polluti. Vnde frequenter dicitur. Lauabant vestimenta sua, &c. Et haec dicitur hic baptismata [Er iustitias carnis] hoc addit vniuersaliter de omnibus. Vocat ista cerimonialia iustitias carnis. i. carnales, quia pertinebant tantum ad corporalem munditiam, nec erat in eis aliqua virtus spiritualis. Er ne aliquis dicat, quare ergo instituta sunt si non poterant perficere, quia iam videretur quod deus ea inutiliter instituerit. Hoc remouet cum dicit [Vsq; ad tempus correctionis impolitris.] q. d. Hoc verum est quod fuisse inuoluntate instituta si semper deberent durare. Sed sicut puero primo oportet dare paedagogum, quando autem iam peruenit ad aetatem perfectam, tunc datur ei modus se habendi secundum iudicium rectoris reipublicae. Ita in veteri lege ea quae spectant ad imperfectiorem instituta fuerunt, sed quando venit tempus perfectum, tunc debuerunt institui illa quae ducunt ad perfectionem. Et ideo dicit, Vsq; ad tempus correctionis, id est, in quo corrigeretur: non quidem sicut mala, sed sicut imperfecta. Lex enim bona est. Ro. 7. Psalmist. Superuenit mansuetudo, & corripimur.

lectio 3.

Christus autem assisistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum id est, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum, aut taurorum, & cinis vitulae aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quando magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum deo viuenti.

Ingressus summi sacerdotis in sancta & in sancto applicatur ad Christum, & nouum testamentum hoc enim significabat.

Supra posuit apostolus significationem eorum, quae pertinent ad vetus testamentum & primum tabernaculum: hic ponit conditiones eorum, quae pertinent ad secundum tabernaculum, quod representabat nouum testamentum. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit illam significationem. Secundo probat quod dicta sunt de secundo tabernaculo. scilicet quis intrabat, quia solus pontifex. Secundo dignitas & conditio loci quo intrabat, quia dicebatur sancta sanctorum. Tertio quomodo intrabat, quia cum sanguine. Quarto quando intrabat, quia semel in anno. Quinto quare intrabat, quia pro expiatione peccatorum. Hic autem apostolus illa quinque explicat. Et primo quis sit ille qui intrat, quia Christus. Pontifex enim est princeps sacerdotum. Talis autem est Christus, primae Petri quinto. Cum apparuerit princeps pastorum, &c. supra 4. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit caelos Iesum, &c. Si quilibet pontifex dispensator est alicuius testamenti. In quolibet autem testamento duo consideranda sunt, scilicet finis repromissus in illo testamento. Bona autem repromissa in veteri testamento erant bona temporalia. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terrae comedetis. Ille ergo pontifex erat bonorum temporalium. Sed Christus est pontifex bonorum caelestium. Matth. quinto, Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis [Est ergo pontifex futurorum bonorum.] quia per pontificatum eius introducitur in bona futura. Psalmist. Replebimur in bonis domus tuae. Item in veteri dispensabantur figuralia, sed Christus dispensat spiritualia quae per illa figurabantur. Lucę vndecimo. Pater vester de caelis dabit spiritum bonum petentibus se. Sic ergo per bona futura possunt intelligi vel bona caelestia, & hoc respectu noui testamenti. Vel bona spiritualia respectu veteris quod eorum figura erat. Ille pontifex non est negligens, sed [assisistens.] Pontifex enim mediator est inter deum & populum: Christus vero mediator est primę Timo. 2. Mediator dei & hominum Christus Iesus. Deutero. 3. Ego in medius & sequester fui inter dominum & vos. Er ideo ipse assisistit patri ad interpellandum pro nobis: supra 7. Romano. 8. Christus Iesus qui etiam interpellat pro nobis. Item assisistens nobis ad auxiliandum. Psalmist. A dextris est mihi ne commouear. Actuum 7. Ecce video caelos apertos & Iesum stantem a dextris dei. Sic ergo patet quis intrabat. Secundo ostendit dignitatem interioris tabernaculi, quia dicit [Per amplius] & conditionem, quia & [perfectius] utpote quia est

immobile. Esa. 33. Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentam, tabernaculum quod nequaquā vltra transferri poterit. Hoc autem est tabernaculum celestis gloriæ. ps. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Dicitur autem tabernaculum, quia est locus peregrinorum. Non enim debetur nobis ex conditione nature. sed tantum per gratiam. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, in requie opulenta. Est ergo per amplius propter multitudinem bonorum immensam, quod designatur in autoritate prædicta, Sedebit, &c. Baruch 3. O Israel quā magna est domus dei. Illud autem quod dicitur per amplius dupliciter legitur. Vno modo quod sit vna dictio quasi valde per amplius, & sic constituitur litera, Christus assitens pontifex futurorum bonorum introiuit in sancta sanctorum, dico quæ sunt tabernaculū per amplius. Alio modo, quod ly per, sit prepositio quod magis exprimitur in græco, & tunc constituitur sic, Christus introiuit in sancta per tabernaculum amplius, i. magis amplum & perfectum. Item perfectius, quia ibi cessabit omnis imperfectio. 1. Cor. 3. Cūm venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Item est alterius conditionis, quia istud factum fuit manu hominis, hoc autem non: sed manu dei. Exo. 15. Sanctuarium tuum domine quod fundauerunt manus tuæ dominus, &c. 2. Corin. 5. Scimus enim, quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, & ædificationem habemus ex deo domum non manufactam, sed æternam in caelis. Infrā 11. Expectabar enim fundamenta habentē ciuitatem, cuius artifex est & conditor deus. Et ideo dicitur Non manufactum. I. non huius creationis, quia non est manufactum, sicut vetus: nec est huius creatiois. i. in bonis sensibilibus creatis, sed est in bonis spiritualibus. ¶ Vel per tabernaculū potest Christi corpus intelligi in quo contra diabolū pugnavit. ps. In sole posuit tabernaculum suū. Quod est per amplius: quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Collo. 1. Item perfectus est, quia vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratiæ & veritatis. Ioan. 1. Item non manufactū, quia non ex vitili semine. Dan. 2. Abscisus est lapis de monte sine manibus. ¶ Tertio ostendit quomodo intrabat, quia non sine sanguine, sed ille cum sanguine vitulorum & hircorum, sicut dicitur. Leui. 16. Christi verò non sic. s. sanguine alieno, ideo dicitur Non quæ per san. hir. aut vitulorum, sed per propriū sanguinem] quem pro salute nostra immolauit in cruce. Mat. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Dicit autem pluraliter vitulorum & hircorum] non quod simul essent plures, sed quia per diuersos annos pluries intrabat. Christus autē significatur per hircum propter similitudinē carnis peccati. Ro. 8. Item per vitulū propter fortitudinē. Et quia vitur duobus testamentis tanquā duobus cornibus. Abac. 3. Cornua in manibus eius. Quartū quando intrabat: quia semel in anno, Christus autem per totum tempus quod est quasi vnus annus] introiuit semel in sancta] & semel etiam fudit sanguinē suū. 1. Pe. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Ro. 6. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Item semel intrauit, nam ex quo intrauit caelestia, semper est ibi. Et ideo dicit quod intrauit semel in sancta. ¶ Quinto ostendit quare intrauit, quia ad offerendū pro populi ignorantia, nō pro sua quia non habebat. Sanguis enim Christi magis quā ille valet ad hoc, quia per ipsum] inuenta est æterna redemptio.] q. d. Per istum sanguinem redempti sumus, & hoc in perpetuum, quia virtus eius est infinita. Infrā 10. Vna oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. Psal. Redemptionem misit dominus populo suo. Hoc autem quod dicitur] inuenta] ad duo potest referri. s. & ad desiderū dei quod habebat de salute nostra. Job 33. Inueni in quo ei propicietur. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. Item ad desiderium patrum quo desiderabant redimi. Nullus autem inuenit modū ita congruum sicut Christus. Et ideo si gnanter dicit inuenta. ¶ Deinde cūm dicitur] Si enim sanguis, &c.] Probat vnū quod supposuit. Cūm vltimū. Aeterna redēptione inuenta. q. d. Ita dixi quod per propriū sanguinē fecit æternā redēptionē, in quo apparere eius maxima efficacia. Quod autē ita sit probato per locum à minori. quia si sanguis brutorū animalium faciebat quod min⁹ est, sanguis Christi poterit facere quod maius est. Vnde circa hoc facit duo. Primū em ponit antecedens. Secundū consequens, ibi] Quantū magis sanguis Christi.] Circa primū sciendum est quod in veteri lege erat duplex mūdario. Vna quæ fiebat in die expiationis, de qua habetur. Leui. 16. Et de ista iam dictū est. Et ista videbatur directē ordinari ad emundationē à peccato. Alia erat cōtra irregularitatē legis de qua dicitur Nume. 16. Quod præcepit dominus quod Elcazar acciperet vaccam ruffam à Moyse sine macula ataris inregræ quæ non traxisset iugum, & eductam extra castra immolaret in cōspectu populi, & tingeret digitum in sanguine eius & aspergeret septies contra tabernaculum & quod cōbureret totam. s. carnem, pellem: & etiam fimum eius cum yfopo, ligno cedrino & cocco bis tincto, quo factō vir mundus colligebat cineres & in loco mundo effundebat extra castra. Et de ipsis ponebantur in aqua, qua immundus, qui. s. retigisset cadaver mortui, aspergebatur die tertio & septimo cū yfopo, & ita mundabatur, nec aliter poterat mundari. Ista est sentētia Apostoli. Itaque quātum ad primū dicitur] Si enim sanguis hircorum aut taurorū.] Quantum verò ad secundū dicitur] Et cinis vitulæ aspersus sanctificat inquinatos] non gratiā conferendo, sed] ad emundationem carnis.] i. ab irregularitate qua carnaliter impediabantur, quasi immūdi à cultu diuino non tamen auferebant peccata. Sed tantum vt dicit Augustinus, aliquādo virtute illius asperfusionis mūdabantur à lepra corporali. Et ideo dicit, Ad emundationem carnis. ¶ Deinde cūm dicitur] Quātū magis, &c.] Ponit cōsequēs q. d. Si sanguis & cinis hoc possunt, quid poterit sanguis Christi? Certē multo plus. Et ponit Apostolus tria quæ ostendūt efficaciam sanguinis Christi. Primū quis est ille cuius est sanguis iste, quia. s. est Christus. Ex quo patet quod eius sanguis mundat. Mat. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. Secundū causam quare Christus sanguinem suum fudit, quia hoc fuit spiritus sanctus cuius motu & instinctu. s. charitate dei, & proximi, hoc fecit. Esa. 49. Cūm venerit quasi fluius violentus quem spiritus domini cogit. Spiritus autem mundat. Esa. 4. Si abluerit dominus sordes filiarum Syon, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii & spiritu ardoris. Et ideo dicitur] Per spiritum sanctum obtulit semetipsum] Eph. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorē suauitatis. Tertio conditionem eius, quia est immaculatus. Exo. 12. Erat agnus absque macula maculis anniculos. Ecclesi. 34. Ab immundo quis mundabitur? Sed nunquid sacerdos immundus potest mundare? Respondeo, dicendum est quod non, si ageret in propria virtute: sed agit virtute sanguinis Christi, qui est sicut causa prima. Et

ideo non egisset nisi fuisset immaculatus. ¶ Sciendum tamen quod sanguis illorum animalium mundabat tantum ab exteriori macula. s. à contactu mortui, sed sanguis Christi mundat interius cōscientiam quod fit per fidem. A. & 15. Fide purificans corda eorum, in quantum. s. facit credere quod omnes qui Christo adherent per sanguinem eius mundantur. Ergo iste emundabat cōscientiam. Itē ille mundat à tactu mortui, sed iste ab operibus mortuis. s. peccatis quæ tollunt deum ab anima, cuius vita est per vnionem charitatis. Itē ille mundabat vt possent accedere ad figurale ministeriū, sed sanguis Christi ad spirituale obsequium dei. ps. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Et ideo dicitur] Ad feruendū deo.] Itē deus est vita. Io. 14. Ego sum vita. Et Deut. 32. Viuo ego in æternū. Conueniens ergo est vt feruens ei sit viuens. Ideo dicitur] viuenti.] Et secundū rectorem vel iudicem populi, sic & ministri eius, vt dicitur Ecclesi. 10. Qui ergo vult deo dignè seruire, debet esse viuens sicut, & ipse. Totam istā figurā diligenter exponit glo. & est Augustini de quæstionibus numeri.

Lectio 4.

Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum prauaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt, æternæ hereditatis. Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim, in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuus qui testator est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & yfopo, ipsū quoque librum & omnem populum asperxit, dicens, Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerii sanguine asperxit. Et omnia penè in sanguine secundum legem mundantur: sine sanguinis effusione non fit remissio. ¶ Suprà exposuit Apostolus illa quæ agebatur in veteri testamento, & aperuit illorū mylticā expositionem, hic ex his arguit ad propositum. s. quod nouū testamētū præferretur veteri: quia potest quod nō poterat verus. Et circa hoc facit duo. Primū enim proponit conclusionē intentam. Secundū probat quoddā quod supposuerat, ibi] Vbi enim testamētū.] Iterū prima in duas. Primū enim cōcludit ex dictis quod Christi⁹ est mediator. Secundū hoc ostendit nō potuisse vetus testamētū, ibi] Quæ erāt sub priori.] Dicit ergo. [Et ideo] quia. s. Christus intrauit in sancta, æterna redēptione inuenta. i. perducēs ad æterna, quod vetus nō poterat facere, vnde oportet quod istud testamētū sit aliud ab illo, sicut nouū à veteri. Hier. 31. Feriam domui Israel & domui Iuda, &c. Apo. 25. Ecce noua facio omnia] Ideo huius noui testamēti mediator est Christus] inter deum & hominem. 1. Tim. 2. Mediator dei & hominū, homo Christus Iesus. In omni autē testamēto est aliquid, quod promittitur & aliquid per quod testamētū cōfirmatur. In nouo autē testamēto promittuntur caelestia & spiritualia. Itē ista promissio per mortē Christi cōfirmata est. Et ideo Christus mediator est noui testamenti, vt repromissionē æternæ beatitudinis ac hereditatis æternæ] recipiāt qui vocati sunt.] Et dicit vocati, quia hoc munus non est ex operibus, sed ex vocatione dei. Ro. 8. Quos autē prædestinauit hos & vocauit. 1. Thessa. 2. Cōtestati sumus vt ambularetis dignè deo, qui vocauit vos in suū regnū & gloriam. Vnde dicit, Aeternæ hereditatis. i. æternæ gloriæ, quæ est hereditas nostra. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spē viuā per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis, in hereditatē incorruptibile, & incōtaminatā & immarcescibile cōseruatā in cælis. ps. Ecce hereditas domini. Itē dominus pars hereditatis meæ. Ista autē hereditatē habemus per mortē Christi. Vnde dicitur] Vt morte intercedere.] 1. Pet. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionem hereditare possideris. Huius mortis effectus est redēptio à prauaricatione peccati. 1. Pet. Nō corruptibilibus auro & argento redēpti estis de vestra vana conuersatione, sed pretio sanguinis agni immaculati. Sed nūquid in veteri testamento poterat fieri ista redēptio à peccatis? Et respōdet quod nō, quia illæ prauaricationes erāt sub priori testamēto.] q. d. Quia virtute sacramentorū prioris testamēti remoueri non poterāt. Ro. 3. Causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse. Sed cōtra, quia Dauid & multi alii sancti habuerūt remissionē peccatorū. Respondeo, dicendū est quod quātum ad istū effectū, qui est introitus cæli, nō, quia per mortē Christi aperta est ianuā vitæ. Nullus enim ante mortē Christi intrauit. Zach. 9. Tu verò in sanguine testamēti tui eduxisti vincitos tuos de lacu in quo non est aqua. Sed quātum ad maculā, sic ipsi cōsecuti sunt: sed nō virtute sacramentorū veteris legis, sed in fide Christi. Sic ergo nouū testamētū est excellētius quā vetus, quia cōfirmatū est morte Christi, per quā remittuntur peccata, & quia exhibet promissionē. ¶ Deinde cūm dicitur] Vbi enim testamentū.] Probat illud quod supposuit. s. quod nouū testamētū sit cōfirmatū per mortē Christi, Et primū] probat hoc per autoritatē legis humane. Secundū per autoritatē legis diuina, ibi] Vnde nūc primū.] Dicit ergo. Dictū est quod nouū testamētū cōfirmatur per mortē Christi intercedentē, quia] ad hoc quod testamentū valeat oportet quod mors testatoris interueniat] ideo nouū testamētum nō haberet robur, nisi interuenisset mors Christi. Vnde ille dixit. Io. 11. Expedit vobis vt vnus moriatur homō pro populo. Mors autē ad duo necessaria est. Primū vt testamētū habeat firmitatē, quia cū sit expressiū vltimæ voluntatis, potest semper mutari ante mortē. Vnde dicitur] testamētū cōfirmatū est in mortuis.] i. per mortē. Et isto modo cōfirmatum est nouū testamētū per mortē Christi. Mat. 26. Hic est sanguis meus noui testamēti. s. cōfirmator & dedicatōr. Secundū necessaria est mors testatoris ad hoc vt testamētū valeat & habeat efficaciam. Vnde dicitur] Alioquin nōdū valet.] quia null⁹ potest petere aliquid, nec etiā heres hereditatē ex vi testamēti, nisi post mortē testatoris. Ideo Christus voluit mortē suā pro nobis interponere. ¶ Deinde cū dicitur] Vnde nec primū.] Hoc idē probat per autoritatē legis diuina. s. per illud quod habetur in veteri testamēto. Et circa hoc duo facit. Primū enim ostendit cōuenientiam inter vnū quod testamētū. Secundū ostendit differentiam, ibi] Necessē est ergo.] Circa primū duo facit, quia primū proponit. Secundū manifestat ibi] Lecto enim.] Dicit ergo. Ita dictū est quod ad hoc quod testamētū valeat necesse est quod mors testatoris interueniat. Nec hoc debet videri mirū, quia] nec primū testamētū dedicatū.] i. confirmatū est sine sanguine. Ille autē sanguis figurabat sanguinem Christi. Omnia enim in figura cōtingebāt illis. 1. Cor. 10. ¶ Deinde cū dicitur] Lecto enim.] Probat propositum. s. quod illud testamētum nō est cōfirmatū sine sanguine. Et probat hoc quātum ad tria in quibus fuit vnus sanguinis. Primū quātum ad legis additionem. Secundū quātum ad tabernaculi consecrationem, ibi] Etiam tabernaculū.] Tertio quantum ad vasorum expiationem, ibi] Et omnia penè in sanguine.] Circa primum sciendum

est q̄ Apostolus tangit hic hystoriam quæ habetur. Exo. 24. Vbi dicitur q̄ postquam Moyses legerat co-
ram populo mandata domini, ipsiq̄ respondentibus, omnia quæ locutus est dominus facimus & erimus
obedientes. Accipit Moyses sanguinem quem præceperat seruare de duodecim vitulis, & asperfit librū le-
gis & populum quasi in confirmatione testamenti. Et ideo dicit, Lecto enim omni mādato, &c. quia necesse
sarium fuit vt legeretur. Illa enim lectio fuit legis promulgatio. Oportebat enim legem promulgari [Acci-
piens, &c.] Hic est duplex obiectio literalis. Vna quia Exo. 24. Nulla fit mentio de hirco, sed de. 12. vitulis.
Secundò quia ibi etiam non fit mentio de aqua & cocco & yfopo. Responso ad ista duo est duplex. Vna. s.
quia Apostolus nutritus erat in lege. Vnde sciebat q̄ ille vsus erat in emundationibus secundum legē quòd
asperfito fiebat de sanguine hircorum & vitulorum & aqua admixta cum yfopo & lana coccinea tanquam
asperforio, & ideo licet non agatur de his in Exodo, tamen Apostolus hoc accepit ex consuetudine ritus le-
galis. Vel potest dici, q̄ ista fuit prima consecratio. Et ideo quali virtute continebantur in ipsa alia sanctifi-
cationes futuræ, inter quas potissimè fuit illa quæ fiebat in die expiationis, de qua. Leui. 16. Et alia de vitula
rufa. Nume. 16. In prima autè erat sanguis vituli & hirci. In secunda verò aqua & lana coccinea & yfopus.
Quia ergo illa prima continebat istas duas, ideo Apostolus totū retulit ad istam. Dicit ergo [Accipiens san-
guinem, &c.] librum & omnem populum asperfit, dicens [Hic est sanguis testamenti quòd mādauit ad vos
deus]. s. confirmator testamenti. Ecclesi. 24. Legem mandauit nobis Moyses in præceptis iustitiarum. Ille
enim sanguis fuit figura sanguinis Christi, per quem nouum testamentū confirmatum est. Et ideo, Christus
verbis istis vsus est. Mat. 26. Hic est sanguis noui testamenti confirmatiuus. [Figurabatur autem per san-
guinem hirci propter similitudinem carnis peccati, & vituli propter fortitudinem. Miscetur autè cū aqua,
quia baptismus à sanguine Christi efficaciam habet: aspergitur autè cū yfopo qui mundat peccus, per quod
significatur fides. Act. 17. Fide purificans corda eorum. Et lana coccinea, quæ est rubei coloris, per quam si-
gnificatur charitas. Can. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus, quia per fidem & dilectionem passionis
Christi mūdatur populus. Aspergitur & liber legis, quia passio Christi adimpleuit legem. Io. 19. Cōsumma-
tum est. Mat. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere. Deinde cum dicit [Etiam tabernaculum.] Ponit
consecrationem tabernaculi, quia [tabernaculum & omnium vasa ministeriorum similiter asperfit sangui-
ne.] Sed contrā, quia nondum factum erat tabernaculum, sed. 25. cap. mandatur de consecratione taberna-
culi. Respondeo, dicendum est q̄ licet non sit idem sanguis quo asperfitur est populus & tabernaculū, tamè
etiam tabernaculum [mundatum est sanguine.] Vnde potest sic construī, vsus est sanguine, etiam quādo san-
ctificauit tabernaculum. Sed contrā, quia Numeri & Leuiti. 8. dicitur quòd vnxit tabernaculū oleo. Respo-
deo, dicendum est q̄ non loquitur de illa sanctificatione qua primò cōsecratum est tabernaculum & vasa
eius, sed de illa quæ fiebat in die expiationis. Vel melius dicendum est q̄ etiam in prima vsus est sanguine,
quia ibi dicitur q̄ vnxit illud oleo, & postea quòd asperfit. Oleum autem non est aspersum, vnde intelli-
gitur quòd primò vnxit illud: & postea asperfit sanguine. Et ista duo sunt necessaria ad sanctificationem. s.
vires sanguinis Christi, & oleum misericordiae, quibus sanctificatur tabernaculum. i. ecclesia, & vasa. i. mi-
nistri. Deinde cū dicit [Et omnia penè in san. se. le. mundantur.] Exequitur de cæteris mundationibus le-
galibus. Erat autem duplex mandatio. Vna à corporali macula sicut lepra, Alia à spirituali. s. peccato: primò
poterat pertinere ad res manifestas, sicut patet de lepra donorum. Et mundatio ab ista immunditia fiebat
cum sanguine animalis immolati, vel aqua expiationis, quæ erat confecta cū sanguine vitulæ rufæ. Et ideo
dicit [Penè omnia] & non omnia simpliciter, vel penè omnia ita quòd ly, penè sit determinatiuū de ly mū-
dantur, id est penè mundantur, quia non perfectè mundabantur sanguine, quia vt dicitur. Nume. 31. Quic-
quid potest ignem sustinere purgatur per ignem: quæ verò non poterant, purgantur aqua expiationis. Sed
ad mundationem à macula peccati, necessaria est sanguinis effusio, quia requirebantur ad sacrificiū. Et ideo
dicit q̄ [sine sanguinis effusione nō fit peccatorū remissio] Per quod figuratur q̄ remissio peccati erat fi-
da per sanguinem Christi. Vnde in veteri lege non virtute sacramenti, sed virtute fidei Christi fiebat remis-
sio peccatorum. Vnde frequenter ibi dicitur. Rogabit pro eo sacerdos, & remittetur.

Lectio 5.

Ostenditur esse meliorem perfectior mundatio in nouo testamento quam in veteri.
Necessè est ergo exemplaria quidem celestium, his mundari: ipsa autem celestia, melioribus hostiis quàm istis. Non enim in
manifecta Iesus introiit, exemplaria verorum: sed in ipsum celum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Neque vna
pe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno: alioquin oportet
bat eum frequenter pari ab origine mundi: nunc autem semel in consummatione seculorum ad destinationem peccati, per ho-
stiam suam apparuit. Et quemadmodum statuitur est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic et Christus semel obla-
tus est ad multorum exhaerenda peccata, secundò sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem.

Suprà ostendit Apostolus quid sit commune nouo & veteri testamento, inquantū vetus & nouum cōue-
niunt, hīc ostendit differentiam vtriusq̄. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit q̄ in nouo est melior
mundatio. Secundò quomodo perfectior, ibi [Neque vt sape] Iterum prima in duas. Primò enim ostendit
q̄ q̄tum ad illud quòd mūdatur, & q̄tum ad id quòd mūdatio efficitur, sit melior mundatio in nouo. Secun-
dò manifestat quòd dixit, ibi [Nō enim in manufacta.] Dicit ergo [Necessè est ergo exemplaria celestia.] s.
ipsum tabernaculū quòd quoad nos, est exēplar, licet simpliciter sit exēplariū & figura illius, & ideo minoris
dignitatis, quia figuratū nobilior est quā figura, sicut corpus quā vmbra [his. s. sacrificiis mundari.] Ipsa au-
tem celestia. s. nouū testamētū [melioribus hostiis quā istis] melioribus quidē, quia alia mundabantur san-
guine animalium, sed in nouo testamento fit mundatio sanguine Christi. Semper autē meliora melioribus
mundantur. Ista autem erant celestia. i. figura celestia. Si ergo illa mundabantur sanguine, oportet ista cœ-
lestia mundari meliori sanguine. Sed cōtrā, In celo nulla est immunditia. Respondeo. Dicendū est quòd cœ-
lestia intelliguntur secundū glo. ca quæ perrinēt ad statum præsentis ecclesiæ: quæ dicuntur celestia. Itē ho-
mines fideles gerunt imaginē celestia, inquantū mēte cōuertantur in celis. Vel aliter & meli⁹, q̄ per celestia
intelligatur celestis patria. Et loquitur hīc Apostol⁹ eo modo quo i veteri testamēto dicebātur emūdari taber-

naulum, non quòd haberet in se aliquam immunditiam, sed quia mundabantur quædam irregularitates,
quibus impediabantur accedere ad sanctuarium. Et dicuntur mundari celestia, inquantum per sacramentū
nouæ legis purgantur peccata quæ impediunt ab ingressu celestium. Item dicit, Hostiis in plurali. Contrā,
quia tantum est vna hostia Christi, infra 10. Vna enim oblatio consummavit in æternum sanctificatos.
Respondeo, licet vna sit in se, tamen pluribus hostiis veteris legis figurabatur. Ex hoc loco habetur quòd
hostiæ veteris legis erant bonæ. Melius enim non dicitur nisi respectu boni. Deinde cum dicit [Non enim
in manufactis, &c.] Ostendit quòd celestia mundantur melioribus hostiis. Pontifex enim expiabat
sanctuarium quòd erat manufactū, sed [Christus intrauit non in manufacta sancta.] quæ erant quo ad nos
[exemplaria verorum, sed in ipsum celum.] quòd non in se, sed quo ad nos expiavit, vt dictum est, sed nō
expiavit carnalibus hostiis, quia Christus non venit ad offerendum talia. Psal. Holocaustum & pro peccato
non postulasti. Item, holocaustis non delectaberis. Item supra 7. Manifestum q̄ de tribu Iuda ortus est do-
minus de qua nullus præsto fuit altario, sed deus oīa videat? Respondeo. Dicendū q̄ sicut Aug. loquēs deo dicit,
sumptus est in celum. Act. 1. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in celum. Sed quare? [Vt appareat pro no-
bis vultui dei.] Et loquitur Apostolus alludendo ritui veteris legis secundum quam pontifex qui intrabat
sancta sanctorum, stabat coram propiciatorio vt oraret pro populo, ita & Christus intrauit celum secundū
q̄ homo, vt astatet deo pro salute nostra. Sed ista differenter, quia sacerdos impediēte fumo qui ascende-
bat de thuribulo non videbat sancta sanctorum, nec videbat aliquem vultum, sed Christus apparet vultui
dei, non q̄ sit sibi facies corporalis, nec aliqua nebula, sed cognitio manifesta. Sed nunquid xps existens in
terra, nō poterat apparere vultui dei, cū deus oīa videat? Respondeo. Dicendū q̄ sicut Aug. loquēs deo dicit,
mecū eras, & recū non erā, quia. s. deus est in oībus per essentia, præsentia, & potētia. mali autē non sunt cū
deo per gratia, ita dicitur Christus introiit vt appareat vultui dei: quia licet semp videret eū clara visione,
vt perfectè beatus, tamē status viatoris inquantū huiusmodi nō habet hoc, sed tantū status celestis. Et ideo
quòlo ascendit perfectè beatus in corpore & anima intrauit, vt appareat vultui dei. i. intrauit locū vbi deus
manifestè videtur, & hoc pro nobis. Ad hoc enim ascendit vt pararet nobis viam. Ioan. 14. Vado parare
vobis locum. Item iterum veniam & assumam vos ad meipsum. Mich. 12. Ascendit pandens iter ante eos.
Corpus enim debet sequi caput suum. Matth. 24. Vbi unquē fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.
Deinde cum dicit [Neque vt sape.] Ostendit q̄ mundatio noui testamenti est perfectior quàm veteris.
Hoc autem ostendit per duo. Primò per hoc q̄ illa reiterabatur quolibet anno, hæc autem tantum semel.
Item quantū ad effectum, quia illa non poterat auferre peccata, quòd ista potest. Circa hoc ergo duo facit.
Primò enim ostendit primū. Secundò secundum, ibi [Vmbra habens.] Sciendum est autē q̄ Apostolus
suprà dixerat tria de Cristo. Primò. s. q̄ pontifex. Secundò quæ sit dignitas loci quem intrauit. Terriò
quomodo introiit, hīc declarat quando intrauit, quia sicut pontifex legalis semel in anno, Christus semel
tantum. Et hoc erat quartum. Vnde circa hoc tria facit. Primò enim ostendit quid fiebat in veteri testamen-
to. Secundò quòd esset inconueniens istud fieri in nouo testamento, ibi [Alioquin.] Terriò ostendit quid
fiat in nouo testamento, ibi [Nunc autem semel.] In veteri enim testamento pontifex licet nō intraret nisi
tantum semel in anno, tamen quolibet anno ex præcepto legis oportebat ipsum intrare cum sanguine alie-
no, sicut dicitur. Leui. 16. Christus autem intrauit non in manu facta, &c. [nec vt sape offerat seipsum] que-
admodum pontifex intrabat in sancta per singulos annos cū sanguine alieno. Deinde cum dicit [Alioquin
oportebat, &c.] probat quòd esset inconueniens istud fieri in nouo testamento, quia sequeretur maximū
inconueniens, quia cum Christus intraret per proprium sanguinem [sequeretur q̄ oportuisset eum frequē-
ter pari ab origine mundi.] Non sic autem est de veteri hostia, quia illa offerebatur pro peccatis filiorum
Israel. Ille autem populus in cœpit spiritualiter quando data fuit lex, & ideo non oportet eam offerri ab ori-
gine mūdi. Christus autem seipsum obtulit pro peccatis totius mundi, quia ipse propiciatio nostra factus
est pro peccatis nostris, & totius mundi, primæ Ioannis secundo. Et sic si sape offerretur, oportuisset ip-
sum nasci, & pari ab origine mundi, quòd fuisset maximum inconueniens. Sed contrā. Apocalyp. deci-
moterrio. Agnus qui occisus est ab origine mundi. Respondeo verum est, occisus, id est, præfiguratus ab
origine mundi occisi, sicut in occasione Abel. Deinde cum dicit [Nunc autem.] Ostendit quid fiat in no-
uo, & circa hoc facit duo. Primò quare non iteratur hostia in nouo testamento, dat duas causas. Secundò
explicat eas, ibi [Et quemadmodum, &c.] Dicit ergo. [Nunc ergo Christus semel apparuit in consumma-
tione seculorum.] 1. Cor. 10. Nos sumus in quos fines seculorum deueniunt. Et hoc dicit propter nume-
rum annorum, quia iam sunt plus quàm mille anni ex quo hoc dixit. Aetates enim mundi accipiuntur se-
cundum ætates hominis, quæ principaliter distinguuntur secundum statum proficiendi, non secundū nu-
merum annorum. Ita prima ætas fuit ante diluuium in qua nec lex scripta, nec punitio, sicut infantia. Alia à
Noe vsque ad Abraham, & sic de aliis, ita q̄ vltima ætas est status præfens, post quem non est alius status, sicut
nec post senium. Sicut autem in aliis ætatibus est numerus annorum determinatus, non autem in senio,
quia senium incipit à 60. anno, & aliqui viuunt per. 100. & 20. annos, ita non est determinatum, quantum
iste status mundi debeat durare, tamen est consummatio seculorum, quia nō restat alius ad salutē. In isto
autem Christus semel apparuit, cuius ponit duas rationes, quia. s. semel tantum offerebatur. Prima est, quia
in veteri testamento non auferebantur peccata, quòd fit per hostiam Christi. Alia est, quia sacerdos legalis
non offerebat proprium sanguinem, sicut Christus. Vnde dicit q̄ [apparuit ad destinationē peccati per ho-
stiam.] s. suisus, & ideo illa reiteratur, non autem ista. 1. Petri 3. Christus semel pro peccatis nostris mor-
tuus est. Deinde cum dicit [Et quemadmodum.] Explicat istas rationes, Et primò secundam. Secundò
primam, ibi [Vmbra habens lex.] Secundam explicat per similitudinem aliorum hominum. Vnde circa
hoc facit duo. Primò enim ostendit quid accidit aliis hominibus. Secundò ostendit quid accidit Christo,
ibi [Sic & Christus semel.] In quolibet enim homine duo inuenimus, scilicet necessitatem moriendi. Itē q̄
refurgat, non vt emundet, sed vt iudicetur de factis eius. Primum tangit cum dicit [Et quemadmodum
statutum est ho. se. mori.] Sed contrā, videtur q̄ hoc non sit statutū, sed magis homo peccando hoc fecerit,

quia Sap. 1. dicitur quod deus mortem nec fecit, non latatur in perdicione viuorum. Et paulò post. Impii autem manibus & verbis accerserunt sibi illam. Respondeo. Dicendum est quod in morte tria sunt consideranda. scilicet causa naturalis, & quantum ad hoc ex conditione naturæ, statutum est hominem semel mori, in quantum componitur ex contrariis. Secundò donum inditum, & quantum ad hoc in conditionem datum est homini beneficium originalis iustitiæ, per quam anima continebat corpus vt posset non mori. Tertio meritum mortis, & sic homo peccando meruit illud beneficium amittere, & sic mortem incurrit. Vnde dicitur quod impii manibus. scilicet pomum vetitum contrectando, accerserunt mortem. Homo ergo demerendo causa est mortis, sed deus vt iudex. Stipendia enim peccati mors. Ram. 6. Semel. Quod quidem verum est de communi consuetudine, licet aliqui fuerint resuscitati, sicut Lazarus & filius viduæ, qui postea mortui sunt. Quantum autem ad secundum dicitur [Post hoc autem iudicium.] quia postquam resurgēt, non iterum morietur, sed statim iudicium sequetur. Omnes enim manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, vt dicitur 2. Corin. 5. ¶ Deinde cum dicitur [Sic & Christus, &c.] ostendit quomodo hæc conueniunt Christo. Et quantum ad primum dicitur quod [sic Christus semel oblatus est. Et in hoc conuenit cum aliis. Sed differt in duobus: primò quia cum Christus non descenderit ab Adâ per rationem seminalem, sed quantum ad corpulentâ substantiam, non contraxit peccatum originale, & ideo non fuit debitor illius statuti. Gene. 2. In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Sed propria voluntate mortem assumpsit. Ioan. 10. Nemo tollit à me animam meam, &c. Ideò dicit quod oblatus est. Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Et 1. Petri 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundò differt, quia mors nostra est effectus peccati. Romano. 6. Stipendia peccati mors. Sed mors Christi est de structiua peccati. Ideò dicitur [Ad multorum exhaurienda peccata.] i. remouenda. Nec dicit omnium, quia mors Christi, & si sit sufficiens pro omnibus, non tamen habet efficaciam nisi quantum ad saluandos. Nò enim omnes subiiciuntur ei per fidem & bona opera. Quantum ad secundum dicitur [Secundo autē sine peccato apparebit.] De secundo aduentu dicit duo. Primò ponit differentiam eius ad primum, quia secundo erit sine peccato. In primo enim & si peccatum non habuerit, tamen venit in similitudinem carnis peccati. Rom. 8. Item in primo factus est hostia pro peccato. 2. Corin. 5. Eum qui peccatum non nouerat pro nobis peccatum fecit. In secundo verò ista non erunt, ideo dicit quod apparebit sine peccato. Secundò ponit illud quod est proprium secundo aduentu, quia non apparebit vt iudicetur, sed vt iudicet, remunerans pro meritis. Vnde dicit quod apparebit. Et quidem licet omnibus, etiam his qui eum pupugerunt secundum carnem, tamen secundum diuitatem solùm electis expectantibus se. per fidem [in salutem.] eorum. Esa. 30. Beati omnes qui expectant eum. Phil. 3. Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

Caput 10.

Ostenditur quod vetus testamentum non poterat munda re à peccatis & probatur in ratione, tunc scriptura.



M Abram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eiusdem ipsius hostias quas offerunt indefinenter, nunquam potest accedere perfectos facere: alioquin cessassent offerri, ideo quod nullâ haberent vltra conscientia peccati cultores semel mundati: sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit, Hostia & oblatione noluiisti: corpus autem aprasti mihi: holocaustomata & pro peccato, non tibi placuerunt, Tunc dixi, Ecce venio: (in capite libri scriptum est de me): vt faciam deus voluntatem tuâ. Superius dicens, quia hostias, & oblationes, & holocaustomata & pro peccato noluiisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi, ecce venio vt faciam deus voluntatem tuam, auferet primum, vt sequens statuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Christi Iesu semel. Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & eadem sepe offerens hostias quæ non possunt auferre peccata: hic autem vnâ pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera dei, de cetero expectans, donec ponatur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatione, consummavit in sempiternum sanctificatos. Contestat autem nos & spiritus sanctus. Postquam enim dixit, Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit dominus, dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum super scribam eas: & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.

¶ Suprà Apostolus consideratis his quæ aguntur in vtroque testamento ostendit præeinentiam noui testamenti ad vetus, hic probat vnum quod supponit, scilicet quod vetus non poterat mundare peccata. Et hoc est vltimum illorum quinque quæ præmiserat de Christo. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit defectum veteris testamenti circa abolitionem culpæ. Secundò ex hoc comparat sacerdotem noui testamenti ad sacerdotem veteris testamenti, ibi [Omni quidem sacerdos.] Iterum prima in duas. Primò enim proponit quod intendit. Secundò probat per auctoritatem scripturæ, ibi [Ideo ingrediens mundum.] Itē prima in duas. Primò enim proponit intentum suum. Secundò probat, ibi [Alioquin cessassent.] Circa primū sciendum est quod Apostolus ex conditione & ritu veteris legis concludit ipsum defectum. Per peccatum autem fit priuatio futurorum bonorum, & ideo quasi illud peccatum pertineat ad bona futura, scilicet celestia. Ad illa bona se habet lex vetus sicut vmbra ad corpus, sed bona, lex sicut imago. Vmbra autē & imago quantum ad hoc conueniunt quod vtrumque representat, sed vmbra in communi imago verò in particulari, & quantum ad naturam indiuidui, & in speciali. Sic etiam noua lex quantum ad bona futura representat expressius quàm vetus. Primò quia in verbis noui testamenti fit expressa mentio de bonis futuris & promissio, non autem in veteri, sed tantum de carnalibus. Secundò quia virtus noui testamenti consistit in charitate, quæ est plenitudo legis. Et ista charitas licet sit imperfecta, ratione fidei cui inhaeret, tamen est similis charitati patriæ. Vnde noua lex dicitur lex amoris. Et ideo dicitur imago, quia habet similitudinē expressam bonorum futurorum. Sed lex vetus illam representat per quadam carnalia, & valde à remotis. Et ideo dicitur vmbra. Colof. 2. Quæ sunt vmbra futurorum [Hæc est ergo conditio veteris testamenti quod habet vmbra futurorum, non rerum imaginem.] Ritus autem erat quod per singulos annos offerebant in festo expiationis eandem hostias, scilicet sanguinem hircorum & taurorum pro eodem, scilicet pro peccato, sicut patet

Leui. 23. Ex his duobus concludit intentum, scilicet quod [lex habens vmbra futurorum bonorum non rerum imaginem, non potest facere perfectos accedere.] scilicet pontifices [eiusdem hostias, quas offerunt indefinenter.] i. per singulos annos, suprà 7. Neminē ad perfectum adduxit lex. Sed ista perfectio referuatur nouæ legi, quæ consistit in charitate, quæ est vinculum perfectionis. Col. 2. Ideo dicitur Mat. 5. Estote ergo perfecti. ¶ Deinde cum dicitur [Alioquin cessassent.] probat ex duobus intentum: & primò ex ritu: secundò ex conditione oblationum, ibi [Impossibile enim est.] Ad probandū aurem quod lex non mundabat perfectos, assumit duo. Primū est quod in ipsa fiebat frequens reiteratio eandem hostiarum, & est ratio talis [Cultores si fuissent per eandem hostias semel mundati, quia nō haberent vltra conscientia peccati, cessassent offerre.] & si cessassent, nō offerre indigerent. Nunc autē non cessabāt, quia vt dictum est, per singulos annos eandem hostias offerebant. Quia ergo non cessabant idē semper offerre, signū est quod nō mundabantur. Mat. 9. Non est opus valētibus medicis, sed malè habētibus. Sed contrā quia posset dici quod ratio nō est efficax. Posset enim dici quod mundabat illa oblatio à præteritis, nō à futuris, & ideo quia frequenter peccabant, oportebat frequenter iterari oblationē. Respondeo, dicendū est quod modus loquēdi Apostoli hoc excludit: quia cum peccatū sit quoddā spirituale, quod opponitur celesti, oportet illud per quod mundatur peccatum, esse spirituale & celeste, & per cōsequens habere virtutē perpetuam. Vnde suprà loquens de virtute sacrificij xpi, attribuit ei virtutem perpetuam, dicens, æterna redēptione inuēta. Quod autē habet virtutem perpetuā sufficit ad cōmittenda, & cōmissa, & ideo nō oportet ipsum amplius iterari. Vnde Christus vna oblatione mundauit in æternū sanctificatos, sicut dicitur infra. Item hoc quod hic dicitur quod non iteretur, contrā, quia nos quotidie offerimus. Respondeo. Dicendū est quod non offerimus aliam quā illam quam Christus obtulit pro nobis, scilicet sanguinē suū. Vnde non est alia oblatio, sed est cōmemoratio illius hostiæ quam Christus obtulit. Mat. 26. Hoc facite in meam cōmemorationē. Secundum quod præmittit est, quia in veteri testamento fiebat cōmemoratio per singulos annos de peccatis suis & populi, ergo non erāt abolita. Vnde dicit quod [in ipsis commemoratio, &c.] quod verum est. In generali enim fiebat mētio de peccatis. (quod erat cōfessio peccati, sed in speciali fit mētio in nouo. Iaco. 5. Confitemini alterutrū peccata vestra. ¶ Deinde cum dicit [Impossibile est enim, &c.] probat idē ex conditione oblationum. Solennius enim quod erat inter ipsa, erat oblatio hircorum & vitulorum, quæ fiebat in die expiationis. Et cum ista esset quædam representatio obscura & imperfecta celestium, sicut vmbra [impossibile est sanguine istorū auferri peccatum.] Quod verum est, propria virtute. Sed si alicui dimittebatur, hoc erat virtutē sanguinis Christi, qui in illo præfigurabatur. Hier. 31. Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? Quid. Non. ¶ Deinde cum dicit [Ideo ingrediens mundum, &c.] inducit auctoritatē scripturæ, & circa hoc facit duo. Primò enim ponit eam. Secundò exponit eā, ibi [Superius dicens.] Ista auctoritas potest diuidi in duas secundū glo. quia primò agit de incarnatione Christi præfigurata in legalibus. Secundò de passione Christi, ibi [Tunc dixi.] Tamen secundum intentionem Apostoli potest aliter dici, quod primò tangit illud quod pertinet ad reprobandum veteris testamenti. Secundò illud quod pertinet ad acceptionem noui testamenti, ibi [Tunc dixi.] Ista autem auctoritas conuenit Christo secundum quod ingreditur in mundum, ergo quia illa non poterat auferre peccata, ideo [filius dei ingrediens in mundum, dicit.] Contrā, quia dicitur Ioannis primo, In mundo erat. Respondeo. Dicendū est quod verum est quod erat in mundo quasi regens totū in quantum dicitur esse in omnibus per essentia, præsentiam, & potentia, sed est extra mundum, quia à mundo nō cōprehenditur, sed habet bonitatem separatā à toto mūdo à quo causatur bonitas vniuersi. Sed quia propter nos factus est humana natura suppositū, dicitur ingredi in mundum propter eius assumptionē, sicut supra 1. Cum iterum introducit primo genitū in orbem terræ, &c. Ingressus ergo in mundū dicit. Sed quid dicit? [Hostia & oblatione noluiisti.] Ponit autē quatuor quæ erant in veteri testamento, quia sacrificiū aut erat de inanimatis, putā pane vel thure, & tunc dicebatur oblatio. Vel de animatis, & tunc vel ad placandū deum, & dicitur holocaustum quod erat dignissimū, quia totum cōburebatur, & cedebat in honorē dei. Aut erat pro emundatione peccati, & dicitur sacrificium pro peccato. Et istud habebat duplicem partē, quia vna pars cōburebatur in altari, altera cedebat in vsum ministrorū. Aut erat pro beneficiis dei, & istud minus dignū, quia tantum tertia pars cōburebatur, & dabatur ministris vna, alia offerentibus. Et istud dicitur sacrificiū pacificorum. Istis omnibus in nouo testamento respōdet oblatio corporis Christi, quia per corpus Christi placatus est deus. scilicet in oblatione ipsius in cruce. Ro. 5. Cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortē filij eius. Item per ipsum, ablatum est peccatum. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Item per ipsum introducimur in bona æterna & promeremur beneficia dei. Dicit ergo [Hostiam, scilicet sacrificiū, & oblationem noluiisti.] Et interponit post [Corpus autē aprasti mihi.] i. aptū fecisti immolationi. Et hoc quantum ad duo. Primò quia fuit purissimū, vel deleter omne peccatum. Exod. 12. Erit agnus absq; macula. Item quia fuit passibile, vt posset immolari. Rom. 8. Misit deus filium suū in similitudinem carnis peccati. Istud autē corpus est vera hostia & vera oblatio. Ephe. 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationē, & hostiam deo in odore suauitatis. [Holocaustomata & pro peccato nō tibi placuerunt.] Maius est placere quod velle, quia illa placēt quæ in se habent aliquid vt ea velimus. Volumus autē aliquando aliqua non propter se, sed propter aliud. Quia ergo holocausta digniora erant, de quibus tamen dicit quod nō placuerunt, ergo multo minus alia. Sed contrā, quia Leui. 1. dicitur quod adolebat ea sacerdos super altare in holocaustū, & suauem odorem domino. Præterita si noluit ea, quare præcepit hæc sibi offerri. Respondeo. Dicendum est quod hoc quod deus dicit illa nolle potest dupliciter intelligi. Vno modo quod non vult ea pro tēpore isto, in quo aduenire veritate cessat vmbra, vnde modò peccaret qui ea offerret. Alio modo quod non vult ea propter peccata offerentium. Esa. 1. Manus enim vestre sanguine plenæ sunt. Tertia responsio ad aquā Apostolus intendit est, quia ista nūquā secundum se placuerunt deo, nec accepta fuerunt, sed propter duo dicuntur accepta. Primò quia erant figura Christi, cuius passio deo accepta fuit. Non enim delectabatur in occisione animalium, sed in fide passionis eius. Omnia enim in figura continebant illis. 1. Cor. 10. Secundò vt nos ab idolatria reuocaret per ista sacrificia, vnde in prima legis datione nulla fit mētio de sacrificiis, sed tantum postq̄ fecerunt vitulū. Vnde Hic

re. 7. Non sum locutus cum patribus vestris, & nō praecepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustorum & victimarum. ¶ Deinde cum dicit [Tunc dixi, &c.] Profecquitur de approbatione noui testamenti, & secundū glo. sic legitur [Tunc,] quando apertus est corpus mihi. i. in cōceptione dixi [Ecce venio.] i. venire proposui. i. ad passionē. i. Ioan. 1. Hic est qui venit per aquā & sanguinem Iesus Christus. Vel melius est quod referatur ad aduentum in mundū sic [Tunc,] quando holocausta nō placuerunt tibi [dixi venio.] per incarnationē. Ioan. 1. 6. Exiui a patre, & veni in mundū. Et hoc ut offeram me ad passionē. Et ideo dicit [Ecce.] Sed nunquid istud sacrificiū erit acceptum? Certe sic, quia [in capite libri scriptum est de me.] Iste liber est Christus secundū humanam naturam, in quo scripta sunt omnia necessaria homini ad salutē. Esa. 8. Sume tibi librū grandem. Caput autem Christi est deus. i. Cor. 11. In capite libri. i. in ordinatione dei qui est caput Christi, qui est liber: scriptū est quod filius dei incarnari deberet & mori. Vel liber. i. psalteriū, cuius primus psalmus est de Christo. Vel melius liber vitæ qui nihil aliud est quā noritia, quā deus habet de praedestinatione sanctorū qui saluantur per Christum. Ergo in isto libro scriptū est de me, quia sancti per me praeordinati sunt. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Rom. 8. Quos praeceperat & praeordinauit cōformes fieri imaginis filij sui. Si ergo praeordinatio dicitur liber, manifestū est quod Christus caput est libri. Apoc. 21. Qui non sunt scripti in libro vitæ agni. Qui simpliciter est praeordinatus. Roma. 1. Qui praeordinatus est filius dei in virtute. Ergo in capite libri. i. in me secundū diuinam naturam, scriptū est de me secundū naturam humanam [ut faciā voluntatem. s. tuam.] i. hoc praeordinatū est, ut per gratiam tuam faciā voluntatē tuam offerendo meipsum ad redēptionem humani generis. ¶ Deinde cum dicit [Superius dicens.] Exponit autoritatē praeuicissimam, & circa hoc facit duo. Primū enim assignando ordinē dicendorum ponit differentiā inter nouum & vetus testamentū. Secundū exponit specialiter quoddā suppositum in autoritate, ibi [In qua voluntate.] Dicitur est autē quod duo tangebantur in autoritate allegata. Vnum quod pertinet ad reprobationē veteris testamenti. Aliud autē ad reprobationē noui testamenti. Reprobatur autē vetus testamentum dupliciter, tum quia deus sacrificia eius non vult, tum quia sibi non placent, & sic Dauid propheta [dicens superius.] Esa. 1. Holocaustū arictum, & adipem pingium, & sanguinem vitulorū, & agnorum & hircorū, nolui, &c. [Nolui.] verum est secundū se [nec placita sunt tibi quæ secundum legē offeruntur.] i. in his non delectaris. Psal. Holocaustis non delectaberis, nisi quia sunt figura, vel inquantū per ipsa retrahebantur ab idolatria. Hoc ergo primū dicens subiungit [Tunc dixi.] i. quando carnē apertam mihi ad passionē, vel quando ista non placuerunt [ecce venio.] vel ad incarnationē vel ad passionē, sed ad quid? [Vt faciā voluntatē tuam.] Io. 6. Descendi de cælo ut faciā voluntatē eius qui misit me. Io. 4. Meus cibus est ut faciā voluntatem eius qui misit me. Propheta ergo hoc dicens [aufert primū] ut sequens statuat. [in quo ostendit differentiā veteris & noui testamenti, quia loquens de veteri dicit quod non vult, nec placent deo. s. secundū se. Ergo aufertur, sed quādo de nouo loquitur, dicit quod vult, quia ad hoc venio ut faciā voluntatē tuam. Ergo nouum statuitur. i. firmatur esse secundū voluntatem dei. Leui. 26. Vetera nouis superuenientibus proicietis.] ¶ Deinde cum dicit [In qua voluntate.] Exponit illud quod dixerat de voluntate dei ad quā implendam venit Christus. s. quæ sit illa voluntas. Hæc autē est sicut dicitur 1. Thessa. 4. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, ideo dicit [In qua voluntate sanctificati sumus.] & hoc per oblationē corporis Christi Iesu. [s. factam.] Ephe. 5. Oblulit semetipsum oblationē & hostiam deo. Er hoc [semel.] i. Per. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. ¶ Deinde cum dicit [Et omnis quidē sacerdos.] Ostendit cōparationem sacerdotis noui, & veteris testamenti. Sciendum autē quod in lege erant duo solēnia sacrificia. Vnum in die expiationis, quod fiebat per solum summū pontificem, de quo multa iam dicta sunt. Aliud erat iuge sacrificiū. in quo vnus agnus offerebatur in mane, & alius in vespere de quo Num. 28. De isto etiā intendit hic Apostolus, & circa hoc tria facit. Primū enim ponit illud quod pertinet ad sacerdotē veteris testamenti. Secundū ponit illud quod pertinet ad sacerdotē noui. Tertio confirmat per autoritatem, scdm, ibi [Hic autē vnam.] Tertium ibi [Conferatur autem.] Dicit ergo, Omnis sacerdos, &c. Dicit [semel.] ad differentiā sacrificij expiationis, quod tantū per summū sacerdotem fiebat, sed in isto [omnis sacerdos] p̄sto est rota die ministrans, & sæpe offerens easdē hostias, quia semper offerebat agnum [quæ.] i. hostias feriales [non poterant aufere peccata.] quia iterabantur. Hiere. 11. Nunquid carnes sanctæ auferent a temeritas tuas in quibus gloriata es? Per istud iuge sacrificium figuratur x̄ps, & eternitas eius qui est agnus immaculatus. ¶ Deinde cum dicit [Hic autē vnam pro peccatis.] Ostendit illud quod pertinet ad sacerdotium Christi. Et circa hoc facit duo. Primū enim ponit intentū. Secundū assignat rationem, ibi [Vna enim.] Dicit ergo. [Hic autem.] i. Christus [offerens vnam hostiam pro peccatis.] auferentem. s. peccata. Illa verō verus lex multas offerebat hostias non expiantes peccata: hic ergo. s. Christus, offerēs vnam hostiam, quia semel pro peccatis nostris semetipsum obtulit [sedet.] non tanquā minister sicut sacerdos legalis qui semper praesto est, sed tanquā dominus. Psal. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Mat. vlt. Seder a dextris dei [in dextera dei.] patris, quantū ad aequalitatem potestatis secundū diuinitatem, sed in posterioribus bonis secundū humanitatem supra 1. Seder a dextrā maiestatis, &c. Et hoc [in sempiternum.] Nō enim iterum morietur, quia Christus resurgēs ex mortuis, &c. Ro. 9. & Dañ. 7. Potestas eius, potestas aeterna. [De cetero] expectans donec ponatur inimici eius scabellum pedū eius. [Ista expectatio nō inuit aliquā anxietatem in Christo sicut in hominibus, spes quæ differret affligit animā, ut dicitur proverb. 13. Sed deignat voluntatē miserendi, quā deus habet erga nos. Esa. 30. Expectat dominus] ut misereatur nostri. Subiciuntur ergo pedibus eius. i. humanitati Christi aliqui volentes, & in hoc salus ipsorum consistit in faciendo voluntatem eius. Exod. 10. Viquequo nō vis mihi subici? Sed mali, nolentes ipsi subditi sunt, quia & si voluntatē eius per se non implent, tamen de ipsis implentur quantū ad opus iustitiae. Et sic omnia sunt ei subiecta aliquo istorum modorū. Psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius. ¶ Deinde cum dicit [Vna enim oblatione.] Assignat rationem. s. quare sedet tanquā dominus, & nō tanquā minister sicut sacerdos legalis, quia ille per hostiam vnam non auferebat peccata, & ideo oportebat plures alias offerre & frequēter, supra 8. Omnis enim p̄sifex ad

offerenda munera & hostias constituitur: sed hostia, quam Christus obtulit, aufert omnia peccata. supra 9 Christus semel oblati est ad multorū exhaurienda peccata. Et ideo dicit quod vna oblatione cōsummauit. i. perfecit, quod fecit reconciliando & coniungēdo nos deo tanquā principio [sanctificatos i sempiternum.] quia hostia Christi quideus est & homo habet virtutē aeternam sanctificandi. Infra 13. Iesus ut sanctificaret per suum sanguinē populum, &c. Per Christum enim perficimur, & coniungimur deo. Ro. 5. Per quem accessum habemus ad deū. ¶ Deinde cum dicit [Conferatur autem.] Confirmat quod dixerat per autoritatem quæ supra est ex Hiere. 31. quæ quia supra octauo exposita est, ad praesens intermitteretur. Et tamē potest diuidi in duas partes. Primū ponit autoritatem. Secundū ex ea arguit, ibi [Vbi autem horum remissio.] Et facit talem rationē quia in nouo testamento remittuntur peccata per oblationem x̄pi, quia in remissionem peccatorum effusus est sanguis Christi: ergo in nouo testamento, in quo peccata & iniquitates remittuntur, ut dictum est in autoritate [non est oblatio pro peccato.] [supple, amplius iteranda. Mat. 9. Nō est opus valentibus medicus, sed malē habentibus. Vbi ergo est horum remissio, &c. Fieret enim iniuria hostiæ Christi.]

Lectio 2.

Habentes itaq, fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi: quam initiavit nobis viam nouā & viuētiē Resumitur
per velamen. i. carnē suam: & sacerdotem magnū super domū dei, accedamus cū vero corde in plenitudine fidei, aspersi
corde a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem (fidelis enim est
qui repromissit) & consideremus inuicē in prouocationem charitatis, & bonorū operū: non deferentes collectionem nostram
sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tantū magis quantū videritis appropinquantem diem,
¶ Postquam ostendit Apostolus multiplicē eminentiam sacerdotij Christi respectu sacerdotij legalis: hic
conuetudinē suam concludit, monēdo quod isti sacerdotio fideliter inherēdū est. Hoc enim semper supra fe
cit quod post cōmendationem ponit ammonitiōnē, quia ad hoc susceperat cōmendare gratiā Christi, ut al
liciat eos ad obediendū Christo, & recedendū a ceremonialibus legis. Circa hoc ergo duo facit, quia primū
ponit monitiōnē, secundū assignat rationem, ibi [Voluntariē enim.] Sciendū est autem circa primū quod duo
dixerat de sacerdotio Christi. s. virtutē ritus eius, quia per proprium sanguinē. Itē dignitatē ipsius, quia pō
tiffex in aeternum. Et ideo in monitione sua refert ista duo, vnde monēdo quod fideliter obediendū est deo
Christo. Primū ponit illa duo. Secundū ponit suam monitiōnē, ibi [Accedens cum bono corde.] Item pri
ma in duas, quia primū refert ritū sacerdotij eius: secundū dignitatē, ibi [Et sacerdotem magnū.] Dicit er
go [Itaq, fratres.] i. per murā charitatem [habentes fiduciā in introitu, &c.] Ephe. 3. In quo habemus fidu
ciam & accessum in cōfidentia, &c. Exod. 15. Introduces eos, & plantabis in mōre hēreditatis tuæ firmis
mo habitaculo, &c. Psal. Latus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domū domini ibimus. Et hoc [in sangui
ne Christi.] quia hic est sanguis noui testamenti. i. nouæ promissionis. s. cælestiū. Sed quomodo habeam⁹ fi
duciā introducendi, ostendit, quia Christus per suum sanguinē [initiavit.] i. inchoauit [nouā viam.] Mich. 2.
Ascendit p̄dens iter ante eos. Io. 14. Si abiero & pręparauero vobis locum, &c. Esa. 35. Sancta via vocabi
tur, & pollutus non transibit per illā. Hæc est ergo via eundi in cælū. Et est [noua.] quia ante Christum nul
lus inuenit eam, quia nemo ascendit in cælū nisi qui descendit de cælo. Io. 3. Et ideo qui vult ascendere, de
bet ipsi, tanquā membrum capiti suo, adherere. Apoc. 2. Viuenti dabo edere de ligno vitę, quæ est in paradiso
dei mei. Et cap. 3. Et scribam super eum nomē nouū, & nomen ciuitatis nouæ Hierusalē, quia. s. de nouo
introducuntur [viuentē.] i. semper perseveratē, in quo apparuit virtus deitatis, quia semper viuit. Sed quæ
sit ista via ostēdit [subdens] per velamē. i. carnem suam. Sicut enim sacerdos per velū intrabat in sancta san
ctorum, ita si volum⁹ intrare sancta glorię oportet intrare per carnē Christi, qui fuit velamē deitatis. Esa.
45. Verū es deus absconditus. Non enim sufficit fides de deitate, si non asit fides de incarnatione. Io. 14.
Creditis in deum, & in me credite. Vel per velamen. i. per carnē suam, datam nobis sub velamento speciei
panis in sacramento. Non enim proponitur nobis sub specie propria propter horrorem, & propter meritū
fidei. ¶ Consequenter cōmendat dignitatem sacerdotis cum dicit [Et sacerdotē magnum.] quia. i. nobis ini
tiauit viam. q. d. Habentes fiduciā intrandi per sacerdotē. s. Iesum. Psal. Tu es sacerdos in aeternum. Qui di
citur magnus, quia sacerdotij eius non est tantū super vnum populū, sicut Aarō, sed [super domū dei.] i. eo
tam. s. ecclesiā militantem & triūphantem. i. Tim. 3. Vt scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei
quæ est ecclesia. Et dicit super, quia Moyses fuit fidelis in omni domo, tanquā famulus. Num. 12. Sed Christus
super totā domum, sicut filius qui est dominus omnium. Mat. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo & in
terra. De hoc etiā supra 3. ¶ Deinde cum dicit [Accedamus.] ponit monitiōnē suam, ut. s. ex quo talis & tan
tus est, fideliter est ei adherendū, quod fit tribus modis. s. per fidem, spem, & charitatē. i. Cor. 13. Nunc autē
manent fides, spes, charitas. Primū ergo monet ad ea quæ sunt fidei. Secundū ad ea quæ sunt spei, ibi [Teneamus
spem.] Tertio ad ea quæ sunt charitatis, ibi [Et consideremus.] Sed quantū ad primum duo sunt neces
saria. s. ipsa fides, quia sine fide impossibile est placere deo. Et fidei sacramentum. Quantū ad primum dicit
[Accedamus.] ad ipsum [cum vero.] non ficto [corde.] 4. Reg. 20. & Esa. 38. Memēto quomodo ambulauerim
corā te in veritate, & in corde perfecto. Hoc autē fit quando opus cōcordat cordi. ¶ Accedamus etiam
in plenitudine fidei. [Infra 11. Accedentē ad deum oportet credere, &c. Nec sufficit qualiscūq, fides, sed re
quiritur fides plena, quod fit duobus modis. s. & quantū ad materiam fidei, ut credantur omnia quæ propo
nuntur ad credendū, & quæ sit fides formata, quod est per charitatē. Ro. 15. Plenitudo enim legis est dilectio.
Quantū ad sacramentū fidei dicitur [Asperse corda.] vestra, quod alludit ei quod dicitur Nume. 19. Vbi
ponitur ritus vitulæ rufę, de cuius aqua aspergebatur mundandus die tertiō, sed die septimo alia aqua laua
batur corpus eius & vestimēta. Per asperionē aquę vitulę rufę figurabatur passio Christi, quia die tertia. s.
in fide trinitatis in baptismo, mundamur a peccatis. Et quantū ad hoc dicit. Asperse corda, non corpora. In
fra 12. Accessistis ad sanguinis asperionē. Asperse ergo corda non a tactu mortui sicut per aquā vitulæ rufę,
sed a cōscientia mala. ¶ De ablutione quæ fiebat septima die dicit [Et abluti corpus aqua munda.] Non
enim in baptismo operatur tantū virtus passionis, sed etiā infunditur in ipso dona spiritus sancti. Vnde
in septima die. i. in plenitudine donorū spiritus sancti totus homo abluatur intus & extra ab omni peccato

Resumitur
vicius sacerdo
tij Christi, &
eius dignitas
& mones
Apost. ad
hoc quod fidei
ter adheren
mus Christo,
fide, spe, &
charitate.

tam actuali quā originali, quod est quasi corporale, quia anima ipsum contrahit per unionē ad carnem factam. Dicitur autē spiritus sanctus aqua, quia mundat. Act. 1, Fide purificans corda ipsorum. Ezech. 36, Effundam super vos aquā mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Zach. 13, Erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalē in ablutionem peccatoris & menstruata. Tit. 3, Per lauerū regenerationis & renouationis spiritus sancti. Et in huius signū su per Christū baptizatum descendit spiritus sanctus in corporali specie. Deinde cum dicitur [Teneamus spei nostrae.] ponit illud quod pertinet ad spē. Et circa hoc facit duo. Primū enim hortatur ad spei certitudinē. Secundū subdit rationē, ibi [Fides enim est quae.] Sciendum est autē quod per fidem Christi datur nobis spes salutis aeternae, & introitus in caelum. 1. Pet. 1, Regenerationis in spē viam. Vnde dicitur [Teneamus.] & nō dicitur [spei], sed [spei nostrae] cōfessionē. quia nō sufficit habere spem in corde, sed etiā oportet cōfiteri ore. Ro. 10, Corde creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutē. Item oportet cōfiteri eam nō solum verbo, sed etiā factis, contra quosdā, de quibus Tit. 1, Confitentur se nosse deum, factis autē negant. Fit autem ista cōfessio per opera, per quae tenditur ad res speratas. Apoc. 3, Tene quod habes, ne alius accipiat coronā tuam [Indeclinabile.] vt ab ista cōfessione non declinetis, neque per prospera, neque per aduersa. Psal. Declinantes autē in obligationes adducet dominus cum operatibus iniquitatis. Esa. 30, Haec est via, ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dexterā, neque ad sinistram. Et ratio huius est, quia ille qui repromisit est fidelis. & ideo mēiri nō potest. Psal. Fidelis dominus in omnibus verbis suis Deut. 32, Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Consequenter cum dicitur [Et cōsideremus, &c.] ponit illud quod pertinet ad charitatē, & circa hoc facit tria. Primū enim facit quod dicitur est. Secundū remouet contrariū charitati, ibi [Non deserentes.] Tertio assignat rationem ex congruitate tēporis, ibi [Et tantū magis, &c.] Circa primū sciendum est quod licet charitas principaliter inhaereat deo, tamen manifestatur per charitatē diligere. Ergo ad charitatē pertinet quod diligitur proximus. Ideo dicitur [Consideremus inuicē.] vt. Ita quae sūt proximi sollicitē faciamus. Ecclē. 17, Et vnicuique mandauit deus de proximo suo. Sed quia aliqui ea quae sunt proximi considerant zelo inuidiae, aliqui verō zelo odij. Contra quos dicitur Prou. 24, Ne quaras impietate in domo iusti, ideo dicitur [In prouocationē charitatis.] vt prouocemus eos ad charitatem. Ro. 11, Quādiu Apostolus Gentium sum ministerium meū honorificabo, si quo modo ad amulādū prouocem carnem meam & saluos faciā aliquos ex illis. Ista autē prouocatio procedit ex dilectione quae extenditur ad opus exteriori. 1. Io. 3, Nō diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Sicut enim dicit Greg. Non est amor dei otiosus. Operatur enim magna si est. Si autē operari renuit, amor nō est. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. Ideo subdit [Et honorū operum.] Collo. 1, In omni opere bono fructificantes. Deinde remouet contrariū charitatis cum dicitur [Non deserentes, &c.] Quia enim charitas est amor, proprium autem amoris est vnire, quia vt dicit Dionysius, Amor est vis vnitiua. Io. 17, Vt sint vnū sicut & nos vnū sumus, & cognoscat mūdus, quia dilexi eos sicut & me dilexisti, ideo recedere ab inuicē, est directē oppositum charitati. Et ideo dicitur [Non deserentes] collectionē nostram. [Ecclē. 3, quam aliqui deserūt tripliciter. scilicet propter persecutiones apostatā tates à fide. Et isti significantur p̄ illos de quibus dicitur Io. 6, quod abierunt retrō, & iam cum illo nō ambulabant. Mar. 13, Facta tribulatione & persecutionibus propter verbū continuē scandalizantur. Luc. 8, Ad tempus credunt & in tēpore tentationis recedunt. Secundū mali praelati qui dimittunt oues in periculo. Io. 10, Mercenarius fugit quia mercenarius est. Aliqui verō ex superbia, quia cum possent esse viles ad regēdū est nota superbia ab aliis se separant. Iud. 1, Hi sunt qui segregant se ab aliis, animales, spiritum nō habentes. Quasi sub specie maioris perfectionis. Et forte tales erant in tēpore illo. Ideo sequitur [Sicut con. est qui.] cōtra quod dicitur 1. Cor. 11, Si quis videtur cōtentiosus esse, nos talem consuetudinē nō habemus in ecclesia dei. Sed quid debent facere, subdit [Sed cōsolantes.] q. d. Si videas quod focus tuus malē se habet, non deseras eum, sed cōsolare, non sicut illi qui deserūt collectionē de quibus dicitur, Sicut est cōsuetudinis quibusdā &c. Consequenter cum dicitur [Et tantū magis,] assignat causam huius. Postter enim aliqui dicere, quare debemus nos in fide proficere, quia motus naturalis quātō plus accedit ad terminū, magis intenditur. Contrarium est de violento. Gratia autē inclinā in modum naturae, ergo qui sunt in gratia quātō plus accedūt ad finem plus debent crescere. Et ideo dixit, Non deserentes sicut quidā, sed cōsolantes. Et hoc tantū magis quātō videritis appropinquantem diem. [i. terminum. Roma. 13, Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Prou. 4, Iustorum semita quasi lux splendens proficit, & crescit vsque ad perfectum diem.]

Lectio 3.

Continuatur
monitio per
rationem, ter
rendo commo
natione indi
cij diuini.

Voluntariē enim peccantibus nobis post acceptam notitiā veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quaedam expectatio iudicij & ignis amulatio, quae consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quātō magis putatis, deteriora mereri supplicia qui filium dei contulerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratia contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit, michi vindictam, & ego retribuam. Et iterum, quia iudicauit dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus dei uiuentis.

Supra Apostolus posita cōmendatione excellentiae sacerdotij Christi, & subiuncta admonitione vt illius sacerdotio adhaereant per fidē & charitatem, hic probat monitionem suam per rationē. Et hoc facit dupliciter, primū terrēdo, secūdō demulcendo, ibi [Rememoramini autē pristinos dies.] Circa primū duo facit, quia primū terret eos ad obseruandū monitionem suam propter subtractionē remedij, secūdō propter expectationē iudicij, ibi [Terribilis autem.] Dicit ergo, Voluntariē, &c. Quod dupliciter exponitur. Vno modo secundū Glo. quae videtur facere differentia inter peccantes volentes & voluntariē, ita quod volens peccat, qui quasi passione ductus consentit in peccatū de quo ante non cogitauit: voluntariē autē qui ex certa malitia, cuius voluntas prona est ad peccandū, vt statim cedat. Hiere. 8, Omnes cōuersi sunt ad cursum suum quasi equus vadens impetu ad praelium, nec postea poenitet. Prou. 2, Latatur cum malefecerint, & exultant in rebus peccatis. Ergo [voluntariē peccantibus.] in voluntate peccandi permanentibus. Et exaggerando subdit

[Post acceptam notitiā veritatis.] 2. Pet. 2, Melius erat illis viam iustitiā non agnoscere, quā post agnitionem retrorsum conuertere [Iam non relinquitur hostia pro peccatis.] i. hostia quae Christus obtulit pro redemptione peccatorū, non est nobis utilis, quia illis dimittuntur peccata qui de ipsis poenitent. Mat. 26, Hic est sanguis noui testamēti, qui pro multis effundetur. scilicet efficaciter, sed de malis dicitur Esa. 49, In vacuū laboraui sine causa, & vanē fortitudinē meā cōsumpsi. Hier. 6, Frustra cōstituit cōflator, malitia eius nō sunt cōsumpta. Sed melius potest dici, & secundū intentionē Apostoli, quia secundū Aug. liberum arbitrium habet multiplicē statum, quia in statu extra gratiā anteq̄ reparatur per gratiā, non est in potestate nostra peccare mortaliter vel nō peccare, & hoc propter praecognitionē finis, & habitum inclināte: quod quidem verum est secundū magnum tēpus, sed per aliquam morā, si operetur ex premeditatione, potest vitare hoc peccatū vel illud. Sed postq̄ per gratiam reparatus est homo omnino, in potestate eius est vitare peccatū mortale, & etiā veniale in particulari, non autē omnino in vniuersali, & hoc est propter auxilium gratiae saluantis. Et ideo dicitur [Nobis peccatibus voluntariē post acceptam notitiā veritatis.] i. post acceptam gratiā per quā habetur notitiā peccati, quia ante notitiā peccati peccatum nostrū à deo nobis non imputatur: vn de quasi dicitur ipsum ignorare, quia nō imputat nobis. Sed postq̄ iam non est p̄ peccatis hostia. Ante em̄ reparationē quae facta est per xpm̄, relinquebatur hostia ista quae expectabatur, sed nunc iam non expectatur alia mors eius, ita nec post baptismum semel acceptum expectatur alius baptismus. Deinde cum dicitur [Terribilis autē.] deterret expectationē diuini iudicij. Et circa hoc duo facit, primū enim terret, secūdō subdit rationem, ibi [Irritā quis faciens.] Sic ergo dictum est quod non relinquitur vltra hostia. Quid ergo? Illud quod supra dictū est 9. cap. post mortem est iudiciū. Scitote esse iudiciū. Istius iudicij expectatio est valde terribilis, tum propter conscientia peccatorum. Iac. 3, In multis offendimus omnes, tum etiam propter imperfectiōne iustitiarum nostrarū. Esa. 64, Iustitia nostrae quasi panis menstruata. Psal. A iudicijs tuis timui. Abac. 3, Audiui & cōturbatus est venter meus. Est afflictiua. Vnde dicitur, Et ignis amulatio. i. poena ignis quae infligitur ex zelo & amulatioe diuinae iustitiae. Exod. 20, Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes, &c. zelus autē est amor sponsi. Sicut ergo sponsus nō potest sponsa mala, sic nec deus animā peccatrici. Prouer. 6, Zelus & furor viri nō parcat in die vindictae. Sequitur, Quae cōsumptura est aduersarios. Psal. Ignis ante ipsum praecedet, & inflābit in circuitu inimicos eius, quia ignis qui praecedet in facie iudicis corpora viuentiū incinerabit, & reprobos detruet in infernū, & corpora eorū consumet, nō totaliter cōsumendo, sed in perpetuum cruciādo. Consequenter cum dicitur [Irritā quis faciens.] probat quod dixerat de terrore iudicij, & primū per locū à minori, secūdō per autoritatē, ibi [Scimus autem illum.] Primum accipit ex lege. Tantū enim aliquis est reus maioris poenae, quātō rem magis sacram contēnit. Cū ergo vetus testamentū nō sit ita sanctum sicut nouum, & trāsgressor illius grauiusimē puniebatur, ergo trāsgressor noui longē grauius debet puniri. Circa istud argumētū duo facit: primū enim ponit istud quod fiebat in veteri: secūdō illud quod fieri dicitur in nouo, ibi [Quātō magis.] Quātū ad vetus ponit culpā & poenam. Culpā cum dicitur [Irritā quis faciens] legem Moysi. Irritum dicitur quod non sortitur debitum finem. Lex autē non solū vetus, sed etiā quaelibet datur vt inducat homines ad virtutē, & faciat abstinentes à vitijs. Et ideo qui trāsgreditur legem, & vacat vitijs, quātū est in se, legem irritā facit. Mat. 15, Irritum fecistis mā datum dei propter traditiones vestras. Gen. 17, Mafculus cuius p̄putij caro circūcisā nō fuerit, peribit de populo suo, quia pactū meum irritum fecit. Et poena ostendit cum dicitur [Sine vlla miseratione.] Et ista poena est valde grauis, quia infligit mortem. Vnde dicitur [Moritur.] Exod. 22, Maleficos non patieris viuere. Itē quia irremissibilis. Vnde dicitur [Sine vlla miseratione.] Deuter. 19, Morietur, nec misereberis eius. Sed nunquid lex dei excludit misericordiā. Constat quod non. Osee 6, Misericordiā volui, & non sacrificium. Respondeo, dicendū est quod differunt misericordia, clemētia & venia: quia misericordia est quando homo ex quadā passione cordis & animi mouetur ad remittendū poenā, & hoc aliquādo est contra iustitiam, & istam prohibet. Venia autem est quādo propter aliquam vtilitatem publicā remittit aliquid de poena debita. Clemētia est quādo non solum de poena aliquid, sed etiā de culpa remissis iudicari, ista duo non prohibentur, sed misericordia primo modo dicta, quia est contra iustitiā, & inducit dissolutionem. Moritur ergo & hoc est duo bus vel tribus testibus. [supple conuictus. Deut. 17, In ore duorū vel trium testium stat omne verbum. Causa autē quare lex numerum testium determinat scdm̄ Aug. est vt per hoc designetur immobilitas veritatis, quae est in sancta trinitate. Nec refert si nominentur duae personae vel tres, quia semper in duabus intelligitur tertia. scilicet spiritus sanctus qui est nexus amborū. Ista ratio mystica est, sed literalis est vt quia in iudicio vnus affirmat, alter negat, nō plus credendum est vni q̄ alteri. Multitudini autē est credendum. Omnis autē multitudo cōpletur numero ternario. Et ideo sufficit quod sint duo cū accusate, sed tertius testis superadditur ex abundanti. Deinde cum dicitur [Quātō magis.] ponitur id quod spectat ad nouum testamentū. Et primū ponit poenam, secundū culpam, ibi [Qui filium dei.] Quantum ad poenam dicit [Quātō magis putatis] deteriora mereri supplicia. Quia enim in nouo testamento per Christū praedicatum est, ideo peccās in ipso, grauius punitur. Mar. 11, Veruntamen dico vobis quod Tyro & Sydoni remissius erit q̄ vobis in die iudicij. Sed nunquid plus punitur peccator Christianus, q̄ infidelis? Quia si sic melius esset quod omnes essent infideles. Respondeo. Dicendū est quod aliud est de illis qui fidē cōtemnunt, quia isti propriē sunt contēptores. Aliud de illis qui ex ignorantia fidem non annuntiat, non tenent, & talibus peccatum infidelitatis non imputatur. Sed qui fidē annuntiatam contēnit, grauius punitur, quia peccatū infidelitatis maximum est. Si ergo cōparamus Christianum & Iudaeū qui non contēnit, & vterq̄ sit adulter, tunc grauius punietur Christianus q̄ Iudaeus, quia nō solum pro adulterio, sed etiā quia magis ingratus est. Sed nunquid vniuersaliter verum est quod semper idē peccatum in specie, grauius punitur in maiori? Respondeo. Dicendū est quod dupliciter peccatur. Vno modo ex surreptione. Et sic quādo aliquis dat se operibus diuinis, si ex surreptione peccat, minus punitur. 2. Paralip. 30, Dominus bonus propitiabitur conuictis, qui in toto corde requirunt deum patrū suorum. Psal. Cūm ceciderit nō collidetur. Sed si ex contēptu, magis peccat, quia cum sit in statu altiori magis contēnit. Et de talibus loquitur hic, qui sunt magis ingrati. Quantum verō ad culpā dicit

[Qui filium dei conculcauerit.] Sciendum verò est qd Apostolus grauitatem culpæ eorum qui peccat in nouo testamento, ostendit ex beneficiis nobis à deo in illo collatis. Deus autem nobis dedit quicquid maximū & pretiosum habebat. s. filium suū vnigenitum. 2. Pet. 1. Per quem maxima nobis & pretiosa promissa donauit. Dedit etiā spiritum sanctum. Ioc. 2. Effundā de spiritu meo super omnem carnem. Ro. 5. Charitas dei diffusa in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis. Ingratitudo autem super tantis beneficiis aggrauat peccatum. ¶ Circa ingratitude verò super datione filij duo consideranda sunt ac ponderanda. s. mysteriū incarnationis, in qua datus est nobis. Esa. 9. Et sacramētum passionis, in qua pro nobis se obtulit. supra 6. Sanguis Christi qui per spm sanctū semetipsum obtulit immaculatū deo, &c. Et ideo quātū ad primum dicit [Qui filij dei.]. s. pro nobis in carnatū conculcauerit. i. vilipēderit. s. nō credendo qd fides filij dei sit sufficiens ad salutē, sicut illi qui legalia seruabant. Gal. 3. Ante quorū oculos Christus proscriptus est. Item non obediendo eius mādaris, nec viuendo scdm doctrinā eius. 1. Reg. 10. Qui autē contēnunt me erunt ignobiles. Quantū ad scdm dicit, Et sanguinē testamenti. i. Christi sanguinem confirmatiū noui testamenti. Mat. 26. Hic est sanguis meus noui testamēti, &c. [Pollutū duxerit.]. i. reputauerit pollutū, vt. s. nō possit mundare, sicut pollutus in se nō mundat. Eccl. 3. 4. Ab immūdo quid mūdabitur? q. d. Nihil. s. secundū qd mundatio tantū fiebat per sanguinē animalū. Item pollutū duxit, qui virtute eius in baptismo ablutus, peccat redeūdo ad vomitū. Apo. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et ideo dicit [In quo sanctificatus est.]. i. per quē sanctificatus est. 1. Corin. 6. Abluti estis, sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi. Malac. 1. In omni loco offertur oblatio munda nomini meo quia magnū est nomen meū in Gentibus. Itē qui peccat post alia sacramēta, etiā potest dici sanguinē Christi pollutū ducere. Itē aggrauatur peccatum ex contēptu spiritus sancti. Et ideo dicit [Et spiritui gratiæ, iniuriā fecerit.]. i. contēptu meliam quā fecit qui nō credit qd gratia spiritus sancti sit data per Christum, vt habetur Io. 14. Rogabo patrem, & alium paraclētū dabit vobis qui sufficiat ad salutē sine legalibus, vt. s. remissionē peccatorū ascribat obseruantiis legis. Vel [conculcat xpm.]. qui liberē absq; timore [sanguinem Christi pollutū.]. qui eo indignē cōmunicat [spiritui.]. gratis dato vt Eph. 2. Donū enim dei est, & non ex operibus. Iniuriā facit qui Christū per peccatū à se abiicit. Sap. 1. Corripietur. i. expelletur, à supeniente iniquitate. Eph. 4. Nolite cōtristare spiritum sanctū dei. 1. The. 5. Spiritū nolite extinguere. ¶ Deinde cum dicit [Scimus enim, &c.]. pbat quod dixit per auctoritates. Et circa hoc facit duo: primò enim pbat ponēdo auctoritates: secundò cōcludit ex eis, ibi [Horrendū est.]. Dicit ergo, Scimus illū qui dixit Deut. 32. secundum aliā literā [Mihī vindictā.]. supple seruate. Litera nostra habet. Mea est vltio. Et nūquid reddes? immo [Et ego retribuā.]. Sed cōtra. Si solū deo seruat vindictā quare iudices vindicāt? Respōdeo, ad hoc respōdet Apostolus Ro. 13. q. iudex est minister dei. Vnde nō iudicat, ppria auctoritate, sed dei. Secunda auctoritas est ibidē [Iudicabit dominus populum suū.]. Si suū, ergo multo magis inimicos. 1. Pet. 4. Si iustus vix saluatur, impius & peccator vbi parebit? Vel populū suū. i. qui fidē suā nō contēnunt, quia infideles dānabuntur, & nō iudicabūt iudicio discursio nis. In iudicio enim, vt dicit Greg. quatuor erūt ordines. Quidā qui nō iudicabūt, sed iudicabūt & saluabūt. s. Apostoli, & Apostolici viri. Quidā qui iudicabūt & saluabūt, vt mediocriter boni. Quidā q iudicabuntur & dānabuntur, vt mali fideles. Quidā qui nō iudicabuntur, & dānabuntur, vt omnes infideles. ¶ Deinde cum dicit [Horrendū est.]. ponit cōclusionē. Ex quo enim vindicta reseruāda est deo qui iudicabit populū suū [horrendū est incidere in manu dei vinctis.]. Quātū enim iudex iustior & fortior est, tāto magis timendū est. Psal. Deus iudex iustus & fortis. Ergo horrendū est incidere in manus eius. Dauid. 13. Melius est mihi absq; opere incidere in manus vestras. Eccl. 2. Si pōnitentiā nō egerimus, incidemus in manū do mini, & nō in manus hominum. Sed cōtra 2. Reg. vlti. Dauid tanq̄ melius praelegit incidere in manus dei. Respōdeo. Dicendū est qd homo peccat offendēdo hominem, & offendēdo deū. Melius autem est incidere in manus hominis offendēdo ipsum, quā in manus dei ipsum offendēdo. Vel dicendū est qd melius est peccatē & contēnentem incidere in manus hominis, peccatē verò sed penitētē in manus dei. Et sic elegit Dauid. Vel dicendū est qd vsq; ad iudicium non est horrendum in manus dei incidere, qui iudicat misericorditer quādiu est pater misericordiarum, sed post iudicium horrendum est incidere in manus dei, quādo sicut deus vltionum iustitias iudicabit. Modò enim sicut circumdatus infirmitate, quā aliquando exper tus est, ex compāssione misericorditer iudicat.

Lectio 4.

Rememoramini autē pristinos dies: in quibus illuminati, magnū certamē sustinistis passionū. Et in altero quidē op pbnis tribulationibus spectaculū fcti, in altero autē socij taliter cōuersantū effecti. Nā & vinctis cōpāsi estis, & rapinam bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis, cognoscētes vos habere meliorē & manētē substantiā. Nolite itaq; amittere consiliū vestrū: quā magnā habet remunerationē. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatē dei facientes, reportetis promissio nem. Adhuc enim modicū aliquātulūq; qui venturus est veniet & nō tardabit: iustus autē meus ex fide viuit: quod si sub traxerit se, nō placebit anima mee. Nos autē non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. ¶ Supra Apostolus monuit ad inharēdū Christo per fidē, spem, & charitatē, ad quod induxit p rationes terreates: hic ponit rationes demulcētēs, sicut bonus medicus post sequitur, ponit vnctōnes lenientes. Inter omnia enim cōmendatio de bene gestis, est vnū quod maximē prouocat ad bonū incōceptum cōtinuandū. Virtus enim laudata crescit in immēsum. Pōdus & immēsum gloria calcā habet. Et circa hoc facit duo: pū mō enim cōmēmorat eis bona quæ fecerāt. Secundò hortatur ad implēdū quod restat, ibi [Nolite itaq; amittere.]. Circa primū facit tria: primò enim in generali cōmēmorat tribulationes, quas pro fide passi sunt secundò describit tribulationū modos ibi [Et in altero.]. terriò exponit eas in speciali, ibi [Nam & vinctis.]. Quia ergo ex bene gestis homo exercitatur ad meli⁹, sicut aliquādo ex malis ecōtrario desperat de seipso, ideo recitat bona eorū, dicēs [Rememoramini.]. Hiere. 2. Recordatus sum tui. i. bonorū quæ egistis [Dies pristinos.]. i. primordia cōuersionis vestræ [in quibus illuminati.]. per fidē quæ illuminat animā & purgat. Act. 13. Fide purificās corda eorū. Esa. 60. Surge illuminare Hierusalē. Hoc autē est per fidē Christi. Eph. 3. Habitate Christū p fidē, &c. Lu. 1. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis, cordib⁹ vestris sedēt. Primum enim lumē animæ est fides [Sustinistis magnū certamen passionum.]. i. magnas passiones cōtra vos certantes,

Inducit ad inharēdū Christo per rationes demulcētēs, vt dūcēdo in memorā bonā quæ fecerūt, siue aliō modo. Et hortādo ad implēdū quod restat.

certantes, vobis illatas ab his qui Christum persequebantur in vobis. Act. 9. Saule, Saule, quid me perseque ris? me, inquam, in membris meis, quia vt dicit August. in sermone super verbo isto, Membris in terra possit caput de celo clamar. Sap. 10. Certamen fortē dedit illi vt vinceret. 2. Timoth. 4. Certauit bonum certamen. Sicut enim dicitur Act. 8. Facta est persecutio magna in ecclesia post mortem Stephani. 1. Thessal. 2. Vos enim imitatores facti estis ecclesiarum dei quæ sunt in Iudæa, quoniam eadem passi estis & vos à conturbulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis. Si ergo à principio incōpāstis sustinere: vituperabile esset modò de sciere. ¶ Consequenter cum dicit [Et in altero.]. ostēdit quæ fuerint illa tribulationes. Dupliciter enim patitur aliquis. s. & in se tribulationem sustinendo, & in alio aliena tribulationi compatiendo. Vtroq; autem modo illi passi sunt. Quantum ad primum dicit [in altero.]. s. quantum ad vos [facti estis spectaculum opprobrii] quod grauisimum est sapienti. Quòd enim vnus fatuus irridetur, non est graue, etiam si multa ei irrisio ab aliis inferatur: sapienti verò graue est, sed si tribuletur & irrideatur à tribulāte, hoc grauisimum est. In hoc ergo ostendit magnitudinem afflictionis ipsorum, quia facti erant spectaculum. i. quia nullus ei cōpariebatur, immo magis irrisori congaudebant in afflictionibus ipsorum. s. in opprobriis. Psal. Opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super me. [Et tribulationibus.]. Psal. Multæ tribulationes iustorū. 1. Cor. 4. Spectaculum facti sumus mūdo. s. ad irrisionem, & angelis ad cōgratulationem, & hominibus. s. ratione ventibus ad imitationem. Quantum ad secundū dicit quòd [in altero effecti sunt socii taliter conuersantium.]. i. eorum qui talia patiebantur: & hoc per cōpāssionem, & per subministratiōem. Ro. 12. Necessitas vobis san. ¶ Deinde cum dicit [Nam & vinctis cōpāsi estis] ponit quod dixerat, & primò quātū ad secundum. s. quo modo sunt cōpāsi. Inter Iudæos enim multi erant vincti, sicut de Paulo dicitur Act. 8. q. deuasta bat ecclesiam tradens in custodiā viros & mulieres. Istis cōpāsi sunt ministrando necessaria. Mat. 25. In carcere eram, & venistis ad me. Quantum ad primū dicit [rapinam bonorū vestrorū.]. s. pro hac causa factam, quia. s. vinctis ministrabant [cum gaudio suscepistis.]. Iaco. 1. Omne gaudium existimate fratres, &c. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes, &c. Sed quare cum gaudio? Nunquid anādē sunt tribulationes? Certē videtur qd non, quia dicit Aug. Tolerari iubet eas, non amari. Respōdeo, Dicendum est qd non amantur propter se, sed propter aliud, & sic illi amabant eas. Vnde subdit [Cognoscētes vos habere meliorem & manentem substantiam.]. s. alias diuitias principales, quæ augentur ex subtractione istarum, quibus dicuntur meliores. Tem porales enim vanæ sunt, quia sunt in his quæ sunt infra hominem, spirituales autem in ipso deo. s. in fructio ne dei. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia, timor domini ipse thesaurus eius. Item sunt manētēs, quia istę deficiunt in se & auferri possunt, illę verò non. Mat. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi erago & tinea demolitur, & vbi fures effo, &c. ¶ Deinde cum dicit [Nolite itaque.]. ostēdit quid eis restat faciendum. s. confidentiam acceptam ex bonis operibus conseruare. Et circa hoc facit tria: primò enim ponit monitionem: secundò docet modū monitionem seruandi, ibi [patientia enim.]. terriò probat per auctoritatem, ibi [Adhuc enim modicum.]. Dicit ergo, Ex quo tot bona in primordiis conuersationis vestrae operati estis, ex quibus multā cōfidentiam debetis habere apud deum [nolite itaque amittere confidentiā vestram] quod profecto sequeretur si à bonis desisteretis [quæ magnā habent remunerationem.]. Mat. 5. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in calis. Gen. 15. Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis. ¶ Modus seruādi est patientia. Vnde dicit [Patientiā enim vobis necessaria est.]. Sicut autem mansuetudo est moderatiua, ita patientia ponit modum in tristitiis, vt. s. non excedat modum rationis. Contingit autē aliquando tristitia ex malis illatis, aliquando verò ex bonis dilatis. Prouer. 13. Spes quæ differtur affligit animam. Quantū autem ad primū dicitur patientia, sed quātū ad secundum dicitur longanimitas: hic accipitur patientia pro vtroq; & quantum ad sufferentiā malorum, & quantum ad lōganimitatem bonorum dilatorum. Dicit ergo qd quātū ad vtrūque, patientia nobis necessaria est. Prouer. 16. Melior est patiens forti viro. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iac. 1. Patientia opus perfectum habet. Et ad quid est necessaria? [Vt voluntatē dei facientes repo. repromis.]. i. implentes volūtatem dei. s. voluntatē signi. Sic enim aliquando accipitur volūtas dei in scriptura. Psal. Ministri eius qui facitis voluntatem eius. Et sic reportabitis promissionē. i. rem promissam, quæ operantibus datur. Mat. 20. Voca operarios: & redde illis mercedem. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Mat. 24. Qui perseuerauerit vsque in finē, hic saluus erit. Hier. 18. Repente loquar aduersus gentē, & aduersus regnū vt eradicem & disperdā illud, &c. ¶ Deinde cum dicit [Adhuc autē modicum] probat quod dixit per auctoritatem. Et circa hoc facit duo: primò enim ponit cā: secundò applicat ad propositū, ibi [Nos autem.]. Prima in tres. Primò enim proponit proximū aduentū remunerationis. Secundò ostēdit conditionē remunerationis, ibi [Iustus autē meus.]. Terriò declarat periculū, ne perdatur remuneratio, ibi [Quod si subtraxerit.]. Circa primum sciendū est qd auctoritas ista supra videtur de Abac. 2. tamen principium sumptū est de Aggeo 2. ca. Quod ideo forte fecit, quia vtrūque intellexit de eodē aduētū. Abacuch enim sic dixit, Adhuc vltus procal Aggeus autē, Adhuc modicū. Et ideo vtitur verbis vnus quasi verbis alterius, Vel melius, quia Apo. loquitur de tēpore suo. s. post incarnationē & resurrectionē à quo minus restat vsque ad iudiciū quā à tēpore propheta. Et ideo magis vtitur verbo Aggei quātū ad principiū, tamē in fine auctoritatis cōcordant. Vel etiā potest dici qd loquitur quasi ex seipso, cui nō minus credendū est qd propheta. Est autē duplex aduentus do mini secundū duplex iudiciū. Vnus generalis. s. in fine in vniuersali iudicio. Alius specialis in morte vnuscu iusque. Quantū ergo ad vtrūque dicit [Adhuc modicū] quantum ad breuitatē temporis. Et quidē quantum ad primū, & si multū sit quātū ad trāctum tēporis & quo ad nos, breue tamen est quātū ad aeternitatem. Psal. Mille anni ante oculos tuos tanquā dies hæsterna quæ præterit. Apoc. vlti. Ecce venio cito. Sed quantum ad specialē qui est in morte, de quo Io. 14. Iteum veniā & accipiam vos ad meipsum: non multum refert vtrum sit parū vel multum, quia talis erit vnusquisque in iudicio qualis exiit. Et ideo studendū est vt in morte appareamur boni, quia vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Et ideo dicit [modicum & aliquantulum] quia tribulationes non sunt multum magna duratione, quia si multum præmūt, interimunt: si verò parum præmunt, non cito finiuntur. 2. Corinthio. 4. Id enim quod in præsentī est tribulationis momentaneum &

leue, supra modum operatur in nobis æternam gloriæ pondus. Veniet ergo cito [& non tardabit] siue in morte siue in iudicio. Iaco. 5. Ecce iudex ante ianuam asistit. ¶ Qui sunt etiam remunerandi, ostendit cum subdit [Iustus autem meus ex fide viuuit.] Hæc eadem autoritas habetur Rom. 1. & Gal. 3. Solis autem iustis debetur remuneratio. Psal. Salus autem iustorum à domino. Est autem duplex iustitia, vna quo ad humanum iudicium. Ro. 10. Ignorantes dei iustitiam & suam querentes statuere. Et ideo dicitur [Iustus meus.] Iustitia quo ad me ordinatur. i. qui est mihi iustus & propter me. Illud autem per quod homo iustificatur est fides. Ro. 3. Iustitia dei est per fidem Iesu Christi. Cuius ratio est, quia per hoc est homo iustus quod ordinatur in deum; illud autem per quod primò homo ordinatur in deum, est fides. Et ideo dicitur, Iustus meus [ex fide.] infra 11. Accedentem ad deum oportet credere. Nec solum per fidem iustitia, sed etiam per fidem iustificatus [viuuit.] Sicut enim per animam viuuit corpus, ita anima per deum. Vnde sicut per illud per quod primò vnitur anima corpori, viuuit corpus, ita per id per quod primò vnitur deus animæ, viuuit anima, hoc autem est fides, quia fides est primum in vita spirituali. Esai. 7. Si non crederitis non permanebitis, sicut domus non permanet destructo fundamento. Gala. 2. Quod autem nunc uiuo in carne, fide uiuo filii dei. Fides autem si non est formata charitate, mortua est, & ideo non viuificat animam sine charitate. Gal. 5. Fides que per charitatem operatur. 1. Io. 3. Nos scimus quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus. Vel iustus meus ex fide viuuit, i. apud me reputatur & habet vitam gloriæ, sine actuali passione, si non datur opportunitas patendi. ¶ Deinde cum dicit [Quod si subtraxerit se.] ostendit periculum imminens non permanentem in iustitia fidei. Quia enim in potestate habetis fidem est ipsam perdere vel seruare, ideo dicit [Si subtraxerit se.] s. a fide & à iustitia [non placebit anime meæ.] Litera nostra habet. Non erit recta anima eius. Et est idem sensus. Dicit Hiero. q. vbiq; aliter scriptum est in Hebræo q̄ in septuaginta. Apostolus vitur sicut didicit à Gama hiele, ad cuius pedes didicit legē. Non placebit ergo anime meæ, i. volūtatī meæ. Volūtas enim dei debet esse regula actionū nostrarum. Qui ergo non cōcordat voluntati dei, nō est recta anima eius. ¶ Deinde dicit [Nos autem non sumus.] Adaptat ad propositū. q. d. Sic erit his qui se fidei subtrahūt. Sed [nos nō sumus filii subtractionis in perditione.] Ille dicitur filius alicuius q̄ in ipso dominatur. Et sic dicitur aliquis filius mortis, s. in quo dominatur illud per quod à deo reprobatur. Canonica Iuda; Hi sunt qui segregant semetipsos, animales spiritum non habentes. In perditionem. s. animæ. Psal. Perdidisti omnes qui fornicantur abste. Psal. Et iter impiorum peribit [sed filii dei.] i. renati in Christo per fidem [in acquisitionem.] i. in salutem [animæ.] Qui enim mandata dei custodit, saluat animam suam. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 1. Thessal. 5. Non sumus filii noctis neque tenebrarum. Ergo non deficiamus à fide.

Caput 11.

Describitur
fides.

¶ **E**st autem fides, sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium. ¶ Suprà Apostolus multipliciter ostendit excellentiam Christi præferens ipsum angelis, Moyse & Aaron, & monuit coniungi ipsi Christo, quæ coniunctio, quia præcipue & inchoatiue fit per fidem. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Ideo Apostolus procedit ad commendationē fidei. Et circa hoc facit tria: primò enim describit fidem; secundò ponit exēpla diuersa de ipsa, ibi [In hac enim.] tertio hortatur ad ea quæ sunt fidei. 12. ca. ibi [Ideo q; vos tantam.] Diffinitionem fidei ponit cōpletè quidem, sed obscure. Vnde sciendum est q; volens perfectè diffinire virtutē aliquam, oportet q; tangat materiā eius propriā circa quam est, & finē eius: quia habitus cognoscitur per actū, & actus per obiectū. Et ideo oportet tangere actū & ordinem ad obiectum & finē. Sicut volens diffinire fortitudinem, oportet tangere propriā eius materiā circa quam est. s. timores & audacias, & finē. s. bonum reipublice, vt dicatur q; fortitudo est virtus moderatiua illorum, propter bonū reipublicæ: cum autē fides virtus theologica habeat idē pro obiecto & finē. s. deum: primò ergo ponit ordinē & finem: secundò materiā propriā, ibi [Argumentum non apparentiū.] Sciendum verò est q; actus fidei est credere, qui est actus intellectus determinati ad vnū, ex imperio voluntatis. Vnde credere est cum assensu aliquid cogitare, vt dicit Aug. in lib. de prædestinatione sanctorū. Et ideo obiectum fidei & finis voluntatis oportet sibi correspondere. Veritas autem prima est obiectū fidei, in quo quidem consistit finis voluntatis. s. beatitudo, quæ differenter est in via & in patria, quia in via veritas prima nō est habita, & per consequens nec visa, quia in his quæ sunt supra animā, idē est videre & habere, vt dicit Aug. 83. Quæstione, sed tantum est sperata. Roma. 8. Quod enim non videmus speramus. Quod enim videt quis quid sperat? Ergo veritas prima non visa, sed sperata est finis volūtas in via, & per consequens obiectum fidei, quia idem est sibi pro fine & obiecto. Finis autem vltimus simpliciter ipsius fidei in patria, quem intendimus ex fide, est beatitudo que in aperta visione dei consistit. Io. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum deum, &c. & 20. Beati qui non viderunt & crediderunt. Huiusmodi autē est spes fidelium. 1. Pe. 1. Regenerauit nos in spem viuam. Finis ergo fidei in via est affectio rei speratæ. s. beatitudinis æternæ. Et ideo dicit [Sperandarum rerum.] Sed quaritur hic quare cum fides sit prior quā spes, diffinitur per ipsam: quia posterius debet diffiniri per prius, & nō econuerso? Respondeo, dicendum est q; ex iam dictis patet solutio, quia dictum est q; idem est obiectū & finis fidei. Cum ergo affectio rei speratæ sit finis eius, oportet q; etiā sit obiectum ipsius. Dicebat autē supra, q; omnis habitus debet diffiniri per ordinē actus ad obiectum. Verum autē & bonum & si in se considerata conuertantur quantum ad supposita, tamen in quantum differunt ratione diuerso ordine se habent ad inuicē, quia & verū est quoddā bonum, & bonū est quoddā verū. Et similiter intellectus & voluntas quæ distinguuntur penes distinctionē veri & boni, habent inter se diuersum ordinē. In quantum enim intellectus apprehendit veritatē & quicquid in ipsa cōtinetur, sic verū est quoddā bonū & sic est bonū sub vero. Sed in quantum voluntas mouet, sic verū est sub bono. In ordine ergo cognoscēdi intellectus est prior, sed in ordine mouēdi, volūtas est prior. Quia ergo intellectus mouetur ad actū fidei ex imperio volūtatī, vt dictū est, in ordine mouēdi volūtas est prior. Ideo nō diffinitur prius per posterius, quia vt dictū est in diffinitione fidei, oportet ponere ordinem actus ad obiectū, quod idē est q; finis. Finis autē & bonū idē sunt, vt habetur 2. Phisicorū. In ordine

autem ad bonum voluntas cuius est spes sicut subiecti, est prior. ¶ Quare autē non dicit diligendam: Ratio est, quia charitas est presentiu & absentium. Quia ergo finis non habitus, est obiectū fidei, ideo dicit sperandarū rerum. Nec obstat q; res speranda est obiectū spei. Quia oportet q; fides sicut ad finem ordinetur ad obiectū illarum virtutū quibus perficitur voluntas, cum fides pertineat ad intellectū secundū quod imperatur à volūtatē. ¶ Sed cum fides sit vna, quia ab vnitate obiecti dicitur habitus vnus, quare non dicitur rei speratæ, sed rerū sperandarū? Respondeo, dicendū est q; beatitudo quæ in se essentialiter est vna, quia cōsistit in dei visione quæ in se est vna, est principiu & radix ex qua multa bona deriuantur, quæ sub ipsa continentur: sicut dotes corporis, societates sanctorū, & multa alia. Vt ergo ostēdat omnia ista pertinere ad fidē, loquitur in plurali. ¶ Illud autem quod dicitur [substantia] potest multipliciter exponi. Vno modo causaliter, & tūc habet duplicē sensum. Vnū quod est substantia. i. faciēs in nobis substatere res sperandas, quod facit duobus modis. Vno modo quasi merēdo. Ex hoc enim q; captiuat & submittit intellectū suum his quæ sunt fidei, meretur per suā proprietatē præsentialiter faciat q; id quod creditur futurū in re, aliquo modo iam habeatur dūmodo credat in deum. Alio modo exponi potest, substantia essentialiter quasi fides sit substantia. i. essentia rerū sperandarum. Vnde in Græco habetur hypostasis rerū sperandarū. Essentia enim beatitudinis nihil aliud est quā visio dei. Io. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscāt te solum verū deum, &c. Vnde primò de tri. ca. 10. dicit Aug. Hæc contēplatio promittitur nobis actionū omnium finis, &c. Ipsa ergo plena visio dei est essentia beatitudinis. Hoc autē videmus in sciētis liberalibus q; si quis aliquā velit adiscere, oportet eū primò accipere principia ipsius quæ oportet credere cum sibi tradūt à magistro. Oportet enim credere eum qui dicit: vt habetur primo priorū. Et in illis principis quodā modo cōtinetur tota scientia, sicut cōclusiones in præmissis, & effectus in causa. Qui ergo habet principia illius sciētia, habet substantiā eius, puta geometria: Et si geometria esset essentia beatitudinis, qui haberet principia geometria, haberet quodā modo substantiā beatitudinis. Fides autē nostra est vt credamus q; beati videbunt & fruētur deo. Et ideo si volumus ad hoc peruenire, oportet vt credamus principia istius cognitionis. Et hæc sunt articuli fidei qui continent totā summā huius scientia, quia beatos nos facit visio dei trini & vnus. Et hic est vnus articulus. Vnde hoc credimus, & ideo dicit. Substantia rerū sperandarū. 1. Cor. 13. Videmus nūc per speculū & in enigmate, tunc autē facie ad faciē. q. d. Tunc erimus beati quādo videbimus facie ad faciē, illud quod nūc videmus in speculo & in enigmate. In his ergo verbis ostēditur ordo actus fidei ad finem, quia fides ordinatur ad res sperandas quasi quoddā inchoatiū, in quo totū quāsi essentialiter cōtinetur, sicut cōclusiones in principis. ¶ Consequēter cum dicit [Argmētum non apparentiū] tangit actū fidei circa propriā eius materiā. Actus autē proprius fidei est si sit in ordine ad voluntatē, vt dictū est, tamen est in intellectu sicut in subiecto, quia obiectū eius est verū, quod propriè pertinet ad intellectū. In actibus autē intellectus differētia est. Quidā enim sunt habitus intellectus qui importat omnino dā certitudinē ad cōpletam visionē eius quod intelligitur, sicut pater de intellectu, qui est habitus primorū principiorū, quia qui intelligit quod omne totū est maius sua parte, videt hoc & est certus. Hoc etiā facit habitus sciētia, & sic talis habitus intellectus, & sciētia, faciunt certitudinē & visionē. Quādā verò alia sunt quæ neutrum faciūt. s. dubitatio & opinio. Fides verò tenet medium inter ista, quia dictū est q; fides facit assensum in intellectu, quod potest esse dupliciter. Vno modo quia intellectus mouetur ad assentiendū ex euidētia obiecti quod est per se cognoscibile, sicut in habitu principiorū, vel cognitū per aliu quod est per se cognoscibile, sicut patet in sciētia astronomia. Alio modo assentit alicui non propter euidētia obiecti à quo nō mouetur sufficēter. Vnde nō est certus, sed vel dubitat. s. quādo non plus habet rationē ad vnā partē q; ad aliam. Vel opinatur, si habet quidē rationē ad vnā partē non omnino quietantē ipsum, sed cū formidine ad oppositū. Fides autē neutrum horū dicit simpliciter, quia nec cū prius est sibi euidens, nec cū duobus vltimis dubitat, sed determinatur ad alterā partē cum quadā certitudine & firma adhesionē per quadā electionē voluntariā. Hæc autē electionē facit diuina autoritas per quā electionē determinatur intellectus vt firmiter inhareat his quæ sunt fidei, & eis certisimè assentiat. Et ideo credere est cū assensu cognoscere. Propria ergo materia habitus fidei sunt nō apparentia. Apparentia enim agnitionē habent, non autē fidē, vt dicit Grego. Actus autē fidei est certa adhesio quā vocat Apostolus argumentū, accipiēs causam pro effectu, quia argumētum facit fidē de re dubia. Est enim argumentū ratio rei dubia: faciēs fidē, vt dicit Boet. Vel si sequamur ethimologiā nominis qua dicitur, argumentū quāsi arguens mentē & tunc accipit effectū pro causa, quia ex certitudine rei prouenit quod mēs cogatur ad assentiendū. Vnde argumentū dicitur nō apparentiū, i. certa apprehensio eorū quæ non videt. Quod si quis velit verba ista ad debitā formā reducere, posset dicere q; fides est habitus mēris qua inchoatur vita æterna in nobis, faciēs intellectū assentire non apparentibus. Vbi enim nos argumentū habem, habet alia, litera cōductio, quia per autoritatē diuinā conuincitur intellectus ad assentiendū his quæ nō vident. Patet ergo q; Apostolus cōpletè diffinit fidē, licet obscure. Per istam enim diffinitionē distinguitur fides ab opinione, dubitatione & suspitione, quia per ista nō habetur firma adhesio intellectus ad aliquid. Per hoc autē quod dicitur nō apparentiū, distinguitur ab habitu principiorū & sciētia. Et per hoc quod dicitur rerū sperandarū, distinguitur à fide cōmuniter sumpta quæ nō ordinatur ad beatitudinē. Nā per propriā diffinitionē vnde cūq; innotescit & distinguitur à quolibet alio sicut est hic. Vnde & ad istā omnes alia reducuntur. Sed videtur q; maledicat, nō apparentiū, quia vt dicitur Io. 20. Thomas vidit & credidit. Item credimus esse deum vnū, quod tamen demonstratur à philosophis. Respondeo, dicendū est q; fides dupliciter accipitur Vno modo propriè, & sic est nō visorū & non scitorū, vt patet ex prædictis. Et propterea q; nō potest maior certitudo haberi de cōclusionē quā de principio à quo elicitur: quia semper principia sunt notiora cōclusionibus, ideo cū principia fidei nō habet euidētia, nec p; cōsequēs cōclusiones. Et ideo intellectus nō assentit cōclusionibus tāq; scitis nec tāq; visis. Alio modo cōmuniter, & sic excludit omnē certā cōclusionē, & sic loquitur Aug. in. q. euāgelii q; fides est de quibusdā q; videtur. Apo. autē loquitur de prima. Et quidē de Thomā dicitū est q; sicut dicit Gre. Aliud vidit, aliud credidit, quia vidit humanitatē, & credidit diuinitatē. Ad istud

de demonstracione, dicendum est quod nihil prohibet aliquid esse visum vni quod est creditum alteri, sicut patet in diuersis statibus. Quod enim non est visum in via, videtur in patria. Vnde quod ego credo, angelus videt. Similiter quod est visum à prophetis, ut quod deus est vnus incorporeus, hoc est credendum ab idiotis, sicut idiotam credit egyptum, quam astrologus videt. Et de talibus est fides secundum quid tantum. Quædam autem sunt quæ simpliciter excedunt statum presentis viæ, & de talibus est fides simpliciter.

Lectio 2.

Ostenditur
descriptio fi
dei, exemplo
eam commens
dando semm
& patriam
reterum.

In hac enim testimonium consecuti sunt senes. Fide, intelligimus aptata esse secula verbo dei: ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Fide plurimam hostiam Abel quam Cayn, obtulit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide, Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur, quia translatus illum deus. Ante translationem enim, testimonium habuit placuisse deo. Sine fide autem impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Fide responso accepto de his quæ adhuc non videbantur, metuens, apertit arcam in salutem domus sue, per quam damnauit mundum, & iustitia quæ per fidem est, heres est institutus.

Supra posuit descriptionem fidei: hinc ostendit eam per exemplum. Et circa hoc facit duo. Primum enim in generali manifestat propositum suum. Secundum in speciali, ibi [Fide intelligimus.] Quantum ad primum sic continuatur. Sic ergo describo & commendo fidem, nec hoc est de nouo [in hac enim.] [f. fide] senes. [i. sancti patres testimonium consecuti sunt. i. crediderunt & per fidem instituti sunt. Gen. 15.] Creditur Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Psal. Credidi propter quod locutus sum. Inter omnes autem patres veteris testamenti illi duo specialiter. [David & Abraham habent testimonium fidei.] Fide intelligimus, &c. In speciali declarat propositum per exempla antiquorum. Et primum quantum ad id quod crediderunt & docuerunt. Secundum quantum ad id quod fecerunt, ibi [Fide Abel.] Tertiū quantum ad id quod passi sunt, ibi [Alii autem discesserunt.] Doctrina autem in veteri testamento duplex fuit. Vna aperte posita. Alia vero sub velamine figurarum & mysteriorum velata fuit. Prima de unitate dei & creatione mundi. Secunda de mysterio incarnationis & reparationis. Vnde sicut ipsi in memoria creationis colebant sabbata, ita nos in memoria resurrectionis seruamus dominicam. Quantum ergo ad doctrinam de mundi creatione, dicit [Fide intelligimus, &c.] Quod potest dupliciter legi. Vno modo quod, verbo dei sit ablatiui casus. Et est sensus [Nos] sicut antiqui [Fide.] [i. per doctrinam fidei.] veteris testamenti. Gen. 1. Dixit deus, fiat, &c. Psal. Ipse dixit & facta sunt. Intelligimus secula esse aptata. i. disposita [verbo dei.] [i. per imperium dei.] Hoc autem pertinet ad fidem quod, f. hoc intelligimus, quia cum fides sit de inuisibilibus, etiam secula facta sunt de inuisibilibus. f. de materia prima quæ nuda & priuata omni forma inuisibilis est, & omni specie & dispositione carens. Ideo dicit [Vt ex inuisibilibus visibilia fierent.] Sed hoc est satis ruditer dictum, licet sit verum. Secundo modo quod, verbo sit datiuus casus. Et tunc est sensus, Intelligimus per fidem, ut prius secula essent aptata. i. conuenientia & correspondencia verbo, ut ex inuisibilibus, &c. Propter quod sciendum est quod verbum dei est ipse conceptus dei quo seipsum & alia intelligit. Deus autem comparatur ad creaturam, sicut opifex ad opus suum. Hoc autem videmus quod artifex illud quod producit extra, producit in similitudinem conceptus sui. Vnde facit domum in materia ad similitudinem domus quam in mente sua formauit, quod si domus extra conueniat domui præconceptæ, est opus debito modo ordinatum, si non, non. Quia vero tota creatura optime disposita est, ut pote producta ab artifice in quo non potest cadere error vel aliquis defectus, ideo plenissime secundum modum conuenit diuino conceptui. Vnde Boetius de consolacione. Pulchrum pulcherrimus ipse mundum, mente gerens simulque imagine formas. Ideo dicit [Intelligimus fide secula.] [i. totam vniuersitatem creaturæ] [aptata.] [i. conuenienter respondentia] [verbo.] [i. conceptui dei, sicut artificiatum arti sua.] Eccl. 1. Effudit illam. [i. sapientiam suam, super omnia opera sua.] Sequitur, Vt ex inuisibilibus, &c. Sed quia apud antiquos communis animi conceptus erat quod ex nihilo nihil fit. [i. Phisicorum.] Ideo quando videbant aliquod nouum opus, dicebant quod esset factum ex aliquibus inuisibilibus. Vnde vel ponebant quodlibet esse in quolibet, sicut Empedocles & Anaxagoras de quo nihil ad presens. Alii vero latitacione formatum, sicut ipse Anaxagoras. Alii ab ydæis, sicut Plato. Alii ab intelligentia, sicut Auicenna. Vnde secundum omnes istos visibilia facta sunt ex inuisibilibus rationibus ydæalibus. Nos autem dicimus secundum modum prædictum, quod ex inuisibilibus rationibus ydæalibus in verbo dei per quod omnia facta sunt, res visibiles sunt productæ. Quæ rationes, & si idem sunt, tamē per diuersos respectus connotatos respectu creaturæ differunt secundum rationem. Vnde alia ratione conditus est homo, & alia equus, ut dicit Aug. in lib. 83. q. Sic ergo secula aptata sunt verbo dei [ut ex inuisibilibus] rationibus ydæalibus in verbo dei [visibilia.] [i. omnis creatura] [fieri.] [i. omnia autem ista verba expresse sunt contra Manicheos. Ipsi enim dicunt quod non est curandum quid homo credat, sed tantum quid faciat. Sed Apostolus principium omnis operis ponit fidem. Vnde dicit quod est substantia. i. fundamentum.] Sine fide ergo frustra sunt opera. Item dicit quod non est credendum nisi vnde habetur ratio. Contra quod dicit, non apparentium. Item dantur veteris testamenti dicentes quod à malo principio. f. à diabolo conditum sit. Contra quod dicit, quod in hac fide testimonium consecuti sunt senes. Deinde cum dicit [Fide Abel, &c.] ostendit quid patres antiqui fecerunt. Et primum hoc ostendit de patribus ante diluuium. Secundum de patribus qui fuerunt ante legem, ibi [Fide qui vocatur Abraham.] Tertiū de his qui fuerunt sub lege, ibi [Fide de Moyse.] Ante diluuium fuerunt tres specialiter deo accepti. f. Abel. Gen. 4. Enoch. Gene. 5. Noe. Gen. 6. Primum ergo ponit fidem Abel. Secundum fidem Enoch, ibi [Fide Enoch.] Tertium fidem Noe, ibi [Fide Noe.] De Abel autem ostendit quid per fidem fecerit, & quid inde consecutus sit. Per fidem Abel obtulit sacrificium. Vnde sicut confessio est testimonium fidei interioris, ita ex cultu exteriori in sacrificio commendatur fides eius. Et ex eo quod obtulit sacrificium electum, quia de primogenitis gregis & de adipibus eorum, ostenditur electa fides eius. Primum enim sacrificium signum fuit electæ fidei & probatæ. Malach. 1. Male dictus fraudulentus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile domino. De sacrificio autem Cayn nulla fit mentio quantum ad excellentiam, sed solum quod obtulit de fructibus terra. Dicit ergo quod [Abel] fide obtulit plurimam hostiam non quantitate sed pretiositate [quæ Cayn.] [i. meliorem hostiam obtulit quæ Cayn.] [i. deo] quia ad honorem dei. Aliter enim non placuisset deo. Glo. dicit, Fide plurima, sed hoc non habetur in Græco, quia plurima est ibi accusatiui casus: quod patet ex modo loquendi quod est comparatiuum, nisi dicatur fide plurima. i. meliore &

prælatiore quam Cayn obtulisset, quia ut dictum est, sacrificium exterius signum fuit fidei interioris. Ex fide autem duo consequuntur, vnum in vita. f. testimonium iustitiæ. Vnde dicit [Consecutus est testimonium esse iustus.] [f. per fidem.] Mat. 23. A sanguine Abel iusti, &c. tamen non propter hoc testimonium Christi dicit ipsum consecutum fuisse testimonium iustitiæ, quia non intendit hinc inducere nisi auctoritates veteris testamenti. f. scripturam id quod dicitur Gen. 4. Respexit dominus ad Abel & ad munera eius, quia respectus domini est specialiter super iustos. Psal. Oculi domini super iustos. Et hoc testimonium perhibente deo muneribus eius. Quod forte fuit, quia igne celesti incedebantur munera. Et hoc fuit respectus dei. Prius tamē respexit ipsum offerentem quæ oblationem eius, quia ex bonitate offerentis acceptatur oblatio, quæ non est sacramentalis, quia sacramentalis bonitas in ipso. Aliud testamentum consecutus est post mortem. Vnde dicit [Et per illam defunctus adhuc loquitur] quia ut dicit Glo. post mortem adhuc commendatur fides eius, quia datur nobis materia loquendi de ipso, ut de fide eius, & patientia, demus exempla ad exhortandum alios ad patientiam. Sed hæc non est intentio Apostoli, quia omnia quæ accipit hinc sumit ex scripturis. Vnde intelligitur de eo quod dicitur Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. infra 11. Melius loquere quam Abel. Hoc enim accepit per illum. i. per meritum fidei, quod defunctus. i. sanguis defuncti clamat ad deum & loquitur deo. Deinde cum dicit [Fide Enoch, &c.] Comendat Enoch. Et primum ponit intetum suum. Secundum probat ibi [Et non inueniebatur.] Non facit autem Apostolus mentionem de operibus eius, quia scriptura modicum loquitur de hoc, sed tantum ostendit quid ei fecerit deus, quia [fide.] [i. per meritum fidei] [translatus] à conuersatione huius vitæ, in aliam conseruatur à morte. Vnde dicit [Ne videret mortem.] Gen. 5. Non apparuit, quia tulit eum deus. Et verum est quod non dum est mortuus, sed tamen quandoque morietur, quia sententia quæ dominus primis parentibus peccatis infligit, quocumque die comederis, &c. in omnes quocumque modo nascuntur ex Adâ permanebit, sicut etiam in Christo. Psal. Quis est homo qui uiuet & non videbit mortem? Mors autem duorum dilata est. f. Enoch & Helia. Et ratio est, quia doctrina veteris testamenti ordinatur ad promissa noui testamenti, in quo nobis spes vitæ æternæ promittitur. Mat. 4. Penitentiam agite, appropinquate enim regnum caelorum. Et ideo data sententia mortis voluit dominus ducere homines in spem vitæ: quod fecit in patribus vtriusque status. f. naturæ, legis, & gratiæ. Vnde in primo statu dedit spem euadendi necessitatem mortis, & hoc in Enoch, in lege, in Helya. In tempore gratiæ, in christo per quæ datur nobis effectus huius promissionis. Et ideo alii morietur, sed Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Sed duo primi morietur per antichristum. Sic ergo translatus est ne videret mortem, non solum ut non sentiret mortem & hoc in illa generatione. Deinde cum dicit [Et non inueniebatur, &c.] Probat quod hoc habuit per meritum fidei: & primum probat quod translatus est: secundum quod hoc propter fidem habuit, ibi [Ante translationem enim.] Et primum probat per auctoritatem. Gene. 5. Quæ sub aliis verbis ponit, quia ibi dicitur, non apparuit, quia tulit eum deus. Hinc autem dicit [Et non inueniebatur, quia translatus eum deus.] Et idem est sensus. Sap. 4. Placens deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est. Sicut enim conueniens fuit quod homo propter peccatum expelleretur de paradiso, ita quod iustus introduceretur. Iste enim per Sech septimus ab Adam optimus fuit, sic Lamech per Cayn septimus ab Adâ pessimus fuit ut pote qui contra naturam primus introduxit bigamiam. Deinde cum dicit [Ante translationem.] Probat quod propter meritum fidei fuerat translatus, quia antequam transferretur dicit de ipso scriptura quod ambulauit cum deo, quod est consuetudo & placere deo: propter hoc autem tulit eum deus, sed sine fide impossibile est ambulare cum deo, & deo placere, ergo, &c. Totam istam rationem quantum ad præmissas ponit. Et primum maiorem, quia [habuit testimonium ante translationem placuisse deo.] Et idem ostendit per auctoritatem. Eccl. 4. Enoch enim placuit deo & translatus est in paradysum, ut dicitur in Genesi. Quod autem placuit ostendit scriptura quæ dicit quod ambulauit cum deo. Mal. 2. In pace & in æquitate ambulauit mecum. Psal. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Minorē subdit, dicens [Sine fide autem impossibile est placere deo.] Eccl. 1. Beneplacitum est illi fides. Ro. 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem. Probat autem minorē cum dicit [Accedentem ad deum oportet credere.] Nullus enim potest deo placere nisi accedat ad ipsum. Iac. 4. Appropinquate deo & appropinquate vobis. Psal. Accedite ad eum & illuminamini. Sed nullus accedit ad deum nisi per fidem, quia fides est lumen intellectus. Ergo nullus potest deo placere nisi per fidem. Accedentem autem per fidem oportet credere domino. Sicut enim videmus in quolibet motu naturali quod oportet quod mobile ex motu duo intendat ne motus sit frustratus. f. aliquem certum terminum & certam causam quare moueatur prius autem est terminus quæ effectus motus consequatur, sic etiam in motu quo aliquis accedit ad deum terminus motus est ipse deus. Vnde dicit [Oportet credere accedentem quia est.] Quod dicit propter eius aternitatem. Exod. 3. Qui est misit me. Secundum quod sciat quod deus habeat prouidentiam de rebus. Aliter enim nullus irret ad ipsum, si non speraret aliquam remunerationem ab ipso. Vnde dicit [Et inquirentibus se remunerator sit.] Esa. 40. Ecce dominus veniet, ecce merces eius cum eo. Merces autem est illud quod homo querit in labore. Mat. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem. Quæ merces nihil est aliud quam deus, quia nihil extra ipsum debet homo querere. Gene. 15. Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis. Deus enim nihil aliud dat nisi seipsum. Psal. Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei. Treñ. 3. Pars mea dominus dixit anima mea, &c. Et ideo dicit, Remunerator est inquirentibus eum. Non aliud. Psal. Querite dominum & confirmamini, querite faciem eius semper. Sed nunquid duo hæc sufficiunt ad salutem? Respondeo, dicendum est quod post peccatum primi parentis nemo potuit saluari à reatu culpæ originalis, nisi per fidem mediatorum, sed ista fides diuersificata est quantum ad modum credendi secundum diuersitatem temporum & statuum. Nos autem quibus est tantum beneficium exhibitum magis tenemur credere quam illi qui fuerit ante aduentum Christi: tunc etiam aliqui magis explicitè: sicut maiores, & illi quibus facta fuit aliqua quando reuelatio specialis. Illi etiam qui sub lege, magis explicitè quam ante legem, quia data fuerunt eis aliqua sacramenta quibus quasi per figuram representabatur Christus, sed gentiles qui fuerunt saluari, sufficiebat eis quod crederent de esse remuneratorem, quæ remuneratio non fit nisi per Christum. Vnde implicitè credebant in mediatorum. Contra autem illud quod dicit quod oportet credere quod deus est, quod dictum est supra, quod creditum non potest esse scitum nec visum, deum autem esse, est demonstratum. Respondeo, dicendum est quod

AD HEBRÆOS

de deo potest multipliciter haberi notitia. Vno modo per Christū, in quantum. scilicet pater vni geniti & cōsubstantialis, & alia quæ specialiter Christus de deo patre & filio & spiritu sancto docuit quantum ad vnitatem essentia, & aternitatem personarum. Et hoc tantū est creditū, nec in veteri testamento fuit explicitē creditū nisi à maioribus tantū. Secūdo modo quod solus deus colendus est, & sic etiā erat creditū à Iudæis. Tertio modo quod est vnus deus, & hoc notū est etiam ipsi philosophis, & nō cadit sub fide. ¶ Deinde cum dicitur [Fide Noe.] ostendit quid Noe fecit per fidē, & quid inde cōsecutus est, ibi [Et iustitia] de ipso autē narrat quinq; quæ fecit. Primū quod dicitur dei credidit de futuro iudicio, quod tamen nondū videbatur. Vnde dicitur [Fide Noe re sponso accepto de his quæ adhuc nō videbantur] supple crediderat. Secūdo ex fide timuit. Fides enim est principiū timoris. Eccle. 25. Timor dei initiū dilectionis eius, fidei autē initium agglutinandū est ei. scilicet timori. Et ideo dicitur [Meruēs.] scilicet diluuiū promissum, quod tamē nō videbatur. Ergo fides est de inuisibilibus. Tertio mandatū dei impleuit faciēdo arcam. Vnde dicitur [aptauit arcā.] i. secundū dispositionē dei cōuenientem fecit. Quartū à deo salutē sperauit. Vnde dicitur [In salutem domus suæ.] i. familię suæ, quia illi soli salui facti sunt. i. Per. 3. Pauci. i. octo animæ saluæ factæ sunt per aquā. Quintū ex hoc quod propter fidē prædictam fecit [dānauit mundū.] i. mundanos dānabiles ostēdit. Reuelatio autē sibi de fabricāda arca, rēponsum fuit de desiderio eius & iustitiæ quæ est per fidē. ¶ Deinde cū dicitur [Et iustitiæ quæ.] ostēdit quid per fidē consecutus est. Sicut enim post mortē alicuius aliquis succedit in hereditatē eius, sic etiā quia à principio mūdi nō tota liter defecerat iustitia in mūdo, quia adhuc durabat mūdos, seu in diluuiō quasi totus perierit mūdos, ideo ipse Noe quasi hērēs factus est propter fidē suā [vel iustitiā quæ habetur per fidē.] Vel sicut patres sui iustificati fuerūt per fidē, ita ipse factus hērēs est iustitiæ per fidē. i. imitator per fidē paternā iustitiæ. Lectio 3.

Alia exempli fidei.

Fidei, qui vocatur Abraham obediuit in locū exire quē accepturus erat in hereditatem. Exiit, nesciēs quō iret. Fidei, demo stratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Jacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius arxifex & cōditor, deus. Fidei, & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiā præter tempus ætatis quoniam fidelē credidit esse eū qui repromiserat. Propter quid & ab vno orti sunt (hoc emortuo) tanquam sidera celi in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram maris, innumerabilis. ¶ Suprà posuit Apostolus exemplū fidei in patribus qui fuerūt ante diluū qui fuerunt communiter patres tam Gētilium quā Iudæorū: hīc specialiter descēdit ad patres qui fuerūt post diluuiū qui specialiter fuerūt patres Iudæorū. Et primū ponit exemplū fidei Abraham qui fuit pater credētū. Vnde & primū accepit signaculū fidei ante legē. Et primū ostēdit quid fecerit Abraham. Secūdo quid fecerit Isaac. Tertio quid fecerit Iacob. Quartū quid fecerit Ioseph. Secundū, ibi [Fide de futuris.] Tertio, ibi [Fide Iacob.] Quartū, ibi [Fide Ioseph.] Iterū prima in duas. Primū enim ponit quid fecerit quantum ad exteriorē & humanā cognitionem. Secūdo quid fecerit quantum ad deum, ibi [Fide obtulit.] ¶ Circa primū tria facit. Primū enim ostendit quid fecerit quantum ad habitationē. Secūdo quid fecerit quantum ad generationē, ibi [Fide & ipsa Sara.] Tertio quid fecerit quantum ad suam cōuersionē, ibi [Iuxta fidē.] Item quantum ad habitationē duo ostendit: primū quid fecerit quantum ad primā loci mutationē: secūdo quantum ad alterius in habitationē, ibi [Fide moratus.] Vt autē ostendat exemplū suū de Abrahamā magnę autoritatis esse. Primū ponit celebritatē nominis eius dicens, Ille qui vocatur. scilicet deo. Gen. 17. Vocaberis Abraham. Itē vocatur ab hominibus. Eccl. 44. Abraham magnus pater multitudinis gentiū. Talis ergo à deo vocatus & ab hominibus prædicat, dignus est exemplū. Secūdo ponit exemplū eius, dicens [Quia fide obediuit.] Per fidē enim informamur ad obediendū deo de inuisibilibus. Ro. 1. Ad obediendū fidei, &c. [Exire in locū quē accepturus erat in hereditatē] de quo Ge. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui, & veni in terrā quam monstrauero tibi. Dominus autē terram illā debebat sibi dare in hereditatē. Gen. 13. Omnē terram quā conspicias tibi dabo. ¶ Sed nūquid non ipse cū patre suo Thare exierat de terra sua. Ergo nō exiuit ex præcepto domini, sed per patrē. Respondeo dicendū est quod cū patre exiuerat reuersurus iterū, sed ex præcepto domini exiuerat in Mesopotamiā Syria, vbi mortuo patre intendebat remanere, sed ex mandato domini venit in terrā Chanaam. Et nūquid erat hoc mirabile, vt sic de hoc oporteret habere fidē, & credere deo? Sic, quia exiuit nesciēs quo iret. i. vt iret ad rem ignotā. Quod autē est ignotum, est inuisibile. Per illam obedientiā Abraham, nobis designatur quōd debemus ab omni affectione carnali exire si volumus hereditatē nostrā habere. Psal. Obluiscere populū tuum & domū patris tui. Esa. 64. Oculi nō viderit deus absque te quæ præparasti expectantibus te. Vnde hereditas ista est nobis ignota. ¶ Deinde cū dicitur [Fide demoratus est, &c.] ostendit quid per fidē fecerit quantum ad in habitationē. Et primū quid fecerit, ostendit. Secūdo subdit causam quare, ibi [Expectabat enim.] Videmus enim quod aliquādo aliquis exit de terra natiuitatis suæ & vadit alibi, vt faciat mansionē suam perpetuā. Sic nō fecit Abraham, sed sicut aduena fuit in terra Chanaā, & sicut aduena mortuus est in ipsa, quod patet, quia nō fecit ibi domum nec firmā mansionē, sed habitauit in casulis & tabernaculis, quæ sunt habitacula mobilia. Vnde semper fit mētio de tabernaculis quando loquitur de Abraham. Vnde ex præcepto domini habitauit ibi vt aduena. A. 7. Nō dedit illi in ea hereditatem nec passum pedis. Gen. 22. Fuit colonus terræ Philistinorū diebus multis. Quod quidē verū est quantum ad id quod dominus ei gratis donaturus esset, nō quantum ad id quod emit. Vnde dicitur quod [fide demoratus est in terra repromissionis] quia fuit ei strē quēter promissa, sicut pater Gen. 12. vsque ad 21. ca. [tanquā in aliena] quod patet, quia [habitando in casulis] quæ dicuntur à cadendo, & in tentoriis mobilibus, & quia animo nō redeundi in patriā suam, etiā si plures vixisset, patet quia [cum Isaac & Jacob habitauit] nō quidem simul, sed successiue, qui erāt filii repromissionis quia ipsi facta est promissio. Gene. 17. & 28. Et dicitur [cohæredibus repromissionis] in quo datur nobis intelligi quod in mundo isto debemus conuersari sicut alieni & aduena. i. Cor. 17. Qui vtuntur hoc mūdo tanquā vtantur. infra viti. Non enim habemus hic manentē ciuitatē, sed futurā inquirimus. ¶ Deinde cū dicitur [Expectabat enim.] ostendit quare morabantur sicut aduena, quia, scilicet non reputabant se aliquid habere super terram, sed quarebant hereditatē celestē ciuitatē. Psal. Stantes erant pedes nostri in atris tuis Hierusalem: Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. Esa. 33. Oculi tui videbunt Hierusalem habitationē opulentam: tabernaculum quod nequaquā vltra transferri poterit. Non tabernaculū mobile. Et dicitur ciuitas

primū propter ciuitatē vnitatē, quæ vnitatis est per pacem. Psal. Lauda Hierusalē dominū, &c. Et sequitur, Qui posuit fines tuos pacē. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: & in tabernaculis fiducia, & in requie opulētā. Ioā. 17. Vt sint vnū sicut & nos vnū sumus. Secūdo est ordinata, quod fit maximē propter iustitiā, & non ad malū faciendū. Ibi autē est perpetua iustitia. Eze. 48. Nomē ciuitatis ex illa die, dominus, ibidē. Tertio per se sufficiens ad omnia quæ sunt necessaria. Quodcūq; enim necessariū perfectissimē ibi erit, quia ibi est status honorū omnium aggregatione perfectus. ps. Hierusalē quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Ista ciuitas habet fundamenta, in quo significat eius stabilitatē. Esa. 33. tabernaculū quod nequaquā vltra transferri poterit. Sunt autē fundamenta prima pars ædificii. Vnde angeli sunt eius ciuitatis fundamenta. ps. Fundamēta eius in mōtib; sanctis. Homines em assumētur ad ordines angelorū. Ecclesię verō fundamenta sunt Apostoli. Apoc. 21. Authō autē huius habitationis dissoluatur, quod ædificatiōē à deo habemus domū non manufactā, sed aternā in cælis. Ad cuiuslibet autē ciuitatis ædificatiōē duo requirūtur. Primū est authoritas principis, quia mediāte firmetur, qui dicitur cōditor eius à quo & ipsa nomē accipit, sicut à Romulo Roma. Et sic illius ciuitatis dicitur deus cōditor eius. ps. In ciuitate dei nostri deus fundauit eā in aternū. Secūdo est modus disponēdi ipsam, qui cōmēdat sapientiā artificis. Et sic deus dicitur artifex eius, quia ordinata est secundū dispositionē & sapientiā dei. ps. Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei nostri, &c. Debita em dispositio operis cōmēdat opificē. Nusquā autē ita relucet diuina sapientia sicut ibi. Et ideo ibi nimis laudabilis dicitur. ¶ Deinde cum dicitur [Fide & ipsa Sara.] ostēdit quid ibi per fidē vxor eius cōsecuta est. Et circa hoc duo facit, quia primū ostendit quid consecuta est ipsa secūdo quid consecutū est in filiis: ibi [Propter quod & ab vno.] In vxore autē eius Sara duo defectus erāt propter quos omnino videbatur quasi impossibile ipsam posse cōcipere. Vnde credere illa fuit magnę fidei. Vnū erat quia sterilis. Gen. 11. Erat autē Sara sterilis. Aliud quia iam propter defectū atatis non erat naturaliter apta ad generatiōem. Gen. 18. Deserāt Saræ fieri muliebria. Itē ipsa dicit ibidē, Ego iam senex, & dominus meus vetulus est. Istos duos defectus tāgit Apostolus. Primū cum dicitur [Sara sterilis.] Secūdo cum dicitur [Et præter tēpus atatis] Tamen his nō obstantibus [ipsa accepit virtutē in cōceptione seminis fide.] vel sua vel Abraham, quia & si erat impossibile secundū naturā quod nonagenaria de centenaria conciperet, tamen vterq; credidit deo, cui nihil est difficile. Vnde dicit quod [fidelē credidit esse eū qui repromiserat.] cōtra: quantum ad Abraham, & vi detur quod non credidit, quia Gen. 17. dicitur quod risit dicens in corde suo, Putas ne cētenario naceretur filius, & Sara nonagenaria pariet, iterū quantum ad Saram. Gen. 18. dicitur quod risit occultē, dicens, Postquā ego contēni & dominus meus vetulus est: voluptati operā dabo? Respondeo, dicendū est quod quantum ad Abraham, risus eius nō fuit dubitationis, sed admirationis. Vnde Ro. 4. Non hæsitauit diffidētia, sed cōfortatus est fide dans gloriam deo plenissimē, sciens quod quicquid promisit deus, potēs est & facere. Vnde nec reprehēditur risus eius à deo qui corda omnium nouit. Sara autē primū dubitauit in prima promissione, sed quādo angelus recurrit ad potentiā dei, cū dixit, Nunquid deo quicquā est difficile? tūc credidit, & hæc fuit quasi secūda promissio. Et ideo dicit quod repromisit, quia in promittēdo primū non credidit, sed in repromittēdo. Sed sciendū est quod omnes cōceptus miraculosi qui fuerūt in veteri testamēto, fuerūt quasi figura illius maximi miraculi quod fuit in Christi incarnatione. Oportuit enim natiuitatē eius ex virgine per aliqua præfigurati, ad præparandos animos ad credendum. Non tamē potuit præfigurari ex equo, quia necessariū figura deficit à figurato. Et ideo scriptura partū virginis ostēdit per partū steriliū. scilicet Sara, Anna, & Elizabeth. Sed differentia est, quia Sara à deo miraculosē accepit virtutē concipiēdi, sed tamen ex humano femine. Et ideo dicitur hīc in cōceptionē feminis. Beata verō virgo sine femine. Vnde in Sara virtus diuina præparauit materiā ad concipiendū tantū ex femine: sed in beata virgine etiā præparauit illā purissimam materiā ex sanguine, & cū hoc fuit ibi virtus spiritus sancti loco feminis. Non enim ex virili femine, sed mystico spiramine factum est verbum dei caro. ¶ Deinde cū dicitur [Propter quod & ab vno.] ostendit quid consecutū est in filiis ex virtute dei. scilicet multiplicatiō feminis, vbi primū consideranda est radix huius multitudinis, quæ fuit vna. scilicet Abraham, vbi dicitur [Propter quod.] scilicet meritū fidei [ab vno.] scilicet Abraham. Esa. 51. Vnū vocaui eū & benedixi ei & multiplicauit eū. Secūdo consideranda est cōditio eius quia iam emortuus. Vnde dicitur [Et hoc emortuo] quia iā vetulus erat, vt suprà dictū est. Sed cōtra, quia mortua Sara multos filios genuit ex alia vxore, sicut patet Gen. 13. ergo male dicit emortuo. Respondeo, dicendū est quod vetulus bene generat ex iuuenula, nō autē ex vetula. Et sic erat in ipso mortua virtus generādi quantum ad Saram, nō tamen ad alias. Vel dicendū est quod intelligitur ab vno. scilicet vtero Saræ, iam emortuo. Ro. 4. Et emortuā vultuam Saræ. Esa. 51. Attendite ad Abraham patrem vestrū & ad Saram quæ peperit vos. Tertio consideranda est differentia inter illos qui ex Abraham processerūt. Sicut enim nō omnes, vt dicitur Ro. 9. qui sunt ex Israel, hī sunt Israelitæ, sic nec hī qui sunt ex femine Abraham omnes sunt filii, sed qui filii sunt promissionis æstimātur in semine. Ideo eius progenies diuiditur in duas. scilicet in bonos & malos. Boni significatur per stellas de quibus dicit quod orti sunt tanquā sidera celi in multitudinē. Bar. 3. Stellæ de derunt lumen in custodiis suis, & letatę sunt. Mali verō significatur per arenā maris cōtiguam, quia mali Iudæi de femine Abraham cōformantur gētilitati. Arena autē fluctibus maris vndiq; cōcutitur, ita & mali turbibus mūdi. Esa. 57. Cor impij quasi mare feruens. Iudæi autē non omnino fuerūt arena, sed quasi arena, quia cōmunicabant cū Gentibus in malis. Vnde possunt dici terminus maris. Hiere. 5. Posui arenā terminū mari. Itē arena sterilis est & infructuosa. Ita etiā peccatores sunt steriles ab omni opere boni fructus. Vnde dicit quod etiā orti sunt sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis. Et est sermo hyperbolicus. Vel dicitur innumerabilis, non quia nō possit numerari, sed quia non de facile potest numerari. Gen. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas celi, & velut arenam quæ est in litore maris. Lectio 4.

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti: non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes & salutantes, & consistentes, quæ Abrahæ, quantum ad suā conuersionē, & hōspites sunt super terram. Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipse meminit de qua exierunt, habebant vtiq; tempus reuertēdi. Nunc autem meliorem appetunt, id est, celestem. ideo non confusio est, sed ad mortem.

offerat in quo suscepit, promissiones (ad quem dictum est, quia in Isaac vocabitur tibi semen) arbitrans quia & amor
 nis suscipere potens est deus. Vnde eum & in parabola accepit.

¶ Suprà cōmendauit Apostolus fidē Abraham̄ quantū ad habitationē, & generationē: hīc cōmendat ipsū
 quantū ad suam conuersationē vsq; ad mortē. Et circa hoc facit tria: primō enim ostēdit quid per fidē fecit,
 secūdo ponit vnū quod pertinet ad fidē, ibi [Qui enim hoc dicit,] tertio ostēdit quid per fidem recepit, ibi
 [Ideo nō cōfunditur deus.] Fidē Abraham̄ & filiorū eius cōmendat ex perseverantia, quia vsque ad mortē per
 seuerauerūt in fide. Mat. 10. & 24. Qui autē perseverauerit vsque in finē, hic saluus erit: ideo dicit [Iuxta fidē
 omnes isti defuncti sunt] prater Enoch. Vel omnes isti. i. Abraham̄, Isaac & Iacob. Et hoc est melius dictum
 quia istis solū facta est promissio. Item cōmendat eos à lōga promissarū dilatione. Vnde dicit [Nō accepit
 repromissionibus] Sed contrā, videtur q̄ receperint promissionem. Ezech. 33. Vnus erat Abraham & hāc
 ditate possedit terrā. Respondeo dicendū est q̄ possedit. i. possidendi primus promissionē accepit, nō tamen
 actu possedit, vt patet Act. 7. Sequitur [Sed à lōge eas aspiciētes] quod erat per fidē. q. d. Intuētes visu fidei.
 Et fortē de loco isto sumptū est illud responsum in prima dominica aduētus, Aspiciens à lōgē, &c. Esa. 30
 Ecce nomē domini venit de loginquo [Et saluātes.] i. venerātes. Et loquitur secūda Chryso. ad similitudi
 nem nauarū, qui quādo primō vident portū, prorūpunt ad laudē, & salutant ciuitatē ad quā vadūt. Ita san
 cti patres vident per fidē Christū venturū, & gloriam quā per ipsum cōsecuti erāt, salutabāt. i. venerā
 bantur ipsum. Psal. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus. Io. 8. Abraham̄ pater vester exulta
 uit vt videret diē meū, vidit & gauisus est. Item cōmendat fidē ipsorū ex sincera cōfessione, quia vt dicitur
 R. o. 10. Corde creditur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutē. Et ideo dicit [Et cōfiteentur, quia peregrini
 & hospites sunt super terrā] isti enim tres vocauerūt se aduenas & peregrinos. Nam Geñ. 23. dicit Abra
 ham, Aduenā sum & peregrinus apud vos. Dicitur etiā à domino ad Isaac. Gen. 26. Quiesce in terra quam
 dixero tibi, & peregrinare in ea. Iacob etiā. 47. dicit. Dies peregrinationis virḡ meae. Dicitur autē peregrin⁹
 qui est in via tendēdi ad aliū locum. Esa. 23. Dicent eā lōge pedes sui ad peregrinandū. Sed aduenas, est ille
 qui habitat in terra aliena nec intēdit vltcrius ire. Isti autē nō solum consistebātur se esse aduenas, sed etiam
 peregrinos. Sic etiā sanctus vir nō facit mansionē suam in mūdo, sed semp̄ satagit tendere ad calū. Psal. Ad
 uena ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei. ¶ Deinde cum dicit [Qui enim hoc dicunt,]
 ostēdit q̄ ista cōfessio pertinet ad finē. Nullus enim est hospes & peregrinus nisi qui est extra patriam &
 tendit ad illā. Cū ergo isti cōfiterentur se esse hospites & peregrinos super terrā, significāt se redere ad patriā
 suam. scilicet Hierusalē. Gala. 4. Illa quā rursum est Hierusalē libera est. Et hoc est quod dicit [Qui enim
 hoc dicit] signifi. se patriā inquirere] Sed quia fortē possēt aliqui dicere q̄ verum est q̄ ipsi erāt peregrini
 in terra Philisteorū & Chananeorū inter quos habitabāt, tamen intendebāt redire in terram vnde exierāt,
 hoc remouet, dicēs [Et siquidē ipsius.] scilicet patriā suā [meminissent de qua exierāt: habebāt vtiq; rēp̄s reuer
 tendi] quia propē erāt [Nunc autē meliorem appetunt. i. caelestē.] vnde Geñ 24. dixit Abraham. seruo suo,
 Caue ne quādo filium meū reducas illic. Psal. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis quā habitare in ta
 bernaculis peccatorū. Item. Vnā petiī à domino, hanc requirā, vt inhabitē in domo domini omnib⁹ dicibus
 vitā meā. Ipsi ergo patriā istam inquirēbāt, non domū paternā vnde exierunt. In quo significatur q̄ illi qui
 exierūt de vanitate seculi, nō debent illic redire mēte. Psal. Obliviscere populū tuum & domū patris tui. Lu.
 9. Nemo mittens manū ad aratrum & respiciēs retro, aptus est regno dei, Philip. 3. Quae retro sunt obliu
 scens, in anteriora me extendens Patet autē q̄ ista eorum verbo & facto cōfessio, pertinet ad fidē, quia ipsi il
 lud quod solum eis promissum fuerat nec exhibitū, firmisimē crediderunt etiā vsq; ad mortē. Vnde iuxta
 fidē. i. iuxta se habētes fidē suā quasi sociam & inseparabilē defuncti.] Apoc. 2. Esto fidelis vsq; ad mortē.
 ¶ Deinde cum dicit [Ideo nō cōfunditur.] ostēdit quid ex fide sua meruerūt accipere, hoc autē fuit honor
 maximus. Reputatur autē maximus honor quādo denominatur aliquis ab aliquo solēni officio vel seruitio
 magni & excellētis domini vel p̄cipis, sicut notarius papae, vel cācellarius regis. Maior autē honor est quā
 do ille, magnus dominus vult nominari ab his qui seruiūt ei. Sic autē est de istis tribus Abraham̄, Isaac & Ia
 cob, quorū dominus rex magnus sup̄ omnes deos specialiter vocat se eorū deū, vnde Exo. 3. Ego sum deus
 Abraham̄, deus Isaac, & deus Iacob: vnde dicit [Ideo nō confunditur deus vocari deus eorū.] Et huius potest
 triplex ratio assignari. Prima quia deus p̄ fidē cognoscitur. Isti autē legūtur primō separasse se per cultū spe
 cialē ab infidelibus: vnde & Abraham̄ primus accepit signaculū fidei. Ro. 4. Vt fieret pater multitudinis gen
 tiū. Et ideo p̄ponūtur nobis in exēplum, sicut illi per quos deus primō cognit⁹ est: & per eos deus nomina
 tus est vt obiectū fidei. Et idcirco ab eis voluit nominari. ¶ Secūda secūda Aug. in glo. quia in istis latera
 liquod mysteriū. In istis em̄ inuenimus similitudinē generationis qua deus regenerauit filios spirituales. Vi
 demus autē in ipsis quadruplicē modū generandi. Primus modus est liberorū, per liberā, sicut Abraham̄ per
 Sarā genuit Isaac, qui genuit p̄ Rebeccā Iacob. Iacob autē octo patriarchas per Lyam & Rachelē. Secūdus
 modus fuit liberorū per ancillas, sicut Iacob per Balā & Zelpham genuit Dam, & Neptalin, Gad, & Aser.
 Tertius modus fuit seruorū per liberā, sicut Isaac genuit per Rebeccam Esau, de quo dictū est, Maior ser
 uiet minori. Quartus modus fuit seruorū per ancillā, sicut per Agarg genuit Abraham̄ Ysmael. In hoc ergo de
 signatur diuersus modus, quo dominus spirituales filios generat, quia aliquando bonos per bonos sicut Ti
 motheum per Paulum, Aliquando bonos per malos, & ista est generatio liberorum per ancillas. Aliquādo
 malos per bonos, sicut Symeonem magum per Philippum. Et ista est generatio seruorum per liberā. Ma
 lorum autē generatio per malos reputatur in femine. Vnde Gala. 4. Et ecce ancillam & filium eius. ¶ Tertiā
 ratio & videtur magis secūda intentionem Apostoli, quia consuetum est quod rex vocatur à principali
 ciuitate, vel à patria tota, sicut rex Hierusalē, rex Romanorū, rex Francia. Et ideo deus propriē vocatur rex
 & deus illorum qui specialiter spectant ad ciuitatem illam Hierusalem caelestem, cuius artifex & conditor
 est deus. Et quia isti verbo & facto ostendebant se ad illam ciuitatem pertinere, ideo dicitur deus illorum,
 vnde dicit [Parauit enim illis ciuitatem] id est, conditor ciuitatis illius, quam ipse habebat propriam.
 ¶ Deinde cum dicit [Fide obrulit.] ponit vnum aliud exēplum in signa fidem Abraham̄, in quantum re

spicit deum. Illud maximum sacrificium eius, quando ad mandatū domini voluit vnigenitū suum immola
 re filium. Gen. 22. Et de hoc ostendit tria. Primō quid fecerit. Secūdo q̄ hoc ad fidē pertinet, ibi [Et vnigeni
 tum.] Tertio quid ex hoc recepit, ibi [vnde eū & in parabola.] Dicit ergo [Abraham̄ cum tentaretur,] obtru
 lit. i. offerre voluit [fide Isaac] sicut patet per totū duodecimū cap. Gen. ¶ Hic est duplex questio, vna
 quia innocentem occidere est contra legem naturā, & ita peccatū: ergo volendo offerre peccauit. Respon
 deo dicendum est q̄ ille qui ex mandato superioris interficit, si ille licitē praecipit, alius licitē obedit, & po
 test licitē exequi ministerium suum. Deus autē habet mortis & vitā auctoritatem. 1. Reg. 2. Dominus mor
 tificat & viuificat. Deus autē subtrahendo vitā alicui etiā innocenti, nulli facit iniuriā. Vnde & quotidie di
 spositione diuina multi nocentes & innocētes moriuntur. Et ideo dei mandatū licitē poterat exequi. ¶ Itē
 quaritur de hoc quod dicit [cū tentaretur.] Deus enim nullū tentat, quia tentare est ignorāris. Respondeo,
 dicendū est q̄ diabolus tentat vt decipiat. 1. Thes. 3. Ne fortē tentauerit vos qui tentat. Hoc patet in tenta
 tione qua tentauit Christū. Mat. 4. Homo verō tentat vt cognoscat. 3. Reg. 10. dicitur de regina Labba quā
 venit ad Salomonem vt tentaret eū in enigmatibus. Sic non tentat deus qui omnia nouit, sed tentat vt ho
 mo sibi ipsi innotescat quāta fortitudinis & fragilitatis sit in se. Deut. 8. Vt tentaret te, & nota fieret quā in
 animo tuo versabantur. Itē vt alij tentatū cognoscat, qui ex hoc eis proponitur in exemplū, sicut Abraham̄
 & Iob. Eccl. 4. 4. & 1. Mach. 2. Abraham in tentatione inuentus est fidelis. ¶ Deinde cum dicit [Et vnigeni
 tum, &c.] Multū subtiliter ostendit q̄ illa obedientia pertinebat ad fidē: Sicut enim suprà dictū est, Abraham̄
 licet multum senex credidit deo promittenti quod in Isaac benedicturus esset ei in femine, credebat etiā
 deū posse mortuos suscitare. Cū ergo praecipiebatur ei q̄ occideret, non erat spes vltra iam de Sara iam
 valde antiqua, quia Isaac erat iam adolescens, posse habere filium. Et ideo cū crederet obediendum mā
 dato dei, nō restabat nisi q̄ crederet resuscitari Isaac per quem debeat ei vocari semē. Vnde dicit [Et vnigeni
 tum.] scilicet Isaac in quo, scilicet filio nato, debebat deus pactū promissum cōplere, sicut patet Geñ. 17. Vel vnigeni
 tum. scilicet inter liberos. Geñ. 22. Tolle filium tuum vnigenitum Isaac in quo suscepit repromissiones. [Ad
 quem etiam dictum est.] i. ratione eius, &c. [Arbitrans.] i. firmiter credens [quia à mortuis potens est deus
 eum suscitare.] Hoc ergo fuit argumentū fidei maximum, quia articulus resurrectionis est vnus de maioribus.
 ¶ Deinde cum dicit [Vnde eum & in parabola accepit.] Ostendit quid per fidem meruit, quia cū iam
 nō restaret aliud nisi immolari ipsum, vocauit eū angelus, & arietē harētē cornibus, loco filii immolauit.
 Hoc autē fuit parabola. i. figura Christi futuri. Aries enim hārens cornibus inter vepres, est humanitas cō
 fixa cruci, quā passa est. Isaac. i. diuinitas, euasit cū Christus verē mortuus est & sepultus. Et sic patet q̄ i
 sta figura valde inco mpletē adaequat figuratum. Accepit ergo eum. scilicet Isaac in parabola. i. figuram Chri
 sti crucifigendi & immolandi.

Lectio 5.

Fide, & de futuris, benedixit Isaac, Iacob, & Esau. Fide, Iacob moriens, singulos filiorū Ioseph benedixit: & adorauit fa
 stigium eius. Fide, Ioseph moriens, de professione filiorū Israel memoratus est: & de osibus suis mandauit. Fide, Moyses
 natus, occulatus est mensibus tribus à parentibus suis: eo q̄ vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictū.
 Fide, Moyses grandis factus negauit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quā temporalis peccati
 habere iocunditatem, maiores diuitias, estimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. Appetebat enim in remunera
 tionem.

¶ Suprà posuit Apostolus exemplum de fide Abraham̄: hīc ponit exemplum de fide Isaac, Iacob, & Ioseph.
 Et primō de fide Isaac. Dicit ergo q̄ Isaac fide de futuris. i. id est, quae se extendebāt ad futura [benedixit
 Iacob & Esau] Vel benedixit de futuris. i. pro futuris vel benedictione qua se extēdebat ad futura. Verba
 enim sua non habebat efficaciam nisi ex virtute dei, per quam quidē benedictionem minor praelatus fuit
 maior. Quod non fuit q̄tum ad personas eorum, sed quantum ad duos populos qui ex ipsis exierunt. ps. In
 Idumaeam extendam calciamentum meum. Fuerunt enim Idumaei qui egressi sunt de Esau subiecti filiis
 Israel. In quo significabant quod minor populus, scilicet gentium, per fidem debebat praenire populū maiorē
 scilicet Iudaeorū. Mat. 8. Multi ab oriente & occidentē venient & recumbēt cū Abraham, Isaac, & Iacob in re
 gno caelorum, filij autem regni euidentur in tenebras exteriores. Ita verō benedictio qua erat de fide Gentium
 futura, per fidem facta fuit, quia respicit aliquid futurum. ¶ Deinde cum dicit [Fide Iacob moriens in filio,
 benedixit.] Prosequitur de fide Iacob, & ponit illud quod ipse fecit id benedicens duobus filiis Ioseph, si
 cut habetur Geñ. 48. vbi dicitur q̄ cū nuntiatur fuisset Ioseph quod pater eius egrotaret, adduxit duos fi
 lios suos, quibus Iacob benedixit cancellatis manibus, in hoc praeferebat Esrain Manasse q̄tum ad dignitatē,
 quia de Esrain fuit dignitas regalis. Cetero boam. Hāc autē benedictio fuit per fidem, quia reuelatū ei fuit
 q̄ ita futurū erat. Quae quidē benedictio referebatur ad populum qui egressus est ab ipsis, non ad personas
 ipsorum. Item [per fidem adorauit fastigium virgā eius] hoc habetur Geñ. 30. vbi dicitur q̄ fecit Ioseph iu
 rare q̄ sepeliret eum in sepulchro patrum suorū, & post iuramentū, tanquam securus de promissio, adorauit
 ad caput lectulī, vt dicit littera nostra. Vel fastigium virgā eius vt dicunt 70. Vel super fastigium vt habetur in
 greco. Et totū hoc potest stare, quia ipse erat senex, & ideo portabat virgā, vel recepit sceptrū Ioseph donec
 iurasset, & antequā redderet ei adorauit, non ipsam virgā, nec Ioseph, vt quidam malē putauerūt, sed ipsum
 deū innixū ad cacumen, vel super fastigium virgā eius. Ad quod motus fuit ex cōsideratione potestatis Chri
 sti, quā potestas Ioseph praefigurabat. Ipse enim tanquam praefectus Aegypto portabat sceptrū, in signū po
 restatis Christi. ps. Reges eos in virga ferrea. Vel si adorauit fastigium, idem est sensus, quia adorauit Christum
 significatum per virgam illam, sicut & nos adoramus crucifixum & crucē ratione Christi passi in ipsa. Vn
 de proprie non adoramus crucem, sed Christum crucifixū in ipsa. ¶ Deinde cum dicit [fide Ioseph.] Prose
 quitur exemplum de fide Ioseph, vbi ponit duo quae habentur Geñ. vltimū. vbi dixit fratribus suis. Visitauit
 vos dominus & mandauit ossa sua inde portare. Vnde fides eius fuit quantum ad duo, primō quia credidit
 promissionem factam debere impleri per reditum filiorum Israel in terram promissionis, secūdo quia in
 ipsa credebat Christum esse nasciturū, & resurrecturum, & multos cū ipso, vnde desiderabat habere partem
 in illa resurrectione. Et hoc est quod dicit q̄ Ioseph moriens fide. i. per fidē memoratus est de professione

Et sic Apo
 stolus ponit exē
 plum de fide
 Isaac, Iacob,
 & Ioseph.

filiorum Israel & hoc quantum ad primum [& de osibus suis mandauit.] quantum ad secundum. ¶ Sed quare non fecit se statim portari sicut pater suus. Respondeo dicendum quod hoc non potuit, quia non habebat tunc tantam potestatem sicut habebat in morte patris. Et ideo tunc poterat, quod tamen circa mortē suā non potuit. Secundō quia sciebat quod multas afflictiones debebant sustinere filij Israel post mortē eius. Vt ergo haberent certam spem de liberatione sua, & reditu ad terram promissionis, voluit ad solutum corpus suum remanere cum ipsis. Vnde & Moyses tulit illud secum, & qualibet tribus corpus patris sui, vt dicit Hiero. ¶ Deinde cum dicit [Fide Moyses.] Prosequitur de patribus qui fuerunt sub lege. Hoc enim tempus incēpit à Moysē. Eccle. 14. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum. Io. 1. Lex per Moysen data est. Illud autē tempus distinguitur in tria. scilicet ante exitum de Aegypto, in exitu, & post exitum. Vnde tria facit. Primō enim ostendit quid factum sit ante exitum. Secundō quid in exitu, ibi [Fide reliquit Aegyptum.] Tertio quid in terra promissionis, ibi [Quid adhuc dicam.] Circa primum duo facit. Primō enim ostendit quid sit factum in natiuitate Moysi. Secundō quid ipse fecit, ibi [Fide Moyses.] Vbi tangitur historia quæ ponitur Exo. 1. ¶ Pharo mandauit occidi masculos ne multiplicarentur. Secundō habetur quod parētēs Moysi videntes ipsum elegantē, absconderūt eū mensibus tribus, quod tribuit Apostolus fidei ipsorum. Credebant enim aliquē nasciturum qui liberaret eos ab illa seruitute. Vnde ex elegantiā pueri æstimabāt aliquā virtutem dei esse in illo. Ipsi enim erant rudes & rustici: sudantes in operibus luti & lateris. Eccl. 19. Ex vñ cognoscitur vir. Ex quo habetur quod licet fides sit de inuisibilibus, tamen per aliqua signa visibilia possumus niti ad ipsam. Mar. vlt. Sermonē confirmante sequentibus signis. Quod autē ipsi hoc fecerūt ex fide nō ex affectu carnali patet, quia non timuerunt regis edictum. Vnde exponēbant se periculo personarū, quod nō fecissent nisi credidissent aliquid magnum futurum de puero. Mar. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. ¶ Sed cōtra, quia ipsi postea exposuerūt ipsum: ergo nō propter fidē seruabāt ipsum. Respondeo: Dicēdū est quod exposuerūt ipsum nō ad necandū, sed ne surriperetur eis, vnde posuerūt eū in sicca, committētes eū diuinæ providentiæ. Credebāt enim pbabilitate quod fuisset interfectus si fuisset apud eos inuētus. ¶ Deinde cum dicit [Fide grandis effectus.] Ostendit quid ipse Moyses per fidē fecerit. Et primō quid fecit. Secdō ostendit quod illud factū pertinebat ad fidē, ibi [Aspicebat enim.] Tangit enim hystoriā quæ habetur. Exo. 2. vbi dicitur quod filia Pharaonis fecit ipsum à matre pueri nutriti, & quod adoptauit eū in filium. Ipse autē negauit se esse filiū eius, non quidem verbo, sed factō, quia contra voluntatem Pharaonis interfecit Aegyptiū qui lædebat Hebræum. Et hoc est quod dicit [Grandis effectus] per fidē [negauit se esse filium filia Pharaonis] Quo autem affectu hoc fecerit ostendit cum subdit [Magis eligens.] In quo ostenditur mirabilis virtus eius. ¶ Duo enim sunt quæ maximē homines appetunt. scilicet iocunditatem & abundantiam circa bona exteriora, & his contraria maximē fugiunt. scilicet dolorem & afflictionem quæ opponitur primo, paupertatem & abiectionem quæ opponitur secundo. Ita autem duo elegit Moyses. scilicet quia prapōsit dolorem & afflictionē iocunditati peccati temporalis, quæ semper est cum peccato. Item paupertatē prapōsit diuitiis propter Christum. Prou. 16. Melius est humiliari cum miribus, quā diuidere spolia cū superbis. Psal. Elegi abiectionem esse in domo dei magis quā habitare in tabernaculis peccatorum. Quantum ergo ad primum dicit [Magis eligens affligi cū populo dei.] scilicet quem Pharo affligebat [quā habere iocunditatem peccati temporalis.] transitorii. Quod fuisset si cum Aegyptiis afflixisset filios Israel. Quantum autem ad secundū. scilicet quod praelegit paupertatem dicit [Maiore diuitias æstimans improprium Christi.] per fidē Christi, eadem enim est fides antiquorum & nostra. Vel improprium Christi quod. scilicet sustinuit à fratribus suis, sicut dictū est. Nunquid interficere tu me vis sicut occidisti heri Aegyptium? Quod improprium fuit figura quod Christus suscipere deberet improprium à Iudæis. Psal. Improprium expectauit cor meū & miseriam [Maiore autem diuitias credidit esse duo prædicta thelauris Aegyptiorū.] Ela. 33. Diuitiæ salutis sapiētia & sciētia. ¶ Deinde cum dicit [Aspicebat enim.] Ostendit quod prædicta facta Moysi pertinebant ad fidem Christi. ¶ Sciendū est autem quod quædam sunt scdōm se bona & delectabilia, quædam autem secundum se tristia & mala. Mala autē nullus propter se praelegit, sed propter finem, sicut infirmus praelegit potionem amaram, & tristia delectabilibus ratione alicuius maioris boni quod per hoc potest consequi, prapōnuntur. Et sic sancti propter spem finis vltimi æternæ felicitatis: praelegitur afflictiones & paupertatem diuitiis & voluptatibus, quia per ista impediuntur à cōsecutione finis sperati. Mart. 5. Beati eritis cū maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, &c. Et sequitur, Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Et ideo dicit quod hoc faciebat, quia [aspicebat.] oculis, scilicet fidei [in remunerationem.] quam. scilicet hoc sperabat. Vnde fides est substantia sperandarum rerum, &c.

Lectio 6.

Et sic ostendit vnum fidei. **F**ide, reliquit Aegyptum: non veritus animositatem regis. Inuisibilem enim tanquam videns sustinuit. Fide, celebravit pascha: & sanguinis effusionem: ne qui iustabat primitiua, tangeret eos. Fide, transferunt mare rubrum tanquam per arida terram: quod experti Aegyptii, deuorati sunt. Fide, muri Hierico corruerunt, circuitu dierum septem. Fide, Raab meretrix non perit cum incredulis recipiens exploratores cum pace.

¶ Suprà posuit Apostolus fidē Moysi quantum ad id quod fecit in Aegypto: hic autem ad id quod fecit in exitu de Aegypto. Et circa hoc facit tria. Primō enim ostendit quid fecerit in exitu de Aegypto. Secundō ostendit modum exeūdi, ibi [Fide celebravit.] Tertio quid per fidem factum est cum populo infideli, ibi [Fide de Raab.] Dicit ergo quod [Moyses fide,] per fidem [reliquit Aegyptum.] Sicut autem habetur Exo. 2. Primō fugit de Aegypto interfecto Aegypto. Secundō autem exiuit quando sicut omnes filios Israel eduxit. Glo. autem exponit de secundo exitu, quia sequitur [Non veritus animositatem.] i. indignationem [regis.] In primo enim exitu legitur Exo. 2. eum timuisse. Prouer. 14. Iracundiam regis inuilit sustinebit. In secundo vero non timuit. Prouerbi. 8. Iustus quasi leo confidens absque timore erit. Potest tamen referri ad primum. Sed nunquid tunc non timuit? Respondeo. Dicendum est quod in timore duo consideranda sunt. Vnum quod aliquando potest esse vituperabile. scilicet quando propter timorem facit aliquid non faciendum, vel dimittit faciendum. Et sic non timuit Moyses, quia propter timorem non dimisit iuuare fratres suos. Aliud est quod

potest esse laudabile, quando. scilicet salua fide, refugit periculum propter timorem instantem. Mar. 10. Cū persequerentur vos in ciuitate ista, fugite in alia. Si enim aliquis salua honestate sua posset vitare periculum & non vitaret, stultus esset, & teneret deum, quod est diabolicum. Et sic Iesus cecidit volētibz ipsum lapidare, nec suggestionem diaboli voluit se præcipere: ita & Moyses confidens de diuino auxilio, fugit propter timorem regis ad tempus. Et probat quod hoc fecit ex fide, quia fides est de inuisibilibus [& iste sustinuit.] i. expectauit [deum inuisibile.] & eius adiutoris [tanquam videns.] Psal. Confortetur cor tuum, & sustine dñm. 1. Tim. 1. Regi autē seculorum immortalis, inuisibili, &c. Moyses enim in vtroque exitu expectabat dei adiutorium, vnde in primo dicit. Exo. 2. Deus patris mei adiutor meus. In secundo vero Exo. 14. Vos tacebitis & dominus pugnabit pro vobis. ¶ Deinde cum dicit [Fide celebravit pascha.] Ostendit quid fecerit quātum ad modū transeūdi. Et primō ponit illud quod fuit factū ad præparationem transitus. Secdō quantum ad ipsum transitum, ibi [Fide transferūt.] Tertio autem ad id quod per fidem factum fuit quātum ad introitū terræ promissionis, ibi [Fide muri.] Quantum ad primum ponit hystoriā quæ habetur Exo. 12. vbi dominus mandauit illis ante exitum filiorum Israel. scilicet eadem nocte immolari agnum & de sanguine eius vtrunq; potstem & super liminare liniri. Carnes eius assas cum azimis & lactucis agrestitibus comedi, cū multis aliis quæ obseruanda erāt, vt vbi habet videri. Et hoc vocabatur pascha. scilicet eius agni, & effusio sanguinis, quæ duo cōcurrebant ad transitum illum quem facturi erant in proximo. Dicitur autem pascha à palchin grecē, quod latinē est, passio, vel à phase quod Hebraicē idem est quod transitus. In hoc autē figurabatur quod Christus per passionem transiret ex hoc mundo. Io. 13. Vt transeat ex hoc mundo. Itē quod nos per meritum mortis eius à terrenis ad cælestia, ab inferno transimus ad cælum. Eccl. 2. 4. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Quod quidem fuit per virtutem sanguinis Christi, supra 10. Habentes itaque fiducia fratres in introitu sanctorum in sanguinem Christi. Fuit autē in illo pascha duplex transitus. Vnus quo transibat dominus percutiens Aegyptios, alius quo populus transibat. Sic etiam sanguine Christi, qui est agnus immaculatus, debet liniri postes fidelium, intellectus. scilicet affectus. Dicit ergo [Fide.] i. per fidem [celebravit pascha.] i. esum agni [& sanguinis effusionem.] ad linendum postes domorum. Et quare hoc faciebat? [Ne. scilicet qui vallabat primogenita.] Aegyptiorum [tangeret eos.] Psal. Percussit omne primogenitum in terra Aegypti. ¶ Sed queritur quorum ministerio hoc factum sit, vtrum. scilicet bonorum vel malorum angelorum, quia videtur quod per malos. Psal. Immissionem per angelos malos. Respondeo. Dicendum est quod non est inconueniens de quibuscūque. Vnde sciendum est quod pœnarum inflicto sit interdum per bonos angelos. Sicut enim dicit Dionysius. 4. ca. dedi. no. Punire malum non est malum, sed malum facere est malum. Punio enim est opus iustitiæ, si cut patet de angelo qui contriuit castra Assyriorum. Esa. 37. qui creditur fuisse bonus angelus. Vnde talis punio indifferenter sit per bonos & malos, sed differenter à bono & à malo, quia bonus non punit nisi exercēdo iustitiā diuinā in malos. Et in scripturis operatio tam diaboli quā boni angeli, cuiusmodi est hæc, attribuitur deo. Malus autem & obsequatur diuinæ iustitiæ, tamen non ex intentione iustitiæ hoc agit, sed ex peruersitate voluntatis suæ affligit bonos & malos, & libentius bonos si permittatur, sicut patet de Iob. Ite angelus qui dixit Moysi, Transibit dominus percutiens Aegyptum, bonus angelus fuit, cū ipse aliquādo loquatur in persona sua. Bono autem angelo aliquando subministrat spiritus nequæ, vnde adhiberit fuit ibi ministerium eius licet ex intentione sue malæ & peruersæ voluntatis voluntatis operantis ad eadē. Et ideo dicit immissionem per angelos malos. Non ergo tangebat eos qui erant sanguine signati malus angelus terrorē & timore dei, vt pote non permittitur. Bonus autem inde terrebatur admirando virtutem dei. ¶ Deinde cum dicit [Fide transferunt, &c.] Ostendit quid egit in ipso transitu. Et primō ostendit hoc. Secdō ostendit quod illud pertinebat ad fidē, ibi [Quid experii.] Dicit ergo quod [fide.] id est, per fidem [transferunt mare rubrum tanquam per arida terram.] Duo enim ibi per fidem facta sunt. Vnum quod homo fecit. scilicet quod cōmiserunt se ad transeūdum, quod nō fuit nisi per fidem. Aliud fuit ex parte dei, scilicet quod aqua fuerunt eis pro muro. Hoc etiam fuit per fidem. Operatio enim miraculorum attribuitur fidei. Mart. 17. Si habueritis fidem sicut granum synapis, dicetis monti huic transi hinc & trāsbibit, ergo hoc fide factum est, id est, hoc meruit fides. Et hoc habetur Exo. 14. & 15. Deinde ostendit quod hoc pertinet ad fidem, quia [Aegypti hoc experii.] id est, volētes experiri [deuorati sunt.] quia scilicet non habuerunt fidem. Exo. 15. ¶ Deinde cum dicit [Fide muri Hierico corruerunt, ci. di. septem.] Agit de eo quod per fidem factum est in introitu terræ promissionis. De hoc habetur Ios. 6. vbi dicitur quod ad mandatum domini sacerdotes septem diebus cum arca testamenti circueiunt primam ciuitatem vltra Iordanem, scilicet Hierico, & septima die septimo circuitu muri eius corruerunt: hoc fuit aliquid ex parte hominis, scilicet quod ex mandato domini circueiunt credentes mandatum domini debere impleri. Aliquid autem ex parte dei. scilicet quod sic ad circuitum eorum muri corruerunt. Moraliter Hierico interpretatur luna siue defectus, & significat mundum istū. Muri eius sunt impedimenta quibus aliquis detineretur in mundo. Per buccinas quibus Leuitæ & sacerdotes in-tonabant, vox prædicatorum significatur. Per circuitum septem dierum totus designatur decursus presentis temporis, qui per septem dies completur. Per quæ datur intelligi quod omnia impedimenta mundi cadunt ad continuam vocem prædicationis. 2. Cor. 10. Arma militia: nostræ non sunt carnalia, sed potētia deo ad destructionem munitioem, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiā dei. ¶ Deinde cum dicit [Fide Raab meretrix.] Ostendit quid factum sit per fidem ab aliquo de populo infideli, scilicet à Raab, de qua Ios. 2. & 6. Cū enim Iosue misisset exploratores ad explorandum Hierico, ipsi euaserunt auxilio istius mulieris, quæ dicitur meretrix, id est, idolatra. Vel ad litteram, meretrix erat, ad quā ingressi sunt non ad peccandum, sed ad latendū. Domus enim raliū patent maximē de nocte. Ipsi etiā venerant de nocte. Domus etiā eius coniuicta erat muro. Meretrices autem absque exceptione accipiunt indifferenter, & ideo melius poterant apud eam occultari. Ista ergo per fidē liberata fuit. Vnde dicit [Raab meretrix fide.] id est, per fidem [recipiēs exploratores cum pace nō perit cum incredulis.] qui corporaliter perierunt, quia exploratores iurauerant ei ipsam liberare & omnem domum patris sui quod & fecerunt. ¶ Quare autem magis declinauerint ad ipsam potest dicit, quia vt ipsa minus posset inculpari, indifferenter

omnes recipiens. Nec erat conueniens vt salus ipforum fieret alicui saluati ipfos occasio mortis. In hoc autem quod ex ipsa receptione ipforum liberata est, designatur q̄ recipientes predicatores euangelij liberantur à morte aeterna. Mar. 10. Qui recipit prophetam in nomine propheta, mercedem propheta accipiet.

Lectio 7.

Et narrat Apost. exempla illorum qui fuerunt in terra promissionis.

Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem, de Gedeon, Barach, Sanfon, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.

Suprà posuit Apostolus ea quae facta sunt à patribus per fidem ante introitum, & in ipso introitu terrae promissionis, hic accedit ad narrandum exempla illorum qui fuerunt in ipsa terra promissionis, quae quia multa sunt, ideo breuiter praemisissis nominibus patrum ponit in generali praecipua facta ipforum, ponens causam illius breuitatis. Et circa hoc facit tria. Primò ponit nomina patrum & causam quare breuiter vult eorum facta pertransire. Secundò ostendit quid fecerunt per fidem, ibi [Qui per fidem vicerunt.] Tertio quid per fidem receperunt, ibi [Adepti sunt.] Dicit ergo [Quid adhuc dicam?] q. d. Perueni vsque ad tempus introitus terrae promissionis, in quo pauca respectu dicendorum dicta erant. Remanent enim tot dicenda, q̄ non possent explicari. Deficiet enim tempus me enarrantem. I. si velim enarrare nō sufficere mihi tempus epistolae enarrationis, quae debet esse succincta. Vnde Hier. ad Paulinū c. c. Neque enim epistolae angustia longius euagari patiebatur. Vel tempus, intellige vitam. Isto modo loquitur Io. vlti. Sunt quidem alia multa quae fecit Iesus, &c. vbi dicit Gl. q̄ loquitur hyperbolicè, nec tamè est falsum, sed est figuratiua locutio. ps. Vbi nos habemus, annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Dicit litera Hieronymi, Si annuntiare volueris, plura sunt q̄ narrari queant. Sciendum tamen q̄ aliqui istorum aliqua mala fecerunt, & aliqua bona, vnde non numerantur hic nisi quantum ad bona quae fecerunt vel receperunt. Tamen probabile est q̄ oēs fuerint finaliter sancti, ex quo Apostolus nominat eos in catalogo sanctorum. Primò ergo ponit Gedeonē, de quo Iudic. 6. Quē praemittit, & quia nihil mali fecit, & quia fecit factū multum in signe, & fortè etiam quia accepit maximum signum incarnationis Christi in vellere & rore, de quo dicitur in psal. Descendit sicut pluuia in vellus. Secundò ponit Barach, de quo Iudic. 4. Qui nō fuit ita insignis sicut Gedeon, cui etiam illa victoria nō fuit reputata, sed magis mulieris, & ideo fortè postponit ipsum. Tertio ponit Sanfon, de quo Iudic. 13. De quo specialiter videtur q̄ non deberet hic numerari, quia in morte peccauit interficiendo se. Aug. autem. 1. de ci. dei dicit q̄ excusatur quia creditur hoc fecisse mandato dei, cuius signum est, quia non potuisset domū tantam propria virtute subuertere, sed virtute dei, quae non adiuuat ad malum. Quartò ponit Iepte, de quo Iudic. 11. Istum postponit Sanfoni, quia non fecit tot facta insignia sicut ille. Dubitatur autem de Iepte si immolando filiam suam ex voto peccauerit, videtur q̄ non, quia dicitur, ibi, Irruit spiritus domini in Iepte. Et post hoc sequitur votum suum & victoria. Contrà. Dicit Hiero. q̄ fuit in vouendo indiscretus, & in reddendo impius. Respondeo. Dicendū est q̄ fuit ibi aliquid à spiritu sancto. s. motus ad vouendū in generali, q̄. s. immolare quicquid occurreret sibi immolabile, aliquid autem ex proprio suo spiritu. s. q̄ immolauit quod non debuit, & in hoc peccauit, sed post penituit. Similiter Gedeo peccauit faciendo Ephor, & in tentado deum in petitione signi in vellere, & postea penituit, sicut & Dauid, de quo subdit dicens, Et Dauid & Samuel, de quibus. s. in libris Regum agitur. Et aliis prophetis, de quibus si vellet dicere, tempus deficiet. Sed tunc questio est vtrū omnes isti qui dicti sunt fuerunt prophetae. Respondeo, dicendum est q̄ spiritus sanctus mouet membra prophetarum, sicut agens principale mouet instrumentum suum. Potest autem spiritus sanctus mouere ad tria. s. ad cognoscendum, ad loquendū & ad faciendū. Et quodlibet istorum dupliciter. Ad cognoscendum, s. quandoque cum intellectu, eius quod videtur, sicut fuit Esaias & alij prophetae, vnde dicti sunt & videntes. 1. Reg. 19. Qui hodie dicitur propheta, olim dicebatur videns. Aliquando autem sine cognitione eius quod videtur, sicut patet in somnio Pharaonis, & in visione Balthasar. Ad loquendum etiam mouet dupliciter, quandoque ac sciendū id de quo loquitur, sicut patet de Dauid: quandoque autē nescit, sicut Caiphaz, & fortè Balaam. Similiter etiam quandoque mouet ad faciendum, & scit quid facit, sicut Hieremias qui abscondit lumbare suum super Euphratē. Quandoque autem nescit sicut dicit. Aug. super Io. de militibus qui diuiserunt sibi vestimenta Christi, non tamen cognoscebant misterium ad quod illa diuisio ordinabatur. Hoc est ergo de ratione prophetarum, q̄ cognoscat illud quod videt, vel dicit, vel facit. Quando autem non cognoscat, nō est verè propheta, sed participatiue tantum. Et sic dicit Ioannes Caypham propheta esse, quia habuit aliquid propheticū. Iste autem motus spiritus sancti dicitur instinctus secundum Augustinum. Deinde cum dicit [Qui per fidem vicerunt regna.] Ostendit quid sancti de quibus locutus est, fecerunt, & primò ostendit hoc in generali. Scdò descendit ad quaedam specialia, ibi [Obturauerunt ora leonum.] Primò autem ponit facti ipforum meritum. Secundò praemium, ibi [Adepti sunt.] Circa primum sciendū est q̄ inter omnes actus exteriores virtutum moralium actus fortitudinis & iustitiae videntur esse praecipui, quia maximè pertinent ad bonū commune. Per fortitudinem enim res publica defenditur ab hoste, per iustitiam verò cōseruatur. Vnde Apostolus ex vtroque actu commendat sanctos patres. Ab actu quidem fortitudinis, cum dicit quod isti per fidem vicerunt regna. Idest, reges, vel etiam regna ipforum, sicut Dauid & Iosue. Nihilominus tamen sancti spiritualiter per fidem vicerunt regna, scilicet regnum diaboli, de quo Iob 41, Ipse est rex super vniuersos filios superbiae. Item carnis. Ro. 6. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Item regnum mundi. Io. 18. Regnum meum non est de hoc mundo. Isti autem vincunt per fidem. 1. Io. 5. Hae est victoria quae vincit mundum fides nostra. Nullus enim potest presentia cōtemnere, nisi propter spem futurorum bonorum. Per contemptum enim principaliter vincitur mundus. Et ideo quia fides ostendit nobis inuisibilia, propter quae contemnitur mundus, ideo vincit mundum fides nostra. Ab actu autem iustitiae commendat eos cum dicit [Operati sunt iustitiam.] Aliquando autem iustitia est virtus generalis, quādo scilicet obedit legi diuinae. Psal. Iustus dominus, & iustitias dilexit. Et. 2. Mach. 9. Iustus est fuit dicitū esse deo. 1. Io. 3. Qui iustitiam facit

iustus est. Aliquando autem est virtus specialis, & ista consistit in actionibus & communicationibus humanis, quando scilicet reddit quis vniciq; quod suum est. Vtrinq; autem iustitiam habuerunt sancti. Esa. 54. Hae est haereditas seruatorum dei & iustitia apud me, dicit dominus. Eccl. 1. Concupiscens sapientiam serua iustitiam, scilicet obediendo mandatis. Item ipsam exercendo in populo. Psal. Feci iudicium, & iustitiam, &c. Deinde cum dicit [Adepti sunt.] Ostendit quid receperunt, quia [adepti sunt repromissiones.] Promissio enim dei efficacax est, quia nunquam deficit deus in promissis. Ro. 4. Quaecunque promittit deus potens est & facere, Psal. Fidelis deus in omnibus verbis suis. Sed contrà. Suprà eodem, iuxta fidem defuncti sunt, non acceptis repromissionibus. Respondeo. Dicendum est q̄ illud quod hic dicitur tripliciter potest intelligi. Vno modo q̄ promissio dei sit illa specialis qua promittit sanctis vitam aeternam. Et istam nullus accipit ante aduentum Christi. Rom. 15. Ad confirmandas promissiones patrum. Secundò pro promissione de terra promissionis habenda. Et istam nō acceperunt priores patres tres. s. Abraham. Ysaac, & Iacob, sed tantum patres posteriores, sicut Iosue & alij sancti. Tertio pro promissione particulari. s. eius quod vniciq; promissum fuit, sicut Dauid regnum, & Ezechiae sanitas. Et istas promissiones consecuti sunt. Deinde cum dicit [Obturauerunt ora leonum.] Pōnit quaedam particularia beneficia aliquibus colata. Et primò quae pertinent ad remotionem mali. Secundò illa quae pertinent ad executionem boni, ibi [Fortes facti sunt in bello.] Malum autem nocium hominis est duplex. Vnum exterius, & aliud interius. Secundū ponit ibi [Conualuerunt.] Exterius autem malum est duplex, quia aut illatum est à creatura irrationali, aut rationali. Secundū ponit, ibi [Effugauerunt.] Ab irrationali duplex, scilicet vel ab inanimata, vel ab animata. Nocumētū illatum ab inanimata tangit, ibi [Extinxerunt impetum.] Quantum ergo ad animata dicit [Obturauerunt ora leonum.] Loquitur autem in plurali, licet non fuerit nisi vnus, scilicet Daniel: sicut etiam dicitur. Mar. 2. Defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Nullus autem tunc querebat Christum occidere nisi solus Herodes. Cuius ratio est, quia loquitur de omnibus sanctis communiter, quasi de vno collegio sanctorum. Et quod vnus facit imputatur aliis, & etiam omnibus, quod fit per virtutem spiritus sancti quae est communis omnibus. Vnde etiam in isto contextu loquitur tanquam de pluribus. Potest etiam dici & hoc cōpletum est in Dauid, qui sicut ipse dicit 1. Reg. 17. Leonē & vrsū interfecit. Et etiā Sanfon Iudicum 14. Per leonem autē spiritualiter intelligitur diabolus. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus, &c. Qui ergo in sultus eius reprimat, os leonum obturat. Iob 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius aufererebant praedam. Nocumentum à re inanimata remouet cum dicit [Extinxerunt impetū ignis.] Sicut habetur de tribus pueris in Dan. 3. Item ad preces Moysi & Aaron extinctus est ignis, qui missus à domino deuorabat populū murmurantē, sicut patet Numc. 11. 16. Ignis iste est interior motus concupiscētiaē vel irae. Qui ergo refrenat illum motum, extinguit impetum ignis. Psal. Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Remotionem nocuenti per rationalem creaturam illatam tangit cum dicit [Effugauerūt aciem gladij.] aciem hostis cum gladiis acutis. Hoc autem frequenter istud factū fuit per ipsos, sicut patet de Iosue, Gedeone, & Dauid. Per gladium autem mala suafo intelligitur. Psal. Linguae eorum gladius acutus. Istos gladios fugat qui malam linguam tacere facit. Eccl. 28. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Prouerb. 25. Ventus aquilo dissipat pluuia, & facies tristis linguam detrahentem. Nocumentum interius est infirmitas, de cuius remotione dicit [Conualuerunt de infirmitate.] sicut specialiter apparet de Eze. 4. Reg. 20. & Esa. 38. Ista autem infirmitas est peccatum. Psal. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Conualescit ergo qui resurgit. Deinde cum dicit [Et fortes facti sunt.] Pōnit beneficia quantū ad assecutionem boni, & ponit tria. Primū pertinet ad hoc quod fortiter egerūt. Vnde dicit [Fortes facti sunt in bello.] sicut patet de Iosue. Eccl. 46. fortis in bello Iosus naue, successor Moysi in prophetis, &c. Sic patet etiā de multis aliis. Secundū pertinet ad effectum illius fortitudinis. Vnde dicit [Castra verterunt exterorū.] sicut patet de Machabeis, & de Dauid. Psal. Si constiterint aduersum me castra, non timebit cor meū. Sed tertium pertinet ad effectum fortitudinis diuinæ. Vnde dicit [Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.] Idest, p̄ resurrectionem. Quod aliqui mali intelligentes exposuerunt mortuos suos, id est, viros suos resuscitatos, per hoc afferentes q̄ per mortem non soluitur matrimonium, quod falsum est etiam si resurgeret. Et est contra Apost. Ro. 7. Si dormierit vir eius liberata est à lege viri. Vnde sciendum est q̄ etiam in effectibus sacramentorum est quaedam differentia. Quaedam enim sacramenta imprimunt caracterem, sicut baptismus, confirmatio, & ordo. Et quia caracter in anima perpetuo manet, ideo baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus, si resuscitaretur non deberet iterari aliquod illorum sacramentorum. Alia verò sacramenta nō imprimunt caracterē sicut penitentia extrema vnctio, & sic de aliis, quia sunt contra aliquid iterabile, & ideo iterari possunt. Inter illa autem est matrimonium, & ideo non dicit viros, sed mortuos, quia marres filios suos mortuos receperunt per resurrectionem, quorū resurrectio fuit quoddam praesagium futurae resurrectionis inchoatae per xpm. De istorū resurrectione, vel magis resuscitatione, habetur, 3. Regum 17. & 4. Reg. 4. Tamen isti sic resuscitati sunt iterum mortui. Christus autem resurgens ex mortuis iam non moritur. Ro. 6. Vnde resurrectio eius fuit initium futurae resurrectionis. 1. Cor. 15. Christus resurrexit à mortuis primitiē dormientium. Sicut autē ista temporalia beneficia illis data sunt tanquā infirmis, ad sustentationem p̄ meritū fidei ipforum, ita fuerunt figura futurorum bonorum, quae nobis ex merito fidei dabuntur. Mar. vlti. Signa autē eos qui crediderint haec sequentur, &c. Quae Gregorius exponit de bonis spiritualibus.

Lectio 8.

Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem. Vni ueniunt meliorem resurrectionem. Alij vero ludibriae verbera experti, in super & vincula & carceres lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladij mortui sunt. Circa haec in melioribus, in pellibus caprimis, egenies, angustiat, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis & in cauenis terra. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine nobis consummarentur. Suprà posuit Apostolus exempla sanctorū patrum antiquorū qui multa & magna fecerūt, p̄pter fidē: hic ponit exempla illorū qui multa propter fidē passi sunt. Et circa hoc facit duo. Primò eū ostendit quomodo

Exponit Apostolus exempla illorum, qui propter fidē passi sunt multa.

passi sunt propter fidem. Secundò ostendit quomodo promissiones eis facta dilatae sunt, & quare ibi [Et hi omnes testimonio.] Circa primò duo facit, quia primò ponit mala ab aliis eis illata. Secundò mala propria voluntate assumpta, ibi [Circuierunt in melotis.] ab aliis autem illata sunt eis mala dupliciter, quia quaedam in vita, quaedam verò in morte. Et ista duo ponit, ibi [Lapidati sunt.] In vita verò mala tripliciter illata sunt eis, quia quaedam quantum ad corporalem afflictionem, quaedam quantum ad irrisionem, quaedam quantum ad inclusionem. Quantum ad primum dicit, Alij autem, &c. Quidam multa bona receperunt propter fidem, vel in amore mali, vel in executione boni temporalis, in quibus figuratur vetus testamentum quod conferebat bona temporalia. Sed alij multa propter fidem passi sunt quorum quidam distenti sunt. In aculeis sicut dicitur. 1. Mach. 2. & 2. Mac. 6. de pueris suspensis ad ceruices matrum. Et 7. de septem fratribus. In istis sanctis primò figurabatur nouum testamentum. Vnde dicit [Non suscipietes redemptionem.] id est, liberationem. Qui enim subiicitur pœnæ, est quodammodo seruus pœnæ. Et ideo liberari à pœnâ, dicitur redemptio. Psal. De qua redemit eos de manu tribulantis. Sed quare non fuerunt liberati ostendit, quia hoc non fuit propter hoc quin deus haberet prouidentiam de ipsis, sed vt inueniret vitâ aternam, quæ melior est quàm liberatio in quocunq; pœnâ presenti, vel quocunq; resurrectio vitæ presentis, & ideo dicit [Vt meliorem inuenirent resurrectionem.] Job 19. In nouisimo die de terra surrecturus sum. Et 26. Vient mortui tui, interfecti mei resurgent. Vel dicit meliorem, quia ex hoc ipso quod maiora p. Christo passi sunt, maius præmiû recipient. Sicut enim dicitur 1. Cor. 15. Stella differt à stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum. Qui enim fuerunt maiores in merito maiores erunt in præmio. Et ideo Apostoli præferuntur martyribus, martyres verò omnib; alijs. Maiores enim merito, maiores sunt præmio. Præcipua verò sunt merita martyrum. Io. 16. Maiorem hanc dilectionem nemo habet, &c. Nec tamen quilibet martyr verò sunt merita martyrum. Io. 16. Maiorem hanc dilectionem nemo habet, &c. Nec tamen quilibet martyr maior est quolibet confessore, sed aliquis martyr potest esse maior aliquo confessore, & e converso aliquis confessor aliquo martyre, licet non vniuersaliter. Potest enim comparari vnus alteri vel quantum ad genus operis, vel quantum ad gradus charitatis. Nullus autem actus quantum est de se, est ita meritorius, sicut quo quis moritur propter Christum, quia dat illud quod habet carius. s. vitam propriam. Mar. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Si verò consideretur radix omnis meriti, quæ est charitas. 1. Cor. 13. Sic opus procedens ex maiori charitate, est magis meritorium. Et sic potest vnus simplex confessor esse maioris meriti apud deum. Apostolus autem loquitur in genere operis, dicens, Vt scilicet meliorem, id est, maiorem & clariorem inuenirent resurrectionem. Vnde, ly meliorem, importat cõparationem status presentis vitæ ad futuram resurrectionem, vel cõparationem claritatis resurrectionis vnus resurgentis ad claritatem alterius. Deinde cum dicit [Alij ludibria.] Ponit mala illis illata in vitam quantum ad irrisionem factam in verbis, dicēs q; alij experti sunt ludibria. sicut patet de Sanson. Iudic. 16. de Thobia & Iob, & Esaia. Esa. 50. Faciem meâ nō auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Hieremias etiam dicit, Hierem. 20. Factus est mihi sermo domini in opprobrium & derisum. Quantum verò ad facta dicit q; experti sunt verbera. sicut patet de Michea, de quo 3. Re. vlt. & 2. Para. 18. dicitur q; percussit eum Sedechias in maxillam. In quibus omnibus præsignabantur passionis noui testamenti. 1. Cor. 4. Spectaculû facti sumus mundo & angelis & hominibus. Deinde cum dicit [Insuper & vincula.] Ponit mala sanctis illata quantum ad inclusionem. Vnde dicit [Insuper & vincula.] sicut Hieremias, & de quo Hierem. 20. dicitur q; positus in neruo. Non solum vincula, sed etiam carceres. sicut Hieremias. Hierem. 37. & 38. Et Micheas. 3. Regum vlti. Consequenter ostendit mala illata quantum ad mortem cum dicit [Lapidati sunt.] Quod quidem genus mortis tunc erat cõmune apud omnes Iudæos. Mar. 23. Hierusalẽ Hierusalẽ quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Sic lapidatus est. Naboth. 3. Reg. 21. Et Hieremias. 1. de quo legitur q; Iudæi lapidauerunt eum in Aegypto lapidibus quos absconderat sub muro laterico domus ipsius Pharaonis. Et licet Epiphanius dicat q; fuit tractus, tamen cõmuniter ponitur q; fuit lapidatus. Zacharias etiam filius Ioiade fuit lapidatus, vt legitur 2. Para. 24. Secundum genus mortis inconfuetum & crudele ponit cum dicit [Secuti sunt.] Hoc dicit propter Esaiam, quem Manasses fecit secari in terra lignea. Et loquitur pluraliter, licet non fuerit nisi vnus, secundum cõsuetudinem scripturæ, propter causam supradictam. Tertium genus cum dicit [Tentari sunt.] vt. s. consentirent. Quod dicit propter Matathiam & filios eius. 1. Mach. 2. Et propter Eleazarum, 2. Mac. 6. Et propter historiam de septem fratribus. 7. cap. Et tandem occiderunt eos. Tre. 4. Melius fuit occisus gladio, quàm interfectis fame. Specialiter tamen Vrias fuit occisus à Dauid. 2. Reg. 11. Et Iofias 4. Reg. 23. Deinde cum dicit [Circuierunt in melotis.] ponit mala voluntariè assumpta. Et ista ad tria reducuntur. scilicet ad exteriorem cultum, ad personæ statum, ibi [Egentes.] & ad habitationis locum, ibi [In solitudinibus.] Quantum ergo ad cultum, dicit [Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis.] Melora est vestis secta de pilis pamelorum, vt cuidam dicunt. Vel melius quod taxus habet pellem hirsutam, de qua fit vestis quæ dicitur melora. Pellis caprina cum hoc quod est hirsuta, est etiam vilis. Et hæc dicitur de Helya. 4. Reg. 1. q; erat vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Et de talibus vestibus dicit Aug. in li. de sermone domini, quod potest esse in tali veste intentio mala, si quis vtatur ad vanâ gloriâ, bona autem, si ad contemptum mundi, & macerationem carnis. Præcipue autem qui profitentur statum pœnitentiæ, debent ostendere signa professionis. Et ideo licet eis vt talibus vestibus, non tamen ad ostentationem, & sic vtentur propheta. Quantum autem ad statum personæ dicit [Egentes.] quia carebat diuitiis, in quo præfigurabant statum perfectionis noui testamenti, de quo dicitur Mat. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ possides. Et hoc fuit specialiter de Helya, qui passus fuit à coruis, & à muliere vidua. 3. Reg. 17. Psal. Pauper ego sum in laboribus. Idem, Egenus & pauper ego sum. Irē angustiarum. sicut patet de Helya, qui fugit à facie Iezabel. 3. Reg. 19. Et de Dauid qui fugit à facie Absalon. 2. Regum 17. Item afflicti labore corporali, sicut de Helya qui dormit lassus subter vnam Iuniperum. Et subdit [Quibus dignus non erat mundus.] Sicut dicit Dionysius in epistola ad Ioannem euangelistam. Mali aliquando per ea quæ faciunt, ostendunt indignitatem suam damnationis, vnde dicit q; per hoc quod mali separauerunt à se beatum Ioannem, ostendebat deus q; erant indigni societate eius. Et ideo dicit Apostolus q; mundus non erat dignus eis. q. d. Quia mundani

non erant digni societate iustorum. Io. 51. Ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Deinde cum dicit [In solitudinibus.] Ostendit hoc quantum ad locum, quia propriam mansionem non habebant, sed errabant in solitudinibus, & in montibus, & in speluncis & in cauernis terræ. quæ sunt loca apta ad contemplationem & penitentiam. Dicitur autem spelunca quæ fit arte, sed caurna quæ est à natura, vel ab aliquo accidente, sicut ex corrosione aquarum. Ista patent de Dauid. 1. Reg. 22. & 23. Et de Helya. 3. Reg. 19. Deinde cum dicit [Et hi omnes.] Ostendit q; eis dilatae sunt promissiones. Et ne putetur q; hoc fuerit propter defectum meriti. ideo secundo designat rationem illius dilationis, ibi [Deo pro nobis.] Dicit ergo q; hi omnes testimonio fidei inuenti sunt probati. s. per fidem habent testimonium q; sunt probati. i. approbati à deo. 2. Cor. 10. Non enim qui seipsum cõmendat ille probatus est, sed quem deus cõmendat. Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit eos. Et tamen non acceperunt re promissionem. s. gloria, vel promissam vitam vsque ad Christum. Psal. Distulisti Christum. Temporales enim acceperunt, non tamen spirituales. Suprà eodem, Defuncti sunt non acceptis promissionibus. Deinde cum dicit [Deo pro nobis.] Ostendit rationem dilationis, ex quo aliqui sumpserunt causam, vel occasionem erroris, qui dicit q; nullus in paradisu intrabit vsque ad vltimam consummationem, quæ erit per finalem resurrectionem. Sed hoc est cõtra Apostolum. 2. Cor. 5. Scimus q; si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, & ædificatio habebimus ex deo domum non manufactam, sed æternam in cælis. Ista ergo cõsummatio de qua loquitur Apostolus, potest referri ad præmiû essentiale. s. beatitudinem quæ habetur per Christum Michæ 2. Ascendit pandens iter ante eos, quæ non habuerunt sancti veteris testamēti. Vel potest referri ad stola corporis, quæ non dabitur vniuersaliter, vsque post resurrectionem vniuersalẽ, licet fortè aliqui iam habeant ipsam ex speciali preuilegio. Non ergo sine nobis consummantur, sed perficiuntur duplici stola, vt sicut dicit glo. in cõmuni gaudio omnium fiat gaudiu singulorū. Vnde in hoc nobis deus prouidit. Et ideo dicit [Deo pro vobis aliquid melius prouidente.] Psal. Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Magis enim gaudet homo cum pluribus gaudentibus. Glo. Si isti tenuerunt fidem qui tandiu expectauerunt regem, multo magis teneam; nos qui statim recipimus. Luc. 23. Hodie mecū eris in paradiso.

Capit 12.

Deoque nos tantam habentes impostam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstantes nos peccatum, per pœnitentiam, curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in aurore fidei, & consummatorem Iesum, qui propositio sibi gaudium sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim cum qui talem sustinuit peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes. Apostolus hic ponit monitionem mortalem, exhortans vt fidem quæ cor de tenent, operibus demonstrent, sicut etiam strent.

Suprà Apostolus multipliciter commendauit fidem per quam membra Christo capiti coniunguntur: hic ponit moralem monitionem exhortans vt fidem quæ tenent corde, operibus demonstrent, sicut etiam monet Iac. ca. 2. canonica sua. Et primò docet quomodo se debeant habere circa mala. Secundò quomodo debeant se habere circa bona. ca. 13. ibi [Charitas fraternitatis.] Est autem duplex malum. s. pœnæ & culpæ vitanda, ibi [Propter quod remissas, &c.] Ad tolerandum autem malum pœnæ. Primò inducit exemplo antiquorum. Secundò exemplo Christi, ibi [Aspicientes in aurore.] Tertiò autoritate scripturæ, ibi [Et obliuisti estis.] Quantum ergo ad primò dicit [Ideo que nos habentes tantam nubem testium impostam.] q. d. Ita dictum est q; sancti testimonio fidei probati, nec tamen habuerunt promissiones, & tamen cum hoc non fecerunt in expectando, ergo nos qui habemus tantam nubem testium interpositam, &c. Sancti dicuntur testes dei, quia verbo & facto glorificabatur deus per eos. Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Esa. 44. Vos testes mei dicit dominus. Dicuntur autem sancti, nubes. Primò propter conuersationis sublimitatem. Esa. 60. Qui sunt isti qui vt nubes volant. Secundò propter doctrinæ fecunditatem. Job 26. Quiligat aquas in nubibus suis vt non erumpant pariter deorsum. Et 36. Effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt. Tertiò propter spiritualis consolationis utilitatem. Sicut enim nubes præstat refrigerium, sic exempla sanctorum. Esa. 18. Et sicut nubes roris in die mæsis. Hanc ergo nubem testium habemus impostam, quia ex vita sanctorum quodammodo inducitur nobis necessitas ad imitandum. Ia. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitatis, laboris, & patientiæ prophetas. August. Sicut spiritus sanctus loquitur in scriptura, ita in gestis sanctorum quæ nobis sunt forma, & præceptum vitæ. Hoc est ergo exemplum sanctorum quod inducit. Sed quia ad confirmandum se ad aliquod exemplar, interdum ex impedimento superueniente impeditur homo, ideo remouet illud quod potissimè potest impedire. Illud autem est pondus peccati. Tribulatio autem est, quasi quidam agon. 1. Corin. 9. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. Sicut autem in cursu & certamine oportet omnia aggrauantia deponere, ita & in agone tribulationis. 2. Tim. 4. Bonu certamen certauit, cursum consummaui. Qui ergo in tribulatione vult bene ad deum currere, oportet impedimenta deponere. Ista ipse impedimenta vocauit Apostolus pondus & circumstantes peccatum. Per [pondus.] autem potest intelligi peccatum perpetratum, quod dicitur pōdus, quia animam deprimit ad infima, & inclinât ad aliud. Psal. Sicut onus graue grauarunt super me. Grego. Peccatum quod per penitentiam non diluitur. mox suo pondere ad aliud trahit. Per [circumstantes peccatum.] potest intelligi occasio peccati, quæ quidem est in omne quod circumstat, sicut in mundo, carne, proximo demone. Deponentes ergo omne pondus, id est, peccatum, perpetratum, quod dicitur pondus, & circumstantes nos peccatum. s. scilicet occasionem peccandi. 1. Pet. 2. Deponentes omnem malitiam & omnem dolū. Vel pondus potest intelligi redime tribulationis. Sic enim frequenter tribulatio dicitur onus per prophetas, sicut onus damasci. i. tribulatio, quasi dicit, Non sit vobis graue pati pro Christo. Circumstantes peccatum dicitur tentatio nobis immissa ex circuitu hostis. 1. Pe. 5. Aduersarius vester diabolus, &c. Vel pōdus affectio terrena, per circumstantes peccatum affectio carnalis, quæ scilicet causatur in nobis, à carne circumstante. q. d. Deponatis afflictionem tam tempo-

erudi illos. [Et reuerbamur eos.] Exodi vigesimo, Honora patrem tuum & matrem, & cetera. Deus autem excellentius est pater noster, scilicet, quantum ad animam, quam immediate creat. Ecclesiastes ultimo. Spiritus redeat ad deum, qui dedit illum. Item iustificat animam adoptando nos in filios. Roma. 8. Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii dei. Ideo dicit [Non multo magis optemperabimus patri spirituum] id est animarum nostrarum, quæ dicuntur spiritus: quia non sunt ex materia. [Et viuemus?] Finis enim obedientiæ, est vita æterna. Ioan. 8. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Suprà 5, Factus est omnibus obtemperantibus ei causa salutis æternæ. Secunda verò differentia est correctionis humanæ ad diuinam, quæ in duobus differunt: & primò quatum ad finem, quia finis humanæ correctionis est aliquid transitorium. Est enim ad bene conuersandum in hac vita, quæ est paucorum dierum. Secundo quatum ad rationem: quia homo corrigit secundum voluntatem quæ falli & errare potest, & tamē obediunt ei. In correctione autem diuina, non sic: quia erudit nos ad aliquid vtile in sempiternum. Ad recipiendum sanctificationem, quæ, scilicet, est ipsemet deus. Esa. 8. Dominum exercituum ipsum sanctificat. Ipse pauor vester, ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem. Et ideo dicit [Et illi quidem erudiebant nos in tempore paucorum dierum.] Et hoc quatum ad primum. [Et secundum voluntatem suam.] Et hoc quatum ad secundum [Hic autem ad id quod vtile est.] Esa. 48. Ego dominus docens te vtilia. Et hoc [in recipiendo sanctificationem.] id est, in sanctificationem ab ipso recipiendam, & ideo debemus magis recipere disciplinam eius. Sequitur [Omnis autem disciplina, &c.] hæc est tertia ratio quæ sumitur ex vtilitate correctionis. Cum autem pœnæ sint quædam medicinæ, idem iudicium videtur esse de correctione, & de medicina. Sicut autem medicina in sumptione cuidam amara est & abominabilis: tamen eius finis est valde dulcis & desiderabilis, ita de disciplina, quod grauis est ad sustinendum: sed adducit fructum optimum. Sciendum est autem quod disciplina dicitur a discendo. Pueri autem qui adiscunt, flagellis erudiuntur. Et ideo disciplina aliquando sumitur pro scientia, vt in principio primi posteriorum. Omnis doctrina, & omnis disciplina &c. quæ Grecè dicitur episteme. Aliquando autem sumitur pro correctione, & Grecè dicitur pedia, sed in Latino non habet nomina ita distincta. Dicit ergo quod [omnis disciplina] quæ, scilicet eruditio per flagella & molestias in præfenti videtur esse non gaudii sed mœroris quia exterius habet tristitiam in sustinendo, se interius habet dulcedinem ex intentione finis. Et ideo dicit [videtur] & non dicit, est. 2. Corinth. 6. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Ioan. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet. &c. 2. Corinth. 4. Id enim quod in præfenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Et ideo dicit [Postea reddidit fructum.] Fructus enim importat dulcedinem. Vnde frui est delectari in fine adepro. [Pacatisimam.] fructus enim habetur hæc cum perturbatione exteriorum incommodorum, & tentationum interiorum, & ideo non est pacatisimus, sicut ibi. In gloria siquidem nihil erit interius remordens conscientiam, nec impellens est ad culpam, nec exterius, contristans. Ibi enim vt dicit Augustinus. erit quicquid volens: ergo ille fructus esse pacatisimus. Pacatus quidē in tranquillitate conscientia, pacator in susceptione primæ stolæ, sed pacatisimus in susceptione. 2. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie: in requie opulenta. Prou. 3. Primi & purissimi fructus eius [Reddet ergo fructum iustitiæ] id est, quem meretur iustitia. Seminatio enim iustitiæ merces fidelis. Prou. 11. Ibidem. Fructus iusti, lignum vitæ. Vel iustitia, ad iustitiā apprehendendam, Osee 10. Seminate vobis in veritate iustitiā, & metice in ore misericordie. Psal. Euntes ibant & flebant, &c. Sed non redditur fructus nisi [exercitatis per eam.] id est, per disciplinam, supra. 5. Perfectorum est cibus solidus eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus.

Lectio 3.

Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicatis quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus: sine qua nemo videbit deum: contemplantibus ne quis desit gratie dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur, & per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator, aut prophanus, vt Esau: qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Scio enim quoniam & postea capiens hereditare benedictionem, reprobatus est. Non enim inuenit penitentia locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eam. Suprà monuit Apostolus qualiter nos debemus habere ad mala pœnalia sustinenda: hic monet qualiter nos debemus habere ad mala culpe vitanda. Et circa hoc duo facit. Primò enim ponit monitiones suas. Secundo assignat rationes ipsorum, ibi [Non enim accessistis.] Circa primum duo facit. Primò enim monet hominem peccantem. Secundo nondum peccantem, ibi [Pacem sequimini.] Est autem duplex peccatum, scilicet, omissionis, & transgressionis. Primò ergo monet ad dimittendum peccatum omissionis. Secundo ad dimittendum peccatum transgressionis, ibi [Et gressus rectos.] Peccatum autem omissionis duplex est. Vnum quando quis omittit bonum facere. Aliud omittendo mala & aduersa tolerare. Quantum ad primum, dicit [Propter quod.] scilicet, quia disciplina affert fructum pacatisimum: ideo vt vos hunc fructum percipere possitis [erigite manus remissas.] Manus enim cum sit organorum remissa dicitur, quando vacat ab eius operibus, & ideo erigenda est per rectam intentionem ad operandum quæ deo placeat. Trenorum tertio. Leuemus corda nostra cum manibus ad deum. Psal. Eleuatio manuum mearum, & cetera. Manus enim remissa inducit egestatem & seruitutem. Prouerborum decimo, Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Item capit. 12. Manus fortium dominabitur, quæ autem remissa est, tribus seruet. In huius signum quando Moyses eleuabat manus, vincebat Israel: quando verò remittebat, superabar Amalech. Exodi decimo septimo. Quantum ad aliud peccatum omissionis, dicitur [Erigite genua dissoluta.] In genibus totum pondus corporis sustentatur. Habent ergo genua dissoluta, qui non habent fortitudinem fortiter tolerandi aduersa. hæc ergo remissio abiicienda est. Iob 4. Manus lassas roborasti, & genua tremantia confortasti, vacillantes confirmauerunt sermones tui. Esa. trigesimo quinto, Confortate manus dissolutas & genua debilia roborate. Manus ergo & genua erigite, vt nec otio torpatis, nec hæsitare debeatis. Deinde cum dicit [Et gressus rectos.] Improbatur peccatum transgressionis. Illud autem peccatum est obliquitas quædam & curuitas. Rectus enim dicitur cuius medium non exit ab extremis, id est, cuius

operatio non recedit ab intentione & sine debito. Triplex autem est obliquitas, scilicet in affectu, in operatione & intellectu. Ista tres monet declinare. Ex affectione autem iniqua, sequitur obliquitas in intellectu, & deprauatio in affectu. Et ideo quatum ad primum, quod est aliorum radix, dicit [Facite gressus rectos pedibus vestris]. i. rectas affectiones. Sicut enim pedes portant corpus, ita mentē portant affectiones. Recti ergo pedes sunt affectiones rectæ. Ezech. 1. Pedes eorum pedes recti. Rectificate ergo affectiones, quibus totum corpus portatur spiritualiter. Esa. 40. Rectas facite in solitudine semitas dei vestri Hoc est quatum in vobis est dare operam ad hoc. Sed proprie rectificare est solius dei. Psal. Dirige gressus meos in semitis tuis. Quatum ad secundum dicit [Vt non claudicatis] quatum ad actionē exteriorē. Sicut enim tibia dicitur clauda, quando non sequitur regulā potētia gressu, ita operatio claudicat, quando siue ad dexteram. i. in prosperis, siue ad sinistram. i. in aduersis non sequitur regulā legis diuinæ. Esa. 30. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis neq; ad dexteram neq; ad sinistram. Vel claudicat qui ceremonialia obseruat cum euāgelio. Quatum ad obliquitatem intellectus, dicit [Erret.] Mala enim operationem sequitur error intellectus. Prou. 14. Errant omnes qui operantur malum. Sapiē. 2. Hoc cogitauerunt & errauerunt, excæcavit enim eos malitia eorum. Qui ergo vult illas duas coruitas cauere, habeat pedes & affectiones rectas. Et ideo dicit [Magis autem sanetur.] Sicut enim sanitas corporis consistit in contemperatione humorum, ita sanitas spiritualis in ordinatione affectuum. Hierem. 17. Sana me domine, & sanabor. Deinde cum dicit [Pacem sequimini, &c.] monet non peccatē ad vitandum peccatum: & circa hoc duo facit. Primò enim præmittit quædam remedia quæ valēt ad omnia peccata vitanda. Secundo specialiter monet ad vitandam vitiationē eorum, ibi [Ne qua radix.] Circa primum sciendum est quod ad actionem humanarū sunt diuersi fines. Quædam enim ordinatur ad alium sicut iustitia quæ ordinat hominem ad proximum. Et istarum finis est pax, Vnde Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax. Quædam ad ipsum operatē sicut ieiunium, & istorū finis est puritas. Non enim ieiunamus, nisi propter munditiā & puritatē. Quatum ergo ad primum, dicit [Pacem sequimini]. i. non solum habere, sed queratis quomodo cum aliis habeatis. Rom. 12. Si fieri potest quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Psal. Inquire pacem, & persequere eam. Quatum ad secundum dicit [Et sanctimoniam.] 2. Cor. 7. Mūdēmus nos ab omni inquinamēto carnis, & spiritus. Quod autem ista remedia sunt necessaria, ostendit per duo dāna, quæ incurrimus sine ipsis. scilicet, dānum gloriæ in futuro, & gratiæ in præfenti. Quantum ad primum dicit quod [sine pace & sanctimoniam nemo videbit deum] in quo consistit beatitudo. Ioan. 17. Hæc est vita æterna &c. q. d. Sine pace quo ad proximum, & munditiā & puritate quo ad seipsum, nemo potest esse beatus. Mar. 5. Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. Solum autem filius debetur hereditas diuinæ visionis. Item Apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquatum. Psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Item, Quis ascendet in montem domini, &c. Quatum ad secundum dānum, scilicet gratiæ dei. Gratia enim per discordiā & immūditiam amittitur. 1. Corinth. 14. Non est [deus dissensionis, sed pacis. Psal.] In pace factus est locus eius. Abacuch 1. Mundi sunt oculi tui domine, ne videant malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Sapien. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & corripietur a superueniente iniquitate. Figuratiuè autem loquitur Apostolus. Gratia enim & si non habeatur ex meritis, alioquin gratia non esset gratia: tamē oportet quod homo faciat quod in se est. Deus autem voluntate sua liberaissima dat eam omni preparanti se. Apoc. 3. Ecce sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi intrabo ad eum. 1. Timoth. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri. Et ideo gratia dei nulli deest, sed omnibus quantum in se est, se communicat: sicut nec sol deest oculis cæcis. Dicit ergo, Contemplantibus ne quis desit gratiæ dei. Sed contra: quia si gratia non datur ex operibus, sed tantum ex hoc quod aliquis non ponit obstaculum, ergo habere gratiam dependet ex solo libero arbitrio, & non ex electione dei, quod est error Pelagii. Respōdeo: Dicendum est quod hoc ipsum quod aliquis non ponit obstaculum, ex gratia procedit. Vnde si aliquis ponat & tamen moueatur cor eius ad remouendū illud. hoc est ex dono gratiæ dei vocantis per misericordiā suam. Gal. 1. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, &c. Hoc autem donum gratiæ non est gratum faciens. Quod ergo ad quibusdam remouetur istud obstaculum, hoc est ex misericordia dei: quod autē non remouetur, hoc est ex iustitia eius. Non autem dicit, ne ru desis, sed ne quis, id est quicquid, quia quilibet debet esse sollicitus de proximo. Eccl. 17. Vnicuique mandauit de proximo suo. Deinde cum dicit [Ne qua radix.] Specialiter descendit ad monitionem vitiationis peccatorum contrariorum vnicuique prædictorum remediorum. Et primò monet vitare peccata contraria paci. Secundo contraria sanctimonie, ibi [Ne quis fornicator.] Dicit ergo, Ne qua radix amaritudinis, & cetera. Illud dicitur amarum, quod non potest gustari nisi cum offensa. Conuersatio ergo alicuius dicitur amara, quando non potest esse sine offensa eorum cum quibus conuersatur. Quod contra dicitur de sapientia. Sapiē. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tedium conuictus eius, sed letitiam & gaudium. Qui ergo in sapientia scit conuersari, non est amara amaritudinis, quod non habet dura verba vel facta. Et ideo dicit [Contemplantibus ne qua radix amaritudinis,] id est, amaritudo paulatim inchoata & in corde radicata [sursum germinans impediatur] pacem, & per consequens gratiā & visionem dei. Deut. 29. Ne sit inter vos radix germinans fel & amaritudinē. Osee 12. Ad iracundiam prouocauit me Ephraim in amaritudinibus suis. Vel radix amaritudinis est mala cogitatio noxiæ delectationis quæ sursum germinat, quādo per cōsensum ad opus venit. [Et per illam inquinantur multi] quia non solum ille in quo est, sed & alii malo eius exemplo. 1. Cor. 5. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Deinde cum dicit [Ne quis fornicator.] monet vitare peccata contraria sanctimonie, cui specialiter opponuntur peccata carnalia. scilicet, luxuria & gula, quæ perficiuntur in delectatione carnali, per quam mens inquinatur. Vnde ista mētem & carnē inquinant. Et ideo specialiter monet ista vitari. Et primò luxuriā, dicens, Contemplantibus. Et non solum quilibet in seipso, sed ne quis fornicator, ita quod quilibet in proximo suo hoc contēptetur. Aug. Inuicem vestra pudicitiam custodite. & Ephē. 5. Fornicatio autē & omnis immūditia aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Thob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione. Secundo phibet gulā, dicens [Aut pphanus] & dicitur quasi pcul ad phano, & tales sunt gulo si qui de vtre suo deū faciunt. [Sicut Esau.] Quod dixerat, ostēdit in exēplo Esau qui propter gulā vendidit

primogenita. Sic etiā gulofus pro minima efca vēdit hereditatem aternā. Prou. 6, Pretiū scorti, vix est vnus panis. Esau autem nō solum fuit gulofus, sed etiā luxuriosus: quia cōtra volūtatem parentum duxit vxores alienigenas. Ius autem primogeniti erat, q. habebat duplicem portionē: & antē sacerdotiū Aaron habebat honorem sacerdotale. Vnde in hoc cōmisiť ipse symoniā: ergo videtur q. etiam Iacob qui illud emit, simili ter cōmisiť symoniā, quod falsum est, Iacob enim per spiritū sanctū intellexit illud sibi deberi, iuxta illud Malac. 1, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Et ideo nō emit, sed quōd sibi debebatur ab iniusto possessore redemit. Et hoc est quod dicit [qui], f. Esau. [propter vnam escā vendidit primitiuā suā] vel primogenita, vt dicitur Gen. 25, & 27. ¶ Et p̄nam consecutam ostendit, subdens [Scitote enim quoniā & postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est.] Sicut enim dicitur Gen. 27. Post q̄. Yaac benedixerat Iacob, venit Esau & petiit benedictionem, quod tamen non obtinuit, licet pater fecisset ignorans, quia in illo stu pore quem habuit, factus in extasi, edoctus est à spiritu sancto q. nō retractaret quod fecerat. Vnde dicit, Be nedixi ei, & erit benedictus. Et sic Esau consilio spiritus sancti reprobatus fuit. In quo datur intelligi, quōd nullus debet negligere dum adhuc viuūt benefacere, quantūcūq. sit reprobatus in p̄sentia diuina, quia post vitā ad hereditatē dei, etiam si desideretur, naturaliter non peruenitur. ¶ Sequitur [Non enim inuenit p̄nitentiā locū quāquam cum lachrymis inquisisset eam.] Sicut enim dicitur Gen. 27. Irrugiit clamore magno, &c. Sed contrā: quia dicitur Eze. 18, Quacūque hora ingemuerit peccator, &c. Respondeo: Dicen dum est quōd quādiu p̄sens vita agitur, potest agi vera p̄nitentia. Interdum tamen aliquis p̄nitent, non propter amorem iustitiā, sed propter timorem p̄nā: vel dābit temporalis. Et sic p̄nituit Esau: non quia vendiderat primogenita, sed quia perdidit. Vnde non dōlebat de peccato venditionis, sed de dāno perditionis. Et ideo p̄nitentia eius non fuit accepta, quia non erat vera. Sic enim p̄nitent damnati in inferno, vt dicitur Sap. 5, P̄nitentiam agentes, non quia peccauerunt, sed quia exclusi sunt. Tamen secundū glo. hoc quod dicit hīc, fornicator & prophanus, aliter intelligi potest, vt fornicator dicatur, qui cum fide carnales ceremonias obseruat: sicut habens concubinam cum vxore propria. Sed prophanus, id est, procul à phano, sicut penitus infidelis.

LECTIO 4.

Hic as signat Apo- stolus ratio- nem moniti- nis, quam su- mit ex com- paratione veteris & noui testa- menti.

Non enim accessistis ad tractabilem montem & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tuba- sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se ne eis fieret verbum. Non enim portabant quod dice- batur, Et si bestia tetigerit mortem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit, Extremus sum & tremen- bundus. Sed accessistis ad syon montem, & ciuitatem dei uiuentis, Hierusalem celestem, & multorum milium angelorum fre- quentiam, & ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in caelis, & iudicem omnium deum, & spiritum iustorum perfectio- rum, & testamenti noui mediatorum Iesum, & sanguinis asperionem, melius loquentem quā Abel. ¶ Suprà posuit Apost. monitionem ad vitādum mala culpā: hīc assignat istius monitionis rationē, quam su- mit ex cōparatione noui & veteris testamēti. Et circa hoc duo facit: primū enim ponit cōparationem illā: secundū ex ipsa arguit, ibi [Videte ne recusetis.] Circa primū duo facit: quia primū proponit ea quā perti- nent ad vetus testamētum: secundū ea quā ad nouū testamētū, ibi [Sed accessistis.] Circa primum sciēdum est q. vt dicit Aug. Breuis differentia legis & euāgelii est timor & amor. Lex enim tanq̄. pedagogus noster fuit in Christo: paruuli autem terroribus ducendi sunt. Prou. 19, Pestilente flagellato, stultus sapiētor erit. Et ideo hīc dicit Apostolus q. in datione legis, facta sunt quādam terribilia. Vnde primū ponit illa quibus terri- ti sunt hi quibus lex dabatur: secundū agit de terrore legislatoris, ibi [Moyses dixit.] Quātum ad primū tria ponit. I. terrorem quātum ad visā: secundū quātum ad auditū, ibi [Et procellam.] Tertiū quātum ad cō- minationes, ibi [Et si bestia tetigerit.] Et ista tria referuntur ad tria quā ibi erant terribilia. I. ex parte dei, ex parte legis datę, & ex parte ministrorum legis. Quātum ad primum. I. ex parte dei, ponit tria terribilia. I. Zelum ad puniendum, seueritatem p̄nā, & occultationem dantis legem. Zelus designatur Deu. 4, Domi- nus deus tuus, ignis cōsumens est, deus amulatur. Malac. 3, Ipse enim quasi ignis cōflās. Vnde ipse deus sic quenter vocat se Zelotem, quia crimen sp̄sā non dimittit inultum. Exo. 20, Ego enim sum dominus deus tuus fortis Zelotes Et 34, Dominus Zelotes nomen eius, & Prou. 6, Zelus & furor viri non parceret in die vindictā. Vnde dicitur hīc, Non enim accessistis sicut illi ad tractabilem & accessibilem ignem. Ille enim ignis, vt dicitur Exo. 19, erat corporalis & ideo palpabilis & sensibilis, & etiā in certo loco, vt ad ipsum pos- set accedi. In noua autem lege datus fuit ignis spiritus sancti. Act. 2, Sicut enim Iudaeis quinquagesimo die ab egressu de Aegypto, apparuit ignis amulitionis, ita discipulis quinquagesimo die à die resurrectionis, ignis spiritus sancti non palpabilis, sed mēte perceptibilis. Tren. 1, De excelso misit in osibus meis ignem & erudiuit me. Ille ignis infinitus est natura & loco. Lucem enim habitat inaccessibilem. 1. Tim. 6, Et ideo nō est accessibilis. Seueritas p̄nā significatur per turbinem, qui est ventus cum aqua. Job 9, In turbine cōteret me. Vel potest referri ad tentationes. Lex enim non refrenabat cōcupiscentiam: quia non dabat gratiā adiu- tricē ex opere operato: sed tātum cohibebat actum, & ideo generabat turbinem tērationum. Occultatio au- tem dātis legem, significatur per caliginem: in qua figurabatur q. status legis occultus erat. i. velatus. 2. Cor. 3, Vt q. in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Sed in noua lege i- stud velamē ablatum est, in cuius signum in passione Christi velum templi scissum est: quia nos reuelata facie gloriā domini speculamur, vbi suprà. Itē caligo illa significabat diuinā excellētiā. Sicut enim illud quōd in caligine est, clarē videri nō potest, & lux excellēs hebetat oculū, ita & facit ipsum caligare qui lucē habi- rat in accessibilē. ¶ Deinde cum dicit [Et procellā.] ponit terribilia quā ad auditū, quā sumūtur ex parte legis. In lege autē tria erāt valde terribilia. I. magnitudo cōminationum, grauitas p̄ceptorū, & multiplica- tio ipsorū. Quātum ad primū, dicit, Et procellā, quā p̄prie est cōturbatio maris: largē autē dicitur turbatio aeris cū turbine & pluuia, vnde significat auferitatem cōminationū q. erāt in veteri lege. Deu. 29, Sonitus tu- bę significat grauitatē p̄ceptorū, ad quorum adimpletionē, indicebatur homini quasi bellū cōtra seipsum. Vox verborū significat multitudinē p̄ceptorū. Verborū, in quā, dei p̄ subiectā creaturā. I. per angelū. Ga. 3, Ordinata per angelos, &c. Deus enim per angelos ibi loquebatur, quā omnia à deo terribilia fuerūt q. illi qui vocē illā audierūt, excusauerūt se, ne eis fieret verbū. Vnde dicitur Exo. 20, Perterriti, atq. timore per-

eusi fuerūt, & steterunt procul dicentes Moysi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis domi- nus, ne moriamur. Causam autē huius excusationis subiungit, dicens, Quia non poterant verba dei portare. Vnde [non portabāt] i. nō sustinebāt [quod dicebatur] Deut. 5, Quid est omnis caro, vt audiat vocē dei vi- uētis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuius, & possit viuere? Tunc autē dicuntur non portari ver- ba dei, quādo vel intellectu nō capiūt, vel excedūt affectum. ¶ Cōsequenter ponit p̄nā cōminationem, dicens [Et si bestia tetigerit mortem, lapidabitur. Exo. 19, vbi dicitur, Omnis qui tetigerit mortem, morte morietur. Manus nō tāgent eū, sed lapidibus opprimetur aut cōfodietur iaculis, siue iumētū fuerit, siue homo, nō viuēt. Apost. autē ad maiorem terrorem non facit mētionem hīc, nisi de iumētis quā iubētur in lege occi- di ad ostendendum grauitatē peccati. Tamen mysticē mons est altitudo mysteriorum diuinarū: bestia verō est homo bestialiter viuēs. Psal. Homo cum in honore esset, nō intellexit, cōparatus est iumētis in sp̄sib. &c. Hęc bestia duobus modis tāgit mortem. Vno modo blasphemādo. Psal. Posuerūt in cælū os suum. Levi. 24, Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum vniersus populus. Alio modo ingerēdo se indignē diui- nis. Prou. 15, Qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. ¶ Ex his concludit quod intendit. I. quōd ista valde terribilia erāt, quia etiam nec iumentis parcebatur: inde dicit q. ita terribile est quod dicebatur, in quo designatur differētia noui & veteris testamēti: quia vetus testamētum datū fuit in terrore, vt corda Iu- deorū quā prona erant ad idolatriā terrentur. Nouū autem datū est in amore. Ro. 8, Non accepistis spiri- tum seruitutis iterū in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorū in quo clamamus, abba pater. Vnde & Christus nō terrores in principio p̄dicationis suā p̄misiť, sed regnum calorū promisiť. 4, Mar. 4, P̄- nitentiam agite, appropinquabit enim regnū calorū. Pro. vlt. Lex clementiā in lingua eius. ¶ Deinde cū dicit [Moyses dixit] agit de timore legislatoris. I. Moysi. Lex enim per Moysen data est. Ioan. 1, Si ergo ipse Moyses in legis datione terribus fuit, ita vt diceret, vt dicit Apost. hīc [extremus sum] I. interius [et tremen- bundus] exterius qui fuit perfectissimus inter omnes, signum erat q. ipsa lex terribilis erat etiam ipsis perfe- ctis, quā non dabat gratiā vt dictum est, sed tantū ostēdebat culpam. Vnde ipsa fuit graue iugū, de quo di- cit Petrus, Act. 15, q. hoc est iugum quod neq. nos neq. patres nostri portare potuimus, Sed lex Christi iugum suauē est, quā charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis. Ro. 5. ¶ Vnde sciēdū est q. ista litera quam ponit hīc Apostolus non est Exo. 20. Sed fortē accepit eam Apost. Exo. 3, vbi in visione rubi terribus fuit & dixit, Non sum eloquens ab heri & nudius tertius. Ex quo dixit fa- cto saltē, & si non verbo extremus sum & tremebundus. Vel fortē Apost. vitur alia litera quam nos nō ha- bemus. Ex quo apparet q. lex vetus fuit lex timoris. ¶ Deinde ponit cōditiones noui testamēti, dicens [Sed accessistis.] Vbi ostendit quā nobis in ipso proponuntur. Et sunt tria nobis promissa. I. spes futura gloriā, participatio ecclesiā, & familiaritas dei. ¶ Secundū ostendit cū dicit [Et ecclesiā primitiuorum.] Tertiū, ibi [Et iudicem omnium deum.] In cælesti autem gloria duo sunt quā potissimē bonos iustificabunt. I. fruitio deitatis & cōmunis sanctorum societas. Nullius enim boni possessio iocūda est sine socio vt dicit, Boer. & Psal. Ecce q. bonum, & q. iocundum habitare fratres in vnum. Fruitio autē in duobus consistit. I. in visione intellectus, & in delectatione affectus, vt enim dicit Aug. Fruimur cognitio in quibus volūntas delectata cō- quiescit. Propter visionem enim dicit [Accessistis ad montem syon.] Syon enim significat altitudinem di- uinā cōtēplationis. Esa. 33, Respice syon ciuitatem solennitatis nostrā. Iocunditas & delectatio affectus si- gnificatur per [Hierusalem, ciuitatem celestē dei uiuentis.] Ibi enim erit visio experimentalis pacis, quia nihil erit perturbans siue interius siue exterius. Vnde dicitur ciuitas dei, ciuitas vnitas. Psal. Hierusalem quā edificatur vt ciuitas. Itē, Lauda Hierusalem dominū, lauda deum tuum syon. sequitur, qui posuit fines tuos pacem & adipe frumenti satiat te. Gal. 4, Illa quā sursum est Hierusalem libera est. Vnde nihil vltra erit de- siderādum. Canti. 8, Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Cōplementum autē sanctorum est cōmunis societas, de qua dicit [Miltorū milium angelorū frequentiam] i. assiduitatem, quia semper ibi sunt. Mat. 18, Angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei qui in caelis est. Quōd autem sint multa mi- lia, patet Danie. 7, Milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. Iob 25, Nunquid est numerus militum eius. Apoc. 5, Et erat numerus eorum milia milium. Esa. 22, Vtbs frequens ciuitas exultans. [Et ecclesiā primitiuorum qui conscripti sunt in caelis.] Hęc de participatione ecclesiā. Dicitur autē eccle- sia domus dei. 1. Ti. 3, Primitiuū sancti, sunt Apostoli, qui primitus & abundantius dona gratiā p̄ceperunt, per quos deriuata sunt in posteros. Rom. 8, Nō solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes. Ephe. 2, Superedificati super fundamentum apostolorū & prophetarum, &c. Sicut autem antiquitus apud Romanos senatores qui assumebantur ad magnas dignitates describebantur, quos primus Pompilius in ta- bulis aureis scripsit, & dicebantur patres conscripti, ita Apost. hīc ad ostendēdum dignitatem apostolorū, dicit q. conscripti sunt in caelis, cuius scripturā liber est notitia quam deus apud se habet de saluandis. Vnde sicut ibi illud quod scribitur nō de facili à memoria labitur, ita, illi qui ibi per finalem iustitiam scripti sunt, infallibiliter saluabūt. Et dicitur liber ille, liber vitæ. Luc. 16, Gaudete & exultate, quia nomina vestra scri- pta sunt in caelis. ¶ Deinde cum dicit [Et iudicem omnium.] ostendit quomodo consecuti sumus dei fami- liaritatem. Et primū familiaritatē patris quia dicit [Accessistis ad iudicem omnium deum] patrem. I. à quo est auctoritas iudiciaria in diuinis. Quōd enim filius iudicet, habet à patre. Gen. 18, Nō est hoc tuū, qui iudicas omnē terrā. Illud autē quod dicitur Io. 5, Quōd pater omne iudiciū dedit filio, intelligitur quātum ad corpo- ralem p̄sentia: quia sola persona filii apparebit in iudicio. Iste autē accessus est per fidē & charitatem. Ro. 5, Iustificati igitur per fidem, pacem habeamus ad deum, per dominum nostrū Iesum Christum, per quem accessum habemus per fidem in gratiam istam, &c. ¶ Secundū familiaritatē spiritus sancti, cū dicit [Et spiri- tum sanctum iustorum.] secundum glo. hīc est triplex litera. Vna est melior quā habetur in Greco, & spiri- tum iustorū perfectiorum. I. accessistis ad spiritum sanctū, qui facit perfectos in iustitia. Iob 31, Vt video spi- ritus est in hominibus. 1. Cor. 3, Nescitis quia templum dei estis vos, & spiritus dei habitat in vobis? Omnis enim iustitia & perfectio est à spiritu sancto. ¶ Alia litera, Et spiritum iustorū perfectiorum: & est sensus, Ac- cessistis ad deum, qui quidem est iudex omnium, sed est quasi hereditas spirituum iustorum perfectiorum.

[qui tabernaculo.] legalium [deseruit.] Gal. 5, Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit. Vel tabernaculo corporis deseruit, qui carnales delectationes sequuntur. Ro. 13, Carnis curā ne feceritis in desideris. Talibus enim nihil prodest. 1. Cor. 11, Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Dicitur autem corpus tabernaculi, quia in ipso tanquam in bello habitamus contra hostes, & modicum manet. 2. Pet. 1, Velox est depositio tabernaculi mei, & ideo non est ei deseruendum. Deinde cum dicitur [Quorum enim animalium.] Profecquitur figurā ipsam. Et primò figurā veteris legis: secundò figuram noui testamēti, ibi [Propter quod & Iesus.] Quātum ad primum, dicitur [Quorum enim animalium, &c.] Et potest legi litera ista duobus modis. Vno modo sic [Horum animalium corpora cremantur extra castra], i. vituli & hirci [quorum sanguis infertur in sancta per pontificē, pro peccato] sacerdotū & multitudinis. A litera sic, vt per illa animalia intelligatur Christus vel facti eius. Per omnes enim hostias veteris legis figurabatur Christus, & per cōsequēs mēbra eius. Christi ergo, cuius sanguis illatus est in sancta caelestia pro peccato toti mundi, corpus igne passum in ara crucis, extra portas Hierusalē, quasi extra castra crematū est. Vel etiam sancti extra castra. i. extra cōmunem societate hominū, igne charitatis, ieiunij, orationibus & aliis operibus misericordia se cremāt. Quorū. i. pro quib⁹ efficaciter sanguis Christi in sancta illatus est. Prim⁹ sensus literalis est. [Propter quod.] Adaptat ad id quod fuit in nouo testamento figurā veteris testamēti, vt sit consonātia inter ipsa. Vnde dicitur [Propter quod, & Iesus, &c.] Et patet totum. Deinde cum dicitur [Exeamus igitur ad eum.] inducit duas cōclusiones. Secūda, ibi [Per Iesum ergo.] Quātum ad primū, dicitur, Ita dictū est quod nos habemus altare quod est extra castra. Duo ergo debemus facere. I. ad ipsum accedere, & super illud sacrificare. Modum accedēdi ponit primò, dicens, quod sicut Christus passus est, & impropertū passionis extra portā sustinuit, sic & nos [exeamus ad eum extra castra.] i. extra cōmunem societatem carnalium, vel extra obseruatiā legalium. Vel extra sensus corporis [portātes impropertum eius.] i. Christi. i. signa passionis Christi, per quā xps factus est op⁹ probrium hominū & abiectio plebis. P. sal. Impropertum portauit cor meum & miseriam. Vel impropertum portemus. i. renūtiem⁹ legalibus adueniente veritate, propter quod sumus Iudaeis impropertum. i. ppter signa penitentiā, quā à carnalibus impropertur. supra 11, Maiores diuitias aestimans thesaurus Aegyptiorum, impropertum Christi. Sicut enim accusatus est xps quod subuerteret legem, ita Apostolo impropertabatur quod predicaret non debere seruari legalia. Gal. 5, Ego autē fratres, si circumfisionē adhuc praedico, quid adhuc persecutionem patior? Subdit autē rationem eius, dicens [Non enim habemus hūc manētē ciuitatē, sed futuram inquirimus.] Homo enim libenter manet in loco suo proprio. Finis enim noster non sunt legalia, nec temporalia, sed finis noster Christus est. Ro. 10, Finis noster Christus est, ad salutem omni credenti. Non ergo habemus hūc manentē ciuitatem, sed vbi est xps: ergo exeamus ad ipsum. Col. 3, Si conurrexi stis cum xpo, quā sursum sunt, querite, vbi Christus est in dextera dei sedens, &c. Esa. 33, Respice Syon, ciuitatem solēnitatis nostrae. supra 11, Expectabat fundamēta habētē ciuitatē, cuius artifex & cōditor, deus. Item meliorē ciuitatem appetunt. i. caelestē. Ad ipsum enim intēdimus trāferri, sicut ad locum & altare nostrū. Ergo exeamus ad illud. Deinde cum dicitur [Per ipsum ergo offeramus.] ponit secundā cōclusionem quod. i. super illud altare sacrificare debemus, & qualia sacrificia. Duplex est autē sacrificiū quod super altare xpi offerre debemus. i. deuotionē ad deum, & misericordiā ad proximum. Quantum ad primum, dicit, quod postquam non sunt offerēda sacrificia legalia. P. sal. Sacrificiū & oblationem noluisti. [ergo per ipsum.] i. per xpm [offeramus semper deo hostiā laudis.] P. sal. Sacrificiū laudis honorificabit me. Illud autē sacrificiū laudis vocat fructum laborum. i. cōfessionem vocis. Melius enim laudatur deus ore quam occisione aiarum. Vnde dicitur [Fructum laborū confitētiū nomini eius.] Hoc est enim necessariū. Ro. 10, Corde credi tur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutē. Osee 14, Reddemus vtilos labiorū nostrorū. Esa. 57, Creauit fructū labiorum, pacē. Hoc autē sacrificiū debet esse [semper.] i. cōtinuē: sicut in lege erat iuge sacrificiū, sicut patet Num. 28 P. sal. Benedicā dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Aliud sacrificiū ponit cum dicitur [Beneficētiā autē & cōmunionis nolite obliuisci.] q. d. Olim opere exhibebatis opera misericordiae, modò autē saltē corde, si non potestis opere. Et ideo dicit, [Nolite obliuisci beneficētiā.] i. liberalitatis, quātum ad ea quae datis. Largus enim beneficus dicitur. Gal. 6, Bonum autē faciētes, non deficiamus. Eccl. 12, Bene fac humili, & non dederis impio. [Et nolite obliuisci cōmunionis.] quātum ad ea quae seruat, vt tēpore suo cōmuniteris. Act. 2, Omnes etiā qui credebāt, erant pariter & habebāt oīa cōmunia. Ro. 12, Ne celsitatibus scōrōrum cōmunicantes. Vel cōmunionis. i. charitatis p quam sunt oīa communia. Quare autē istud duplex beneficiū offerre debeamus, ostēdit, dicens [Quia talibus hostiis pmeretur.] i. passiuē [deus.] i. possumus deū mereri talibus sacrificiis: ipse enim est merces nostra, quā istis operibus possumus acquirere. Gene. 17, Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. P. sal. Tunc acceptabis sacrificiū iustitiā, &c. Esa. 19, Collent eum in hostiis & muneribus, & vota vouebunt domino, & soluent. Lectio 3.

Apostolus monuit su-
peris, quō se ha-
bere debet ad
prelato mortuo,
vt in si-
de m. ascant.
Et hic monuit
ad rmentis.

Obedite praepositis vestris, & subiace eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddaturi, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes conuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituatur vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnū otiuum in sanguine testamēti aeterni, dominum nostrū Iesum Christū: apert⁹ vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christū: cui est gloria in secula seculorum. Amen. Ego autem vos fratres, vt sufferatis verbum solati. Etenim per paucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum, cum quo (si celerius venerit) videbo vos. Salutate omnes praepositos vestros, & omnes sanctos. Salutate vos de Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

¶ Supra monuit Apostolus quomodo se debent habere ad prelatos mortuos, vt. i. in fide ipsorum permanēat: hūc moner eos qualiter se debeāt habere ad viuētes: & primò quomodo ad alios: secundò quomodo ad seipsum Paulū, ibi [Orate pro nobis, &c.] Dicit ergo [Obedite praepositis vestris.] Vbi cōsiderādum est quod duo debemus prelati. i. obediētiā, vt ipsorum mādāta impleamus: Vnde dicit [Obedite.] 1. Re. 15, Melior est obediētia quam victima. Item reuerētiā, vt eos honoremus tanquam patrem, & ipsorū disciplinā toleremus. Et ideo dicit [Subiace eis.] 1. Petr. 2, Subiecti estote omni humanae creaturae. Ro. 13, Qui potestati resistit, dei

ordinationi resistit. Rationem subiectionis subdit, dicens [Ipsi enim peruigilant.] Quare enim debeamus obedire & subiici prelati, hoc est, ideo, quia incūbit eis labor, & periculum imminet. Vnde quātum ad laborē sollicitudinis qui eis incūbit de regimine subditorum, dicit quod [ipsi peruigilant.] i. perfectē vigilar. Ro. 12, Qui preest in sollicitudine. Vigilare enim super gregem cōmissum incūbit prelati, Vnde Luc. 2. dicitur, Pastores per quos designatur prelati, erāt vigilātes & custodiētes vigilias noctis super gregē suū, quia dum dormiūt homines, inimicus homo superferminat zizania in medio tritici. vt dicitur Mat. 13. Quātum autē ad periculum quod imminet, dicitur [Quasi pro animabus vestris reddituri rationē.] Hoc est enim maximū periculum hominē de factis alterius rationē reddere, qui pro suis non sufficit. 3. Re. 20, Custodi virū istū, qui si lapsus fuerit, erit anima tua. p anima illius. Reddēt enim prelati in die iudicij rationē de sibi cōmissis, quādo fiet eis illa quæstio. Hier. 13, Vbi est grex qui datus est tibi pecus inclitū tuum? Quid dices cū viderit te? Tu enim docuisti eos aduersum te. loquēdo bona & faciēdo mala, & erudisti in caput tuū, per mala tua exēpla. Gre. Scire debēt prelati quod rot mortibus digni sunt, quot exēpla perditionis ad subditos trāmittunt. Prou. 6, Fili si spopoderis pro amico tuo, defixisti apud extraneū manū tuā, illaqueatus es verbis oris tui & captus p priis sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & tēmetipsum libera, quia incidisti in manū p. ximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuū, &c. Prælati enim manu. i. exēplo boni operis, & ore. i. predicatione obligat se Christus pro subditis. Dicitur autē Christus extraneus, quia vt dicit Bernard. Amicus est in spōsione, sed extraneus in exigēda ratione. Sed non videtur quod aliquis teneatur reddere rationē nisi p se tantū. 2. Cor. 5, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit. Respondeo: Dicendū est quod quilibet principaliter reddet rationē de factis suis. Sed in quantū actus sui quodammodo pertinet ad aliū, in tantū reddet rationē de illo. Facta autē prelati pertinent ad subditos, secundū illud Eze. 3, Fili hominis speculatorē dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annūtiabis eis ex me. Vbi sequitur, quod prelati [qui nomine speculatoris intelligitur.] non annuntiauerit impio, ipse quidē impius in iniquitate sua morietur: sed sanguis de manu speculatoris requiretur. Si igitur peruigilant, quasi reddituri rationem pro nobis: & nos debemus quod in nobis est, facere. i. obedire, & non rebellare [vt ipsi cum gaudio hoc faciant, & non gementes.] i. sustineant periculum & laborē pro nobis cum gaudio, & non cum gemitu, quia bonus prelati multū gaudet quādo videt subditos bene operātes: quia tunc labor suus non est inanis. 3. Io. Maiorem horū non habeo gratiā, quāam vt audiā filios meos in veritate ambulare. Phil. 4, Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi gaudiū meum & corona mea, sic stete in domino charissimi. Ipsi autem gemūt in rebellionē vestra. Gal. 4, Filioli mei quos iterū parturio donec formetur Christus in vobis. Hic. 9, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarū, & plorabo die ac nocte interfectos filia populi mei. Gemunt etiam cōpatiēdo, quādo propter rebellionē nostrā non cōsequimur fructū laborum ipsorū, qui est fructus aeternae hereditatis. Esa. 33, Ecce videntes clamabūt foris, angeli pacis amarē flebunt. Subdit autem rationem quare debemus obedire eis, quia [hoc enim non expedit vobis.] q. i. ipsi gemant pro nobis ex rebellionē nostra. Deus enim vindicabit pro ipsis. P. sal. Irritauerunt Moysen in castris Aarō sanctum domini. Aperta est terra & deglutiuit Datham, & operuit super cōgregationem Abiron. Esa. 63, ipsi autem ad iracundiā puocauerunt eum, & afflixerunt spū sanctum eius. Sequitur, Et cōuersus est eis in inimicum & ipse debellauit eos. Nota autem quod dicit, Non expedit vobis. Non enim dicit, Non expedit illis. Gemere enim pro cōmissis subditorū bene expedit prelati. Sic gemebat Samuel super reprobationē Saulis. 1. Reg. 15, & 16. Deinde cum dicitur [Orate pro nobis.] monet Apost. qualiter se debeant habere ad ipsum. Petit enim quod ipsi orent pro eo. Simile habetur Ro. 15, Obsecro vos fratres per dominum nostrum Iesum xpm, & per charitatem spiritus sancti, vt adiuueris me in orationibus vestris: quia sicut dicit glo. Impossibile est. i. valde difficile: preces multorū non exaudiri. Mat. 18, Si duo ex vobis cōfenserint sup terrā, de omni re quācunq; petierint, fiet eis à patre meo. In hoc ergo quod Aposto. qui certus erat quod deo erat acceptus, petit orari pro se, percutit superbiā aliquorum qui dignatur ab aliis preces petere, vt dicit glo. Rationem suae petitionis assignat, dicens [Cōfidimus enim, &c.] quod potest duobus modis intelligi. Vno modo respectu ipsorū quorum petit orationes: quia cum Apost. Iudaeis non praedicaret, sed tantum Gētibus, non videbatur eis acceptus. Et ideo poterāt se excusare, ne exaudirent petitionem eius: & ideo dicit quasi se excusando: & ipse non habet cōficientiā quin bonum ipsorum velit. Vnde dicit [Confidimus enim quod nos habemus bonā conscientiam, quod volumus vos bene conuersari in omnibus.] Per quod dat intelligere etiam quod intendit eis prodesse cum poterit. Quia verò bonū conscientia est à solo deo, ideo illud attribuit fiducię quam gerit de ipso. Vel potest referri ad ipsum Apost. quia cum non predicaret Iudaeis, non videbatur dignus quod orationes pro ipso fierent, quia dominus non exaudiret eos, quia hostis fidei ipsorū videbatur: sicut dicitur Hic. 7, Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumes pro eis laudē & orationē, & non obstitas mihi, quia non exaudiat te: Hoc ergo remouet Apost. dicens [Orate pro nobis, quia non habemus conscientiam alicuius peccati nec alicuius malefacti, sed cōfidimus.] Nec ait, certi sumus, quia delicta quis intelligit. Eccl. 9, Nescit homo vtrū amorem, an odio dignus sit. 1. Cor. 4, Nihil mihi cōscius sum, sed in hoc non iustificatus sum. Quia ergo bonā conscientiam habemus benevolentes cōuersari in omnibus, ideo non repugnat mihi quin orationes vestre sint vtilis. Deinde cum dicitur [Amplius autē deprecor.] assignat aliā rationē quare debēt orare pro ipso: quia. i. hoc erit eis vtile. Vnde dicit, Amplius. i. ppter aliud [deprecor hoc vos facere.] i. orare [quo restituatur vobis celerius.] quod erit ad vtilitatem vestrā. Ro. 1, Desidero videre vos, vt aliquid impatriar vobis gratia spiritualis. Apost. autē qui sic pro omnibus factis suis recurrit ad orationē, insinuat nobis quod omnes via eius & facta ordinantur ab ipso secundum dei dispositionem. Iob 37, Nubes spargunt lumen suū, quā lustrant cuncta per circuitum, quocunq; eas volūtas gubernatis duxerit. Per nubes enim praedicatoris & Apostoli intelliguntur. Esa. 60, Qui sunt isti, qui vt nubes volant. Deinde cum dicitur [Deus autem pacis.] orat Apostolus pro ipsis, & primò orat. Secundò aliquid ab ipsis petendo se excusat, ibi [Rogo autē vos fratres.] Circa primum, prius describit eum quē orat, dicens [Deus autē pacis.] Proprius enim effectus dei est facere pacem. Non enim est deus dissensionis, sed pacis. 1. Corin. 14. Item 2. Corin. 13, Pacem habete, & deus pacis

& dilectionis erit vobiscum. Pax enim nihil aliud est, nisi vnitas affectuum. Quos vnire est proprium soli dei, quia per charitatem quae a solo deo est, vnuntur corda. Deus etiā nouit colligere & vnire, quia deus est charitas, quae est vinculum perfectionis. Vnde ipse habitare facit vnanimis in domo. Psal. Homo inter se & deum pacem fecit per mysterium Christi. Et ideo dicit [Qui eduxit de mortuis pastorem magnū ouium.] Quādoq; autē dicitur Christus suscitatus per virtutē patris. Ro. 8. Si spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis. Quādoque verò dicitur seipsum suscitasse. Psal. Ego dormiui & soporatus sum. Quē tamen non sunt cōtraria, quia surrexit virtute dei, quae est vna, patris & filii & spiritus sancti. Eduxit ergo de mortuis. i. de sepulchro quod est locus mortuorum. Ro. 8. Quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Dicitur autem Christus magnus pastor ouium. i. fidelium & humilium. Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, &c. Oues enim sunt, qui deo obediūt. Ibidem, Et oues meae vocem meā audiūt. Dicit autem ipsum pastore magnū, quia omnes alii sunt vicarii eius, quia ipse pascit oues proprias: alii verò oues Christi. Ioā. vlt. Pascit oues meas. i. Per. 5. Cū apparuerit princeps pastorū percipietis immarcescibilem gloriā coronā. Eduxit autem ipsum [in sanguine testamēti aeterni] i. in virtute sanguinis Christi, per quem cōfirmatur testamētū nouum in quo aeterna promittūtur, ad differentiā veteris. Christus enim sanguinē suum dicit sanguinem noui testamēti, Apostolus autē dicit aeterni. Et ideo in cōsecratione sanguinis in forma ponitur virtūque. Ipse verò Christus per passionem suā meruit sibi & nobis gloriā resurrectionis. Ideo dicit quod [eduxit dominum nostrū Iesum Christum de mortuis in sanguine testamēti aeterni.] Phil. 2. Humiliauit semetipsum, &c. Zach. 9. Tu verò in sanguine testamēti tui eduxisti victos de lacu in quo non erat aqua. ¶ Consequenter subiungit petitionē suam, cū dicit [Apert vos in omni bono.] Voluntas enim humana cū sit quādam inclinatio rationis est, principium actū humanorum: sicut grauitas est principium motus grauium deorsum, vnde se habet ad actus rationis, sicut inclinatio naturalis ad actus naturales. Res autē naturalis dicitur apta ad illud ad quod habet inclinationē. Sic etiā homo quando facit voluntatem benefaciendi, dicitur aptus esse ad illud. Deus etiam quādo immitit homini bonam voluntatē aptat eum. i. facit ipsum aptū. Et ideo dicit, Apert vos in omni bono vt faciatis eius voluntatē. i. faciat vos velle omne bonū, Prouer. 11. Desiderium iustorum omne bonum. Hæc est enim voluntas dei. s. velle quod deus vult nos velle. Aliter enim nō est bona voluntas nostra. Voluntas autē dei est bonum nostrū. i. Theol. 4. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra. Ro. 12. Vt probetis quae sit voluntas dei bona & benefacēs & perfecta. Dupliciter autem aptatur homo ad benefaciendū. Vno modo exterius operādo. Et sic vnus homo aptatur alium per suadēdo, vel cōminando. Alio modo aliquid interius exhibendo, & sic solus deus aptat voluntatē, qui solus ipsam potest immutare, Prouer. 21. Cor regis in manu domini, quocunq; voluerit inclinabit illud. Vnde dicitur [Faciēs in vobis.] Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Quid autem faciat? [Quod placitum est corā sc.] i. faciat vos velle quod placet ei. Hæc autem sunt fides & mansuetudo, & timor domini. Eccle. 1. Beneplacitum est ei fides & mansuetudo. Psal. Beneplacitum est deo super timentes eum. Hæc autem omnia habent [per Christum.] Nihil enim à patre impetratur nisi per filiū. Io. 10. Si quis petierit patrem in nomine meo dabit vobis. Et ideo dicit, Per Iesum Christū. 2. Per. 1. Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donauit. Ro. 5. Per quem accessum habemus, &c. Cui. [Christos est gloria in secula seculorum. Amen.] i. gloria sempiterna. i. Tim. 1. Regi seculorū immortalis, inuisibilis, soli deo honor, & gloria in secula seculorum. Amen. Hæc enim gloria sibi debetur in quantum est deus. ¶ Deinde cū dicit [Rogo autem vos fratres, &c.] subdit petitionem suam, in qua excusat se deinde concludit epistolā, ibi [Gratia dei.] Circa primum tria facit: quia primò ponit excusationē suam. Secundò recōmendationē nuntij per quem scribit. Tertio ponit quādam salutationes. Dicit ergo quācum ad primum [Rogo vos fratres, vt sufferatis verbū solatij,] i. patienter portetis verba epistolae huius, in qua & si in aliquo vos reprehendit, totum est ad consolationē vestram. Ro. 15. Quaecunq; scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt, Et quare debent patienter portare, ostendit dicens [quia per paucis.] i. valde paucis [scripsi vobis.] quod verum est respectu mysteriorum quae in ipso continentur. In ista enim epistola ferē omnia mysteria veteris testamēti continentur. Sermones autem breues valde accepti sunt, quia si sunt boni, inde audius audiuntur: si verò mali, parum grauant. Eccl. 5. Pauci sunt sermones tui. ¶ Consequenter recōmendat illum per quem scribit, dicens [Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum.] i. à carcere in quo cum Apostolo erat: vel à me dimissum ad praedicandum, & ad vos missum. [Cognoscite.] i. gratiosè recipite: tum quia, vt habetur Actuum 16, fuerat circumcissus. Tum etiam quia [si scelerius venerit, cum ipso videbo vos.] In quo ostendit dilectionem quam ad ipsos habebat. Hoc etiam dicit, quia & si ad ipsos non venerit, quia Romae passus est, tamen incertus erat vtrum vel ad tempus deberet dimitti. ¶ Consequenter ponit salutationes suas. Et primò iniungit eis salutationem aliorum, dicens [Salutate omnes praepositos.] i. Apostolos adhuc viuentes & omnes sanctos. [Sal. alios discipulos.] Istis autem non scribit, quia non inarendebar scribere, nisi contra obseruātes res legalia. Et ideo quia ista epistola est instructiua, non inarendebar instruere Apostolos, quia erāt antecessores sui in fide. Secundò salutatur eos ex parte aliorum, dicens [Salutāt vos fratres de Italia.] Scripsit enim epistolā istā à Roma. Tertio more solito concludens, & quasi pro sigillo ponit salutationem, dicens [Gratia dei cum omnibus vobis. Amen.] i. peccatorum remissio, & omnia alia dei dona, quae per gratiam dei habentur, sint firmiter cum omnibus vobis. Amen, confirmatio est omnium.

FINIS.

*Finit explanatio sancti Thomae de Aquino, ordinis fratrum
praedicatorum, in omnes epistolas beati
Pauli Apostoli.*

D. Thomæ Aquinatis ordinis

FRATRVM PRAEDICATORVM IN SINGVLAS APOSTOLORUM IACOBI, PETRI, IOANNIS, & IUDAE CANONICAS EPISTOLAS, SYNCERA NIMIS & THEOLOGICA, SUPERIORIBUS SECLIS NUSQUAM COMPERTA, NUNC PRIMUM TENEBRIS ERUTA COMMENTARIA, & IN STUDIOFORUM GRATIAM EDITA.

PRAEFATIO.



Haec sunt epistola: ex regis nomine per veredarios qui per omnes prouincias discurrerent, veteres literas nouis nuntiis praenirent. Verba ista scripta sunt Hester 8. ca. & satis spiritualiter intellecta cōperunt proposito nostro. Et vt melius videamus sensum spiritualem, primò videamus literalem. Narrat hæc historia ad literam, quomodo à rege Assuero per falsam suggestionem Aman proditoris, lata fuit sententia condemnationis & interfectionis totius populi Iudaici in regno suo existentis. Iam sententia erat lata, iam erat anullo regis obsignata, iam per nuntios publicata, iam dies erat assignata: non restabat nisi quod interficerentur. Sed sicut narrat eadem historia, per reginam Hester fuit reuocata, scilicet per eius intercessionem, per virgē aureā extensionem & osculum summitatis eiusdem. Nec solum sententia fuit reuocata, immò ipsa reuocatio per veredarios ad hoc specialiter missos fuit reuocata, hoc est quod dicitur in verbis propositis, Missae sunt epistola, &c. Sicut dicitur 1. Corinth. 10. Omnia contingebant illis in figura. Veritas autem respondens huic figuræ hæc est, Per peccatum enim primorum parentum, per falsam suggestionem Aman proditoris perpetrata, à rege Assuero. s. deo, sententia damnationis totius generis fuit lata. Genesis 2. Quacunque die comederis ex eo, morte morieris. quod dictum est Adā non solum pro se, sed & pro sua tota posteritate. & dicit, Quacunq; die comederis morte morieris, inuētis triplicem mortem: nam ipsa comestio fuit mortifera. Statim ergo cū comedit lignum vetitū mortuus fuit spiritaliter, sed habuit necessitatem moriendi corporaliter, & quātum est de se aeternaliter. Iam ergo sententia erat lata, iam erat in sacra scriptura obsignata. Gen. 2. Iam erat per nuntios, scilicet prophetas promulgata. Iam dies erat assignata. Statim enim cū moriebamur ad inferos descendebamus. Sed per Hester reginam, id est, virginem beatam fuit reuocata, per eius, scilicet intercessionē, per virgē aureā extensionem, & osculum summitatis eiusdem. De hoc habetur Hester 8. vbi dicitur, qd placuit Hester regina in oculis regis, & extendit contra eam virgē auream, quae accedens osculata est summitatē virgē. Et dixit ei rex, Quid vis Hester, & quae est petitio tua, & si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Quae respondit, Si inueni gratiam in oculis tuis & placet tibi, Dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus, vt contereremur & iugulemur, & pereamus per peccatum originale contractum, & per peccata nostra actualia superaddita. Traditi enim eramus vt iugulemur, in corpore periremur, & in anima contereremur. i. simul tereremur in vtroque vt iugulemur corporaliter, periremur spiritaliter: contereremur. i. cōtinuē tereremur aeternaliter. Sed Hester regina, id est, virgo beata placuit in oculis regis ad restorationem generis humani, inuenitq; gratiam coram eo non solum pro se, sed pro toto humano genere, extenditq; rex virgē auream. Ista virga aurea tecnidum Glossam, fuit crux siue passio dominica, quae rota fuit aurea, id est, charitatiua. Nihil enim fuit macula in ipso Christo contractum, nec passibilitas contracta est, nec originale contractum. Nihil fuit in ipso actu, quia nec veniale nec mortale, immò purè pro salute generis humani passus fuit. Nullius sancti cuiuscunq; fuerit conditionis passio fuit tota aurea quia in omnibus fuit passibilitas contracta per originale contractū, & aliquid peccatum actu saltem veniale. Hanc virgam auream dominus deus pater nobis extendit, quando ex charitate maxima quam ad nos habebat, filium suum passioni exposuit. Summitatem eius virgē virgo beata tetigit, quando filiū dei in vtero concepit, & postmodum peperit, & sic dimidiam partē regni dei impetravit, vt ipsa sit regina misericordiae, cuius filius est rex iustitiae. Sic etiā sententia nostrae dānationis reuocata fuit. Et per veredarios, id est, apostolos ad hoc specialiter missos, reuocatio fuit promulgata, hoc est, quod dicitur in verbis propositis, Missae sunt epistolae ex regis nomine, id est, autoritate per veredarios, id est, apostolos, qui per omnes prouincias discurrerent. glof. per praedicatorum summi regis cursores veteres literas. s. damnationis nostrae nouis nuntiis. s. apostolis praenirent. In verbis istis notantur tria, secundum tria cuiuslibet missioni solenni necessaria. Quaelibet enim missio solennis requirit in mittēte auctoritatem, in missore celerem adimplentionem, in eo cui fit missio vtilitatem. In verbis autem propositis notantur ista tria. In mittente auctoritas, cū dicitur, Missae sunt epistolae ex regis nomine. In missore celeritas, cū dicitur, per veredarios, per omnes prouincias discurrerent. In illis in quibus facta est missio, vtilitas, cū sequitur, Vt veteres literas nouis praenirent nuntiis. Primum ergo notatur, cū dicitur, Missae sunt epistolae ex regis nomine. Iste rex Assuerus significat Christū, interpretatur. n. atrium siue beatitudo: Christus verò est atrium bonorum, qui sunt in statu vitæ. Beatitudo quātum ad illos, qui sunt in statu patriæ. de vtroq; dicitur in Psal. 83. Beati qui habitāt in domo tua domine, &c. Et paulò post, Melior est dies vna in artibus tuis super milia. Ipse est rex regū & dominus dominantium. i. ad Timo. 6. Excellit enim omnes alios reges, in Psal. 88. Ego primogenitum ponā illum, excelsum prae regibus terrae. Excellit autem omnes alios reges, Primò in naturalibus & institutione reginæ, maiestatis dignitate. fuit enim rex quādo natus est ex deo patre aeternaliter, & rex antequam natus ex virgine temporaliter. Ideo sapienter querebant illum magi. Mat. 2. Vbi est

Maria saluatis pro peccatoribus impletis ratiis.

Apostoli missi ad promulgationem reuocatae damnationis dānationis dānae in mittēte exigis. Christus atrium siue doctum suae domus bonorum. Christus excelle omnes alios reges in quatuor.

qui natus est rex Iudæorum, non dicunt ubi est, sed ubi est qui natus est rex. Rex enim Franciæ natus est, sed non est natus rex. Christus autem fuit rex in ipsa natiuitate, immo antequam nasceretur ex virgine. Psa. 73, Deus autem rex noster ante secula. Secundò excellit eos in aliorum institutione. ipse. n. omnes alios reges instituit, quod nullus alius potest. Rex enim Franciæ non instituit regem Angliæ. Prouer. 8, Per me reges regnant. Vnde omnes reges alii sunt eius serui & tributarii. Psa. 71, Omnes reges seruiet ei. i. seruire debent. Vel ut sit distributio accommodata. q. d. quotquot seruiet ei erunt reges: quia ei seruiet regnare est, secundum Grego. in glos. super illud, Paulus seruus Iesu Christi, &c. ad Rom. 1. Tertio excellit eos in regni sui æternitate siue æterna duratione. caret enim principio, & fine. Psa. 144, Regnū tuum regnum omnium seculorum. Daniel. 7, Potestas eius, potestas æterna quæ nõ auferetur, & regnū eius quod nõ corrūpetur. Omnia aliorū regna sunt temporalia, corruptibilia ac per hoc momentanea. Eccl. 1, Hodie est rex, & cras morietur. vnde reges mundi sunt quorum regnum non durat fortè, nisi per vnum diem, & postea sunt similis vel fortè deterioris cōditionis. Quarto excellit, in regni sui liberali & totali distributione. Omnibus enim illis, qui sunt de regno suo liberaliter totum regnum suum distribuit, quod nullus alius rex. Luc. 22, Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum. Non dicit partem regni, sed regnum. legitur 1. Mach. 1, q̄ Alexander, cum moreretur vocauit pueros suos cū quibus nutritus fuerat, à pueritia sua, & dimisit illis regnū suum. Aliter est enim de regno dei, & mundi. Videre enim regnum mundi, non est habere. Mat. 4, Ostendit illi omnia regna mundi, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, nõ dicit tibi do. Sed videre regnum dei est habere, iuxta illud Sap. 10, Iustus deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum dei. i. dedit. Scitis autem quod eadem res simul, & semel, & tota à pluribus, immò ab omnibus potest videri. Rex igitur Assuerus est Christus, ex cuius nomine. i. auctoritate epistolæ illæ missæ sunt. Ille enim facit, cuius auctoritate fit. Apostoli vero auctoritate Christi istas epistolas scripserunt & miserunt, & ideo possunt dici à Christo missæ. Ecce ergo primum. i. in mittente auctoritas, quæ significata est. 2. Paral. 30. Vbi dicitur quod Ezechias rex misit nuntios ad omnem Israel & Iudæ, & scripsit epistolas ad Ephraim & Manasse, ut venirent in domum domini in Hierusalem, & facerent Phasem domino deo suo. Rex ecce Christus, qui misit nuntios. i. Apostolos, & scripsit epistolas. i. canonicas. Secundò notatur in verbis propositis in missis adimplèdi celeritas, cum dicitur, Per veredarios, &c. Isti veredarii sunt Apostoli. i. Veredarius est auriga, vel nuntius in reda portatus. Est autem reda genus vehiculi quatuor rotarum, & dicitur reda à redeo redis eo quod talis currus agilis est ad eundem & redeundum. Istud vehiculum per quod portatur in calis, est sacra scriptura generaliter, vel doctrina apostolica specialiter. Quatuor rotæ sacre scripturæ sunt quatuor modi exponendi sacram scripturam, s. Historicus Tropologicus, Allegoricus. Quatuor rotæ doctrinæ apostolicæ Apostolica, sunt quatuor de quibus principaliter in eorum epistolis agitur. Prima rota est tempus mundanæ prosperitatis, de qua principaliter agitur in canonica Iacobi. Docet enim contemnere quatuor ad mundanam prosperitatem pertinentia, scilicet mundanam sapientiã in. 1. ca. vbi docet gaudèdum in tribulatione, Omne gaudium existimate fratres, &c. & gloriari in humilitate, Glorietur frater humilis, &c. Secularem pompam, in 2. ca. vbi reprobatur acceptionem personarum. Popularem famam in 3. ca. vbi reprobatur appetere magisterium. Nolire plures magistri fieri fratres mei. Temporalem affluentiam in 4. & 5. ca. Secunda rota est sustentia aduersitatis, de qua agit principaliter Petrus. scribit enim protelytis, qui erant dispersi, & pro Christi fide patiebantur, & ideo scribit eis consolando & informando in sustentia aduersitatis, vnde statim in principio epistolæ, Modicum si oportet nūc contristari, &c. Tertia rota est amor fraternæ, & diuinæ charitatis, de qua principaliter agitur in epistolis Ioannis 1. Ioan. 4, Charissimi diligamus inuicem, quia charitas ex deo est. Quarta est fuga carnalis voluptatis, de qua principaliter agitur in canonica Iudæ. vnde ibi dicitur, Odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam. De istis quatuor rotis dicitur Ezech. 1, Spiritus vitæ erat in rotis. Veredarii ergo sunt nuntii in vehiculo quatuor rotarum portati. Isti autem sunt apostoli, qui per omnes prouincias discurrerunt, quia ubiq; in nomine Christi annuntiauerunt. Psa. 18, In omnem terram exiit sonus eorum. Quod satis figuratum fuit. 2. Paralipo. 3. vbi dicitur, Quod perceperunt cursores cum epistolas ex imperio regis & principum ad vniuersum Isracl & Iudam, predicantes filii Isracl, Reuertimini ad dominum deum Abraham Isaac & Iacob, & parum potest, Pergebant cursores velociter de ciuitate in ciuitatem ad omnem Ephraim & Manasse illis iridentibus, & subsannantibus. Tertio notatur in illis quibus facta est missio, vtilitas, cum dicitur, Qui veteres literas nouis nuntiis præuenirent. Istæ veteres literæ erant literæ nostræ damnationis. Istæ sunt literæ, siue epistolæ Viræ, de quo loquitur 2. Reg. 11, Quod portauit literas mortis sue. Literas mortis sue portant viri literati, qui sciunt, & docent, & non faciunt. Istæ sunt literæ, sine sigillo. i. scientia sine vita, & ideo non creditur eis. Vel literæ istæ veteres, sunt peccata ad veterè hominem pertinentia, istæ literæ in peccatoribus sunt scriptæ. Hier. 17, Peccatum Iudæ scriptum est stilo ferreo, vngue ad amantino exaratum, sed per doctrinam apostolorum sunt præuentæ & reuocata. ¶ Et nota quod per prædicationem & doctrinam apostolorum, istæ literæ in aliquibus sunt præuentæ. s. innocentiis, in aliquibus irritæ factæ. s. in penitentibus: in aliquibus correctæ, scilicet in proficientibus: in aliquibus totaliter deletæ. s. in peruenientibus: & hoc totum per doctrinam istorum apostolorum. Ipse enim docent innocentiam seruare, de peccatis penitere, de bono in melius proficere, & sic ad cælestem præmiū peruenire. De primo dicitur hic. Veteres literas nouis nuntiis præuenient, veteres literas nouis nuntiis præuenire est, se à peccatis præseruare, & innocentiam baptismalem seruare. De 2. & 3. dicitur Hester 8, Quod orauit Hester regem, ut matrem Aman Agagite & machinationes pessimas quas cogitauerunt contra Iudæos, inberet irritas fieri, & nouis epistolis veteres literæ Aman in sidiatoris, & hostis Iudæorum, quas per cunctas regis prouincias præcepserat corrigenterentur, & sicut pater ex textu quod ipsa petiit, impetrauit. Corrigebantur autem hæc literæ, in proficientibus: correctio enim est veterum literarum deletio, & nouarum superscriptio: ita correctio spiritualis est veterum peccatorum deletio, & nouarum literarum. s. gratiarū, virtutum, donorum & bonorum operum superscriptio: in peruenientibus autem erunt totaliter deletæ, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam, immò, & peccata occasionaliter erunt eis in gloriam. 2. ad Cor. 3, Quod si ministratio mor-

Reda quid sit
sacra scriptura
vehiculum
quatuor rotis
imixtum.
Quatuor ad
mundanam
prosperitatem
pertinentia.

Predicatoris
verbo & non
vita similis
Vria.

tis literis deformata. in lapidib⁹ fuit in gloria. Literæ istæ sunt peccata, quib⁹ anima deformata est quæ sunt ministratio mortis casualiter, sed erunt in gloriam bonis occasionaliter, non occasione data, sed accepta, secundum quod dicit Apost. ad Rom. 8, Diligentibus deum omnia cooperantur, &c. Et alibi, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. His visis pater quis sit author huius libri. Author enim principalis est ex Assuerus. i. Christus, cuius auctoritate epistolæ, & scriptæ & missæ sunt. Authores secundarii sunt vere darii. i. apostoli. Materia huius libri est contemptus mundanæ prosperitatis, in canonica Iacobi, sustentia aduersitatis: in canonica Petri, amor supernæ & diuinæ charitatis: in canonica Ioannis, fuga carnalis voluptatis: in canonica Iudæ, deletio veterum literarum, id est, peccatorum, & superscriptio nouarum. s. gratiarum virtutum, donorum, bonorum operum. Modus agendi attenditur in diuisione, & ordine epistolarū, & capitulorum. Tamen sciendum est quod modus procedendi aliquando est exemplum, aliquando est comminatio, aliquando promissio. Exemplaris est, ut magis moueat ad operationem boni: magis enim mouet exempla quam verba: vnde dicit Bernardus, Efficiat vox operis, quam sermonis. Vnde in sacra scriptura non solum verba, sed & facta significant. Comminatio, ut incutiat timorem supplicii. Promissio, ut alliciat ad amorem regni. Titulus est, Incipiunt epistolæ canonice, id est, regulares. Liber autem iste diuiditur in quatuor partes, secundum numerum authorum: vel in partes septem, secundum numerum epistolarum.

Author
canonicarum
Christus.
Materia ca-
nonicarum.

Triplex
modus pro-
cedendi.

E. CLAYD. SPINEVS ROTHOM. AGENSIS DOMINICANUS Theologo Lectori s.

Am tibi suauissime lector, non minus gaudium, non minor denique sclicitas obtigit, quam cui præter expectationem, locupletissimus thesaurus ex obscuro quopiã terræ anfractu patere cæpit, dum Comentariorum nostri Aquinatis in septem ^{1530. 1531. 1532. 1533. 1534. 1535. 1536.} non modò cimmeriis, quod aiunt, tenebris liberari, sed & in communem studioforum vtilitatem euulgari conspicis. Quæ quanto tempore iacuerint murtæ & incognita, præueterusta exemplaria id liquidò ostendunt, ante annos nonaginta manu exarata, quæ in Bibliotheca nostra Louaniensi vetustate prope oblitterata extabant, blattis potius obuia, quam studiofis lectoribus. Atqui cum nihil eo sit perniciosius, quam publicæ literarum vtilitati incrementi viam occludere, ne silentio periclitarentur viri toto orbe receptissimi D. Thomæ Theologi hæc Comentariorum, scilicet actum est cum accurato, tum pio quorundam fratrum labore, ut fidelissimè transcripta Lutetiam hanc Typographia præstantissimam deferrentur, idque bonis auspiciis perfectum est, & illa integra notariorum fide & inuariata Bibliopolæ, qui curaret ea excudenda sunt demãdara, q̄ recens subducta plo manibus terenda & legenda nunc tibi exponuntur. Porro ob repentinam & inexpectatam euulgationem, authorem supposititium esse vlatenus ne suspiceris quæso. De hac re & enim fidem faciunt satis primæ illa exemplaria quæ authorem D. Thomam in fronte affirmant. Quod si id non sufficiat, futurum est, me Christo, ut maximam operum scriptorum partem, authorum incertitudine confundas, quæ non alio argumento constat authoribus discreta esse, quam quod antiqua exemplaria & primigenia in ^{limine} aut calce gestant authorum nomina. Sed quid attinet nunc rem hanc tantopere authoris ^{liminari} adscriptione qua plerumque lectori imponitur, nisi confirmare, vbi inelyti Thomæ ingenii dexteritas] qua velut imaginè deducitur dubius lector ad authoris cognitionem] tanta in iis resplendet & conspicitur? Rursus, diuidendi artificium, locutionis puritas, sententiarum lumen, docendi succosa breuitas, hæc ipsa cuius sint] etiam si nomen præscindatur] plurimum attestabuntur. Sileo quam rectè hic cuncta conspirent reliquis Thomæ operibus, quæ assidua lectione deprehendet studiosus lector. Nec te remoretur quod quidam fortasse obiectabit, eos, scilicet qui operum D. Thomæ catalogos conscripserunt, non hæc fuisse complexos. Quæ res ita habeat nec ne, à me haud dubiè nondum exploratum est. Verum quidem esto siluerint, quid frigidius] si feras me dialecticè respondentem] hoc vno argumento ab auctoritate negatio tibi esse debet? Non ob id sanè] quod illi prætere miserunt] debes tanto authori gloriam operis præcipere, recensuerunt illi ea opera, quæ & cognita & iam in vulgus dispersa erant] reliqua autem quoniam adhuc delitescabant, silentio præterierunt: quæ posterius temporū tractu emerferunt. Hęc singula prudens lector, vnà cum peritorum theologorum iudicio, me aliquandiu hæsitantem peruicerunt, ut incunctanter hoc opus tanquam D. Thomæ reciperem: in quo excudendo Chalcographum adiuuarem, admoueremque manum castigandis mentis] quæ molestiam & perplexitatem lectori afferre solent] ac insuper capitulum numeris & insigniorum locorum indicibus illustrarem. Quæ dum pro viribus effecimus, studio tibi opsequendi, viri Christiane, magis quam lucri aut gloriæ affectu, nostras quantulascunque operas animo non opprobantes, sed cadido excipe, obtestor. Vale Lutetiæ Pharisorum quintodecimo calend. Iunii, ex Augusto cubiculo nostro.

P ij

BEATI. IACOBI APOSTOLI
Epistola Canonica.

Caput I.

Iacobus dei et domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quae sunt in dispersione, salutem.

Hæc epistola diuiditur principaliter in duas partes, scilicet in salutationem & instructionem. Secunda pars, ibi, Omne, &c. In salutatione primò describitur persona salutantis: secundò, salutata, duodecim tribubus: tertio, necessitas salutandi, quæ sunt in dispersione: quartò, forma salutationis, salutem. Dicit ergo Iacobus Glossa, celebris persona: ideo nomen suum præponit, quia nomen erat celebre: nam sicut dicit glossa, iste Iacobus cognominatus est iustus, & fuit filius Mariæ fororis matris domini, post passionem domini Hierosolymorum ordinatus episcopus: qui, sicut dicit Egesippus, ex vtero matris sanctus fuit: vinum & siceram non bibit: carnem nullam comedit: solus ante templum ingrediebatur, & flexis genibus pro populo orabat, intantum vt genua eius camelorum duritiam traxisse crederentur. [Dei] scilicet patris [Domini] nostri Iesu Christi [Ipse enim est dominus creationis: Iesus, saluans in præsentia per gratiam, & gloriam in futuro. Christus enim interpretatur vnctus. In his verò duabus personis spiritus sanctus intelligitur tãquam nexus & amor amorum. Vel dicit, dei, quo ad diuinitatem: Domini nostri Iesu Christi, quantum ad humanitatem. Christus enim secundum humanitatem habet dominium creatum super omnem creaturam, vt in nomine Iesu omne genua flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. [Seruus] glossa, officium celebre. Nam seruire deo, regnare est, vt dicit Gregorius. [Duodecim tribubus] Glossa, intellige non omnibus, sed quibusdam de omnibus, scilicet electis. [Quæ sunt in dispersione] de qua Actuum 8. Facta est in illa die magna persecutio in ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & dispersi sunt per regiones Iudææ & Samaria. Istiti scripsit Iacobus ad consolationem, vt non dispergerentur mente, sicut dispersi erant corpore: sed potius mente congregarentur [Salutem] in præsentia, gratia: in futuro, gloria.

Phil. 2.

Gaudium perfectum.

Quomodo gaudendum in tentationibus.

Patientia habet opus perfectum.

Omne gaudium existimate fratres cum in Varias tentationes incidieritis.

Hic est secunda pars, in qua ponit exhortationem siue instructionem: & primò informat in patientia tribulationum: secundò, in sanctitate operum, 2. capit. tertio in expectatione præmiorum, cap. 5. post principium. [Patientes, &c.] Vel sic, primò eos hortatur ad bonum: secundò, dehortatur eos à malo, in tribus sequentibus capitulis: tertio docet remedia contra malum, 5. cap. in principio. Primò ergo eos hortatur ad bonum, scilicet ad patientiam tribulationum: & primò docet qualiter se habeat in tentationibus exterioribus: secundò qualiter in interioribus, Nemo cum tentatur, &c. Tertio ad vtriusque notitiam habendam monet libetè verbum dei audiri, Sit autè omnis homo velox, &c. In prima parte ponitur exhortatio ad patientiam: vbi primò docet patientie fructu: secundò radicè, Si quis autè vestrum indiget: tertio, modù, Glorietur frater humilis: quartò, præmiù, Beatus vir qui suffert, &c. In prima parte, primò ponitur exhortatio: secundò exhortationis ratio, Scientes quod probatio. Dicit ergo [Omne gaudium] id est, perfectum, gaudium bonorum, quod est in bonitate conscientia, in spe gloria est perfectum, quia tristitia est eis materia gaudii, immò eis tristitia vertetur in gaudium. Ioan. 16, Tristitia vestra vertetur in gaudium. Econtrariò, gaudium malorum imperfectum est, quia materia est tristitia, immò vertetur eis in tristitiam. Iob 22, Gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, in puncto ad infernum descendunt. Ne indignemini, si mali florent: si vos patimini, incrementa existimate vobis pronenire. [Fratres] mei, quasi eandem habituri hereditatem. Vocat autem eos fratres, vt eos magis alliciat ad mutuam dilectionem. Dicitur enim frater, quasi ferès alterum [Cum in tentationes varias] maxime exteriores: nam vt dicit Glossa vna, perfectis loquitur de extrinsecis tentationibus. Has enim aliquando optant sancti. P. sal. 2, Proba me domine, & tenta me. Alia tamen glossa exponit de vtraque: vnde dicit, à persecutore vel à concupiscentia, quæ variè tentant. Sed cum tentatio interior non sit sine peccato, quomodo in ea est gaudendum? Responsio, Non in ipsa secundum se, sed in quantum ei consistendo est materia exercendæ virtutis, & causa reprimendi superbiam. [Incideritis] Glossa, ex alto fidei vestra. Sed contrà, de tali casu non est gaudendum. Responsio, Casus iste est intelligendus secundum opinionem persecutorum, qui credebant eos auertere à fide, persecutionibus.

Scientes quod probatio fidei vestra patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habet, vt suis perfecti & integri in nullo deficientes.

Hic ponitur exhortationis ratio, quare, scilicet habenda est patientia in tentationibus: & est vna declaratio virtutis, alia perfectio operis. Patientia autem opus perfectum. Dicit ergo [Scientes quod probatio] fidei vestra, id est, tribulatio fidem vestram probans [Patientiam operatur] id est, declarat, vel exercitat. [Contra, Romano, 5.] Patientiam tribulatio operatur, patientia verò probationem, non ergo probatio patientiam. Responsio, Probatio operatur patientiam, ostendendo, sed patientia probationem efficiendo [Patientia autem opus perfectum habet] quia stabile & firmum. Illud enim dicitur haberi, quod firmiter habetur, quia habitus est difficile mobilis. Vnde & in ipsa dicitur haberi firma possessio animarum, Luc. 23, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vel opus perfectum, id est, opus priuilegiatum, scilicet opus martyrii, aureola dignum. [Vt sitis] existimate, inquam, vt per opus patientia [Sitis perfecti] ad sustinendam tribulationum diuturnitatem [Et integri] ad sustinendam eorum grauitatem [In nullo deficientes] ad sustinendam eorum omnimodam diuersitatem. Vel perfecti, in agèdo: integri, in patièdo: in nullo deficientes, in perseuerando.

Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.

Hic ostendit perfectæ patientiæ radicem, scilicet sapientiam diuinitus infusam, quia qui patiens est mul-

ta gubernatur sapientia. Prover. 14, Vnde monet petere sapientiam ad acquirendam patientiam: & primò dat fiduciam impetrandi: secundò docet modum petèdi, Postulet autem in fide: tertio ostendit rationem modici. Qui enim hæsitat. Dicit ergo [Si quis autem vestrum indiget sapientia] id est, sapida sapientia ad concidendam amaritudinem tribulationum, vel ad degustandum prædictæ patientiæ fructum [Postulet à deo] à quo est omnis sapientia. Eccl. 1, Qui potest dare, quia omnipotens est: & scit, quia omnisciens: & vult dare quia misericors est. [Qui dat] id est, paratus est dare [Omnibus] sine personarum acceptione. Glossa, piè petentibus [Affluenter] non parcè, vnde dicitur effundere ille qui effundit, torum dat, nihil sibi retinet. Ioc. 2, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. [Et non improperat] Vnde dat liberaliter: vnde ostendit ibi optimas condiciones à parte dantis. Dar enim liberaliter, non vendit sicut multi: dat generaliter, non vni, sed omnibus: dat abundanter, non parcè: vnde affluenter, curialiter, quia non improperat. P. sal. 14. 4, Aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. August. Erubescat humana pigritia: plè paratus est deus dare, quàm nos accipere.

Postulet autem in fide nihil hæsitans, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Nò ergo existimet homo ille quod accipiat aliquid à domino. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.

Hic docet modum petendi [Postulet autem in fide] id est, in fideli nominis Christi confessione: sicut petit ecclesia, per dominum nostrum Iesum Christum. In Ioanne 16, Amen dico vobis, si quid petieritis patre in nomine meo dabit vobis. Vel in fide, i. in fiducia obtinendi illud quod petit [Nihil hæsitans] id est de impetratione non diffidens. Mat. 21, Si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, &c. non solum de ficulnea facietis. sed & si monti huic dixeritis, Tollere & iactare in mare, fiet. [Qui enim hæsitat] Hic ponit rationem modici: & primò, rationem: secundò, infert conclusionem [Non ergo] tertio, subdit conclusionis manifestationem. Vir duplex animo. Qui enim hæsitat, i. dubitat vel diffidit de impetrandis ad salutem necessariis [Similis est fluctui maris, qui à vento mouetur] à loco, scilicet suo [Et circumfertur] in locis alienis. Sic homo dubius in fide, à vento tentationis mouetur à statu fidei, & circumfertur varietate errorum. Vel mouetur & circumfertur à tentatione in tentationem. Iob 24. Leuis est super faciem aquæ. Glossa, Qui cõscientia peccati pressus dubitat de præmiis caelestibus, superueniente vento tentationum, facile deserit fidei statum, & secundum tentatoris voluntatem distrahitur ad errorem. [Non ergo existimet homo ille] Glossa, carnalis: vnde homo ille, hic sonat in vitium [Quod accipiat aliquid] Glossa, vel hic vel in futuro [A domino] ex meritis suis. Et nota quod dicit aliquid, scilicet magnum. Spiritualia enim sunt quid magnum, non temporalia, vnde & peccatoribus communicantur. Et certè meritò hæsitans non impetrat. [Quia vir duplex animo.] Glossa, Duplex est qui genu ad precem flectit, & mordente cõscientia de impetratione diffidit. Duplex est qui vult gaudere in seculo, & gaudere cõ deo. Duplex est qui de bonis quæ agit, nò deum, sed fauorè querit. Vel duplex, non vnicus. sed ad hoc & ad illud inclinatus. Vel duplex, qui aliud interius, aliud agit exterius. Eccl. 2, Vx duplici corde, & homini ingredientis duabus viis [Inconstans est] qui fluctuat inter confidentiam & diffidentiam. Glossa, facile aduersis terretur, prosperis irritatur, vt à veritate diuertat [In omnibus viis suis] siue sit dextera prosperitatis, siue sinistra aduersitatis. Et dicit, suis, non dei. Via enim hominis, sunt peccata: via autem domini, opera bona.

Glorietur autè frater humilis in exaltatione sua: diues autem in humilitate sua: quia sicut flos fœni transibit. Exortus est sol cum ardore & arefecit fœni, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperit: ita & diues in inuicibus suis marcescet.

Hic ostendit perfectæ patientiæ modum, docens in tribulationibus esse gloriantum: & primò ostendit in quo gloriantum pauperibus: secundò, in quo diuitibus. Diues: tertio subdit causam, Quia sicut flos: quartò, explanat & adaptat eam. Exortus est enim sol. Dicit ergo [Glorietur] non tantum gaudeat in se interius, sed etiam gloriatur exterius apud alios [Frater humilis,] i. oppressus & deiectus, & ita humiliatus [In sua exaltatione] scilicet ventura post humiliationem, quia qui se humiliat exaltabitur. Luc. 18, [Diues autem] id est, diuitiarum amator, non solum possessor [In humilitate sua] ventura, scilicet, post diuitias. & hoc modo est ironia secundum glossam, quasi non est huiusmodi gloriantum. Vel in humilitate sua, in sublimitate & gloria, quæ est causa humiliationis & deiectionis. Vel in humilitate, scilicet in obsequio humilitatis exhibendo pauperibus. [Quoniam] sicut flos fœni transibit [Intellige, gloria mundi] [Transibit,] i. velociter vltra ibit, & penitus non reuertetur. P. sal. 48, Cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. [Exortus est enim sol] prosequitur parabolam. [Cum ardore] sicut fit tempore æstiuo contra meridiem. [Et arefecit fœnum,] i. virorem fœni. [Et flos eius decidit] in mane, scilicet ortus. [Et decor vultus eius deperit,] i. pulchra apparentia, per quæ delectabat aspicientes. Nota quod ortus solis significat aduentum iudicis. Malach. vltim. Vobis timentibus nomen meum, &c. Dicit autem exortus est, i. extra se ortus, quia quasi extra se oritur puniès per iustitiam, cum sit eius proprium misereri. Feruor autem eius significat distractionem & zelum aduenientis. Esa. 30, Ardens furor eius, & grauis ad portandum. Arefactio fœni, obitum diuitis. P. sal. 36, Sicut fœnum velociter arefcet. Casus floris, gloria temporalis amissionem vel etiam carnalis. Esa. 28, Vx flori decidenti, gloria exaltationis eius. Gregorius, Qui sunt homines in hoc mundo, nisi flores in campo, vita in carne, flos in fœno. [Et flos eius decidit] id est, deperit. [Et decor vultus eius deperit] humana, scilicet gratia & fauoris [Ita] id est, sicut flos fœni [Et diues] id est, diuitiarum amator, non tantum possessor [In inuicibus suis marcescet] id est, deficiet, & quasi putrefcet: vnde intellige, quod via diuitis, sunt temporalia in quibus beatificari querit, quæ cito destruentur. [Glorietur autem frater humilis,] Nota quod quadruplex est gloria. Vna est interior, alia exterior: alia inferior, alia superior. De gloria interiori dicitur in P. sal. 44, Omnis gloria filia regis ab intus. Ista autè gloria consistit in multis: primò in conscientia puritate. 2. Corin. 1, Gloria nostra hæc est testimonium conscientia: nostræ: quod in simplicitate intentionis, & sinceritate affectionis, & gloria bonæ operationis, & sapientia diuinæ degustationis conuersati sumus. Secundò consistit in die cognitione. Hiero. 9, Non gloriatur sapiens in sapientia sua: sed in hoc gloriatur, scire & nosse me, Tertio consistit in bona operatione. Mat. quinto, Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Quartò in exteriori cõuersatione. 1. Pet. 2, Conuersationem vestra inter gentes habètes bo-

August.

Modus postulandi deum.

Vir animo duplex quis sit.

Quadruplex est gloria. Gloria interior in conscientia.

nam, vt in eo quoddam detractant de vobis, &c. glorificent deum in die visitationis. Quinto in opinione bonae famae. Ecclesiastic. 37. In omnibus operibus tuis praecellens esto, & ne dederis maculam in gloriam tuam, Sexto in sustentatione praesentis molestiae. Secunda Corinthio. 2. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Septimo in Christi conformitate. Galat. ultimo, Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Octavo in perfectione commissae familiae. Prouerbio. 10. secundum litteram Ambrosii, Gloria patris filius sapiens. Nondum in spe remunerationis aeternae, Romano. quinto, Gloriamur in spe gloriae filiorum dei. Secunda gloria est exterior, & ista est in tribus, scilicet in diuitiis. Psal. 48. Ne timueris cum diues factus fuerit homo, &c. Philippenses 3, Gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Secundum consistit in delitiis, primi Machabeo. 2. A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius sterus & vermis, id est, Vermis conscientiae. Esai. ultimo, Vermis eorum non morietur: & sterus infamiae. Ecclesiastic. 9. Omnis mulier quae est fornicaria, quasi sterus in via conculcabitur. Tertio consistit in honoribus ambiendis. Osee 4, Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et de Nabugodonosor dicitur Iudic. 1, Gloriabatur quasi potens in potentia sua. Tertia gloria est inferior, scilicet, gloria peccati: quae dicitur inferior, quia hominem facit inferiorem & vilioiorem quam sit aliqua creatura. Psal. Quid gloriaris in malitia qui potens es iniquitate? Quarta gloria est superior, scilicet gloria dei, quae consistit in interiori gloria animae, & exteriori stola corporis. Psal. 146, Exultabunt sancti in gloria, ecce stola corporis: Letabuntur in cubilibus suis, ecce stola animae.

Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit deus diligentibus se.

Hic ostendit perfectae patientiae praemium, vbi primò tangit meritum: Secundò praemium, Quoniam cum probatus fuerit. Dicit ergo [Beatus vir] non mollis vel effeminatus: sed vir, dictus à virtute animi, virore fidei, vigore spei, virilitate charitatis. [Qui suffert tentationem] id est, in sensualitate sub ratione est, ne scilicet ratio succumbat tentioni. Genesis 4, Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Vel suffert, id est, sursum fert, pro eis qui sursum sunt. [Quoniam cum probatus fuerit] id est, exercitatus & depuratus sicut aurum in igne. Sapient. 3, Tanquam aurum in fornace probauit eos [Accipiet coronam vitae] id est, vitam perpetuam, quae non finitur: sicut nec corona, quae datur victoribus in signum victoriae: Apocalypsis 2, Esto fidelis vsque ad mortem. Et dicit, vita, ad differentiam coronae mortis, qua coronantur mali. Esai. 22, Coronans coronabit te in tribulatione. [Quam repromisit deus, &c.] id est, iterum & iterum promisit. Promisit in veteri, sed repromisit in nouo: Promisit per prophetas, repromisit per Apostolos. 2. Timoth. vltim. De reliquo reposita est mihi corona iustitiae. Et nota quòd dicit accipiet, scilicet gratis, non reddetur suis meritis, quia Rom. 8, Non sunt condigne passionis temporis, &c. Bernardus, Non sunt condigne ad praeteritam culpam, quae remittitur: ad praesentis consolationis gratiam, quae immittitur: ad futuram gloriam, quae promittitur.

Nemo cum tentatur dicat, quoniam à deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse enim neminem tentat: vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus.

Hic ostendit qualiter se habere debeant in tentationibus interioribus, quae sunt de malis culpae. Innuat enim quòd non debent in eis gloriari, sed eis resistere, quia non sunt à deo: quod probat dupliciter. Primò, quia deus nò est author malorum: Secundò, quia potius est largitor omnium bonorum, Omne datum optimum, &c. In prima parte primò ponitur exhortatio. Secundò exhortationis ratio, Deus enim intentator. Tertio rationis confirmatio, Vnusquisque autem. Quarto conclusio, Nolite itaque errare, &c. Dicit ergo, [Nemo, &c.] quasi dicat, Beatus vir qui suffert tentationem exteriorem, quia illa à deo immittitur: sed tentatio interior non sic, & ideo [Nemo] vestrum [Cum tentatur] tentatione interiori non exteri soli. Glossa, Nemo cum tentatione interiori capitur vel ei succumbit [Dicat, quoniam à deo tentatur] id est, à deo esse quòd capitur, vel succumbit. Glossa, Quasi deus immittat cogitationes, quod non est verum.

[Deus enim intentator malorum est] Glossa, tentamentorum. Sic enim fit tentatio ab hoste & carne. [Ipse enim neminem tentat] scilicet vt decipiat vel peruertat. Glossa, Nullum in tentationem ducit. Sed contra, Genesis 22, Tentauit deus Abraham, & Deuterono. 12, Tentauit nos dominus noster: Ad hoc respondet glossa, quòd duo sunt genera tentationum: Vnum, quod probat. Alterum, quod decipit. Tentationem ergo probantem immittit deus, tentatione verò decipientem, non. Haec autem tentatio decipiens, vt dicit glossa, tribus modis agitur, suggestione hostis, delectatione carnis, consensu mentis. Vnde nota, quòd diabolus tentat, vt decipiat & peruertat: caro, vt alliciat: mundus, vt abstrahat: homo, vt experimentum habeat vel sciat: Deus autem vt promoueat: vnde ipse tentat, vt probet: probat, vt acceptet & remuneret. De istis quatuor, Sapient. 3, Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se: tanquam aurum in fornace probauit illos, &c. [Vnusquisque autem tentatur] tentatione seducente interiori [A concupiscentia sua] id est, à fomite originaliter. Haec est lex membrorum, de qua Rom. 7, Haec autem appellatur caro concupiscens aduersus spiritum. Galat. 5, [Abstractus] à bono. Glossa, à recto itinere [Et illectus] glossa, ad malum. Tangit duos terminos motus: per defectum, qui est peccatum. Vel abstractus, à bono incommutabili: illectus, ad bonum commutabile. Peccatum enim est spreto incommutabili bono, bono commutabili adherere: secundum Aug. Sed nunquid à diabolo aliquando huiusmodi tentatio immittitur, sicut in primis parentibus: non ergo omnis tentatio est ex concupiscentia. Responso. Quauis occasio tentationis immittatur à diabolo, tamè vis tentationis sine concupiscentia non compleitur. Sicut flau ligna, nisi ignis praesens fuerit, non accendetur. Vnde sicut aliter medicus recognoscit infirmitatem in vrina, aliter infirmus in se ipso, quia ille scientia simplicis notitia. iste scientia experientia: ita aliter est de tentione exteriori quae est ab hoste, & de interiori quae est de concupiscentia.

Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres dilectissimi.

Ponit hic gradus tentationis. scilicet in delectatione, qua homo allicitur: in consensu, quo peccatum concipitur:

Deus intentator malorum est

Tentatio probans & decipiens

An omnis tentatio sit à carne

In opere, quo peragimus: in consuetudine, qua consummatur. [Deinde concupiscentia] illecti, scilicet par amorem boni commutabilis. Cum conceperit per consensum operis aut morose delectationis, quod est occulta formatio maligni fetus. Conceptio verò huius, est ex diabolo, tanquam patre agente, & semen immittente: ex concupiscentia, tanquam matre consentiente vel suscipiente. Ideo dicitur Ezechielis 16, Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Ioan. 8, Vos ex patre diabolo estis. [Parit peccatum] Glossa, perducit ad actum. Manifestus hic est partus, de quo in Psal. 7, Conceptit dolorem, & peperit iniquitatem. [Peccatum verò cum consummatum fuerit] Glossa, i. per actum in consuetudinem prauae vitae perducit: sicut officium mortui consummatur exhibitione sepulturae, sicut Lazari in Ioan. 11. cap. [Generat mortem] reatus & damnationis: aeterna. Rom. 6, Stipendia peccati, mors. Glossa, Sicut qui tentatus superat, praemia vitae acquirit: ita qui concupiscentiis illectus superatur, mortis ruinam incurrit. Sed cum omne peccatum mortale generat mortem, quare hic tantum de peccato consuetudinis? Responso, Licet peccatum & consensu possint dici generare mortem, tamen de peccato consuetudinis hoc dicitur proprie: quia quado peccatum iam tractum est in consuetudinem, nulla apparent signa vitae, & est partus spes de reditu. Sed in aliis habet homoplura signa vitae, quando peccatum creatum est in cogitatione: pauciora verò quando in opere. Nolite itaque errare] Glossa, existimando quòd tentamenta vitiorum à deo procedant. [Fratres mei dilectissimi] dilecti, propter similitudinem naturae: dilectiores, propter participationem gratiae: dilectissimi, propter preparationem hereditatis aeternae.

Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturae eius.

Hic ostendit quòd deus est largitor omnium bonorum, & quòd omnia bona sunt à deo. Et primò hoc ostendit ex copiositate datorum: Secundò ex immutabili bonitate: Tertio ex liberalitate dandi, Voluntarie enim genuit nos: Quarto ex iudicio ipsorum. Scitis autem fratres mei. Dicit ergo [Omne datum optimum] bona sunt temporalia, meliora naturalia, optima gratuita. Vel potest exponi totum de naturalibus: bonum est, quòd sumus: melius, quòd viuimus: optimum, quòd intelligimus. Vel bona sunt temporalia & naturalia, quibus sustentamur: meliora dona misericordiae, quibus à peccatis liberamur: optima dona gratiae, quibus de virtute in virtutem proficimus. [Et omne donum perfectum] id est, gloria, qua habita nihil remanet imperfectum. Dicitur autem datum, eo quòd datur in via, quia significat cum tempore quasi participaliter. Donum verò, quòd datur in patria, quia significat sine tempore, quasi nominaliter. Vtrumque istorum [Desursum est] id est, à deo non ab homine [Descendens] non cadens. In quo notatur gradus in huiusmodi donis secundum dispositionem dantis, qui omnia disponit in numero, pondere, & mensura. [A patre luminum] deo auctore omnium gratiarum, quae lumina sunt. Sicut enim sol materialis auctor est luminum materialium, ita sol intelligentiae luminum spiritualium. [Apud quem] deum, scilicet. [Non est transmutatio] in natura sua, quia omnino immortalis est. Malach. 3, Ego deus, & non mutor. [Nec vicissitudinis obumbratio] in effectu vt sit mutabilis, quia ab ipso semper procedit lux, nunquam tenebra. Vel vicissitudinis obumbratio, id est, vicissitudo vel mutatio obumbrans. Non enim vicissim in eo succedunt bona & mala, quia sola bona dat, mala verò culpae quae obumbrant, non: sed huiusmodi vicissitudinaria obumbratio qua in nobis frequenter luci gratiae succedit umbra peccati, ex nobis est. [Voluntarie enim, &c.] Aliquis possit dicere, licet omnia bona nobis sunt à deo, tamen meritis nostris: ideo dicit, quia non, immò sua gratuita bonitate. [Voluntarie enim] id est, gratis, sine meritis, ad Titum 2, Non ex operibus iustitiae quae fecimus nos. [Genuit nos] in filios gratiae, qui prius eramus filii irae. [Verbo veritatis] verbo euangelii Christi, qui veritas est, in Ioanne 14. Verbo, inquam, tanquam semine: spirituum, Luca 8, Semen est verbum dei. 1. Corin. 4, In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. [Vt simus initium aliquod] id est, caput, principatum habendo in omnibus creaturis eius inferioribus, recuperando principatum per gratiam, quam primi parentes perierunt per culpam. Vel, Simus initium aliquod creaturae eius, id est, recreationis siue reformationis totius mundi, hic in parte, scilicet in anima per gratiam, sed in futuro in toto per gloriam. Vnde Rom. 8, Ipsa creatura ingemiscit expectando reuelationem filiorum dei. Sed obicitur contra hoc, quòd dicitur, vt simus initium aliquod, &c. quia Job 40. dicitur de Behemot, Ipse est principium viarum dei. Responso, Behemot fuit principium in via creationis, homo verò in via recreationis.

Scitis autem fratres mei dilectissimi, sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram: Ira enim viri iustitiam dei non operatur: propter quod abicietes omnem immunditiam & abundantiam malitiae, in mansuetudine suscipite iustum verbum, quod potest saluare animas vestras.

Hic probat omnia esse à deo iudicio ipsorum siue testimonio. [Scitis autem] id est, vera esse quae loquor [Fratres mei] per fidei vnitatem [Dilectissimi] per charitatem. Glossa, Conclusio praedictorum est, quòd à deo sunt bona, & à nobis mala [Sit autem homo velox, &c.] Suprà docuit modum se habendi in tentationibus exterioribus, & etiam in interioribus: hic verò ad vtriusque modi notitiam monet ad auditum verbi dei: vbi monet libenter audire: Secundò de uotè suscipere, propter quod abicietes: Tertio opere implere, Estote factores: Quarto, linguam refrenare, Si quis autem putat. In prima parte, primò hortatur ad id quod expedit: Secundò remouet id quod impedit, Tardus autem ad loquendum. Dicit ergo [Sit omnis] quasi dicat, ita voluntarie genuit verbo veritatis, vt ergo haec generatio in nobis conseruetur, Sit omnis homo, siue sit incipiens, siue proficiens, siue perfectus [Velox ad audiendum] verbum, scilicet dei, id est promptus & paratus [Tardus autem ad loquendum] hic est impedimentum contra auditum exteriorum. Ecclesi. 20, Homo sapiens tacebit vsque ad tempus doctrinae. Quippe quia mos Pythagoricorum erat tacere per quinquentium, & postea eruditores loqui. [Et tardus ad iram] hortatur ad tollendum impedimentum contra auditum interiorum. q. d. Tardus sit homo ad iram, quia, vt inquit Caro, Impedit ira animum ne possit cernere verum. [Ira enim viri] i. ira fortis & deliberrata. Non dicit pueri, quae cito trahit. [Iustitiam dei] non operatur. Iminus dicit & plus significat. i. contra dei iustitiam operatur. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Mat. 6, Et intelligendum est quado procedit ex libidine vindictae, non ex amore iustitiae. Greg. Vera in-

Peccati consuetudinis generat mortem.

Cato.

Tardus ad iram.

Ira viri iustitiam dei non operatur.

Verbi iustitiam dei non operatur.

Quid vera religio.

stitia compasionem habet, non indignationem. ¶ Sed quispiam dubitabit, dum dicit, Tardus ad iram, de qua ita intelligatur, an de ira quæ est zelus bonus, an de ira mala. Non de prima intelligi potest, quia nõ debemus esse tardi ad illam. Nec de secunda, quia ad illam nullo modo debemus excitari. Responso, Potest intelligi de vtraque: quia ad iram per zelum debet homo esse tardus, id est, maturus & discretus, vt, scilicet, discretè faciat. Ad iram verò per vitium debet esse tardus, negatiuè, & nullo modo pronus. ¶ Quæritur insuper circa verbum illud, Ira enim viri iustitiam dei non operatur: quare dicit magis iustitiam dei non operatur: quã aliam virtutem. Responso. Quia ira induit magis formam iustitiæ quã alterius virtutis. Vel intelligitur de iustitia generali, quæ continet omnes virtutes. [Propter quod] scilicet, vt dignè audire possitis. Hic docet deuotè & animo puro suscipiendum esse verbum dei. [Abiicientes omnem immunditiam] quantum ad peccata carnalia, quæ animam & corpus polluunt. Ephes. 5, Fornicatio & immunditia non nominetur in vobis. [Et abundantiam malitiæ] id est, peccata spiritalia, in quibus abundat malitia: quoniam vt dicit Gregor. Peccata carnalia maioris sunt culpæ, & minoris infamie [In mansuetudine] captiuantes intellectum in obsequium Christi. Vel in mansuetudine, adimplendo opere. Est enim mansuetus, quasi manu affectus. [Suscipite,] Glossa, cum magno honore. Vel suscipite, id est, femora à curis temporalibus capite. [Institum verbum] verbum quidem creatum, institum est cordi per prædicationem & inspirationem: verbum verò increatum, institum est humana natura per incarnationem. ¶ Cor autem humanum ante fidem verbi, & natura humana ante incarnationem filii dei, erat tanquam truncus siluestris. Roma. 11, Ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in oliuam bonam. [Quod potest saluare animas vestras] verbum creatum, dispositiuè increatum verbum, esse dicitur. Et dicit, Quod potest saluare: & non dicit, Saluabit: ne excludere videatur humani arbitrii libertatem. ¶ Notandum autem, quod verbum dei est aure audiendum. Ioã. 8, Qui ex deo est, verba dei audit. Secundo corde suscipiendum. Deut. 11, Ponite verba hæc in cordibus vestris. Tertiò intellectu conseruandum. Lucæ 2, Maria conseruabat omnia verba hæc. Quarto effectu gustandum. Heb. 6, Gustauerit etiã bonum dei verbum. Quintò in ore habendum. Hier. 1, Ecce dedi verba mea in ore tuo. Sextò in opere faciendum. infra, Estote factores. Septimò in memoria custodiendum. Lucæ 11, Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Octauò in libro scribendum. Eccl. 1. vlti. Quasi uerba uilia: & conscripsit sermones rectissimos.

Estote autem factores verbi & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos, quia si quis auditor est uerbi, & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum naturæ suæ in speculo. Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit: Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanferit in ea, non auditor obliuiofus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.

Hic monet uerbum dei opere implere, proponens primò damnum: secundò exemplum, Quia si quis auditor est uerbi: tertiò primum, Qui autem perspexerit, &c. Dicit ergo, [Estote autem factores uerbi & non auditores tantum] Glossa, Non solo auditu suscipite uerbum, sed etiam opere implete: quia non auditores legis, sed factores iusti sunt. Gregorius, Loquendi authoritas perditur, cum uox opere non impletur. Dicit autem factores uerbi, id est, rei significata per uerbum. Vel factores, id est, impletores uerbi. [Fallentes uosmetipsos] Glossa, Si per solum auditum uos saluandos putatis. [Comparabitur uiro consideranti uultum naturæ suæ in speculo] ad literam talis fallitur, quia uidetur sibi quod uideat rem, sed non uidit rem, sed solum rei idolum uel imaginem. Sic ille qui audit & non facit, solum uerborum umbrã habet, non corpus operis. Vnde uerbum dei comparatur speculo. Doctrina quidem sapientis est mare æneum factum de speculis mulierum. Exod. 38, Quia in ipsa aspici possunt maculæ animarum. Et dicit, Uultum naturæ suæ, id est, quem habet à natiuitate uel à natura. [Considerauit enim se] id est, imaginem uel idolum suum. [Et abiit] scilicet, à se ad exteriora, id est, à consideratione sui cessauit. [Et statim oblitus est qualis fuerit] scilicet, quia non uidit ueritatem rei, sed umbram. Vel pro tanto ponitur similitudo, quia sicut nihil prodest homini uidisse in speculo maculam uultus sui, si illam non abstergit: sic nihil potest homini audire uerbum scripturæ uel prædicationis, nisi illud quod audit aure, impleat opere. ¶ Nota ergo quod uerbum prædicationis est sicut speculum, in quo homo uidet defectus suos: quibus inspectis compungitur ad horam, sed recedens de loco statim dat obliuioni. Talis est sicut aqua quæ statim recipit impressionem. [Qui autem pet spexit] id est, perfectè aspexit non tantum uultum exteriorem in ea figendo, sed etiam interiorem [In lege perfectæ libertatis] id est, in doctrina euangelii quæ est perfectæ libertatis, quia restituit libertati à culpa in præfenti per gratiam in sacramentis, à miseria uerò non in futuro per gloriam immortalitatis: quando, si mortale hoc induerit immortalitatem. 1. Corint. 15, [Et permanferit in ea] id est, perfectè miferit per perseuerationem operis. [Et non auditor obliuiofus] audita, scilicet, memorando. Sed factor operis] id est, opere, scilicet implendo. [Hic beatus in facto suo erit.] nõ in uerbo tantum. Psal. 18, In custodiendis illis retri butio multa: non dicit, in audiendis.

Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc est, uisitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorum & immaculatum se custodire ab hoc seculo.

Hic ad complementum boni operis docet linguam refrenare. Circa quam admonitionem primò ostendit quæ sit religio uana: secundò, quæ sit uera, Religio munda, &c. Dicit ergo [Si quis putat] quanuis non sit [Se religiosum esse] propter fidem, & opera qui habet. ¶ Dicitur autem religiosus, quasi relegatus deo, qui per peccatum fuerat diuisus: qui ligatus præceptis, religatur consiliis. Vel religatus post dissolutionem membrorum: sicut dolium religatur post dissolutionem allerum, vt contineat uinum: & hoc præceptis & prohibitionibus & aliis obseruantis minoribus. Et quia lingua maximè indiget religione, quia sedet in humido, & ideo labilis, ideo subditur, [Non refrenans linguam suam] freno dicitur taciturnitatis, secundum id Ecclesiastici 28, Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos. [Sed seducens cor suum.] i. seorsum ducens extra ueritatem, Glossa, Non intelligens se puniendũ pro peccato linguæ. [Huius uana est religio.] inutilis, & nõ uera: quia nõ est bene religatus soluto uinculo linguæ: quæ cũ sit indomita [infra 3.] religari

egit. Vel sic, Seducens cor suum. i. seorsum à lingua ducens, vt scilicet cor & lingua non communicant, sicut est in mendacio. Eccl. 3, Cor ingrediens duas uias non habebit successus bonos. Cor mentientis ingreditur duas uias, quia uiam ueritatis in cognoscendo, falsitatis in loquendo. Sed e contrario [Religio munda.] Glossa, In cordis intentione [Et immaculata.] Glossa, In operis executione. Vel munda interius à seipso: immaculata exterius ab aliis [Apud deum.] scilicet filium, qui est deus per naturam [Et partem.] scilicet, qui est pater noster per adoptionis gratiam [Hæc est, uisitare pupillos,] corporaliter, cõsolatione uerborũ, & erogatione numerum, & protectione malorum. Vnde per hæc intelligit omnia opera misericordiæ quæ impendimus proximo [Pupillos.] i. sine patre [Et uiduas.] sine marito, non diuites [In tribulatione eorũ.] uel corporali, uel spiritali: nõ in prosperitate sicut multi faciunt, qui sunt socij mensæ, Eccl. 5, [Et immaculatum se custodire ab hoc seculo.] immaculato, scilicet, uide Glossa, Qui mundum diligit immaculatum se non custodit: uide solent dici uersus, Mundus non mundus, quia mundus pollut: ergo. Qui manet in mundo quomodo mundus erit? Et in canonica Iudæ, Odientes eam quæ carnalis est maculat tunicam, hoc est, perfecta religio est, in medio macularum immaculatum se custodire.

Caput 2.

Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloria. Etenim si introierit in conuictum uestrum uir aureum anulum habens, in ueste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei, Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud uosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum?

¶ Supra egit de informatione in tribulationibus, hic agit de informatione in bonis operibus. Et quia tria solent maximè progressum in bonis operibus impedire, scilicet potètia, sciètia, diuitiarum: ideo hæc pars diuiditur in tres partes. Primò enim informat quantum ad modum agendi in his quæ spectant ad potètia. Secundò, quantum ad modũ agendi in his quæ spectant ad scientiam, infra 3. cap. Tertiò, quantum ad modum se habendi in his quæ spectant ad diuitias, 4. cap. Vel sic, supra hortatus est ad bonum, hic dehortatur à malo. Er primò à malo, quod est in contemptum Christi: Secundò à malo, quod est in excellentia sui, 3. cap. Tertiò à malo, quod est concupiscentia mundi, 5. cap. in principio. In prima primò instruit quantum ad exhibitionem honoris debiti ratione animæ, quæ est imago dei: Secundò ad exhibitionem sustentationis, quæ debetur ratione corporis, ibi, Sic loquimini, & sic facite. Et quia exhibitionem honoris debiti impedit personarum acceptio, ideo ipsa in hac prima dissuadetur, & primò ratione sumpta ex peruersione iudicij rationalis: secundò ratione sumpta ab exèplo diuinæ electionis, ibi, Audite fratres mei: Tertiò, ratione sumpta ex ipsarũ personarum meritis, ibi, Nonne diuites opprimunt. Quartò, ratione sumpta ex transgressione legis. Si tamen legem perfeceritis, in prima parte, primò ponitur exhortatio: secundò, exhortationis ratio. Etenim si introierit, ubi primò ponit personarum diuersitatem: secundò tangit iudicij inæqualitatem [Et intendatis in eum.] Tertiò, subdit inæqualitatis reprehensionem [Nonne iudicatis.] Dicit ergo [Fratres mei, &c.] consequenter sic, ita religio munda & immaculata est, &c. & ut possitis immaculati esse [Fratres mei.] Subditos suos uocat fratres, æquales eos sibi reputans ex humilitate. Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloria. i. nolite credere quod dominus noster Iesus Christus gloriatur in personarum acceptione: ipse enim contrariũ fecit, Actuum 1, In ueritate comparauit non est personarum acceptor deus. Vel sic secundũ Glossam, Nolite in personarum acceptione, &c. nõ existimetis quod fides domini sit in huiusmodi personis acceptis, ut dominus scilicet ad fidẽ uocauerit diuites, & non pauperes. Vel sic, Persona dicitur quasi per se uia, uide personæ sunt illi, qui uolunt singulares uideri, ut potètes in diuitiis, uel in genere, uel huiusmodi. Nolite ergo fidẽ domini nostri in talibus ponere, ut illos quasi deos singularet colatis. Et nota quod hoc dicit, ut allicit eos ad amorem pauperũ, ut inde acquirat calũ. Vnde Augusti. Da rectum, & accipe calũ. [Etenim si introierit in conuentum uestrum.] id est, in cõgregationem uestrã. Ecclesia enim primitiua erat quasi quadam religio, quidam conuentus, quia erãt eis omnia cõmunia [Vir.] à uirore potius corporis quã mentis. Nam gratia uirtutis spiritalis hominem honorare, peccatum non est [Aureum anulum habens.] in signum diuitiarum [In ueste candida.] in signum deliciarum [Introierit autem & pauper in sordido habitu.] scilicet corporis, quamuis in habitu honorato mētis [Et intendatis.] ecce personarum acceptio in actu interiori: aliã nõ esset acceptio personarum. Nam ut ait Augustinus in Glossa, In quotidianis confessibus qui præfert diuitem pauperi, non in hoc peccat, nisi cũ apud semetipsum ita iudicat ut ei sit tantò melior, quantò ditior ille. Dicit ergo, ut intendatis, quasi ex animo & intentione tendatis in eum [Qui est indutus ueste præclara.] eũ scilicet propter indumentum honorando, & pauperi præferendo [Et dixeritis ei.] ecce acceptio personarum, in actu exteriori [Tu sede hic bene.] id est, in loco honesto [Pauperi autem.] quia pauper est, dicatis [Tu sta illic.] longè scilicet, quasi non curado de illo [Aut sede sub scabello pedum meorum.] id est, uili loco [Nonne iudicatis apud uosmetipsos.] i. nonne à uobis accipitis hoc iudicium, & non à deo, quasi dicat, sic [Et facti estis iudices cogitationum iniquarum.] i. iudicatis secundum iniquas cogitationes, quasi dicat, Iniqua est talis cogitatio, uerè iniqua cogitatio, quia non respicit existentem personæ bonitatem, sed apparentem. Exteriorem non interiorem: uide Glossa, Mũdus pauperem abiicit, diuitem colit. Fides Christi aqua docet. Iniquum est diuitem quarentẽ honorẽ in diuitiis, præferre pauperi timentẽ deũ, Notandum autem secundum Augustinũ in Glossa, hoc quod hic dicitur, intelligitur de sessione comuni intelligitur, in casu quo iudicatur, ppter hoc debere præferri tanquam melior, uide Glossa, Si hanc distantiam sedendi & standi ad honores ecclesiasticos referamus, &c. hic queritur utrum acceptio personæ sit peccatum? Videtur quod non. Augustinus, Accipere personam, est exhibitio honoris seruatori gradu dignitatis & officij: sed sic honorare nõ est peccatum: ergo accipere personam non est peccatum. Item Gregorius, Accipere personam, est hominẽ nõ quia homo est, sed propter aliquid quid circa eum est, honorare: sed hoc nõ est malum, immò bonũ honorare hominem propter dignitatem quæ circa ipsum stat. Sed contra, qui cognoscit personam in iudicio, non

Aut persona in acceptione sit peccatum.

bene facit. Proverb. 28. Item hoc prohibetur pluries in scriptura: ergo est malum. Itē quaritur, quare hoc vitium ita frequenter exclusum a deo inueniatur magis quam aliud. Responsio, Acceptio personarum quādo accipitur in bono, quandoque in malo. Secundum quod accipitur in bono: accipere personam est honore vnumquēque secundū gradum dignitatis suae & officij. Sic non oportet quod fiat comparatio personarum ad personam, in acceptione personarum: & sic accipere personam non est peccatum. Sic autē diffinitur ab Augustino. Alio modo accipitur personarum acceptio secundum quod dicitur comparationem personarum ad personam, & sic diffinitur à Gregorio: vnde sic accipere personam, est praeferre personam personae. Nec tamen quando praefertur persona personae, semper est acceptio personarum: sed quādo praefertur persona personae ex causa indebita: vnde accipere personam, est praeferre personam personae ex causa indebita: praeferre autē diuitem pauperi propter promotionem iudicij, vt cum aliquis sententiā pro diuite, quia diues est: vel etiā in collatione temporalis beneficii, vt quando datur aliquid diuiti quia diues est, & non datur pauperi quia pauper, est praeferre personam personae ex causa indebita. Non tamen dico, si aliquis daret aliquid diuiti ad acquirendam eius familiaritatem, quod esset peccatum: sed praeferre diuitē pauperi in exhibitione alicuius reuerentiae solum, vt cum aliquis assurgit diuiti non pauperi, inclinatur se diuiti non pauperi: vnde auferit caput coram diuite non sic coram paupere, non est personam personae praeferre ex causa indebita: vnde non est peccatum, nisi ratione originis, vt cum iudico in corde meo quia melior est diues, quia diues, paupere. Quod obicitur de dignitate. Responsio, Dignitas officij vel potestatis, non est circa hominē, sed supra, scilicet à deo: & ibi honoratur homo propter eum cuius loco est. Sed habitus pretiosus & diuitiae sunt circa quae data sunt homini, non vt praesit, sed ad vsum & supplementum necessitatis. Ad aliud dicitur, quod acceptio personarum declinat in partem. Deus autem causa vniuersalis est rerum in producendo & in conseruando, & ideo frequenter remouetur à deo. Nota quod personarum acceptio cauenda in multis. Primò, in audientia causarum: Deuteronomio 17, Ita parum audietis vt magnum. Secundo, in diffinitione sententiarum. Pro. 18, Accipere personam impit in iudicio non est bonum. Tertio, in contractibus electionum, vt hic, Nonne pauperes elegit deus? Glossa, Quis fecit eligi diuitem ad sedem honoris? Quarto, in collationibus beneficiorum: Ro. 2. Gloria, honor, & pax omni operanti bonum. Non enim est acceptio personarum apud deum. Quinto, in promotionibus dignitatum, de his qui videbantur aliquid esse, quales aliquādo fuerūt, nihil mea interest, deus enim personam hominis non accipit: Galat. 2. Sexto, in exhibitione honoris & obsequiorum: Leuit. 19, Non consideres personam pauperis, nec honores vultum poteris. Septimo, in comparatione meritorum: vt hic, Nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Octauo, in correctione culparum. Mat. 22, Non enim respicis personam hominum: Exod. 32, Ite & redite per medium castrorum de porta ad portam, & occidat vnusquisque fratrem & amicum suum. Nono, in approbatione beneficiorum: Actuum 10, In veritate comperi, quia non est personarum acceptor deus: sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.

Audite fratres mei dilectissimi, nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites fieri in fide, & haeredes regni quod repromisit deus diligentibus se. vos autem ex honorastis pauperem.

Hic dissuadet personarum acceptionem ratione sumpta ab exemplo diuinæ electionis. Audite fratres mei. Dicit Glossa, Diligentius attendite, quia non qui ditiores in seculo, hi sunt meliores in examine diuino: & ideo non sunt praeferendi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, id est, in rebus huius mundi. Christus enim in Apostolos, elegit piscatores in patriarchas, pastores. Gen. 41, Viri pastores ouium sumus. 1. Cor. 1, In firma mundi elegit deus, vt confundat fortia, & contemptibilia: in quo apparet quod electio dei contraria est electioni mundi, qui elegit illum qui est potentior, vel nobilior, vel ditior, vt quādo aliquis debet creari in episcopatum. Diuites in fide, in presenti, haec sunt maxime diuitiae. Augustinus, Aurum habens in arca, diues est: deum habens in conscientia, diues non est. Et haeredes regni, in futuro. Mat. 5, Beati pauperes spiritu, &c. [Quod repromisit.] promisit, per prophetas: repromisit, per Apostolos. Diligentibus se, quia per dilectionem accipitur. Ipsa enim sola diuidit inter filios regni & perditionis. Secundum Augustinum, Ipsa est fons proprius, cui non communicat alienus. 1. ad Cor. 2, Oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. [Vos autem.] acceptoribus personarum loquitur. Ex honorastis, id est, extra honorem posuistis, vel honore priuastis. Pauperem, id est, in seculo. Sed quare de hoc quod dicit, Diuites in fide. Cum enim sancti modò habeant in spe, quod in patria habituri sunt in re, potius debuit dicere, Diuites in spe quam in fide. Responsio, Existēs res in fide, sunt diuites in spe. Vel diuites in fide, id est, ex fide: quia fides generat spem. Vnde, Fides est substantia rerū sperandarum, id est, basis vel fundamentum, per quod res sperandae sunt in nobis. Vel diuites in fide, abundantes: quia credunt omnia credenda, & nunc per fidem vident in aenigmate, quaecūque videbunt in patria aperta visione. Et nota, quod Christo multi videtur placere paupertas. Primò, quia paupertatem sibi assumpsit. 2. Co. 8, Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam cum diues esset, propter nos egenus factus est. Secundo, quia paupertatis signa in sua natiuitate ostēdit. Luc. 2, Inuenietis infantem positum in praesepio. Tertio, quia pauperes parentes habere voluit. Luc. 1, Missus est angelus, &c. Quarto, quia paupertatem inter homines conuersando tenuit. Mat. 8, Vulpes foueas habēt, & volucres caeli nidos, &c. Quinto, quia pauperes discipulos elegit. Mat. 4, Obambulans Iesus iuxta mare Galilae, &c. Et hic pauperes elegit deus. Sexto, quia pauperibus regnum caelorum promittit. Mat. 11, Beati pauperes spiritu. Septimo, quia paupertatis consilium dedit. Mat. 11, Si vis perfectus esse, vade, &c. Octauo, quia pauperimus & nudus in cruce pendit. Treno. 3, Recordare paupertatis meae, &c.

Paupertas Christo placet.

Diuites tria mala pauperibus inferunt.

Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod innocuum est super vos? Hic est tertia ratio, sumpta ex personarum meritis: quia diuites eis mala inferunt, pauperes autem non. Mala autem illata à diuitibus ostendit tria. Primò, in rebus suis eos opprimendo. Secundo, in personis eos accusando, Et ipsi trahunt. Tertio, in deo suo, eum blasphemando, Nonne ipsi. Dicit ergo. Nonne diuites, &c.

quasi diceret, merito non debetis praeferre diuites pauperibus, quia [Nonne diuites.] scribae & pharisaei, & pontifices per potentiam opprimunt [Vos.] bona vestra, scilicet rapiendo [Et ipsi trahunt vos ad iudicia.] violenter, & sine culpa vos accusando tanquam maleficos. Glossa, Sine culpa faciēt vos cōdemnari. [Nonne ipsi blasphemāt.] Hierony. Blasphemia est iniuria deo irrogata. [Bonum nomen,] id est, salutarium nomen Iesu Christi. Actuum 4, Non est aliud nomen sub caelo, in quo oporteat saluos fieri credentes. [Quod inuocatum est.] quia à Christo dicebantur Christiani. [Super vos.] ad vestram. [protectionem, & sui venerationem,] Hieremia 14, Tu in nobis es domine, & nomen sanctum tuum, &c.

Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas, Diliges proximum tuum sicut teipsum, benefacis: si autem personas accipitis, peccatum operamini, redargui à lege, quasi transgressores. Quicumque autem totam legem seruauerit, offendet autem in vno factus est omnium reus.

Hic est quarta ratio, quae sumitur ex transgressione legis: vbi primò ostendit, quod lex praecipit diuitum dilectionem: secundò, quod prohibet personarum diuitum acceptionem, si autem personas accipitis: tertio ostendit, quod huiusmodi prohibitionis transgressio facit totius legis transgressionem, Quicumque autē totam legem. Dicit ergo. Si tamen legem, &c. quasi dicat, Non debetis personam diuitem accipere, sed si eos diligitis bonū est, vnde [Si tamen legem perficitis regalem.] adimpletis legem Euangelij, quae dicitur regalis ab effectu, quia reges facit, Apoc. 5, Fecisti nos deo nostro regnum, & sacerdotes. Et 1. Petr. 2, Vos estis genus electum, &c. Item à generalitate, quia omnes ligat, & nullum eximit: sicut strata publica dicitur via regia, vel ab auctore quia rex eam ore suo promulgauit. Mat. 22, Item ab excellentia. Glossa, excellentē inter alias. Secundum scripturas. I. sicut scripturae monent, legem, inquam hanc [Diliges proximum sicut teipsum.] Mat. 22. Leuit. 19, [Sicut teipsum.] i. quomodo teipsum, i. gratis, non causa remunerationis humane. Vel sicut teipsum, id est propter quod teipsum, i. deū. Vel sicut teipsum, i. ad id ad quod teipsum. Vel sicut teipsum, i. in quo gradu teipsum, scilicet infra deum, & plus quam corpus tuum. Vel sicut teipsum, i. si cut gaudes de bono tuo, & tristaris de malo: ita gaudes de bono proximi, & doleas de malo eius, & infortunio. Si ita perficitis diligendo. Benefacis. Nam praecipue bonitas in dilectione consistit, vt patet 1. ad Cor. 13, Si linguis hominum loquar, &c. Glossa, Et si diuites propter diuitias non sunt eligendi, non tamen propter deum minus sunt diligendi. Si autem personas accipitis. Glossa, pauperem propter paupertatē ab honore abiicitis, & diuites ad honorem propter opulentiam promouetis. [Peccatum operamini redargui à lege quasi transgressores.] Deuter. 1, Quod iustum est iudicate, siue cuius sit ille, siue peregrinus: nulla erit distantia personarum. Ita parum audietis, vt magnum. Et Leuit. 19, Non consideres personam pauperis, nec honores vultū potentis. Sed quare, quod in iudiciū, id est, in distributione iustitiae non sunt aliqui praefigendi: in opere verò misericordiae sunt, sicut in datione elemosynarum. Eccles. 12, Bene fac iusto, & ne dederis peccatori. Responsio, Ratio huius est, quia in iudicio respiciuntur merita causarum, sed in misericordia conditiones personarum. Quod autem dicit, Quasi transgressores, expressiuū est veritatis. [Quicumque autem totam legem seruauerit,] id est, seruare in animo suo proposuerit. [Offendat autem in vno.] id est, in deo datore omnium. Vel in vno, id est, in praeepto charitatis, quod est vinculum omnium praeeptorum. Gregorius, Praecepta domini multa sunt, & vnum: multa, per diuersitatem operis: vnum, in radice charitatis. Vel in vno, id est, in quolibet praeepto. Vel in vno, id est, in vna virtute, quia virtutes connexae sunt: & qui peccat contra charitatem, peccat contra omnes virtutes: sicut qui offendit aliquem, ex cōsequenti omnes amicos eius. [Factus est omnium reus.] omnium, scilicet praeeptorum, quia illa sibi iniuria reddit. Vel omnium peccatorum, quia pro vno, ac si pro omnibus, peribit. Vel omnium bonorum, quia charitatem quae est forma omnium, perdit. Hieronymus, Vbi est charitas, quid est quod possit abesse? vbi non est, quid est quod possit prodesse? Vel omnium virtutum, Qui enim habet vnam, omnes habet. Idem, Omnes virtutes sic sibi coherent, vt qui vna cauerit, omnibus careat. Eccles. 19, Qui in vno peccauerit multa bona perdet, quia omnia bona meritoria.

Lex Christi lex regalis.

Diligere deū sicut seipsum.

Cuius acceptio personarum in operibus iustitiae prohibetur & non misericordiae.

Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit, & non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.

Hic probat quod reus est omnium, quia peccat in eodem legislatorem omnium praeeptorum. Qui enim dixit: Non mœchaberis. Nominē mœchiae omne peccatū luxuriae cōtinetur, Exod. 20. [Dixit, & Non occides.] in eodem, vbi prohibetur homicidia operis, & linguae, cordis & omissionis. [Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.] quae vnum quodque praeeptum aequaliter cōtinet, & vna data est ab vno deo. Et nota quod proprie, Transgressor dicitur, qui facit contra legem scriptam: sed praueicator, qui facit contra legem naturalem.

Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari: iudicium enim sine misericordia fiet illi qui non fecerit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium.

Supra instruit nos quantum ad exhibitionem honoris debiti, hic autem instruit quantum ad exhibitionem sustentationis, vnde hic instruit de operibus misericordiae. Et primò, inuitat ad opera misericordiae: Secundò, ostendit ea esse necessaria cum fide, Quid proderit homini. In prima parte ad opera misericordiae manducit tripliciter allegatō. Primò, praeeptum: Secundò supplicium, Iudicium enim sine misericordia: Tertio praeuium, Superexaltat autem. Dicit ergo. Sic loquimini, &c. [q. d. Ne ergo sitis transgressores legis.] Sic loquimini, i. verba pietatis & amoris. [Et sic facite.] scilicet opera pietatis & charitatis. Non enim sufficit pietas & charitas in verbo, nisi etiam sit in facto. Sicut per legem libertatis. id est, per legē Euangelij sub qua subiiciendum spontaneè, liberè, non coactè. Incipientes iudicari, id est, sicut incipitis modò iudicari secundū legem, id est, si staretis ante iudicē legis libertatis, id est, xpm. In hoc monens nos, vt in nostris operibus semper attendamus iudicium quasi instare. Infra vlti. Ecce iudex ante ianuam assidet. Hieronymus: Siue comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper videtur auribus meis inronare illa extrema iudicij buccina, Surgite mortui, venite ad iudicium. Vel sic. Sic loquimini & sic facite. id est, ita benignè & charitatiuè vos habeatis verbo & facto: Sicut legem libertatis, id est, charitatis quae facit se & sua liberè proximo

Differentia inter transgressorem & praueicatorum.

exponere [Incipientes iudicari, id est, ita faciatis vt ostendatis vos esse sub lege charitatis, quae semper debet esse in incœptione. Augustinus, Sola charitas est quae semper detinet debitorẽ. Redditur enim cum impenditur, & cum reddita fuerit debetur: quia nullum est tempus in quo impendenda non sit. Dicitur autẽ charitas lex libertatis, quia nos deo ligat, non cogendo timore pœnarum, sed alliciendo desiderio premio rum. Gala. 5. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.] Iudicium enim sine misericordia, id est, iudicium condemnationis [Illi qui non fecerit misericordiam.] exemplum patet in seruo nequã, cui debitum dimissum exprobat, Mat. 18. Quia non est misertus conserui sui. E contra, Beati misericordes, quia misericordiam consequentur. ¶ Sed obiicitur contra hoc quod dicit, Iudicium sine misericordia, &c. quia in Psal. dicitur, Vniuersa via domini, misericordia & veritas: Responso, Duplex est misericordia, liberans & relaxans, de prima loquitur hic, de secunda in Psalmo. Vel sic, iudicium sine misericordia, tanta scilicet, quãtã inueniret si misericors fuisset [Superexaltat autem misericordia iudicium.] hoc multipliciter exponitur. Primo modo de misericordia & iudicio hominis, & est sensus, q̃ misericordia hominis iudiciũ eius quo iudicabitur reddit commendabilius. Secundo modo de misericordia dei & iudicio eius, & est sensus, q̃ misericordia dei semper relaxat & quasi temperat iudicium suã severitatis. Tertio modo, de misericordia hominis & iudicio dei, & est sensus quod misericordia hominis quasi vincit rigore distinctionis sententiã diuinã debitã pro peccatis. Quarto modo, de misericordia dei & iudicio hominis, & est sensus, q̃ plures saluantur per misericordiam dei, quã pro suis meritis propriis. Quinto modo de effectu misericordiarum dei in præsenti, & de effectu diuini iudicij in futuro, & est sensus, q̃ quãtõ misericordia maior alicui in præsenti impenditur, eãtõ si ingratus fuerit, grauius in futuro punietur. ¶ Nota quod ex quo misericordia superexaltat iudiciũ, & maior est curia misericordiarum quã iustitiarum: sicut à minori curia licitum est appellare ad maiorem, ita à curia iustitiarum ad curiam misericordiarum. Misericordia primò peccata purgat, Prou. 15. Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Secundo, pœnam peccatorum relaxat, Daniel. 4. Peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum. Tertio custodit à malo, Prouer. 20. Misericordia & veritas custodiunt regem. Quarto abundare facit in bono, Prouer. 14. Misericordia & veritas praparaui bona. Quinto hominum benedictionem meretur, Prouer. 22. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. Sexto dei misericordiam consequitur. Mat. 5. Beati misericordes. Septimò euadit iudicium, vt hic, Superexaltat misericordia iudicium. Octauò introducit in cælum, Ecclesia. 16. Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum suum,

Duplex est misericordia.

Quid proderit frater mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? si aut frater aut soror nudi sunt, & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis, illis, Ite in pace, calefacimini, & saturamini: non dederitis autem eis quae necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Sed dicit aliquis, tu fidem habes, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.

Quibus est ne cessaria fides et operibus.

Hic ostendit huiusmodi opera esse necessaria cum fide: Et primò, rationibus. Secundo exemplis, Vis autem scire. Rationibus probat quatuor. Primò, quia fides informis non est homini salutifera. Secundo, quia mortua est in semetipsa, Si autem aut frater aut soror. Tertio, quia meretur irrideri, Sed dicit quis, &c. Quarto, quia cõmunis est dæmoni, Tu credis quoniam vnus est deus, &c. Dicit ergo [Quid potest.] ita sunt necessaria opera misericordiarum, & vitæ [Quid proderit frater mei, ad salutem scilicet.] Si fidẽ quis dicat se habere, opera autem non habeat. conuenientia scilicet ipsi fidei, & loquitur secundum Glossam, de illo qui habet tempus operandi, & negligit: quasi diceret, fides informis non valet ad adeptiõnem beatitudinis, quamuis valere possit ad euitionem damnationis grauioris [Nunquid fides poterit saluare eũ.] q. d. no n. Sed contra, Mat. vltimò, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Item ad Roma. 3. Arbitramur per fidem iustificari sine operibus legis. Responso: Vt dicit Glossa, verbum illud intelligitur in non habebimus tempus operandi: vel de fide formata, quae est in paruulis: hic verò de fide informi [Si aut frater aut soror.] fraternalitate temporali vel maxime spiritali [Nudi sunt.] ecce indigentia vestitus [Et indiget victu quotidiano.] i. quotidie necessario, ecce indigentia victus [Dicat aut.] ex vobis aliquis [Ite in pace.] quo ad hospitium [Calefaciamini.] quo ad vestitum [Et saturamini.] quo ad cibũ [Non dederitis autem quae necessaria sunt corpori.] nec hospitium, nec vestitum, nec victum [Quid proderit.] q. d. nihil. Vnde si aliquis dicit pulchra verba indigenti sine supplemento necessitatis, nihil profunt. Contra Eccle. 18. Nonne ardorem refrigerat ros, sic & verbum melius quã datum? Responso. Non fit comparatio verbi folius ad datum, sed verbi cũ dato ad solum datum. Vel loquitur de ardore vitii, scilicet impatiẽtiã ipsius pauperis, nõ naturẽ, scilicet esurientiã [Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.] Glossa, Sicut sola verba pietatis nudũ & esurientem nõ recreant, si nõ cibus præbeat: ita fides verbo tenus seruata non saluat. Et dicit in semetipsa, quia non est coniuncta principio vitæ. f. charitati. Glossa, Mortua est in semetipsa, id est, cõtra semetipsam, quod enim promittit, opere non implet. 1. Io. 3. Non diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate. ¶ Et nota q̃ sicut mortuum dicitur quod caret sensu & motu: sic qui fidem habet sine operibus, nec sensu viget dilectionis qui est ex charitate, & motu caret bonæ operationis. Dicit autem sine operibus, pluraliter, quia ad fidem sequitur actus interior, qui est credere: & exterior, qui est in bono opere [Sed dicit quis] quasi non solum in se est mortua, sed apud alios irridenda [Sed dicit.] Glossa, irridendo [Quis.] habens fidem & opera [Tu fidem habes.] id est, habere te dicis solam, scilicet sine operibus [Et ego opera habeo.] cum fide [Ostende mihi fidem tuam.] sine operibus, q. d. proba mihi te habere fidem per aliqua certa signa. q. d. Nõ poteris probare cum defint opera, & verba non sint testes sufficientes. Nam vt dicit Augustinus, Fides dicitur eo q̃ fit quod dicitur, & Gregorius dicit, quod probatio dilectionis est exhibitio operis [Et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.] id est, probare possum me fidelem per opera mea.

Fides que dicitur mortua.

Tu credis quoniam vnus est deus: benefacis. Et demones credunt, & contremiscunt. Vis autem scire homo inanis: quoniam fides sine operibus otiosa est: Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare?

Hic ostendit q̃ communis est dæmoni, q. d. non potes probare fidem tuam: sed posito quod habetas, non sufficit [Tu credis quoniam vnus est deus: benefacis.] nam huiusmodi credere est bonum quoddam, sed si ne operibus, imperfectum [Et demones credunt,] scilicet quod vnus est deus, sicut tu, qui tamen non sunt in statu salutis, sed damnationis. Illa tamẽ dæmonum fides non proprie est fides, quia non est habitus infusus, sed est quadam credulitas non voluntaria, sed necessaria, & quasi cõmunibus & tormentis extorta. Vnde non assentiunt primæ veritati propter se, sed magis sentiunt eã: vnde fides in eis est conclusio, non argumentum: nec habent cognitionem articulorum in quantum articuli, sed in quantum quadam entia nobilia [Et contremiscunt,] in hoc peioris conditoris est fides malorum hominum, quoniam nõ timent diuinũ iudicium. Glossa, Qui deum non credunt, vel creditum non timent, dæmonibus crudeliores & proteruiores sunt [Vis autem scire.] hic probat exemplis, primò bonorum, secundò malorum: similiter & Rabi: tertio omnium, Sicut enim corpus. In prima parte ponit, primò Abraham exemplum. Secundo adaptat ad propositũ, Vides ergo quoniam fides. Tertio confirmat per scripturã sacrã testimoniũ, & impleta est scriptura: Quarta concludit propositum iam sufficienter probatum, Vides quoniam. Dicit ergo [Vis autem scire.] certius scilicet per exempla scripturã: [O homo inanis,] i. vacuus à bonis operibus [Quoniam fides sine operibus otiosa est.] quia non sufficit ad salutem. Vel mortua est, quia nõ habet sensum dilectionis, nec motũ bonæ operationis [Abraham pater noster,] secundum carnem & secundum fidem. Eius autem exemplum merito inducit, quia fuit prima via credendi [Nonne ex operibus iustificatus est.] supple amplius, vt dicit Glossa in terlinearis [Offerens,] i. offerre paratus, Gene. 22 [Filiũ suum Isaac super altare.] Hoc autem fuit post fidem susceptam. Vnde Glossa, per fidem quam habebat iustus erat, tamen per opera quae addidit, amplius est iustificatus: quae si non fecisset, meritũ præcedẽtis fidei amisisset. Glossa Bedæ, Magna tentatio cũ filiũ iubebatur occidere: magna fides, cũ etiam de mortuo crederet se semen post suscipere. Magnum opus cũ dilectissimum non dubitaret offerre. ¶ Ecce qualis fuerit eius oblatio, & qualis debet esse nostra, debet enim fieri de re cara & pretiosa. Quod notatur cũ dicitur, filium suum. Malach. 1. Maledictus qui habet in grege suo maculam, & offert debilem deo. Item debet esse de re propria non aliena: quod notatur cũ dicitur, Isaac. Eccle. 3. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui interficat in conspectu patris. Item debet esse cũ cordis alacritate & letitia, quod notatur cũ dicitur, Isaac, qui interpretatur risus. 1. Paralipo. 26. In simplicitate cordis lætus obrulit vniuersa hæc. Quarto cum debito honore & reuerentiã, quod notatur cũ dicitur, Super altare. Psal. Tunc acceptabis sacrificium iustitię, &c. ¶ Sed videtur falsum quod dicit, Nonne ex operibus iustificatus est, quia Ro. 4. probat Apostolus quod Abraham ex fide iustificatus est, non ex operibus, & ibidem dicitur, Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam, ibi glossa Augustini, Non ex operibus iustificatus est, sed ex fide. Responso, Apostolus & Augustinus loquuntur de operibus præcedentibus fidem, scilicet operibus legalibus, vt patet ibidem: ex quibus nullus plene iustificatus est: hic autem loquitur de operibus sequentibus fidem, quae dicuntur iustificare non scdm quod iustificatio dicitur iustitiã infusio, sed secundum quod dicitur iustitiã exercitatio, vel ostensio, vel consummatio. Res enim dicitur fieri quando perficitur vel innouescit.

Qualis sit deus vnus fides.

Fides Christiana est.

Substantia sperandary vry argumenty non apparetur: p orella se creen has cosas son bye naturales, y diuinas que son el objeto material; el objeto formal es por que dios lo vzealo.

Qualis debet esse oblatio nostra ext plo Abraham demõstrat.

Qualis opera iustificans.

Vides igitur, quoniam fides cooperatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est. Et impleta est scriptura dicens, Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Vides quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Similiter autem & Rabi meretricis non ex operibus iustificata est suspiciens nuntios, & per aliam eiciens. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita fides sine operibus mortua est.

Hic adaptat ad propositum [Vides,] per exemplum Abraham [Quoniam fides cooperabatur operibus illius,] id est fides per quam ante iustus erat, duxit eum ad opera [Et ex operibus.] i. sequentibus fidem [Fides consummata est,] id est, augmentata & comprobata & ostensa. Gene. 22. Nunc cognouit quod timeas deum [Et impleta est scriptura.] per hoc scilicet quod filium suum offerebat, & tamen suscitandum crederet [Dicens.] Gene. 15. [Credidit Abraham deo.] i. præcipienti & promittenti difficilia [Et reputatum est illi.] à deo [Ad iustitiam.] scilicet maiorem per ipsum credere [Et amicus dei appellatus est.] ab hominib' illius temporis: vel à deo propter signum dilectionis dei, quod paratus fuit offerre filium suum pro amore eius, non solum passiuè, sicut, iuxta illud, Amice, &c. Marr. 20. Iudas, sed actiuè & passiuè [Vides ergo,] id est, videre potestis auctoritate scripturã [Quoniam ex operibus.] i. sequentibus fidem [Iustificatur homo.] id est magis iustus efficitur, & in iustitia cõseruatur [Et nõ ex fide tantũ.] quãdo scilicet adest facultas operandi: alioquin fides sufficit, vt patet in larrone: cui dictum est propter fidem cordis, & confessionem oris, Hodie mecum eris in paradiso, Luca 22. [Similiter & Raab.] probauit exemplo fidelium, hic probat exemplo infidelium [Similiter & Raab meretricis nonne ex operibus iustificata est.] Glossa, Ne caularẽtur operanti patris se imitari nõ posse, addit exemplum mulieris peccatricis, quae per opera misericordiarum & hospitalitatis soluta est à peccatis, & annumerata generationibus saluatoris, q. d. Et si non potestis sequi Abraham, sequamini meretricem. Sed per quae opera? per opera hospitalitatis & occultationis & instructionis qua via reuertentur: quae omnia erant opera misericordiarum. Vnde sequitur [Suscipiens nuntios] exploratores vrbis Hierico, Iosue secundo [Et alia via eiciens] ne à viris ciuitatis occiderentur. [Eiciens] per fenestram, eos dimittendo, Iosue secundo. Quod autem habuerit fidem antequam sic operaretur, patet ex verbis suis, Noni quod dominus tradiderit vobis terram [Sicut enim corpus sine spiritu] hic probat exemplo omnium. Sicut enim, quasi dicat, verè ex operibus hæ personae sunt iustificatę [Sicut enim corpus humanũ mortuum est sine spiritu.] carens sensu & motu [Ita fides sine operibus mortua est.] Quia à charitate operante, quae est vita eius separata. Hieronymus, Ille verè credit, qui exercet operibus quod credit. Hieronymus, Quid prodest si impiè agis, dum voce inuocans, quem operibus negas? ¶ Nota quod oportet nos habere fidem veram non fictam primò Timor. 1. Charitas est finis præcepti, & cetera. Certam non dubiã, supra 1. cap. Postulet autem in fide, & cetera. Matthæi decimo tertio, Modica fidei, & cetera. Vnam non diuisam, Ephes. quarto, Vnus deus, vna fides. Viuam non mortuam, Abacuch 2. Iustus autem ex fide viuut. Magnam non paruam, Mat. 15. O mulier magna est fides tua, Feruidam nõ tepidam, Mat. 14. Si habueritis

fidem sicut granum. Operosam non otiosam, vt hic, Fides sine operibus otiosa est. Firmam non firmam, Collof. 2, Gaudeo videns ordinem vestrum & firmamentum fidei vestra. Animofam non timidam, Ephe. 6, In omnibus sumentes scutum fidei. Perpetuam non transitoriam, Tobia 2, Filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam deus daturus est illis qui fidem non mutant.

Caput 3.

Nolite plures magistri fieri, fratres mei: scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes.

Suprà instruxit Iacobus quantum ad bonum se habendi in iis quæ spectant ad potentiam: hic informat quantum ad modum se habendi in iis quæ spectant ad scientiam. Ad habendum autem se ordinatè in scientia, requiritur cordis ordinatio & conuersationis. Primò hæc pars diuiditur in tres. In prima informat salutos quantum ad ordinationem cordis: In secunda ad ordinationem sermonis, Si quis in verbo non offendit: In tertia quantum ad ordinationem conuersationis, Si quis sapiens & disciplinatus. Ad informandum nos autem quantum ad ordinem cordis reuocat nos ab indigno appetitu magisterij, ostendens duo pericula huius officij. Primum est ex aggrauatione pœnæ: Secundum est ex multiplicatione offensa, ibi, In multis enim offendimus. Vel secundum aliam diuisionem hic hortatur à malo, quod est in extolentia sui per officium magisterij. Vbi ab ambitione magisterij primò retrahit imperitos: secundo peritos, Quis sapiens. In prima retrahit à deordinatione cordis: secundo oris, ibi, Si quis in verbo non offendit, &c. Dicit ergo [Nolite]. Glossa, Sicut monui vos ad bona opera facienda, sic moneo ad vitanda stulta magisteria. Huius autem exhortationis necessitatem ostendit Beda in glossa, Multi fuerunt temporibus Apostolorum, qui descendentes de Iudæa Antiochiam, non bene instructi in lege fidei, docebant credentes ex genibus debere circumcidi, & alios errores inducebant: hos igitur ab officio verbi remouet ne impediant veros prædicatores. Vnde beatus Iacobus magis prohibet in sufficientiam quæ frequenter oritur ex pluralitate, quàm pluralitatè, vnde [Nolite plures magistri fieri: plures,] id est, diuisi, quia in eo quod vera dicunt, omnes magistri vnus magister sunt, quia officium vnus magistri cælestis peragunt. Mat. 23, Vnus est magister vester: Vel hic dicit quòd magisterium ex necessitate est suscipiendum, non ambitiosa voluntate appetendum. Vel plures magistri dicuntur, ratione inordinatæ intentionis, quia quærunct temporalia, de animabus non curant. Vel plures sunt, qui aliud docent, aliud faciunt. Vel nolite plures magistri fieri, id est, idiotæ & stulti. Glossa, Nisi tantum discreti & in scripturis docti. Vel plures magistri, id est, plurium ecclesiarum rectores, vnde Glossa, In pluribus ecclesijs [Fratres mei.] quibus bona cupio [Scientes quoniam maius iudicium sumitis.] scilicet damnationis. Glossa, Qui indoctus officium docendi usurpat, & Christum non sincere nuntiat, maiorem damnationem meretur quam si solus in suo scelere periret. Contra verò, qui bene docet, maiorem gloriam acquirit, Sapietia 6, Iudicium iis qui præfunt fiet. Et verè periculosum est hoc, quia [In multis enim offendimus omnes.] multo fortius qui alii præfunt. Glossa, Omnes, non tantum nos minus eruditi, sed etiam nos maiores. Glossa, se illis connumerat, vt liberius arguat. Aliter tamen offendit iustus, aliter iniustus, vt tangit glossa. Nam iustus venialiter, carnis fragilitate, & cito refurgit. Iniustus mortaliter. a nima malignitate, nec per penitentiam refurgit. ¶ Sed obiicit de hoc quod dicit, Nolite plures magistri fieri, secundum hoc videtur quod magistri veritatis non sunt multiplicandi, maximè in eadem ecclesia, vt tangit Glossa, Responso. Ad hoc respondet glossa, Nolite plures magistri fieri, nisi discreti & in scripturis docti. Non ergo prohibet quantitatem sed qualitatem, quam tamen nomine quantitatis significat, quia frequenter eam consequitur.

Dissimiliter peccat iustus & iniustus.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Potest autem freno circumducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus, ad consentiendum nobis, omne corpus illorum circumferimus: & ecce naues cum magna sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit: ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat.

Hic instruit eos quantum ad ordinationem sermonis. Et primò ostendit commodum coheritionis linguæ: Secundò damna laxationis. Ecce quantus ignis: Tertio difficultas repressiois, Omnis enim natura. In prima parte primò comoditas moderaminis linguæ proponitur: Secundò probatur, Potest enim freno: Tertio probatio declaratur per exempla equorum & nauium. Si autem equis frena, vbi primò ponit illa exempla, postea adaptat illa ad propositum, ita & lingua. Dicit ergo [Si quis, &c.] q. d. verè in multis offendimus [Si quis in verbo non offendit.] q. d. rarus est. Glossa, Vult ostendere inuitabilem verbi offensionem, vt imperitos deterreat ne cupiant prælationem: quia qui cupit præesse, oportet aliis perfectiorè esse, ne offendat dum debet prodesse [Hic perfectus est.] Glossa, non aliis. ¶ Ex hoc videtur, quod nullus perfectus sit, quia Eccle. 19, Quis est qui non offendit in lingua? Responso, Loquitur de offensa in verbo doctrinæ, à qua potest homo cauere bene. Vel secundum glossam loquitur non de offensa in verbis omnibus, sed de offensa grauiori in verbis dolosis, aut detractoris, aut mendacibus [Potest enim freno.] hic probat, quòd perfectus est vir, qui non offendit verbo. Ratio talis est, qui potest corpus suum circumducere ad voluntatem suam ad opus bonum, hic perfectus est: sed qui potest moderare linguam suam, potest ad libitum corpus suum circumducere ad opus bonum: ergo, & cetera. Prima per se nota est: media ostenditur duplici similitudine. Prima à freno sumitur, quo circumducitur equus iuxta voluntatem fessoris. Secunda à gubernaculo, quo regitur nauis secundum placitum gubernantis. Dicit ergo [Potest enim.] quòd qui non offendit in lingua, hic perfectus est vir [Potest enim freno,] id est, moderamine, vel temperantia linguæ [Circumducere,] id est, ad voluntatem suam quando vult ducere [Totum corpus,] id est, omnia membra sui corporis, vt vult Glossa, quia lingua inter cetera minus potest refrenari. Ideo dicitur Ecclesiasti. 28, Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos: & attende ne forte labaris in lingua tua [Si autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis,] id est, vt consentiant nobis volentibus circumducere eos [Et omne,] id est, totum [Corpus illorum circumferimus,] id est, ad voluntatem nostram circumducimus. Glossa, Subaudi multò magis in ora nostra debemus mittere, vnde sicut dicit alia Glossa, Similitudo de equis ad linguam

conuenientiâ & facultatè refrenandæ linguæ ostendit. Postea ponit aliam similitudinem [Ecce naues cum magnæ sint.] & ideo maiori impetu feruntur, [Et à ventis valentibus.] id est fortibus, vel validis [Minerur.] id est, ducantur quadam violentia, sicut qui minantur [Circumferuntur tamen à modico gubernaculo] vbi impetus dirigentis voluerit. [i. voluntas gubernantis: quæ bene dicitur impetus, quia nõ semper per deliberationem operatur, scilicet quando naues impetu ventorum agitantur] Ita & lingua modicum quidem membrum est. [In quantitate, sed magnum in virtute [Et magna,] id est, mentes hominum magnas [Exaltat,] id est, exaltari facit in magnis præmijs, si custodiatur. Vel etiam in magnis pœnis, si non custodiatur. Mat. 15, Ex verbis tuis condemnaberis. Vel magna exaltat, se iactando, & alijs adulando. ¶ Et nota, quòd sicut dicit Glossa, Magnæ naues in mari, mentes hominum in mundo: vnde Psalm. Hoc mare magnum, & spatiosum manibus. Venti à quibus minantur, sunt appetitus mentium. Isti autem venti in mari huius mundi sunt quatuor, à quatuor partibus flantes, & ferè totum mundum subuertentes: de quibus dicitur Danielis septimo, quod quatuor venti pugnant in magno mari. Primus est tentatio præsumptionis: iste flat ab Oriente, id est, nimia confidentia diuinæ misericordiae, vel nimia operum suorum præsumptione. Secundus ventus est tentatio desperationis, & iste flat ab Occidente, id est, à diffidentia diuinæ misericordiae, & cõsideratione iniquitatis propriæ. Tertius est tentatio mundanæ prosperitatis: qui flat à Meridie. i. à prosperitatis cõsideratione. Quartus verò est tentatio sine timor aduersitatis & miseræ, & iste flat ab Aquilone, ex cõsideratione asperitatis penitentiae. Gubernaculum verò in isto mari, est cordis intentio, sicut dicit Glossa, Qui ergo habet peruersam intentionem est sicut sopitus gubernator in medio mari amisso clauo.

Quatuor venti in mundo afflant.

Et quantus ignis quam magnam sylvam incendit? Et lingua nostra ignis est vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris vestris, quæ maculat totum corpus, & inflammât rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehenna.

Suprà posuit commodum coheritionis linguæ, hic ponit damna quæ proueniunt ex eius laxatione. Vnum est, in quantum bonum consumitur: vnde comparatur igni. Aliud in quantum mala committit, vnde dicitur vniuersitas iniquitatis. Primò ergo ponit ista duo damna in generali: Secundò in speciali, ibi, Lingua constituitur in membris nostris, &c. Dicit ergo [Ecce quantus ignis.] Ita lingua modicum membrum est, & magna exaltat [Et.] ecce, id est in euidenti est [Quantus ignis,] id est, quàm paruus ignis [Quam magnam sylvam incendit,] quàm id est, valde magnam, Ecclesia. 11, A scintilla vna augetur ignis. Glossa, Sic lingua incontinens magnam materiam operum perire facit [Et lingua ignis est,] id est, inflammata sicut ignis. Dicitur autem ignis propter sui mobilitatem, siue velocitatem, quia vtrūque maximè mobile est, vel propter ardorem loquendi: & alios inflammandi. Eccl. 20, Apertio oris illius inflammando est [Vniuersitas iniquitatis ipsa est,] quia sicut dicit Glossa, Ferè per ipsam omnia facinora aut concinnantur, vt latrocinia & stupra: aut patrantur, vt periuria & falsa testimonia: aut defenduntur, vt cum quilibet impius excusat malum quod cõmisit, simulat bonum quod non fecit. Vel dicitur vniuersitas iniquitatis, quia per linguam peccat homo cõtra deum, blasphemando, & periurando: contra proximum, detrahendo, conuiciando: contra seipsum, iactando: & sic euacuat omnia bona [Lingua cõstituitur.] hic ponuntur damna in speciali, vnde dicit [Lingua constituitur in membris nostris,] id est inter membra nostra [Quæ maculat totum corpus,] id est, totam congeriem bonorum operum, quasi quorundam membrorum, & hoc quo ad opera iam facta. Sic accipitur corpus. Luca 11, Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. [Et inflammât rotam natiuitatis nostræ,] id est, cursum vite huius instabilem, vnde rota forrumpit, dicitur: & hoc quo ad opera fienda. Glossa, Inflammatur hæc rota natiuitatis nostræ igne linguæ, cum vitium natiuitatis perturbationis ineptris & noxijs sermonibus accumulatur [Inflammata,] scilicet lingua [A gehenna.] id est, à suggestione diaboli, qui secundum Glossam, merito gehennæ comparatur, quia sicut gehenna semper ardet, ita diabolus vbicunq; sit, siue in aere, siue sub terra, secum fert tormenta suarum flammarum. Hic primò inuidendo malum suggerit, deinde per linguam aperit, & postea per cetera membra ad effectum perducit, sicut dicit Glossa.

Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpentium & ceterorum domantur & domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest.

Hic est alia pars in qua ostenditur difficultas repressiois linguæ, & primò notatur difficultas: secundò, difficultatis causa. Inquietum enim malum est. Hæc autem difficultas ostenditur ex comparatione ad alia animalia difficile domabilia, vnde dicit [Omnis enim natura.] Ita hæc prædicta mala proueniunt ex lingua: & certè non est mirum, quia est difficilis ad domandum [Omnis enim natura bestiarum,] id est, animalium ferocium [Quadrupedum,] vt leonum & eiusmodi [Et volucrum,] vt aquilarum [Et serpentium,] quales sunt qui repit in terra [Et ceterorum animalium,] syluestrium [Domatur,] Glossa, quotidie. Vel domatur, id est, domabilis & domita est. Glossa, iam antea [A natura humana,] id est, ab homine. ¶ Sed quomodo est hoc verum cum multa videantur indomita? Responso potest dici quòd loquitur pro statu primæ innocentie. Vel, Omnis natura bestiarum, id est, aliqua de omni scilicet de bestiis, volucribus, serpentibus, & cetera. Nam vt dicit Glossa, narrat Plinius humanissimam aspidem in Aegypto à patrefamilias domitam, & quoti die de camera sua egressam, vt à mensa eius annonam accipere solitam, Narrat etiam Marcellinus Tygridè mansuetam factam ab India, Athanasio principi missam. Vel vt vult Glossa, hæc verba possunt intelligi metaphoricè. Quidam enim sunt bestie, id est, bestiales sensu & opere, vt prædones & homicidæ. Quidam volucres inestabilitate. Quidam verò serpentes astutia nocendi, & isti possunt facilius conuerti quàm lingua à malo refrenari, vnde sequitur [Linguam autem nullus hominum domare potest,] id est, regere quin labatur aliquo modo. Glossa, Nullus est qui aliquando in lingua non delinquit. Sed contra: Psalm. Dixi custodiam vias meas vt non delinquam in lingua mea Responso, Potest seruari à delicto graui, sicut doli, detractionis, iactantia, sed non à leui semper: imò, omnes offendit vel superflue, vel otiosè loquedo. Glossa, Nullus doctorum potest domare linguam verboforum subditorum: Est enim.

Inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus deum & patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad imaginem & similitudinem dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. N unquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amarum aquam? Nunquid potest fratres mei, ficus duas fa-

vere aut vitis, ficus: sic neque falsa, dulcem potest facere aquam.

Hic ostenditur causa difficultatis repressiois linguarum: & ponitur duplex. Prima sumpta est ab inquietudine: Secunda ab infectione, ibi, Plena veneno. Tertio hoc probat, ibi, In ipsa benedicimus deum, ubi primo probat, secundo improbat, Non oportet: tertio exemplis confirmat, Nunquid fons. Primo, exemplo fontis: secundum, exemplo arboris, Nunquid potest fratres, &c. tertio, exemplo aquarum, Sic neque, &c. quasi dicat, ita non potest domari vel reprimi, quia [Inquietum malum est.] quia est membrum labile & lubricum, quia consistit in humido, unde non ita cito fatigatur sicut aliud membrum. Inquietum dicitur, quia cito transit de malo ad malum, ut ad concitium ad scurrilia, ab illis ad detractiones: vel quia cito transit de vno in aliud, & multos facit malos, vel eos offendendo, vel exemplo corumpendo [Plena veneno mortifero.] Glossa, More veneni serpit de vno in alium transcendo. Et dicit mortifero, ferente mortem, non corporis tantum, sed animae: ut pater in detractore, qui vno ictu tres interficit. scilicet se loquentem, & libenter audientem, & eum de quo loquitur impatienter sustinentem. Et verè plena veneno, quia ex ipsa procedit benedictio & maledictio, unde [In ipsa benedicimus deum patrem.] id est, totam trinitatem: quia deus est, per potentiam creationis: pater per gratiam adoptionis. Vel deum. i. filium cui appropriatur sapientia. Deus enim dicitur à theon quod est videns [Et patrem.] cui appropriatur potentia. Benedicimus inquam, gratias agendo & laudando [Et in ipsa maledicimus.] aperte conuiciando, vel occultè detrahendo homines, qui ad similitudinem dei facti sunt. Glossa, Rationales ut ipse est, vel sicut ipse principaliter praestit omnibus, ita & homines ceteris creaturis, unde similitudo ibi accipitur largè, pro omni conformitate ad deum siue naturali, siue gratuita. Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Dicitur autem factus ad similitudinem & ex parte animae secundum tres potentias imaginis, & ex parte corporis secundum creationem eius ad caelestia, & ex parte coniuncti secundum representationem totius exemplaris quo ad corporalia & spiritalia [Ex ipso ore.] primo ex ore cordis, postmodum ex ore corporis procedit maledictio in hominem: & benedictio in deum qui est creator hominis: quae sunt res valde contrariae. Et dicit [Procedit.] ad exemplum aliorum, quia ut dicit Glossa, alij videntes quod agimus exemplo nostro inducuntur, ut similitudinem faciant [Non oportet fratres mei haec ita fieri.] Glossa, non est vtile, scilicet benedictionem & maledictionem, procedere ex eodem ore, & hoc patet per exemplum [Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amarum aquam.] quasi dicat, non. Similiter nec aliquis debet dissoluere linguam in amaritudinem maledictionis, & dulcedinem benedictionis. Sicut enim tangit Glossa, Si mices simul dulcè & amarà aquam, commixtione amare, dulcis in amarum conuertitur, non amara in dulcem. Si quaratur, quae est ratio, quare potius dulcis in amarum quam amara in dulcem vertatur. Responso, Dulce medium est in saporibus: quod patet ex hoc, quod sensus in mediis delectatur, amarum verò est extremum: quod patet ex hoc, quod sensus in extremis: facile verò disceditur à medio, sed non facile acceditur. Idem probat exemplo arboris [Nunquid potest fratres mei ficus vvas facere, aut vitis ficus?] q. d. non. nam ut dicit Glossa, sicut arbor amissa naturali fructu, fructum alterius arboris ferre non potest: sic maledictus, & si bene loqui videatur, fructum benedictionis non habet [Sic.] id est, sicut fons & arbor [Neque falsa.] aqua scilicet [Dulcem potest facere aquam,] in mediis scilicet. Postest tamen de aqua falsa fieri dulcis per translocationem factam in vase terreo misso in mare, ut docet Philosophus. Sic etiam de mari exeunt flumina dulcia per translocationem terrae. Nota linguam malà multiplicem, scilicet tertiam detractorem. Eccles. 28. Lingua tertia multos commouet, & disperdit illos de gente in gentem. Falsam adulatorum, Eccles. 20. Qui edunt panem illius, falsa lingua sunt. Magniloquam superbiorum, Psal. Disperdat dominus vniuersa labia dolosa. Vipeream haereticorum, Iob 20. Occidet eum lingua viperæ, blasphemam maledictorum, Iob 10. Imitaris linguam blasphemam, & condemnabit te os tuum. Dololam hypocritarum, Psal. 119. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, &c. Coinquinatà luxuriosorum, Eccles. 10. Liberasti me à lingua coinquinata. Iniquam aduocatorum. Prouer. 17. Malus obedit linguarum iniqua, & fallax obtemperat labiis mendacibus.

Cum commixtio ne amari cum dulci sit amarum & non dulce.

Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. Quod si zelus amarus habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Suprà instruxit Iacobus salutaros, quantum ad ordinationem cordis & sermonis, hic instruit eos quantum ad ordinationem conuersationis: ubi primo monet eos facto potius quam verbo ostendere sapientiam suam. Secundo, ostendit quod aliter non veram, sed falsam habent sapientiam, Quod si zelum amarum. Tertio, describit sapientiam falsam, Non est enim ista sapientia. Quarto, e contra describit sapientiam veram, Quae autem desursum est, & primo, à merito praesentis: secundum à premio futuro, Fructus autem iustitiae. Dicit ergo [Quis sapiens.] Glossa, Non debetis cito effici doctores, quia quis est ex vobis sapiens? Glossa, cognitione [Est enim] sapientia rerum humanarum atque diuinarum cognitio, ut dicit Augustinus [Et disciplinatus.] exercitio vitae, ut dicit Glossa. Nam ut ait Augustinus, Disciplina est ordinata morum correctio. Hoc petit Psal. 118. Bonitatem & sapientiam & disciplinam doce me. Quis, quasi dicat, rarus [Ostendat ex bona conuersatione sua.] scilicet exteriori. Glossa, Prius dicat bene operari, quam alios instruere, ut bene conuersatio in ter vos, exemplum aliorum possit esse, Actuum 1. Caepit Iesus facere & docere. Bernardus, Efficacior est vox operis quam sermonis: nec sufficit doctore fieri, sed etiam ostendere. Mat. 5. Sic luceat lux vestra, &c. prima Petri 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, & hoc [In mansuetudine sapientiae.] id est sine indignatione irae, ne propter suam sapientiam & bonam operationem despiciat alios, ut dicit Glossa. Debet enim sic ostendere exempla perfectionis, ne propter hoc indignetur contra imperfectos, & despiciat eos [Sapientiae.] id est sapientiae, vel discretio: vel quam sapientia facit [Quod si zelum amarum.] indignationis, respectu aliorum, de malis indignatio dicitur zelus, quantum ad animi commotionem: amarum, quo ad annexam perturbacionis anxietatem [Et contentiones.] dissensiones de bonis. Et dicit contentiones pluraliter, quia frequenter difficile est contendere: sed contentionibus deseruire, & eas frequentare, hoc rursus, 1. Corinthiorum 11. Si quis videtur inter vos contentiosus esse [Sunt in cordibus vestris:] quantum non proumpant in verba, ut dicit Glossa [Nolite gloriari de sapientia.] superbiendo, aut ex huiusmodi sapientia gloriam

Psalm. 118.

gloriam aeternam sperando. [Et mendaces esse,] disciplinam quam non habetis simulando: quia ut ait Gregorius, Vera iustitia compassionem habet, falsa indignationem. [Aduersus veritatem,] id est Christum, qui est veritas. Glossa, Nolite mentiri deo, cui in baptismo promissis pompis diaboli abrenuntiare: quod non facitis cum de bonis operibus superbitis. Aliter exponitur in Glossa, quo ad principium, sic, Quod si zelum habetis. quo ad deum, ut faciat bona opera & ei placeatis: Amarum, quo ad proximum, verbis indignanti bus ipsum exasperando & despiciendo: & contentiones, id est feruores contendendi, sunt in cordibus vestris, & si in verba non prorumpitis. Nolite gloriari, ut prius. Nota quod quadruplex est zelus, primo ignarus. Rom. 10. Secundum aliam literam, legem habent: sed non secundum scientiam. Item amarus, Iacobi 3. Quod si zelum amarum, &c. & 1. ad Corinth. 3. Malignus. Sap. 1. Nolite zelare mortem in errorem vitae. v. c. Item bonus. Psal. Zelus domus tuae comedit me.

Non est enim ista sapientia desursum descendens à patre luminum: sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum.

Hic describit sapientiam falsam, cui merito in tali non est gloriandum. Non est enim ista sapientia, qua scilicet cum indignatione ad alios & contentione. Glossa, Inflata & indignans. [Desursum descendens,] id est non à deo, à quo est omne bonum: supra 1. Omne datum optimum: sed potius deorsum ascendens. Contra Ecclesiast. 1. Omnis sapientia à domino deo est. Responso, Sapientia est à deo, sed malus usus non est à deo: sicut Rom. 7. Prudentia carnis, mors est. Vel potest dici, quod ipsa sapientia de qua loquitur hic, non est sapientia secundum existentiam, sed secundum apparentiam. Nam de vera sapientia dicitur, quod non habet amaritudinem: conuersatio illius, nec tedium conuictus illius: sed gaudium & laetitiam. [Sed terrena,] id est terrena gloria cupida. [Animalis,] quarens voluptuosa & carnalia, in quibus delectatur sensus, more animalium: non spiritalia, in quibus gaudet spiritus. [Et diabolica,] quarens dignitates suas, suggerit diabolus. Vel terrena, propter concupiscentiam oculorum. Animalis, propter concupiscentiam carnis. Diabolica, propter superbia vitae. 1. Io. 1. Omne quod est in mundo, &c. Vel terrena, propter diuitias. Animalis, propter delicias diabolica, propter honores. Et verè, non est à deo. [Vbi enim est zelus,] id est indignatio animi, [Et contentio,] i. dissensio in verbis, quae frequenter sequitur ex indignatione, [Ibi inconstantia,] i. instabilitas in bono. Nec mirum, quia non habet firmiter humilitatis fundamentum: & omne opus exterius & interius prauum in malo, quia ex mala arbore non potest procedere nisi malus fructus, Matth. 7. Vel sic, Vbi est zelus, i. inuidia & contentio in verbis, est inconstantia, i. progressus in peccatis: quia talis non stat in vno malo, sed à malo cordis procedit ad malum oris, & ab illo ad peccatum operis.

Vfus malus sapientiae non est à deo.

Quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione. Fructus autem iustitiae, in pace seminatur, facientibus pacem.

Hic distinguit veram sapientiam à merito: & primo à merito quod consistit in cōparatione boni: secundum ab eo quod consistit in declinatione mali, Non iudicans. A merito in operatione boni dupliciter: primo ab eo quod facit homo per se: secundum ab eo quod facit homo excitatus aliunde, Suadibilis. Bonum quod facit homo per se, vel pertinet ad ordinationem concupiscentibus, sic dicitur pudica: vel irascibilis, sic pacifica: vel rationalis, sic modesta. Bonum autem quod facit homo aliunde excitatus, vel facit excitatus alterius verbo, Suadibilis: vel alterius exemplo, Bonis consentiens: vel alterius incommodo, Plena misericordia. Non iudicans. Hic tangitur meritum sapientiae in mali declinatione: primo in declinatione, Non iudicans. Secundo ne fallat, sine simulatione. Dicit ergo, [Quae autem desursum est sapientia,] id est, à deo. Ecclesiast. 1. Fons sapientiae, verbum dei in excelsis. [Primum quidem pudica est,] id est, casta in se. Hic est primus color in pictura sapientiae, quae reformata imaginem dei in anima per peccatum deformata, scilicet candor pudicitiae. Glossa, Nisi primo pudicitia sedeat in mente, nulla perfectio sequitur in opere. Deinde [Pacifica] ad proximum, Glossa, Per relationem se à deo vel à proximorum societate non distinguit. Pacifica, hominem pacificans cum deo, hominem cum homine, & in eodem homine spiritum cum carne, ut carnem sibi subiiciat. [Modesta] in operibus suis modum tenens. Modus est, stare in medio, nec modum excedens, nec infra subsistens, nec parum, nec nimis. Versus, Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum. [Suadibilis,] ab aliis in corrigendis defectibus suis. Glossa, Si in aliquo minus agit propter negligentiam vel ignorantiam, suasioni bonorum assensum praebet: cui ergo suaderi non potest, ut in aliquo se errasse recognoscat, sapientia caret. [Bonis consentiens,] amando & promouendo aliorum bona, & etiam imitando. Glossa, Quae bonis placent, sibi non displicent. [Plena misericordia,] reuelando aliorum mala poenae. [Et fructibus bonis,] id est bonis operibus. Misericordia, quantum ad effectum per compassionem: fructus boni, quantum ad effectum per bonam operationem. Vnde Glossa, Fructibus bonis, id est misericordiae operibus, ieiuniis, elemosinis, vigiliis, orationibus. [Non iudicans,] quo ad intentionem aliorum, iudicio, scilicet suspitionis, vel condemnationis. Matthaei 6. Nolite iudicare, & non indicabimini. [Sine simulatione,] quo ad intentionem propriam. Glossa, Non postulat videri doctior, vel sanctior quam est, ne lateat proximum ad commendationem sui quod contentiosa sapientia facit. Scit enim quod simulatores & callidi prouocant iram dei, Iob 36. & quod, ut ait Augustinus, simulata aequitas non est aequalitas, sed duplex iniquitas. Possunt autem haec octo conditiones sapientiae reduci ad octo beatitudines, Matthaei quinto. Ipsa quidem sapientia, pudica est, per munditiam cordis: pacifica, per pacificationem: Modesta, per paupertatem: suadibilis, per mititatem: bonis consentiens, per esuriam iustitiae: plena misericordia, per misericordiae amorem: non iudicans, sed compatiens, per iustum: sine simulatione, per tolerantiam persecutionum. [Fructus autem iustitiae.] Hic eam describit à premio: quasi sic dicat Glossa, Non solum propter praedicta debetis huiusmodi sapientiam appetere, sed ideo, quia fructus, id est merces iustitiae, quae pro iustis operibus redditur. Et dicit, iustitiae, quia ipsa est vera sapientia. Iob vigesimo octavo, Ecce timor domini ipse est sapientia. [In pace,] id est, in spe pacis aeternae: [Seminatur,] ad habendum praeparatur: seminatur, inquam, [Facientibus] ad utilitatem facientium [Pacem.] Glossa,

Hor. Sat. 1.

Octo conditiones sapientiae.

Opera pacis. Esaiā 32. Erit opus iustitiā pax. i. Corinth. 9. Quae seminauerit homo, haec & metet.

Cap. 4.

Vnde bella & lites in vobis. Nonne ex concupiscentiis vestris quae militant in membris vestris? Supra informauit Iacobus quantum ad modum se habendi in iis quae pertinent ad potentiam & scientiam, hic informat quantum ad modum se habendi in iis quae pertinent ad diuitias, vt sic reuocet à cupiditate. Et quia contra diuitias homo deordinatur dupliciter. Primò per concupiscentiā in appetendo, per auaritiā in retinendo: ideo primò instruit contra concupiscentiam acquirendi. Secundò contra auaritiā retinendi, 5. cap. Agite nunc diuites. Vel sic, Supra 2. cap. Dehortatus est à malo, quod est in contemptum proximi, supra tertio. A malo quod est in extollentia sui per appetitum magisterii, hic dehortatur eos à malo quod est in concupiscentia mundi, & hoc tribus modis. Primò ostendendo mala mundanae concupiscentiae. Secundò exhortando ad statum penitentiae, Subditi estote deo. Tertio declarando incertitudinem humanae vitae. Ecce qui non dicitis. In prima parte mala quae sequuntur mundi concupiscentiam ostendit: & primò, mala respectu proximi. Secundò mala respectu dei, Adulteri nescitis. Malorum respectu proximi primò causam inquirat. Secundò mala multa exponit, Concupiscitis &c. Tertio damnnum consequens ostendit: Petitis & non accipitis. Dicit ergo, [Vnde bella.] Glossa. q. d. hoc ex sapientia habetur, pax hic & in futuro: sed e contra in vobis, vnde bella, id est, impugnationes in factis, [Et lites,] id est, impugnationes in verbis, [In vobis,] id est, inter vos. [Nonne ex concupiscentiis vestris] interioribus. Glossa, quod mens praua suggerit, manus & lingua intemperanter obediunt, cum tamen scriptum sit Eccles. 18. Post concupiscentias tuas, non eas. Et concupiscentias dicit pluraliter, quia plures sunt. Quia ergo malè concupiscitis diuitias, ideo lites, & bella sunt in vobis. [Quae,] inquam, concupiscentiae. [Militant,] id est, pugnant & dominantur: sicut ille qui militat, dominatur equo suo. [In membris vestris] quia concupiscentia dominatur membris, & eius imperio membra mouentur ad diuitias adipiscendas, & concupiscentias exequendas: & hoc in factis exterioribus.

Homo per diuitias dupliciter deordinatur.

Concupiscitis, & non habetis occiditis & zelatis, & non potestis adipisci: litigatis & belligeratis, & non habetis, propter quod non postulatis: petitis & non accipitis, quod male petitis, vt in concupiscentiis vestris infumatis.

Posita radice mala determinat ramos eius. Primus est rei alienae desiderium, [Concupiscitis.] Secundò, per sona possidentis odium, Occiditis. Tertio, vtriusque effectum, Litigatis. Dicit ergo, [Concupiscitis.] i. ex concupiscentia desideratis, [Et non habetis,] scilicet quod concupiscitis: imò diuitiarum quandoque fugiunt appetentes eas, sicut umbra fugit sequentem eam, Eccles. 11. Si secutus fueris: non apprehendes. [Occiditis.] ecce odium exterius: & hoc, vt dicit glossa, vt habeatis. Et si nò audetis occidere, [Zelatis.] i. inuidetis, ecce odium interius. nam inuidia est odiū felicitatis alienae. Glossa, Qui cupit praeferi vel temporalibus abundare, odit, id est, inuidet, occidit. Ex hoc enim quod aliquis appetit propriam excellentiam, videns in alio bonum, per quod existimat suam excellentiam impediri, vel diminui, inuidet ei: & cum non potest illud destruire, persequitur personam. [Et non potestis adipisci] illa pro quibus occiditis, zelatis, & [Et litigatis] coram iudice, volendo obtinere per caluniam: pallio iustitiae. [Et belligeratis] volendo obtinere per violentiam in iuria manifesta. [Et non habetis] propter hoc scilicet, [Quod non postulatis] à deo dignè. Glossa, Si eum pia intentione postularetis, & temporalia necessaria ad vsum non solum daret, sed & sempiterna. Et quia possent dicere, imò quod petimus. Respondet, [Petitis] aliquando, Et tamen [Non accipitis] quod petitis, [Eo quod male petitis,] petentes omnino transitoria, & non spiritualia. Contra quod Matth. 6. Primò querite regnum dei. Vel sic, Eo quod male petatis, id est, ex malo amore, scilicet ex amore quo temporalia deo praepositis. Vnde glossa, Magis illa quam deum amatis. [Vt in concupiscentiis vestris infumatis,] id est consummatis vos ipsos scilicet: tanto enim desiderio petitis, vt ipso desiderio consumamini. vnde alia litera vt infumamini, vel infumatis ea, scilicet quae petitis in concupiscentiis vestris, saturandis scilicet, & explendis. Quasi dicat, male petitis, quia petitis superflua, non necessaria: nocua, non vtilia. Vel vt in concupiscentiis vestris infumatis, id est, non sumatis propter hoc quod male cupitis. Sed queritur de hoc quod dicit, Petitis, & non accipitis, contra Matth. 7. Petite & accipietis. Responso: Verum est hoc, si assunt conditiones quae faciunt orationem efficacem, scilicet per se, piè & perseueranter, & ad salutem.

Quid inuidia.

Conditiones efficacis orationis.

Adulteri nescitis, quia amicitia huius mundi, inimica est deo. Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi, huius inimicus dei constituitur. An putatis quia inaniter scriptura dicit, ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis: maiorem autem dat gratiam propter quod dicit, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Hic ponit mala mundanae concupiscentiae respectu dei. Primò quia facit inimicum dei. Secundò quia est contra scripturam, & contra spiritum dei, An putatis, Tertio quia impedit gratiam dei: propter quod dicit, Deus superbis resistit. Dicit ergo, [Adulteri,] qui relicta gratia dei tanquam sponsa, fornicamini cum mundi concupiscentia. Est enim gratia dei sponsa multorum, secundum illud Sap. 8. Proposui illi sponsam mihi asumere. Vel, Adulteri, si non quartètes fructum prolis spiritualis, sed voluptatè in diuitiis & delitiis relicto spòso, i. Christo, [Nescitis.] i. hoc ignorare nò debitis. [Quia amicitia huius mundi,] quia, sicut amatur hic mūdus, mūdus verò hic videtur intelligi, vanitas mūdi, non substantia mundi: sicut 1. Ioan. 2. Nolite diligere mundū [Inimica est deo,] quia est contraria charitati. August. Venenū charitatis est, spes adipiscendi vel retinēdis temporalia. [Ergo,] quia ita est. [Quicumque,] nullo excepto, [Voluerit amicus esse] aeternū. i. amator, [Huius seculi.] Seculum hic sonat in vitiū, nò in naturā, secundum illud Luc. 12. Filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Vel amicus huius seculi, diligendo supra deum ea quae sunt huius seculi. [Inimicus dei constituitur.] i. firmiter, & aeternaliter statuitur, eo. spòso, quod temporalia praeposit deo. In hoc autem quod dicit, Voluerit, notatur libertas arbitrii. In hoc etiam notatur, quod non solum qui est amicus, sed etiam qui vult esse amicus huius seculi, quanuis non possit esse inimicus dei. [An putatis.] quasi dicat, Putare non debitis quod [Inaniter,] id est, falsè & sine ratione, quod esse non potest, cum sit scriptura veritatis. [Scriptura] sacra, quae, scilicet, antonomastice scriptura dicitur. [Dicat,] id est, loquatur de hac materia, suadendo separationem ab amore mundi. Deuteronomi 4, Non inibis fœdus cum

cis, scilicet cum alienis, eius amatoribus mundi. Et Rom. 12. Nolite conformari huic saeculo. Vel potest con strui cum sequentibus, An putatis quod inaniter scriptura dicit, hanc, scilicet sententiam quae sequitur. [Ad inuidiam, & cetera.] Quasi dicat, Verè inimicus est, non spiritus diuinus non facit concupiscentiā, sed per gratiā spiritus vitæ: mundanus e contrario. tamen verbum istud multipliciter exponitur. Vno modo, de spiritu sancto: Alio modo, de spiritu humano. De spiritu sancto potest legi primo modo interrogatiue, sic, Spiritus sanctus qui habitat in vobis per gratiam baptismi, [Concupiscit] ne ad inuidiam, id est, vt inuideatis aliis super eorum temporali felicitate. Quasi dicat, Non, [Autem,] pro sed, [Maiorem dat gratiam,] id est, maiora dona gratuita, quam sint eiusmodi temporalia, ex quibus nascitur inuidia. Secundo modo rederare facit ad inuidiam. i. contra inuidiam. vt tollatur inuidia, nec solū hoc facit, Autē, sed vt ipsa tollatur, Maiorem dat gratiam. i. augmentum gratiae. Secundo modo de inuidia mala, sic, Spiritus. i. concupiscit, id est concupiscere facit ad inuidiam, scilicet mundi, hoc est, vt mundo inuideatis, & ipsū odio habeatis. Aliās intelligatur & exponatur de spiritu humano, sic, Spiritus, hominis scilicet, id est affectus hominis corruptus concupiscit res aliorum ad inuidiam, id est propter inuidiam, quae inuidet bonis aliorum, reputans se illis inferiorem. Iob 5. Paruulum occidit inuidia. Autem, pro sed, maiorem gratiam, id est augmentum gratiae contra huiusmodi concupiscentiam dat, scilicet deus, cuius solius est dare gratiam, nec additur suppositum, quia intelligitur in actu verbi, cum sit excepte actionis, vt fulgurat, tonat, & huiusmodi. Prima lectura magis conuenit literae: propter quod Glossa, vt sciatur quibus dat gratiam, & quibus non. [Dicit scriptura] vel spiritus in ea. Proverbio. 3. Secundum aliam literam, vbi nos habemus. Illufores ipse deludet & mansuetus dabit gratiam. Vel potest dici quod sumitur de illo loco. Proverb. 15. Superbum sequetur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. [Deus superbis resistit.] Glossa. Deus superbis specialiter dicitur resistere, quia maiori poena plectuntur qui deo subdi penitendo negligunt, & ita non facit inuidere, quia ex inuidia nascitur superbia. [Humilibus autem,] id est, vacuis, [Dat gratiam,] scilicet, maiorem, vt patet in beata virgine Maria, Luca 1. Quia reputant se vacuos, ideo magis habent de capacitate. Vas enim secundum quod magis habet de vacuitate, magis habet de capacitate. Palmista, Inter medium montium petra transibunt aquae.

Subditi ergo estote deo: resistite autem diabolo, & fugiet à vobis: appropinquate deo, & appropinquabit vobis: emundate manus peccatorum, & purificate corda duplices animo, miferi estote & lugete, risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in merorem, humiliamini in conspectu domini, & exaltabit vos.

Hic dehortatur ad concupiscentia mundi exhortando ad statum penitentiae. Primò docet qualiter se habeant ad deum: Secundò qualiter ad proximum, Nolite detrahere, &c. Concupiscentia quippe mundi generat in eis contemptum dei, & odium proximi. Qualiter autem se habeat ad deum, ostendit in quinque conditionibus. Primò, in subiectione. Secundò in imitatione Appropinquate. Tertio in purificatione, Emundate. Quarto, in contritione. Miseri estote Quintò in humiliatione, Humiliamini. Dicit ergo. [Subditi.] Glossa, quia humilibus dat gratiam. Subditi [Estote deo] per obedientiam subiectionem. Glossa, Voluntatem dei explete. 2. Machab. 9. Iustum esse subditum esse deo. Et quia nullus potest esse subditus deo, nisi resistat inimico suo, scilicet diabolo, ideo sequitur, [Resistite diabolo.] Glossa, Mala suggerenti. Resistite declinando tentationes prosperitatum, & sustinendo tentationes aduersitatum. [Et fugiet à vobis,] sic victus, & confusus, non potest vincere nisi volentem. vnde eo ipso quod resistitis, victus erit & confusus, & ita fugiet. 1. Petr. 5. Cui resistite fortes in fide. [Appropinquate deo,] per orationem imitationem. Glossa, Per bona opera. Augustinus, Deus vbique est, cui non locus, sed motibus appropinquamus. [Et appropinquabit vobis] per gratiam infusionem, & gloriae praeparationem. Matth. 4. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Nota quod quantumcumque aliquis esset elongatus ab vrbe Parisiis, si Parisios appropinquaret, & cetera. secundum quod ipse appropinquat Parisios, cito esset Parisiis. Ita quantumcumque peccator sit elongatus à deo, cito erit ad deum: quia secundum quod ipse appropinquat ad deum, deus appropinquat ad eum: Habes exemplum de filio prodigo, Luca 16. Et nota quod quatuor bona consequitur homo ex hac appropinquatione. Primum est mentis illuminatio, respectu cognoscendorum. Luca 23. dicitur de caco, Cum appropinquaret, interrogauit eum Iesus. Quid vis, &c. Et sequitur quod illuminauit eum ex appropinquatione. Secundum est instructio respectu operandorum. Deutero. 33. Qui appropinquat pedibus eius, accipiet doctrinam illius. Tertium est recuperatio diuinæ gratiae. Iacob. 4, Appropinquate deo & cetera. Quartum est delectatio internae laetitia. Psal. 148. Hymnus omnibus sanctis eius, filii Israel appropinquanti sibi. Sed obiicitur contra hoc, quod dicitur, Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Contra Iob 40, Non est potestas super terram, &c. Responso, Sine adiutorio dei non possumus sufficere, cum adiutorio possumus illud: tamen adiutorium est nobis proprium & paratum: & nisi illud habeamus, nobis est imputandum, Nota exemplum de illo qui est in tenebris, & potest aperire fenestram, & illuminari, bene debet ei imputari quod est in tenebris. Vt autem appropinquare possitis, quia longè salus à peccatoribus, & filio luxuriosus abiit in regionem longinquam, Luca 15. Emundate, [id est extra mundate,] Manus, id est opera, q. d. purgate vos à malis operibus: de quibus Esaiā 1. Manus enim vestrae sanguine plene sunt. Vel emundate manus, id est innocentiam habere, id est cessate à malis operibus. Iob 22, Saluabitur innocens. Saluabitur autem in munditia manuum suarum. [O peccatores] qui haec tenetis fuisse peccatores. Et potest hoc referri ad peccata carnalia. [Purificate corda,] quasi dicat, non tantum manus à malis operibus, sed etiam corda à prauis cogitationibus: vt sitis mundi corde. Marth. 5, Beati mundo corde, &c. Perfecta enim purgatio ab interiori incipit, id est, à purgatione interiorum humorum. Isti enim medici quando volunt curare ab vna magna infirmitate, primò purgant interiores humores. Et potest etiam hoc referri ad peccata spiritualia. Sed quid est quod dicit, Purificate corda vestra. Dicitur enim Actuum 15, Fide purificans corda eorum: ergo homo non purificat, sed fides. Responso, Deus purificat, efficiendo: Fides, informando: Homo peccatum detestando, & ita se ad hoc disponendo. [Duplices animo,] Secundum Glossam, Duplices vocat eos, qui simul temporalia & aeterna, deum & mundum diligunt, Ecclesiast. 2, Vt duplici corde, &c.

Ex accessu ad deum quatuor sequuntur bona.

Demonstratio animi adiuui.

Vt autem emundari & purificari possitis, Miseri estote] id est, miseriam vestram recogitate, & recognoscite, in quam, scilicet per peccatū incidistis. Vel miseri estote, miseria interioris doloris, & lugete signo exterioris doloris. Psalm. 6, Lauabo per singulas noctes &c. Vel miseri estote, pro commissis, lugete pro ommissis. Vel, miseri estote, pro gloria quā amissistis. Lugete pro pœna cuius debitor facti estis. [Risus vester, id est, gaudium exterius,] In luctum cōuertatur,] doloris, scilicet, exterioris, nisi enim conuertatur in luctum momentaneum in presenti, conuertetur in luctum æternum in futuro. Prouerb. 14, Risus dolori miscetur, & extrema gaudii luctus occupat. [Et gaudiū] interius quo gaudebatis in peccatis, [In mœrorem] scilicet doloris interioris, si enim gaudium momentaneum in presenti vertitur in mœrorem momentaneum, huius mœror momentaneus postea, in futuro, scilicet vertetur in gaudium æternum. Ioan. 16, Tristitia vestra vertetur in gaudium. Vt autem hæc commutatio valeat fieri, [Humiliamini] humiliatio enim veniā impetrat. 3. Regum 21, Nōne vidisti Achab humiliatum coram me, idcirco non inducam malum. [In cōspectu dei.] id est, humilitate vera non ficta: interiori, non tantum exteriori. Est enim qui nequiter se humiliat. Eccles. 16, Et nota quod dicit humiliamini, & non alius humiliet vos, vt sit humiliatio voluntaria non necessaria. Nec dicit, Humiliamini caput, vel vestem, vel habitum, sed simpliciter cor, scilicet vestrum, quia tales exaltat dominus, vnde sequitur, [Exaltabit vos.] merito, scilicet, humilitatis. Simile, 1. Petri 5, Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet. Vita enim præsens & futura sunt quasi quædam statera, in qua sunt duæ partes: & secundum quod vna magis deprimitur, alia magis leuatur: Ita secundum quod homo magis se deprimit & abiicit in presenti, magis eleuabitur in futuro. Vnde, Qui se humiliat, exaltabitur, Lucæ 18. ¶ Miseri estote & lugete. Hic notatur quod propter quatuor est lugendum. Primum propter incolatam præsentis miseria: quod notatur ibi, Miseri estote. Secundum, propter transgressionem culpæ, quod notatur ibi, Lugete. Tertium, propter imminuentem dānationem pœnæ, quod notatur ibi, Risus vester conuertatur in luctum. Quartum, propter gratiam reconciliationis obtinendam: quod notatur ibi, Et gaudium in mœrorem. Hic autem quadruplex fletus significatus fuit per quadruplicem fletum domini. Quorum primus fuit in infantia, ad modum aliorum infantium. Secundus super Lazarum, Ioan. 11, Et lachrymatuſ est. Tertius super ciuitatem. Lucæ 19, Videns, &c. Quartus, in cruce propter nostram reconciliationem. Hebræ. 5, Cum clamore & lachrymis, &c. ¶ Et nota quod multiplex est miseria. Prima est culpæ originalis. Iob 3, Quare misero data est lux, & vita iis qui in amaritudine animæ sunt? Secunda peccati actualis, Prouerb. 14, Miseros facit populos peccatum. Tertia innata fragilitatis. Iob 14, Homo natus de muliere, &c. Quarta mundana paupertatis. Iob 30, Qui manducabant arborum cortices squalentes calamitate & miseria. Quinta humana persequutionis. 2. Macha. 14, Miseras Iudæorum prosperitates rerum suarum arbitrabantur. Sexta diabolica tentationis, Iob. 20, Aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseras deuoluti sunt. Septima æternæ calamitatis, Sophonia 1, Dies illa dies iræ, calamitatis, & miseria. Octaua pœnitentiæ salutaris, vt hic & Psal. 11, Propter miseriam inopum & gemitum, &c.

Vita præsens
& futura, vt
statere dicit.

Lugendum
quatuor de
causis.

Multiplex
miseria.

Nolite detrahere alterutrum fratres mei: qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legem, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex: vnus est enim legislator & iudex qui potest perdere & liberare: tu autem quis es qui iudicas proximum tuum.

Hic docet qualiter se habeat ad proximum, vt scilicet alter alteri non detrahat, à quo retrahit triplici ratione. Prima est, quia per hoc fit iniuria legi siue iuri. Secunda, per hoc fit iniuria iudici, scilicet legislatori, si autem iudicas. Tertia, quia per hoc fit iniuria proximo qui iudicatur, Tu autem quis es, &c. Dicit ergo, [Nolite.] Glossa, Non solum erga deum vos habeatis, sed etiam erga fratres boni sitis: & ideo, [Nolite detrahere] alterutrum fratres,] id est, vnus alteri malum imponendo, vel augmentando, vel bonum annihilando vel diminuendo, Sapient. 1, A detractioe parcite lingua. Prouerb. 4, Remoue à te os prauum & detrahentia labia sint procul à te. Est autem detrahere, aliquid de bono minuendo trahere. Et nota quod dicit, Nolite, vt sic prohibeat voluntatem. Multi enim non detrahunt, qui libenter detraherent si auderent, sed non audent propter bonos, Prouerb. 24, Abominatio hominum detractor. [Qui enim detrahit fratri,] ore, bonis eius detrahendo. [Aut qui iudicat fratrem,] corde ipsum propter mala condemnando. [Detrahit legem] quæ hoc prohibet. & lex vetus, Leuitici 19, Non eris criminator nec susurro in populis. Et noua, Matthæi 5, Nolite iudicare, & cetera. Et iudicat legem, eam malam reputando & vituperando: & si non secundum rem, tamen secundum suam reputationem, quia legem transgreditur, nec curat de eius obseruantia, ac si esset mala, vel non bona. [Si autem iudicas legem,] eam quasi vituperando dum ipsam transgredieris. Iudicare enim de lege nemini licet postquam statuta est, sed secundum ipsam, vt dicit Augustinus. [Non es factor legis] vt legi subditus & obediens. Contra id supra, Estote factores legis & non auditores tantum. [Sed iudex.] Glossa, Vituperator ratione contemptus. Et certe iudex legis non debes esse, quia [Vnus est legislator] principalis & dominus, licet alii sint ministri. Legis lator dicitur, qui legem dedit, vt impleteretur. Psalmista, Benedictionem dabit legislator. [Et iudex] iustus omnium, qui iudicabit secundum illam legem. Actuum 10, Ipse constitutus est à deo iudex viuorum & mortuorum. Esaiæ 33, Dominus rex noster, dominus legis obseruatores. 1. Regum 2, Dominus mortificat & viuificat. [Tu autem,] quasi dicat, Ex quo tu non es legislator, [Quis es] .i. eius autoritatis vel sanctitatis. [Qui iudicas] condemnando proximum tuum tibi parem, aut te meliorem: par enim in parem non habet imperium, nec minor in maiorem. Roman. 8, Tu quis es qui iudicas alienum seruum, non tibi subditum, sed conseruum? Gregorius, Cogitare debemus cum aliquem redarguimus, quod forte in eisdem peccatis fuimus aut certe esse poteramus: & sic eum in manu digne corripimus. Et Ildorus, Non detrahas peccanti, sed condole. quod in alio detrahis, in te potius pertimesce. Nota exemplum in vitis parrum.

Eccē nunc qui dicitis: hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, lucrum faciemus: qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur: pro eo vt dicatis, si dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem ex-

istis in superbis vestris, omnis exultatio talis, maligna est. scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

Hic dehortatur à concupiscētia mundi propter incertitudinem humanæ vitæ. Vbi primò ostendit quod propter vitæ incertitudinem, non est de futuris lucris confidendum. Secundò quod propter hoc potius de futuris semper est sub conditione loquendum, Pro eo vt dicatis. Tertio quod propter hoc de presentibus diuitiis non est gloriandum, Nunc autem exultatis. Vita autem incertitudinem ostendit, primò ex ignorantia viuentium: secundò, ex fragilitate vitæ eorum. Quæ est enim vita vestra. Dicit ergo, [Eccē nunc] Glossa, Dixi vitandam detractioem, sed ecce nunc aliud vitium quod facitis [Qui dicitis.] Glossa, Srula animi leuitate spatium vitæ promittentes: sicut diues ille cui dictum est, Hac nocte repetet animam tuam à te, Lucæ 12. Et [qui dicitis] hoc, scilicet [Hodie aut crastino,] cum nec diei hodiernæ nec crastinæ habeatis certitudinem. Ecclesiast. 9, Nescit homo finem suum. [Ibimus in ciuitatem illam, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & faciemus lucrum.] Glossa, Multimodam eorum stultitiam notat, quia de lucro rum augmento agunt, & se tempore multo victuros arbitrantur, & suæ potestatis æstimant, vbi annum finiant. Et dicit, lucrum faciemus, id est, lucrabimur lucro temporalis: quod frequenter est cum damno. Ananias, scilicet spirituali. Quod enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, Matthæi 16. Augustinus Nunquam est iniustum lucrum sine iusto damno. lucrum in arca, damnum in conscientia. Qui ignoratis, quid sit futurum vobis in crastino,] multò magis in longum tempus, scilicet vsque ad annum. Prouerbio, 27, Ne glories in crastinum, nescis enim quid superuentura pariat dies. Et certe ignoratis. [Quæ est enim vita vestra?] quàm breuis, quàm fragilis. Augustinus, Vita hæc est, vita dubia, vita cæca, vita erummosa, quam humores inundant, dolores extenuant, ardores exiccant, aura morbidant, cæca inflant, ieiunia macerant, ioci soluunt, tristitiæ consumunt, sollicitudo coartat, securitas hebetat, diuitiæ iactant, paupertas deicit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas frangit, mœror deprimit, & post hæc omnia mors interimit, gaudiis vniuersis finem imponens: vt cum esse desierint, nec fuisse putentur. Et dicit, vita vestra, carnalis, scilicet, non spiritualis: natura, non gratia: vita enim gratia à deo est, & quid magnum est. Ioannis 1, Et vita erat lux hominum. [Vapor est ad modicum parens,] id est, breuis & transitoria ad modum vaporis, id est, fumus resoluti ex aliquo humido. [Et deinceps,] id est, parum post] exterminabitur,] id est, extra terminos vitæ ponetur, id est, cito deficiet. Baruch 3, Exterminati sunt. Hic autem non dicit, quia homo post mortem omnino desinat esse, vt tangit Glossa. Manet enim vita in anima, licet non in corpore. [Pro eo vt dicatis.] Glossa, Hæc omnia dico, vt spe longioris vitæ non promittatis vobis lucra futuri temporis: sed potius dicatis [Si dominus voluerit,] sine cuius voluntate nihil fieri potest. [Et si vixerimus,] faciemus hoc aut illud. Vnde & angelus loquens Abraham de ortu Isaac, hanc conditionem apponit, si vita omnes fuerit, Genesis 18. Vbi tangit duplicem conditionem: quarum vna est ex parte dei: Alia ex parte hominis, quam postponit præcedenti, quia pendet ex illa, scilicet ex voluntate diuina. [Nunc autem,] quasi dicat, Vos non ita facitis, sed etiā nunc, id est, in hac vita breui. Vel nunc, id est, tempore gratiæ, & tēpore tribulationis: ecce quæ tunc erat in dispersione. [Exultatis,] id est, gaudium extrā ostenditis, [in superbis vestris,] id est, in diuitiis, quæ sunt vobis materia superbiæ. Augustinus, Vermis diuitum, superbia. Glossa, In diuitiis quæ faciunt vos superbos. [Omni exultatio talis, maligna est,] id est, malo igne ignita, scilicet concupiscētia, vel cupiditatis. Hic est ignis infernalis, qui nunquam dicit, sufficit. Prouerb. 30, Et dicit, talis exultatio, non omni simpliciter est enim quædam exultatio bona, quæ, scilicet exultat iusti in domino. Talis, Glossa, quæ est ad depressionem aliorum. [Scienti igitur,] Glossa, Exultatis & superbiis, ergo grauer puniemini, quia scitis bonum, & non facitis: vnde scienti [bonum facere, & non facienti, peccatum est illi] omissionis, scilicet grauioris: quia secundum Gregorium, Vbi maius est donum scientiæ, ibi transgressor maiori subiacer culpæ: & hoc propter contemptum anexam scientiæ: non quia scientia in se fit mala. Lucæ 12, Seruus qui scit voluntatem domini sui, & cetera. Nolite detrahere in morsu, serpenti similes. Ecclesiast. 1, Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, Qui occultè detrahit, hic hominibus abominabilis. Prouerbiorū 24, Abominabilis hominum detractor, deo odibilis. Romano. 1, Detractores, deo odibiles. Cōfusione dignus, Psalmista, Induantur qui detraherunt mihi pudore. Ad pœnam obligatus, Prouerb. 13, Qui detrahit alicui rei ipse se in futurum obligat. Perditiōis proximum, Prouerb. 24, Cum detractoribus ne commiscearis, quoniam repente confurgit perditio. A visione patriæ alienus, Numc. 14, Nesc quisquā ex illis qui detrahit mihi, intruebitur eam, scilicet, terram promissionis.

Cap. 5.

Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseris vestris, quæ aduenient vobis. Suprà instruxit eos contra inordinationem appetendo per concupiscētia: hic contra inordinationem retinendo per auaritiam: vbi primò de inordinata retentione hortatur ad pœnitentiam. Secundò aggrauat culpam. Diuitiæ vestræ. Et primò aggrauat culpam commissam in proximum. Secundò in se. Epulati estis super terram. Tertio in deum. In die occisionis, & cetera. Dicit ergo [Agite nunc.] Glossa, hucusque peccastis, sed iam nunc pœnitentiam agite. [Diuites.] Glossa, In pecunia, & in peccatis. Huiusmodi enim diuitiæ de facili sese concomitantur. Ecclesi. 11, Si diues fueris, non erit immunis à delicto, Nec dicit quid agant, quia agere bonum, simpliciter est agere: Agere malum, non est agere, sed destrūere. Agite ergo pœnitentiam, recuperando per pœnitentiam, quod destruxistis per culpam. Mat. 3, Pœnitentiam agite, &c. [Nunc.] Idum tempus habetis. Vel nunc, i. tempore gratiæ. 2. ad Corinth. 6, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Postea specificat modum agendi, [Plorate] lachrymis contritiois. Glossa, in corde. [Vlulate] voce lachrymosæ cōfessionis præ doloris magnitudine. Glossa, Manifestatione vocis & operis. [In miseris vestris,] i. pro miseris, potest autem intelligi de miseris æternis. Lu. 6, Ve vobis diuitibus qui habetis hic consolationem vestrā, vel de miseris, quæ futuræ erāt in destrūctione Iudæorū futura per Romanos pro culpa, quam cōmiserant dominū crucifigēdo: & tunc est quasi propheta.

Q. iii]

Diuitia vestra putrefacta sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis: thesauri castis vobis iram in nouissimis diebus.

Hic aggrauat culpam ex circumstantia temporis, vbi primò aggrauat culpam: secundò, subiungit pœnam ibi. Aerugo eorum. Et primò in corpore secundò in anima, Theaurizastis vobis. [Diuitia vestra.] id est. fructuum abundantie pertinentes ad victum [putrefacta sunt.] ad literam, putrefiunt enim fructus auro- rum prænimia conseruatione. Vel putrefacta sunt, id est, vt putredo, & stercorea reputandæ sunt. Vel potest intelligi de futuro. id est, citò putrefient: vnde non proderunt vobis. [Et vestimenta vestra.] id est. superfluitates pertinentes ad vestitum [à tineis comesta sunt.] Glossa. Non vsu necessario attrita. Nesciunt enim parci vt cibum tineis preparant, & pauperes nudos dimitunt, contrà illud Esaiæ 56. Cùm vi- deris nudum, operi eum. [Aurum & argentum vestrum] quæ sunt durabilia. & præcellit in metallis. [Ærugi nauit.] hoc est æruginæ, id est, rubiginæ perit propter longam conseruationem. Vel æruginauit, id est nihil valebit. sicut illud quod est æruginæ consumptum. Ezechiel. 7. Argētum eorum foras proicietur. & aurum eorum erit in sterquilinum. & non valebit liberare eos. [Et ærugo eorum.] id est. rubigo contracta ex ni- mia conseruatione eorum quæ deberent pauperibus distribu[erit vobis] id est. contra vos [in testimoniu] in hæc. scilicet auaritiæ. Similitè Abacuc 2. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas edifi- ciorum est. respondet. Glossa. Aerugo pecuniæ vertetur in testimonium nequitie. & argumentum pœnæ. quia intelligit se malè congregasse ea quibus indigebat ad vsu[m] vitæ. [Et manducabit carnes vestras] id est erit causa quare cruciabitur caro [sicut ignis.] flamma enim exterior corpora, & vermis interior animas cruciabit. Iudith 16. Dabit ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum Et verè manducabit, quia [Theaurizastis vobis,] id est, occultè & abundanter preparastis [iram,] id est, ira causam [in nouissimis diebus,] in die iudicii: quem vocat pluraliter, quia erit pœna perpetua, licet iudiciu vna die fiat. ¶ Et nota quòd in thesauro intelligitur quãtitas pœnæ, & qualitas siue acerbitas. Thesaurus enim fit de magnis rebus & multis: sic pœna æterna magna erit æternitate, & multa pœnarum diuersitate & acerbitate pœnæ. Iob trigesimo octauo, Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti?

Ecce merces operariorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit.

Hic aggrauat culpam commissam in proximū, [Ecce.] Glof. Non solū dānabimini quia vestra nō datis, sed etiā quia alia nō retinetis. [Ecce merces operariorū vestrorū, qui messuerūt regiones vestras.] i. messes in re gionibus seminatæ, quæ s. merces debita operariis [fraudata est à vobis]. s. non reddēdo, sed diminuēdo, vel differēdo reddere. Glo. Magna iniquitas, non tantū pauperibus nihil dare: sed etiā mercenariis defraudare [Clamat,] id est, facit clamare pauperes, & cōqueri. Vel quia est materia clamoris siue accusationis: in quo magnitudo peccati notatur. Vnde Eccle. 3. Qui effundit sanguinem, & qui facit fraudem mercenario, fu- res sunt. Et dicit, merces clamat, non pauper: quia aliquando contingit quòd pauper non audet præ timo- re diuitis: nec talis clamor caret effectu: vnde sequitur, [Et clamor eorum] operariorum defraudatorum [in aures domini sabaoth,] id est, exercituum, hominum & angelorum, qui potest vindicare, & vult, [In- troiuit.] hoc dicit ad terrorem diuitum, vt sciant deum esse tutorem & defensore[m] pauperum. P. Palm. 9. Ti- bi derelictus est pauper, &c. Et 62. Non spreuit dominus deprecationem pauperis. Notandum verò quòd quatuor sunt peccata, quæ præ sui enormitate dicuntur, clamare ad dominum, scilicet homicidium. Genes 4. Ecce vox fratris tui Abel clamat ad me de terra. Secundò peccatum contra naturam. Genes. 18. Clamor, Sodomitum venit ad me: defendēda & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. Ter- tiò oppressio iustorum. Exod. 3. Clamor filiorum Israel venit ad me, vidi que afflictionem qua ab Aegyptiis affliguntur. Quartò pauperum defraudatio, vt hic.

Peccata qua- tuor clamorē spirantia.

Epulati estis super terram, & in luxuriis vestris enutristis corda vestra in die occisionis: adduxistis & occidistis iustum, & non restitit vobis.

Hic aggrauat culpam commissam in se. Glossa, Non tantum peccastis superflue congregando, aliena rap- iendo, sed etiam superflue expendendo: Vnde dicit, Epulati estis super terram, id est, super exigentiam car- nis, quæ est de terra, non scilicet ad necessitatem, sed ad voluptatem. Hoc dicit, quo ad gulam. [Et in luxu- riis enutristis,] id est, extra mensurā nutritis [corda vestra,] id est, satiaistis, implendo, scilicet, desideria cor- diū vestrorum: contra illud Ecclesiast. 18. Si præstes animæ tuæ cōcupiscentias suas, facient te in gaudium inimicis tuis: Hoc dicit, quo ad luxuriā. Hæc enim duo vitia sibi inuicem sunt annexa. Hieronymus. Ven- ter & genitalia vicina sunt membra, & ex vicinitate membrorum nascitur conformitas vitiorum. venter ve- rò mero æstuans de facili spumat in libidinem. [In die occisionis.] Glossa apparet quòd illos diuites specia- liter alloquitur, qui necem domini coniurant, & nec fidem eius qua saluarentur, accipiunt. [Occisionis,] id est, passionis domini, quæ est dies domini. [Adduxistis] trahendo ad iudicium coram Pilato, Luca 23, [Et occidistis iustum.] Antonomasticè, scilicet Christum, qui nihil habuit de opposito iustitiæ, nec actu, nec po- tentia. Eius occisionem eis attribuit, quia fuerunt causa eius occisionis, quanuis eum Gentiles crucifixerint. Actuum 3, Auctorem vitæ interemistis. [Et non restitit vobis,] cū tamen posset. Matthæi 26. An putas, quia non possum rogare patrem meum, &c. Ex his videtur quòd habere superfluum, sit peccatum. Item super illud, 1. Timoth. 6. Habentes alimenta, &c. Glossa, Qui vltra tendit, malū inuenit. Responsio: Super- fluum est quod superest victu & vestitu naturæ & personæ secundum iustā æstimationem respectu præsen- tis & futuri. Naturæ & personæ dico, quia quòd est superfluum naturæ potest esse necessarium personæ. Per- sona enim plus exigit quæ natura: & dico, Naturā, prout implorat dignitatē vel officii: sicut plura sunt necessa- ria episcopo, quàm canonico. Secundum iustā æstimationē dico, ppter auaros: quia auaritia nunquā iustè æsti- mar. Respectu præsentis & futuri, quia quòd superfluit vt nūc, potest esse necessariū respectu futuri. Habere ergo superfluum naturæ, ppter naturā, peccatū est: habere autē superfluum personæ, semp[er] est peccatū, si nō est

Superfluum, quando sit peccatum: alias personā

necessarium est, respectu præsentis vel futuri: quòd enim superfluit ad præsens potest reseruari, vt in futu- rum melius dispensetur, cum maior erit necessitas. Quòd autem dicitur hic, intelligitur de superfluo perso- næ respectu cuiuslibet temporis.

Patientes igitur estote fratres vsque ad aduentum domini. Ecce enim agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur estote vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus do- mini appropinquauit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce index ante ianuam assistit.

Suprà instruxit eos in patientia tribulationū, & in sanctitate operū: hic instruit eos in expectationē præ- moriū: & primò hortatur eos ad patientiā & longanimitatē: secundò, docet remedia cōtra aduersitatem & tribulationem, Tristatur ergo aliquis vestrum. In prima parte primò docet seruare patientiā & longani- mitatē in facto. Secundò in verbo, Ante omnia fratres mei. In secunda parte primò hortatur ad patienti- am spe præmii. Secundò timore supplicii, Nolite ingemiscere. Tertio exemplo sanctorum generaliter, Ex- emplum accipite. Quarto exemplo sanctorum aliquorum specialiter, ibi, Sufferentiam Iob audistis, &c. In prima parte primò ponit exhortationem. Secundò confirmationem, Ecce agricola, Tertio conclusionem, Patientes estote. Dicit ergo [Patientes ergo estote.] Glossa, Increpatis superbis, & incredulis. Rursum con- uertitur ad bonos qui opprimuntur. [Fratres vsque ad aduentum domini] quando punientur oppresso- res, & liberabuntur oppressi. Eccle. 1. Vt que in tempus sustinebit patiens. Aduentus, autem domini secun- dum Glossam incipit in fine cuiuslibet: quia secundum Augustinum, talis representabitur vnusquisque in iu- dicio domini, qualis hinc discedit. Et debetis esse patientes exemplo agricolæ: [Ecce agricola expectat præ- riosum] quia laboris sui pretium [Fructum terræ] de terra, scilicet ortum. [Patienter ferens] id est, multas passiones & labores sustinens donec accipiat temporaneum] id est, fructum primitiuum vel prænaturum, ante generalem maturitatem. [Et serotinum] fructum permaturum. Spiritualiter autem quasi fructus tem- poraneus est stola animæ: quasi fructus verò serotinus, est stola corporis. Vel quasi fructus temporaneus, est gratia: Serotin⁹, gloria. Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Cū igitur agricola hoc faciat, [Patientes estote & vos,] quasi dicat, multò fortius esse debetis, quia ille pro fructu terreno, expectat vos pro caelesti. [Et cōfirmate corda vestra,] id est, firma corda habete ad gra- uia sustinenda ne deficiatis in tribulationibus. Vel confirmate, [Quoniam aduentus domini] ad iudicium personæ, vel etiam ad vniuersale] appropinquauit. Glossa, Vt vos ad gloriā, illi ad pœnam rapiantur, Matt. 24. Scitote quia propè est. [Nolite ingemiscere] corde, murmurare inter tribulationes [fratres in alteru- trum]. i. tribulati contra tribulantes, vel boni contra malos, eo quòd boni patiuntur, mali verò florent. Flo- rent enim nimis citò quia ante hyemem, & ideo adueniente hyeme futura, scilicet cōdemnatione amittent florem] vt non iudicemini] in iudicio, scilicet cōdemnationis: Glossa, id est, damnamini, eo quòd iustum iu- dicem quasi iniquè iudicantem vitupereris. Nec debetis ingemiscere, quia [Ecce index.] Dicit, ecce, quia cui- dēter veniet. Index, scilicet vniuersalis] Ante ianuam] id est, propè: sicut quòd est in ianuis, id est, in exitu ani- mæ & corporis per ianuam mortis. [Assistit.] Glossa, quia proximus est ad cognoscendum quæ geritis. vel citò veniet, ad retribuendum vobis & illis.

Fructus ani- mæ & corpo- ris.

Exemplum accipite fratres exitus mali laboris & patientiæ, prophetas qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beati- ficamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem domini vidistis, quòd misericors dominus est & misera- tor.

Sicut monui vos ad longanimitatem verbo, adhuc moneo vos exemplo, quia frequenter magis mouent exempla quàm verba. [Exemplum accipite fratres exitus mali] malitia pœnæ, non culpa, id est, supplicii in mouendo, & longanimitatis in expectando premio, & laboris in bene operando, & patientiæ in aduersa su- stinendo. [Prophetas] hos eis proponit tanquā maioris authoritatis, apud ipsos, [qui locuti sunt in nomine domini] qui tam sancti fuerunt, vt per eos dominus sua mysteria loqueretur [in nomine domini]. i. inuo- catione vel honore nominis eius ad ampliandū nomen domini. Et certè debetis eos in exēplum accipere, quia [Ecce] admiratiuè, quasi mirabile est quomodo per tantam miseriam deuenerunt ad tantam gloriā. [Beatifi- camus,] id est, beatos reputamus & dicimus. Glossa, Illos magnos reputamus, & veneramur illos, & tamen pauci imitari eos volunt: sed sunt sicut Balaam. Num. 23. Moriatur anima mea morte iustorum. [Eos qui su- stinuerunt,] id est, qui patientiam vel longanimitatem habuerunt. Suprà 1. Beatus vir qui sufferit tentatio- nem. Glossa, Malis pro bonis temporalia, caelestia bonis redduntur. ¶ Nota quòd dominus soluet eis præmium ad præsens & ilico, bonis verò differt soluere vsque ad vltimū. Sufferentiam Iob audistis. De Iob & Chri- sto specialiter exemplificat, quia horum duorum patientia laudabilis est. Iob. in veteri testamento. Christus in nouo: quorum vni reddita sunt temporalia, alteri æterna. Sufferentiam Iob audistis, quanta, scilicet susti- nuit à diabolo, à prædonibus, ab vxore, ab amicis. [Et finem domini vidistis] oculis scilicet vestris. Glossa, In cruce pendentem, longanimitèr patientem. Loquitur ad illos quorum aliqui interfuerunt passioni Chri- sti. ¶ Et nota quòd dicit, Sufferentiam Iob, non finem: contrario, Finem domini non sufferentiam, ad signifi- candum, quòd exemplo Iob pati debemus, non propter temporalia, sed æterna: finis enim Iob fuerunt tem- poralia multiplicata, sed finis domini æterna. ¶ Nota etiam quòd duplex est finis dominis vnus quem ha- buit in mundo scilicet mors pœnalis, quam in cruce sustinuit. Alius extra mūdum, scilicet resurrectio. Glos- sa, De vtroque dicit, Finem domini vidistis. Primum proponit pugnātib[us], vt fortiter pugnent. 1. Pet. 2. Chri- stus passus est pro nobis, &c. Secundum victoribus, vt se cum eo gloriari sperent, quoniam quasi in hoc ap- paruit. Et videre potuistis] quoniam misericors. Glossa, in natura. [Et miserator] in effectu. Glossa, in exhi- bitionibus gratiarum. & ideo vt dicit glossa, debetis eum imitari. ¶ Et nota quòd dominus est misericors. Primò in peccatorum dimissione. Ecclesiast. 9. Pius & misericors est deus, & remittit in tempore tribula- tionis peccata. Secundò in afflictorum compassione. Matt. 8. Misereor super turbam, quia ecce iam tri duo sustinent me, nec habent quod manducant. Tertio in debiliū sustentatione, Psalm. Si dicebam, motus est pes meus. Quarto, in vindicta suæ retractione. Ionā 3. Misertus est dominus super malitiam quam locutus

Dominus est misericors multipliciter.

fuerat, vt faceret eis. Tref. 3. Misericordiae domini quod non sumus consumpti. Quinto in charitativa correctione. Pfall. Visitabo in virga iniquitates eorum. Et paulo post, Misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Sexto, in poena debita dimissione, Abacuc 3. Cum iratus fueris, misericordiam recordaberis. Septimo in temporalium collatione. Pfall. Misericors & miserator dominus, efcam dedit timentibus se.

Ante omnia fratres mei, nolite iurare neque per caelum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, est, non, non: vt non sub iudicio decidatis.

Hic docet patientiam seruare in verbo, ne scilicet ex impatientia proni sint ad male iurandum. Vbi primo dissuadet iurandi pronitatem. Secundo suadet loquendi simplicitatem, Sit autem sermo vester. Dicit ergo [Ante omnia.] Glossa, cum omnia praedicta sint vitanda. [Ante omnia] non quod hoc sit grauius praecedentibus, sed quia ad hoc videbantur proniores. Vel, Ante omnia, id est, in principio cuiuslibet verbi vel facti contra quorundam prauam consuetudinem, qui statim in principio verbi prorumpunt in iuramentum. [Nolite iurare.] prohibet iurandi appetitum, non actum necessarium. Vnde Glossa, Ideo adiurationis culpam compescit, ne frequenter iurando vera, aliquando & in periuurio cadatis. sed eo longius a periuurio stertis quod nec vera iurare velitis, nisi necessitas cogat. Sed contra hoc obiicitur, Bene enim sequitur, currere non est malum, ergo appetere currere, non est malum, ergo similiter sequitur, iurare, non est malum: ergo nec appetere iurare. Si dicas sicut dicit Glossa, quod non prohibet iuramentum, sed consuetudinem iurandi. Contra, eius quod non est malum, iteratio non est mala, vel consuetudo: Si ergo iurare non est malum, eius iteratio vel consuetudo non est mala. Responso, Cum dominus iurauerit, & Apostolus Roman. 7. Tectis mihi est deus: & in veteri testamento non sit prohibitum. Beatus Iacobus non intendit prohibere iuramentum, sed iurandi appetitum. Licet enim iurare in se non sit malum, tamen est periculosum, quia inclinat ad malum & periurii & irreuerentiae nominis domini. Sicut licet praeselle, non sit malum, inclinatur ad malum. scilicet elationis, & superbiae, & ideo est periculosum, & ideo voluntas transiens super actus tales est inordinata & libidinosissima, nisi ad bonum finem actualiter ordinetur. Vnde in talibus inordinatio est pro priuatione finis vel ordinis: & ideo appetere iurare, vel praeselle, est malum, nisi ad bonum finem actualiter ordinetur. Et quia ista inclinatio frequenter reducitur ad actum in consuetudine: ideo videtur dicere Glossa, quod prohibet consuetudinem tantum, & hoc est propter periculum. Vnde dicitur Ecclesi. 23, Iurationi non allueat os tuum: multi enim casus in illa. [Neque per caelum] id est, per superiores creaturas, [Neque per terram] id est, per inferiores creaturas. Iurare autem per creaturam prohibet duplici ratione, quam tangit Glossa Matt. 5. Non iuremus per creaturas, venerantes eas ultra quam debemus: nec viles eas aestimantes, vt nihil iurare putemus. Vnde de quatuor modis contingit iurare per creaturam: aut ipsam, tanquam aliquid diuinum venerando: aut iuramentum factum tanquam per rem vilem contemnendo. Aut deum qui in ipsa relucet praesidet, testem inuocando: aut ipsum quo ad usum, quam inde iurans sperat, dispositioni diuinae relinquendo. Duobus primis modis est illicitum: duobus aliis licitum. [Neque aliud quodcunque iuramentum] id est, neque per alium modum iurandi: sicut dicitur, Tectis est mihi deus, vel deum inuoco testem, vel coram deo, vel deus scit quod sic est. Omnibus istis modis iuratur. Matth. 5. Ego autem dico vobis non iurare omnino. Augustinus, Iuratio falsa, pernitiosa, vera, periculosa, nulla, secuta. [Sit autem,] pro sed [sermo vester, est, est: non, non.] ubi debetis dicere, est, hoc est aliquid affirmare, dicatis, est: similiter ubi debetis dicere, non, hoc est aliquid negare dicatis, non. Vel sic, Sit sermo vester, est, est, id est, sicut est in corde, sic sit & in ore. quasi dicat, in veritate puram dicatis sine iuratione. [Vt non sub iudicio decidatis.] id est deorsum a statu gratiae cadatis, & sic iudicemini condemnationis iudicio. Vel quia mandatum dicitis, vel quia peieratis.

Iuramentum quando malum est.

Quatuor modis contingit iurare per creaturas.

Psalms ad dei laudem deprimi.

Tristatur autem aliquis vestrum, oret equo animo & psallat. Infirmatur quis in vobis, inducat presbiteros ecclesiae, & oret super eum ungentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei.

Hic docet remedia contra aduersitatem: & primo contra malum poenae. Secundo contra malum culpae. Confitemini, &c. In prima primo contra malum poenae, quod est in anima. Secundo contra malum poenae, quod est in corpore. Infirmatur quis in vobis. Dicit ergo [Tristatur aliquis vestrum.] Glossa, quia in pressuris ingemiscere prohibuit. Nunc quid contra gerendum, id est, agendum, ostendit [Tristatur aliquis vestrum]. scilicet pro violentia tribulationum, vel pro dano rerum, vel amicorum, vel periculo corporum, vel pro culpa, vel illata iniuria. [Oret] obsecrando & petendo. [Aequo animo] non turbato. Glof. non: murmurat, nec iudicia dei vituperet, sed flexis genibus ad ecclesiam currat, vt deus consolationem immitrat. [Et psallat] dulcedine psalmodiarum tristitiam expellendo. Oratio pertinet ad nostram necessitatem: Psalmodia ad dei laudem. Oratio est in petendo: Psalmodia in gratias agendo. Gregorius, Cum vox psalmodiae per intentionem cordis agitur aut prophetiae mysteria, aut compunctionis gratia inspiratur. [Infirmatur quis.] Glossa. Sicut dederat contristato, sic dat & infirmati consilium, qualiter se contra murmurationis stultitiam tuebitur, [Infirmatur quis] id est, si infirmatur. Glossa, Tristatus per se oret infirmus, corpore vel fide: qui maiorem sustinet plagam. plurimorum & seniorum adiutorio meminerit se curari in vobis, id est, in numero fidelium. Nec intelligendum est hic, de qualibet infirmitate, sed de graui seu desperata. [Inducat] non ait, inducatur. In quo ostendit quod, sacramentum extreme vnctionis quod hic institutum legitur, non nisi petentibus verbo vel signo dari debet secundum morem ecclesiae. [Presbiteros ecclesiae] apud quos, scilicet residet potestas ministrandi sacramentum. Nec dicit sacerdotes, sed presbiteros: in quo significatur & officium, vt sint sacerdotes: & qualitas, vt sint maturi & sapientes. Nam presbiter, senior interpretatur. Glossa, Non ad iuniores minusque doctos causam suam imbecillitatis referat, ne forte quid per eos allocutionis vel consilii nocetis accipiat. Sed contra, Non refert a quo cunque episcopo quis ordinetur, dummodo ordinet secundum formam ecclesiae: ergo a simili non refert a quo cunque presbytero fiat vnctio. Responso, Quo ad vnctionem non est faciendum discretio: sed quia ad hoc sacramentum exigitur oratio, quae melior est vnus quam alterius, quia maiorem habet efficaciam: propter hoc debet eligi, nec est simile de aliis sacramentis, quia in aliis non exigitur ita bonitas personae sicut in isto: sed sufficit quod seruetur forma ecclesiae. Propter hoc quaritur, quare magis

Extrema vnctio a meliori presbytero danda, est efficacior latu-guanti.

exigitur oratio in vnctione quam in aliis. Responso, quia hoc sacramentum institutum est ad duo, scilicet ad remissionem peccati, quae fit per vnctionem: & alleuiationem infirmi, quae impetratur per orationem. Sed quaritur, cum semper sit oratio, quare non semper impetratur alleuiatio. Responso. Hoc est, quia vel indignus est qui petit, vel pro quo petitur: vel melius, quia non semper expedit: & quia vnctio quae fit de oleo significat peccati remissionem, quia oleum sanantium: ideo confertur semper remissio peccati. Est enim sacramentum nouae legis quod efficit quod figurat. Quaritur etiam, Si hoc sacramentum possit iterari. Responso, Quod sic: tum quia morbus est iterabilis, tum quia character non imprimit. Iteratio tamen sacramenti dicitur dupliciter: vno modo, idem est quod iterata benedictio sacramenti, & sic nullum sacramentum iterabile est. Alio modo iteratio dicitur iterata susceptio, & sic quaedam iterantur, & quaedam non. Illa enim quae imprimunt characterem, non iterantur. Aliter sic, Presbyteros ecclesiae, non hereticos, sed catholicos. [Et oret super eum.] id est, super eius necessitatem. [Vngentes eum oleo.] simplici, scilicet benedicto tantum. Nota quod in baptismo quod est sacramentum intratum, fit vnctio ex chrismate, quod componitur ex oleo & balsamo. In extrema vnctione, quae est sacramentum executium, solo oleo benedicto, quia intrantibus necessaria est conscientia nitida, quae intelligitur in oleo: & fama odorifera, quae in balsamo. Executibus vero sufficit conscientia. [In nomine domini.] scilicet consecrato, vel in nomine domini, id est, in nominis eius inuocatione. Glossa, Quando inungitur, nomen domini inuocetur. Vnde simul debet fieri vnctio & inuocatio. Ex his quae hic dicuntur, patet quod ex necessitate huius sacramenti est, ordo, Presbyteros, oratio, orant, vnctio, vngentes. Haec autem vnctio ortum habuit a missione prima Apostolorum, quando in firmos inungebant oleo & sanabantur, Marth. 6. [Et oratio fidei.] in fide facta: supra 1. Postuler in fide. [Saluabit infirmum.] Non dicit, Sanabit infirmum: quod est corporis salute corporali & spiritali quando dignus est & expedit. Pfall. Homines & iumenta, ianimas & corpora saluabis domine. [Et alleuiabit eum dominus.] ab infirmitate corporis: vel simpliciter, vt leuius ferat, si tamen expedit vt in corpore alleuietur. [Et si in peccatis sit.] scilicet venialibus [dimittentur ei.] virtute scilicet sacramenti. Aliquando enim incurritur infirmitas ex peccato. Ecce duplex huius sacramenti, sed dignè accedens semper suscipit primum: secundum vero non, quia non semper expedit.

Vnctionis sacramentum iterabile.

Differentia olei in vnctione nec baptisimo.

Vnctionis oratio.

Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini, multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses: & rursum orauit, & caelum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

Hic ponit remedia contra malum culpae: & primo ponit remedium confessionis. Secundo mutuae orationis: Et orate pro inuicem. Tertio mutuae exhortationis. Si quis autem ex vobis. In secunda parte primo hortatur ad orationem. Secundo ostendit orationis virtutem, Multum enim valet. Tertio ostendit exemplum Heliae, Helias homo erat, &c. Dicit ergo [Confitemini.] q. d. Ita dimittentur ei peccata, scilicet si fuerit ea confessus: ergo confitemini alterutrum peccata vestra. Glossa, Quotidiana & leuia coequalibus: grauioris culpa immunditiam sacerdoti pandamus: & quando iusserit ipse, purgare curemus. [Peccata vestra.] Glossa, peccata vestra quae sunt ex ignorantia vel ex infirmitate humana committuntur: quae vero ex deliberatione, non nisi per poenitentiam. Ergo secundum istam glossam, confessio venialium est in praeco. Contra, Hieronymus dicit, Quod poenitentia est secunda tabula post naufragium: per venialia vero non patitur naufragium. Responso, Non tenetur homo confiteri venialia intentione cuius oppositum. Confessio, nisi in casu, verbi gratia si non haberet mortale, teneretur in quadragesima confessio: aliquid veniale ad implendum praeco ecclesiae. Vel dicendum est, quod ex vnctio non tenetur quis venialia confiteri, sed ratione statuti ecclesiastici, quando non habet alia quae confiteatur. Quae institutio edita est in consilio generali sub Innocentio tertio: ubi dicitur, Omnis vtriusque sexus fidelis, post qua ad annos discretionis peruenierit, omnia peccata sua saltem semel in anno confiteatur, & hoc vt quilibet peccatorem se recognoscat. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Item vt ad eucharistiam, cum maiori reuerentia accedat, & vt ecclesiarum recte tribus sui subditi innotescant, ne lupi inter greges lateant. Confessio autem quo ad mortalia est in praeco: quo ad venialia in consilio. Ideo de mortalibus debet fieri presbytero, sed de venialibus etiam potest fieri socio: quia non necessarii requirit virtutem clauium. Vnde generalis confessio venialium secundum usum ecclesiae fit quotidie illis qui non sunt presbyteri in prima, in completorio, in missa. Hic autem habetur plena & expressa institutio confessionis, quae fit homini in veteri quidem testamento, quia deus nondum erat homo deo confiteri sufficiebat. Pfall. Dixi confitebor iniustitiam meam. In nouo vero testamento, quia deus est homo, oportet fieri confessionem deo & homini dei vicario. Hanc autem confessionem Christus quantum ad illud quod erat formale instituit, quando clauas Petro dedit. Illud autem quod erat materiale institutum in sinuauit, quando dixit, Luc. 17. Ite, ostendite vos sacerdotibus. Ecclesia vero postmodum instituit: sed beatus Iacobus Hierosolymitanus episcopus promulgauit, sicut dicitur hic. Ecclesia vero postmodum magis determinauit, dicens, Omnis vtriusque sexus fideles, &c. Norantur autem hic conditiones confessionis, scilicet quod sit integra. Confitemini, id est, simul fateamini. Et quod sit pura, Peccata, non merita. Quod sit propria, non aliena, Vestra. [Et orate pro inuicem] confessor & confitens, vel omnes fideles. Gregorius, Quando grauiori carnalium cogitationum tumultu premimur, tanto ardentius orationi sistere debemus. [Vt saluemini.] ecce quid orandum. Petendum est enim quod pertinet ad salutem. Ioan. 16. Si quid petieritis patrem meum in nomine meo, dabit vobis. Et debetis orare. [Multum enim valet deprecatio iusti assidua.] Non dicit totum valet, sed multum. ad hoc enim quod oratio sit efficax, exigitur quatuor, scilicet quod fiat pie, perseveranter, & ad salutem, & pro se. Iustus ergo cum orat pro alio, non semper impetrat. Dicit ergo quod petat pie, perseveranter, & ad salutem, quia potest esse impedimentum ex parte eius pro quo orat. Ideo dicit, Multum, non totum. Haec conditio ad salutem intelligitur, ibi, Vt saluemini. Haec conditio pie, cum dicitur iusti. Haec conditio perseveranter, cum dicitur assidua. Quarta conditio deficit. Dicit ergo, multum valet deprecatio iusti assidua, non peccatoris, quia peccatores non sunt digni, vt exaudiantur. Ioan. 9. Scimus quoniam peccatores deus non audit. Assidua non momentanea & rara. Luc.

Venialia quandoque confitende.

Expressa confessio instituta.

Cur confessio in veteri lege fiebat solum deo, in noua autem & homini fieri.

Orationis conditioes.

Orationis
virtus in qua
vni elementis
ostensa est.

18, Oportet semper orate & non deficere: ad Col. vltimo, Sine intermissione orate. ¶ Et nota quod ostensa est virtus orationis in quatuor elementis, in celo, & in inferno, & in terra. Actuum 4, Comotus est locus in quo erant. In mari, vt patet exemplo Ionæ, Ionæ 2. Item in aere, vt patet hic, in retentione pluuiarū. Itē in igne, vt patet in tribus pueris, Daniel. 2. Et in Aaron, Numeri 16. Item in celo, vt patet in statione solis, Iosua 1. Et in retrogradatione, Esa. 38. Item in inferno, Eccle. 48, Qui sustulit mortuum ab inferis. [Helias.] quasi exemplo patet quod multum valet: quia [Helias homo erat.] i. fragilis sicut homo, quia nodum in paradiso translatus, [Similis nobis.] Glossa, Mentis & carnis fragilitate. Mentis quidem, quia timore Iezabel fugit: carnis, quia à vidua sustentari indiguit. De vtroque habetur 3. Reg. 19, Quauis autem esset non bis similis virtute gratie. [Et oratione] vna. s. non pluribus, [orauit.] i. corde & ore orauit [vt non plueret super terram] ad edomandam, vt tangit Glossa, Regis superbiam, & idolatra gentis audaciam. [Super terram] Israël specialiter. [Et non pluit annos tres & menses sex.] In hoc significatur cessatura pluuiæ verbi dei tribus annis; & diminutio temporis Antichristi, Daniel. 7, Vt que ad tempus & tempora & dimidiū temporis. [Et rursus orauit] vt tangit glossa, postquam per tanti temporis inedia[m] cor regis & populi ad pœnitentiā inflexum vidit. Orauit, scilicet semel. Si ergo vt tangit glossa, Helias vna oratione tanta impetrauit, quid ergo multi fideles multis orationibus? [Et celum dedit pluuiam & terra dedit fructum suum.] Glossa, Fructus & aquas quas terris negauerat, restituit.

¶ Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, scire debet quoniam qui conuertit fecerit peccatorē ab errore viæ suæ saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.

Hic ponit tertium remediū quia non solum pro mutua salute orādum, immo etiam pro fratru conuersatione laborandum. [Fratres mei si quis ex vobis errauerit à veritate.] fidei vel morum, & conuerterit, [ad viam veritatis] reduxerit. Glossa, Vel bene monedo, vel tacite exempla bonæ actionis ostendendo. [Quis.] q. d. rarus est qui hoc faciat. [Scire debet] quoniam qui conuertit fecerit peccatorē ab errore viæ suæ. [i. vitæ.] Nam vitā nostrā est quasi quādam viā, aut in infernū si est mala, aut in paradysum si est bona. [Saluabit animā eius.] occasionaliter, deus verò causaliter, [à morte.] æterna. s. Glossa, Si magna mercedis est à morte eripere corpus quādoq; moriturū, quāti meriti est à morte liberare aīam in celesti patria sine fine victurā. Prou. 24, Erue eos qui ducentur ad mortem. Aliqui libri habent [animam suam.] id est, illius qui facit eum conuerti. [Et operit multitudinem peccatorum.] Glossa, Ab aspectu æterni iudicis superpositione vitæ melioris, abscondit, pallium verò quo operit, charitas est. 1. Pet. 4, Charitas operit multitudinem peccatorum. Operite autem peccata corā deo qui omnia videt, est facere quod non habeat. Notādum verò quod nō tantum per hoc saluat animā eius & operit peccata eius, sed etiam suā: vnde vt dicit Glossa, Quidā codices habent, saluabit animam suā a morte: & verē qui errantem corrigit per hoc ampliora gaudia vitæ celestis sibi acquirit. [Multum valet deprecatio iusti.] Primò dissoluit vincula. Actuum 12, Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat ab ecclesia ad deum pro eo. Et parum post sequitur, Subitò ceciderunt cathenæ de manibus eius. Secundò fugat dæmonia. Math. 9, Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi in oratione & ieiunio. Tertio liberat à morte, exemplum de Sufanna, Daniel. 13, Exaudiuit dominus vocem, & subditur quod liberata fuit à morte. Quarto à tentatione. Math. 26, Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Quintò potestates aduersas superat, exemplum de Moyse. Exodi. 17, Cū eleuaret manus, vincebat Amalech. Sextò cor mundat. Augustinus, Orationibus mundamur, lectionibus instruiuntur. Bonum est vtrunque si liceat, melius est tamen orare quā legere. Septimò iram dei placat. Exod. 32. de Moyse, & Numeri. 14, Dimitte obsecro peccatum populi tui, & sequitur, dimisi ei secundum verbum tuum. O taudē desideria nostra deo præsentat. Augustinus, Magna est virtus orationis, quæ quasi persona quādam ad deum intrat, & illius madata peragit quò caro peruenire nequit. Non dō infirmos sanat sicut hic, Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit.

Iustus depreca-
tio quo pacto
multū valet.

¶ Explicit expositio D. Thomæ Aquinatis in epistolam
B. Iacobi Apostoli.

B. PETRI APOSTOLI EPISTOLA CANONICA I.

Cap. 1.

Petrus Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatie, Capadocie, Asiae, & Bithynie secundum præscientiam dei patris in sanctificationem spiritus in obedientiam & asperisionem sanguinis Iesu Christi: Gratia vobis & pax multiplicetur.

Secundum quod sumitur diuisio huius libri ex parte authorum, liquet eam diuisionem esse bimbrem. Nam eo in libro ponuntur epistolæ Petri duæ, in quarum prima principaliter fit instructio in motibus in secunda principaliter in fide. Vel secunda inducitur ad confirmationem primæ: vel prima secundum Bedam scribitur inferioribus siue imperfectis: secunda autem maioribus siue perfectioribus. Hæc autem epistola potest diuidi in tres partes: scilicet in exordium capite 1. Et in narrationem capite 2, 3, & 4. Et in conclusionem capite 5. In exordio autem præparat animum eorum ad exhortationem sequentem, captando eorum benevolentiam, vt libentius audiant, & primò eos salutando. Secundò, de bonis eorum gratias agendo, ibi, Benedictus deus & pater. Tertio, in malis seu aduersis quæ sustinent eos consolando, ibi, In quo exultabitis. Quarto, diuina eis beneficia recolendo, ibi, Propter quod succincti lumbos. In salutatione quidem, Primò describitur persona salutans. Secundò describuntur personæ salutatæ, ibi, Electis aduenis. Tertio forma salutationis, ibi, Gratia vobis, &c. Dicit ergo textus [Petrus.] Hæc primæ epistolæ, vt tangit glossa, scribit Petrus profectis, i. his qui primò de gentilitate ad iudaismum, & postmodū de iudaismo ad Chri-

Diuisio epi-
stolarum D.
Petri, Apo.

Quibus Pe-
trus scribit.

stum conuersi erant, qui & pro fide patiebatur, & dispersi erant. Scribit autem eis à Roma, tēpore Claudij Cæsaris. Dicit igitur [Petrus.] Glossa. Nomen celebre: hoc enim nomen diuinitus fuit ei impostum. Ioan. 1. Tu vocaberis, Cephas, quod interpretatur Petrus: Et confirmatum. Matth. 16, Tu es Petrus, &c. Nomen autem suū præponit epistola vt det authoritatē ipsi epistolæ, quia caput erat totus ecclesiæ. [Apostolus.] Ecce nomen officij. Nobile officium est esse nuntium siue legatum Christi, [Iesu Christi.] id est, missus à Iesu Christo. Hoc dicit ad differentiam pseudo Apostolorū, qui Apostoli Christi non erant, vnde nō misit prædicabant. Hiere. 23, Non mittebam eos, & ipsi currebāt. [Electis.] s. à domino. [Aduenis.] id est profectis, sicut dicit Glossa. Qui de gentilitate venerat ad iudaismum, & de iudaismo ad fidem Christi. [Dispersionis.] Potest esse constructio intransitiua. i. dispersis. Vel transitua, id est, qui sunt de dispersione que facta est, post mortem Stephani, Actuum. 8. Vel aliarū etiam persecutionum quæ aliquando factæ sunt à Iudæis, aliquando à Gentibus. [Ponti.] Prouincia Græciæ iuxta mare. [Galatię.] Alia puincia à qua Galatæ dicti sunt. [Capadocia.] Regio est Pontica, cōfinis Armeniæ. [Asia.] Minoris in qua prædicauit Ioānes: Asia verò maior, media pars orbis est. [Et Bithynia.] Alia prouincia est. Omnes istæ prouinciæ sunt Græcorum in Asia maiori cuius pars est Asia minor, de his autem prouinciis oriundi erant illi quibus scribit Petrus Apostolus. Vel in his prouinciis dispersi erant. [Secundum præscientiam.] electis, inquam, non scdm merita, vt ait Glossa, sed secundum præscientiam [dei patris.] Rom. 8, Quos præsciuit, hos prædestinavit. Elegit, inquam, in sanctificatione, remissionem. s. peccatorum. Eph. 1, Elegit nos vt essemus sancti & immaculati. [Spiritus.] non solum carnis, qualis erat sanctificatio Iudæorum, [in obedientiam.] impletionis diuinorū præceptorū. [Et asperisionem sanguinis Iesu Christi.] id est, redemptionem. s. pœnarum debitarum pro peccatis. Sicut enim in veteri lege omnia cōsecrabatur & sanctificabantur sanguine, vt dicit Apostolus, Heb. 9. Ita in noua omnia consecrantur sanguine Christi, [Gratia.] i. est, remissio peccatorum, quæ fit per gratiam, [vobis & pax.] id est, reconciliatio ad deum. Glossa, Sine gratia Christi ad pacē reconciliacionis eius non peruenitur, [Multiplicetur.] Glossa, Vt quod bene cepistis, perfecte compleatur.

Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi: qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcescibilem conseruatam in celis: in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo.

Hic capta benevolentiam de bonis eorum gratias agendo. Primò, de bonis gratiæ. Scdò de bonis gloriæ, ibi, In hereditatem. Tertio custodia virtutis, ibi, In vobis qui in virtute dei. Dicit ergo [Benedictus.] Deum benedicere, est ipsum de suis beneficiis laudare. A gratiarum autem actione incipit: tum propter diuinam dignitatem, quia ipse est cuiuslibet actionis fons & principium: siue propter necessitatem propriam, qui enim indiget manducare, non potest melius incipere quā gratias de præteritis agere. [Deus & pater,] ille qui est in natura diuinitatis qui & pater in proprietate personalis distinctionis: nec propter hoc sunt diuersa secundum rem, sed secundum rationē. Et potius ponitur ibi copulatiua coniunctio, quāsi, repetendo quā copulando. In patre verò refundit gratiarum actionē, quia ipse est actor omnium bonorum. Iac. 1, Omne datum optimū, &c. Pater, in quā, [Domini.] quo ad beneficium creationis. [Nostrum.] quo ad beneficium incarnationis. [Iesu.] quo ad beneficiū saluationis, [Christi.] quo ad beneficiū vnionis, vel gratiæ gratū facientis. [Qui secundum misericordiam suam magnam.] Sicut dicitur Eccl. 30, Secundum magnitudinem eius, sic & misericordia illius: sed magnitudo est infinita, ergo & misericordia. Ps. 144, Magnitudinis eius nō est finis. Bern. Non artatur numero, non clauditur fine, nullas omnia meritis habet diuina clemētia. Si inuocetur, erit qui exaudiat: si est qui pœnitent, erit qui indulgeat. Qui, inquam, secundū suam misericordiā magnam, nō secundum merita nostra [regenerauit nos.] ad vitā spiritualem redimendo, qui prius genuit nos ad vitam naturalem creando: vel generatos ad mortem, regenerauit ad vitam. Et hoc per lauacrum regenerationis & renouationis quod effudit in nos abunde, ad Titum 2. [In spem viuam.] scilicet regenerauit nos, hoc est, vt spe viuā speremus habere vitam æternam. Et dicit, viuam, ad differentiam illius quæ degenerat in præsumptionem. Item ad differentiam spei illorum qui sperant bona peritura & transitoria, quorum spes est mortua, & non viuā. Sapient. 3, Vacua est spes illorum, &c. Hanc autem spem habemus maximè [per resurrectionem.] id est, per fidem resurrectionis, per quem dat nobis firmam spem quod resurgemus: quia si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Glossa, Mortuus est ne moreremur. Resurrexit vt resurrectionem speraremus [Iesu Christi ex mortuis.] Glossa interlinearis, Remoti ex loco & numero mortuorū, quia ipse solus fuit iter mortuos liber. [In hereditatem.] in futuro habendam, scilicet regenerauit nos in vitam æternam, quæ nobis est hereditaria non transitoria. Hereditas enim est possessio immobilis à patre in prolem descendens non diuisa fed integra. Gregorius, Hereditas illa est omnibus vna & singulis tota. Bernardus, O præclara hereditas non decessu patrum & successu filiorū obtinenda. Non inter fratres & sorores diuidenda: nō angustior multitudine heredū, quia participatio eius in idipsum non insufficientis, sed omnibus bonis repleta. [Incorruptibile.] in se. Glossa, Vt nec senio, nec morbo, nec alia mœstitia tågatur. Apoc. 21, Absterget deus omnē lachrymarum, &c. [Et incontaminatā.] ab aliis. Glossa. In qua nullus immūdus potest intrare. Apoc. 21. Foris canes venefici. Et Sap. 7, Nihil inquinatum in eam iucurrat. Et Apoc. 21, Nō intrabit in ea aliquid coinquinatum, aut abominacionem faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. [Et immarcescibile.] ipse habet eam. Glossa, Quia nec in ipsis beatorum mentibus hominum vsu celestis illa conuersatio valet aliquando vilescere, sicut luxus præsentis seculi solet aliquando in fastidium verti ex longo vsu, id est, quantuncunq; homo esuriat & sitiat, tandiu possit comedere & bibere quod fastidiret. Et quantuncunq; homo sit fessus, tandiu possit in lecto pulchro iacere quod fastidiret. Hoc autem facit fidelitas creaturarum quæ non permittit hominem in ipsis creaturis quiescere, sed ad creatorem suum remittit [Conseruatam in celis.] Beda, Non in præsentī dandam, sed tempore futuro reddendam nobis in celo. Psal. 126, Cūm dederit dilectis suis somnum, & cetera. [In vobis,] id est, pro vobis & futuram in vobis: vel conseruatam per id quod in vobis est, scilicet per gratiā & liberum arbitrium, & per bona merita ve-

Quid deus
benedicere.

Spes viuam
quæ sit.

Hereditas
dei qualis sit.

Palpatas in
vobis cur hu-
manum appo-
situm non
satiat.

stra. [Qui in virtute dei custodimini,] nō vestra, Pſalm. 126, Nisi dominus custodierit ciuitatem, & cætera [Per fidem] quæ facit fortes homines ad perseuerandum: vnde scuto comparatur. Ephes. vltimo, In omnibus sumentes scutum fidei. Custodimini, inquam, [in salutem] æternam [paratam] reuelari, [id est, ostendi & dari] quæ modò latet, [in tempore nouissimo,] id est, in die iudicij. Apocal. 10, Tempus vltimū non erit. In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: vt reprobatio vestra fidei multò sit pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelatione Iesu Christi: quem cum non videritis, diligitis. In quem nunc quoque non videntes, creditis: credentes autem exultabitis latius inenarrabili & gloriositate: importantes finem fidei vestra, salutem animarum vestrarum.

Hic præparat animum auditorum, & captat beneuolentiam, eos in malis quæ sustinent consolando. Primò, promittendo præmia. Secundò, proponendo exempla, ibi [De qua salute, &c.] Item in prima. Primò ponendo fidei perfectionem in præsentem. Secundò honorem in iudicio generali, ibi [Inueniatur in laudem.] Tertio, salutem animarum in iudicio particulari, ibi [Quem cum non videritis.] Dicit ergo, Custodimini in salutem paratam reuelari in nouissimo tempore [In quo.] scilicet tempore nouissimo [exultabitis.] Glossa interlinearis, Sicut triumphatores. Esa. 9, Sicut exultant victores capta præda, &c. Anselmus, Pleno corde, plena mente, pleno toto homine: nec illud totum gaudium intrabit in gaudentes, sed gaudentes, intrabunt in gaudium. Exultabitis, inquam, hoc modo, hac conditione, [Modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus.] Actuum 14, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Glossa, Quia non nisi per tristitiam potest ad gaudia perueniri. Vel sic, Exultabitis, inquam, si pro quantum modicum oportet contristari, &c. Vel sic, Exultabitis, vt exultare possitis tunc modicum, sed nunc si oportet contristari, &c. Suprà vt dicit Glossa, Ne deficiatis: modicum dicit quod ad tribulationum acerbiorum: nunc, quod ad ipsarum breuitatem. 2. Corinth. 4, Id quod in præsentem est momentaneum tribulationis nostre, &c. Si oportet, inquit, quo ad ipsam inenarrabilem, vnde & tribulationes dicuntur necessitates. Pſa. 24, De necessitatibus meis eripe me. In variis tentationibus tam interioribus quæ exterioribus quo ad ipsarum multiplicationem. Pſal. 33, Multæ tribulationes iustorum, &c. Item, Modicum, inquit, respectu gaudij, quod inde sequitur: respectu pænæ æternæ, quæ euaditur: respectu diuinæ offensæ, quæ committitur: respectu consolationis, quæ immititur: respectu passionis, quam xps patiebatur. Nunc, inquit, quia breuis est tribulatio: sed longa, æterna, remuneratio. [Vt probatio fidei vestra,] quasi ad hoc oportet contristari vt probatio fidei vestra. i. ipsa fides per tribulationes probata, vel ipsa patientia probans. [Multò pretiosior sit auro, quod per ignem probatur.] vt plus placeat deo summo artificio, vt tangit Glossa, Fides vestra quæ alicui artificio aurum materiale. Item Glossa, Patientia sanctorum auro comparatur, quia sicut in metallis aliquid auro pretiosius non est, ita hæc apud deum omni laude dignissima est [inueniatur.] Glossa, Vt probatio fidei vestra inueniatur quod modò occultum est, [In laudē.] hominū, [Et in gloriā.] angelorū. [Et honorem.] dei, nam laudabuntur à cæteris hominibus, glorificabuntur à sanctis, honorabuntur à deo: vel laus in stola corporis, gloria in stola animæ, honor in iudiciaria potestate totius conjuncti ex anima & corpore, [in reuelatione Iesu Christi.] id est, in die iudicij. Nam Christus occultus in primò aduentu manifestabitur in secundo: tunc cognoscetur iudicia faciens, qui nunc ignoratur iniurias patiens, vt dicit B. Bernardus. [Quem.] scilicet, Iesum Christum, [Cum.] id est, quando, [non videritis.] oculis, scilicet corporis, sed solum oculis fidei [Diligitis.] quia, vt ait Augustinus, Immensa possumus diligere, incognita nequaquam. [In quem.] scilicet Iesum Christum. [nunc quoque,] in tempore, scilicet persecutionis, non sicut illi. Lucæ 8, qui in tempore persecutionis deficiunt. [Non videntes creditis.] Augustinus, Fides est credere quod non vides. Tales beati dicuntur. Ioan. 2. Beati qui non viderunt & crediderunt. Sed dicit quis, in quem vel quomodo creditis? Sunt enim tres gradus seu modi credendi, videlicet, Credere deum esse vnde Paul. Hæbræo. 11, Oportet accedentem ad deum, credere quia ipse est, & cætera. Rursus oportet credere deo, scilicet esse vera quæ ipse dicit. Iterum oportet credere in deum, sicut dicimus, Credo in deum, id est, in ipsum tendere per bona opera, & per obseruantiam præceptorum eius duo prima non sufficiunt, quia quasi omnes credunt & fatentur deum esse. Alij credunt deo, id est, his quæ scripta sunt de deo & Christo per prophetas & euangelistas, & Apostolos, & cætera quod tamen etiam credunt hæretici. Sed præcipuum est credere in deum modo prædicto. Et in hoc errant mali Christiani qui non seruant mandata dei, quasi reputantes non esse peccatum, & cætera. Similiter & Sarceni & Iudæi qui non sunt baptizati, omnes tales damnabuntur nisi conuertantur & agant penitentiam, & cætera. [Credentes autem,] id est, in fide perseuerantes [exultabitis.] non tantum interius gaudebitis, sed etiam exterius. Pſalm. 149, Exultabunt sancti in gloria. [Letitia inenarrabili.] ab hominibus. [Et glorificata.] id est, à deo laudata. Esaie 64, Oculis non vidit absque re, &c. Bernardus, O suavis affectio eo purior, quo in eo nihil de proprio relinquitur, eo dulcior quo diuinum est totum quod sentitur [Reportates,] quod modò portatis in se: tunc iterum portantes in re, [finem fidei vestra, salutem animarum.] Salus enim animarum finis est animarum nostrarum, Rom. 6. Finis verò est vita æterna. Finis enim est optimum in vno quoque. Salus verò animæ optimum nostrum est. Salus enim animæ est liberatio ab omni malo imperfecta in præsentem per gratiam: in futuro perfecta per gloriam, Dicitur autem finis fidei quod etiam sit finis aliarum virtutum, quia fides est initium salutis.

De qua salute exquiescerunt atque scrutati sunt propheta: qui de futura in vobis gratia prophetauerunt: scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi: prænuntians eas quæ in Christo sunt passionis & posteriores glorias: quibus reuelatum est quod non sibi metipsis: vobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis spiritu sancto misso de celo: in quem desiderant angeli prospicere.

Hic consolatur eos exemplis prophetarum, salutem, quam ipsi habent multo tempore persequuntur. Et primò tangitur prophetarum persecutio, de iniquitate nostræ salutis. Secundò reuelatio facta illis, ibi, Prænuntians eas. Tertio denuntiatio facta verbis, ibi, Quibus reuelatum est &c. Continua sic, ita reperit salutem animarum vestrarum. [De qua salute,] scilicet, animarum exquiescerunt affectu, quasi extra se quæsierunt, quia salus iustorum à domino, non à seipsis. [Et scrutati sunt intellectu.] Glossa, In occulto

Credere triplex.

scilicet contemplationis à domino, vel ab angelis [Propheta.] Glossa, qui tantam cognitionem habebant. Non dicit philosophi, sed propheta, [Qui de futura in vobis gratia,] scilicet redemptionis [prophetae] runt, palam hominibus loquendo, & exponendo quæ in occulto internæ contemplationis cognouerunt. [Scrutantes.] Glossa, quotidiano vltu. [In quod,] id est, quo anno, vel suo principe, Danielis nono cap. Vel quale tempus, bellicosum an pacificum: vel quo ordine per partem ordinis, vel aliquo modo, significaret in eis spiritus Christi. i. spiritus sanctus increatus in eis existens. Roman. 8, Si quis spiritum Christi non habet, &c. Vel spiritus Christi est angelus reuelans eis mysteria, secundum Glossam. [Prænuntians,] id est, diuinum aduentum nuntians [Eas quæ in Christo sunt passionis,] quod Christus multa debuit pati, non dicit, actiones, quia agit de patientia. Et quia difficilius est mala pati, quàm bona agere. Et dicit, passionis, non vnam, sed multas, quia non solum quæ in capite Christo fuerunt, sed etiam quæ in corpore eius, quæ est ecclesia. [Et posteriores glorias] tam animæ quàm corporis. Et quippe sunt glorificationes domini, vt tangit Glossa. Vna, quæ resurrexit: altera, quæ in cælum ascendit in conspectu discipulorum. Restat tertia, cum in maiestate venerit. Dicit autem posteriores passionibus, quia passio est via ad gloriam. Lucæ vltimo, Nonne hæc oportuit Christum pati, & cætera. Vel posteriores glorias vocat, diu à patribus qui errant in limbo desideratas. Glossa, id est, tardas & diu desideratas. [Quibus] scilicet prophetis exquirentibus & perscrutantibus, [Reuelatum est.] Glossa, Inter cætera occulta hoc etiam intimatum est. [Quia non sibi metipsis,] i. in diebus suis vltura, sed longè post: vnde non pronuntiabat sibi metipsis salutem illam, vt suis temporibus futuram. [Vobis autem,] ministrabat, autem pro sed. Vobis autem ministrabant, i. tanquam ministri, non domini prænuntiant. Prædicator enim est verbi minister, non auctor. Pſalm. 44, Lingua mea calamus scribæ, &c. [Ea quæ nunc nuntiata sunt vobis,] tempore. s. gratia, non quasi futura, sed iam impleta, scilicet mysteria de Christo annuntiata, inquam, [Per eos,] scilicet Apostolos, [Qui euangelizauerunt vobis,] id est, prædicauerunt [Spiritu sancto,] non spiritu proprio aut maligno. Glossa, Non mendose, id est, mendaciter, id est pharisaice, sed spiritu sancto dicente, [Misso] eis in die Pentecostes, Actuum 2. [De celo.] [Ex quo patet quod eodem spiritu propheta prædixerunt futura,] quo apostoli annuntiabat facta: vnde Glossa, Spiritus in prophetis, spiritus in apostolis. Inde patet quod propheta & apostoli eandem salutem nuntiabant: illi venturam, isti impletam: vna nanque ecclesia, cuius pars præcessit aduentum Christi, & pars sequitur: euangelizauerunt, inquam, illum, scilicet Christum, [In quem desiderant angeli prospicere.] Glossa, Tanta est hominis qui passus est pro nobis, gloria, vt angelicæ virtutes, cum sint in æterna felicitate perfectæ, non solum immortalis deitatis magnificentia, sed & assumptæ humanitatis claritatem semper aspiciere gaudeant. Sed cum desiderium importer defectum, quomodo angeli desiderant? Respõsio, Est desiderium rei habendæ, vt scilicet habeatur, & illud defectum importat. Est & desiderium rei iam habitæ, vt continue, & tale defectum non importat. Vnde Glossa, Cur cernere desiderant cuius faciem cernere nunquam cessant, nisi quia contemplatio diuinæ præsentie, ita angelos beatificat, vt eius semper visa gloria saluentur, & quod eius dulcedinem quasi nouam infallibiliter esuriant? Vel, in quem desiderat prospicere, scilicet Spiritum sanctum, qui tanta maiestatis est, vt eius visio sicut patris & filij desideretur ab angelis. Et nota quod Christum desiderant prospicere propter suam virtutem vt hic iusti verò possidere propter suam bonitatem. Proverbiorum vndecimo, desiderium iustorum omne bonum, & cætera. Sponsa sponsum cupit tenere propter suam pulchritudinem. Canticorum quinto, Torus desiderabilis est, & cætera. Et Ecclesiast. secundo, Tenui eum, nec dimittam, & cætera. Gregorius, Cælestes diuitiæ habitæ appetitum excitant, terrenæ fastidium generant.

Propter quod, succincti lumbos vestra, sobrii, perfecti, sperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in reuelationem Iesu Christi: quasi filij obedientiæ non configurati prioribus ignorantia vestra desiderati: sed secundum eum qui vocat vos sanctum: vt ipsi in omni conuersatione sancti estis, quoniam scriptum est, Sancti eritis, quoniam sanctus sum. Et si patrem inuocatis eum qui sine acceptione personarum iudicat secundum vniuersum quæ opus, in timore in colatus vestri tempore conuersamini.

Hic præparat animum auditorum, & captat beneuolentiam eorum diuina beneficia memorando: Primò beneficium gratiæ vocationis. Secundò beneficium cælestis adoptionis, ibi, Et si patrem inuocatis. Tertio beneficium æternæ redemptionis, ibi, Scientes quod non corruptibilibus. Quarto beneficium spiritualis regenerationis, ibi, Animas vestras castificantes, & cætera. Vbi primò ostendit dignitatem spiritualis regenerationis. Secundò ignobilitatem carnalis, ibi, Quia omnis caro. Dicit ergo [Propter quod,] Glossa, Quia tanta gratia vobis est promissa, vt videatis illum quem nunc videt angeli. [Succincti] à luxu luxuriæ per singulum castitatis, [Lumbos mentis vestra,] non solum carnis, id est, luxuriæ, fontem. Glossa, Vt superfluas voluptates à mente reseratis. Ephes. 6, State succincti lumbos vestros in veritate. Sicut enim ait Gregorius, Viris, in lumbis luxuria est, scemini in vmbilico. Et nota quod homo interior suo modo proportionatur exteriori. Vnde dicitur habere pedem, id est, affectionem, oculum rationem, manum operationem, narem discretionem, renes delectationem. Succincti ergo per castimoniam. [Sobrii] per abstinentiam. [Perfecti] per patientiam, quæ opus perfectum habet. Iacob. 1, scilicet per charitatem perfectam quæ foras mittit timorem, i. Ioannis 4, [Sperate.] Glossa, Et securi expectate. [In eam quæ offertur vobis.] Glossa, Gratis, quia propria merita non sufficiunt. Gratiæ, id est, gloriam ex misericordia dandam. Rom. 6, Gratia dei vita æterna. Danda dico [In reuelationem Iesu Christi,] id est, in die iudicij quando Christus reuelabitur. Esaie 40, Videbit omnis caro salutem dei. Sperate, inquam, [Quasi filij obedientiæ,] id est, filio obedientiæ similes, qui sicut obediens patri vsque ad mortem. Philipp. 2. Vel quasi filij. Ioan. 1, Quasi vnigeniti à patre. Obedientiæ, inquam, intransitiuæ, id est, obediens. Et dicit, filij obedientiæ, vt notetur quod obedientia debet esse filialis, non seruilis: hoc refertur ad operationem boni. [Non configurati,] id est, non conformes vel assimilati [Prioribus ignorantie vestrae desiderati] proueniuntibus ex ignorantia & errore propter quod excusabiliores eratis, & si non à toto, modò non hoc referatur ad delectationem mali. Postea ponitur exemplar vtriusque partis iustitiæ, [Sed secundum eum,] id est, sitis configurati ad eius exemplar

Angeli quo modo desiderare dicuntur.

Parat sibi auditori beneuolentia.

quod est correctissimum. Lantonomatice: vnde dicitur, Sanctus sanctorum, Danic. 9. [Qui vocavit vos.] ad si-
de, vocatione interiori, per Spiritus sancti gratia: & exteriori, per verbum pradicacionis. Vocavit autem [Vt &
ipsum.] i. sicut ipse Christus, [Sicut sancti.] i. mundi & puri ab omni peccato. Vel secundum Glos. id est, firmi co-
tra vitia & contra tribulationes. [In omni conuersatione.] non in parte conuersationis, sed in tota, id est, in
ter domesticos & extraneos, inter bonos & malos, inter seculares seu laicos, & religiosos, inter prospera &
aduersa. Sunt enim quidam qui conformantur omnibus, quibus conuincuntur: nam quando sunt cum se-
cularibus, sunt quasi seculares: quando cum religiosis sunt quasi religiosi. Tales sunt similes animali quod di-
citur chameleon, quod conformatur omnibus quibus associatur, quando coniungitur rei alba vel rubea,
videtur album vel rubeum. Nota quod sic dixerunt quidam de anima, quod fortiter rerum similitudines. Et
debetis esse sancti, quoniam scriptum est, [Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.] Dignum est enim filios
patri conformari, & membra capiti. Glosa, Tales vos volo qualis ego sum, [Et si patrem.] Glosa, Vt possi-
tis esse sancti, si patrem, scilicet caelestem, [Inuocatis.] in oratione, dicendo illud, Pater noster qui es in caelis,
&c. Matth. 6. [Eum.] scilicet deum. [Qui sine acceptatione personarum.] vt habetur Actuum 10. Non enim
personarum est acceptor deus. [Iudicat secundum vniuersi cuiusque opus.] Nomine autem operis, intelligitur
hic cogitatio, locutio, operatio. 2. Corinth. 5, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal domini nostri
Iesu Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore, &c. [In timore.] Glosa, Ne per negligentiam
& desidiam tanto patre sitis indigni. Timor enim negligentiam pellit secundum id Ecclesiast. 7, Qui timet
deum, nihil negligit. Econtra securitas stulta parit negligentiam. [Incolatus vestri tempore conuersamini.]
q. d. quando estis in hoc mundo, vbi non habetis manentem ciuitatem, sitis in timore, licet habeatis deum
patrem. Psalm. 119, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus, &c.

scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditio-
nis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati: praecogniti quidem ante mundi confi-
tutionem: manifestati autem nouissimis temporibus propter vos qui per ipsum fideles estis in deo, qui suscitauit eum a mor-
tuis: & dedit ei gloriam, vt fides vestra & spes esset in deo. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fra-
ternitatis amore: simplici ex corde inuicem diligite attentius: renati non ex semine corruptibili: sed incorruptibili, per
verbum dei viui, & permanens in aeternum: quia omnis caro, vt fennum, & omnis gloria eius tanquam flos feni.
Exaruit fennum, & flos eius decidit: verbum autem domini manet in aeternum. Hoc est autem verbum quod euangelizati
est in vos.

Hic ponit beneficium redemptionis aeternae, vbi tangit passionem per quam redempti sumus. Et etiam
patientiae rationem, ibi, Propter vos qui per ipsum, &c. Et etiam resurrectionem, ibi, Qui suscitauit eum. Et
ascensionem, ibi, Et dedit illi gloriam. Dicit ergo, [Scientes.] q. d. debetis timere. Glosa, Quanto magis p-
tium est quo redempti estis, tanto amplius timere debetis, ne reuertendo in corruptelam vitiorum redem-
ptoris animum offendatis, [Quia non corruptilibus.] scilicet metallis, [Auro vel argento.] Hac duo tan-
git tanquam magis pretiosa. [Redempti estis.] Quia primo ad diabolo per suggestionem, sed redem-
pti a Christo per sanguinis effusionem. [De vana vestra conuersatione.] Vana conuersatio est qua occu-
patur in rebus vanis. Psalm. 4, Vt quid diligitis vanitatem &c. [Paterna traditio.] id est, quam a patribus
traditam accepistis. Glosa, A legis praeruaricatione vel a peccato Adae. [Sed pretioso sanguine.] Quia pre-
tium est totius mundi inappretiable. Vnde dicitur pretiosum, quia pretio plenum. [Quasi agni.] id est, qui
est quasi agnus manufactus. Dicitur quasi agnus, ratione innocentiae & ratione clemetiae, & immunis ab om-
ni peccato, [Incontaminati.] i. sine omni peccato actuali, veniali, & mortali. [Immaculati.] ab originali,
[Iesu Christi.] Et quia care empri, ideo magis dilecti. Sicut mercator diligit res quas care emittit, & confide-
rata tanti pretij magnitudine debemus nos ipsos magis diligere, & cariores habere. Hugo de Arra animae,
Ex hoc iam mihi vilis esse non potero, ex quo, deo tantum placui, vt se mori permitteret, ne me perderet.
Augustinus, O quanta infelicitas: quam lugenda peruersitas, cum quisque luxuriosus propter delectatio-
nem libidinis vnus momenti animam suam, quam Christus suo sanguine redemit, diabolo vendit. Et nota
quod huius agni lana. i. exemplo conuersationis induimur. Lacte, id est dulci doctrina nutrimur. Carnibus,
id est sacramento eucharistiae roboramur. Sanguine vero redimimur, Christi dico. [Praecogniti quidem.] sci-
licet a deo. i. praordinati a deo pro redemptione mundi. Apo. 14, Qui occisus est ab origine mundi. [An-
te mundi constitutionem, manifestati autem.] Glosa, Per assumptam humanitatem, [Nouissimis tempori-
bus.] i. in vltima aetate mundi. 1. Corinth. 9, Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt, q. d. dispositio
nostra redemptionis est ab aeterno, sed impletio in tempore. [Propter vos.] Glosa, Saluandos. [Qui per
ipsum.] i. per eius donum non per vestra merita. [Fideles estis.] tanquam membra eius, [In deo.] scilicet pa-
tre, [Qui suscitauit eum a mortuis.] Et pater eum suscitauit, & ipse seipsum suscitauit, non qualibet susci-
tatione sicut alij mortui quando suscitantur, secundum Glosam. Vnde sequitur, [Et dedit in gloriam.] sem-
piternam, non transitoriam. Glos. Dedit in Ascensione. i. manifestatione glorie sempiternae. Nec hoc fecit,
quia ipse indigeret, sed, [Vt fides vestra,] scilicet resurrectionis. [Et spes gloriae sempiternae.] Fides enim est
de bonis & de malis, vt ait Augustinus. Spes vero de bonis tantum, [Esset] de habenda gloria resurrectionis
quam ipse Christus primus accepit. [In deo] Non in carne, non in mundo, a deo enim omne bonum [Ani-
mas] Glos. Inuicem diligite vos. [Animas vestras castificantes.] i. castas facientes, non solum corpora, sed &
animas, vt vni viro, scilicet Christo seruetis fidem, quia ipse est sponsus animae. 2. Corinth. 11, Respondi e-
nim vos vni viro, &c. [In obedientia charitatis.] Glos. In obediendo deo ex charitate, seruando eius man-
data. obedientia enim non debet esse ex timore. [In fraternitatis amore.] Non enim sufficit dilectio deli-
ne dilectione proximi. Matth. 22, Diliges dominum ex toto corde, & proximum tuum sicut teipsum. In his
duobus mandatis, &c. [Simplici ex corde] Non ex aliquo creati boni amore. Sic enim esset amor mercena-
rius. Vel simplici, non duplici, sicut illi qui verbo dilectionem simulant, & in corde odium colant. Inuicem
diligite, id est vnus alterum, & conuerso. Ioan. 13, Hoc est praecceptum meum, vt diligatis inuicem. Et hoc
[Attentius,] quam hucusque feceritis, vt de bono in melius proficiatis. Bernardus, In praesenti vita non

Chameleon-
tis conditio.

Leui. 12.
& 19.

Emprio & re-
demptio
hominis.

Christus
agnus.

proficere, deficere est: cum nihil in hac vita in eodem statu permaneat. Et hoc debetis facere, quia [Renati.]
id est, iterum nati regeneratione spirituali. Prius enim eratis nati generatione carnali. Ioan. 3, Nisi quis re-
natus fuerit ex aqua & cetera. [Non ex semine corruptibili.] scilicet materiali, qualis est natiuitas corpora-
lis. [Sed incorruptibili.] scilicet verbo dei. Luc. 8, Semen est verbum dei. [Per verbum.] Hic determinat
modum natiuitatis per verbum: vel incarnatum, scilicet dei filium. Aut per verbum creatum doctrina, i.
ista redemptio est euangelium. Aut per verbum sacramentale, quo scilicet perficitur sacramentum. [Dei vi-
ui.] In se & ex se & vitam tribuentis, ad differentiam idolorum. Baruc. 6, Mortui sunt dii illorum. Viuentis
autem non quacunq; vita, sed aeterna. [Et permanentis in aeternum.] Et in se verbum increatum & in ef-
fectu, quia vita quam dabit, durabit in aeternum. [Quia omnis caro vt fennum.] Hic ostendit ignobilitatem
generationis carnalis, quasi non ex semine corruptibili renati estis, quanquam omnis caro fennum, id est
transitoria, sicut fennum. Caro autem comparatur fenno. Et vt dicit Glosa super illud Esai. 40, Omnis ca-
ro, fennum. Fennum nascendo habet virorem, crescendo decorem, deinde florem: sed ardore solis siccatur
redigitur quasi in cinerem, & tandem in puluerem. Sic homo per aetatum successiones amittit decorem, &
cadit in mortem. Iacobi 1, Exortus est sol cum ardore, & arefecit fennum. [Et omnis gloria eius.] Glosa, Om-
nes delectationes carnis, [Tanquam flos feni.] qui cito euanescit, [Exaruit fennum.] id est corruptum est
subtractione naturalis humoris & caloris interioris, id est caro deficit aliqua infirmitate. [Et flos eius de-
cidit.] scilicet exterioris decoris. [Verbū autem domini manet in aeternum,] Verbum increatum manet aet-
ernaliter in seipso. Verbum vero creatum in suo effectu, & in suo significato. Psalm. 118, In aeternum do-
mine permanet verbum tuum. [Hoc est autem verbum,] manes, non transiens. [Quod euangelizatum est.]
per me & alios Apostolos, [In vos.] Hoc ideo dicitur, quia verbum ipsum intra ipsos est penetratum, se-
cundum illud Hebr. 4, Viuus est sermo & efficax & penetrabilior omni gladio. Nota de hoc redempti-
onis de vana vestra conuersatione, & c. Redemptione, scilicet copiosa. Psalm. 128, Apud dominum misericor-
dia, & copiosa, &c. Quia sine argento, gratiosa est. Esai. 52, Gratis venundati estis, &c. Pretiosa, non corpo-
ralibus auro vel argento, &c. Aeterna, ad Hebr. 9, Per proprium sanguinem introiuit semel, &c. Gloriosa,
Ex parte redimendis, quia filius dei Galat. 4, Misit deus filium suum factum ex muliere. Et ex parte redem-
pti. Psalm. 102, Qui redimit de interitu viam tuam, qui coronat te, &c. Et Apoc. 5, Redemisti nos domine
in sanguine tuo, & fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Ad hoc autem quod proficiat ipse redē-
ptio, sunt quinque necessaria. Primum est confessio culpae. Prouerbio. 15, In misericordia, scilicet iudicis,
veritate, scilicet confitentis, redimitur iniquitas. Secundum est postulatio veniae. Psalm. Ego autem ad domi-
num clamauit, veniam, scilicet postulando, & dominus saluauit me. Et parum post, Redimet in pace animā
meam. Tertium est largitio. Daniel. 4, Peccata tua elemosynis redime. Et Prouerb. 22, Redemptio animae
viri, diuitia eius. Quartum est expletio penitentiae iniunctae. Sophon. 3, Vt prouocatrix & redempta ciui-
tas non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam. Quintum est veritas fidei. Ecclesi. 49, In fide veritatis
suae redemerunt se.

Cap. 2.

Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones: sicut mo-
do geniti infantes, rationabiles & sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem: si tamen & iustitiam quomodo dubi-
tis est dominus.

Post exordium aggreditur narrationem, in qua instruit eos. Primo & simpliciter ad bene viuendum. Se-
cundo ad bene conuicendum. Tertio ad comparandum. Primo ad bene viuendum instruit generaliter
omnes. Secundo instruit specialiter secundum diuersas personarum conditiones, ibi, Charissimi obsecro vos.
In prima parte, primo instruit hortando ad meritum. Secundo constituendo fructum, ibi, Propter quod co-
tinet scriptura, Tertio commendando statum, ibi, Vos autem genus electum. Quarto allegando beneficiū
ibi, Qui aliquando non populus, &c. Ad meritum autem innuit, primo statum incipientium. Secundo pro-
ficiendum, ibi, Sicut modo geniti. Tertio perfectorum, ibi, Ad quem accedentes. Dicit ergo, [Deponetes.]
tanquam graue pondus. Peccatum enim est pondus grauisimum, quod patet quia subito traxit grauisi-
mam cateruam, scilicet angelicam de supremo loco ad infimum. Hebr. 12, Deponentes omne pondus &
circumstantes, &c. [Omnem malitiam.] Glos. Voluntatem nocendi aliis scilicet aperte, vel in persona sua vel
in persona sibi coniuncta, scilicet in vxore vel in possessione sua. Et ideo dicit, omnem. [Et omnem dolum.]
Glosa, Deceptionem, scilicet occultam. [Et simulationes.] Malignandi sub specie iustitiae. Glosa, Simulatio
est cum aliud est in corde, aliud in ore. [Et inuidias.] odium scilicet alienae felicitatis in corde. [Et omnes
detractiones.] diminutionem alieni boni in ore. Et dicit omnes, quia multis modis committitur detractio,
aut bonum quod inest, non inesse negando, aut obfuscando, aut diminuendo, aut malum quod non est in-
esse dicendo, aut intentionem in bono opere peruertendo, aut consentiendo aliquibus, qui aliis detrahunt,
quibus aperte detrahere non audeat: & talis non minus peccat, quam detrahens, imò aliquando grauius.
Prouerb. 11, Remoue a te os malum, & labia detrahentia. [Sicut modo geniti infantes.] id est innocentes
per munditiam vitae non fenes inueterati in malitia culpae. Et quia innocentes solent esse sine discretionem
subdit, [Rationabiles.] i. ratione vtentes per sapientiam. Glosa, Et si infantes per malitiam remotam tamē
rationabiliter per sapientiam. 1. Corinth. 14, Nolite pueri effici sensibus, Malitia autem paruuli est otio. Et
quia vltis rationis potest esse in bono & in malo, ideo subdit, [Sine dolo lac concupiscite.] i. simplicem do-
ctrinam de vberibus matris ecclesiae. Glosa, Simpliciora rudimenta fidei de vberibus matris ecclesiae que-
rite. i. de vtriusque testamenti doctoribus. In hoc quod dicit, Sicut modo geniti, remouet malitiam ope-
ris. In hoc quod dicit, infantes, remouet malitiam oris, dicitur infans quasi non fans. In hoc quod dicit, sine
dolo, remouet malitiam cordis. In hoc quod dicit, rationabiles, docet discretionem boni operis. In hoc quod
dicit, lac concupiscite, docet simplicitatem intentionis, vel desiderium sacrae lectionis, vnde Glosa, Tan-
git illos qui ad audiendas lectiones sacras fastidiosi adueniunt. Ideoque ad perfecta salutis incrementa tar-
dius perueniant. [Vt in eo.] Lacte scilicet simplicis doctrinae a principio vobis ministranda, [Crescatis.]

Homo fenū.

Remissio pec-
catorū quan-
do fit.

Peccatorum
pondus gra-
uissimum.

Multis mo-
dis committi-
tur detractio.

Lac concu-
piscendum.

id est, proficiatis vsque ad sumendum cibum solidi oris doctrinae, peruenientes ad cognitione humanitatis Christi, vsque ad cognitionem diuinitatis. Crescatis, inquam, [In salutem.] perueniēdo, scilicet quasi status debitus augmenti, scilicet spiritualis. Hoc dicit contra illos qui dicunt corporaliter in statu corporis, aut spiritualiter in cognitionem mentis crescunt potius in damnationem, quam in saluationem. Ecclē. 9, Qui addit scientiam, addit & dolorem, Nota de aliquibus qui crescunt sicut linea, scilicet in longitudine corporis non temporis, non tamen in profunditate humilitatis, vel in latitudine charitatis, nec altitudine contemplationis. Nota etiam de aliquibus qui crescunt sicut pellis super carnem, scilicet in carnalibus siue operibus, siue affectionibus & desideriis. Vnde Psal. 103, Extendens caelum sicut pellem. Ita crescatis in salutem vt hac possitis. [Si tamen gustatis.] gustu, scilicet spirituali, de quo Psal. 34, Gustate & videte, quoniam suavis est dominus. Et hoc est quod sequitur. [Quoniam dulcis est dominus.] Palato sano, quauis amarus videatur palato febricanti. Glof. Hoc pacto concupiscite, si quanta sit diuina, dulcedo sapitis. Nam qui nihil de eius dulcedine gustat, non est mirum, si hic terrenis desideriis fordidari non euitat. Et nota quod dulcis est dominus: primò in cogitatione ad meditandum. Cantic. 2, Vox enim tua dulcis & facies tua decora. Tertio in ore ad loquendum & prædicandum. Psal. 118, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Quarto in aspectu ad videndum. Ecclē. 2, Dulce lumen & delectabile oculis. Quinto, ad exequendum. Ecclē. 12, Nihil dulcius quam respicere in mandata dei: gloria magna est sequi dominum. Ista autem dulcedo multa est numerositate. Psal. 30, Quam magna est multitudo dulcedinis tuæ domine. Item longa est duratio, quia sine fine. Psal. 15, Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationem in dextera tua vsque in finem, scilicet intētionis, sed sine fine durationis. Item magna affectione. Sapient. 16, Panem de celo præstitisti eis, habentem in se omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem: substantiam enim tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas.

Dulcedo dei multipliciter deprehenditur.

Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatur, a deo autem electum & honorificatum: ipsi itaque lapides viui superædificamini deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura, Ecce ponam in Syon, lapidem summum, angularem, probatum, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis & petra scandali his qui offendunt verbo, nec credunt, in quo & positi sunt.

Hic inuitat ad meritum perfectorum. Dicit ergo, [Ad quem.] scilicet dominum Christum, qui attrahit, quia dulcis, [Accedentes.] Glof. Fide & imitatione. [Lapidem.] per stabilitatem superædificationis, id est fundamentum super quod edificatur edificium virtutum & fabrica ecclesie. 1. Corinth. 3, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Iesus Christus, id est fides Iesu Christi. [Viuum.] In se & viuificationem fideles, quia iustus ex fide uiuit, Rom. 1. [Ab hominibus.] scilicet Iudæis, [Reprobatur.] Glof. Cum dicerent, non habemus regem, nisi Cæsarem, vt habetur Ioan. 19. [A deo autem.] Patre. Glof. Qui non fallitur in sui dispositione. [Electum.] Ad confirmationem ecclesie: vnde Glof. Vt faceret vtraque vnum, coniungendo scilicet duos populos, Iudæorum, scilicet & Gentilium, quasi duos parietes in sua fide, Ephes. 2. [Et honorificatum.] In Ascensione, Psal. 8, Gloria & honore coronasti eum. Hæbr. 12, Vidimus Iesum gloria & honore coronatum. [Et ipsi.] scilicet nos Apostoli iam in ipso sumus superædificati.

Damus spiritus hominis.

[Tanquam lapides.] id est, solidi in fide. [Viui.] bonis operibus, sine quibus fides mortua est, Iacob. 2. Vel viui. Glof. Non insensibiles, sed per discretionem eruditi. [Superædificamini.] Super lapidem Christum, tanquam super spirituale fundamentum edificamini, scilicet vos ipsos. [Domos spirituales.] In quibus deus habitat per gratiam. 1. Corinth. 3, Templum dei sanctum est, quod estis vos. Glof. In domos contra pluiam, ventos, & flumina. Contra, inquam, pluiam carnalis concupiscentie. Contra ventum superbia, contra flumina cupiditatis & auaritie. [In sacerdotium sanctum.] id est vt sitis sacerdotes sancti in templis spiritualibus conscientiam uestrarum, deo sacrificantes, secundum illud Apocalypsis. 5, Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Pone abstractum pro concreto, vt insinuet perfectionem & dignitatem huius sacerdotij, [Sanctum.] id est, sanctificatum oleo gratie spiritus sancti. Ita scilicet vt sitis digni. [Offeretes.] id est offerre in ara cordis uestri, [Spirituales hostias.] Bonorum scilicet elemosynarum & orationem ac huiusmodi, non carnales animalium. Psal. 46, Immola deo sacrificium laudis. Vel spirituales hostias, id est, nosmetipsos spiritualiter viuentes. [Acceptabiles deo.] Qui spiritus est & ideo spirituales hostias requirit, non carnales, Psal. 50, Tunc acceptabis sacrificium iustitie. [Per Iesum Christum.] Hoc secundum Glofam, refertur ad omnia præcedentia, quæ fieri non possunt nisi per Iesum Christum. Glof. Quod edificamini, quod sacerdotes estis, quod offertis, hoc totum per Iesum: cuius gratia omnia habetis. [Propter quod continet scriptura.] Hic ostendit fructum, & primò in imitatione confusionis. Secundò, in acceptione honoris, ibi, Vobis igitur honor. Dicit ergo, propter quod. Glof. Ad confirmandum quod dominus propter firmitatem suam dicitur sit lapis. [Continet scriptura.] prophetica. Esai. 28, Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem angularem, &c. [Ecce.] inquit, pro admiratione. [Ponam.] inquit Deus pater, filium suum in carnem mittendo. [In Syon.] Per Syon, quæ erat arx ciuitatis Hierusalem, significatur literaliter terra Iudæorum, in qua ortus est dominus. Spiritualiter verò ecclesia fideliter deum per fidem speculanti, [Lapidem.] scilicet Christum, qui est lapis firmitatis. [Summum.] perfectione, [Angularem.] duorum parietum ecclesie coniunctione, [Electum.] singulari dignitate, [Pretiosum.] redemptionis virtute pretij nostri salutatis: hic est lapis abscissus de monte, id est, natus ex beata virgine, sine manibus. i. sine virili femine, Daniel. 2. Hic est lapis septem oculorum per vniuersam terram discurrentium, Zacha. 3. Hic est lapis quem reprobauerunt edificantes, qui factus est in caput anguli. i. in passione, Psal. 117. [Et qui ceciderit in eum.] Alias crediderit in eum. f. fide formata per dilectione operante. Non enim dicit ei, vel eum, sed in eum, [Non confundetur.] æterna. f. confusione. Et nota quod hæc litera est septuaginta interpretum. Esa. 28. vbi nos habemus sic, Ecce mittam in fundamentis Syon lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento fundatum: qui cre

Christum lapis.

qui crediderit non festinet. Pone autem hic Petrus summum loco huius quod dicit, In fundamento fundamentum, ad notandam differentiam spiritualis ædificij & terreni. Quia fundamentum spiritualis ædificij est in summo, terreni verò in imo [Vobis igitur] Ita qui credidit non confundetur, imò honorabitur [Vobis igitur honor credentibus] hoc est, exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. Credentibus enim in deum est honor in presenti, & erit in futuro. Fides enim facit hominem filium dei, quod valde est honorificum: e contrario [Non credentibus autem] i. in Christum credere nolentibus factus est ipse Christus [Lapis quem reprobauerunt edificantes] vt fiat hic distinctio secundum Bedam. q. d. Hi sicut illi reprobauerunt eum in presenti, nolentes eum ponere in ædificio cordis sui: Sic ipse reprobauit eos in futuro. Luc. 12, Qui negauerit me coram hominibus, denegabitur coram angelis dei [Ædificantes] pontifices, scribæ, & pharisæi, qui erant architeccti, & rectores populi Iudaici [Hic factus est in caput anguli.] i. principium iuncturæ Christianæ religionis, quæ est quasi angulus in quo fit coniunctio duorum populorum quasi duorum parietum. f. Iudæorum & Gentium. Col. 1. Ipse est caput corporis ecclesie. Et e contrario [Factus est lapis offensionis.] scilicet pedem affectus in presenti, vt sic respirent de peccato in peccatum, non habentes firmitatem, quia Christo innixi non sunt [Et petra scandali] in futuro, vt tunc omnino corruant, & præcipitentur in infernum. Sumptum autem est hoc de Esa. 5, In lapide autem offensionis & petra scandali duabus domibus Israel & in laqueum, &c. [His qui offendunt verbo.] i. scandalizantur in verbo euangelij, vel male loquuntur de deo vt faciunt blasphemantes Iudæi & negantes. Augu. Non minus peccant qui deum blasphemant iam regnantem in cælis, qui qui eum crucifixerunt adhuc mortales in terris [Nec credunt] in eum. f. Christum [In quo & positi sunt] Act. 17, In ipso viuimus, mouemur & sumus. Vel ait. In quo positi sunt. i. ad quod ordinati sunt naturaliter. Glof. Per naturam, Ad hoc facti sunt homines vt credant deo, & eius voluntati obtemperent.

Blasphemare prebendunt.

Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitiouis: vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus dei, nunc autem populus dei: qui non consecuti misericordiam, nunc misericordiam consecuti.

Hic instruit eos commendando statum. q. d. Illi sunt tales qui non credunt [Vos autem] credentes. f. estis [Genus electum] q. d. hoc est testimonium quod antiquo populo datum fuit, dum deum colebat: quia eum reprobauit, ab eis ad vos translatum est qui membra eius facti estis. Estis gens Abraham. f. per imitationem Mar. 3, Luc. 3, Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Vel genus dei per conformitatem. Act. 17, Genus autem cum simus dei, &c. Genus, inquam electum ab infidelibus qui reprobatum sunt distinctione secundum glof. [Regale sacerdotium] imitationis dignitate, Apoc. 5, Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, sed cum dicitur, Exo. 19, Vos eritis in regnum sacerdotale: quare dicitur hic regale sacerdotium? Responso. Ad innuendam prærogatiuam noui testamenti respectu veteris, in nouo enim testimonio sacerdotium præminet regno, sicut spiritus præminet corpori. Regnum enim consistit in regimine corporali, sacerdotium verò in regimine spirituali. Ideo potestas sacerdotalis ponitur in substantiuo, regalis autem in adiectiuo [Gens sancta] A peccatis munda per gratiam [Populus acquisitionis] i. acquisitus non modico pretio sed pretioso sanguine Christi. 1. Corin. 6, Empti estis pretio magno, non credentes verò, populus sunt perditionis: Ad hoc autem estis electi & acquisiti [Vt virtutes] i. opera virtuosa quæ fecit in opere redemptionis humani generis [Annuntietis] i. prædicetis aliis, annuntiantes omnes virtutes eius. Sicut filii Israel post transitum maris rubri, in quo Aegyptij sunt submersi, carmen triumphale cantauerunt [Eius] f. Christi [Qui de tenebris] culpæ, ignorantie & infidelitatis [Vos vocauit] uocatione interiori per spiritum, & exteriori per euangelium [In admirabile lumen suum] f. fidei & gratie, quæ illuminat intellectum, & inflammat affectum. Er dicit hic lumen admirabile, quia illuminat mirabiliter videnda & credenda. Psal. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: Vos inquam [Qui aliquando non populus] eratis supple per culpam [Nunc autem] f. tempore gratie [Populus dei] estis per fidem & gratiam [Qui non consecuti misericordiam] hoc est, remissionem peccatorum [Nunc autem] id est, tempore gratie [Misericordiam consecuti] id est, peccatorum remissionem. Hinc probatur, vt dicit Glof. quod hanc epistolam scripsit his qui de gentibus ad fidem venerant. Sumuntur autem duo hi versus ex propheta Osee 1, in quo agitur de uocatione gentium. Et tangit hic duplex beneficium, quo incorporati sunt ecclesie & deo reconciliati.

Cur gens Christi Regale sacerdotium, & non sacerdotale regnum.

Charissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis quæ militant aduersus animam: conuersationem uestram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detrahant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum in die uisitationis.

Hic instruit ad bene viuendum specialiter secundum diuersas personarum condiciones. Primò liberos secundò seruos, ibi, Serui subditi estote. In prima parte liberos monet ad carnis puritatem. Secundò, ad conuersationis honestatem, ibi, Conuersationem uestram, &c. Tertio ad mentis humilitatem, ibi, Subiecti estote. Quarto, ad bene operandi libertatem, ibi, Quia hæc est voluntas dei. Quintò ad aliorum honorificationem, ibi, Omnes honorate. Dicit ergo [Charissimi] Glo. Hucusque generaliter instruit ecclesiam, hic diuersas fidelium personas solerter hortatur dicens, Charissimi. Glof. quia estis misericordiam consecuti: ergo charissimi. Chari, quia homines propter dignitatem imaginis dei. Chariores, quia fratres propter communionem Christianæ religionis. Charissimi, quia spirituales filii propter curam Apostolici regiminis [Obsecro] per sacra adiuro, non air præcipio, cum tamen possit, volens insinuare charitatem potius quam auctoritatem [Tanquam aduenas & peregrinos.] Aduenas sunt qui in loco alieno manent. Peregrini verò qui semper de loco ad locum transeunt. Dicuntur ergo hi aduenas quia de gentilitate ad fidem uenerant non ex fidelibus orti. Dicuntur autem peregrini, quia sub persecutione steterunt, Actuum 8, Dispersi erant. Vel aduenas dicuntur quia anima eorum non de natura terrestris, sed potius caelesti sunt, scilicet conformitate. Peregrini verò, quia de terra ad caelum tendunt. Psal. 38, Aduenas ego sum apud te & peregrinus. Nota, de peregrino, quantumcunque sit extra terram suam corpore, cor tamen eius est in patria sua [Abstinere] id est, freno abstinentiæ temperare. Vel abstinere, id est, absque eorum, scilicet desideriorum carnalium retentione esse. Tenetur enim homo per consensum & delectationem, per opus & consuetudinem, & pro remo-

Aduenas & peregrini qui dicuntur.

tionem istorum abstinendū est. A carnalibus desideriis, id est, ab his quæ caro desiderat, quæ sunt opera gula & luxuria. Hæc sunt duæ filia sanguinæ, id est, carnis. Prover. 19. [Quæ militat aduersus animam,] id est, ut milites pugnant & impugnant, non in quantum anima est, sed in quantum anima est spiritus. Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Conuersationem vestram. Id est, actus exteriores. Inter gentes habentes bonam] i. inter gentile viuentes non tantum inter fideles: sed etiam inter illos seu coram illis qui non sunt conuersi vt pronocetis eos ad fidem. Ad Colo. 4. Honestè ambuletis ad illos qui foris sunt. [Vt in eo quod detractat de vobis, scilicet frequenter, vel detrahendo tractant] Tanquam de malefactoribus, id est, ac si essetis malefactores, reputantes vos tales credendo in Christum & idola relinquendo vos malefecisse, & propter hoc tribulationem sustinere seu pati. Imponbant enim pagani Christianis quæ magicam artem exercebant. Ex bonis operibus, id est, propter bona opera quæ facitis. [Vos considerantes] diligentius intuentes. [Glorificent deum] omnis boni auctorem. Mar. quinto, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum, &c. [In die visitationis] Facta in presentia per misericordiam, quando à deo visitabuntur & conuertentur exemplo operum vestrorum, de qua visitatione habetur Luc. 1. Per viscera misericordie dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto. Siue visitationis vestra facta in presentia per tribulationum pressuram. Cum enim videbant eorum patientiam credebant hoc esse eis ad magnum meritum apud deum, & sic deum laudabant. Siue visitationis quæ erit in futuro, scilicet in die iudicii: vbi boni premio, mali vero flagello visitabuntur.

Subiecti igitur estote omni humanae creaturae propter deum. Siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei.

Finis legis & ministrorum.

Hic monet eos ad mentis humilitatem seu humilitatem. Glof. Vt conuersatio vestra omnibus placeat non resistatis alicui dignitati aut personæ aut principatui, cum deus subdi vos voluit, imò [Subiecti estote omni creaturae humanae] Glo. Fidelibus & incredulis. Et est accommodata distributio pro his sub quorum sunt potestate. Propter deum sic ordinantem. Rom. 13. Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Vel propter deum, id est, secundum amorem, non propter hominum fauorem. Vel propter deum huius exemplum ostendentem, de quo dicitur Luc. 2. Et erat subditus illis, scilicet parentibus suis. Vel propter deum, id est, in his per quæ ordinatur ad deum, vt fratrem nostrum non in his quæ sunt contra deum. [Siue regi quasi præcellenti,] id est, qui maior & præcellens aliis dignitate & potestate. [Siue ducibus,] id est, potestatibus minoribus. [Tanquam ab eo,] scilicet deo vel rege. [Missis] Omnis enim potestas à deo est. Rom. 13. Missis inquam. [Ad vindictam malefactorum,] id est, pœnam. [Laudem vero bonorum,] In remunerationis gloriam. Finis enim legis & ministrorum eius est puniatio malorum, & remuneratio bonorum. Sed tamen iudices aliquando peruertunt officium seu iudicium, malos quidem subleuando, bonos vero opprimendo. Quod tamen ipsis bonis ad laudem pertinet, vt dicit Glossa, malis autem ad punitionem. Et debetis subditi esse. [Quia sic est voluntas dei] vt scilicet illa faciatis. [Vt bene facientes,] scilicet bene conuersantes & malis bene vtentes. [Obmutescere faciatis] subtrahendo illis materiam loquendi & detrahendi. Imprudentium hominum ignorantiam] quia ignorantes bonitatem vestram prius detrahebant vobis. [Quasi liberi] Glof. Et hæc benefacite quasi liberi, scilicet ex amore non ex timore: vnde Lyra, Quasi est expressum virtutis, quasi, id est, si cur verè liberi estis, Sic dominis liberè & voluntariè seruiatis. [Et non quasi velamen habentes malitiæ.] Glof. Libertas vestra non obuoluat corda vestra in velamen malitiæ, vt tantò licentius peccetis, quantum inigo seruitutis presis. Hoc autem dicit Apostolus contra quosdam qui dicebant, quia filius dei nos liberauit, verè liberi sumus, & nemini seruire debemus, & ideo superioribus negabant iura sua. Tales erant Iudæi dicentes Io. 8. Semen Abrahe sumus, & nemini seruiimus vnquam. Talia sunt aliqua monasteria: & aliqua personæ quæ habent libertatem quasi velamen malitiæ, quia gaudent priuilegio exemptionis ne visitentur ab ordinariis, & sic liberius peccant. Ad Galat. 5. Vos in libertatem vocati estis fratres: nec tamen libertatem in occasionem detis carnis: sed per charitatè seruite inuicè. [Sed sicut serui dei] sitis humiliter seruitores. Glo. Seruitus dei humilitatem requirit: vult ergo dicere, Seruite principibus humiliter, sicut serui domini, quia in ipsis domino seruitis.

Omnes honorate, fraternitatem diligite, deum time, regem honorificate.

Hic monet ad aliorum honorificationem. [Omnes,] inquit, non solum reges & duces, sed vnquenque pro modo suo, vt dicit Glof. Honorate quidem honore reuerentiæ. Rom. 12. Honore inuicem præuenientes, quia in omnibus est dei imago, quæ est ratio honorandi. [Fraternitatem diligite] vt & maiores diligant minores sicut fratres. Frater enim est nomen æquiparantiæ. Deum time. [timore filiali non seruili. Non dicit nunc diligite vel honorate, quia timor domini initium est dilectionis eius, vt habetur Eccl. 15. [Regè] quasi dei ministrum] Honorificate] Glo. quasi præcellentè ampliori honore veneradū. Mar. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Dicit autè honorificate, id est, honorem extra facite. Omnes enim debemus honorare regem interius & exterius. Obsecro vos tanquam aduenas, &c. Notandum quod in tota illa epistola quæ legitur in ecclesia dominica tertia, post pascha, monet nos Apostolus ad tria. Primò, ad abstinentiam à carnalibus desideriis: quibus libet, quo ad seipsum, ibi, Obsecro vos, &c. Secundò, ad honestam conuersationem quo ad proximum, ibi, Conuersationem vestram. Tertiò, ad subiectionem humilitatis, quo ad deum, ibi, Sacti estote, &c. In prima primò notatur admonitionis ratio, ibi, Obsecro vos tanquam aduenas, &c. Secundò, ipsa admonitio, ibi, Abstinetes vos, &c.

Serui subditi estote omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dycolis. Hæc est enim gratia, si propter dei conscientiam sustinet quis tristitiam patiens iniuste. Quæ est gratia, si peccatis & colaphizati sufferitis: sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud deum. In hoc enim vocati estis: quia & Christus passus est pro nobis, vobis reliquit exemplum vt sequamini vestigia eius. Quis peccatum non fecit, nec inuictus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Ita

debat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oves errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

Hic specialiter instruit seruos, quibus primò dat documentum. Secundò ostendit adimpletionis meritum, ibi, Hæc est enim gratia. Tertiò inducit exemplum, ibi, Quia Christus passus est, &c. Dicit ergo [Serui] Glof. Hucusque exhortatus est liberos ad subiectionem, nunc hortatur seruos ad eandem dicens [Subiecti estote] subiectione obedientiæ & reuerentiæ. [In omni timore] Omne enim & totum & perfectum dicitur idem, id est, in timore filiali, vel in omni timore. Interiori & exteriori. Non tantum bonis] quo ad deum. Glo. Fide, vita, moribus. [Et modestis] quo ad proximum moderatè, scilicet in parentibus & condonantibus quando commissum est aliquid contra eos. [Sed etiam dycolis] indisciplinatis & indoctis. Glo. Scholastici sunt eruditi: dycolis, indocti & agrestes. Alia litera habet, difficilius, quasi sint illi qui nihil gratè accipiunt similes Holoferni. Nec tamen ista facientes, ferocitatem peccatoris eius mitigarunt, Iudith 3. [Hæc est enim gratia,] id est, in hoc acquiritur dei gratia. Glof. Per hanc efficitur homo gratus deo. [Si propter dei conscientiam,] id est, bonam conscientiam deitatis confortamini, in qua & habitat deus. Vel propter conscientiam dei, id est, propter intentionem placendi deo, quæ deus sit nobiscum. Vel propter conscientiam dei, id est, si dem dei, vt ponatur conscientia pro fide sicut eccontrario Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. [Sustinet quis,] scilicet patienter sine murmuratione cordis. Et dicit sustinet, id est, sensualitatem sub ratione tenet, ne, scilicet ratio succumbat. [Tristitias,] i. pœnas à dominis illatas, vnde solet oriri tristitia. [Patienter] Patienter inuictus, id est, sine merito suo. Patitur enim quis iuste, cum patitur per peccatum: patitur iniuste, cum sine suis demeritis patitur, sed vt soli deo placeat, vt possit dicere illud Psal. Propter te sustinui opprobrium, &c. [Quæ enim est gratia,] id est, acquiritur, vel debetur ex hoc. [Si peccatis,] id est, rebelles in seruitio domino rum, nolentes eis seruire. [Et colaphizati,] id est, colaphis casti à dominis propter hoc, vt dicit Glof. vt ad obedientiam inducamini. [Sufferitis,] id est, sustinetis. Glof. si exteriori pœnam sufferitis, & non amore iustitiæ nullum præmium accipietis. [Sed si bene facientes,] id est, quannis bene facientes, & dominis vestris vt debetis, obediens. [Patienter] sine murmuratione & indignatione. [Sustinetis] Glof. mala illata à dominis. Hæc est gratia, id est, per hoc acquiritur gratia. [Apud deum] patientiæ vestræ remuneratorem. Infrà 3. Si quid patimini propter iustitiam, beati. [In hoc enim] Glo. vt patiamini. [Vocati estis] ad fidem. 2. ad Tim. 3. Omnes qui pie volunt viuere in Christo, & cætera. [Quia Christus passus est pro nobis, & cætera,] Hic introducit exemplum passionis Christi. Primò ostendit in Christo patiendi causam, Secundò, patientis innocentiam, ibi, Qui peccatum non fecit. Tertiò passionis efficaciam, ibi, Qui peccata nostra, &c. Efficaciam autem tangit quadruplicem, scilicet pro peccatis mortuorum satisfactionem, viuificationem, sanationem, ibi Cuius liuore, & cætera, & errantium reductionem. ibi. Eratis enim sicut oves errantes. Dicit ergo [Quia & Christus] quasi dicat debetis pati exemplo Christi. Glof. Multum glorificat seruos, quos benefacientes & absque culpa vapulantes affirmat imitatione dominicæ passionis. [Passus est] non dicit quid, vt sic innuat sustinuisse omne genus passionis. Psal. Omnes fluctus tuos induxisti super me. Pro nobis, tam apostolis quam aliis, tam presentibus quam absentibus seu futuris. Christus enim pro omnibus mortuus est. 2. Cor. 5. Vel pro nobis, id est, loco nostri qui eramus morti adiudicati. Vnde passus est, vt nos à morte liberaret, sicut solet dici, ego soluiam pro te, id est, loco tui. Sicut enim pro membris infirmis curadis, imò pro toto corpore sanando caput sanum, id est, os quod est in capite, aliquando bibit amarum medicinam. Ita Christus pro nobis, qui sumus membra eius, imò pro toto corpore suo quod est ecclesia, sanando amarè sustinuit patientiam. Vel pro nobis, id est, amore nostri. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet quam vt animam & cætera. [Vobis,] scilicet absentibus, id est, qui ipsam passionem non vidistis, sicut nos presentes. Ideo dicitur vobis [Relinquitis exemplum] Cum prius dixisset, Christus passus est pro nobis, quia Apostoli non indigebant exemplo qui ipsum Christum viderant, & passio eius in animabus eorum erat impressa: dicit, vobis relinquitis, quasi retro relinquens, sed nobis presentialiter tradens exemplum. Glo. tribulationum, contumeliarum, flagellorum, & mortis crucis. Ioannis decimotertio, Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci & vos faciatis. [Vt sequamini] quasi à longè, quia cum eo ire non possumus. Genes. 33. Præcedat dominus meus seruum suum, & ego paulatim sequar vestigia sua, sicut video paruulos meos posse. Mat. 26. dicitur de Petro quod secutus est Iesum à longè vsque in atrium principis sacerdotum. Ioannes autè sequutus est de propè: in quo intelligitur bona vita: sed Petrus de longè, in quo intelligitur scientia. Interpretatur enim Petrus agnoscentis. [Vestigia eius] non rem. Iob 33. Vestigia eius sequutus est pes meus. Sed contra dicitur Eccl. 2. Quid est homo vt possit sequi regem factorem suum. Responso, Vestigia diuinitatis homo non potest sequi, quia sicut dicitur Iob vndecimo, Celsior celo & quid facies. [Profundior inferno & cætera. Sed vestigia humanitatis potest, Bernardus. Omnes viæ Christi secundum carnem sunt] spontanea paupertas, cumulatã vilitas tam assumpta quam illa pœnalitas. [Qui] Christus. [Peccatum non fecit] in opere, quasi dicat, debetis sequi vestigia eius, vt scilicet sine culpa pati non timeatis. [Nec inuentus est dolus in ore eius,] id est, in sermone seu locutione. Dolus, id est, falsitas vel simulatio. Et dicit non est inuentus, scilicet à scribis & pharisæis qui eum obseruabant vt caperent eum in sermone. Matthæi 27. Et quod non peccauit, ostendit per partes. [Qui cum malediceretur,] id est, blasphemaretur verbo. Ioanis octauo, Non bene dicimus nos quia Samaritanus es, & cætera. [Non maledicebat.] Pater ibidem, Ego quidem armoniū non habeo. Contra dixit Iudæis. Ioannis octauo, Vos ex patre diabolo estis. Et Matthæi duodecimo, Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali. Et alibi Matthæi. Vx vobis scribæ & pharisæi & cætera. Responso, Dura correctio procedens ex charitate non est contumelia: sed procedens ex liuore vindictæ & ex intentione conuertiendi, est contumeliosa. Cum pateretur] gratissimum crucis tormentum factum. [Non comminabatur] sed orabat pro eis. Lucæ 23. Pater ignosce, & cætera. Et nota, quod dicit cum pateretur, alias enim charitatiuè eis comminabatur. Lucæ decimotertio. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similes mul peribitis. Mat. 10. Tolera bilius erit terra Sodomorum & Gomorrhœorum die iudicii quàm illi ciuitati. In

*Christus ex-
plar vobis pa-
tientia.*

*Christum se
qui quomodo
licet.*

*Acerva ob-
urgatio quæ
do est licita.*

libus vitæ & gratiæ] Gratiæ quidem in præfenti, & vitæ æternæ in futuro [Vt non] Ecce tertia ratio [Impediuntur orationes vestræ] scilicet concubitus absiduitate. Beda. Impediri orationem officio coniugali commemorat, quia quærens vxori debitum credo orare non posse, q̄ si iusta Apostoli sermonem sine intermissione orandū est, nunquam ergo mihi coniugio seruendum est, ne ab oratione, cui semper instare iubet, vlla præpediar hora. Responso. Illud apostoli quod ibi ponit glos. Sine intermissione orate, intelligendum est horis & temporibus constitutis. Vel potest dici, q̄ non cessat orare, qui non cessat bene facere. Item ille feruite dicitur, qui hoc facit causa libidinis: vel loquitur de illo qui liber est & solutus, cui non expedit se subdere coniugali seruituti, vt tutè possit semper vacare orationi.

In fide autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictū pro maledicto: sed e contrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis.

Suprà hortatus est ad bene cōiuen dum fratribus, & specialiater cōiuges. Hic verò hortatur generaliter omnes, docendo bene conuersari etiam inter malos. Allegans primò suæ conuocationis beneficiū. Secūddò, cæleste præmiū, ibi, Qui enim vult vitam. Tertidò, aduersariorū impotentiam ad nocendū, ibi, Et quis est qui vobis, &c. Quartò, Christi exemplū, ibi, Melius est enim vt benefacientes. In prima parte docet qualiter se habeant ad bonos. Secūddò, qualiter ad malos, ibi, Nulli malum, &c. Tertidò, reddit rationē vtriusq̄. Quia in hoc vocati estis. Dicit ergo [In fide autē] Glo. diuersas personas, diuersas condiciones, diuersos sexus docui. Tam nunc omnes ad inuicem inquam [In fide autē] tenenda & defendenda quasi fundamento [Omnes] tam liberi q̄ non liberi, tam viri q̄ mulieres [Vnanimes] vnū. s. de fide sentientes. Ita q̄ nec cogitatione dicere petis: vel vnanimes. i. cor vnū & animam vnā habentes, non dissentientes. Vnde Act. 2. Erat eis cor vnū & anima vna in deo. Istud autem quod sequitur, Estote in oratione, nō est de textu. Nec antiqui libri habent nec glo. exponit. Sed ecclesia hoc addit in epistola ad ornatum, & ad deuotionem populi excitandam, vel ad manifestationem scientiæ [Compatientes]. s. misertis proximorum vt sic vos ostendatis vnus corporis esse membra. Si enim patitur membrum vnū, compatiuntur & alia membra [Fraternitatis amatores] fraternitatis & concordiaē conseruatores. Glo. Ne destruat is fraternitatem, ne per hoc à fidelibus recedatis, immo, nec à deo. Quia dicit Isidorus, Qui à fraterna dilectione fecerit, à diuina participatione priuatur.

Amanda fraternitas multis rationibus.

¶ Et notandum, quod amanda est fraternitas, vt non ita citò cadamus. Prouer. 15. Frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma. Item vt si ceciderimus citius resurgamus. Ecclē. 6. Vt soli, quoniam si ceciderit non habet subleuantem se. Item vt facilius à deo quod petimus impetremus. Mat. 15. Si duo ex vobis super terram consenserint de quacunque re quam petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est [Misericordes] Bona vestra pauperibus communicando. Glo. Impendendo in elemosynas [Modesti] Seruantes, scilicet modum in omnibus. Glo. Omnia cum modo facientes, attendentes omnes circumstantias loci & temporis ac personarum [Humiles] Ne de his superbiatis. Sicut dicit glo. Humilitas, omnium bonorum cōseruatrix est. Gregorius, Qui ceteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat [Non reddentes malum pro malo] In factis [Nec maledictum pro maledicto] In verbis [Sed e contrario benedicentes] scilicet sitis. Quod est perfectæ & abundantiæ patientiæ. Rom. 12. Benedicite & nolite maledicere [Quia in hoc vocati estis] id est, ad hoc vt partem hanc habeatis [Vt benedictionem hereditate possideatis] Benedictionem passiuam, illā scilicet qua dicitur Mat. 25. Venite benedicti patris mei, & cetera. Possidete regnum, &c. [Hereditate] id est, in hereditatem, scilicet firmiter & perseveranter sicut hereditaria possessio firma est, quasi dicat, Bene iustum est vt qui æternam expectant benedictionem, semper in ore eorum resonet benedictio non maledictio. Gloss. Quod quisque in futuro inuenire desiderat, hoc in præfenti meditari & agere satagat.

Qui enim vult vitam diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem à malo & faciat bonum, inquirat pacem, & persequetur eam: quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum: vultus autem domini super facientes mala.

Hic allegat cæleste præmiū. Primò, proponens magnitudinem præmiū. Secūddò, docens modum perueniendi, ibi, Coerceat linguam suam à malo. Tertidò, dans fiduciam obtinendi, ibi, Quia oculi domini, &c. Dicit ergo [Qui enim vult vitam diligere] Qui enim, q. d. debet is benedicere & non maledicere. Vult vitā diligere, id est, ostendere se dilectionem vitæ habere faciendo opera per quæ ad vitam peruenitur [Et videre] id est, videndo habere: in spiritualibus enim idem est videre quod habere [Dies bonos] Claritatis æternæ. Dicuntur enim dies gloriæ, dies boni, ad differentiam dierum præfentis vitæ qui mali sunt, secundum illud Ephē. 5. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Dicuntur autem dies esse in patria pluraliter, non propter successione quæ ibi non erit, quia sol iustitiæ qui nescit occasum, semper luceat. Et vtrunque hemispherium rationis inferioris & superioris lumine suæ humanitatis & diuinitatis illuminabit. Sed dicitur dies pluraliter propter infinitam durationem. Mich. 5. Egressus eius à diebus æternitatis. Et propter gaudiorum diuersitatem in sanctis [Coerceat] Hic ostendit meritum ad perueniendum ad illud præmiū. Primò, meritum oris. Secūddò, meritum operis, ibi: Declinet autem à malo. Tertidò, meritum cordis, ibi, Inquirat pacem, & cetera. Dicit ergo [Coerceat linguam suam] scilicet freno discretæ taciturnitatis. Ecclesiastici 28. Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectoros. Et dicit coarctat, id est, simul cum extremis suis, que sunt cogitatio & operatio arceat [A malo] aperto [Et labia tua ne loquantur dolum] malum scilicet occultum. Psalm. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, & sicut nouacula acuta fecisti dolum. Pōnit autem duo quibus verba formantur, scilicet linguam interius, & labia interius. ¶ Et nota, arcenda est lingua à malo duplici: scilicet falso. Sapientiæ primo, Os quod mentitur occidit animam. Item à nocuo, Psalmista, Lingua eorum gladius acutus. Item orioso. Matthari duodecimo, De omni verbo orioso, & cetera. Item à doloso. Psalmista, Hic ne loquatur dolum [Declinet autem à malo, & cetera.] Glossa, Etiam si datur occasio vt peccet, vnde non debet eam accipere sed declinare. Hæc est prima pars iustitiæ [Et faciat bonum] Hæc est secunda pars iustitiæ. Primò enim oportet extirpare vitia, quam inferere virtutes.

Due partes iustitiæ

[Inquirat pacem] Glo. vt rem absconditam non autem quærat eam falso, sed ex animo, vnde dicit, Inquirat, id est, intus quærat pacem. scilicet futuram, quæ exuperat omnem sensum. Philppen. 4. Vel præfentem, cum deo & hominibus. Rom. 12. Si fieri potest, quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes [Et persequetur eam] Persequatur, id est, perfectè sequatur. Glossa, Vt rem fugitiuam. Heb. 12. Pacem sequimini & sanctimoniam, &c. Inquirat affectu, sequatur effectu [Quia oculi domini] id est, respectus diuinæ misericordiæ ad remunerandum. Et dicit in plurali, quia misericordiæ domini multæ [Super iustos] Ad obseruandum & protogendum eos. Vbi enim amor, ibi oculus. Deus aut iustos diligit, vt habetur Psal. [Et aures eius.] i. voluntas exaudiendi [In preces eorum.] i. sunt intentæ ad exaudiendū. Psal. Qui plantauit aurem non audiet, qui finxit oculum non considerat. Dicit autem in preces ad significandum, q̄ celeriter exaudit. Eia. 65. Antequam clamet ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego audiam [Vultus autē domini, &c.] i. indignatio quæ in vultu solet apparere [Super facientes mala] Vt puniat eos. Nec dicit super quod punit eos, aut supra condignum. Vel aliter. sed notat eorum punitionem. Psal. 20. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Tota autoritas ista sumitur ex Psa. 33. videlicet, Benedicam dominū in omni tempore.

Et quis est qui vobis nocet, si boni amulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Dominum autem Christum sanctificatē in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe & fide, sed cum modestia & timore conscientiam habentes bonam, vt in eo quod detrahunt de vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem. Melius est enim vt benefacientes, si voluntas dei velit, pati, quam male facientes: quia & Christus semel pro peccatis mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens predicauit, qui increduli fuerant aliquando, quado expectabant dei patientiam in diebus. Nō cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo anime saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc simili forma saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio in deum, per resurrectionē Iesu Christi à mortuis, quæ est in dextera dei deglutiens mortē, vt vna æterna heredes efficieremur, profectus in celis subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus.

Hic allegat impotentiam aduersariorum ad nocendum. Vbi primò excludit metum persecutoris. Secūddò, suadet audaciam confessionis, ibi, Dominum autem Iesum Christum. Tertidò, imponit modum audaciæ, ibi, Sed cum modestia. Metum autem persecutoris excludit. Primò, negando persecutionis nocumentum. Secūddò, asserendo profectum, ibi, Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Tertidò, inducēdo autoritatem ad ipsum, ibi, Timorem autē eorum, &c. Dicit ergo [Et quis est] Gloss. Ideo debetis declinare à malo & facere bonū, quia nemo potest vos retrahere si perficere volueritis, immo profunt dum nocere volūt. Et quis est, an homo aut diabolus [Qui vobis nocet] id est, nocere potest, vos à bono violenter retrahendo, & ad malum violenter impellendo [Si boni genitui casus & neutri generis] Aemulatores fueritis, id est, zelantes bonum, vel amatores boni aut imitatores. q. d. Nullus nocebit. Beda. Perfectum boni amulato rem nemo ledere potest. Glossa, Si verba contumeliosa, si rerum damna, si inferantur corporum tormenta, non nocent, sed patientiam exercent [Sed & si quid] q. d. non nocent, sed profunt. Item quasi dicat modicū quid est [Patimini] In præfenti tempore [Propter iustitiam] Via tenendam, & patriæ consequendam [Beati] Iesus iam in spe, tandem in re. Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Multiplex est ratio quare debemus pati. Primò, vt sic Christi vestigia sequamur. Pet. 2. Christus passus est pro nobis obediens usque, &c. Secūddò, vt sic sanctis conformes simus, ad Tim. 3. Omnes qui piè volunt viuere in Christo, &c. Tertidò, vt consolationem Christi & sanctorum participes simus. 2. Corin. 1. Sicut abundant passionem Christi in nobis, ita & per Christum, &c. Quartò, vt in bono gratiæ conferuemur. 1. Pet. vltimo. Deus autem omnis gratiæ qui vocauit vos in æternam gloriam suam in Christo Iesu modicum passos ipse perficiet. Quintò, vt per hoc peccata vitemus. 1. Pet. 4. Qui passus est in carne desit à peccato. Sextò, vt animæ à demonibus præseruentur seu custodiantur, prima Petri 4. Qui patiuntur secundum voluntatem dei fideli creatori commendant animas suas. Septimò, vt in æternum remuneremur. Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Ecclesi. 1. Vtque ad tempus sustinebit patiens. Cum hoc ita sit [Timorem eorum, &c.] scilicet persecutorum, id est, timoris materiam. Glossa, Quæ in eis timenda videtur, vt sunt regia potestas & huiuscemodis [Et non conturbemini,] id est, quauis terreamini, fortassis secundum sensualitatem: non tamen conturbemini, secundum rationem. Glo. Recedendo à fide & dilectione dei. Sumitur autem hæc autoritas ex Esaia 8. [Dominum autem] autem ponitur pro sed [Christum] Qui dominus est, secundum diuinitatem. Christus, id est, vnctus, secundum humanitatem [Sanctificate,] id est, sanctum ostendite, vel sanctum, id est, firmum facite eum in corde firmiter retinendo. Et sit non tantum oris sed cordis intentione, sicut deus dicitur exaltari [In cordibus vestris] non tantum in ore, non tantum in codice. Esa. 8. Dominum exercituum ipsum sanctificate. Vos dico [Parati] per prouidam mentis audaciam [Semper] omni tempore prosperitatis & aduersitatis [Ad satisfactionem] Per verba & opera, vt dicit Glossa, Per verba dicēdo, sic tenet ecclesia: sic tenuerunt sancti: & in hac fide mortui sunt. Et per opera faciendo, opera quæ decent habentes fidem, id est, opera sanctitatis & veritatis [Omni poscenti vos] siue fideli, siue infideli. Poscenti, scilicet ad discendum, non calumniandum: secundum illud Matthari septimo, Nolite sanctum dare canibus [Rationem de ea quæ in vobis est spe & fide] Hoc autem fit duobus modis secundum Gloss. Vel verbo, & hoc pertinet ad sapientes. Vel facto, hoc ad omnes pertinet. Glof. duobus modis de fide & spe nostram rationem reddere debemus, vt quærentibus rectas causas spei & fidei intinemus, & ipsam fidem & spem inter præfuras illibatam teneamus, ostendentes per patientiam, quod rationabiliter eam conseruandam didicimus, pro cuius amore nec aduersa pati, nec mortem subire formidimus [Sed cum modestia] in loquendo cōtra disputandi contentionē & clamorē [Ex timore] reuerentiæ in inuestigando ne nimis subtiliora & ardua inquiratis [Conscientiā habentes] bonā, absq̄ scrupulo peccati mortalis. Glof. vt quod æternis ostenditis, intus habeatis, ne dicatur hoc quod dicitur in Psal. 49. Peccatori dixit Deus, quare assumis, &c. [Vt in eo quod detrahunt de vobis.] i. de hoc quod detra-

hunc vobis [Et qui calumniantur vestram in Christo conuersationem] falsa crimina imponendo, scilicet persecutores vestri. Conuersationem vestram, quo ad mores in Christo manentem, quo ad finem [Confundantur] confusione salubri, vt confusi in seipso, id est, tristes & dolentes & verecundi de sua iniquitate, & de offensa dei, sequatur vos allesti exemplis vestris. Eccles. 4. Est confusio adducens gloriam, &c. [Melius est enim.] Hic allegat Christi exemplum, vbi primò tangit patientis innocentiam: secundò patiendi causam mortuam: ibi, Vt nos offerret deo: tertio passionis efficaciam, ibi, Quia & vos, quartò passionis gloriã per resurrectionem, ibi, Per resurrectionem Iesu Christi. Dicit ergo [Melius est enim.] q. d. Debitis bene cõseruari nec dimittere bonam faciendum propter calumniatores. Melius est enim, i. vobis honorabilius est & vtilius [Vt bene facientes.] pati Quam malefaciẽtes, id est: melius est pati sine meritis, quam pro meritis. Et pro meritis in multis est cumulus damnationis. Vnde si aliquis bene vritur pœna, illa est ad dimissionem sui reatus. Pati verò sine meritis, meritum est. Et hoc [Si voluntas dei velit] si deus hoc dare voluerit alicui. Per hoc inuitur quòd pati sine culpa est ex voluntate dei. Distinguit autem hic Glo. tria genera patientium, Quia qui iustus patitur, Christum imitatur, Qui verò flagellis corrigitur, latronem dexteram imitatur, qui cum Christo in paradysum intrauit. Qui verò nec flagellis corrigitur finistrum, latronem imitatur, qui post crucem in tartarum ruit. Bene dico, q̄ melius est, & hoc patet exemplo Christi [Quia & Chrystus semel pro peccatis] Christum frequenter proponit nobis in exemplum. Et vt dicit Augustinus, Summa Christiana religionis est imitari quod colis [Semel inquam pro peccatis nostris] delcendis & abluendis [Mortuus est] Ad Rom. 6. Mortuus est propter delicta nostra [Iustus pro iniustis] In quo maior ostẽditur benignitas. Et nota quòd dicit, Semel mortuus est, quasi non iterum moriturus: ad destruendam hæresim quã dicit eum semel passum ad redemptionem hominum: & iterum passurum in aere ad redemptionem demonum. Insuper ad retrahendam falsum securitatem peccantium, qui ita peccant post Christi mortem, quasi pro peccatis eorum esset iterum moriturus. Item moraliter ad significandum quòd nos debemus mori semel peccato: hoc est peccato totaliter & post modum non committere, secundum illud Eccle. 21. Fili peccasti, ne adicias iterum [Vt nos offerret deo] patri, scilicet vel in presenti vitam nostram laudabilem in conspectu patris ostendendo, vel in futuro nos in regnum patris introducendo, secundum Glof. [Mortificatos quidem carne, quo ad carnalia vita] [Viuificatos autem spiritu.] id est, vita spirituali. Gloffa, Spiritu sancto vel nostro, debemus enim esse mortui quo ad carnalia, sed viui quo ad spiritualia. Rom. 8. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viueticis [In quo] Gloff. vt deo offerentur [Spiritu veniens] ipse Christus per inpirationem in terram quamuis nondum per carnem assumptam. Vel spiritu, id est, per spiritus angelicos per quos locutus est hominibus illius temporis [Prædicauit] non in persona propria, sed per Noe & alios sanctos illius temporis, prædicauit inquam [His qui in carcere erant] carnis scilicet vel peccati vel erroris, vel huius exilii, Psal. 141. Educ de carcere animam meam. Non enim erant de se valẽtes egredi per seipos. Alia litera habet, In carne conclusi erant, id est, carnalibus desideriis. Vel in carne, quasi in corpore corrupto, quòd dicitur carcer, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam. His dico [Qui incredulifuerat] ipsi prædicanti pœnitentiam. Et diluuium futurum romminanti [Aliquando] scilicet ante diluuiũ (Quando expectabant dei patientiam) Purantes quòd deus patienter sustineret eos, vel quando expectabat eos, scilicet ad pœnitentiam, dei patientia differens vindictam. Vnde Esa. 20. Propterea expectabat vos deus vt misereatur vestri (In diebus Noe) Gen. 6. Luc. 17. Edebant & bibebant, nuptui tradebant, &c. & venit diluuium, &c. (Cum fabricaretur arca in conspectu eorum ad terrorem (In qua, scilicet arca (Pauci) credentes. Gloff. qui spem in deum habebant (Id est octo animæ) pars pro toto, id est octo homines, scilicet Noe vxor eius, & filii eius, & eorum vxores (Salua facta sunt per aquam) Arcam in sublime errigentem, sicut dicitur quòd nauis saluatur quã vadit per aquam, aliqui libri habent per arcam, sed credo quòd fictio est. Notandum q̄ per arcam significatur ecclesia, quã collecta est de diuersis fidelibus, sicut arca composita fuit de diuersis lignis in qua pauci respectu damnatorum saluatur, quia Mar. 7. dicitur, Arca est via quẽ dicit ad vitam, & pauci inueniunt eam Pauciores ambulauerunt per eam, sed paucissimi perseuerant in ea, & finẽ vitæ allequantur. Per hoc autem quòd dicit quòd octo animæ salua facta sunt, dar intelligere quòd nullus saluatur qui non habet fidem resurrectionis, quã significatur per octonarium, quia Christus octaua die re surrexit, & generalis resurrectio erit octaua ætate. Ista saluatio est per aquam baptismalem. Vel per aquam i. per trãulationem. Psal. Transiimus per ignem & aquam, &c. [Quod] i. cuius simile [Vos.] scilicet credentes [Nunc,] scilicet tempore gratiæ [Facit baptisma] existens (Similis forme) Gloffa. Per omnia a similitum illi arca, quia quicquid tunc carnaliter, hic geritur spiritualiter. Sicut enim arca fuit de lignis leuigatis id est, dolatis, sic ecclesia Christi de sanctis per angustias & tribulationes dolatis & afflictis. Item sicut nec fuit de lignis imputrefactilibus seu imputribilibus, sic ecclesia de incorruptis hominibus. Itẽ in arca pauci caluati sunt, scilicet tantum octo animæ: per quod signatur paucitas saluandorum, Mat. 22. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Vnde nota quòd paucitas saluandorum præfigurata fuit tempore legis naturæ, quando scilicet omnes exceptis octo qui saluati sunt in arca diluuii, sicut habetur hic. Item fuit præfigurata tempore legis Moisaica, vbi legitur Num. 14. de omnibus quos eduxit dominus ex Aegypto ferẽ sexcentis milibus per desertum [per quod significatur pœnitentia] non intrarunt nisi duo terram promissionis, scilicet Iosue filius Num, & Caleb filius Iephonne. Item fuit præfigurata tempore prophetarum quãdo filii Israel ducti sunt in captiuitatem, & pauci relictii sunt in terra promissionis. Ezech. 12. Relinquam ex eis viros pœcos a gladio & fame & pestilentia. Vnde Psal. Pauci facti sunt & vexati sunt a tribulatione malorum & dolore. Sed tempore gratiæ fuit actus expressa & annuntiata. Mat. 22. Multi sunt vocati pauci verò. &c. Item per Noe homines salui facti sunt in arca: sic per Christum in ecclesia. Noe enim quies interpretatur & significat Christum, in quo est quies animarum. Item quia extra arcam non est aliquis saluatus, sic nec extra ecclesiam. Item multiplicatis aquis cleuabatur arca: sic per tribulationem creuit ecclesia. Baptisma ergo quòd saluat nos est similis formæ. Non illud baptisma in quo tantum est [Depositio.] id est, ablutio [Sordium carnis] Sicut est baptismus in aqua, siue spiritu, qualis baptismus Iudæorum,

Tria genera patientium.

Arca Noe paucos saluos ecclesie Chrysti significat.

Figura paucitatis saluandorum.

de quo Mat. 18. Et baptismus Ioannis, de quo Ioan. 1. Ego baptizo vos aqua, &c. Qualia etiam sunt baptismata hereticorum & omnium fidei accedentium. Sed baptismus in quo est [Interrogatio bonæ conscientia.] Gloffa, Exigitur ad baptizato pura conscientia per ecclesiã ministrum baptizantem, scilicet de obseruantia rectæ fidei & morum. Vtrum, scilicet baptizandus credat: vtrum pompis diaboli abrenuntiet, quod fit in cathecismo [In deum.] Conscientiã dico tendentis in deum per fidem. Tale autem baptisma, ad quod cum bona conscientia acceditur, saluos facit. Saluat inquam [Per resurrectionem.] Exemplar, Quia sicut Christus resurrexit à morte ad vitam: sic nos in baptismo à vitis in virtutes. Roma. 6. Sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis, ita & in nouitate vitæ ambulemus [Iesu Christi.] Qui, scilicet Christus [Et in dextera dei.] id est, in supremo loco beatitudinis. Vel in eius æqualitate secũdum diuinitatem. Vel in prioribus bonis eius secundum humanitatem quã per dexteram significatur. Mat. vltimo, Seder à dextris dei [Deglutiens.] id est, destruens plena mortis victoria [Mortem.] in resurrectione in se secundum rem. In nobis per spem in hoc quod dicit, deglutiens notatur plena mortis victoria vt sicut quod destruitur non apparet, sed totum absorbetur, sic in eo per resurrectionem. Nullum enim vestigium mortis apparuit, r. Corinc. 15. Absorta est mors in victoria. Item in hoc notatur desiderium mortis Christi pro salute humani generis, quod enim deglutitur auidẽ sumitur. Luca 12. Baptismo autem habeo baptizari & quomodo coartor vsque dum perficiatur. Item in hoc notatur q̄ eius passio fuit amara. Amara enim passiones cito deglutiunt. Item in hoc notatur q̄ eius dolor mortis cito transiit, sicut illud quod deglutitur cito transiit. Hoc autem facit iam in se, sed etiam facit in nobis in generali resurrectione, quando præcipitabit mortem in sempiternum. Esaia 31. Vnde sequitur [Vt nos.] qui sumus membra eius [Efficeremur hæredes vitæ æternæ.] Alia litera habet [Vt vos efficeremur.] hæredes vitæ æternæ, id est, possessores ipsius vitæ æternæ stabiliter. Augustinus, Vicisti nos in morientibus, vita es in resurgentibus. Victoria tua qua absorbuisti corpora morientium temporalis fuit. Victoria qua absorpra est vita resurgentium æterna manebit [Profectus in cœlum.] In die ascensionis [Actuum r. Psal. A summo cœlo egressio eius, &c.] Subiectis sibi angelis.] qui prius erant subiecti secundum rem, tunc subiecti facti sunt secundum manifestationem. Philip. 2. Vt in nomine eius omne genu flectatur, cæ. &c. [Angelis.] interlinearis, primus ordo [potestatis.] interlinearis, secundus ordo [Et virtutibus.] interlinearis, tertius ordo. Notandum verò q̄ ordo appellatur hic Hierarchia secũdum Dionysium. Hierarchia enim est ordo diuinus. Per angelos enim intelligitur hic Hierarchia infima. Per potestates media: per virtutes suprema. Nam virtus secundum Dionysium nomen generale est omnium angelorum. In omnibus enim reperire est virtutẽ & operationem: vnde quãdoque nomine virtutum, omnes etiam omnium ordinum intelliguntur. Danielis 3. Benedicite omnes virtutes domini domino: hic autẽ præcipit intelligitur per virtutes, tertia Hierarchia: quia virtus est nomen bonitatis & excellentiæ, secundum illud, Virtus est optimum de re, & virtus est influenza vltimum de potentia. Et ideo illi qui diuinam bonitatem excellentius recipiunt, merito virtutes vocantur.

Caput 4.

Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desit à peccatis: vt non iã desideris hominum, sed voluntate dei quod reliquum est in carne viuat temporis. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, his qui ambulauerunt in luxuriis, desiderijs, violentijs, & iniquitatibus, potationibus, & illis idolorum cultibus in quo admirantur non concurrentibus vobis in eadem luxuria & confusione blasphemantes: qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare. Vnos enim & mortuos. Propter hoc enim & mortuus euangelizatum est, vt in dicentur quidem secundum homines in carne: viuant autem secundum deum in spiritu. Omnium autem finis appropinquabit.

Suprà instruxit eos ad bene viuendum, & conuincendum fratribus: hic verò instruit eos ad compatiendũ Christo capiti. i. ad cõpatiendũ exẽplo Christi. Vbi primò animat eos respectu passionũ imminentiũ. Secundo respectu iam presentiu, ibi, Charissimi nolite peregrinari. Animat autem respectu passionum imminentiũ: primò patiendi passionem proponendo: secundò, virtutũ armis eos muniendo, ibi, Estote itaq. A signat quinque rationes: quarum prima lumbitur ex imitatione saluatoris. Secũda ex consideratione vtilitatis ex hoc autẽ prouenientis, ibi, Quia qui paratus est in carne. Tertia ex cõgruitate tẽporis, ibi, Sufficit enim præteritum tẽpus. Quarta ex intentione euangelicæ prædicationis, ibi, Propter hoc enim & mortuos. Quinta ex propinquitate finis, ibi, Omnium autem finis. Dicit ergo [Christo igitur passo, &c.] Gloffa. Quia deglutiuit mortem, & nos vitæ æternæ hæredes erimus. Christo igitur tanquam exemplari præcipuo patiendi [Passo in carne.] non in natura diuinitatis: sed in natura assumptæ carnis, quod significatum fuit in arietẽ immolato, & in Isaac liberato, vt habetur Gene. 22. [Et vos eadem cogitatione armamini.] id est, eius passionem recolite, patimini pro eo similia. Gloffa. Sicut ipse sponte, & nos sponte. Sicut ipse omnia tolerat, & nos toleremus. Et bene dicit armamini, quia memoria dominicæ passionis contra insultus & tentationes diaboli munit & roboat. Bernardus, Tanta est virtus crucis Christi, vt fit in mente fidelitẽr habeatur, nulla libido, nulla peccati præualere possit inuidia, sed continuo ad memoriam eius totius peccati & mortis, scilicet spiritualis fugatur exercitus. Similiter Gregorius, Si passio Christi ad memoriam reuocetur nihil tam durum quod non æquo animo toleretur. Threno. 3. Dabo eis scutum cordis laborem tuum. Nota quomodo dominus armatus fuit in cruce. Habuit enim in capite quasi galeam, non de auro vel argẽto, sed de spinis. Habuit lorica non de aere vel ferro, sed carnem immaculatã de virgine sumptam: habuit in manibus non lanceam vel gladium, sed magnos clauos manibus affixos: in pedibus quasi calcia clauos infixos. Pro equo verò habuit ipsam crucem. [Qui passus est in carne.] id est, armamini cogitatione patiendi, exemplo Christi: quia inde prouenit vtilitas. Quia qui passus est in carne, carnales, scilicet concupiscentias per edomationem carnis extinguendo: vel corpus pro iustitia martyrio exponendo. Hoc est, duplici modo secundum Gloffam, potest quis Christo crucifigi. Ad Galat. 2. Christo cõfusus sum cruci [Desit à peccatis.] quia mortuus peccato intendit dei seruicio. Id dicitur, Morti oportet in carne mudo, ne moriamur in anima Christo. Et sumitur hic caro pro toto homine tam interiori quàm exteriori. Vnde sensus est, Qui pas-

Christus armatus in cruce.

Dupliciter quis potest Christo crucifigi.

sus est in carne, id est, in se roto homine, in anima per cōtritionē, in carne, per macerationē. Talis desit
 peccatis omnibus tam carnalibus qua spiritualibus [Vt non iam desideris hominum.] hoc est desideris
 carnalibus, Sic enim sonat homo in carnalitate. 1. Corint. 3. Nonne homines sine carnalibus, &c. Sed volun-
 tate dei viuar. Id est, secundum voluntatem dei faciēdo bona opera [Quod reliquum est temporis, id est
 ad modicum quod restat sibi de spatio vitæ, supple ad agendū vel ad viuendum] In carne. Id est, in vita ista
 corruptibili & fragili. ¶ Notandum q̄ dicit, Quod reliquum est temporis, id est, reliquias temporis sui. For-
 tē multa fercula fecit homo diabolo, vnam partem temporis exponendo in luxuriis: aliam in superbia &
 elatione cordis: aliam in gula, aliam in auaritia, saltem reliquias temporis sui det deo, & viuat secundum
 voluntatem dei. [Sufficit enim, &c.] Glossa, Iam cessat à peccatis, & meritō, quia considerata immanitate
 scelerum, Sufficit [Præteritum tempus] impēdisse secundum volūtatē dei: sufficit tempus præteri-
 tum, immō minus est: quia totum tempus ad pœnitentiam est datum. Apoc. 1. Dedit illi tempus vt pœni-
 teat, vnde in peccatis expenditur superflue. Ad voluntatem gentium consummandum] id est, quod expendi-
 distis cum gentibus fuistis gentiliter viuentes: quasi diceret, de tempore multum amissistis, sed perpetratio
 peccatorum quod fecistis in tempore præterito debet vobis sufficere. Vel ad voluntatem gentiū consum-
 mandam, id est, malorum gentiliter viuencium, quibus vos conformastis peccādo, vnde & tempus præteri-
 tum consumpsistis in vanum [Qui] gentiles vel gētiliter viuentes [Ambulauerūt.] passibus mentis, non
 passibus corporis de malo in peius proficiscendo [In luxuriis. Id est, luxuriandi actu] Desideriis. Luxurian-
 di voluntate secundum Glof. [Vinolentiis. Id est, inebriandi consuetudine, quæ luxuriæ occasio est. Alia
 litera habet violentiis, in pauperum oppressione] Comellationibus. Lepularum solennium assiduitate [Po-
 rationibus. Id est, potandi superfluitate. Isido. Ebrietas perturbacionem gignit mentis, furorem cordis, flā-
 mam libidinis. Ideo dicitur Roma. 13. Non in comellationibus, &c. [Ebrietatibus, & illicitis idolorum cul-
 tibus.] in quibus consistit fornicatio spiritualis. Ponitur autem istud vltimum quasi maximum. Vnde Sap-
 ient. 14. Infandorum idolorum cultura, omnis mali causa, initium & finis. Glossa. A paruis ad maximum
 peruenit, non quōd peccata precedentia sint parua quæ sunt in seipsum vel proximum, sed quia istud est
 directē in deum [In quibus.] vitiiis prædictis quæ vix reliquistis [Nunc.] scilicet post conuersionem vestrā
 [Obstupescunt.] propter insolitam vitæ nouitatem [in quo.] id est, in qua [Admirantur.] propter vitæ ma-
 gnitudinē & difficultatem, quia stupor est timor ex consuetā imaginacione. Admiratio verō est timor ex
 magna apprehensione. Vel stupor, de declinatione mali: admiratio de operatione boni. Glossa, Quasi im-
 possibilis videtur incestuosus castitas, gulosus abstinentia, superbis humilitas, &c. [Non concurrentibus vo-
 bis.] i. cum eis concurrentibus siue cōcordantibus. Prou. 1. Pedes eorum ad malū currunt [In eandē luxuriæ
 confusionem.] scilicet, in qua sunt, & vos aliquando fuistis [Blasphemantes.] i. vituperātes vitam vestram,
 quia iam estis eis dissimiles: nec curetis de hoc si benefactes blasphemamini ab eis [Qui.] id est, quia ipsi
 reddent rationem.] scilicet in iudicio de operibus suis. Eccle. 11. Cuncta quæ sunt adducet dominus in iu-
 dicio pro omni errato siue bonum siue malum sit [Ei qui paratus est iudicare.] Ad differentiam iudicium
 huius seculi, quos oportet causas examinare antequam iudicent. Ipse autem nouit omnia, vnde non indi-
 get tali examinatione: & quia ipse semper est paratus iudicare, & nos semper debemus esse parati vt iudi-
 cemur. Mat. 25. Et vos estote parati, &c. Iudicare inquam [Viuos & mortuos.] id est, illos qui tunc viui &
 mortui reperientur, & bonos & malos. Act. 10. Constitutus est à domino iudex viuorū & mortuorum [Pro-
 pter hoc enim.] Hæc est quarta ratio, quæ sumitur ex intentione euangelicæ predicationis. Glossa, Ideo nō
 debetis curare malorum blasphemationem, quia propter hoc, vel sic, propter hoc scilicet iudicij periculum
 euitandum [Et mortuis.] morte spirituali [Euangelizarum est.] id est, prædicatum est verbum euangelij [Vt
 iudicentur quidem.] in presenti à semetipsis, id est, puniantur & quasi condemnentur [Secundum homines
 in carne.] id est, de factis suis humanis quæ commiserunt in carne, carnaliter, scilicet viuentes. 1. Corin. 11. Si
 nosmetip sos iudicauerim, non vti que iudicauerimur. [Viuant autem secundum deum in spiritu.] id est, vita
 spirituali, quæ est secundum deum, id est, secundum dei voluntatē. Roma. 8. Si spiritu facta carnis mortifica-
 ueritis, viuetis [Omnia autē finis, &c.] ita iudicabit deus, & non tardabit iudicium generale in fine mun-
 di. Iudicium autem personale est in morte cuiuslibet [Vel omnium finis.] id est, mors ad quam sicut ad finē
 omnia terminantur [Appropinquet.] Eccle. 11. Nescit quod tempus eum prætereat, & mors appropin-
 quat. Isidorus, Vita præsens, quia ipsis suis incrementis deficit, breuis est. Suo enim augmento perit, dum il-
 lud quod videret in futuro perfici, in præterito perit.

Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuum in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrans: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur, quasi sermones dei. Si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat deus, vt in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum, amen.

Hæc animat eos virtutum armis muniendo, ponens septem virtutes. Primō, discretionem. Secundō, deu-
 otionem, ibi, Et vigilate in orationibus. Tertio, charitatem, ibi, Ante omnia. Quarto, hospitalitatem, ibi,
 Hospitales. Quinto, liberalitatem, ibi, Vnusquisque sicut accepit. Sexto, loquēdi rectitudinem, ibi, Si quis lo-
 quitur, &c. Septimo, fidēlem ministracionem, ibi, Si quis ministrat, &c. Dicit ergo [Estote itaque.] quia, scilicet
 licet finis appropinquet, & incerta est hora [Itaque estote prudentes.] id est, futura prævidentes. Deut. 32.
 Vtinam saperent, &c. Prudentiam autem præponit, quia prudentia, vt ait Bernardus, non tam est virtus, q̄
 auriga virtutum. Prudentia autem ponitur, hæc quasi ante custodem seu custodiam. Humilitas verō quasi re-
 tro, custodiam. [Et vigilate.] Ad habendam, scilicet prudentiam diligentes & solliciti estote, non pigri aut
 somnolenti. [In orationibus.] Non in ludis aut luxuriis, aut comellationibus, aut ceteris malis: sed in ora-
 tionibus non in vna tantum, sed pluribus. Vnde glof. frequētib. Vnde dicit, Vigilare sicut dicit glof. ne aliud
 cogitet, quàm illud quod deprecatur. Augu. In psalmis & hymnis cū oratis deū hoc versetur in corde quod
 profertur in ore. Item. Glossa, Cū stamus ad orandum, omnis carnalis cogitatio absistat, intentio cordis

sincera deum non sono vocis, sed sensu animi oret. Debemus ergo vigilare. Primō, ipsum deum incessanter
 diligendo. Cantic. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat, quasi dicat, Et in dormiendo cogito de deo. Secun-
 dō, ipsum deuorē laudando non dormitando siue in particularibus orationibus, siue communibus, vt in
 cipio vigiliatum. Tertio, ipsum sollicitē deprecando. 1. Petr. 4. Id est, in isto capite. Vigilare in orationibus.
 Quarto, ipsum deum affectuosē desiderando, Esair 22. Anima mea desiderabit te in nocte, in principio vi-
 giliatum. ¶ Notandum si omnibus vigilandum est, maximē prælati, qui habent custodire gregem, &c. Et
 non possumus vitare, quin aliquid aliud cogitemus. Ex vltima parte glof. videtur quod non oportet orare
 voce. Responso, ad primū, Non dicit glof. quod quis nihil aliud cogitet, sed dicit quod ad hoc est vigila-
 dum. Non enim possumus facere, quin alia cogitemus, sed ea cito repellere debemus, ne in eis moram facia-
 mus. Ad aliud dicendum, quod glof. non dicit orationem vocalem non esse bonam, & pro loco & tempore
 necessariam, sed quia mentalis est melior, quæ cum desiderio: desiderium enim anime loquitur deo. Psal.
 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. [Ante om-
 nia.] id est, præ ceteris virtutibus. Ipsa enim est mater & forma virtutum, sine qua aliæ virtutes nihil valent
 ad meritum. [Mutuum] ab vno alteri reddendam. Roma. 13. Nemini quidquam debeatis nisi, & cæ. [In vo-
 bismetipsis] id est, intra vos in corde, & non tantum in signis exterioribus. 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo,
 neque lingua, sed opere & veritate. Vt inquam in vobismetipsis, id est, propter id quod in vobis est inter-
 num, scilicet imago dei & non temporalia. [Charitatem] id est, charam dilectionem, spirituales, non car-
 nalem. Augu. in regula, Non autem carnalis, sed spiritualis inter vos debet esse dilectio. [Cōtinuum] non
 interruptam [Habentes.] Loquitur magis de continua charitate habenda, quàm de vigiliis vel orationi-
 bus. Quia vt dicit Beda, Semper diligere valeamus, semper autem vigilare in orationibus, fragilitate carnis
 obstant non possumus. [Quia charitas operit multitudinem peccatorum] Ne appareant, scilicet ad pu-
 niendum. Glof. vt sit quod puniat deus. Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. [Hospitales inuicem]
 Quia non solum in affectu, sed in effectu est. Sitis hospitalet inuicē, id est, susceptores hospitii. [Sine mur-
 muratione.] quasi dicat, Et si laboretis fratres recipiendo in hospitio, tamen hylariter hoc facite, non mur-
 murantes de longo labore vnusquisque, quasi siue sit de maioribus, siue de minoribus. [Sicut accipit.] scilicet
 gratis. Mat. 10. Gratis accepistis, gratis date. [Gratiā.] id est, quodlibet donū gratuitum. [In alterutrum.] i.
 ad vtilitatem alteri. [Illam administrantes.] i. quilibet in alterutrum, sicut mēbra in vno corpore sibi inuicē
 seruiūt. Oculi enim videt toti corpori, & pes portat totū corpus. [Sicut boni.] non auari, sed diffusiu. [Di-
 spensatores multiformis gratiæ dei.] Dicit dispensatores, vt innuat q̄ talia nō sunt dispensanda tanq̄ nostra
 sed tanquam nobis ad dispensandum aliis tradita siue credita. 1. Corint. 4. Sic nos existimet homo, vt mini-
 stros Christi & dispensatores, &c. Dicitur autem gratia multiformis, ppter multiplices effectus gratiarum:
 vel propter diuersos habitus virtutum: vel secundum glof. Merita multiformis gratiæ, id est, multipliciter
 formate, secundum desiderium vniuscuiusque. Hoc est dicere quod vsus gratiæ formatur, iuxta applicatio-
 nem animi ad id quod desiderat. Vt si quis se applicat ad patientiam, magis datur ei vsus gratiæ patientiæ,
 & sic de aliis [Si quis loquitur.] id est, scientiam & officium loquendi habet. [Tanquam sermones dei.] No-
 tatur hic qualitas verbi proferendi, vt, scilicet sit edificatorium sicut sermo dei, ad Ephe. 4. Omnis sermo
 malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad edificationem fidei. [Si quis ministrat.] scilicet
 aliis, id est, si quis habet officium ministrandi, siue temporalia, siue spiritualia. [Tanquam ex virtute quam
 administrat deus.] id est, non reputet se facere ex virtute propria, sed ex gratia diuina. 1. Corint. 4. Quid ha-
 bes quod non accepisti à deo? [Vt in omnibus.] factis vestris, & verbis. [Honorificetur deus.] id est, totum
 fiat in honorem dei, ad Colof. 3. Omnia in gloriam dei facite [Per Iesum Christum dominum nostrum.]
 tanquam per nostrum mediatorem: & meritō, quia nobis à patre per ipsum fluunt. [Cui.] scilicet, deo vel
 Christo [Est gloria.] in se [Est imperium.] quo ad alios [in secula.] futura consecutiua [Seculorum.] præsen-
 tium sine fine, non quod in futuro sint plura secula per successionem, sed per æternitatem, quæ omnia secu-
 la continet.

Charissimi nolite peregrinari in seruire qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat: sed communicantes Christi passionibus gaudeat: vt & in reuelatione gloria eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris gloria & virtutis dei, & qui est eius spiritus super vos requiescet. Nemo autē vestrum patiatur, quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut aliorum appetitor. Si autē vt Christianus, non erubescat glorificet autem deum in isto nomine, quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à domo dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui nō credunt dei euangelio? Et si sanctus quidem vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? itaque & hi qui patiuntur secū dum voluntatem dei, fidei creatori commendent animas suas in benefactis.

Hæc animat eos ad patientiam exemplo Christi respectu passionum iam præsentium, in quibus iam e-
 rant, exhortans eos ad patiendum. Primō, perseveranter. Secundō, libenter, ibi, Sed communicantes, &c.
 Tertio, fiducialiter, ibi, Si exprobramini. Quarto, innocenter, ibi, Nemo autē vestrum. Quinto, glorianter,
 ibi, Si autē vt Christianus. Quinto, humiliter, ibi, Itaque & hi qui patiuntur. Dicit ergo [Charismi.] Glossa.
 Hæc bona facite, & pro nulla tribulatione cessate: & vocat eos charissimos. Charos quidem quia homines:
 Chariores, quia fideles: Charissimos, quia vitæ æternæ hæredes. [Nolite peregrinari.] id est, reputate vos a-
 lienos à Christo capite, vel à societate membrorum ecclesiæ. Vel nolite peregrinari, id est, à statu fidei ac ab
 amore dei alienari. Qui enim peregrinatur locum suum dimittit. Locus autem animæ deus est, à quo non
 debemus peregrinari, [In seruire.] id est, tribulationis ardore. Vnde tribulatio camino & fornaci compara-
 tur. Eccle. 17. Vasa figuli probat fornax. Quia vt dicit Greg. Quod fornax auro, quod flagellū grano, hoc
 facit tribulatio viro iusto. [Qui ad tentationem vobis fit.] id est ad probationem. Et sic ad bonum vestrū,
 & ideo non debetis inde facere dānum vestrum. Solet enim deus tentare bonos. Gen. 22. Tentauit deus

Vigilandum multis.

An oratio omni voca- lis mente fieri debeat vt sit utilis.

Quid peregrinari in tribulationibus.

Qui Christi sunt iustissimi

Abraham, &c. [Quasi noui aliquid vobis contingat.] quod, scilicet non contigerit aliis, quasi dicat. Tentari & persecutiones pati non est nouum, sed antiquum, & frequens: nec factum solum vobis, sed omnibus sanctis. 2. Timo. 3. Qui pie volunt viuere in Christo persecutionem patientur. Alia litera habet, Nolite mirari in seruire, &c. Et hoc dicitur quibusdam, qui quando sunt in seculo non sentiunt tentationem aliquam: sed statim quando sunt aggressi poenitentiam vel religionem tentantur, & de hoc mirantur, sed non est mirandum. Et dicit Grego. Illos pulsare diabolus negligit, quos quicquid iure se possidere sentit. Christus in deserto tentatus est. Mar. 4. Iudith 11. Dixit Holofernes, Nunquam volui nocere viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor. [Sed communicantes Christi passionibus.] id est, ad similitudinem eius patientes. Et dicit, eo communicantes, quasi in parte capientes, quia ad fastigium eius non possumus ascendere. Vel communicantes, id est, cum Christo patientes. Et dicit passionibus in plurali, Quia tota vita Christi fuit passio, & quia multa passus est. Mar. 20. Tradetur gentibus ad illudendum & flagellandum & cruciandum, &c. [Gaudete.] Pro regis vestri conformitate in presenti. Iaco. 1. Omne gaudium existimate fratres, &c. [Vt.] scilicet multo gaudio passionum. [In reuelatione glorie eius.] id est, in futuro iudicio quando gloria Christi reuelabitur. [Gaudete.] mente. [Exultate.] corpore. Habebunt enim sancti gaudium interius & exterius, spirituale & corporale, non quod gaudium sit in corpore tanquam in subiecto: sed tantum erit gaudium in anima, quod per tripudium manifestabitur, & apparebit in corpore. Psal. 83. Cor meum & caro mea exultauerunt, &c. Psal. Exultabunt sancti in gloria, exultabunt. Primò, de puritate conscientia. Prover. 19. Cor gaudens exhilarat faciem, id est, conuersionem exteriorum. Eccl. 30. Non est oblectamentum, &c. Secundò, de virtutis adeptione. Esai. 11. Gaudens gaudebo in domino, quia induit me vestimento salutis, id est, virtutibus, igitur meritis. Tertio, de bona operatione. Prover. 21. Gaudium est iusto facere iustitiam. Quarto, de tribulatione pro Christo persecutione, sicut hic communicantes Christi passionibus gaudent. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes, &c. Quintò de diuini auxilij confortatione. Abachuc 3. Ego autem in domino gaudebo, &c. Sextò, de mercedis aeternae promissione. Mat. 5. Gaudete & exultate, ecce enim merces vestra, &c. Septimò, de peccatorum conuersione. Philipen. 4. Fratres mei charissimi & desideratissimi gaudium meum, & corona mea, sic stete in domino. Octauò, de profectu conuersorum & vtilitate, vnde illud, Gauditis suam quoniam inueni te cum filiis tuis ambulantem in veritate. [Si exprobramini.] quasi dicat, etiam debetis gaudere, quia si exprobramini, id est, opprobria sustinetis. [In nomine Christi.] Glossa, Permanentes in confessione nominis eius. Vel in nomine Christi, id est, pro nomine eius, quò ad Christo appellamini Christiani. [Beati estis.] Iam in spe, tandem in re. Luca 6. Beati eritis cum vos oderint homines, & exprobrauerint, &c. [Quoniam quod est honoris.] de bono opere. [Et gloria.] De testimonio conscientia. [Et virtutis dei.] In resistentia passionis & tentationis illata vel oblata, & sic exponitur de beatitudine. Vel quod est honoris quantum ad animam, quia est magnus honor parificari angelis miseratione creatoris. Et quod est gloria, quantum ad stolam corporis, quod & reformabitur. Reformabit enim corpus humilitatis nostra, &c. [Et virtutis dei.] quo ad impassibilitatem virtutis, & incorruptionem. Surget enim in virtute. Et de his tribus. Roma. 2. His qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorè, & incorruptionem querentibus vita aeterna, istud inquam totum. Super vos requiescet. In hoc notatur quod habebunt iam dicta inuisibiliter & inanisibiliter. [Et requiescet super vos spiritus.] sanctus. [Qui est eius.] scilicet Christi. Et dicitur Christi, quia procedit ab eo secundum diuinitatem ad confutandum errorem Graecorum. Vel eius etiam secundum humanitatem, quia ei datus est non ad mensuram. Hic spiritus modo requiescit in nobis per pacem pectoris: In futuro autem, per pacem aeternitatis: tunc requiescet sine omni motu & turbatione. [Super vos.] Non solum in vobis, in quo notatur plenitudo, non solum sufficientia, sed & superfluentia. [Nemo autem vestrum, &c.] Quia beatus qui paritur in nomine Christi. Nemo, inquit, vestrum, scilicet fidelium. [Patiatur quasi homicida.] id est, pro crimine suo. Quia vt dicit glo. Martyrem non facit pena, sed causa. Ibi enim vt dicit glo. nullum praemium expectatur, sed forte initium est pena. Quod intelligendum est, si inuitus omnino patiatur, aut maneat in voluntate peccati seu peccandi. Tangit autem quatuor crimina: quibus proximo nocetur, quae lex punit: primò dicit. [Homicida.] qui nocet in propria persona proximo: secundò dicit. [Aut fur.] qui in substantia, sed occultè. [Aut maledicus.] qui in fama. [Aut alienorum appetitor.] id est, inuafor, qui nocet in substantia manifestè. Vel dicitur alienorum appetitor, qui nocet proximo in vxore sua. Ponit autem peccata in proximo non in seipsum, quia talia lex puniebat. [Si autem vt Christiani.] id est, Christi imitator, & discipulus sine culpa sua paritur. [Non erubescit.] Quia pati pro Christo potius est gloria, quam erubescencia. Act. 5. Ibat Apostoli gaudentes a conspectu consilij, &c. [Autem.] pro sed. [Glorificet deum.] scilicet laudando, & ei gratias agendo. [In isto nomine.] scilicet Christiano pro quo paritur, de hoc quòd pro isto nomine dignus habitus est pati. [Quoniam tempus est.] Glof. Ideo patiendum est pro nomine Christi, quoniam tempus est in presenti placitum & optimum. [Vt iudicium.] scilicet diuina ultionis, quia nullum apud Christum remanet impunitum, vt dicit glo. [Incipiat a domino dei.] id est, a sanctis qui sunt de familia dei, & numero, & meritò: terminabitur verò tempore futuro in diabolo, quia boni puniuntur in presenti temporaliter, mali verò in futuro aeternaliter. 2. Mach. 6. Non enim sicut in ceteris nationibus deus patienter expectat, vt eos cum iudicij dies venerit, in plenitudine peccatorum puniat. [Si autem iudicium.] scilicet ultionis diuinae incipit. [Primum a nobis.] scilicet fidelibus, qui de peccatis poenitendo iam veniam impetrauimus. [Quis finis eorum qui non credunt euangelio.] scilicet erit, quasi dicat, nullus glof. Si cruciat hic quos amat & flagellat filios: quid debent sperare serui iniqui & nequissimi. Luc. 2. Si in viridi hoc fuerit, quid erit in arido? Prover. 11. Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? [Et si iustus quidem.] Reddens deo & proximo quod suum est. [Vix saluabitur.] Glof. Acstundo, decerrando cum magno certamine, & cum magna difficultate. Act. 14. Per multas tribulationes oportet intrare, &c. [Impius.] quo ad fidem. [Et peccator.] quo ad mores. [Vbi parebunt.] id est, nusquam hic apparere meruerunt, qui a deo, qui vbique est & locus omnium, se elongauerunt. Apparebunt verò secundum glo. in terratico loco, scilicet, in inferno, non caelo vel in mundo. Psal. 36. Quasi iui-

Exultabunt sancti propter multa.

Spiritus sanctus est Christi.

eum & non est inuentus locus eius, vel loci est locatum saluare, & locati locum appetere. Hoc autem non est reperire in inferno: ideo non dicuntur esse in loco. [Itaque & hi.] scilicet fideles. [Qui parituntur secundum voluntatem dei.] id est, sicut deus vult eos pati, scilicet sine culpa sua: vnde subdit. [In benefactis.] hi inquam. [Commendant animas suas.] Glossa, Commendant animas suas deo, de se nihil praesumentes, vt hic secundum quod vult purget, & beatificet in futuro. [Fideli creatori] qui habet voluntatem conseruandi, quia fidelis est: Potestatem quia creator est. 2. Timo. 1. Scio cui credidi & certus sum, quia potens est, &c. Vnde & dominus in passione sua deo patri spiritum suum commendauit. Luca 23. In manus tuas domine commendo spiritum meum. [Nota super illud.] [Si vix iustus saluabitur, &c.] Notandum quòd multa sunt causa, quare iustus vix saluabitur. Vna causa est, propter meritum nostrorum dignitatem. Roma. 8. Non sunt condigna passiones, &c. Secundò, propter corporis & animae contrarietatem. ad Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. Tertio, propter carnis grauitatem & corruptionem. Sapient. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Mat. 11. Regnum caelorum vim patitur, & violenti, &c. Quarto, propter viae arctitudinem. Mar. 7. Arcta est via quae ducit ad vitam. Quintò, propter bonorum operum difficultatem, quia virtus consistit circa difficile. Sextò, propter iustitiae nostrae incertitudinem. Esai. 64. Iustitia nostra tanquam pannus menstruata. Greg. Iustitia vestra ad examen diuinae iustitiae adducta, iniustitia est: & sordet in discretionem iudicis, quod in consideratione fulget operatis. Septimò, propter iudicis distractionem. Psal. 143. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Anselmus, Quae nunc bona esse putas, quaeque nunc mala esse non putas, apparebunt ibi. in iudicio, nudata facie, ingenua peccata.

Vix iustus saluabitur multis rationibus.

Caput 5.

Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro senior, & testis Christi passionum, qui eius quae in futuro reuelanda est, gloriae communicator. Pasce qui in vobis est gregem dei: prouidentes non coactè sed spontaneè secundum deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo: cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam.

Post exordium in 1. cap. ponit narrationem, in tribus sequentibus cap. hoc vlti. ponit conclusionem, in qua ex praemisissis recapitulando inferitur. Ponitur primò auditorum exhortatio. Secundò, epistolae commendatio, ibi, Per Syluanum fidelem. Tertio, scribentis affectio, ibi, Salutat vos, &c. Auditorum autem exhortatio ad obseruantiam praedictorum, tria continet. Primò, officium maiorum. Secundò, minorum, ibi, Similiter & adolescentens. Tertio, omnium, ibi, Omnes enim inuicem. In prima parte, primò, ponitur exhortationis forma. Secundò, materia, ibi, Pasce qui in vobis est gregem. Tertio, finis, ibi, Vt cum apparuerit. Dicit ergo. [Seniores.] Glossa, Et quia oportet pati, & qui pascentur animas suas, commendant deo, Seniores inquam quasi aetate, vel cura, scilicet presbyteros, quia presbyter Graecè senior. Latine dicitur. [Qui in vobis sunt.] Non dicit super vos, sed in vobis, quia rector debet esse inter subditos quasi vnus ex ipsis. Ecclesi. 32. [Obsecro.] Non impero, sed per sacra adiuro, insinuando potius charitatem quam auctoritatem. [Consenior.] Ego, scilicet, glof. Fauorem captat ex senili aetate: ex hoc etiam innuit, quòd magis sibi credendum est, quia in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia: vt habetur Iob 12. [Et testis Christi passionum.] Tum quia ipsum patientem vidit: tum quia propter eum multum sustinuit. [Qui & eius.] gloriae aeternae. [Quae reuelanda est.] id est, manifestanda. [In futuro] scilicet in die iudicij. Esai. 40. Reuelabitur gloria domini. Communicator sui] scilicet in Christi transfiguratione, & in eius resurrectione mihi facta apparitione. & de quo obsecrat subdit. [Pasce inquit] scilicet verbo & exemplo & spiritali subsidio: vnde ter dictum est Petro, Ioan. vlti. Pasce oves meas, pasce, pasce. Non dicit, tonde, vel excoria. Hierc. 6. Pascat vnusquisque eos qui sub manu sua sunt, id est sub iurisdictione. [Gregem dei] id est congregationem ouium Christi fidelium. Act. 20. Attendite vobis in vniuerso grege, &c. [Qui in vobis est.] Glo. Inter vos, vel vos ipsi estis, qui debetis considerare gregem vestrum non tantum minorem, sed vos communes exhibere ei. Ezech. 34. Rectorem te posuerunt, noli extolli: sed esto in illis, id est inter illos, quasi vnus ex ipsis. Contra hoc faciunt sepius multi praelati pascentes semetipsos, & gregem derelinqentes. Ezech. 34. Vt pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Et ibidem. Quod crassum erat comedebatis, &c. Postea docet modum pascenti triplicem, sed spontaneè: non inuitè, non cupidè, non superbè: vnde dicitur. [Prouidentes] Glossa, Illis subditis de omnibus necessariis tam animae quam corporis. Praelati enim sunt oculi corporis ecclesiastici, & ideo toti corpori debent prouidere. Cant. 5. Oculi eius sicut columbae. [Non coactè] non propter necessitatem inopiae: vitandam exercentis pastorem curam. [Sed spontaneè] Ita quòd necessitas victus ad hoc non pertrahat. Non est spontaneus, quem paupertas vrget: aut voluntarius, quem cupiditas trahit. [Secundum deum] vt nihil nisi diuinum praedicetis. Contra illos qui praedicant mendacia propter quantum. Et sic sumitur, ly secundum materialiter. Vel secundum deum, id est, seruando formam quam Christus seruauit, praedicando & prouidendo indigentibus quantum in se erat. Et sic sumitur hic ly secundum, formaliter. Vel secundum deum, id est vt deum finem vestrum ponatis, nihil aliud quarentes praeter ipsum. Vel propter ipsum, scilicet principaliter. Et sic sumitur finaliter, quasi dicat, Propter ipsum debetis regere & praedicare non temporalia. [Neque turpis lucri gratia] gratia, id est causa prouideatis vel praedicetis, quasi dicat, Nullus quantum amor vos compellat, vel dignitatis appetitus, sed amor dei & vtilitas proximi. Vnde subdit. [Sed voluntariè] id est gratuite. Glossa, Cuncta opera religionis debent esse voluntaria. [Neque] supple sitis pascentes vel prouidentes. [Vt dominantes] alios, scilicet vobis imperiose subiectos esse volentes. Et notandum quòd dicit, Neque vt dominantes non solum non dominantes, quia nihil debent exterius praetendere per quod possit de eis opinari, vt videantur velle dominari. [In cleris] id est, in dignitatibus forte diuinae electionis obtentis. Nam clerici idem est quòd fors, secundum illud Psal. 67. Si dormiatis inter medios clerici, &c. Vnde remouet hic triplex motium suscipiendi ac exequendi officium praelationis seu praelaturae & praedicationis, scilicet penuriam, auaritiam, & superbiam. [Sed forma facti gregis] scilicet sitis, id est, exemplar bene viuendi, vt per vos alij informentur ad scientiam, & honestam conuersionem. Forma in-

Qualem oportet esse pastorem.

B. PETRI APOSTOLI EPISTOLA CANONICA II.

Cap. I.



Simon Petrus seruus, & Apostolus Iesu Christi, iis qui coaequalem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia dei nostri & saluatoris Iesu Christi, Gratia vobis & pax impleatur in cognitione dei, & Christi Iesu domini nostri. Quomodo omnia nobis diuinae virtutis sua qua ad vitam & pietatem donata sunt, per cognitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute: per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinae consortes naturae: fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corruptionem.

Liber iste diuisus est in quatuor partes iuxta numerum authorum, vel in septem iuxta numerum epistolarum. In prima Petri posita est principaliter instructio in moribus. Hic autem ponitur principaliter instructio in fide. Diuiditur autem haec epistola in partes tres. Primum enim prouocat ad conseruationem catholicae veritatis. Secundum reuocat ad seductione hereticae prauitatis in 2. ca. Tertio subiungit causam vtriusque, 3. cap. Prouocat autem ad conseruationem catholicae veritatis quadrupliciter. Primum plenorem eius cognitionem veritatis oprando. Secundum ad opera virtutis eos exhortando, ibi, Vos autem curam omnem. Tertio pro eis suam in veritate conformandi similitudinem indicando, ibi, Propter quod vos semper incipiam &c. Quarto veritatem susceptam eis commedando, ibi, Non enim indoctas fabulas, &c. In prima parte primum ponitur persona saluans: secundum personam saluatae, ibi, His qui coaequalem: tertio forma saluatoris, ibi, Gratia vobis: quartum explanatio formae, ibi, Quomodo omnia. In qua tangitur cognitio quam in eis operat adimpleri. Dicit ergo [Simon.] Hanc epistolam ut dicit glossa, scribit eisdem quibus & praecedentem, scilicet electis dispersionis, profelytis. Ponti, Galatia, Asia, & Bythoniae. Cuius intentio est hortari eos. Et primum bene viuere, contra deceptionem haereticorum, sicut praecedenti contra persecutiones tyrannorum. Dicit ergo inquam [Simon Petrus.] Duo nomina eius ponit, quorum prius primum fuit ei impositum, & fuit mutatum in secundum. Ioan. 1. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Dicitur autem Simon propter obedientiam diuinae legis, Petrus propter agnitionem veritatis. [Seruus.] propter humilitatem conuersationis. [Et Apostolus.] propter auctoritatem officii, vel dignitatis [Apostolus.] inquam [Iesu Christi.] Glo. Nuntius saluatoris & regis nostri, qui auctoritatem contribuit mittendi [His.] scilicet profelytis electis aduenis, dispersionis, Ponti, Galatia, Capadociae. [Qui coaequalem fidem.] id est, eandem, quia vna fides, vnum baptisma. Ad Ephe. 4. [Nobiscum.] id est, cum Apostolis ex statu Iudaismi naturalis ad Christum conuersis. Cum tamen illi primum ex gentilitate venerunt [Sortiti sunt.] diuina electione adepti. Ephe. 1. Sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum eius. Et bene sortiti: quia sicut fors non accipit personam, ita nec diuina electio acceptrix est personarum. Ad Galat. 4. In Christo Iesu non est seruus, nec liber: non est masculus, nec femina. [In iustitia dei nostri.] intransiuit, quia deus iustus est, non in meritis propriis. Et appellatur hic iustitia meritorum non exigentia, sed cum decencia bonitatis diuinae. Vel transiuit, quasi sortiti fidem non mortuam, sed quae est in iustitia bonae operationis, non iustitia humanae praedicta: sicut est politica iustitia, vel consuetudinalis, vel iustitia legis Moisaicae: sed iustitia perfecta euangelij, quae non tantum in timore, sed & in amore: quae non tantum cohibet manum, sed animum. Quae est [Dei nostri & saluatoris Iesu Christi.] i. quam ipse Christus in euangelio docuit. Mat. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. Vel dei nostri, scilicet Christi secundum diuinitatem effectiue: Et saluatoris Iesu Christi, secundum humanitatem meritorie. Hanc enim ipse meruit sua gratuita passione: hominis vero est formaliter [Gratia.] qua fit remissio peccatorum [Et pax.] id est, reconciliatio [Vobis adimpleatur.] Impletur enim gratia alicui, quando habet sufficientem ad salutem. Sed ad impletur, quando datur ad diuiniorem cognitionem operum, vnde subdit [In cognitione dei, & Christi Iesu domini nostri.] id est, ad cognoscendum opa, quae circa ipsum facta sunt quo ad nostram salutem. De quibus addit [Quomodo donata sunt vobis omnia.] scilicet ut cognoscatis quomodo. i. quantum liberaliter donata sunt per gratiam suam vobis, id est, ad vtilitatem vestram omnia dona. Rom. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, quomodo non omnia nobis donauit, &c. Et Iacobi 1. Omne datum optimum. Dona dico non infirmitatis, non imperfecta, sicut sunt dona legis [Sed diuinae virtutis suae.] id est, quae faciunt hominem virtuosum & diuinum [Quae.] scilicet dona sunt [Ad vitam.] scilicet spiritualem quo ad nosmetipsos [Et ad pietatem.] quoad proximos. Vel ad vitam. Libertinendam in futuro, & pietatem conseruandam in praesenti, quae est cultus dei. Vel ad vitam quoad mores bonae conuersationis, & pietatem quo ad cultum Christianae fidei & religionis. [Per cognitionem eius.] scilicet Christi, quia cognoscimus Christum per fidem [Donata sunt.] omnia dona ad vitam sustinendam: ut dicit glossa. Per cognitionem enim saluatoris omnia mysteria diuinitatis, quibus saluamur, cognoscimus [Qui.] I. Christum [Vocauit nos.] Apostolos, specialiter vocatione exteriori, & non solum interiori. Et in [Propria gloria sua.] scilicet ostensione gloriae transfigurationis. Mat. 17. Glof. Quando transfiguratus est in monte [Et virtute.] scilicet miraculorum operationis, quia multa miracula fecit coram eis. Vel vocauit nos. I. saluandos efficaciter, & omnes sufficienter. Propria, inquam gloria sua & virtute. i. per seipsum gloriosum & virtuosum. Non angelum missum ad vocandum & saluandum, immo in propria persona venit. Vnde Glof. Non angelum, non archangelum ad nos saluandos missum: non in nobis aliquid boni per quod saluemur inuenit: infirmos & in gloriosos sua virtute reparauit. Glo. sua virtute efficienter, & gloria sua finaliter [Per quem maxima.] hic tangit vtilitatem cognitionis promissam. Est autem triplex hic litera. Quidam libri habent, per quem & sic refertur ad Christum. Quidam autem habent, per quem & sic refertur ad cognitionem. Alij autem habent per quem, & sic refertur ad dona. Dicatur ergo per quem. i. Christum: vel quem. i. cognitionem: vel per quem. i. dona [Donauit nobis deus.] I. deus pater, modo incerta, tadem in re [Maxima & pretiosa promissa.] i. vitam eternam, in scriptura sacra frequenter nobis promissam. Luc. 22. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum.

Et Mat.

Et Mat. 5. Beati pauperes spiritu, quonia ipsorum est regnum caelorum, &c. Et vocat vitam eternam, promissa pluraliter, ob pluralitatem gaudiorum & donorum: quia illic est status omnium bonorum aggregatione perfectus, quae sunt etiam maxima. Magna sunt dona naturae, maiora gratiae, maxima gloria. Dicuntur etiam pretiosa, quia pretio meritorum redduntur seu dantur [Ut per hoc] scilicet gratiam & pacem iuxta vnam glossam, & sic refertur ad illud quod dictum est supra, Gratia vobis & pax. Vel ut per hoc. i. dona gloriae [Efficiamini] quasi dicat, Non solum nobis propter vos donauit, sed et vobis transfert ad nos. [Consortes diuinae naturae] non consortio aequalitatis, quod est trium personarum solum: sed consortio participationis, quod est omnium fidelium per gratiam in praesenti, & gloriam in futuro. De hac societate. i. Ioan. 1. Ut & vos societatem habeatis nobiscum. Et societas sit cum patre & filio Iesu Christo. [Fugientes.] q. d. Sic eritis confortes: ita tamen si fugiatis [Corruptionem eius concupiscentiae] quae in mundo est [non ait] quae mundi est tantum, sed quae in mundo est, ut comprehendat non solum concupiscentiam oculorum, sed & concupiscentiam carnis & superbiam vitae. i. Ioan. 2. Omne quod in mundo, &c. Dicit etiam corruptionem, quia omne peccatum, secundum Augustinum est corruptio modi, speciei & ordinis. Concupiscentia enim radix est omnium malorum.

Vos autem curam omnem subinferentes ministrare in fide vestra virtutem: in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis, charitatem. Haec enim si vobiscum asint & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitionem. Cui enim non praesto sunt haec, cecus est & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum.

Hic prouocat ad veritatis conseruationem eos ad opera virtutis exhortando. Et primum ponit quatuor graduum spiritualium distinctionem. Secundum, eorum vtilitatem, ibi, Haec enim si vobiscum sunt. Tertio, motus ad eorum studiosam obseruationem, ibi, Quia propter fratres. Vtilitatem autem ponit duplicem. Prima est in adeptione boni. Alia est in euasione mali, ibi, Cui enim non praesto sunt. Dicit ergo [Vos autem curam omnem.] q. d. Non solum fugite concupiscentiae corruptionem, sed vos [Subinferentes] id est, principaliter deo operante inferentes, & ei cooperantes. In omnibus enim bonis operibus principalis auctoritas est gratia secundaria liberi arbitrii. i. Corint. 15. Non ego sed gratia dei mecum. Curam omnem, id est, perfectam non tepidam. Contra 1. Petri vlt. Omnem sollicitudinem vestram proicietes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Responso, In eum principaliter proiciete vestram sollicitudinem. Vel proicere monet per confidentiam bene operando non per negligentiam. [Ministrare in fide vestra, &c.] Ponit octo gradus virtutum quibus ascenditur ad caelum, sicut octo gradibus quos ponit Ezech. ascendebatur in templum. Ezech. 40. Quorum tres primi ordinant respectu bonitatis: tres medij ordinant respectu mali: duo vltimi respectu charitatis, quae proficit in vtroque. Respectu boni ordinat fides in mouendo: virtus in eliciendo & exequendo. Scientia in dirigendo & rectificando. Tres autem sequentes ordinant respectu mali: vel mali culpe fugiendi, sicut abstinentia: vel mali poenae tolerandi sicut patientia: vel mali vtriusque in altero reuelandi, Et sic pietas. Duo vltimi ordinant ad perfectionem, in vtroque, scilicet dilectio proximi & amor dei, quia in his duobus mandatis vniuersa lex pendet & propheta. Mat. 22. Dicit ergo [Ministrare.] i. tanquam ministri & non tanquam dominantes ostendite exemplo illius, qui non vult ministrari, &c. Mat. 22. [In fide vestra] In ascensu virtutum, incipit a fide tanquam a fundamento, & per alias virtutes tanquam per parietes ascendens terminatur in charitate tanquam in complemento. [Virtutem.] i. bonae operationis fortitudinem: fides enim sine operibus mortua est. Iaco. 2. In eius figura legitur Petrum, id est, agnoscere & Andream, id est, virilem fuisse fratres. Ioan. 1. Et quia non conuenit recte operari, sine discretionem, ideo sequitur tertius gradus. [In virtute autem scientiam] glo. discretionis, Quid, Cui, Quando, vel Quomodo. Bernardus. Discretio non tam est virtus, quam auriga virtutum, sine qua virtus vitiatur est. Rom. 12. Rationabile obsequium vestrum. Leuit. 1. In omni sacrificio offeres sal. Gregorius. Fortitudo quae plus potest sine rationis moderamine praecipit ruit. Ideo combinatur donum consilij & fortitudinis, Esaia 11. Ideo & fortitudini Iudae additur consilium Simonis. i. Mach 2. Et quia sub specie discretionis solet blandiri voluptas: nec etiam sufficit habere discretionem in agendis, nisi abstinentia communiter, pro fuga cuiuscumque mali. Eccle. 3. Cor sapiens intelligibile abstinebit se a peccatis. i. Corint. 9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere. Glof. Ne in vacuum scientia caelestium cedat, si sese ab illecebris seculi aliquis non coerceat. Et quia abstinentes, ut dicit Gregorius, de facili obtinent patientiam, ideo addit. [In abstinentia autem patientiam] Glo. Abstinentiam patientia sequitur, ut qui a voluptatibus mundi se continet, aduersa quoque sustineat. Et quia patientia nutritur per opera pietatis, in subueniendo proximo vel consolando, vel corrigendo, ideo addit [In patientia autem pietatem] Effectum. I. compassionis, & subuentioem in malis alienis, ut & erga persecutores pietatis opera Christianitatis exercent. Mat. 5. Orate pro perfectionibus & calumniantibus vos. Et quia posset aliquis opera pietatis persecutoribus impendere ex timore, & non amore, subdit [In pietate autem fraternitatis.] i. fratrum amorem. q. d. In pietate illa sit amor fraternitatis non timor persecutoris. i. Pet. 3. Fraternitatis amatores. Et quia dilectio fratris cum omnibus praedictis non debet in seipsum sistere, sed amorem dei, ut ad fidem referri: ideo subdit [In amore autem fraternitatis charitatem.] i. dei amorem. ad Colos. 3. Super omnia autem haec charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Hoc est oleum, quod superinfertur omnibus liquoribus. [Haec enim.] i. octo praedicta [Si vobiscum asint] Per praesentiam habitum in affectu & promptitudinem. [Et superent] Per dominationem in effectu. Et dicit nobis asint per consensum liberi arbitrii. i. Cor. 15. Non ego, sed gratia dei mecum. [Non vacuos] Minus dicit, & plus significat, quasi plenos nos constituent meriti in praesenti. [Nec sine fructu] mercedis in futuro. Sap. 4. Bonorum laborum gloriosus est fructus. [Vos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitionem.] i. in die iudicij, quando cognoscetur deus iudicia faciens, qui modo contemnitur misericordiam facient, ut dicit Bernardus. Vel in cognitione, quia cognouit dominum nostrum Iesum Christum per fidem. Et sic propositum notat habitudinem causae efficientis. Vel non constituet

Octo gradus quibus in caelum ascendimus.

vos vacuos, nec sine fructu in cognitione. i. ad cognoscendum dominum nostrum Iesum in patientia, quae cognitio est totus fructus, quia vita aeterna. Ioa. 17. Hæc est vita aeterna, ut cognoscant te verum deum, &c. [Cui enim] Glo. Et verè hæc sunt tenenda [Cui enim non præsto sunt hæc.] Glof. Octo luminaria. Quia hoc non habent in præsentia & promptitudinem ad operandum. [Cæcus est] ne videat cælestia. Glo. A lumine diuini solis est alienus. Apoc. 3. Nescis quia cæcus es. [Et manu tentans] Quia ignorat quomodo inferiora sunt diligenda, & opere tractanda. Vel manu tentans. i. instabilis ad bona opera, Vnde glo. Qui scientiam rectæ operationis non habet, quod sibi rectè videtur operatur, quasi manum ad opus quod non videt extendens. Grego. In iter quod nõ præuidet extollit, idcoq; miser in ruinã proditoris quam præscire nequi bat incidit. Esa. 59. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absq; oculis atrectauimus. Et Iob 12. Palpabunt quasi in tenebris, & nõ in luce. Qui enim aliud q̃ deum amat & querit, nunc ad ista, nunc ad illa manũ extendit. Et in super. [Obluionem accipiens] Per culpã in gratitudinis [Purgationis.] Glof. Ber baptismum vel pœnitentiã factã [Veterum suorum delictorũ.] Glof. Originalem vel actualium in quibus allueuerat. Originale dicitur vetus delictum à causa, quia à veteri homine. i. Adã: trahitur verò actuale ab effectu, quia ad vetustatẽ trahit. Psa. 6. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Sed cum nõ sit nisi vnũ originale, quomodo glo, dicit originaliũ in plurali. Responso, Vnum est origine, sed multa personarum diuersitate. Vel vnum ab vnitare reatus, Multa à multitudine virium corruptarum. Vnum ergo materialiter, sed multa materialiter.

Peccatum originale conuertens dicitur.

Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum domini & salutis nostri Iesu Christi. Propter quod vos incipiamus semper commonere de his, & quidem confirmatos vos in præsentis veritate. Iustum autem arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione: certus quod velox est de possessio tabernaculi mei: secundum quod & dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum omnium memoriam faciatis.

Hic monet ad eorum studiosam obseruationem. Et hoc triplici vtilitate, quarum Prima est certitudo spei. Secunda cautela peccati, ibi, Hæc enim facientes. Tertia introitus regni, ibi, Sic enim abundatẽ. Dicit ergo [Quapropter fratres] Glo. Quia cæcus est, qui hoc non habet, ideo maiorĩ studio ad hæc retinenda laborate [Satagite. i. satis agite] [Ut per bona opera.] exteriora faciatis. id est, ostendatis [Vestram vocationem] ad fidem ex tempore [Et electionem] per prædestinationem ab æterno, ut scilicet certi sitis vos esse vocatos, & à deo electos. Glof. Benefaciendo faciatis vos certos de premio vestrae vocationis & electionis. Vnde per bona opera quæ facit homo suæ electionis potest habere certitudinem, non quidem sciẽtia, sed coniecturã, non rei, sed spei. Rom. 8. Certus sum quod neq; mors, neque vita, &c. [Et nota quod ista electio modò est occulta. Occultum enim modò est, qui electi & reprobi sunt: quia vtriq; modo simul sunt. Ergo multi qui modò sunt boni, sunt reprobi. Et qui modò sunt mali, sunt electi, sed in die iudicii, quando dominus ventilabit, & purgabit aream suam tunc apparebit, qui electi & qui non. Et quod pauci electi & multi reprobi, quia multũ inuenietur de palea, & parum de tritico: vnde Mar. 3. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit areã suã. i. ecclesiam: istud ventilabrum est iudiciaria sentẽtia, quæ modò est in ore, id est, in prædicatione, sed tunc erit in manu. i. in executione, [Hæc enim facientes] Prædicta octo opera virtutum. [Non peccabitis aliquando] Ad vitam æternam attigentes, vbi vltimus non peccabitis. Aliquando. i. nunquam, in præsentis, scilicet mortaliter, Venialia enim nullus vitare potest, & tunc intelligitur coniunctim. [Sic enim.], hæc opera faciendo. [Abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum] id est, dabitur vobis augmentum gratiæ & virtutũ per quas intratur in regnum. Glo. i. virtutes per quas intrabit ad vitam, Ex hac glof. videtur quod habeamus virtutes ex operibus, quod falsum est: nõ enim quia bonum facimus, sumus boni. Responso, Non virtus sed augmentum ex abundantia, & perfectio virtutum habetur per exercitiũ bonorum operum. Et dicit ministrabitur, quia per vestrum ministerium, & meritũ acquiretur. Dicit etiã in regnum ad differentiã regni mundi, quia est breue & transitorium. Eccle. 11. Omnis potentatus breuis vita. Luc. 1. Regni eius nõ erit finis. [Regnum] in quã quod est [Domini nostri saluatoris Iesu Christi] Domini nostri, per creationem: Saluatoris Iesu Christi, per redẽptionem & recreationẽ. Propter quod vos incipia, &c. [Hic prouocat eos ad veritatis catholice conuersationem, suã pro eis in veritate confirmandis sollicitudinem iudicando. Et circa tria ostendit se illis sollicitum. Primò, ut veritate confirmentur quãtum ad irascibilem. Secundò, ut ad eandẽ excitentur quãtum ad concupiscibilem, ibi, Iustum autẽ arbitror. Tertiò, ut eius semper recordentur quãtum ad rationale, ibi, Dabo autem operã. Dicit ergo [Propter quod, &c.] Glo. Quia à deo vtilia sunt vobis hæc, ut sit vobis introitus parens in regnum [Incipia vos semper commonere. i. tam sollicitè & frequenter vos commonebo, ac si nunquã antea nouissem: in quo exprimitur feruor sanctorum, qui quãtuncq; laborauerint circa subditos videtur eis, q̃ nihil profecerunt. Psa Dixi nunc cæpi, &c. Grego. Nescit mens per torporem facere, quæ semper suadet per desiderii inchoate. [Et notandum commonere, id est, omnes simul vos monere. [De his] id est, de gradibus prædictis, ut per eos simul ascendamus ad domum domini. Vos dico. [Scientes] id est, qui scitis peccata. [Quidem] id est, certè [Et confirmatos vos in præsentis veritate.] q. d. Quãuis scientes & confirmati in doctrina veritatis, tamen ego monebo vos, ut scita opere completis: ut & magis cõfirmemini. Quia sicut dicit Bernardus. Frequenter oportet reminisci quod mundus iste cogit obliuisci. [Iustum autem arbitror] Ita incipiam vos semper monere. [Autem] id est, quia iustum arbitror. [Suscitare vos in cõmõnitione] id est, per commonitionem prouocare vos ad proficiendum, quasi dormientes, iuxta illud Proverb. 6. Discurrere, festina suscitare amicum tuum. [Quandiu sum] In hoc tantillo temporis quo sum. [In hoc tabernaculo. i. in corpore meo, quo, scilicet miliro contra vitia, Glof. In corpore, in quo iter huius vitæ agitur, & contra aduersarios, veritatis certamen agitur. [Certus] per reuelationem [Quod velox est depositio tabernaculi mei] id est, corporis mei. [Secundum q̃ & dominus noster. Iesus Christus significauit mihi] id est, reuelauit mihi. Vel significatione remota. Ioannis vlti. Cum autẽ senueris, alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Vel melius, significatione propinqua, cum dictum est Petro fugiẽti Neronem à domino, Venio. Romam iterum cruci

figi. [Et notandum q̃ mortem vocat depositionem, quia in morte deponitur corpus à sanctis tanquã graue onus. Sapient. 11. Corpus quod corrumpitur aggrauat hominem: hoc dicitur per quandam metaphorã, quia sicut milites post victoriam tabernacula deponunt, & ad proprias domos redeunt: sic sancti corpora deponunt post victoriam vitiorum. [Dabo autem] Glof. Quia cito transurus, ideo dum viuõ dabo. [Operam] vos commonendo non solum semel, sed & [frequenter] id est, instanter & diligenter. [Habere vos] ut habeatis [Memoriam] prædictorum [Post obitum meum] id est, post mortẽ meam, dicitur autem obitus ab ob. i. contra & eo is. Vnde obire est contra vel obuiam ire. Et ideo transitus sanctorum, dicitur obitus, quia tunc vadunt obuiam sponso. Sicut dicit glof. [Ut horum omnium memoriã faciatis] id est, doctrinam memoratam opere impletis. Psa. 102. Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.

Non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem & præscientiã: speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria, sic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatam cum essemus cum ipso in monte sancto.

Hic prouocat ad confirmationem veritatis catholice, ipsam commendando, quam probat. Primò, testimonio apostolorum, in nouo testamento. Secundò, testimonio prophetarum in veteri. Sed habemus firmiorem testificationem per apostolos, tripliciter: primò specialiter de visu: secundò simul de visu & auditu, ibi, Accipiens enim à deo patre: tertio de auditu speculatores facti sumus. ibi, Et hanc vocem, &c. Dicit ergo [Non enim] Glof. q. d. Ideo sum sollicitus, quia magna res est quam doceo. [Non indoctas fabulas.] i. doctrinas indignas [Sequitur] Fabula est, ait Tullius, in qua nec verã, nec verisimiles res narrantur, tangit autem iuxta glof. & [Quid fabula.] errorum Paganorum secundum fabulosas narrationes deos sibi fingentium, & errores hæreticorum scripturas sanctas fabulose interpretantium. 2. Timo. 4. A veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem cõuertentur. Psa. 118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vel lex tua. [Sed notam fecimus vobis] Prædicando manifestè non obfcurè vel parabolicè. [Domini nostri Iesu Christi virtutem] Per quam omnia creauit & continet. [Et præscientiã sapientiã] qua omnia nouit & præuidet. 1. Corint. 1. Nos autem prædicamus Christum dei virtutem & dei sapientiã [Sed potius speculatores facti sumus. i. inspectatores. Illius magnitudinis.] i. magnæ excellentiæ, & claritatis quam in transfiguratione ostendit. Mar. 17. q. d. docemus ea quæ vidimus non solum, sed & quæ audiuiimus. Audiuiimus enim testimonium patris. [Accipiens enim] sicut. i. Christus, secundum q̃ homo [A deo patre honorem] quando facies eius & vestimenta fulserunt sicut sol [Et gloriam] quando perhibuit testimonium dicens, Hic est filius meus dilectus. Vel honorem cum dixit ipsum esse filium suum, & gloriam, quasi clarissimam quantum ad claritatem in qua resulset: accipiens inquam [Voce delapsa. i. de celo lapsa] [Ad eum.] i. Christum glorificandum [A magnifica gloria. i. à patre glorioso & magnificante filium.] [Huiusmodi] id est, illo modo [Hic] non alius [Est filius meus] Mihi consubstantialis. Hilarius, Nos filii dei sumus, sed non talis hic filius: ipse enim filius est nariuitate non creatione: veritate, non nuncupatione, origine, nõ adoptione [Dilectus] quia spiritu sancto, qui amor est ab vtroque procedens mihi connexus. [In quo mihi complacui] Glo. per quem beneplacitum meum ostendi, & in eo nihil nisi quod mihi placet inueni. [Ipsum] discretiue [Audite] Glof. Quia nullus ei succedit legislator. Deut. 18. Tanquam me ipsum audieris. Hæc enim verba quæ dicuntur hic, scribuntur etiã Mar. 3. & 17. & Mar. 9. [Et hanc vocem nos audiuimus] specialiter ego Petrus & Ioannes, & Iacobus, sicut tres euangelista testatur Mar. & Mar. vbi supra. Et Lucas 9. cap. vt sic in ore duorum vel trium sit omne verbum. Deute. 19. [De celo] quia in celo aereo formatam, & ministerio cælestis angeli figuratam, & patris cælestis significatam. [Allatam] ad terram: nec dicit prolatam, quia non ex ore animalis sonuit, nec instrumentis naturalibus formata fuit, sed artificio angelico. [Cum essemus cum ipso] Christo familiares, & sectaremur eum. [In monte sancto.] i. Thabor, vbi transfiguratus est. De ista autem claritate quam Christus ostendit in transfiguratione, Queritur vtrum esset gloriosa, vel similis gloriose: & videtur q̃ sic, secundum Hiero. Quia talis tunc apparuit, qualis in iudicio apparebit. In contrarium est, quia semel habita inamissibilis est. Item glof. hic dicit, q̃ claritas ista signum erat resurrectionis suæ Non ergo erat ista claritas, quæ erit in resurrectione. Responso, Credo q̃ claritas ista non fuit gloriosa similitudine analogiæ non vniuocationis: fuit enim quãdam claritas formata in corpore à diuinitate quam apprehenderant apostoli sensu exteriori. Per illam autem quam viderant oculo corporali, intellexerunt claritatem gloriæ: quam tamen oculo corporali non videbant: hinc est q̃ quãdam authoritates dicit, q̃ ostendit apostolis claritatem gloriosam. Quãdam autem dicit q̃ non, sed similem gloriose ostendit sensui, sed verè gloriosam ostendit intellectui.

Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucerna lucenti in caliginoso loco, donec dies eluceat, & lucifer oriatur in cordibus vestris, hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scriptura propria interpretatione non sit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines.

Hic probat veritatem catholicam testimonio prophetarum in veteri testamento. Et primò tangit firmitatem. Secundò, claritatem, ibi, Cui bene faciatis attendentes. Tertio, autoritatem, ibi, Hoc primum intelligentes. Dicit ergo, Et habemus, &c. ad hoc ostendendum præter prædicta. [Firmiorem propheticum sermonem.] i. in Dauid: & dicit glo. Ad probandum Christi dignitatem dicit, Dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Et idem, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Sermonem, inquam firmiorem. i. lucidiorem. Glof. quia clarius aliis prophetis de Christo prophetauit ipse Dauid. Vel firmiorem vobis, scilicet Iudæis, quàm sit sermo meus, q. d. Si minus creditis mihi, credaris propheta, qui est firmior vobis q̃ ego, vel quàm sit sermo meus. Quãuis enim sermo apostolorum esset simpliciter firmior sermone prophetico, non tamen quantum ad istos, quia magis credebant Iudæi prophetis quàm apostolis. Vel dicit firmiorem, quia visioni contradicere poterant, quæ facta fuit in secreto, sed prophetiæ nullus contradicere auebat. [Cui.] i. sermone prophetico. [Benefacitis attendentes.] i. propter sui vtilitatem & inconcussam veritatem: vnde subdit [Quasi lucerna] id est, quæ est quasi lucerna, quæ illuminat intellectũ ad veritatis cognitionem.

Mors depositio dicitur in tabernaculo.

Quid fabula.

Claritas Christi in sua transfiguratione non fuit similis illi quæ summa est in iudicio.

Sermonem prophetarum & apostolorum, cum quis firmiter.

[Lucenti] quia accendit affectionem: unde veritas sacrae scripturae illuminat intellectum, ideo dicitur lucerna: quia accendit affectum, ideo dicitur ardens: & ideo est scientia perfecta: unde lucere solum vanum est, ardere parum, sed lucere & ardere simul perfectum: lucenti inquam, seu ardenti. In caliginoso loco id est, in nocte huius seculi, quae est plena caligine ignorantiae, tenebris peccatorum, & nebulis errorum. ¶ Notandum autem quod doctrina prophetica bene dicitur lucerna. i. lux in testa. Quia Psal. 17, Tenebrosa aqua in nubibus aeris, Glos. obscure. Interlinearis in prophetis: sed doctrina euangelica est lux splendens non in testa, sed super candelabrum posita. Proverb. 6, Mandatum lucerna est, & lex lux. s. euangelii. Lucent inquam, in hoc caliginoso loco tandiu [Donec dies] id est, aperta dei visio, & claritas plena. De qua Psal. 83, Melior est dies vna in atris tuis, &c. [Illucescat] id est, intus luceat. Haec enim lux non solum erit superficialis, sed profundabit se usque ad intimum animae. Et donec [Lucifer oriatur] scilicet clarus intellectus secundum glos. non anigmaticus. Vel Lucifer. Glo. Christus qui fecit lucem, qua illuminavit mundum. Potest ergo intelligi per diem aperta cognitio deitatis. Per Luciferi ortum aperta cognitio humanitatis Christi, quae fuit diei nuntia, sicut Lucifer praenuntius solis. Erit enim beatitudo sanctorum in vtroque. Ioan. 17, Haec est vita aeterna ut cognos-

Doctrina prophetica lucerna dicitur.

Fuerunt vero & pseudo prophetae in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces: qui introducent sectas perditionis, & cum qui emittunt eos deum negant: sed perducunt sibi eorum perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: & in auaritia filiiis verbis de vobis negotiabuntur: quibus iudicium iam olim non cessat: & perditio eorum non dormitat.

Hic reuocat ad seductionem haereticarum prauitatis, quibus primo praedicit praedictam futuram. Secundo, comminatur poenam, ibi, Si enim deus angelis. Tertio ostendit poenae praeminentiam, ibi, Magis autem eos. Quarto describit eorum malam vitam, ibi, Hi vero velut irrationabilia: in prima parte ubi perfidia haereticorum praedicit: primo ab errorum adinventione: secundo a veritatis negatione, ibi, Et cum qui emittunt eos, &c. Tertio ab aliorum seductione, ibi, Et multi sequuntur. Quarto a diuina reprobatione, ibi, Quibus iudicium, &c. Dicit ergo [Fuerunt] Glos. Ita vos commoneo & tota auctoritate vestra ne decipiimini per pseudo, qui sicut olim fuerunt, ita & erunt. [Fuerunt vero] inquam quasi prophetae, fuerunt spiritu sancto locuti. Verò, pro sed. fuerunt [Pseudo prophetae] id est, falsi & mendaces [In populo] scilicet Israelitico, sicut Balaam. Nume. 24. & Iere. 25. Prophetauerunt in nomine meo mendacium. Et in eodem. Non mitebam eos. & infir-

casu angelorum:secundò de diluio hominum,ibi,Et si originali mundo:tertiò de subuersione Sodomorum,ibi,Et ciuitates Sodomorum.Vbi tangit primò nocentum punitionem:secundò innocentis liberatio nem,ibi,Et iustum Lot:tertiò,liberationis meritum & rationem,ibi,Aspectu enim & auditu.Dicit ergo[Si deus angelis] Glo.licet dignioris naturæ sint[Peccantibus] scilicet peccato superbiæ [Non pepercit] sed statim vindictam in inferno supple,cos fecit[Detractos] id est,de celo tractos[Rudentibus inferni] id est, conatibus superbiæ qui ducunt ad infernum. Rudentes enim sunt funes quibus vela in alto suspenduntur, & flante vento nauis impellitur,Et significat secundum Bedam conamina dæmonum, quibus contra erige re se voluerunt,per quæ vento superbiæ impulsis,rapiti sunt in profundum inferni.Rudentibus ergo dicit su perbiæ conatibus quasi funibus.Proner, s, funibus peccatorum suorum quisque constringetur.[Tradidit in tartarum] id est, in infernum [Cruciandos] vt crucientur. Et tradidit eos [Reseruati] id est, vt reseruentur [In iudicium] scilicet vltimum, tunc in profundum cruciandi, & grauius puniendi secundum August. & Glof. Vel ordinã literam sic, Tradidit in tartarum reseruati, id est, vt reseruentur in iudicium cruciandos, scilicet magis quàm prius. Huic consonat alia translatio quæ est, in carceribus inferni caliginis retundens tra didit iudicio puniendos. ¶ Quæritur de hoc quod dicit glof. super illud, Si angelis peccantibus, &c. Proba tio à maiori. Contrã: peccatum angeli maius est quàm peccatum hominis, ergo non sequitur si damnat ange lum magis peccatorem quòd damnet hominem minus peccatorem. Responso. Re vera comparando pecca tum peccato non sequitur, sed comparando naturam naturæ, quia angelica natura dignior est, & ideo sequi tur, Si angelo non pepercit, nec parceret homini. Quæritur etiam de hoc quod dicit glof. Angeli dignioris nat uræ sunt. Contrã: Augustinus dicit, Anima & angelus natura sunt pares & officio dispares. Responso, Na tura ibi sonat in aptitudinem, quia possibilis æquari angelis non in actû. Mat. 22. Quæritur & de hoc quod dicit, Rudentibus inferni tradidit, &c. Contrã: ad Eph. 6, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & san guinem, sed aduersus principes & aduersus potestates & mundi rectores tenebrarum harum. Quod expo nitur de dæmonibus in hoc aere caliginoso habitantibus & nos impugnantibus. Responso, sicut dicit Be da super canonicam Iacobi, Dæmones vbicunque sunt ardent, & habent pœnam suam. Et ponit exemplum de febricitante, qui æque torquetur in lecto eburneo sicut in ligneo. Modò ergo vsque ad diem iudicij habi rant aliqui dæmones in hoc aere caliginoso. Vnde Haymo dicit, quòd sicut radius plenus est atomis, sic aer ipse plenus est dæmonibus. Vnde Beda & Glof. in tartarum, id est, in hunc aërem inferiorem [Et si origina li, &c.] Hic ponit exemplum diluio hominum [Si enim deus originali mundo non pepercit.] Gene. 6, id est, hominibus secundum originem primi peccati viuentibus. Vel mundum originale dicit homines qui ante diluuium fuerunt, non habentes legem nisi quam ab origine, id est, natura traxerunt, non habebant ni si legem naturalem. Sed octauum Noe [Octauus dicitur propter ipsam historiam, quia in numero octo per sonarum liberatarum fuit, & fortè vltimus, & sic octauus arcam intrauit. Gene. 6. 1. Petri 4, In qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt. Vel octauus propter figuram, quia illud iudicium mundi figura fuit vlti mi iudicij, quod erit in principio octauæ ætatis resurgentium: secundum Glof. [Iustitiæ præconem]. Et si non verbo: tamen exemplo, quia iustus erat, Gene. 5. Glo. Qui iustitiæ operâ faciens qualiter viuendum ef fet coram deo, ostendit. Item per hoc quòd fabricabat arcam, eos ad iustitiam mouebat. Hunc inquam, ta lem [Custodiuit] à diluio in arca. Sapient. 10, Per contemptibile lignum gubernans iustum [Diluuium] id est, aquarum inundantiam ab inferioribus, superioribus aquis concurrentem [Mundo impiorum] id est, impiis mundi. Gene. 6, id est, hominibus mundi qui erant impij [Inducens & ciuitates Sodomorum & Go morphorum] Plus nominat istas ciuitates quàm tres reliquas quæ fuerunt Adama, Seboim, & Segor: & hoc quia erant principales & famosiores, & magis peccatrices [In cinerem redigens] combustione ignis & sulphuris. Gene. 19. Hinc dicit Augustinus in lib. de Ciuitate dei, quòd fructus illius terræ sunt pulcher rimi exterius, & nil habent interius nisi cinerem, & fumum reddunt fœtidum si carpantur [Euerione dam nauit] Quia illa regio in alienam naturam versa est, scilicet, in lacum salis, qui dicitur mare mortuum, quia nec pisces nec aues in eo viuunt sicut in aquis alijs [Exemplum eorum qui impiè acturi sunt ponens] quasi dicat, Per hoc significans quòd maximè puniendi essent qui illos imitarentur. Impiè, id est, contra pietatem in deum, vel in proximum peccando. Et si supple [Iustum Lot] nepotem Abrahæ, Gene. 19. quia dei cul tor & hospitalis, nec malis consentiens [Oppressum] id est, grauiter afflictum [A nefandorum iniuriâ] quia peccatum illud minime nominandum. Vocat Apostolus talia peccata passionis ignominia. Rom. 1. [Ac] oppressum, scilicet à Luxuriosa conuersatione eripuit [Per angelos qui eum cum vxore à filiabus extra ci uitatem duxerunt. Gene. 19, Disimulante eo egredi apprehenderunt manum eius, & posuerunt extra, ciui tatem. Sapient. 18, Hæc iustum à pereuntibus impijs liberavit fugientem descendente igne in Penthepolim [Aspectu eius] licet multa turpia videret [Et auditu] & si multa & inhonesta audiret [Iustus erat] aspectu & auditu: vel alieno, quia nil iniustum in eo videbatur. Vel proprio, quia bonis actibus instabat, nec visis nec auditis flagitijs se fucabat, id est, obscurabat secundum Glof. Iustus inquam, erat [Habitans apud eos] id est, licet habitaret inter illos, scilicet malos, inter quos difficile est seruire iustitiam, sicut dicit Glof. Psal. 17, Cum sancto sanctus eris, &c. [Qui de die in diem] id est, continuè & incessanter [Animam iustam] eius, scilicet [Iniquis operibus] quæ faciebant contra deum & proximum: quæ sicut dicit glo. Videbat & corri gere non poterat [Cruciant] cruce, scilicet spiritali doloris & compressionis, licet non exterioris vexa tionis. Psal. 118, Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Augustinus, Om nes mali persequuntur bonos non ferro aut lapidibus, sed vita & moribus [Nouit dominus bonos.] Et præ dictis exemplis elicit generalem sententiam, quòd diuina bonitas punit malos, & liberat bonos: vnde di cit [Nouit] quasi dicat, sic deus punit malos, & liberat Noe & Lot. Bonos igitur nouit dominus notitia non solum speculatiua, qua scit etiam mala quæ non ipse factururus. Sed dico practica, qua solum nouit bona quæ est ipse factururus [Pios.] glo. Sicut Noe & Lot [De tentatione.] i. tribulatione [Eripere.] extra rapere. Psal. 90, Cum ipso sum in tribulatione, eripiã eum, &c. Esa. 42, Cum transferis per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Sic patet in Noe, Et cum ambulaueris in igne non combureris, sicut patet in Lot [Et nouit

Dæmones vbique torquent.

Nouit domini notitia practica bonis &c.

iniquos.] Glof. Sicut diabolus, originalem mundum & Sodomitas [Reseruare] id est, iterum seruire, in anima, scilicet & corpore [In die iudicij] cruciandos amplius. s. quàm prius. Et ante diem iudicij solum ani mæ pœnas luunt, & in iudicio grauiora expectant, quando in corpore & anima cruciabantur.

Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditia ambulat, dominationemque contemunt: audaces, sibi placentes, sectas non metuunt intrudere, blasphemantes. Vbi angeli fortitudine & virtute cum sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium.

Hæc est tertia pars, in qua ostendit pœnæ præminentiam, tangens primò hæreticorum maiorem fru ctum dånationis quàm aliorum. Secundò dånationis magnitudinem, confirmans exemplo angelorum, ibi, Vbi angeli fortitudinem. i. maiorem dånationis ostendit triplici de causa: primò, luxuriæ: secundò super biæ, ibi, Dominationemque: tertio perfidiæ, ibi, Sectas non metuunt. Dicit ergo [Magis autem] quasi ita refer uantur omnes peccatores in die iudicij puniendi: magis autem. Glo. magis reseruabit puniendos siue cruciã dos [Eos] scilicet hæreticos, & eis credentes [Qui post carnem] id est, carnis concupiscentiã non naturam. Sic enim accipitur caro. Galat. 5, Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. [Ambulant] passionibus interio ribus affectionis, & exterioribus operationum. Sap. 5, Ambulauius vias difficiles, viã autem domini igno rauimus. [In concupiscentiis immunditiæ] ecce luxuria. i. in concupiscentias immundas perficiendas. Con tra illud Eccl. 18, Post concupiscentias tuas ne eas, hi similes sunt brutis, quæ trahuntur per suas concupi scentias, & sequuntur eas. Psal. 31, Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Glo. Qui mo re animalium brutorum luxuriat, pro reatu fœdæ corruptionis maiora patientur in iudicio quàm generales iniqui. [Dominationemque contemunt] Ecce superbia. Glof. Dominum nostrum iudicem iustum talium cognoscere noluit, dominationem autem dei, vocat dominationem simpliciter, quia eius dominatio est nul lius. Psal. 82, Dominus vnuerforũ tuus. Item quia singularis. Hester 14, Domine mi qui rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te non est auxiliator alius. Item est interminabilis. Psal. 144, Domina tio tua in omni generatione & generationem. [Audaces.] Glof. ad maiora crimina. Ex quo enim homo deum contemnit, fit audax & præceps ad omne periculum & flagitium. Hæc est audacia temeritatis sine vl la reprobatione diuini timoris. de quibus Eccl. 8, Quia non cito profertur contra malos sententia, absque ti more vllo fili hominum perpetrant mala. [Sibi placentes] Glof. in perpetratis malis: vel sibi placentes, id est, curantes placere sibi proximo. Ambrosius super epist. ad Rom. cap. 15, Ille sibi placere dicitur, qui ita fa cit quod sibi bonum videtur, vt non curet, siue placeat, siue non placeat proximo. Vel sibi placentes, id est, seiplos amantes. 2. Timo. 3, Erunt homines seiplos amantes, &c. [Sectas non metuunt intrudere] id est, errores obstinatos: quæ dicuntur sectæ, à sectado, propter ecclesiasticæ vnitatis diuisionem, vel à sectado, pro pter æstimationem. Ipsi dico [Blasphemantes.] s. deum, contra quem sectas inducunt, & ad blasphemadum alios accendunt. Sensus ergo est prædictorum, Certum quod omnes iniqui dånabuntur generaliter, sed inter il los magis hæretici. Et inter hæreticos illi magis qui deuiat à fide causa superbiæ, quàm qui causa luxuriæ, & illi maximè, qui sectas introducunt: vt sicut gradus est in peccatis, sic & in suppliciis: hæc autem pœna tanta erit, quod non poterunt eam portare. Quod ostendit per locum à maiori, cum dicit [Vbi angeli fortitudine & virtute, &c.] Et est sensus, Si angeli mali qui sunt natura fortiores, quàm homines, vix possint pœnã ferre, quomodo poterunt eam sustinere? Exponitur autem hoc dupliciter de malis angelis. Primo modo sic cru ciandos reseruabit prædictos. [Vbi angeli mali.] s. lucifer & eius socii. [Cum sint maiores] hominibus, quã titate non molis, sed virtutis [Fortitudinem ad operandum.] Et virtute ad sustinendum: quia nihil habent de carne, quæ infirma est. [Non portant,] i. vix portant, tanquam onus importabile. Et dicit, non portant, quauis re vera portent, vt magis ianuatur pœnam eorum intolerabilem. [Et iudicium execrabile] id est, iudicij domini pœnã quam ipsi execrantur, semper remurmurandam: quod iudicium est. [Aduersum se] quia est consonum culpæ, tamen contrarium naturæ. Vel aduersum se, id est, cõtra ipsos in eorum dånationem, quasi dicat, Si angeli vix poterunt pœnam inferni tolerare, quomodo poterunt homines pœnam inferni su stinere. Secundum modo sic, secundum Glof. vbi ponit tria de peccatis prædictis. Quia, scilicet post carnem ambulat, Deum contemunt, Sectas faciunt. [Angeli non portant,] i. vix ferre possunt. [Execrabile iudi cium] vt prius exponendo. Non quòd dæmones hæc fecerint, sed alijs suggererint. Et tunc est sensus, si dæ mones tantum suggestores, sic torquentur importabiliter, quãtò magis homines hoc facientes?

Malorum angelorum cruciatus.

Hi vero velut irrationabilia pecora naturaliter in captiõnem & in perniciem in his qui ignorant blasphemantes in corru ptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ. Voluptatem existimantes dici delicias conuersionis & macula: deli cius affluentes, in conuiuijs suis luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos aduulterij & incessabilis debiti: pellicientes ani mas instabiles, cor exercitatum in auaritia habentes, maledictionis filij, derelinquentes rectam viam, errauerunt secuti viam Balaam ex bosor, qui mercedem iniquitatis amauit, corruptionem vero habuit suæ vesaniæ. Subingale mutum animal in ho minis voce loquens, prohibuit propheta insipientiam.

Hæreticis irrationabilibus.

Hic describit hæreticorum malam vitam. Et primò agit communiter de hæreticis. Secundò magis spe cialiter de heresiarchis, ibi, Hi sunt fontes. Communiter in hæreticis tangit primò, veritatis blasphemiam. Secundò, conuersationis luxuriã, ibi, Voluptatem existimantes. Tertio, aliorũ corruptelam, ibi, Pellicientes animas. Quarto, intentionis auaritiã, ibi, Cor exercitatum in auaritia. Quintò, certam malitiam, ibi, Dere linquentes viam rectam. Luxuriã autem conuersationis ostendit in quadruplici corruptione. Primò, secun dum iudicium. Secundò, secundum tactum, ibi, Deliciis multis affluentes. Tertio, secundum gustum, ibi, In conuiuijs suis. Quarto, secundum aspectum, ibi, Oculos habentes. Dicit ergo [Hi vero] scilicet hæretici re seruatur magis cruciandi. Verò, id est, quia, hi. Glof. Magistri scilicet hæretici, qui docent errores. [Velut irrationabilia] quo ad corruptionem fidei. [Pecora] quo ad corruptionem morum. [Naturaliter] id est, natura sua irrationali, & brutali tendunt, scilicet [In captiõnem] id est, in laqueum culpæ quo capiuntur à diabolo: post culpam verò [In perniciem.] i. in pœnã gehennalem: vel in perniciem, id est, in culpã obstina tionem, quæ facit hæreticum. q. d. Sicut bruta motu brutali vadunt in captiõnem & perniciem: hoc autem di cit pro tanto, quia hæretici non solum humanas, sed & brutales sequuntur concupiscentias. Psal. 48, Homo

Hæretici irrationales.

cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis, &c. Gloss. Sicut irrationabilibus naturale est causa pabuli sepe in captiorem, & perniciem ignoranter incidere: ita heretici comparati iumentis insipientibus propter appetitum suae corruptionis explendum, incorruptam ecclesiae catholicae doctrinam blasphemantes & vitam, laqueos sibi perditionis necunt. Ipsi dico. [In his.]i. de his [Qui ignorant] scilicet, de articulis fidei [Blasphemantes.] q. d. quia ignorant articulos fidei, ideo blasphemant. Causa autem quare ignorant, est, quia nolunt ratione apprehendere quod supra rationem est & naturam, ut quod deus incarnatus, passus, mortuus & huiusmodi. Et ideo in corruptione sua. i. pro corruptione in suo sensu, vel pro peccato quod est causa corruptionis [Peribunt] Gloss. à consortio sanctorum, sicut enim modò voluntarie se separant à consortio ecclesiae militantis: sic inuiti separabuntur in futuro à consortio ecclesiae triumphantis. Ipsi dico [Percipientes.] i. perfectè capientes. [Mercedem iniustitiae] in futuro, id est, poenam aeternam, quae est merces iniustitiae. Gloss. Poenam pro malis operibus, vel mercedem iniustitiae in presenti, scilicet ruinam in maioribus peccatis. Gloss. ut qui in sordibus est, sordescat adhuc. Apoc. vlti. [Voluptatem] quasi & merito, quia [Existimantes] id est, reputantes voluptatem [Dici.] i. voluptatem bonam. Gloss. voluptas bona rectè dies vocatur, quia sancti in domino delectantur. Voluptas mala nox, quae est opus tenebrarum. [Delicias coinquinationis & macula] scilicet bonas & lucidas esse iudicant, quae sunt malae & execrabiles: unde gloss. iniusti delicias coinquinationis, & macula existimant voluptatè dici, quia cum vacent deliciis impurissimis & execrandissimis has optimas, & quasi lucidas iudicant: ecce iudicii peruersitas, de qua Esa. 5. Vt qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Et dicit coinquinationis, quo ad inquinamentum corporis: macula, quo ad inquinamentum animae: maculant enim peccata carnalia corpus & animam, peccata verò spiritus animalia animam solum. r. Corin. 6. Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est, qui autè fornicatur, &c. Vel delicias coinquinationis, quo ad peccatum luxuriae humanae, quae simul plures inquinant. f. agès & patiens. Quod notatur in hoc quod dicit coinquinationis. Macula verò quo ad peccatum gulae. Vel voluptatè dici id est, temporis gratiae, de quo dicitur, Dies autem appropinquauit. Rom. 13. Existimant delicias coinquinationis & macula, qui peruersè iudicant & credunt, quod in tempore gratiae debeat homo talibus immundiciis de seruire. Moraliter autè, modò in diebus festis magis vacatur deliciis & crapulis. & ebrietatibus. quasi hoc esset in honorem sanctorum. & in exultationem dici festi. August. ad Aurelium, Comestiones & ebrietates ita concessae & licitae putantur, ut in honore martyrum celebrentur, quae sceleratas non tam flagitiosa est, quae facitilega. [Delicias affluentes] Ecce corruptio secundum tactum, quasi non solum existimantes quo ad errorem rationis, sed etià affluentes quo ad approbationem voluptatis: duplici fluxu. f. cordis, per consensum delectationis, & carnis, per effectum operis: ideo dicit affluentes. Eccl. 2. Non prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, Sap. 2. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. [In conuiuio suis] Ecce corruptio secundum gustum. [Luxuriantes vobiscum.] i. videntes incontinentis ad luxuriam, in speciebus, fa poribus, & fortibus vinis. Hieronymus, Vinum fuge ut venenum: quid enim oleum flamma addis? Inuentus & vinum duplex voluptatis incendium est. Et dicit vobiscum. Glo. ut ibi vos decipiat, quod dicit, quia efficitur modus attrahendi homines est vocare eos ad conuiuia, & delicias eos prouocare: ipsi dico [Oculos habentes plenos adulterii.] i. in oculis cordis representatur libido corporis. August. Impudicus oculus impudici cordis est nuntius. [Et incessabilis delicti.] i. luxuriae, quae nunquam dicit sufficit. Prou. 19. & Osee 4. Fornicati sunt & non cessauerunt, quia ut dicit Hierony. Quando vires deficiunt, desideria inardescunt. [Pellentes.] i. decipientes. [Animas instabiles] quae non habent fundamentum fidei formata, nec anchoram spei, & sunt sine timore dei. Beda dicit Pellicetes, à pelliceo pellices, secunda coniugationis: visitatus tamen dicitur à pellicio pellicis, tertia coniugationis, & est pellicere idem quod pellicibus ornare. Et inde dicuntur heretici pellicere, id est sub specie veri decipere intellectum, & sub specie boni quasi sub specie formosa decipere affectum: unde de ipsis dicit dominus, Mat. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, quae sunt pelles. Et r. Timo. 3. Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autè eius abnegantes. Secundum glo. Pellicetes sunt meretrix, à pello pellicis, quia superueniente lumine expelluntur: vel à pollutione, unde pollutum animas. i. à vero spiritu Christo recedere, & in diabolo adulterari faciunt. [Cor exercitatum in auaritia habentes] Plus est cor auaritia exercitatum quod cor auarum. In corde auaro notatur corruptio affectus: in exercitatione verò labor vel sollicitudo. Aduersus quos Hiero. 6. A maiori usque ad maximum omnes auaritiae student. Gloss. Quidquid agunt causa auaritiae faciunt. Alia litera habet exercitatum. Exod. 23. Non accipies munera quae excacat etiam prudentes: hinc est quod Tobias, qui tamen sanctus erat, stercorebus calidis hyrundinum exercitatus fuit. Hyrundines quae in altum volat, significant sanctos, quorum conuersatio in caelis est. Stercora hyrundinum calida sunt temporalia, quae sancti tanquam stercorea relinquunt: unde dicebat Apost. ad Phil. 2. Omnia arbitratus sum ut stercorea: his stercorebus multi, qui debet esse sancti excacatur: unde, Thre. 4. Qui nutriebatur in croceis amplexati sunt stercorea: & ideo [Maledictionis aeternae filij.] i. haeredes. i. mali filij. f. diaboli per imitationem, qui primò maledictus fuit, hoc est malo poenae addictus. [Dereliquentes rectam viam.] i. viam dei quae ducit ad vitam aeternam, vel etiam viam morum quam tamen ex ratione cognoscebant, quid credere & quomodo viuere deberent, sicut dicit gloss. unde Hiero. 13. Me dereliquerunt fontem aquae viuae, &c. [Errauerunt] In inuio infidelitatis & infelicitatis. Sap. 5. Errauimus à via veritatis: errauerunt dico [Secuti viam Balaam] venientes [Ex Bosor] nomen est ville, vel ciuitatis, de qua erat. i. sequuti sunt passibus morum non pedum eius cupiditatem & malitiam. Qui morus cupiditate ex certa malitia fuit, ut malediceret populo Israel, quem sciebat benedictum à domino. Nume. 22. [Qui mercedem iniquitatis.] i. munera sibi promissa, & oblata pro causa iniqua. f. ut malediceret populo dei, vel mercedem iniquitatis. i. precium damnationis, quae dicitur merces iniquitatis: quia fuit merces pro iniqua promissione quam intendebat adimplere contra deum. [Amare] affectu cupiditatis. Vel dicit mercedem iniquitatis, quia à rege honorari debebat, quem honorem tantum appetebat, quod ipsum voluntati dei proponebat, quod erat magna iniquitas, scilicet temporale deo proponere. Merito verò Balaam, qui interpretatur populus vanus, ex Bosor quod interpretatur carneus, heretici comparantur, ex sensu & vita carnali vanitatem erroris sequuti quoad fidem: carni,

Heretici pellicentes.

Auaritia excacat.

Balaam avaritia ductus populo à deo benedictio in iudicio voluit.

quo ad conuersationem [Correptionem verò habuit] & verbi per asinam locutionem & pedis attritionem [Suae vesaniae] id est, insani erroris: vesania enim erat magna contra dominum irreuerentia, ut populo dei deo prohibente malediceret. Tandè ergo fuit peior, quantum non nouerat emendare per correptionem [Sub iugale] scilicet asina [Mutum] id est, non habens aptitudinem naturalem loquendi [Animal.] sine vsu rationis [In hominis voce loquens] id est, simili humani voce loquens. [Erant enim vox articulata angelico ministerio per linguam asinae prolata, sicut & diabolus per linguam serpentis locutus fuit. Genesis tertio. Istud habetur, Numeri vigesimo secundo. Aperuit dominus os asinae, & locuta est] [Prohibuit] transire scilicet recedendo & contra naturam loquendo, de flagellatione conquerendo, pedem eius conterendo, & non expressè de hoc arguendo [Propheta] Balaam [Insipientiam] Quae ibat ad maledicendum populo dei. Sic, ut dicit gloss. aliqui heretici tam stulta dogmata proferunt, ut pagani scilicet stulti, illorum detestentur insaniam. Sic ut dicit gloss. docti clerici ab indoctis laicis aliquando merito lacerantur, bona vita eorum reprehenditur. Quod est propter eorum auaritiam, ut dicit Glossa.

Hi sunt fontes sine aqua, & nebulae turbidissimae, quibus caligo tenebrarum reseruat. Superbia enim vanitatis loquentes pellicunt in desideris carnis luxuria eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersati libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est.

Hic agit magis specialiter de haereticis aggrauando, ostendens causas damnationis eorum. Primò, per propriam in se corruptionem. Secundò, aliorum seductionem, ibi, Superbia enim vanitatis. Tertio, diaboli seruitutem, ibi, Qui in errore conuersati. Quarto, mundi inquinacionem, ibi, Si refugientes. Quintò, veritatis agnitae defectiorem, ibi, Melius enim erat eis. Sextò, vitae turpitudinem, ibi, Contingit enim eis. Dicit igitur, specialiter horum primi magistri haereticarum [Hi sunt fontes sine aqua.] Dicuntur fontes propter emanationem doctrinae: sed sine aqua veritatis & sapientiae, de qua Hiero. 11. Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam turbidam, sed fons sine aqua sapientiae salutaris. Et notandum quod ubi est fons sine aqua, ibi est lutum: sic in istis non est aqua inundantis gratiae, sed lutum inquinans erroribus & cupiditatibus terrenis, nec merito, quia derelinquunt fontem aquae viuae. Hiero. 2. Unde intellige fontes non lauantes, sed potius coinquantes [Et nebulae] propter obscuritatem, solem intelligendum obscurantem, Gloss. Obscurantes nebulae dico, non resoluenda in pluuiam sanae doctrinae, sed [Turbidissimae] Turbo est commotio aeris per conflictum concursus ventorum, & inde aliquando sequitur tempestas, sed haeretici conflictu vitiorum & philosophiarum rationem exagitati, magis inducunt in auditoribus tempestatem, quam salutiferum rorem & terrae fecundationem. Notandum quod boni praedicatorum dicuntur nubes, propter salutiferum rorem: & terrae subditorum irrigationem, & spiritus sancti exagitationem, unde Esa. 6. Qui sunt isti qui ut nubes volant non dicit, qui ut aues volant, quae volant contra nidum suum, & sicut volunt & quando volunt, & ubi volunt: sed mali dicuntur nebulae propter obscuritatem [Quibus caligo tenebrarum reseruat] id est, retro imposterum reseruat, & dicit tenebrarum in plurali, ob duplices tenebras, scilicet spirituales & interiores, in presenti, quae sunt peccata, quibus reseruantur permissiua referuacione, ut amplius fiant mali & amplius sordescant, ut dicit gloss. Vel corporales & exteriores in futuro, quibus reseruantur referuacione punitiua. Mat. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Dicit autem [Caligo tenebrarum] id est, quae teterissima & obscurissima, erunt in inferno quasi palpabiles. Job 10. Terram tenebrosam & operam mortis caligine [Superbia enim vanitatis] quasi & merito. Ipsa enim loquentes id est, praedicantes vel docentes, quia eorum doctrina loquacitas est, unde & comparantur ranis, quae non faciunt nisi clamare. Apoc. 16. Vidi de ore pseudo prophetae exire spiritus tres immundos in modum ranarum [Superbia.] i. in superbia finaliter, vanitatis materialiter & initialiter, quia pro superbia vana praedicant. Augustinus, Haereticus est qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriae principatusque sui gratia fallas ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur. Et notandum quod superbia proprie est affectu, vanitas in intelligentia siue intellectu. Superbia verò in appetendo excellentiam: vanitas de se magna sentiendo [Pellicunt] id est, quasi pellices & meretrices corrumpunt sine decipiunt, ut supra expositum est [In desideris carnis luxuriae] id est, luxuriae carnalis, non tamen spiritualis. Per desideria enim, quae docent trahunt homines ad sectas suas. Talia enim sunt ad quae libenter trahitur homo. Beda in Glo. Quis non libenter audit, madaemus & bibamus, & in eternum regnabimus? [Eos qui paululum effugiunt] Glo. qui paululum refugiunt, & ad suum reuertuntur errorem. Vel paululum, id est, eos qui paruulo tempore à peccato abstinerunt, & cito recidunt. Vel paululum effugiunt, qui non perfectè peccata fugiunt: fugiunt peccata quidem carnalia & non spiritualia. Inter fugiunt peccata, sed non circumstantias, & pericula peccatorum [Qui] haeretici [In errore] quo ad se, & quo ad alios. Glo. Quia errant, & alios errare faciunt [Conuersati] Quia tota eorum conuersatio est erronea quo ad fidem, & mores. Psalm. 106. Errare fecit eos in inuio, & non in via [Libertatem] id est, pro peccatis impunitatem, vel peccati immunitatem, dicentes illicita licere, sed haec libertas mala est, de qua Roma. 6. Liberi fuistis iustitiae [Illis] scilicet credentibus [Promittentes] dicentes, deus non est tantum crudelis, ut puniat aeternaliter pro peccato momentaneo [Cum ipsi] scilicet haeretici [Serui sint corruptionis] id est, peccati quod corrumpit bona naturalia, & spoliat gratuita. Vel corruptionis, id est, fomitis, sustinendo ipsum regnare in suo corpore, & ad omne peccatum trahere. Vel corruptionis, id est, diaboli, qui est author. Glo. q. d. Cui sunt serui & peccati, & diaboli, aliis libertatem dare non possunt, quia nemo dat quod non habet. Et quod sunt serui probat per eius commune [A quo enim quis superatus est, eius & seruus est] id est, eius subiectus. Io. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati, loquitur ad similitudinem seruitutis acquiriuae, qua olim capti ab hostibus eorum serui efficiebantur. Similiter capti à diabolo & à peccato serui sunt, & diaboli & peccati. Cum ergo seruus minor sit domino suo, & ipsi serui sint peccati, & peccatum sit nihil, ipsi in quantum peccant sunt minus quam nihil. Quia non solum non habent esse moris, sed & eius oppositum qualecunque esse habeant.

Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam

Heretici fontes sine aqua.

Tenebrae duplices.

Quid haereticus.

post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij, *Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.*

Peccata
Christianorum
grauia.

Hic ostendit mundi coinquinationem, Si enim. Gloss. Verè sunt serui acquisiti, quia cum prius liberi essent non coguntur seruire grauius quam anrea. Si enim ipsi vel quicumque alij [Refugientes] prius quando fuerunt ad fidem conuerti [Coinquinationes mundi.] i. peccata quibus inquinantur homines mundani & alios inquinant, quæ & mundus mundis immittit, de quibus. 1. Io. 2. Omne quod in mundo est, aut est cõcupiscentia, &c. [In cognitione.] i. per cognitionem quam susceperunt. Fides enim purificat ab inquinatio nibus. Act. 5. Fide purificans corda eorum, sicut radius solis abtergit lutum platearum [Domini nostri] ratione creationis [Et saluatoris] ratione recreationis [Iesu] ratione officij salutaris [Christi] ratione dignitatis regalis, secundum quã vnctus est oleo leuiticæ præ participio suis [His.] scilicet coinquinationibus mû di quas fugerant [Rursus implicati.] i. inuoluti sicut in retibus: consensu operis & consuetudinis. Prover. 7. Irretiuit eum multis sermonibus, & sequitur eam quasi bos ductus ad victimam [Superantur] Prædominãte vitio naturæ spiritui. i. sensualitate carni [Facta sunt eis.] [Talibus recidiantibus seu apostatantibus] Posterioriora. i. peccata [Deteriora prioribus] i. peccatis, vel status posteriori post reciduationem vel apostasiam deterior est status prior ante conuersionem seu cõuersionem. Talis enim magis offendit deum quàm ante baptismum vel pœnitentiam, frangit enim pactum quod pepigit cum deo in pœnitentia vel baptismo: si cur periculosior est infirmitas reciduantis quàm prius ægrotantis. Vnde talis culpa est maior propter circumstantiam ingratitude ex remissione præcedentium peccatorum, ideo dicitur Luc. 9. Fiant nouissima illius hominis peiora prioribus. Et hoc quia resurrectio difficilius, ad Heb. 6. Impossibile est eos qui gustauerunt bonum dei verbum virtutis que venturi seculi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Impossibile. i. difficile. In signum huius deteriorationis vxor Loth, quæ prius erat substantia rationalis, per respectum retro versa est in creaturam seu statuam falis, & facta est irrationalis. Gene. 19. Et verè deteriora [Melius enim erat. id est minus malum cû sit comparatio abusua non propria. Propria, quando vtunque extremum coparationis participat æqualitatem: in qua sit comparatio abusua, quando alterum tantum: magis abusua, quando neutrum, vt hic Mat. 29. Melius ei erat si natus non fuisset, &c. [Eis.] scilicet reciduantibus & impœnitentibus [Non cognoscere viam iustitiæ, id est, iustitiam quæ est via recta ductus ad vitam. Vnde accipitur, hinc iustitia generaliter non specialiter, sed pro reciduatione fidei & morum seu vite. Et intel ligendum est cæteris paribus. Tunc enim excusabiles essent saltem à tanto [Quam post cognitionem eius retrorsum.] id est, ad priora peccata [Conuerti, id est, totaliter veriti sine reditu pœnitentiæ finalis per transgressionem, scilicet] Ab eo quod illis traditum est sancto mandato. [Vel charitatis, specialiter quod] est traditum à Christo & eius apostolis. Ioan. 19. Mandatum nouum do vobis, &c. Vel generaliter mandato euangelico. Vnde Psalm. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et accipitur singulare pro plurali. Sed contra hoc obiicitur, quia dicit Ambrosius, Perfidii & si in æternum pereat, tamen eis prodest ex parte credidisse. Responsio, Intellegendum est hoc quo ad peccata in quibus reciduant, non vniuersaliter quo ad omnia. Item quo ad peccata in quibus reciduant intelligendo quo ad intentionem nõ quo ad numerositatem, quia si nunquam conuerti fuissent, plura peccata eiusdem generis haberent, sed non ita graua. Vnde Glossa, Quia præter illa mala quæ sicut prius agunt, præuocatores promissionis sunt. Item hoc quod dicitur intelligendum est in eodem genere peccati, plus peccat fidelis quàm infidelis ob notitiam peccati, secundum quod dicitur Iacobi 4. Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi [Contigit enim.] Glo. Idem pbat autoritate sub specie canis. Et verè prius est hoc, Quia contigit. i. contingenter venit, quia non est necessitatis huiusmodi seruitus, sed voluntatis eis reciduantibus finaliter seu apostatantibus [Illud veri prouerbij.] Glo. Illud prouerbiu vel illa pars libri, quæ cõtinet illud prouerbiu [Canis reuersus ad suum vomitum] Sum ptum est de Proverbiis 26. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic stultus qui iterat stultitiam suã. Hoc autem dicit, quia sicut canis comedit iterum quod euomuit, & immundior & abominabilior postquam comedit quod euomuit quàm antè: Sic isti prius loti à peccatis in baptismo, vel pœnitentia cû postea reciduant, immundiores sunt & magis abominabiles quàm prius. Talibus nil prodest sua lotio. Eccl. 3. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lavatio eius? Et supple tales sunt sicut [Sus lota in volutabro luti,] id est, in luto in quo se reuoluit. Glossa, Sus dum in luto lauatur, fordior redditur. Sic qui peccatum plangit, nec tamen deserit, pœnæ grauari se subiicit. Hiere. 2. Quam vilis facta es rursus iterans vias tuas. Hoc autem apponit Apostolus de suo, quia nõ est de Proverbiis vulgaribus Salomonis. Vel Aposto. ad dicit Proverbiis Salomonis. Per suam significantur luxuriosi, qui se in luto luxuriæ immergunt & inuoluunt & reuoluunt.

Caput 3.

Hanc ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito cõmotionem sinceram mentem: vt memores sitis eorum quæ praxi verborum à sanctis prophetis, & Apostolorum vestrorum preceptorum domini & saluatoris. Hoc primum scientes, quod venient in nouissimis diebus in deceptione illudores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes, Vbi est promissio, aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ.

Postquam prouocauit eos ad conseruationem catholicæ veritatis, & reuocat eos à seductione prauitatis hæreticæ. Hic subdit causam vtriusque operis, scilicet causam scribendi hanc epistolam, scilicet vt reddat eos cautos maxime contra errores circa futurum iudicium. Et primò excitat auditionem auditorum. Secundò ponit instructionem eorum, ibi, Hoc primum scientes, vbi primò reprobatur de futuro iudicio errorem, secundo manifestat veritatem, ibi, Latet enim eos, tertio, exhortatur ad dignam iudicij expectationem, ibi, Cùm igitur omnia dissoluenda sunt. In prima ostendit errantium sententiam: in secunda subdit errandi causam motiuam, ibi, Ex quo enim antiqui. Dicit ergo [Hanc ecce, &c.] quasi dicat, Tales hæretici venturi sunt. Et ideo ecce pro eadem causa [Hanc secundam vobis,] id est, ad vestram vtilitatem [Charissimi scribo epistolam.] Glossa, de nouissimis temporibus, quibus derisores abundant [In quibus] epistolis, scilicet prima &

secunda [Excito] ne per torporem dormiat [In commotione.] id est, pro cõmotione actiua, scilicet & passiva vestra & aliorum per vos, quæ scilicet, monco vos, vt & alios moneatis: hoc importat præpositio associatiua. Glo. vt vos cõmoneam, & alios commoneatis [Vestram sinceram mentem.] id est, sine carne corruptionis fidei & morum. Philip. 2. Et hoc oro vt sitis sinceres, & sine offensa in die Christi. Vel sinceram, id est sine cera, & sine mollicie ac instabilitate, vt nec sitis molles per dissolutionem morum, nec instabiles, nec flexibiles per errorem. 2. The. 2. Rogamus vos fratres, vt non cito moueamini à vestro sensu [Vt memores sitis eorum quæ praxi vobis verborum.] de fide & moribus, & hæreticis venturis. Verborum, inquam acceptorum [A sanctis prophetis.] Suprà primò, habemus sermonem propheticum, cui attendentes benefacitis. Glo. Verborum quæ autoritate sanctorum prophetarum confirmantur [Et] sitis memores verborum [Apostolorum sanctorum.] quæ vobis per me & alios Apostolos nuntiata sunt, verborum dico [Præceptorum domini.] i. quæ sunt præcepta domini iure creationis [Et saluatoris.] iure recreationis. Ipse dominus qui venit saluare nos hæc præcepta instituit, & seruare præcepit. Horum autem præceptorum debemus esse memores non solum ad cogitandum, sed etiam ad faciendum. Psalm. 102. Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea [Hoc primum scientes] Hic ponit errantium sententiam, ita volo vos esse memores. Vos dico, hoc primum. i. præcipue, vel præ cæteris [Scientes certitudinem fidei] indubitata, præscientia enim futurorum hæresum, multum valet ad credendi in fide confirmationem [Quod venient.] non dicit quod mittetur, quia non authoritate diuina, sed vsurpatione propria [In nouissimis diebus.] Glo. Tempore Antichristi tanquam eius præcursores. 2. ad Timo. 3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, &c. [In deceptione.] id est, vt decipiant fideles [Illudores.] id est, hæretici, Glo. Illudentes fidei & spei Christianorum, quod tempus resurrectionis futurum sibi promittunt frustra [Ambulantes.] id est de malo in peius proficētes. [Iuxta] id est, secundum [Proprias concupiscentias.] id est, sequentes proprias concupiscentias carnis contra consilium sapientis. Eccl. 18. Post concupiscentias tuas ne eas, &c. Vel secundum Bedam in Glo. Nouis peccatis gaudentes, & noua peccata adinuenientes. Tales ambulant post concupiscentias proprias, & non tantum communes quibus non sufficiunt communia peccata, sed adinueniunt noua. Psalm. 80. Ibunt in adinventionibus suis [Dicentes.] & corde credendo, & ore prædicando [Vbi est promissio facta.] scilicet antiqui patribus, de eorum liberatione. q. d. Ex quo per Christum non est completa, ipse non fuit ille qui promissus est in scripturis, Impleta autem non videntur, quia adhuc sumus sub culpa & pœna. Vel vbi est promissio de gloria honorum, quæ si dicatur, nulla est [Aut aduētus,] eius, scilicet ad iudicium. q. d. Non potestis aliqua signa ostendere quod iudicium sit futurum. q. d. Nec promissionibus eius credendum est, quia non sunt impleta, nec in aduentu eius est sperandum, quia nullum signum apparet. Glo. Ideo non credunt [Ex quo enim.] antiqui [Patres.] id est, prædecessores [Dormierunt.] id est, mortui sunt. Psalm. 118. Cùm dederit dilectis suis somnũ, &c. [Sic omnia perseverant.] id est, manent immutata, quia nihil mutatum est de ordine, & causa naturæ. Sed cõtra Eccl. 2. dicitur, Vidi in omnibus vanitatem, & nihil permanere sub sole. Responsio Creaturæ secundum speciem perseverant ab initio temporis, sed fit mutatio indiuiduorum, nec aliquid perfectè manet sub cælo quin aliquo modo immutetur [Ab initio creaturæ.] id est, ex quo mundus creatus est, vel ex quo fuit prima creatura. Vel secundum aliam literam, Sic per omnia sicut prius sine aliqua mutatione perseverant ab initio creaturæ.

Latet enim eos hoc volentes, quod calerant prius & terra de aqua & per aquam consistens dei verbo per aquam, ille tunc mundus aqua imundatus perit. Cæli autem qui nunc sunt & terra, eodem verbo repositi sunt signi reformati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum.

Hic manifestat veritatem dupliciter. Primò infidelium ignorantiam circa iudicium detegendo. Secundo, credentium fidem instruendo, ibi, Vnum verò hoc non lateat. Ignorantiam detegit duplicem, primò iudicium aquæ iam factum: secundò circa iudicium ignis futuri, ibi, Cæli autem qui nunc sunt. Dicit ergo [Latet enim eos.] Ideo debent eodem modo perseverare, quia vel verè nescierunt, vel fingunt se nescire vt vos decipiant, duo dei iudicia: alterum per aquam, quod iam præterit: alterum per ignem quod restat. Latet, scilicet verè vel simulatoriè. Eos, scilicet hæreticos [Hoc volentes.] Gloss. nullum iudicium esse futurum. Per hoc notatur eorum ignorantiam esse affectatam, psal. 35. Noluit intelligere vt bene ageret: Nolabant autem propter libertatem impunè peccadi. Hoc scilicet latet [Quod cæli] scilicet æceri. Glo. Iste humidus aer & turbulentus, de quo dicitur Hiere. 8. Miluus in cælo cognouit tempus suum. Et Matt. 22. Volucres cæli comederunt illud [Erant prius.] Glo. inter priores creaturas. Vel prius, id est, ante diluuium. Sed sicut dicit Glo. Tunc erant alterius modi quàm modò: quia tunc erat aer serenior & quietior quàm modò, quia tunc non erant tempestates nec forè vapores [Et terra] erat prius, scilicet alterius modi, quia fertilior & planior. Ipsa dico [Consistens.] i. aggregatione partium suarum simul stans [De qua] Beda, id est, per re motionem aquæ operante dei verbo congregata est in vnum, & ita apparuit arida, Genes. 1. [Et] erat consistens [Per aquam.] id est, per aquæ congregationem. Beda, Quia per diuinam dispositionem venis aquarum est tota plena, sicut corpus animalis sanguine. Alioquin nõ staret, sed redigeretur in minutissimũ puluerem secundum Philosophum. Cùm enim sit maxime sicca, indiget humiditate qua eius partes consistat. Ideo dicitur in Psalm. 23. & 135. Qui fundauit terram super aquas. Vel de aqua, id est, de primordiali materia, quæ dicitur aqua, propter ductibilitatem eius, & obedientiam ad formas diuersas. Gene. 1. Spiritus domini ferebatur super aquas. Illa eadem dicitur terra propter informitatem, Abyssus propter obscuritatem. Vel dicitur terra ex aqua consistens, quia sine aqua non fructificaret. Et hoc totum [De verbo] vt causa efficiēte & conseruante. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt [Per quæ] in quibus duabus partibus aere & terra [Ille tunc mundus,] qui scilicet erat ante diluuium, vel tẽpore diluuij. Vel etiam ille tunc mundus, quia fuit alterius modi tunc quàm nunc, & terræ nascencia meliora quàm nunc. Alterius modi autem erat quantum ad qualitates accidentales, non quantum ad substantiales vel radicales [Aqua.] id est, per aquam diluuij [Mundatus.] id est, peccatis hominum, quibus erat pollutus [Perit.] quo ad ad habitatores: mundatus est quo ad habitatores infectam. Hæc autem mundatio signum fuit spiritualis mundationis per baptismum. 1. Pet. 4. Quod

& nunc similis formæ saluos facit baptisma. Glo. Perit terra quia tanto tempore submersa fructificare de-
stitit. Postea & dissimilem in plerisque locis ab ea quam prius habuerat faciem recepit. Perierunt & cæli
secundum speciem huius aeris. Occupauit enim aqua totam istam capacitatem, ubi aues volitât. Ratio hu-
ius mutationis est, quia ex longa & profunda commixtione terræ aquæ & aeris terra facta est lufior, aer
crasior, & aqua densior. Cæli autem qui nunc sunt, quasi dicat, Non solum sunt purgati cæli & terra per
diluuium. Autem, pro sed, Cæli qui nunc sunt, scilicet aerei. Et dicitur aer cæli pluraliter, propter diuersas
regiones cæli aerei, & propter eius plura hemisphaeria. Et dicit, Qui nunc sunt, non quia sit alia substantia,
sed quia qualitas est mutata. Cælum enim acreum fuit per diluuium aquæ & terræ immixtum. Et ideo aer
modò est spissior seu densior, & turbulentior. [Et terra.] Similiter quæ nunc est à prima qualitate mutata,
quia modò rarior est & subtilior propter aquæ immixtionem. [Eodem verbo.] id est, eadem virtute verbi
æterni, quo erant in principio positi. [Repositi sunt.] iterum positi ad priores vsus, & officia habitationis
hominum & volucrum, & in eadem forma quam modò habent, & in eadem positione in loco, vt aer sit
sursum, terra deorsum sicut prius. Isti inquam, Cæli & terra sic repositi, referuati, id est, iterum seruati, sicut
ante referuabantur in diluuiio. [Igni.] venturo ante faciem iudicis quo fiet mundi cõflagratio. [Psal. 96.] Ignis
ante ipsum præcedet. Glo. [Referuati sunt.] vt purgentur per ignem, scilicet ad coinquinationem quam cõ-
traxerunt ex peccatis post diluuium, & in melius commutandi. Et hoc [In diem iudicij.] generaliter, scilicet
bonorum & malorum. [Et perditionis impiorum hominum.] specialiter, quia in illa die omnes impij per-
duntur, & peribunt & in anima & in corpore, Iob 21, In die perditionis seruat malus, & ad diem furoris
ducentur. Vel in die iudicij, quo ad diffinitionem perditionis, quo ad executionem. Mat. 25. ¶ Notatur au-
tem, hic duplex iudicium dei, vnum in aqua, aliud in igne. Primum factum fuit per aquam, quia in primo
statu viguit luxuria, in qua sunt duo, scilicet ardor & fœditas propter quod facta tunc est purgatio per a-
quam, quæ est refrigerans & purificans. Alterum verò iudicium fiet per ignem, quia tunc vigeat auaritia,
& erunt homines infigidati, frigiditate auaritiæ ex defectu charitatis secundum illud Mat. 23, Abundabit
iniquitas, & refrigescet charitas multorum. Et ideo fiet per ignem, qui habet contrariam qualitatem. Vel
aliter, Aquæ est purgare & nõ innouare, Ignis verò facit virtutem, ideo quia prima purgatio mudi tantum fuit
purgatio, & non innouatio, ideo facta est per aquam. Secunda verò quæ nõ tantum est purgatio, sed etiam
innouatio fiet per ignem.

Duplex iudicium, dei pri-
mum per a-
quam, secundum
per ignem.

Vnum verò hoc non lateat vos charissimi, quod vnus dies apud dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus.
Non tardat dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed o-
mnes ad penitentiam reuerti. Adueniet autem dies domini vt fur in quo cæli magno impetu transierint, elementa verò calo-
re soluentur, terra autem & que in ipsa sunt opera, exurentur.

De iudicio
instruit.

Hic manifestat veritatem fidei credentium instruendo. Primò de iudicij conditione. Secundò de aduen-
tus dilatione, ibi, Non tardat dominus. Tertio de iudicij districtione, ibi, Adueniet autem. Dicit ergo [Vnũ
hoc, &c.] quia illos infideles later iudicium prædictum aquæ, futurum iudicium ignis negant, negat enim
illud eo quod non venit cito. [Verò.] id est, sed Vnũ hoc nõ lateat [Vos charissimi] Minus dicit, & plus significat
q. d. Certi sitis. [Quia vnus dies apud dominum.] est. s. sicut [Mille anni.] apud nos, & e contrario, Mille anni
apud nos sicut dies vnus apud deum. q. d. Quod nos reputamus longum, breue est apud ipsum, & cito ven-
turum: vnde patienter expectandum, quia sine dubio veniet dies iudicij, & sic respondet illi quæstioni quæ
prius facta est, Vbi est promissio, &c. q. d. Propè est nec tardat secundum virtutem, Sed quantum ad nostrum
iudicium videmus quod parum viuimus. Secundò exponitur sic dicunt quidam quod si iudicium sit ventu-
rum, tamen tot erunt discutienda quod vno die non poterit discuti, sed multa remanebunt indiscussa, & ideo
non est timendũ. Contra quos dicit quod vnus dies apud deum tantum valet ad discutiendum sicut mille
anni, id est, ita bene discutiet deus vno die sicut in mille annis. 1. Corin. 15, In momento & in ictu oculi. Nec
mirum, quia omnia sunt ei presentia, non successiue fluentia, sicut apud nos. Iob 10, Nũquid sicut dies ho-
minis, dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, vt quæras iniquitatem meam, scilicet successiue sicut
homo. q. d. non. Tertio modo moraliter, sic dicit quidam pseudo. Tot habetis peccata quod nõ sufficeret
totum tempus ad ea puniendã, ad quid ergo penitentiam faceretis? q. d. pro nihilo seu frustra. Cõtra quos
dicit [Scitote.] quod vnus dies penitentia scilicet tantum valet apud dominũ sicut mille anni, id est, sicut mil-
li dies penitentia: sicut patet de latrone bono. Luc. 23, Quantum ad consequutionem venia & gratia ac
gloria habende non tamen tantum valet ad dimissionem pœnæ, vel ad velociorem adeptionem gloria. He-
bre. 2, Plus valent multi anni quam vnus dies. Ezech. 4, Diem pro anno dedi tibi. Sequitur, Et mille anni si-
cut dies vnus. Hoc exponitur dupliciter secundum duos errores, quos hic elidit. Dicebant quidam, quod sicut
tempore omnia fluunt ita multa latebunt iudicem. Contra quos dicit, Mille anni erunt apud deum, id est, in
eius cognitione. [Sicut dies vnus] Ponitur cõtinens pro contento. i. quæcũque sicut in mille, hoc est, in infi-
nitis annis ita erunt cognita deo sicut quæ sunt vno die. [Psal. 89.] Mille anni ante oculos tuos sicut dies vna
quæ præterit. Secundo modo sic dicunt quidam, quod nõ oportet penitere, quia in vna die totum debi-
tur, sicut dicit heretici, quod quantumcũque sit homo peccator, per appositionem manus alicuius pfecti
ex tempore omnia peccata eius dimituntur: contra quos dicit, Mille anni sicut dies vnus, q. d. Non creda-
tis eis qui sic dicunt, quia mille anni, scilicet penitentia non plus sufficerent ad pœnam soluendam, vel vitã
æternam habendam. Sicut vnus dies non sufficeret, nisi esset gratia dei. Ideo dicit Apost. Rom. 8, Non sunt
condignæ pæsiones huius temporis, &c. [Non tardat dominus.] quasi cum non sit apud deum differentia
mille annorũ & vnus diei. Non tardat dominus. [Promissionem suam.] id est, à promissis suis implendis, sicut
dicunt heretici. Vel secundum aliam literam. Promissum vel promissionem. s. implere quod promissit de iu-
dicio futuro, vnde nondum venit temporis opportunitas, quam ipse solus nouit. Mat. 24, De die illa nemo
scit, &c. Sicut nec pater tardat dare hereditatem filio, expectans tempus adultæ & maturæ gratiæ, nec medi-
cus purgationem agrorũ. Et certè nõ tardat, quia vt dicit Gregorius, Omne quod sine clauditur, breue ef-
fe cornitur. Non tardat ergo dominus vt misereatur nobis. Et Ro. 2, An ignoras, quod benignitas dei ad pœni-

tentiam te adducit, &c. [Nolens aliquos perire.] id est, non volens, voluntate scilicet signi, quia omnes præce-
ptis, consiliis, minis, præmiis, à periculis reuocat. Ezech. 18, Et quare moriemini domus Israel, nolo mortem
peccatoris, sed vt magis conuertatur, &c. Vel secundum Damascenũ, non vult aliquem perire voluntate be-
neplaciti antecedente, quia facit quod in ipso est ad nostram salutem: vult tamen voluntate consequente
istum qui peccat, finaliter eum punire & perire. Dicitur autem voluntas consequens quæ attendit merita si-
malia, non quod merita sunt aliquo modo causa, vel ratio diuinæ præscientiæ vel voluntatis, sed sunt eius obie-
ctum: temporale enim bene est obiectum æternæ. Sed omnes ad penitentiam reuerti. [De pænis commif-
sis, & de bonis omisiss & amissis. Mat. 3, Penitentiam agite, appropinquet enim regnum celorũ. Et quia
patienter expectat, ideo perseuerare non debemus in peccato, dicit enim Isidorus, Metuendum valde est,
vt neque pro spe venia quam promittit deus perseueranter peccemus, neque quia iustè peccatis pœna in-
fligitur desperemus. Sed vtroque periculo deuotato & à malo desistamus, & de dei misericordia speremus
[Adueniet autem dies.] q. d. bene dico quod non tardabit dominus. [Aut] pro sed [Dies domini.] id est, dies
iudicij in quo fiet omnino voluntas domini. Nunc autem dies nostra est, in qua nostras facimus voluntates,
Luc. 19, Et quidem in hac die tua, &c. [Psal. 74.] Cum acceperõ tempus, &c. [Adueniet.] i. ad nos de cælo
ad terram veniet. Abac. 2, Si moram fecerit expecta eum, &c. [Vt fur.] i. ex improuiso sicut fur in nocte,
vnde aduentus iudicij comparatur furi. 1. Thef. 5, Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Luc. 22, Si sciret
pater familias qua hora fur veniret: &c. ¶ Nota, quod dies iudicij dicitur dies, quia erunt ibi omnia manifesta.
Dan. 7, Iudiciũ sedit, & libri aperti sunt. Item dicitur dies quantum ad bonos: nox quantum ad malos. [In quo.]
s. die iudicij. [Cæli] non ætherci, aerei. Mat. 13, Volucres cæli comederũt illud. [Magno impetu.] id est, magna
violencia conflagrantis & purgantis mundum. [Psal. 96.] Ignis ante ipsum præcedet & infamabit, &c. [Trã-
sient.] transitu accidentali à priori qualitate & statu, id est, à veritate corruptionis in nouitatem status incor-
ruptibilis, ab impuritate contagij mundanæ conuersionis, in puritatem naturæ subtilis, non tamen trans-
itu substantiali, vt substantialiter corrumpatur. Iob. 2, Ante faciem ignis vorans, & post eum exurens flam-
ma. Sicut enim dicit Gregorius, Tantum accendit ignis iudicij quantum ascenderunt aquæ diluuij, quod in-
telligendum est quantum ad effectum purgationis: quantum enim ad effectum innouationis plus ascendet.
Vel cæli allegoricè dicuntur sancti. [Psal. 18.] Cæli enarrant gloriam dei. Qui purgabitur isto igne, si aliquid
in eis purgandum fuerit: nec solum aer. [Elementa verò.] quatuor, quibus mundus consistit, ille maximus
ignis absumet, nec cuncta in tantum consumet vt non sint, sed duo ex toto cõsumet, duo verò in meliorè re-
stituet faciem. Sed contra, 1. Corin. 7, Præterit enim figura huius mudi. Glo. non substantia, sed figura præ-
terit. Consistit autem substantia mundi in connexionem quatuor elementorum. Item iam remaneret locus
vacuus aliorũ duorũ elementorum, vel alia duo rare fierent, vel extenderentur vltra medium suum. Itè ter-
ra quæ dignior est manet in æternũ. Eccl. 1. Ergo multò magis substantia aliorum elementorum. Respon-
sio, Licet aliqui dixerunt, secundũ glo. Bedæ, duo ex toto consumi aquam & ignem. s. alia duo manere secũ-
dum statum alterum, scilicet terram & aërem, tamen verius est quod omnia quatuor manebunt, secundũ sub-
stantiam, non secundũ statũ generationis, & corruptionis mundanum. Cessabit enim motus corporum su-
percelestium, qui est totius alterationis & transmutationis principium, vnde super illud Matth. 8, Donec
transierit cælum & terra. Glo. Donec elementa à mutabili in immutabile formam mutentur. Ipsa ergo in-
quantum elementa sunt generabilia & corruptibilia principia, soluentur omnia, sicut enim colligatione
habent, & conueniunt in generationis & corruptionis officium, & locum. Secundũ verò substantiam pro-
priam permanebunt habentia qualitates suas conuenientes ad illum incorruptionis statum, secundũ Aug.
ad glo. Bedæ. Responso, Ideo dicit illa duo, scilicet ignis & aqua consumuntur ex toto, non per proprietate-
tem, sed per quam appropriationem, eo quod hæc duo sunt maximè actiua quantum ad vim conuertẽ
di alia in se, quæ vix penitus consumuntur. Alia verò magis passiua sunt, & quia passibilitas in impassibilita-
tem conuertetur, dicit quod mutabitur in meliorè faciem. Primum videtur fieri per assumptionem eius quod
interfuit. Secundum verò per restitutionem eius quod defuit. Vel in toto consumuntur, id est, in eo quod
habebat potestatem conuertendi quasi omnia in sui naturam. Caliditas autem in igne, & frigiditas in aqua
omnino consumuntur: in quantum verò sunt principia patiendi conuertentur in melius, quia amplius non
passibilia.

Voluntas do-
plex dei.

Quid volun-
tas consequens.

Elementa in
consumpta
manebunt.

Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus expectantes, & pro-
perantes in aduentu dei domini, per quem cæli ardentis soluentur, & elementa ignis ardore tabescent, & nouos vero cælos, &
nouam terram, & promissa ipsius expectamus: in quibus iustitia habitat.

Hic exhortatur ad dignam expectationem seu preparationem, tangens, Primò preparationis condignæ
causam. Secundò modum, ibi, Propter quod charissimi. Causam verò tangit duplicem. Primò timorem pœ-
næ. Secundò spem gloria, ibi, Nouos verò cælos. Dicit ergo [Cum igitur hæc omnia] Continua sic, veniet
iudicium, & subito, & mūdus in aduentu iudicij peribit. Cum igitur hæc omnia quatuor elementa [Dissol-
uenda sunt] à statu solubili in statum insolubilem mutanda. Gloss. tamen interli. vocat omnia, homines. vnde
dicit, quandoquidem in tanto iudicio mali in peius, boni in melius sunt mutandi. [Quales,] id est, quàm
sanctos, & quam perfectos. [Oportet vos.] credentes hæc futura. [Esse in sanctis conuersationibus.] quantum
ad vosmetipsos secundum glo. [Et pietatibus] quo ad alios, secundum gloss. Pluraliter nominat vtunque,
quia conuersionis sanctæ sunt duæ partes, scilicet actiua & contemplatiua, Et pietatis sanctæ. s. corpora-
lis & spiritalis. Addit verò sanctis ad differentiam conuersionis malæ & pietatis malæ quam quis impè-
dit vitio. [Expectantes] per spem præmij, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis. [Et properates.]
per bonam operationem meriti. & merito properantes, quia via longa & dies pauci. 1. Cor. 7, Tempus bre-
ue. Item quia ad magna vocati. Ro. 9, Quos prædestinauit hos & vocauit & iustificauit & magnificauit. Irè
quia iudicij expectari. Esa. 26, Expectat dominus vt misereatur vestri. Item ne simus exclusi. Habr. 4, Festi-
nemus ingredi in illam requiem. Cãr. 2, Surge propera amica mea. [In aduentu.] i. in preparatione ad aduen-
tũ, nõ quia essent visuri illũ, sed vt certitudinaliter speret illum. [Dies] iudicij. [Domini] nostri Iesu Christi

Cælum empi-
vum igne nõ
purgabitur.

quia ipse tunc iudicabit. Tota quidem trinitas iudicabit auctoritate, sed Christus inquam homo ministe-
rio disceptationis & promulgationis sententiæ. Mat. 25. [Per quem dominum scilicet, quia hoc fiet virtute su-
pernaturali, nõ enim natura ignis est descendere, sed ascendere: vel per quem aduentum domini [Cæli,] aerei
nõ etheriei [Ardentes solentur.] Igne cõflagrationis à statu corruptibilem [Et ele-
mẽta.] [scilicet alia vt terra [Ardore ignis.] Qui erit maximus, & ex cõcursu ignito superiorum & inferiorũ
vt putatur [Tabe scẽt.] i. quo ad statum pristinum deficiet, sed nõ quid cælum empireum est purgandum, cũ
illic peccatum sit peccatum angelorum? Responso, Cælum nõ fuit inquinatum illo peccato, cũ ppter
loci puritatem, qui nõ est inquinabilis cũ sit lux pura: tum propter peccati, vt angelici spiritualitatem, tũ
propter peccatum velocem expulsionem [Nouos verò cęlos.] q. d. isti cęli solentur, Et nouos cęlos, nõ di-
cit alios, sed in melius adnouatos seu renouatos [Et nouam terram.] i. in melius innouatam, & in meliorem
formam. Apoc. 21. Vidi cælum nouum, & nouam terram [Et promissa ipsius.] i. premia à Christo promif-
sa. Luc. 22. Vos estis qui permanistis mecum, &c. Et Mat. 5. [Expectamus.] spei certitudinem. Esa. 65. Ecce
ego creõ cęlos nouos, & nouam terram, &c. [In quibus.] i. cælis & terra innouatis, & in quo tempore & sta-
tu innouationis [Iustitia.] i. retributio vitæ æternæ pro meritis gratiæ [Habitabit.] i. habitabit perpetuõ sine fi-
ne. Ponit præsens tempus pro futuro ob certitudinis magnitudinem, vnde sicut dicit glo. Tunc cuique fide-
lium quod modò certaminis corona reddetur iustitię. Nec hoc dicit ppter hoc qd iusti habitaturi sunt in
mũdo inferiori post iudicium sicut nunc, sed quia mundus erit pars habitationis eorum. Sicut rex non ma-
net in coquina, & tamen dicitur pars habitationis suæ. ¶ Et nota quod non dicit misericordia, sed iustitia,
quia modò misericordia regnat, sed tunc iustitia regnabit. 2. Tim. 4. Reposita est mihi corona iustitię, quã
reddet mihi dominus in illa die. Reddere enim pertinet ad iustitiam, vel loquitur de cęlis, & terra allegori-
cè, vt per cęlos intelligantur contemplatiui. Per terram actiui, per gloriam innouati, in quibus iustitia crea-
ta, vel recreata habitat in præsentem per meritum, sed in futuro per premium. Et tunc habitabit in eis immobi-
liter & in quiete, sicut in sua hereditate & possessione, non sic nunc vbi quotidie eiicitur. Psalm. 5. In q̃ter
num exultabunt, & habitabit in eis.

Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite immaculati & inuolati ei inueniri in pace, & domini nostri Iesu Chri-
sti longanimitatem salutem arbitramini: sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit
vobis, sicut & in omnibus epistolis loquens in eis de his in quibus sunt quedam difficilia intellectu, que indocti & instabi-
les deprauant: sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres prescienter custodite, ne in spirituum
errore traducti excidatis à propria firmitate. Crescite verò in gratia, & in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Chri-
sti. ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

Hic tangit. Primò præparationis condignam modum: post immunditiam vitæ. Secundò in spei longani-
mitatẽ, ibi. Et domini nostri Iesu Christi longanimitatem. Tertiò in constantia fidei, ibi, Vos igitur fratres.
Quartò in sollicitudine proficiendi, ibi, Crescite verò in gratia [Propter quod.] Glo. Dies domini veniet, O
vos [Charissimi.] charitate speciali mihi coniuncti [Hæc.] i. dei promissa, vel à me prædicta de cælo & terra
[Expectantes.] per certitudinem spei [Satagite.] i. bene operãdo fatis agite, vel studiose laborate, sicut Mar-
tha satagebat circa frequẽ ministerium. Luc. 10. [Inueniri.] i. vt inueniamini [Et.] id est, ab eo vel ad eius ho-
norem, vel ei. in non hominum iudicio. 1. Reg. 19. Homo videt ea, quæ foris parent, deus autem intuetur
cor [Immaculati.] i. a venialibus in corpore. i. in sensualitate. Pro tãto dicuntur esse venialia in corpore, quia
carnis fragilitate contrahuntur casualiter non formaliter [Et inuolati.] Glo. A criminalibus in mente. Ira-
tione. Vel primum refertur ad peccata carnalia. Secundum ad spiritualia [In pace.] i. in peccatis remissis paci-
ficati. Ro. 5. Iustificati igitur ex fide pacem habeamus, &c. Vel in pace peccatoris ad deum, & ad seipsum,
& ad proximum [Et domini nostri Iesu Christi longanimitatem.] i. longam expectationem, Psalm. 102. Longa-
nimis & multum misericors [Salutem arbitramini.] i. causam salutis vestrę. Beda, Intelligite quod ideo do-
minus longanimitè expectat, vt misereatur nostri. Et vt plures saluetur, vt habetur. Esa. 30. propterea [Si-
cut & charissimus frater noster Paulus.] i. Ita horror faciendũ sicut, &c. ¶ Nota humilitatem sanctorum, Pe-
trus Paulum commendat, & suam doctrinam eius scriptura confirmat. Paulus dicit de seipso. 2. Co. 15. Ego
sum minimus apostolorum, qui nõ sum dignus vocari apostolus [Scripsit vobis.] in hoc ostendit qd Paulus
ea quæ quibusdam ecclesiis specialiter scripsit, omnibus ecclesiis generaliter scripsit. Paulus dispersis de Iu-
dea specialiter non scripsit, sed Gentibus [Secundum datam sibi sapientiã.] i. cognitionem celestiu à deo. i.
in eius raptu. 2. Corin. 12. Quando audiuit archana verba, quæ nõ licet homini loqui. Glossa. Ecce primus
Apostolorum oblitus fuit primatus, & datam sibi clauium, datam Paulo miratur sapientiam, quia mos est
electorum, vt magis aliorum, quàm suas mirentur virtutes. Et per hæc ad profectum excitent. Scripsit in-
quam vobis [Sicut &] scripsi supple [In omnibus epistolis loquens in eis.] i. epistolis [De his.] i. quæ prædi-
xi vobis, & super quibus vos monui, scilicet de Christi aduentu. Et de commendatione gratiæ, & de hæreti-
cis futuris, quasi nõ solum vna eius epistola, sed & omnes eius epistolæ ad vestram vtilitatem scriptę sunt.
Sed quomodo Petrus, qui erat maior auctoritate Pauli, minoris doctrinam suam confirmat. Responso, In
ducendo auctoritatem epistolarum Pauli, potius intendit illis dare auctoritatem approbando, quã ius per
eas confirmando. Vel hoc facit nõ ex necessitate, sed ex humilitate, Vel forte licet Petrus maior esset in cu-
ra, Paulus tamen maior in scientia [In quibus] scilicet epistolis [Sunt quedam difficilia intellectu.] i. ad in-
telligendum. Quod forte faciebat, vt celaret earum tenorem hæreticis. Sed quomodo simplices quibõ scri-
bebat intelligebant? Responso, Misit epistolas discipulis qui eas exponerent, Sed adhuc obiicitur, de hoc
quod dicitur, Prover. 14. Doctrina prudentum facilis est. Responso, Forte aliud est de scriptura, aliud de
doctrina, quia præsentem docedo se possunt opponere contradicentibus, obuiare absentibus scribendo, nõ
scilicet [Quæ indocti] supple hæretici, indocti quo ad scientiam diuinam [Et instabiles] quo ad fidei p̃seuer-
antiam, quia diuina non statuant seu sapiunt, nec curare volunt, ideo autem indocti sũt, vnde dicit glo. quia
inter doctos, vt erudiantur nõ permanet [Deprauant] malè interpretando & minuẽdo, peruertedo & mu-
tando [Sicut & ceteras scripturas] Glo. Nullus veteris testamenti vel noui liber est in quo hæretici aliqui

Petrus Pan-
lum commen-
dat.

Cur difficilia
scripsit
Paulus.

non peruerterunt, vel diminuendo vel addendo, vel mutando [Ad suam ipsorum perditionem.] i. damna-
tionem, huiusmodi enim deprauatio scripturarum causa est eis perditionis, in presenti & futuro. Dãnationis
in presenti, quia nunc præcinduntur ab ecclesia militate: & dãnationis in futuro, quia ab ecclesia trium-
phante. Vos igitur fratres. [quia insipienter multipharios adducunt errores] Vos præcipientes. hoc. s. quod
la ferunt, quæ prævidentur. Et nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra cõmunimur [Custodite.]
scilicet vosmetipsos diligenti sollicitudine. Deut. 4. Custodi temeripsum & animam tuam sollicitè [Ne in-
pienrium.] i. hæreticorum [Errore.] quo errant, & alios errare faciunt [Traducti.] id est, vltra mensuram: seu
metas & terminos fidei ducti. Prover. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, &c. [Excidatis à p̃pria fir-
mitate.] Glo. interlinearis, fidei, quæ est petra super quam fundatur ecclesia. Mat. 7. Sicut ergo illi qui volũt
capere vnum castrum forte nituntur primò destruere fundamentum, ita hæretici volentes ecclesiam de-
struere nitentur, & nunc etiam nituntur maximè destruere fidem. Et quia ad firmitatem nõ sufficit fun-
damentum, nisi supra sit ædificatũ, ideo sequitur [Crescite verò.] Cremento scilicet spirituali [In gratia.]
Quo ad affectum: & cognitionem, quo ad intentum seu intellectum [Domini nostri Iesu Christi & saluatoris-
ris.] Vtrumque enim domini est. Scilicet gratia & fides domini iure creationis, saluatoris iure recreationis
[Ipsi gloria.] Hic tandem totum terminat in laudem dei. Psalm. 113. Non nobis domine, sed nomini tuo da
gloriam [Et nunc.] Glo. interlinearis, inter quotidianas aduersitates [Et in diebus æternitatis.] id est, inter
æternas delectationes. Vel he nunc, id est, in presenti, & in diem æternitatis, id est, in futuro, vbi erit dies æter-
næ & incenarrabilis claritatis, de qua. Psalmus 83. Melior est dies vna in atriis tuis super milia. Diem dicit
in singulari, quia erit vnica dies, sine interpolatione noctis [Amen.] Confirmatio est.

DEO GRATIAS.

FINIT EPISTOLA SECUNDA
Beati Petri Apostoli.

AB. IOANNIS APOSTOLI EPISTOLA
CANONICA. I.

Caput 1.



Quod fuit ab initio: quod audiuiimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostra con-
trectauerunt de verbo vita, & vita manifestata est, & vidimus & testamur & annuntiamus vobis vi-
tam æternam que erat apud patrem, & apparuit nobis.

Hæc est tertia pars huius libri continens Epistolas Ioannis tres. Quarũ prima generalis
est, duæ aliæ speciales. Vna cuidã matronę. Altera cuidã patrifamilias. In prima agit de affe-
ctu & effectu charitatis cõmuniter ad deum, & ad proximum. In secunda specialius ad deũ. In ter-
tia specialius ad proximum. Hęc autem epistola, Primò diuinitatem patris. Nam primò cõmendat do-
ctrinam suam in isto cap. Secundò hortatur ad eius obseruantiam cap. 2. & 3. Dissuadet doctrinam contra-
riam cap. 4. & 5. In prima parte commendando, primò tangit certitudinem doctrinæ ex parte doctorum.
Secundò eius vtilitatem ex parte auditorum, ibi, Quod vidimus & audiuiimus. Tertiò vtilitatis conseque-
dã modum, ibi, Si dixerimus societatem, &c. Certitudinem verò ex parte doctorum tangit dupliciter. Primò
in sciendo quo ad se. Secundò in docendo quo ad alios, ibi, Et vidimus & testamur, &c. Dicit ergo [Quod
fuit ab initio, &c.] Queritur quare secundum modum aliorũ epistolas scribentium & aliarum duarum epi-
stolarum suarum, hęc non præmittit salutem. Responso, Vt principium epistolę suę principio euangelij sui
concordaret, vbi dicit, In principio verbum, &c. Vt sic apparet eiusdem esse scriptorem euangelij, & episto-
lę. Et quasi hoc opus operi euangelij præcedenti continuaret. Dicit ergo, Quod fuit ab initio, &c. Constru-
ctio sic potest ordinari [Nos apostoli & vidimus & testamur, & annuntiamus vobis.] Illud quod fuit ab ini-
tio æternaliter, scilicet verbum dei. Nec exprimit quid sit illud eo quod ineffabile est & ineffabile [Fuit.] Tria
tempora sunt, scilicet præsens, præteritum, & futurum. In his, quod perfectionis est deo conuenit, quod im-
perfectionis non. Præteritum verò de deo dicitur propter perfectionem. Præsens propter actualitatem. Fu-
turum propter durationem. Alias verò nullum tempus de deo conuenienter dicitur, Nec præteritum, quia
non est: nec præsens, quia transit: nec futurum, quia nondum est [Ab initio.] Originis, scilicet à patre. Ioã. 1.
In principio erat verbum: vel durationis, & hoc dupliciter, vel ab initiante, scilicet eternitate, id est, ab eter-
no. Vel ab initio initiato scilicet temporis. In ipso enim temporis initio verum erat dicere, quod fuit, & hoc
dicitur Ioannis primò, In principio erat verbum. Vnde prius fuit quàm initium temporis non tempore, sed
æternitate, Prius enim secundum August. dicitur quadrupliciter. Natura dignitate, tempore, æternitate. Vi-
dete si non attestatur epistola sua vbi modò audistis, In principio erat verbum, & verbum erat apud deũ.
Quod fuit inquam ab initio, filium dei, secundũ diuinitatem & æternitatem [Quod audiuiimus.] mediãtè
per legem & prophetas, vel immediãtè per seipsum in mundo loquentem. Hæbræorum, Olim deus lo-
quens patribus in prophetis, nouissimè, &c. [Quod vidimus oculis.] ipsum. s. in carne apparentem, Baruch
3. Post hæc in terris visus est & cũ hominibus conuersatus est, vnde Luc. 9. dictum est eis apostolis. Bni
oculi qui videt, quæ vos videris [Quod perspeximus.] ipsum diligenter & perfecte non superficialiter in spe-
ximus. Luc. 24. Videte manus meas & pedes meos. Vel perspeximus. i. diligenter & perfecte inquisiuiimus,
an ipse esset de quo prædixerit propheta, & an in ipso impleretur scriptura [Et illud. s. quod] Manus no-
stra contrectauerunt [ipsum palpando] De verbo vitæ. Non secundum verbi naturam, ad secundum car-

Cur Ioannes
saluationem nõ
præmittit.

Prima qua-
druplex.

nem assumptam. Luc. 24, Palpare & videte. Hic sumitur argumentum quod non solum Thomas palpauit, sed & alij secundum glo. [Et vita.] i. ipse idem Christus. Io. 14, Ego sum via, veritas, & vita [Manifestata est.] interius per fidem: exterius per predicationem, per miraculorum operationem. In hoc autem q̄ dicitur, manus nostras contraeauerunt, insinuat nobis certissima cognitio quatum ad veritatem humanam, sensus enim certissimus, est tactus [Et vidimus.] quasi dicat, hoc inquam nos Apostoli vidimus certitudinaliter cognoscendo [Et restamur.] Audacter asserendo. Et probant assertionem martyria sustinendo. Nam martyr Graece testis Latinè dicitur. Act. 17, Eritis mihi testes, &c. Esa. 43, Verè vos testes mei dicit dominus. ¶ Et notandum q̄ testimonio promittit visionem, quia certitudo visionis requiritur ad hoc q̄ testimonium sit efficax [Et annuntiamus vobis.] publicè. s. predicando: erant enim nuntij domini. Psal. 63, Annuntiauerunt opera dei, &c. [Vitam aeternam.] i. Christum qui est vita aeterna, visio enim Christi dei & hominis est vita aeterna. Io. 17, Hæc est vita aeterna, &c. Dicitur autem Christus vita aeterna per essentiam quo ad se, Et per se, & per causam quo ad nos [Quæ] vita aeterna. i. Christus [Erat ab aeterno secundum diuinitatem. Ioan. 1, Verbum erat apud deum [Apud patrem] vt alius apud alium, secundum personarum distinctionem [Et apparuit nobis] in fine temporum, secundum carnem. Abac. 3, Apparebit in fine, & non mentietur, &c.

Quod vidimus & audiuimus & annuntiamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre, & cum filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus vobis, vt gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum, & hæc est annuntiatio quam audiuimus ab eo, & annuntiamus vobis, quoniam deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.

Hic commendando doctrinam, ostendit eius utilitatem ex parte auditorum. Prima est communio ecclesie. Secunda participatio gratiæ, ibi, Et societas vestra. Tertia est gaudium cordis, ibi, Et hæc scribimus. Quarta est illuminatio mentis, ibi, Et hæc annuntiatio. Dicit ergo [Quod vidimus] Repetit causa maioris certitudinis. Gene. 41, Quod autem secundo vidisti ad eandem rem pertinet somnium, firmitatis indicium est. Vel trina repetitio fit propter tres differentias sensuum. s. corporalis quæ est carnis, & intellectualis, quæ est rationis, & spiritalis quæ est verbu fidei, quod. s. verbum dei [Vidimus.] in carne [Audiuimus.] in sermone [Annuntiauius.] in predicatione [vobis.] Qui nec audiuitis, nec vidistis, minus felices in hoc, vt dicit glo. quàm illi vnde Luc. 10, Beati oculi qui vident, quæ vos videris. Nec obstat quod dicitur. Io. 20, Beati qui non viderunt, &c. Non dicit Beatiores, nam secundum statum comunem meriti, beatus est credere, quod non videtur, quàm quod videtur, secundum verò statum specialem illorum qui viderunt, quia ampliorè gratiam receperunt, beatus fuit audire & videre, quàm audire tantu, sic intelligitur glo. [Vt.] s. & vos, qui prædicta non vidistis [Societatem habeatis nobiscum.] maioribus, qui prædicta vidimus. Societatem inquam, in præsentem, in communione ecclesie quo ad fidem, & bona opera. Psal. 118, Particeps ego sum omnium timentium te, &c. [Et societas nostra sit.] in futuro non tantum hominum, sed ad inuicem. s. cum deo secundum illud Ioan. 14, Ad eum veniemus & mansionem [Cum patre.] In quo est omne bonu. Iac. 1, Omne donu optimum, &c. [Et filio eius.] per què omne bonum. Io. 1, Omnia per ipsum facta, &c. [Iesu Christo.] hoc addit ad differentiam filioru adoptiuorum. Ab amborum societate nõ separatur spiritus sanctus, sed intelligitur, vt vixus in extremis. Hæc verò societas erit gloriæ, vt secundum Glo. Simus heredes dei, cohæredes domini nostri Christi. Ro. 8, Sic ergo per societatem sanctam transitur ad societatem diuinam. Glo. ergo per nostram societatem transibitis ad societatem dei. Prima est gratia in præsentem: secunda gloriæ in futuro [Et hoc scribimus vobis.] Glo. non tantu transitorie nuntiamus, sed & memoriæ comédamus [Vt gaudeatis.] Glo. In hoc sequenti in vnitatem ecclesie [Et gaudiu vestru sit plenu.] In futuro, in angeloru societate, nunc enim nõ est gaudium plenu, quia risus dolori miscetur. Proueb. 34, Sed tunc erit plenu non solum plenitudine sufficientis, vel indeficientis, sed & superfluentis. Ita enim gaudium replebit animam, q̄ vndiq; superfluet & sub & supra, & intus & extra, à dextris & à sinistris, vt sit beatus totaliter in gaudio, sicut piscis in aqua, & homo in domo propria. Mat. 17, Intra in gaudium domini tui. De hoc triplici gaudio Io. 16, Vt gaudium meum sit in vobis, & gaudiu vestru impleatur [Et hæc est annuntiatio.] quam. s. vobis annutio. i. res digna annuntiatione [Quam audiuimus.] auditu interiori per fidem: & exteriori per predicationem [Ab eo.] à Christo. [Et annuntiamus vobis.] alij. s. qui ab eo non audistis. Psal. 63, Annuntiauerunt opera dei, &c. [Quoniam deus lux est.] per essentiam non corporalis. Io. 9, Quandiu sum in mundo lux sum mundi. Et Io. 3, Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem [Et tenebræ.] peccati, erroris ignorantia, iniustitie, quæ sunt tenebræ spirituales [In eo non sunt vllæ.] s. per participationem. Iac. 2, Apud quem nõ est transmutatio, neq; vicissitudinis obumbratio. 2. Corin. 6, Quæ enim societas luci ad tenebras? Aug. Deus est lux quæ nõ capit locus: nox quæ non capit tempus; odor quem non spargit ventus: cibus quem non minuit edacitas: amplexus quem non diuellit societas. ¶ Et nota, q̄ est differentia inter lucem & lumen: quia lux est ipsa luminis forma. Lumen verò est lux, vt est in aliquo corpore recepta & incorporata. Vnde Christus proprie dicitur lux in sua diuinitate: in se lumen prout est vnita in humanitate. Esa. 60, Surge, illumina Hierusalem, quia venit lumen tuum. Dicitur ergo Christus lumen ratione vnionis, quia lumen sicut dictu est, est lux incorporata. Et in Christo lux diuinitatis est carni vnita. Psal. 35, In lumine tuo, scilicet deitatis, videbimus lumen. s. humanitatis: ratione delectationis. Eccle. 9, Dulce lumè & delectabile oculis videre solem. Ratione illuminationis. Luc. 1, Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Vel dicitur lumen, quia illuminauit nos exemplis. Esa. 40, Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. In doctrinis. Esa. 2, Domus Iacob venite ambulemus in lumine dei nostri. Item beneficiis, hæc contra tenebras culpæ, ignorantie, infipientie.

Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus ad inuicem, & sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus, quoniam peccatu non habemus, ipse nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus vt remittat nobis peccata nostra: & emundet nos ob omni iniquitate. Si dixerimus, quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.

Hic

Hic ostendit utilitatis consequendæ modum: primò in honestate conuersationis: secundò in humilitate reputationis, ibi, Si dixerimus, quia peccatum non habemus. Ad honestatem conuersationis duo rangit. Primò declinationem mali: secundò operationem boni, ibi, Si autem in luce ambulamus. Humilitatem reputationis tangit in tribus: primò in præsentium peccatorum cognitione quo ad seipsum: secundò in eorum dem confessione quo ad alium, ibi, Si confiteamur peccata. Tertiò in præteritorum peccatorum recordatione ante deum, ibi, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. Dicit ergo, [Si dixerimus,] quia deus lux est, & in eo tenebræ non sunt. [Iterum si dixerimus,] nos quicumque apostoli, vel alij dictione cordis vel oris. [Quoniam societatem habemus.] Glo. s. Per fidem & charitatem, quoniam deo sociamur [Cum illo,] scilicet domino, qui lux est. [Et in tenebris.] Glo. peccatis. Vnde peccata dicuntur opera tenebrarum. Ad Ro. 13, Abiiciamus, inquit, opera tenebrarum. Dicuntur autem peccata tenebræ, quia demones tenebrofi ad ea nos impellunt. In tenebris frunt, animam tenebrofam faciunt, ad tenebras aeternæ dånationis ducent. Psal. 34, Fiat via illorum tenebræ & lubricum. Ierem. 23, Via illorum quasi lubricum in tenebris scilicet impellatur enim, & corruent in ea. [Ambulamus,] id est de malo in peius proficimus. Glo. s. Peccato peccatum addentes. Hæc est pessima ambulatio. de qua Ioan. 13, Qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. [Mentimur,] ecce peccatum commissionis. [Et non facimus veritatem,] ecce peccatum omissionis. Vel secundum Glo. Mentimur in nobis, & non facimus veritatem, dum alios ad idem mendacium exemplo nostro inducimus. Glo. Tam ergo habere qui vult societatem cum luce, pellat tenebras peccatorum. [Si autem in luce] vitæ bonæ alios exemplo illuminatis, secundum illud Ioan. 1, Vita erat lux hominum. [Ambulauerimus,] id est, si de bono in melius proficimus. Glo. s. Homo in luce ambulat, qui virtutū operibus ad meliora proficit. Eph. 5, Vt filij lucis ambulate, & cetera. [Sicut & ipse est in luce,] id est, in seipso qui est lux. 1. Timot. 6, Qui lucem habitat inaccessibilem. Et dicit [Est,] immutabiliter & immobiliter. Non ait, ambulat, quia deus non proficit. Vnde Glo. Deus esse in luce dicitur, quia summam vbi proficere valeat, non inuenit. [Societatem habemus ad inuicem,] gratia scilicet & charitatis. Et vnus cum alio, cum membro suo, & omnes cum capite nostro, scilicet Christo. [Et sanguis Iesu Christi, &c.] Glo. Sacramentum dominicæ passionis. [Filij eius,] scilicet dei patris, [Emundat,] id est euidenter mundat, [Nos,] qui sumus de societate ecclesie merito, non solo numero [Ab omni peccato] scilicet, originali, actuali, mortali, & veniali. Glo. Sacramentum dominicæ passionis omnia peccata, originalia, & actualia laxauit. Apoc. 1, Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Sanguis enim Christi cum ipse sit mundissimus, mundat & non inquinat. Apoc. 7, Lauerunt stolas suas, &c. [Si dixerimus quoniam peccatum non habemus.] Glo. s. Sicut ambulamus in luce, ita sumus mundi: non tamen debemus putare nos quandiu viuimus: omnino posse à peccato mundari [Si dixerimus inquam.] Glo. elati de aliqua iustitia [Quoniam peccatum non habemus.] vllum, nec mortale, nec veniale. Dicitur autem peccatum haberi largè non proprie, cum non sit habitus, sed priuatio. [Non habemus.] Glo. s. non ait non habuimus, ne fortè de præterita vita dictum intelligatur [Ipsi nos seducimus.] Hæc enim præsumptio separat nos à deo. Sapient. 10, Peruersæ cogitationes separant nos à deo. [Et veritas in nobis non est,] id est deus qui est veritas. Ioan. 14, Ego sum via, veritas & vita. Glo. s. Deus ab elatis se subtrahit. Iaco. 4, Deus superbis resistit, &c. Huius autem ratio est: quia contraria contrariis expelluntur, ergo veritas fallit. Fallitas autem est se putare, absque peccato esse. Proverb. 20, Quis potest dicere, mundum est cor meum? &c. Et Proverb. 24, Septies in die cadit iustus. Sed e contrario, [Si confiteamur,] id est si simul fateamur confessione cordis deo: & confessione oris dei vicario, Iacobi ultimo, Confiteamini alterutrum peccata vestra, quoniam sine peccato in hac vita esse non possumus. Prima salutis spes est ipsa confessio. [Peccata] non bona, vt qui se iactant cõfittendo, exemplo pharisæi. Luc. 18, Teiuno bis in sabbato. [Nostra,] non aliena: vt qui alios accusant cõfittendo, vel super alios se excusant. Contra quos Psal. 31, Dixi cõfitebor aduersum me, &c. [Fidelis est,] promissa humilibus conferendo. [Et iustus,] peccata penitentibus remittendo. Vel fidelis, promissa reddendo. Et iustus secundum merita retribuendo. [Vt remittat nobis peccata nostra.] Glo. s. Maiora peccata, scilicet mortalia. hæc enim sunt peccata simpliciter, quia peccatum secundum August. est factum, vel dictum, vel concupitum contra legem dei. [Et emundet nos ab omni iniquitate.] Iniquitatem vocat minora peccata, sicut venialia. Vel remissio peccati refertur ad dimissionem pænæ: emundatio iniquitatis ad dimissionem culpæ. Et dicit, omni, tria sunt genera huiusmodi minorum peccatorum, scilicet lignum, fenum, stipula, 1. Corin. 3. Vel remissio in presenti emundatio, id est perfecta scilicet mundatio in futuro. Si dixerimus, quoniam non peccauimus. [Glo. s. Si confiteamur, mundamur: sed si nos honorare volumus, dicendo, non peccauimus.] Glo. Quasi non egemus absolui. Contra illud Rom. 5, Omnes peccauerunt, & egent gloria dei. [Mendacem facimus eum,] scilicet deum. Glo. s. Bedæ. Nec infans v- Nullus sine peccato est.

Caput 2.

Filij mei, hæc scribo vobis vt non peccetis, sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

Hic hortatur ad doctrinæ suæ obseruantiam: agens primò de materia diligendorum capite isto: secundò de forma seu modo diligendi. cap. 3. In prima parte, quia contraria iuxta se posita magis elucescunt: primò ostendit quid diligendum: secundò quid non diligendum, ibi, Scribo vobis filijoli. In prima parte primò hortatur ad dilectionem dei: secundò ad dilectionem proximi, ibi, Charissimi non mandatum nouum, &c.

T

Ad dilectionem dei hortando: primò monet cauere dei offensam in malo, quod est dilectionis impedimen-
tum: secundò facere eius voluntatem in bono, quod est dilectionis promotiuum, ibi, Et in hoc scimus. Offen-
sam cauere monet: primò declinando à peccato, quod est duplex: primò per ignorantiam: secundò per pœ-
nitentiam siue emendam, ibi, Sed & si quis peccauerit. Promotiuum & obseruatiuum est mandatorum ob-
seruantiâ. Ad quam hortatur, primò ratione signi, ibi, Et in hoc scimus. Secundò ratione damni, ibi, Qui di-
cit se nosse deum. Tertiò ratione lucrâ, ibi, Quia seruauit uerbum eius. Quartò ratione debiti, ibi, Qui dicit
se in ipso manere. Dicit ergo [Filioli,] adhuc in fide tenelli & infirmi. Per diminutiuum autè Notatur tener
rimus affectus scribentis, [mei.] Gloss. Quibus debeo prouidere, & vos mihi obedire. [Hæc,] scilicet præ-
missa [Scribo uobis.] Gloss. ut in memoriam teneatis. Non solù dico, [Vt non peccetis,] dicendo non pecca-
uimus, quod est peccatum præsumptionis. Vel ut non peccetis aliquo genere peccati, quia sicut dicitur Iac.
2, Qui offenderit in vno, factus est omnium reus. [Sed & si quis peccauerit.] Gloss. Post admonitionem ce-
diderit, non desperet, sed pœniteat. [Aduocatum] in causis animarum, non possessionum. Et non solùm ad-
uocatum, immo & aduocatam, cum dicimus, Eia ergo aduocata nostra. [Habemus] nos fideles. Gloss. Ioan-
nes vir iustus contempers se infirmis, non dicit habetis, sed habemus, ponens se in numero peccatorum, ut
habeat aduocatum. Non est autem aduocatus, secundum gloss. nisi eum uocantibus displiceant sibi peccata.
Clama, & ipse audit & liberat. Iohel 3, Quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. [Apud patrem,]
ut iram patris habeat placare, representando patri naturam humanam cicatricibus signatam: & ira sua me-
rita allegantem non nostra. Hebr. 7, Semper uiuens ad interpellandum pro nobis. [Iesum] id est saluatorem,
ad quem pro salute nostra intercedere pertinet ex officio. [Christum,] id est vñctum plenitudine gratiæ, ad
quem pertinet ex compasione zelo, quia pius. [Iustum] sine culpa propriæ offensæ, ad quem pertinet ex vi-
tæ merito, quòd non repellatur, ut indignus. Istud autem dicit ad differentiam aliorum aduocatorum, ut o-
stendatur secundum gloss. quòd cum sit iustus iniustas causas non suscipit, quod faciunt alii aduocati econ-
uerso. ¶ Eius verò pro nobis intercessio fuit triplex. Primò autem ante passionem deuota oratione, Ioan.
17, Ego pro eis rogo. Secundò in cruce sanguinis effusione. Vnde sanguis Christi melius quàm sanguis Abel
dicitur clamare. Hebr. 12, Tertiò post ascensionem cicatricum representatione. Hebr. 5, Vt appareat nunc
vultui dei pro nobis. Bernardus, Securū habes homo ad deum accessum, ubi ante patrem filium, ante filium
habet matrem. Mater ostendit filio peccus & vbera: Filius ostendit patri latus & vulnera, nec vlla esse repul-
sa potest ubi occurrunt tot charitatis insignia. [Et ipse,] scilicet Christus, [Est propitiatio pro peccatis no-
stris] Dicitur autem propitiatio, vel actiue, id est, propitiatus nos deo, hoc est propitiator. Rom. 3, Quem pro-
posuit deus propitiatorem per fidem in sanguine, &c. Vel propitiatio passiue, Ipse est hostia oblata pro ex-
piatione nostra. Infrà, Misit dominus filium suum vnigenitum propitiatorem pro peccatis nostris. hoc fuit
significatum, Exod. 25, Vbi facies propitiatorium ex auro purissimo. [Non pro nostris tantum, sed pro to-
tius mundi.] Pro peccatis, qui sumus eius membra secundum efficientiam.

Advocatus
noster Chri-
stus.

*Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eum, & mandata eius non cu-
stodit, mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autem seruat uerbum eius, vere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus
quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.*

Hic hortatur ad mandatorum obseruationem ratione signi, ibi, Aduocatum habemus nos fideles, qui co-
gnouimus eum. [Et in hoc scimus,] id est in hoc scire possumus, sicut causa per effectum cognoscitur. [Quo-
niam cognouimus eum,] Aduocatum scilicet Christum, cognitione scilicet approbationis siue experien-
tiæ: non tantum simplicis speculationis. vnde Glo. Hoc est cognoscere deum, quod amare. [Si mandata ei-
us seruamus,] Maxime illa duo, in quibus tota lex pendet & propheta, Matthæi 22. Glossa, id est charita-
tem. Et dicitur obseruamus, id est si fideliter seruamus. Gregorius, Probatio dilectionis exhibitio est operis,
& Ioan. 14, Si quis diligit me, & cetera. [Qui dicit se nosse deum] ore. & intellige de notitia approbatio-
nis, & non simplicis speculationis. [Et mandata eius non custodit] opere scilicet, [Mendax est.] Sed videtur
quòd deberet dicere, mentitur, non mendax est. Mendacium enim habitum dicit, habitus nunc ex vno
opere malo non relinquitur, sed multis: vnde non sequitur, si dicit mendacium, mendax est. Responsio, Om-
nis homo de se mendax est. Psal. 115, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax, sed per deum cum ha-
bet gratiam dei efficitur verax. vnde Augustinus, Deus verax per se, tu verax per deum. Quando autem ho-
mo non habet gratiam dei, relinquitur proprium naturæ, & sic est mendax: sed qui non seruauit mandata, non
habet gratiam dei: ergo qui non custodit mandata, mendax est. Et veritas in eo non est. [Veritas ista in eo
non est, sed vanitas.] Sapient. 13, Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia dei, vel veritas, id
est Christus in eo non est per inhabitantem gratiam. Proverb. 15, Longè est dominus ab impiis. Vel men-
dax est in verbo, & veritas in eo non est facta seu opere. [Qui autem seruat uerbum eius,] id est manda-
ta eius. vnde idem dicitur hic per uerbum, & supra per mandata: sed mandata dicuntur secundum quòd plu-
ra sunt distinctione legis: uerbum verò secundum quòd vniuntur in vna radice charitatis. Gregorius, Præ-
cepta dominica & multa sunt, & vnum. Multa quidem sunt diuersitate operis, vnum in radice dilectionis.
[Verè, non fictè: vera enim charitas ex opere ostenditur: infrà eodem, Diligamus non uerbo nec lingua, sed
opere & veritate.] In hoc charitas dei perfecta est, perfectione, scilicet sufficientiæ: de qua ad Colos. 3, Su-
per omnia autem charitatè habere, quod est vinculū perfectionis. sed cōtrà, Omnis habens charitatem, ser-
uat mandata: ergo omnis habens charitatem, est perfectus in charitate. Responsio, Duplex est perfectio,
quædā sufficientiæ: de qua Matth. 5, Estote perfecti, & cetera. Et quædam supererogationis: de qua Mat. 19,
Si vis perfectus esse, vende omnia, & da pauperibus. & ita perfecta charitas foras mittit timorem. Lo-
quitur ergo hic de prima perfectione, nō secunda. In mandatorum obseruantiâ. [Scimus,] certitudinē pro-
babilis coniecturæ non omnimoda: quia Eccl. 9, Nescit homo utrum amore vel odio dignus sit. [Quoniam
in ipso,] Christo, [Sumus,] sicut membra in corpore. Act. 17, In ipso uiuimus, mouemur, & sumus. Illud autè
esse in eo, nō est aliud quàm ei vniri per amorem [Qui dicit, se manere in Christo], s. per charitatem. Cha-
ritas enim facit manere in Christo: ut infrà quarto cap. Qui manet in charitate in deo manet. [Debet sicut

Duplex est
perfectio.

ille ambulat, & ipse ambulare] id est, debet se ei in via morum conformare, ut possit dicere illud Iob. 23, Ve-
stigia eius sequutus est pes meus. Gloss. hic in via iustitiæ, charitatis, & patientiæ, & orando pro inimicis si-
cut ipse orauit. Hæc est via cæli non seculi, dei non mundi. [Ambulare.] Gloss. de virtute in virtutem. Psal.
83, Ibunt de virtute in virtutem. debet enim membrum sequi caput suum, discipulus magistrum, leuus quo-
minum. ¶ Et notandum quòd ly sicut, non dicit omnimodam similitudinem, sed qualemcunque, vel non
dicit similitudinem absolutam, sed cōparatiuam, ut scilicet sicut ille suo modo ambulauit, ita & nos secun-
dum modum infirmitatis nostræ.

*Charissimi, non mandatum nouum scribo uobis, sed mandatum uetus quod habuistis ab initio. Mandatum uetus est uer-
bum quod audistis. Iterum mandatum nouum scribo uobis, quod uerum est, & in ipso & in uobis: quia tenebre transierunt,
& uerum lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem
suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat,
& nescit quòd eat, quia tenebre obcauerunt oculos eius.*

Hic hortatur ad dilectionem proximi dupliciter. Primò, ex commendatione mandati dilectionis. Secun-
dò, ex necessitate diligentis, ibi, Qui dicit se in luce esse, &c. Mandatum autem commendat dupliciter. Pri-
mò ab antiquitate institutionis. Secundò à nouitate uirtutis, ibi, Iterum mandatum nouum. Necessitatem dili-
gentis ostendit in tribus. Primò in dāno. Secundò in lucro, ibi, Qui diligit fratrem. Tertiò in periculo, ibi, Qui
autem odit fratrem suum, &c. Dicit ergo [Charissimi,] Gloss. Attendenda sunt hæc mādara, quia non sunt no-
ua. vnde, Charissimi, charissima affectio mihi coniuncti. [Non mandatum nouum.] id est incognitum &
inauditum. [Scribo uobis.] scilicet mādaram de charitate. [Sed mādaram uetus,] id est ab antiquo æditum,
quia in corde primi hominis scriptum, & ab omnibus sanctis patribus obseruatum, non quia pertinebat ad
ueterem hominem. [Quod habuistis ab initio,] conditionis siue legis naturæ. Vel ab initio legis Moisaicæ.
Quia omnia præcepta primæ tabulæ reducuntur ad præceptum de dilectione dei, vel ab initio. Gloss. fidei
nostræ. [Mandatum uetus est uerbum] scilicet charitatis. [Quod audistis.] Gloss. à me & ab aliis prædicato-
ribus, ideo uetus. [Audistis iterum mandatum nouum,] scilicet mādaram de charitate. [Scribo uobis,] Glo-
Eadem charitas uetus mandatum est: quia ab initio cōmendata eadem nouum mādaram, quia tenebris eie-
ctis desiderium nouæ legis infundit. Vel uetus dicitur, quia in ueteri testamento datum antiquis, Deuter. 6.
Nouum, quia in nouo testamento replicatum, & ampliatum modernis. Mat. 6, Dicitur est antiquis, &c. Di-
citur autem hoc mandatum nouum, quia nos spiritualiter innouat. Rom. 6, In nouitate uitæ ambulemus.
Quia etiam pertinet ad nouam legem, quæ data est à nouo rege. Solet enim dici, à nouo rege, noua lex. Vel
propter diligendi modū de nouo dictum, dictum est enim antiquis. Diliges proximum tuum, Leuit. 19. Sed in
euāgelio Ioan. 13, dicitur. Mādaram nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Quia ueteri dile-
ctioni nouā dilectionem, scilicet dilectionem inimicorū adiungit. Matth. 5, Diligite inimicos uestros. Item
quia in nouum caelum tanquam in mansionem introducat. Apoc. 21, Vidi caelum nouum, & terram nouam,
[Quod uerum est.] Gloss. Non umbraticè, quia non cerimoniale, sed morale, non transitorium, sed perpetu-
um manet in uia, & in patria. charitas enim nunquam excidit. 1. Corin. 13, [Et in Christo] impletum. [Et
in uobis] impletum. Ioan. 15, Mādaram nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Impletum
in Christo fuit, quando ex charitate, quam habebat, morti se exposuit. Ioan. 15, Maiorem hæc dilectionem
nemo habet, q̄ ut ponat, &c. Et uerè nouū in ipso, & in uobis. [Et tenebræ.] Glo. Tenebræ ad ueterem ho-
minem, lux ad nouū pertinet. Poreft autè hoc intelligi & de Christo, & de tenebris. De Christo sic. Tenebræ.
Glo. Miseræ carnis in Christo. [Transierunt, & uerum lumen] immortalitatis, [Iam lucet] in eo: vel de tene-
bris sic, Tenebræ, scilicet peccati & infidelitatis. [Iam transierunt, & uerum lumen,] scilicet fidei & charita-
tis, iam lucet, in uobis scilicet. Roma. 13, Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Primo modo pertinet
ad miseriam pœnæ. Secundo modo ad miseriam culpæ. [Qui dicit se in luce esse,] id est in Christo, qui est lux.
Ioan. 8, Ego sum lux mundi, vel in luce iustitiæ. Sapient. 5, Iustitiæ lumen nō luxit nobis. Vel operationis bo-
næ. Bona enim operatio quædam lux est. Matth. 5, Sic luceat lux uestra coram hominibus, &c. [Et fratrem
suum,] hominem quæcūque uel Christianum specialiter. Est enim fraternitas naturæ inter omnes, sed gra-
tiæ inter fideles. [Odit,] Interlin. Quem deus præcipit diligi, licet peccatum sit odio habendum, iuxta illud
Psal. Iniquos odio habui. [In tenebris est,] Gloss. In peccatis, in quibus natus fuerat. Vel deputatus tene-
bris inferni. Vnde tenebræ intelliguntur hic, uel macula culpæ, uel reatus pœnæ. [Usque adhuc,] id est, usque
modò & post baptismum in quo lumen fidei & aliarum uirtutum suscepit. Ex hoc autem quod dicit Gloss.
In peccatis in quibus natus fuerat, uidetur q̄ plura sunt originalia, & quòd originale per odium fraternum
redeat. Ad primum, dicendum est, quòd originale est vnum in numero peccatorum: sed plura propter cor-
ruptionem pluriū uirium animæ. Vnde est vnum formaliter, plura materialiter. Et ideo dicitur pluraliter
originalia. Ad secundum, Responsio, Originale pro tanto dicitur redire, quia originali propriè deberur ca-
rentia uisionis dei. Decedens autem in mortalitatem uisione dei. Vel dicitur redire, quia fomes peccati in-
tenditur per peccatum. Item autem sunt subiecto fomes & originale: ita qui fratrem odit, in tenebris est,
sed contra de dilectione est. [Qui diligit,] dilectione scilicet charitatis, [fratrem suum,] id est proximum,
[In lumine manet,] scilicet fidei. Ardor enim charitatis, non est sine luce charitatis. Ecclesiast. 2, Qui time-
tis dominum, diligit illum, & illuminabit corda uestra. Vel in lumine bonæ operationis, siue operum le-
gis. Pro uerb. 6, Mandatum, lucerna: & lex, lux: quia charitas nunquam est otiosa. Gregorius, Amor dei nun-
quam est otiosus: operatur enim magna, si est: si autem operari renuit, amor non est. Et dicit manet, seu po-
tius permanet, id est perfectè manet: quia, tunc bona opera, & lux fidei prorsunt, ut dicit Glossa. [Et scan-
dalum non est in eo,] quia qui diligit proximum non habet quo pes mentis offendatur. Psal. 118, Pax mul-
ta diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Scandalum enim idem est quod obex: ubi autem est
obex, ibi est inæqualitas in uia: ubi autem charitas, ibi est æqualitas in uia, quia charitas adæquat uia, & re-
mouet omnia offendicula. Et ideo in illo qui diligit propter deum non est scandalum nec actiuum, quia nul-
lum scandalizat: nec etiam passiuū, quia non scandalizatur. quicquid ei fiat. 1. Corin. 15, Charitas omnia sus-

Præceptum
charitatis
nouum.

Vnum est
peccatum ori-
ginale.

Scandalum
nullum est in
habente gra-
tiam.

fert. Vnde Gloss. Qui diligit fratrem, tolerat omnia propter unitatem charitatis. Et si fratri adhibet correctionem, non irascitur. Vnde sicut ille qui incedit per viam bene illuminatam, non offendit in via, etiam si in via sint multa offendicula. Ille vero qui incedit in tenebris, de facili offendit etiam in via plana: ita qui illuminatus est lumine charitatis, & diligit fratrem suum non offendit: etiam si in fratre suo videat multa offendicula. Si enim videt aliquod offendiculum in fratre corripit eum, & copatitur & tolerat. E contrario, ille qui odit fratrem suum, & est in tenebris odii & de facili offendit. Et si in fratre non sint offendicula, si videt bonum eius, dolet, tristatur, invidet & peruertit ipsum. Ideo sequitur, [Qui autem odit fratrem suum in tenebris est] id est, in careria seu priuatione lucis gratia. [Et in tenebris ambulat.] Glossa, Per ipsam ignorantiam ambulat de vitio in vitium. Et Interlinearis dicit, quod proficit in peius. 2. Corinth. 3, Mali homines proficiunt in peius. [Et nescit quo eat.] id est, operum suorum finem non attendit, nec considerat. Glossa, Non prauidet ad quam pena recipiendus sit. Prou. 4, Via impiorum tenebrosa. Nesciunt ubi corruunt. [Quia tenebrae,] scilicet erroris & peccati. [Obcaecauerunt oculos eius,] spirituales, scilicet intellectum & affectum, quia nec veritatem cognoscit eo quod in tenebris est, nec bonum appetit, quia de peccato in peccatum ruit. Eccle. 11, Error & tenebrae peccatoribus concreatae sunt. Vel secundum Glo. Recedentes a lumine Christi peccatis & carnali voluptate, ita praepediuntur, ut & si bonum videant, non tamen exequentur. Isti excantur ex malitia. Sap. 1, Excantur eos malitia eorum.

Scribo vobis filii, quoniam remittuntur vobis peccata vestra propter nomen eius. Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quoniam cognouistis patrem. Scribo vobis iuvenes, quoniam fortes estis: & verbum dei manet in vobis, & vicistis malignum.

Hic ostendit e contrario quid non sit diligendum: retrahens primo eos ab amore mundano. Secundo ab errore haeretico, ibi, Filii mei, nouissima hora est. Primum opponitur charitati in affectu: secundum fidei in intellectu. Primum est causa totius mali in moribus: secundum in fide. In prima parte ostendit primo quibus mandat, in quo ostenditur praecipit generalitas: secundum quid mandat, in quo ostenditur praecipit utilitas, ibi, Nolite diligere mundum. Ad ostendendum generalitatem mandati, non ponit speciales conditiones huius alicuius generis, sed generales omnium. Primum secundum conditiones aetatis spiritualis. Secundo, secundum conditiones aetatis corporalis inferioris, ibi, Scribo vobis adolescentes. Tertio secundum conditiones aetatis corporalis perfectioris, ibi, Scribo vobis patres. Dicit ergo, [Filii.] Glossa, nuper geniti, vel obediens patri. Vel sicut dicit Glossa, Omnes vocat filios quos ipse in fide praesens. Scribo vobis non solum praedico, sed & scribo ut memoriam habeatis. Scribo autem illud quod postea sequitur, [Nolite diligere mundum, &c.] quasi dicat, Monui vos ad charitatem, modo moneo ut caueatis ab impedimentis. Et hoc debetis facere, [Quoniam remittuntur vobis peccata vestra] per baptismum & penitentiam. [Propter nomen eius,] id est nomen fidelis inuocationis. Glossa, Non Petri, vel Pauli, in primitia enim ecclesia baptizabant in nomine Christi ut sic allicerent baptizatos ad amorem nominis Christi. Actuum 8, Baptizati erant in nomine domini Iesu. Glossa, Praepone causam qua possit eos abstrahere ab amore mundi. [Scribo vobis patres.] Glossa, Non aetate, sed sapientia: quorum est antiqua meminisse, & minoribus pandere. Hi sunt reuerendi senes, in quibus iam debet amor mundi frigidescere. [Scribo,] scilicet hoc quod sequitur, Nolite diligere mundum, & cetera. & hoc debetis, [Quoniam cognouistis eum qui ab initio est,] scilicet filium qui est a patre. Vel ab initio, id est ante initium rerum, sicut prius dictum est. Ecclesiast. 2. 4, Ab initio & ante secula creata sum, quasi dicat, Haec est causa quare debetis abstrahi ab amore mundi. [Quoniam cognouistis eum] quem mundus non cognouit, id est, mundi amatores. Ioan. 1, In mundo erat & mundus eum non cognouit. Scribo vobis adolescentes, scilicet tempore seu aetate. Hoc scilicet, nolite diligere mundum, [Quoniam vicistis malignum,] id est, mundum, qui totus in maligno positus est. Intra vltimo, quasi dicat, Vicistis mundum proficiendo, non debetis respicere mundum diligendo ipsum. Et Luc. 9, Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro, & cetera. Item cauere debetis ne vincamini ab eo quem vicistis: quia valde esset vobis verendum. Et notandum quod adolescentibus ascribitur victoria: quia illa aetas specialiter impugnat in centibus vitiorum. Item quia illa aetas est congrua ad certandum. [Scribo vobis infantes.] Glossa, humiles spiritu. Scribo inquam, Nolite diligere mundum. [Quoniam cognouistis patrem,] scilicet deum cognitione fidei, quasi dicat, Et si non sitis apti ad pugnam, quia adhuc estis insipientes in bono tamen habeatis dei cognitionem, & eum diligitis: vnde non debetis diligere illa quae istam dilectionem impediunt. [Scribo,] scilicet iterum. [Vobis patres] seniores, scilicet aetate & sapientia, Haec est duplex senectus, de qua Sapient. 4, Senectus enim venerabilis est, & cetera. Repetitur autem eo quod ipsi magis tenentur ad hoc ratione aetatis maturioris & sapientiae maioris. [Quoniam cognouistis eum qui ab initio est,] id est a patre, vel ab initio, id est ante initium. Glossa, Si obliuiscamini eum qui ab initio est, perditis paternitatem. [Scribo vobis iuvenes,] scilicet, nolite diligere mundum, &c. [Quoniam estis fortes,] id est, praediti fortitudine & virtute ad spirituale certamen. Glossa, Fortes non ex vobis, sed ex deo, Psal. 117, Fortitudo mea & laus mea dominus, [Et verbum dei.] Glo. Filius dei, praedicatio filii dei, [In vobis permanet,] id est perfecte manet per inemeratam fidem. Et hoc non contra tentationes diaboli, [Et vicistis malignum,] id est mundum. Et quia vicistis eum, turpe esset vobis vinci ab illo.

Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo: quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae, quae non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem dei, manet in aeternum.

Hic ostenditur quid mandat, in quo tangitur mandati utilitas. Dissuadet quidem amorem mundi triplici ratione. Primo ex damnositate ipsius amoris. Secundo ex utilitate rei amatae: ibi, Quia omne quod est in mundo, &c. Tertio ex defectibilitate, ibi, Et mundus transit, &c. Dicit ergo, [Nolite.] Glossa, Vobis omnibus scribo haec, [Nolite diligere,] amore concupiscentiae [Mundum,] Glo. Abundantiam mundi, & pulchritudinem eius. Mundus ergo supponit hic pro vniuersitate concupiscentium mundi. [Nec ea quae in mundo sunt.] Glo. Vt aurum & argentum & omnem fluxum diuitiarum. Prohibetur autem hic mundus ad fruendum eo, non ad vtendum, vnde Glossa. Vt in mundo ad necessitatem, sed non diligite ad superfluitatem. Nec per hoc prohibetur quaeque dilectio, sed inordinata per amoris affectum nimium. Augustinus, Cum exhaustis cor tuum amore terreno, hauries amorem diuinum. Et incipiet habitare charitas extirpata sylua vitiorum, Idem, Talis est quilibet, qualis est eius dilectio. Terram diligis, terra es: aurum diligis, aurum es: deum diligis, quid dicam, deus eris. Non audeo, inquit, dicere ex me, scripturam audiamus, Ego dixi dii estis, &c. Sed cum mundus sit bonus videtur quod sit diligendus, ergo videtur prohibitio mala qua dicitur, Nolite diligere mundum. Responso, Diligere, id est diuersis legere seu colligere. Et sic diligere mundum est ipsum omnibus rebus praepone. Et sic mundus non est diligendus: tamen sub deo est diligendus. Vnde non prohibetur quaeque dilectio, sed illa quae est supra deum, de qua dicit August. Ve tibi si amaueris condita, & deserueris conditorem Vnde potest dici quod duplex est dilectio, Quaedam ad necessitatem, alia ad superfluitatem. Primo modo mundus potest diligi, secundo modo prohibetur. [Si quis dilexerit mundum,] praepone deo ipsum deo, [Non est charitas patris in eo,] q. d. Amor patris est contrarius amoris mundi. August. Duo sunt amores dei & mundi, sed si amor mundi inhabitet, non est quo amor dei intret. Idem etiam dicit, quod contraria sunt charitas & cupiditas. Et quantum crescit cupiditas, decrescit charitas. Et e contrario Iac. 4, Amicitia huius mundi inimica est deo. Vnde Glo. hic, Vnum cor duos sibi aduersarios amores non capit. Sicut dilectio dei est fons virtutum omnium, ita dilectio mundi omnium vitiorum. Esa. 28, Coangustatum enim est ita ut alter decidat. Et verum non est charitas patris in eo qui mundum diligit: quoniam [Omne quod in mundo est,] id est, in mundi dilectoribus, [Aut est concupiscentia carnis.] Et sumitur hic concupiscentia carnis pro generali appetitu inordinato, qui incitatur per quinq; sensus. Glo. Concupiscentia carnis est desiderium omnium quae ad voluptatem & delicias corporis pertinent, ut cibus, potus, concubitus, [Et concupiscentia oculorum.] Glossa, Quando visus delectatur, ut in pulchris vestibus, & auro & similibus, [Et superbia vitae.] Glossa, Omnis ambitio seculi. Eccle. 10, Odibilis coram deo & hominibus superbia. Bene dicitur hic tertium, superbia: quia magis est supra viam, & extra viam humanam naturam quam alia duo, quorum concupiscentia sunt hominum & aliquatenus naturalia. [Quae non est ex parte.] Hoc dicitur ad ostendendum quod sunt detestabiles praedictae concupiscentiae. Vnde [Quae] scilicet concupiscentia generalis quae communitur se extendit ad omnes praedictas, non est ex deo patre, id est ex deo qui est pater, Iaco. 1, Nemo cum tenatur, dicat quoniam a deo tenatur. Vnusquisque enim tenatur a concupiscentia sua attractus, & illectus. Vel quae superbia non est ex deo patre, quia excludit charitatem patris. [Sed ex mundo.] Glossa, ex mundi amore. Et ideo mundus non est allegandus, cum sit patri contrarius, [Et mundus transit.] Glossa debemus adherere patri non mundo, quia mundus transit. Interlinearis in nouam formam. 1. Corinth. 7. Praeterit figura huius mundi. ¶ Et notandum quod tres causa mundi vniuersales permanent, scilicet vniuersalis efficiens, ut corpora superiora, sol & luna & huiusmodi quae sunt causa efficiens vniuersalis generationis in istis inferioribus: materialis vniuersalis, ut quatuor elementa: finalis vniuersalis ut homo, fed causa formalis mutabitur: vnde bene dicitur transit in nouam formam. Et ideo quia mundus transit & homo, qui diligit mundum, transit cum mundo. Gregorius, Qui labenti innititur, necesse est vt ipse labatur. Sed e contrario. Dicit autem transit, non transibit, propter certitudinem, quasi dicat, Transit iam in certitudine fidei nostrae, eadem transiet in re. Vel hoc dicit, vt significet breuitatem temporis. Breue enim est quia terminum habet, & maxime respectu aeternitatis, respectu cuius omne tempus breue est. [Qui autem facit voluntatem dei,] non tantum dicit, vt illi. Matthaei 7, Quid autem vocatis me domine, domine, & non facitis quae dico? Et dicit voluntatem dei, non suam. [Manet in aeternum,] quia talis non moritur, sed de vita mortali ad immortalitatem transfertur, Ioannis 11, Omnis qui viuunt, & credit in me, non morietur in aeternum, id est, morte aeterna, quae est vera mors, respectu cuius mors corporalis non est, nisi quod gustus. Ioannis 8, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in aeternum. quasi dicat, licet gustet in praesenti. Sicut enim qui labenti, id est, mundo innititur, necesse est vt collabatur, vt dicit Gregorius supra: ita e contrario stare oportet eum qui stanti innititur. Sed obiicitur contra hoc quod dicitur. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, &c. Quia multa alia sunt in mundo. vt aurum, argentum, homines, bestiae: nec tamen sunt concupiscentia carnis, & cetera. Responso. Mundus non accipitur hic pro natura, sed pro abusu vel amatore mundi. Aut est concupiscentia carnis, & carera. In istis enim tribus omnia vitiorum genera comprehenduntur, vt dicit Glossa. Beda in Glossa, Sicut enim qui adheret domino, vnus spiritus est cum illo, & dicitur deus. Psal. 81, Ego dixi, dii estis, & cetera. Sic qui adheret mundo, potest dici mundus. Sed tunc obiicitur vltimus. Si mundus accipitur pro mundi dilectoribus, cum in eis sint multa alia vitia, vt inuidia, ira, accidia, videtur quod insufficienter dicat, omne quod in mundo est. Item aut concupiscentia carnis determinatur circa ea, quae spectant ad sensum tactus, aut generaliter circa ea quae spectant ad omnes sensus carnales exteriores. Si primo modo. Quare non dicitur determinate concupiscentia tactus, sicut determinate concupiscentia oculorum? Si secundo modo, ergo concupiscentia oculorum non debet poni in numerum cum concupiscentia carnis, cum sub illa contineatur. Item cum delectatio sit omnium sensuum, quare non nominatur concupiscentia sensuum, sicut concupiscentia oculorum? Item Glossa dicit ibidem, quod concupiscentia carnis est desiderium omnium quae ad voluptatem & delicias pertinent. Non ergo solum circa delectabilia gustus & tactus. Item glossa dicit quod concupiscentia oculorum est quado delectatur visus, vt in pulchris vestibus, & auro & talibus. Contra, delectari in talibus pertinet ad concupiscentiam carnis. Ergo non videtur ex opposito distingui concupiscentia oculorum & carnis. Responso, Diuisio vitiorum assignatur penes principalia motiua concupiscentiae ad malum. Nam concupiscentia carnis assignatur penes motiuum inordinate ad voluptates & delicias corporis, cuiusmodi sunt maxime in quibus delectatur nutritiua & generatiua: & generaliter in quibus est delectatio corporalis. Concupiscentia oculorum assignatur penes motiuum inordinate ad aliqua habenda seu possidenda, siue sint spiritualia, vt scientia: siue

dinem eius. Mundus ergo supponit hic pro vniuersitate concupiscentium mundi. [Nec ea quae in mundo sunt.] Glo. Vt aurum & argentum & omnem fluxum diuitiarum. Prohibetur autem hic mundus ad fruendum eo, non ad vtendum, vnde Glossa. Vt in mundo ad necessitatem, sed non diligite ad superfluitatem. Nec per hoc prohibetur quaeque dilectio, sed inordinata per amoris affectum nimium. Augustinus, Cum exhaustis cor tuum amore terreno, hauries amorem diuinum. Et incipiet habitare charitas extirpata sylua vitiorum, Idem, Talis est quilibet, qualis est eius dilectio. Terram diligis, terra es: aurum diligis, aurum es: deum diligis, quid dicam, deus eris. Non audeo, inquit, dicere ex me, scripturam audiamus, Ego dixi dii estis, &c. Sed cum mundus sit bonus videtur quod sit diligendus, ergo videtur prohibitio mala qua dicitur, Nolite diligere mundum. Responso, Diligere, id est diuersis legere seu colligere. Et sic diligere mundum est ipsum omnibus rebus praepone. Et sic mundus non est diligendus: tamen sub deo est diligendus. Vnde non prohibetur quaeque dilectio, sed illa quae est supra deum, de qua dicit August. Ve tibi si amaueris condita, & deserueris conditorem Vnde potest dici quod duplex est dilectio, Quaedam ad necessitatem, alia ad superfluitatem. Primo modo mundus potest diligi, secundo modo prohibetur. [Si quis dilexerit mundum,] praepone deo ipsum deo, [Non est charitas patris in eo,] q. d. Amor patris est contrarius amoris mundi. August. Duo sunt amores dei & mundi, sed si amor mundi inhabitet, non est quo amor dei intret. Idem etiam dicit, quod contraria sunt charitas & cupiditas. Et quantum crescit cupiditas, decrescit charitas. Et e contrario Iac. 4, Amicitia huius mundi inimica est deo. Vnde Glo. hic, Vnum cor duos sibi aduersarios amores non capit. Sicut dilectio dei est fons virtutum omnium, ita dilectio mundi omnium vitiorum. Esa. 28, Coangustatum enim est ita ut alter decidat. Et verum non est charitas patris in eo qui mundum diligit: quoniam [Omne quod in mundo est,] id est, in mundi dilectoribus, [Aut est concupiscentia carnis.] Et sumitur hic concupiscentia carnis pro generali appetitu inordinato, qui incitatur per quinq; sensus. Glo. Concupiscentia carnis est desiderium omnium quae ad voluptatem & delicias corporis pertinent, ut cibus, potus, concubitus, [Et concupiscentia oculorum.] Glossa, Quando visus delectatur, ut in pulchris vestibus, & auro & similibus, [Et superbia vitae.] Glossa, Omnis ambitio seculi. Eccle. 10, Odibilis coram deo & hominibus superbia. Bene dicitur hic tertium, superbia: quia magis est supra viam, & extra viam humanam naturam quam alia duo, quorum concupiscentia sunt hominum & aliquatenus naturalia. [Quae non est ex parte.] Hoc dicitur ad ostendendum quod sunt detestabiles praedictae concupiscentiae. Vnde [Quae] scilicet concupiscentia generalis quae communitur se extendit ad omnes praedictas, non est ex deo patre, id est ex deo qui est pater, Iaco. 1, Nemo cum tenatur, dicat quoniam a deo tenatur. Vnusquisque enim tenatur a concupiscentia sua attractus, & illectus. Vel quae superbia non est ex deo patre, quia excludit charitatem patris. [Sed ex mundo.] Glossa, ex mundi amore. Et ideo mundus non est allegandus, cum sit patri contrarius, [Et mundus transit.] Glossa debemus adherere patri non mundo, quia mundus transit. Interlinearis in nouam formam. 1. Corinth. 7. Praeterit figura huius mundi. ¶ Et notandum quod tres causa mundi vniuersales permanent, scilicet vniuersalis efficiens, ut corpora superiora, sol & luna & huiusmodi quae sunt causa efficiens vniuersalis generationis in istis inferioribus: materialis vniuersalis, ut quatuor elementa: finalis vniuersalis ut homo, fed causa formalis mutabitur: vnde bene dicitur transit in nouam formam. Et ideo quia mundus transit & homo, qui diligit mundum, transit cum mundo. Gregorius, Qui labenti innititur, necesse est vt ipse labatur. Sed e contrario. Dicit autem transit, non transibit, propter certitudinem, quasi dicat, Transit iam in certitudine fidei nostrae, eadem transiet in re. Vel hoc dicit, vt significet breuitatem temporis. Breue enim est quia terminum habet, & maxime respectu aeternitatis, respectu cuius omne tempus breue est. [Qui autem facit voluntatem dei,] non tantum dicit, vt illi. Matthaei 7, Quid autem vocatis me domine, domine, & non facitis quae dico? Et dicit voluntatem dei, non suam. [Manet in aeternum,] quia talis non moritur, sed de vita mortali ad immortalitatem transfertur, Ioannis 11, Omnis qui viuunt, & credit in me, non morietur in aeternum, id est, morte aeterna, quae est vera mors, respectu cuius mors corporalis non est, nisi quod gustus. Ioannis 8, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in aeternum. quasi dicat, licet gustet in praesenti. Sicut enim qui labenti, id est, mundo innititur, necesse est vt collabatur, vt dicit Gregorius supra: ita e contrario stare oportet eum qui stanti innititur. Sed obiicitur contra hoc quod dicitur. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, &c. Quia multa alia sunt in mundo. vt aurum, argentum, homines, bestiae: nec tamen sunt concupiscentia carnis, & cetera. Responso. Mundus non accipitur hic pro natura, sed pro abusu vel amatore mundi. Aut est concupiscentia carnis, & carera. In istis enim tribus omnia vitiorum genera comprehenduntur, vt dicit Glossa. Beda in Glossa, Sicut enim qui adheret domino, vnus spiritus est cum illo, & dicitur deus. Psal. 81, Ego dixi, dii estis, & cetera. Sic qui adheret mundo, potest dici mundus. Sed tunc obiicitur vltimus. Si mundus accipitur pro mundi dilectoribus, cum in eis sint multa alia vitia, vt inuidia, ira, accidia, videtur quod insufficienter dicat, omne quod in mundo est. Item aut concupiscentia carnis determinatur circa ea, quae spectant ad sensum tactus, aut generaliter circa ea quae spectant ad omnes sensus carnales exteriores. Si primo modo. Quare non dicitur determinate concupiscentia tactus, sicut determinate concupiscentia oculorum? Si secundo modo, ergo concupiscentia oculorum non debet poni in numerum cum concupiscentia carnis, cum sub illa contineatur. Item cum delectatio sit omnium sensuum, quare non nominatur concupiscentia sensuum, sicut concupiscentia oculorum? Item Glossa dicit ibidem, quod concupiscentia carnis est desiderium omnium quae ad voluptatem & delicias pertinent. Non ergo solum circa delectabilia gustus & tactus. Item glossa dicit quod concupiscentia oculorum est quado delectatur visus, vt in pulchris vestibus, & auro & talibus. Contra, delectari in talibus pertinet ad concupiscentiam carnis. Ergo non videtur ex opposito distingui concupiscentia oculorum & carnis. Responso, Diuisio vitiorum assignatur penes principalia motiua concupiscentiae ad malum. Nam concupiscentia carnis assignatur penes motiuum inordinate ad voluptates & delicias corporis, cuiusmodi sunt maxime in quibus delectatur nutritiua & generatiua: & generaliter in quibus est delectatio corporalis. Concupiscentia oculorum assignatur penes motiuum inordinate ad aliqua habenda seu possidenda, siue sint spiritualia, vt scientia: siue

corporalia, vt diuitia. Superbia vitæ penes dominium, scilicet potestatem & gloriam. Sed de experientia pulchritudinis, est notandum quod Glossa dicit, Concupiscentia oculorum, est omnis curiositas, quæ fit in discendis artibus magicis, in contemplantis spectaculis, in superuacuis acquirendis rebus temporalibus, in dignoscendis, carpendisque vitis proximorum. Superbia vitæ cum quis se iactat, &c. quare Glossam.

Filioli, nouissima hora est. Et sicut audistis quia Antichristus venit: & nunc antichristi multi facti sunt. Vnde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent vti que nobiscum sed vt manifestati sint: quoniam non sunt omnes ex nobis.

Quatuor rationes quibus suadet doctrinam hereticorum cauendam.

Hic retrahit ab heretico errore: primò monens cauere doctrinam hereticorum: secundò manere in vera doctrina Apostolorum, ibi, Vos autem quod audistis. Ad cauendum autem falsam doctrinam hereticorum quadruplicem introducit rationem. Prima, quia hæresis est Christo contraria. Secunda, quia heretici separati sunt ab ecclesia, ibi, Ex nobis prodierunt. Tertia, quia ipsi sufficienter imbuti sunt doctrina catholica, ibi Sed vos vnctionem habetis. Quarta est, quia doctrina quam eis suadent heretici, mendax est & peruersa ibi, Quis est mendax, &c. Dicit ergo, [Filioli mei,] ita dixi, nolite diligere mundum. Eodem modo dico nullo instinctu hereticorum deficiatis à fide, quia hæc sunt contraria charitati. Et non debetis deficere, quia [Filioli mei,] Et ideo debetis doctrinam patris audire & facere, vnde ostendit affectus sui ad eos magnitudinem & eorum ad ipsum debitam subiectionem. [Nouissima hora est,] Glossa. i. vndecima hora est, tertia ætas seculi, de qua Matth. 20. Circa vndecimam verò horam. Vel secundum aliam Glossam. Nouissima hora est id est, similis nouissima, quia similis est hereticorum persecutio persecutioni Antichristi futuræ. Vel secundum aliam Glossam. Nouissima hora est, quia propè est finis vniuersi que. 1. Corinth. 10. Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. [Et sicut, &c.] quasi & hoc inde patet [Quia nunc,] id est, in hoc præfenti tempore. Nam à temporibus apostolorum incæperunt heretici. [Antichristus venit, & nunc antichristi multi facti sunt,] Glof. Qui baptizati & sacro chrismate vncti, per quod facilius possunt decipere, sunt Christo & eius ecclesiæ contrarii Antichristi, id est, quia per varias hæreses & errores diuisi. Contra illud Iac. 3. Nolite plures magistri fieri. Et dicit [Facti sunt] voluntate sua, suggestione diabolica. Facti ergo sunt antichristi recedentes à fide Christi, & docentes contra fidem, vt Iudæi docentes legalia obseruanda, ad Gal. 5. Et Nicolaitæ docentes carnis delectationes esse licitas, Apoc. 2. Vel antichristi dicuntur omnes peccates contra legem Christi [Sicut audistis, quia Antichristus venit,] scilicet in membris suis. Vel venit, id est, iam quasi instat aduentus eius. De aduentu verò Antichristi audierat. Et in euangelio Matth. 24. Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi. Et per Apostol. 2. ad Thessal. 2. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus interficiet spiritu oris sui. Ratio eius talis est, quoniam Antichristus & sui circa finem mundi sunt venturi, sed iam venerunt. ergo. &c. [Vnde,] id est, ex eorum iam aduentu [Scimus] fide [Quia nouissima hora,] id est, instat finis seculi. Glof. Absq; dilatione veniet dies iudicii. [Ex nobis,] Glof. Sed licet sint multi antichristi. nō tamen terreat vos si a Iudaismo vel Paganismo redierunt, ne putetis ex hoc ecclesia numero, nō merito facta & ex nobis prodierunt. Glof. ab vnitate catholica recedentes. Erant enim de ecclesia numero, non merito, sacramentorum perceptione, non charitatis communione. [Sed non erant ex nobis] prædestinatione & electione. Et ideo ex recessu eorum ecclesia non est damnificata, sicut nec corpus damnificatur cum humores prauis exeant de corpore. [Nam si fuissent ex nobis,] Glof. Prædestinatione & electione dei [Permansissent] vti que nobiscum, id est finaliter mansissent in consortio fidei seu fidelium [Sed vt, &c.] q. d. Ideo exire per mittuntur. [Vt manifestati sint] quoniam non sunt omnes ex nobis [quod prius latebant, & sub specie fratrum vos decipere poterant, vnde permittit deus, quosdam de ecclesia exire, ne cōtingat decipi veros fratres à falsis] scilicet vti que visibiliter manentibus.

Antichristi qui dicuntur.

sed vos vnctionem habetis à sancto, & nostis omnia. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem: sed quasi scientibus eam, & quoniam omne mendacium ex veritate non est. Quis est mendax nisi qui negat quoniam Iesus non est Christus? Hic est Antichristus qui negat patrem & filium. Omnis qui negat filium, nec patrem habet qui confitetur filium, & patrem habet.

Hic ostendit quod sufficienter imbuti sunt doctrina catholica. Vel sic, [Sed & vos vnctionem] Hęc est tertia ratio, quod sufficienter sunt imbuti doctrina catholica. Vbi ostendit primò quod habent doctrinam sufficientem interius. Secundò, quod nō indigent doctrina exteriori, ibi, Non scripsimus, Quis est mendax. Hęc est quarta ratio, quia doctrina hereticorum mendax est & peruersa. Quod ostendit, primò ex doctrinæ falsitate secundò, ex eius damnositate, ibi, Omnis qui negat filium, [Sed & vos,] q. d. Debetis permanere, quia vos catholici [Vnctionem habetis,] id est gratiam spiritus sancti, qua eos discernere poteritis, & eorum malitiam retardare seu impedire [A sancto,] id est Christo, qui est sanctus sanctorum. Daniel. 9. Sicut membra recipiunt influentiam à capite. Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Psal. 44. Vnxit te deus tuus oleo letitiæ, &c. [Et nostis omnia,] scilicet necessaria ad salutem per illuminationem illius vnctionis. Glof. nostis veritatem fidei, & vitæ per vnctionem spiritus sancti, nec opus habetis doceri. Vnde quia nostis omnia [Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem,] scilicet fidei, sed [Quasi scientibus eam,] quasi dicat, eo ipso quod veritatem cognoscitis, habetis scientiam discernendi & cognoscendi hereticos. [Et quoniam,] Glof. Scientibus. Et hoc [Quoniam omne mendacium non est,] id est, nullum mendacium est, siue officiosum, siue otiosum, siue pernitiosum [Ex veritate,] id est, ex deo siue Christo, qui est veritas: immo sibi contrarium, quia Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vnde est à diabolo, qui est mendax, & patet mendacii, vt habetur Ioan. 1. Vnde glo. Bedæ, Nullum mendacium ex veritate: Et qui mentitur, non est ex Christo, Sed contra hoc obicitur, id est non esse ex deo, & separari à deo. Si ergo qui mentitur non est ex deo, ergo omne mendacium separatur à deo: sed omne quod separatur à deo, est peccatum mortale: ergo omne mendacium est peccatum mortale, quod falsum est. Responso, Sermones sunt restringendi secundum materiam. vnde cū hic fit sermo de hereticis, qui mentiuntur in doctrina religionis, patet illud quod dicitur hic intelligi de mendacio in doctrina religionis. vnde patet ex glo. q. loquitur de mendacio negationis Christi, respectu cui? cetera aut parua aut nulla esse videtur. vnde sequitur, [Quis est mendax,] A non omni modo grauisimū omnium genus mē-

Non omne mendacium à deo separatur.

dacii est, secundum Augustin, quod fit in doctrina religionis. [Nisi is qui negat, quoniam Iesus non est Christus,] Qui negat, quoniam Iesus non est Messias in lege promissus. Glossa, hoc proprium est Iudæorum vt dicant, quoniam Iesus non est Christus, sed & omnium qui Christi mandatis obtemperare contemnunt. Isti negant. i. facto veritati contrario ostendunt. 1. Timo. 1. Confitentur se nosse deum, factis autem negant: hic est Antichristus, scilicet qui negat, quoniam Iesus est Christus. [Antichristus,] id est contrarius Christo, [Qui], i. quia ipse, [Negat patrem & filium,] Negando Iesum esse Christum, negat & filium, negat & patrem. Ioan. 8. Neque me scitis, neque patrem meum scitis. Glossa, Frustrā confitetur deum patrem, qui negat filium, qui ex deo procedit, & verè ita est, [Quia omnis,] Glossa, Ne quis dicat, Christū non colo, sed deum patrem, addit, Omnis, siue Iudæus, siue Gentilis, siue hereticus, [Qui negat filium, &c.] Christum, [Nec patrem habet,] Glossa, Propitium, & alia glossa, Nec filium, nec ipsum patrem habet placatum, vel. Nec patrem habet. Alia glossa, Nec filium, nec ipsum patrem, scilicet cognitione & confessione, Ioan. 14. Si cognoueritis me, & patrem meum vti que cognoueritis, & cetera. [Qui autem confitetur,] id est simul fateatur. Glossa, Corde, voce, opere Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, & cetera. [Filius,] Glossa, Iesum esse. [Et patrem habet,] Propitium, vel patrem habet in confessione & cognitione. Ioan. 14. Ego in patre, & pater in me est.

Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: quia si in vobis permanserit quod ab initio audistis, & vos in filio, & patre manebitis. Et hæc est remissio quam ipse pollicetur est vobis, vitam æternam.

Hic monet permanere in doctrina apostolorum, ponens triplicem rationem: primò vtilitatem: secundò facilitatem, ibi, Hęc scripsi vobis. Tertiò necessitatem, ibi, Et nunc filioli. In prima parte, primò ponit ammonitionem: secundò ammonitionis vtilitatem, ibi, Si in vobis. Tertiò vtilitatis declarationem, ibi, Et hæc est promissio. Dicit ergo, Vos autem quod audistis, vt supra. q. d. ita multi Antichristi facti sunt. [Sed vos] scilicet catholici, [Illud quod audistis] à me & aliis apostolis, [Ab initio,] scilicet conuersionis vestra, [In vobis permaneat,] id est finaliter perseueret. q. d. Fides quam audistis à me ab initio conuersionis vestra perseueret, & quo ad memoriam & quo ad obseruantiam, Interlin. Per obseruationem memoriter teneatis. Et ideo debet manere, [Quia si in vobis permanserit,] id est, perfectè manserit, in cuius recordationem eatis per obseruationem. [Quod ab initio audistis] Verbum scilicet fidei Christi, scilicet vestra conuersionis, [Et vos in filio & patre manebitis,] Glossa, hæc per fidem, in futuro per spem. Ioan. 14. Si quis diligit me, &c. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et sicut dicit Glossa, Filium præponit patri, quia nemo venit ad patrem, nisi per filium, Ioan. 14. [Et hæc,] scilicet mansio in patre & filio perpetua. [Est repromissio,] id est, iterata promissio, prius per prophetas: deinde per apostolos. [Quam ipse,] scilicet Christus, qui non mentitur. [Pollicetur est vobis vitam æternam,] hanc promissit. Ioan. 6. Hęc est voluntas eius, qui misit me patris, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, &c.

Hęc scripsi vobis de his qui seducunt vos, & vos vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo.

Hic ostendit vtilitatem: primò ex scriptura: secundò ex gratia, ibi, Et vos vnctionem. Tertiò ex scientia, ibi, Vt non necesse habetis. Dicit ergo, [Hęc] prædicta de Antichristo & eius membris, [Scripsi vobis,] id est vtilitatem & instructionem vestram. [De his] scilicet hereticis, [Qui seducunt vos,] id est, eos qui à veritate ducunt, Glossa, Vt peruersis dogmatibus, vel per aliquas illecebras, vel per idcirco seculi à vita æterna vos retrahunt. [Et vos vnctionem quam accepistis ab eo maneat in vobis,] Et vnctio, inquam, manet in vobis. Quam vnctionem, id est, spiritus sancti gratiam vos accepistis à deo. Ioan. 1. De plenitudine eius omnes nos accepimus. Glossa, Curate vt spiritus sancti gratiam, quam in baptismo consecuti estis, integram in corde, & opere seruetis. Et notandum quod ista locutio est antifratica, sicut & illa Ioan. 14. Sermonem quem audistis non est meus. [Et necesse non habetis,] q. d. Et si vnctio manet, non necesse habetis quidquid vult, quia gratia docet de necessariis ad salutem, licet non de omnibus vtilibus. Vel non necesse habetis tantum vt prius. Glof. Docente interius spiritu, minus indigetis extrinsecus doceri. [Vt aliquis] homo doctor [Doceat vos,] sed ita tenere supple, [Sicut vnctio eius,] id est, Christi. Glof. Spiritus sanctus cuius sacramentum est in vnctione visibili, vel vnctio charitatis, quæ diffunditur in cordibus vestris, per spiritum sanctum, qui datus est vobis, [Docet vos de omnibus,] Glof. Quæ tenenda sunt: quia nemo docenti tribuat, quod ex ore docentis intelligit. Nisi intus sit, qui doceat, lingua doctoris in vacuū laborat, nec tamen doctor taceat, sed quod potest agat. [Et verum est, & non est mendacium,] Glof. quod prædico, vel melius, illud quod vnctio docet, vnde alia translatio habet, Et vera est, & non est mendax, scilicet vnctio. Verum per comparisonem ad rem, & non est mendacium, & non est mendacium per comparisonem ad docentem, vel verum in se, & si dō est mendacium contrariū vlla pernixione. Ex hoc patet quod fidei non subest falsum, quia spiritus sanctus, spiritus veritatis est, Ioan. 16. Et nō docet nisi verum. [Et] ideo [Sicut docuit vos,] scilicet vnctio. [Manete in eo,] scilicet Christo, hoc est, in verbis vel doctrina eius. Ioan. 15. Manete in me, & ego in vobis.

Fidei nō subest falsum.

Et nunc filioli manete in eo, vt cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

Hic ostendit necessitatem primam in futuro, quia aliter non vitabunt confusionem secundam in præfenti: quia aliter non possunt habere iustificationem, ibi, Si scitis, quoniam iustus est. Dicit ergo, [Et nunc,] id est in præfenti: scilicet tempore gratiæ. [Filioli mei,] in quo notatur dilectio eius ad ipsos & subiectio eorum ad ipsum, [manete in eo,] id est in Christo, hoc est, in verbis & doctrina eius per fidem scilicet & charitatem finale. Augustinus, Maneamus in verbis eius, ne confundamur cum venerit. Vel, Manete in eo. Glossa. Si quid boni habetis, illi totum attribuite, & non vobis: mala vobis, & diabolo imputate. [Vt cum apparuerit] scilicet in futuro iudicio. Glossa. Ad præmia bonorum, & dānationem malorum. [Habeamus fiduciam,] nos & vos. [Et non confundamur,] Confusione damnationis æternæ. Hierem. vigesimo, Confundantur, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum. [Ab eo,] Glossa, pro eo neglecto vel negato.

to, [In aduentu eius] ad iudicium. [Si scitis,] quasi dicat, manere debetis in eo, si enim scitis certitudine fi- dei. [Quoniam iustus est.] Glossa, Natura & author totius iustitiae. Psalm. 10, Iustus dominus & iustitias dile- xit. [Scitote] Eadem certitudine fidei, Quoniam & omnis, qui facit iustitiam, id est opus iustitiae. [Ex ipso natus est,] id est, filius dei est, scilicet, per imitationem & conformitatem. Vel ex ipso natus est, id est, ex ipso habet quod facit, sicut filius naturalis habet à patre naturali, quod est secundum naturam. Sic filius spiritua- lis habet à patre spirituali, scilicet deo, quod est secundum mores. Etsai 26, Omnia opera nostra tu es, & cetera.

Cap. 3.

Videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum.

Suprà egit de materia diligendorum: hinc agit de forma siue de modo diligendi primò deum: se- cundò proximum, ibi, Omnis qui non est iustus. In prima parte tangit modum dilectionis nostrae ad deum, ibi, Et omnis qui habet hanc spem. Modum dilectionis ad nos ostendit: primò in presenti, secundò in futuro, ibi, Charissimi nunc filij dei sumus. Modum dilectionis nostrae ad deum ostendit: primò acquirenda: secundò conseruanda, ibi, Filioli nemo vos seducat. Tertiò manifestanda, ibi, Omnis qui na- tus est ex deo. Acquirenda quidem dupliciter: primò per sanctificationem praeceptorum peccatorum: se- cundò per cautelam futurorum, ibi, Omnis qui in eo manet. Sanctificationis: primò ostendit exemplar: se- cundò materiam, ibi, Omnis qui facit peccatum. Tertiò actorem, ibi, Et scitis quia ille. Dixit ergo [Videte,] id est diligenter attendite, [Qualem charitatem,] id est quantam & qualia affectus, & effectus charitatis. Glossa, Quantis & qualibus donis ostendit deus erga nos paternam charitatem. [Dedit] gratis vobis in- dignis, [Pater,] Tota trinitas, per proprietatem. Persona patris per appropriationem, talem, scilicet, [Vt filij dei nominemur,] scilicet Christiani à Christo. Et quia non sufficit nomen sine re, ideo subditur, [Et simus] scilicet filij dei. Ioan. 1, Dedit eis potestatem filios dei fieri, & cetera. [Propter hoc] quia scilicet filij dei su- mus. [Mundus,] id est mundi amatores. [Non nouit nos,] scilicet notitia approbationis. [Quia non nouit eum] scilicet patrem notitia fidei, & approbationis. Ioan. 1, Mundus eum non cognouit. Glossa, Quia filij dei dicimur, amatores mundi non nos diligunt, non percipiunt nostram dignitatem, non nos reuerentur, sed af- figunt.

Charissimi, nunc filij dei sumus & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quo- niam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit pec- catum, & iniquitatem facit. Et peccatum est iniquitas. Et scitis, quia ille apparuit, ut peccata tollerent, & peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat, et omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum.

Similitudo de gloria.

[Charissimi nunc filij dei] q. d. licet modò sumus à mundo despecti, tamen ò charissimi mihi chara dile- ctione coniuncti. Nunc, id est in presenti cum mundo sumus despecti, ut dicit Glossa. [Filij dei sumus] Per adoptionem gratiae. Romanor. 8, Qui spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. [Et nondum apparuit quid eri- mus,] scilicet per gloriam. Latet enim gloria modò, sicut lucerna lateret in testa, sed contrafacta testa appare- bit. Iudic. 7, Contrafactis lagunculis apparuerunt lucerna. Licet enim nunc per miracula, & per virtutes ap- pareat, quòd sumus filij dei, tamen quidquid est in presenti, ad respectum futuri, parum est, ut dicit Glossa. Ita est de gloria modò, sicut de luce in manibus abscondita, quae apparet per rimas digitorum. [Scimus,] Certitudine fidei, quae est certitudo de inuisibilibus. [Quoniam cum apparuerit] In secundo aduentu, id est perfecte innotuerit omnibus: modò enim paucis fidelibus innotescit, sed tunc in die iudicij omnibus ap- parebit. ab omnibus cognoscetur dominus iudicia faciens, ut dicit P. sal. Vnde Bernardus, Cognoscetur do- minus iudicia faciens, qui ignoratur iniurias patiens. [Similes ei erimus,] Glossa Bedae, Secundum corpus, immortales & impassibiles, sicut ipse filius. Tunc enim mortale hoc induet immortalitatem: & corruptibile hoc incorruptionem. 1. Corinth. 15, Ista autem similitudo non erit aequalitatis, sed cõformitatis: & in cor- pore per dotes corporis, & in anima per dotes animae. Ad Philippens. 3, Saluatorem expectamus, & cetera. Ista autem similitudo erit in tribus, scilicet in conformitate naturae. Gene. 1, Creauit dominus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Item in conformitate gratiae. Etsai 45, Vocauit te ex nomine tuo, absimi- laui te, & non cognouisti me. Item in conformitate gloriae, sicut hinc, [Quoniam videbimus eum sicuti est.] Glossa, In ipsa deitatis substantia contemplabimur eum, quòd in hac vita nulli conceditur. Matthaei 5, Bea- ti mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Interlin. Sola visio beatificat. Ioan. 17, Hæc est vita æterna, & cetera, Sed videtur quòd magis dilectio, quia dicit Augustinus in solilo. Charitas est quae beatè perficere desiderat, sed beatitudo consistit in fruitione, ergo in dilectione, & cetera. Responsio, Glossa loquitur non de visione simplicis notitiæ, sed experientiae, quae est intellectus practici, & hoc non excludit dilectionem. Sed adhuc queritur, quare magis dicitur de visione, quod beatificat. Responsio, Visio potius dicitur beati- ficare, & esse tota merces, quàm dilectio, quia visio habet omne illud in quo cõstitit beatitudo. Habet enim sibi annexam dilectionem, in his verò consistit fruitio, dilectio verò non habet necessariò sibi annexã visio- nem, immo potest esse indifferetèr causa rei tam absentis, quàm presentis. [Et omnis,] Glossa, Quia ad dei similitudinem peruenitur, ideo [Omnis qui habet hanc spem in eo,] scilicet cõfessã visionis diuinæ, & beatitu- dinis. [Sanctificat se.] Glossa, P. vi. vinendo, desideria secularia abnegando ad Tit. 2, Vt abnegantes impieta- tem, & secularia desideria, & cetera. Sanctificationem attribuit homini per cooperationem liberi arbitrij. 2. Ti- moth. 2, Si quis se emundauerit ab istis, erit vas sanctificatum, & vtile domino. [Sicut & ille,] Similitudo ista est remota, non propinqua imitando, non attingendò. [Sanctus est,] Leuit. 2, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit dominus deus vester, & Ioan. 17, Ego pro eis sanctificabo meipsum, ut ipsi sancti sint in veritate. Tangit autem hinc duo, quae requiruntur ad nostram sanctificationem. Primum est diuinum ad- iutorium. Secundum est arbitrij libertas, deus enim sanctificat nos per gratiam: Nos verò disponimus nos ad sanctificationem, per liberum arbitrium. Primum notatur, cum dicitur, Qui habet spem in eo, secundum cum dicitur, Sanctificat se. alia litera habet, castificat, quam legit Augustin, dicens, Sic omnis, qui castus est,

Visio in frui- tione.

Duo requi- runtur ad no- strã sanctifi- cationem.

¶ Notandum quòd homo castificat se, & deus & gratia, homo disponendo, deus efficiendo, & gratia infor- mando. [Omnis, & cetera.] Glossa, qui habet spem sanctificat, sed e contrario. [Omnis qui facit peccatum,] scili- cet morale: illud enim implicite, dicitur peccatù à quo denominatur peccator. [Et iniquitatem facit,] Quia contra deum iustitiam, & iniquitatem facit. [Et peccatum est iniquitas,] Glossa, Iniquitas est, quod est contra legem, vel sine lege peccatum, ergo est iniquitas, quia quanquam peccamus, contra legem dei facimus, vn- de Augustinus, Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem dei. Item secundum Augu- stinum, Virtus est æqualitas animæ vndique rationi consentiens, sed omnis peccat mortaliter, priuat se vir- tute, ergo æqualitate inducit inæqualitatem: & ideo dicit Augustinus in glossa, Nemo dicat, Ego peccator sum, sed non sum iniquus. Omnis enim, qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Daniel. 3, Peccauimus, iniquitatem fecimus. [Et scitis] id est, scire deberis. [Quoniam ille] scilicet Christus, qui est sanctus sanctorum, [Apparuit,] Glossa, In primo aduentu. [In hoc] id est, propter hoc, [Vt peccata tollerent,] id est auferret. Ioan. 1, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Glossa, Tollit dimittendo pec- cata adiuuando ne fiant, ducendo ad vitam, vbi omnino fieri non possunt propter hoc dicitur ter. Ecce a- gnus dei, & bis miserere nobis, q. d. ecclesia, miserere dimittendo peccata, miserere adiuuando, ne fiant futu- ra. Tertiò dicitur dona nobis pacem, ducendo ad vitam, vbi omnino nõ fient. Vel dicitur ter Agnus dei, propter tres partes corporis Christi mystici. Quidam enim in miseria vitæ presentis in mundo, alij in pur- gatorio, alij in celo bis ergo dicitur miserere nobis propter illos, qui sunt in mudo, & in purgatorio: sed do- na nobis pacem, propter illos, qui sunt in celo. Ideo & tripliciter terminatur in missa. Nam in die operis di- citur, Benedicamus domino, quia laborantes debent gratias reddere deo. Requiescant in pace, propter illos qui sunt in purgatorio. Ite missa est, propter illos, qui sunt in celo. [Et peccatum in eo non est] Nec origi- nale, nec actuale: mortale, vel veniale. 1. Pet. 2, Qui peccatù non fecit, & cetera. Et ratio huius, talis est, ille in quo non est peccatum, auferre potest peccatum: sed in Christo non erat peccatum, ergo potuit auferre peccatum. [Omnis qui in eo,] Et verè iste est immunis ab omni peccato, quia & illi qui adhærent ei, vitant peccata. [Omnis enim] fidelis Christianus. [Qui in eo manet] id est, qui Christo vnitur per charitatem. [Non peccat] Ex hoc videtur, quòd omnis iustus in ipso maneat, & quòd nullus iustus peccet: quòd est con- trarium his, quae dicta sunt suprã, videlicet, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, & cetera. Respon- sio, Quod hinc dicitur, intelligendum est per se, scilicet cum reduplicatione, sic. Omnis qui in eo manet non peccat. Glossa, In quantum in eo manet, nec peccat venialiter, nec mortaliter. Vel sic, Omnis qui in eo ma- net non peccat, quãdiu scilicet in eo manet, non peccat mortaliter, quia deo manemus in Christo, nec pec- camus venialiter. Vel sic, Omnis qui manet in eo, scilicet numero & merito, sacramentorum perceptione, vel charitatis communionem, fide formata vel informi, nõ peccat peccato, scilicet infidelitatis, quod dicitur peccatum per antonomasiam, & excellentiam. Ioan. 16, Cum venerit paracletus, ille arguet mundù de pec- cato, scilicet infidelitatis. [Et omnis qui peccat] peccato mortali, vel qui peccat, id est, finaliter in peccato permanet. [Non vidit eum] Pro tempore quo peccauit, aut in peccato mansit, non vidit. Glossa, In fide se- cundum humanitatem. [Nunc cognouit eum,] Glo. gustando suauitatem in deitate. Nam si gustasset, quàm suavis est dominus, nunquam peccando ab eius gloria se separaret vnde tangit duo. scilicet, & cognoscere per gustum, quae remouentur per peccatum. Peccatum enim tollit visionem gratiarum summæ veritatis, & gustum diuinæ suauitatis.

Cur ter a- gnus in mis- sa legitur.

Missæ tripli- citèr termina- tur.

Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli.

Hic ostendit modum nostrae dilectionis ad deum conseruandae. Primò faciendo opera, quae deus diligit. Secundò vitando opera quae deus odit, ibi, Qui facit peccatum. Dicit ergo, [Filioli mei, nemo vos seducat.] id est, seorsum à via veritatis ducat, dicendo quòd dum peccat aliquis, potest manere in deo. [Qui facit iur- stitiam,] Glossa, Qui habet actum iustitiae, & intentionem. [Iustus est,] Secundum quòd iustus dicitur ab exercitio bonorù operum. Nò solum ab habitu iustitiae, secundò quod dicit Ambro. Est bonus, qui non est iustus, & Ro. 5, Vix enim pro iusto quis moritur. [Sicut & ille iustus est,] i. ab eadè radice procedit iustitia in Christo principaliter, in isto secundario. In Christo naturaliter. In isto per adoptionem. Nec ly, sicut, dicit ibi similitudine æqualitatis, sed eiusdè imitationis, seu comitationis, sicut exēpli ad exēplar. ¶ Sed obiicitur de hoc quod dicit, Qui facit iustitiam, iustus est, immo potius e contrario. Qui iustus est, facit iustitiã. Quia enim boni sumus, bonum facimus. Responsio, In via estendi sequitur. Qui iustus est, iustitiã facit. In via co- gnoscendi sequitur, Qui facit iustitiã, iustus est. i. iustus ostenditur. Et sic loquitur hic. Vel potest dici, q. iustitia dicitur ibi, nò iustitia in iusto, sed magis in iustitia exercitatio vnde qui facit iustitiã, iustus est, verum est ma- gis, quia magis exercetur in bonis operibus, sicut Abraham dictus est iustificari, ex operibus, Iacob. 2, [Qui facit peccatum,] Ita sicut qui facit iustitiam manet in deo, & illi adhæret, sed e contrario. Qui facit pecca- tum, scilicet mortale, quid simpliciter peccatum est. [Ex diabolo est,] Glossa, Non carnis originem ducen- do, sicut Manicheus voluit de cunctis hominibus, sed imitationem & suggestionem peccandi ab illo sumen- do vnde Ioan. 8, Vos ex parte diaboli estis. [Quoniam ab initio diabolus peccat,] vnde prior peccauit, & est author peccati, & homo per ipsum peccans. Ab initio enim per superbiam quo ad se peccat. Absidue per inuidiam quo ad hominem. Et his duobus modis diabolus, diabolus est, ut dicit Augustinus. Dicitur au- tem peccasse ab initio suae creationis, ut dicit Glossa, Incipiens peccare peccauit continuè vsque in præ- sens. Et intelligendum est ab initio exclusiue, id est, post initium: Non inclusiue, id est in ipso initio. Non e- nim potuit peccare in principio suae creationis. Simile Ioan. 8, Ille homicida erat ab initio. Sed obiicitur cõ- tra hoc quod dicit Glossa, quòd continuè peccat. Cum enim in eo sit natura bona, videtur quòd aliquan- do possit moueri motu naturali, & tunc non peccabit. Responsio, Quidam dicunt, quòd non dicitur sem- per peccare, quia quolibet tempore sed quia non interuenit motus contrarius, quia non cessat esse malus, cum sit cõfirmatus in malitia sua. Sicut ergo ille, qui non cessat esse bonus, dicitur semper orare, sic diabo- lus semper peccare. Alii dicunt quòd ad literã continuè peccat, sicut enim dicit Bernardus, Sicut non dor-

Diabolus ab initio pecca- uit, & conti- nuè peccat.

mitabit, neque dormiet, qui custodit Israel: Sic non dormitabit neque dormiet, qui impugnat Israel. Vnde licet exeat in actum naturalem, quia motum illum quem natura inchoat, voluntas deformat. Diligit enim deum naturaliter, ut conseruatore, sed voluntas eius motum illum refert ad propriam utilitatem. Sicut avarus naturaliter appetit beatitudinem: sed tanta est perueritas iudicij eius, ut non dicat beatitudinem esse, nisi in diuitiis. Et ita nunquam exit in appetitum beatitudinis in quantum huiusmodi, nisi prout in diuitiis. Et ita appetendo illam beatitudinem peccat, quia illum motum quem natura inchoat, voluntas deformat. Vel dicitur continuè peccare, quia ipse fuit principium peccati hominis ab initio cōditionis hominis, ideo cum homines non cessant peccare, nec ipse cessat peccare. [In hoc apparuit,] quasi dicat, Qui facit peccatū, ex diabolo est. Propter hoc filius dei venit in mundum, ut hominem liberaret. Vnde in hoc, scilicet [Propter hoc apparuit] per carnem, qui scilicet erat inuisibilis secundum deitatem. [Filius dei,] id est, Christus, ut dissoluat opera diaboli, illam natiuitatem quam à diabolo contraximus. Hæc est mala natiuitas de qua Iob 3, Pererat dies in qua natus sum, &c. Ad am enim ut ait Glossa, peccando, diabolo natus tales genuit, qualis ipse fuit.

Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare: quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei, & filij diaboli.

Hic ostendit modum manifeste dilectionis: & primò ostendit quod est proprium filiorum dei: secundò per quod discernuntur à filiis diaboli, ibi, In hoc manifesti sunt. Ita Christus soluit opera diaboli, quia [Omnis qui natus est ex deo,] scilicet in baptismo, ut dicit Interlin. Et loquitur de natiuitate regenerationis, nõ generationis, de qua Ioan. 3, Nisi quis renatus fuerit, & cetera, [Ex deo] affectiue, & ex plariter, sicut imago speculi à specie faciei, non materialiter vel substantialiter. [Peccatum nõ facit,] scilicet mortale, quod est contrarium generationi spiritali. Et intelligendum est cum reduplicatione, in quantum scilicet ex deo natus est. Vel intelligendum est coniunctim, quoad natus, id est, natiuitatis gratiam custodit. Peccatum, inquam, nõ facit, scilicet mortale. Vel loquitur de eo qui natus est ex deo, non solum per presentiam iustitiæ, sed & per predestinationem æternam. Et talis peccatum non facit finaliter, quia tale peccatum repugnat predestinationi, [Quoniam semen ipsius,] scilicet gratiæ iustificantis, quod vel multipliciter per cooperationem liberi arbitrij infunditur. Esaiæ 1, Nisi dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset. Vel semen, id est verbum dei per quod genitus est. Iacob. 1, Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis. Luca 8, Semen est verbum dei. [In eo manet,] Per intereratam fidem & charitatem. Dicitur autem manere, quoad firmatur radicatur in corde, non solum in intellectu, sed etiam in affectu. Ipsum autem verbum conseruat cum à peccatis vnde sequitur, [Et non potest peccare,] quasi dicat, Non solum non peccat, sed non potest peccare. Glossa, quoad verbum retinet. Et intelligitur de potentia disposita & propinqua, nõ remota. Potest enim potentia naturæ: sed nõ potest potentia habitus gratiæ: sicut diceretur quod bonus scilicet pro nõ potest malè scribere, [Quoniam ex deo natus est,] id est filius dei per adoptionem gratiæ, non per nomen naturæ. Glossa, Ex quo peccatum non est. [In hoc manifesti sunt,] id est manifestè distincti sunt, [Filij dei, & filij diaboli,] quia illi peccant, isti non. Matthæi 7, A fructibus eorum cognoscetis eos. Conueniunt autem in natura, sed actu sunt contrarij.

Omnis qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annuntiatio quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum. Non sicut Cain qui ex maligno erat: & occidit fratrem suum. Et propter quod occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius iusta.

Hic agit de modo diligendi proximum, monens diligere primò fideliter: secundò firmiter, ibi, Nolite mirari fratres. Tertio efficaciter, ibi, In hoc cognouimus. Quarto veraciter, ibi, Filioli mei. Tunc enim vera est dilectio & perfecta quando est fidelis sine formidine, quando est firma sine interruptione, efficaciter in operatione, recta in intentione. In prima parte primò persuadet fraternam dilectionem. Secundò dissuadet dilectionis fraudem, ibi, Non sicut Cain qui ex maligno erat. Dicit ergo, [Omnis,] in hoc, inquam, manifesti sunt filij dei, & filij diaboli. Et verè, quia [Omnis qui non est iustus,] quo ad deum iustitia generali, non specialiter: Glossa, Respondens deo quod debet. [Non est ex deo,] per generationem spirituales: minus dicit, & plus significat quia ex diabolo. Suprà primo, Qui facit peccatum, ex diabolo est. [Et qui non diligit fratrem suum,] quo ad proximum, scilicet, non ex deo est: quia dicit Glossa. Verus filius legem patris nõ potest dimittere. Lex patris est inuicem diligere. Et secundum quod dicit alia Glossa. Dillectio est certum signum quo distinguuntur filij dei, & filij diaboli. Alia sunt communia bonis & malis, in hoc fonte, nõ communicat alienus. Quicquid habeas, hoc solum non habeas, nihil tibi prodest: alia non habeas, hoc habe omnia implesti legis præcepta, quia plenitudo legis charitas. Roma. 13, Augustinus, Dilectio sola discernit inter filios dei, & filios perditionis sue diaboli. Signent se omnes signo crucis Christi respondeant omnes, amen: carent omnes, alleluia: baptizentur omnes: intrent omnes ecclesias: faciant omnes basilicarum parietes: non discernuntur filij dei, à filiis diaboli, nisi charitate. Qui habent charitatē, nati sunt ex deo. [Quoniam hæc est annuntiatio, & cetera.] Et verè est habenda dilectio. Quoniam hæc est annuntiatio, passiva de proximo diligendo, mandatum vobis annuntiatum. [Quam audistis,] nobis prædicantibus [Ab initio,] vestra conuersionis, vel nostræ prædicationis: quia enim dilectio, principium est omnis meriti: ideo ab initio prædicanda fuit, [Ut diligatis alterutrum,] id est, vnus alterum, & conuerso. Ioannis 15, Hoc est præceptum meum, & cetera. [Non sicut Cain,] id est, non existentes sicut Cain exterius se diligere simulans, inuis odium seruans. Cain prius reprobus de quo Genesis 4. [Qui ex maligno,] id est diabolo qui dicitur malignus anonomatice. Psalmista, Non habitabit iuxta te malignus. Ex maligno ergo fuit per imitationem inuidia. Sapient. 2, Inuidia diaboli mors intravit in, & cetera. Diabolus enim amissa felicitate inuidit homini habituro felicitatem quam amiserat. Et ideo tentauit eum, & occidit, & sic Cain. Vnde sequitur, [Qui occidit fratrem suum,] qui, scilicet Cain occidit fratrem suum innocentem, scilicet sicut diabolus hominem primò. [Et propter quod occidit eum,] Nunquid ob culpam eius, vel ob aliquam causam iustam. Et respondet, [Quoniam opera eius maligna erant,] Glossa. Vide vnde processit homicidium,

scilicet ex inuidia. [Opera eius maligna erant,] Glossa, Qui inuidebat fratri. [Frattis autem eius iusta,] Glossa, per charitatem. Vnde licet vtriusque oblatio, scilicet Cain de fructibus terra, & Abel de fructibus ouium fuerit bona ex genere operis, iustum enim erat vtrunque offerre creatori: oblatio tamen Cain ex malitia offerentis fuit deformata, quia obtulit cum inuidia, Abel verò cum charitate. Vnde Glossa, Opera Cain mala non dicit, nisi per inuidiam & odium fratris: Opera Abel iusta non dicit, nisi per charitatem. Hinc discernuntur homines, nemo attendat linguas, sed facta eorum. Ideo dicitur Genesis 4, Respexit dominus ad Abel & ad munera eius.

Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et sciis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam manentem in se.

Hic est secundus modus diligendi, scilicet firmiter quem persuadet duplici ratione. Primò per bonum sic diligentium. Secundò per malum non diligentium, ibi, Qui non diligit, manet in morte. In primo rãgit culpam in secundo pœnã, ibi, Et sciis quoniam omnis, & cetera ergo [Nolite mirari,] Glossa, Dilectionem habete, non propter mundi odium, vel persecutiones dilectionem dimittere. Nolite, inquam, mirari, [Fratres,] quasi insolitum. Ioan. 15, Nolite mirari, si odit vos mundus, scitote quia me priorem odio habuit. [Si odit vos mundus,] Glossa, Mundi amatores. Et alia glossa, Non mirum si amator mundi fratrem odit separatum ab amore mundi. Et certè non est mirandum. Tria enim solent mirari homines, scilicet magnum, nouum & rarum: quod autem mundus, id est mundi amatores odiãt sanctos, non est magnum. Non enim medicus reputat magnum, si phreneticus quem ipse ligat, morder ipsum: excusat enim eum propter phrenesim suam. Vnde super illud Genesis 4, Confurrexit Cain aduersus Abel. Glossa, dicit contra medicum. Item non est nouum. A principio enim mundi fuit istud iurgium inter bonos & malos: ut inter Cain & Abel: inter Isaac & Ismael: inter Iacob & Esau. Item non est rarum, immò valde confuetum, scilicet quod mali odiãt bonos. Et certè nõ deberent eos odire, sed potius diligere, quia [Nos] fideles [Sciis] certitudine fidei [Quoniam translati sumus] virtute, scilicet diuina. Non dicit, transimus, quasi virtute nostra. Homo enim est spiritus vadens & non rediens. Non enim mortuus potest suscitare seipsum, siue corpus, spiritum: hæc est miraculosa trãlatio [De morte] culpa. Ad Colossen. 1, Eripuit nos de potestate tenebrarum, & translulit nos in regnum filij dilectionis suæ, & cetera. [Quoniam diligimus fratres,] id est per hoc quod diligimus fratres. Charitas enim est vita, quia ut ait Glossa, Vita carnis, anima: vita animæ, deus: charitas verò cõiungit animam deo. Augustinus, Humilitas nos deo subiicit, puritas iungit, charitas vnit. [Qui non diligit] fratrem, scilicet, [Manet in morte,] Interlin. Non tantum venturus est in æternam mortem, sed iam nunc est. Quod intelligendum est debito essendi, hoc est debitorem mortis æternæ. Et dicit, Manet, id est mansionem habet: quia inde per se exire non potest. Ideo dicitur in Psalm. 33, Mors peccatorum pessima. Et sicut dicit Glossa, diligere debetis: quia [Omnis qui odit fratrem suum, homicida est,] Nam primò occidit animam suam: deinde animam proximi quantum in se est, quia prouocat ipsum ad odium mutuam. Glossa, Omnis qui vel ferro percutit, vel odio insequitur, homicida est. Vel alia glossa, Qui ex odio insequitur fratrem, prouocat ad iram & discordiam: & sic quantum in se est, occidit eum in anima.

Et notandum quod aliquis est homicida multipliciter: primò prouocatiue, ut qui habet odio fratrem suum. Prouerb. 10, Odium suscitatur rixas. Item opere, ut Exod. 20, Non occides. Item consensu, Romanor. 1, Non solum qui faciunt ea, & cetera. Item subtractione rei debite. Beati Iust. 24, Panis egentium, vita pauperum: qui defraudat illum, homo sanguinis est. [Et sciis] certitudine fidei, [Quoniam omnis homicida,] Omnis dicit, quia plura sunt homicidiorum genera, scilicet corporis per odium, oris per consilium vel mandatum, operis per gladium, omissionis per subtractum adiutorium. [Non habet vitam æternam in seipso manentem] quia non habet charitatem, ideo nec deum qui est vita æterna. In se manentem, hoc dicitur ad differentiam vitæ naturalis, quæ est vita transiens. Deus autem est vita manens in seipso, & in nobis per gratiam. Licet enim sit in nobis per essentiam, presentiam, & potentiam nõ tamen dicitur manere ipsi per gratiam. Ioan. 14, Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clausit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo?

Hic monet diligere efficaciter, tangens duplicem effectum. Primò in impendendo seipsum. Secundò in impendendo sua, ibi, Qui habuerit substantiam, & cetera. Continè ita debemus firmiter diligere fratres, ut propter odium mundi desistamus, ut patet exemplo domini, [Quoniam in hoc,] scilicet effectu [Cognouimus,] tanquam in signo certissimo. Ioan. 13, Maiorem hac dilectionem nemo habet, & cetera. [Charitatem dei,] scilicet Christi erga nos, [Quoniam ille pro nobis] indignis, scilicet pro salute nostra spiritali [Animam suam,] id est, vitam suam corporalem [Posuit,] id est, morti exposuit. Ioan. 10, Animam meam pono pro ouibus meis. [Et nos] exemplo eius. 1. Pet. 2, Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum ut sequamur vestigia eius. [Debemus] prælati debito præcepti: quia bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Alij debito consilij [Pro fratribus suis] saluandis [Animas ponere,] id est vitam corporalem. 2. Machab. vltim. Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & anima mori pro ciuibus paratus erat. Sed obicitur contra hoc. Si nos debemus pro fratribus animas ponere, eum hoc sit perfectionis, videtur quod omnes tenentur ad opera perfectionis. Responsio, Quidam dicunt quod hoc tantum dictum est prælati. Alij dicunt quod ad hoc tenentur omnes in casu, vel quando potest liberari à peccato per te, & non aliter, si hoc dicit tibi cõscientia probabiliter. Vel si probabiliter tibi sit persuasum exponere debes vitam tuam corporalem pro vita spiritali fratris. Plus enim secundum ordinem charitatis tenetur homo diligere animam fratris, quam corpus suum: licet ad hoc teneantur omnes, tamen differenter. Prælati enim tenentur ex officio. Ioan. 10, Bonus pastor animam suam ponit, &c. Tenentur autem & in casu in quo non tenentur alij, ut quando imminet periculum toti gregi, periculum inquam fidei, vel morum. Vnde dominus cõque-

Oblatio Cain reproba.

Tria solent homines mirari.

Aliquis homicida multipliciter.

An quis quis teneatur animam suam pro fratre ponere.

ritur de non opponentibus se Ezech. 13. Non ascendistis ex aduerso, non opposuistis vos murum pro domo Israel. Prelati verò tenentur pro fratribus animas ponere ex commisso, scilicet ex perfectione charitatis quam habent, aut habere debent: quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. De imperfectis verò potest esse dubium quomodo tenentur maximè secundum illam opinionem quæ dicit, quòd minima charitate non possumus resistere, tenentur enim facere quod in se est, orando, confitendo peccata, ut possint dare animas pro fratribus. Et si sic faciunt, deus facit quod in se est, id est gratiam augmentat, ut possint dare animas. Et tunc primò & principaliter tenebuntur. Secundum verò aliam opinionem quæ dicit, quantalibet charitate possumus resistere, quantalibet tentationi, utriusque tenentur ex commisso, sed differenter. Nam perfectus qui habet perfectam charitatem in qua non est timor pœnæ, tenetur esse pròptus ad hoc, & de facili hoc facere, quia perfecta charitas de facili resistit quantalibet tentationi. Imperfectus verò, & si ad hoc tenetur, non tamen tenetur ita esse promptus. Nam quod facit perfecta charitas de facili, imperfecta de difficili. Videtur autem securius dicendum, quòd soli habentes perfectam charitatem tenentur. Et hoc videtur velle Augustinus, Perfecta enim charitas est, ut paratus sis mori pro fratribus. Et alibi. Si quis rãtam habuerit charitatem, ut paratus sit pro fratribus mori, perfecta est in illo charitas. Et hoc insinuat in litera, quia suadet ponendam animam pro fratribus, exemplo Christi. [Qui habuerit.] Glossa Bedæ, Si vel ex temporis opportunitate, vel ex humana infirmitate non contigerit animas ponere, debemus saltem res nostros pro fratribus. Et hoc nutrimentum charitatis, qui didicit rem suam dare, cum poterit seipsum deponere. Sed si quis habuerit, ex hoc intelligitur superfluum, quia dicit non qui habet, sed qui habuerit, id est iandiu possederit. Quilibet autem tenetur ad erogationem superflui. [Substantiam huius mundi,] id est bona temporalia ad sustentationem vitæ presentis pertinentia. Vnde dicitur substantia, ad sustentando, vel substans, quia debent sustinere & non dominari hominibus, quia debent diligere ad sustentationem, nõ ad superfluitatem. Dicit autem [Mundi huius,] quia in mundo altero non erunt necessaria hæc, eo quòd corpus erit spirituale, quod nunc est materiale, 1. Cor. 15. [Et viderit fratrem suum necessitatem habere, id est, indigentiam in necessariis. Dicitur enim necessarium, eo quòd necesse cessare facit. [Et clausit viscera eius ab eo.] id est, affectum interiore non compatiendo & subueniendo, [Quomodo charitas dei,] quæ scilicet à deo infunditur. Et quia deus diligitur, [Manet in eo,] quasi dicat, nullo modo. Non enim potest deus diligere sine proximo, nec econuerso. Charitas enim benigna est, id est larga egenis, ut habetur 1. Corint. 13. Esata 58. Cum effuderis animam tuam elurienti per compulsionem, & animam afflictam repleueris bonis, oriatur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, id est annihilabuntur peccata tua, quæ sunt sicut tenebræ.

Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus: & in conspectu eius suademus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum: maior est deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos fiduciam habemus ad deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus: & ea quæ sunt placita coram eo facimus.

Hic monet diligere veraciter multiplici ratione. Prima est imitatio dei. Secunda exauditio à deo, ibi, Charissimi si cor nostrum nos reprehenderit, & cetera. Tertia mandatum dei, ibi, Et hoc est mandatum eius. Quarta, mãtio dei, ibi, Et seruat mandata eius, &c. Dicit ergo [Filioli.] Glossa, Quia ergo nõ est perfecta charitas in eo, qui non ponit animam suam pro fratribus, vel saltem non dat substantiam, ut perfectam charitatem habeat. [O filioli mei,] quos scilicet ego per euãgelium genui, ut filioli, quia de nouo conuersi. Et ideo quia adhuc in fide tenelli. [Non diligamus verbo,] scilicet tantum. Verbo tantum diligit, qui tantum promittit, & non soluit. Multi enim ostendunt verbo amorem, sed opere nihil. Prouerbiorum 14. Vbi verba sunt plura, ibi frequenter egestas. [Neque lingua,] multiplici ratione: Aliqui enim simplici affectione: alij repetitis sermonibus affectum suum nolunt ostendere, sed opere, id est exhibitione beneficij. [Et veritate] puræ intentionis. Glossa, Ut simplici intentione beneficia præstemus, non propter iactantiam, nec propter aliquod temporale commodum, sed respectu solius dei. [In hoc,] Glossa, Cum opera charitatis facimus in veritate. [Cognoscimus] cognitione probabilis coniecturæ, non scientiæ. [Quoniam ex veritate sumus,] per imitationem scilicet. Glossa, Ex deo qui veritas est cum in eius professionem pro modo nostro imitamur. [Et in conspectu eius suademus corda nostra,] esse scilicet, quia deus intuetur cor. 1. Reg. 19. Glossa, Tales cogitationes habere corda nostra suademus, qui diuinis sint digni conspectibus. Psalm. 16. Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, & cetera. Et dicit, suademus, quia cogi non potest. Seneca, Generosus est animus hominis, & facilius dicitur, quàm trahatur. Glossa, Et hoc magnum est per dilectionem. Nam magnum est quod per dilectionem ita mundas habemus cogitationes, quòd deo eos volumus ostendere. [Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum,] Glossa, Si conscientia nostra nos intus accusaret, & vellet latere deum, non posset, quia [Maior est deus corde nostro,] quasi dicat, Melius sciet deus, quàm nos: & ei erit manifestus, quàm nobis. Ad Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. Vnde subdit, [Et nouit omnia.] Vel sic, ut notetur spes veniæ obtinenda super his quorum est remorsus conscientiæ. Bene in conspectu eius suademus, quoniam si, id est quauis, cor nostrum, id est conscientia reprehenderit nos de aliqua culpa, scilicet veniali, non propter hoc mercedem amittimus: quia maior est deus corde, & cetera. Valens hoc mundare ab huiusmodi remorsu & remurmuratione. ¶ Et notandum quòd deus maior est corde nostro, & nihil præter deum maius est corde humano. Et ideo secundum Augustinum, Animam dei capacem nihil minus deo replere potest. [Charissimi si cor nostrum,] id est, conscientia [Non reprehenderit nos] de aliquo mortali. Glossa, Si recti sumus, puram fratrum dilectionem habemus. Vel non reprehenderit nos, in oratione, cum dicemus. Dimitte nobis debita nostra, & cetera. [Fiduciam habemus ad deum,] id est, confidimus in deo. [Et quicquid petierimus] digna, scilicet petitione. Ioan. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo, & cetera. Glossa, Ex radice charitatis, [Accipiemus ab eo.] Vel illud quod petimus, vel magis expediens. Luc. 11. Omnis qui petit accipit, & qui querit, inuenit.

Soli habentes charitatem perfectam tenentur animas suas ponere pro fratribus.

[Quoniam mandata eius,] scilicet dilectionis dei & proximi. Matt. 22. In his duobus mandatis tota lex pendet & propheta. [Custodimus,] Glo. animo. [Et ea quæ sunt placita.] Glo. opera charitatis. [Coram eo.] Glo. in abscondito vbi deus videt, secundum illud Matt. 6. Cum facis elemosynam, noli tuba canere, &c. [Facimus,] in exteriori opere, non coram hominibus, ut eis placamus. Matt. 5. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.

Et hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et in hoc scimus quoniam manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis.

Hic ostendit quæ sunt mandata eius, scilicet fides & dilectio. Et hoc est mandatum primum, & principium, [Ut credamus,] fide operante per dilectionem, [In nomine filij eius,] confitendo & venerando. Filij, inquam, eius, quo ad diuinitatem, [Iesu Christi,] quo ad humanitatem: non quòd aliud sit nomen: quia non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo, & cetera. Actuum 4. [Et diligamus alterutrum,] hoc est aliud mandatum, id est vnus alterum, [Sicut dedit mandatum nobis. Ioan. 15,] Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, & cetera. Glossa, Mādaturum singulari numero præponit, & duo subiungit: quia hæc nequeunt separari. Cōtrã, Fides potest esse informis, ergo potest separari à charitate: ergo illa duo possunt separari. Responso, Credere in deum est fidei formatæ, non informis: tale deum credere, nunquam se paratur à charitate. Hoc autem mandatum docuit Ioan. 14. Creditis in deum & in me credite. Non potest dici quòd loquitur. Glossa, de dilectione dei & proximi, quæ sunt plura præcepta materialiter siue in diuersitate operum, vnum verò formaliter siue in radice charitatis. [Et qui seruat mandata eius,] scilicet quæ prædicta sunt de fide & dilectione, [In illo manet,] in illo, scilicet deo manet. Glossa, ut in refugio. [Et ipse in eo,] ut in vale mundo, in presenti & in futuro. Infra 4. Qui manet in charitate, in deo manet, & cetera. [Et in hoc scimus,] & in hoc Glossa, Si dubitemus an in nobis maneat, & hoc tanquam manifesto, [Scimus,] per fidem, per omnimodam certitudinem. [Quoniam ipse manet in nobis] diligentibus, [De spiritu,] scilicet sancto, id est per spiritum sanctum, [Quem dedit nobis,] id est dona spiritus sancti, quæ dabantur in primitiua ecclesia visibilibus signis, quando loquebantur linguis, & faciebant miracula. Vnde spiritus sanctus descendit super Apostolos in signo visibili, Actuum secundo. Descendebat & super credentes baptizatos, Actuum decimò.

Charitas à fide non separatur.

Caput 4.

Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex deo sint: quoniam multi pseudo propheta exierunt in mundum.

Suprà commendauit doctrinam suam, capit. 1. Hortatus est ad eius obseruantiam, cap. 2. & 3. Hic dissuadet doctrinam contrariam, ostendens primò quibus non est credendum, quia Christum negantibus. Secundò quibus sit credendum, quia Christum confitentibus, capit. vltimo. In prima parte, primò dissuadet hæreticorum fauorem. Secundò suadet catholicorum dilectionem, ibi, Charissimi diligamus inuicem. In prima parte, primò monet hæreticis non acquiescere. Secundò docet eos à catholicis discernere, ibi. In hoc cognoscitur spiritus dei. Ponitur autem quadruplex signum. Primum est errores fidei. Secundum, persecutio Christi, ibi, Et hic est Antichristus. Tertium est amor mundi, ibi, Vos ex deo estis. Quartum, contrèptus Apostolicæ doctrinæ, ibi, Nos ex deo sumus. Dicit ergo, [Charissimi,] quasi dicat, An deus maneat in aliquo per spiritum, sed tamen nolite credere: passim & indifferenter quia qui cito credit, leuis est corde. Ecclesiast. 30. [Omni spiritui, & cetera.] Glossa, Spiritualliter loquenti, ut cum eligatis ad imitandum, quia quædam bona communia sunt bonis & malis. Vnde, ut dicit Interlin. Hoc opus, illa gratia spiritus sancti, quæ appellatur discretio spirituum, [Vel omni spiritui,] id est homini aperte tantum, quia spiritus per instrumentum corporis loquitur. [Sed probate,] id est experimento cognoscere tentare. 1. Thessaloni. 5. Omnia probate, quòd bonum est, tenete. [Spiritus,] id est spiritualiter loquentes, vel spirituales se ostendentes. [Si ex deo sint,] Glossa, Si secundum deum spirituales sunt. Et quidem spiritus erroris. 1. Thess. 4. Attendentes spiritibus erroris, & cetera. Sed quomodo possit, probari cum requiritur ad hoc donum spiritus sancti, scilicet donum discretionis spirituum, quod non datur omnibus, sed solum spiritualibus. 1. Corinth. 12. Alij datur discretio spirituum, ergo solum illi possunt probare. Responso, Possunt probari probatione exteriori, per signum scilicet quod dat dominus. Matt. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos & hoc possunt facere omnes, sed non probatione interiori. [Quoniam multi,] Quoniam, glossa, ideo præmunio vos. Multi per varios errores diuisi. [Pseudo propheta,] id est falsi propheta. Glossa, Qui sub obtentu fidei, errores prædicant, & malis exemplis corrumpunt. [Exierunt in medium,] id est qui prius latebant, manifesti sunt. Vnde dicuntur exire per manifestationem de occulto in manifestum: vel aliter, in presentia in qua latebant ad hominum cognitionem.

In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est. Et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est: & hic est Antichristus de quo audistis, quoniam venit, & nunc iam in mundo est.

Hic ponitur primò signum, quod est error fidei, quia si quis quæreret quomodo possumus probare. Respondet, [In hoc cognoscitur spiritus dei,] id est esse scilicet deum vel ex deo, & in hoc dico quod sequitur, [Omnis spiritus,] id est spiritualiter loquens, [Qui confitetur,] Glossa, voce & operatione. Hæc est dilectio, de qua dicitur 1. Corinth. 12. Nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. [Iesum Christum] dei filium. [In carne venisse,] scilicet de virginis utero, in mundum. Venit enim in carnem, in incarnatione, sed venit in carne in natiuitate, venit in carnem in virginis utero, sed venit in carne in mundo. [Ex deo est,] Imitatione non propagatione. Sed cōtrã hoc obicitur, quia multi confitentur verbo, sed factò negant, qui tamen non sunt ex deo. Responso, Confiteri est simul fateri vnde confitetur, qui nulla parte diffitetur. Si ergo in ore fateris, & opere, corde autem diffiteris, non credis, ideo dicitur, Omnis spiritus, id est, spiritualiter, qui confitetur ore & opere. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. [Et omnis spiritus,] id est spiritualiter, vel de spiritualibus loquens. [Qui soluit,] id est, diuidit, [Ie-

sum, vel separas deitatem ab eo, vt Atrius, vt Apollonius qui ponit diuinitatem pro anima. Vel carnem, vt Manicheus, qui ponit quod Christus assumptit phantasticam, & non veram. Vel personam vnitatem vt Nestorius. Vel fideles qui sunt eius membra capite scilicet Christo diuina, vt schismaticus, qui soluit tunicam Christo inconfutibilem. Ioan. 19. [Ex deo non est.] In quantum huiusmodi, immo ex diabolo. Supra 3, Qui facit peccatum, ex diabolo est. Et Ioan. 8, Vos ex patre diabolo estis. [Et hic] qui scilicet Christum soluit, [Est Antichristus,] id est contrarius Christo. Antichristus est, non in persona, sed in figura, sicut Ioanes, Helias, Matth. 12. Antichristus, id est perambulatio Antichristi. [De quo audistis.] Per euangelium, & per predicacionem Apostolorum. [Quoniam venit,] id est venturus est immediatè die iudicij. Vnde, ly venit, non dicit presens, vt nunc, sed presens confusum. Vel venit in diuina presensione, qui tandem venit in secundo, vel venit in membris suis. Glos. Habitans in mentibus eorum, qui Christo verbo, & opere repugnant. Dicit autem, [Et nunc iam,] vt per hoc significetur aduentus instantia, q. d. [Nunc,] quasi instat. 2. Thes. 2. Nam ministerium iam operatur iniquitatis.

Vos ex deo estis filii, & vicistis eum, quoniam maior est qui in vobis est, quam qui in mundo: ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui nouit deum, audit nos: qui non est ex deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris.

Hic ponitur tertium signum, quod est amor mundi, dicit sic, Illi non sunt ex deo, [Sed vos filii ex deo estis] tanquam filij à patre, generatione spiritali, non carnali imitatione, nò propagatione. [Et vicistis eum.] scilicet Antichristum in membris suis, scilicet hereticis. Vel mundum, id est mundi amatores, quales præci pue erant heretici. [Quoniam maior est.] Glos. Non vicistis eum virtute liberi arbitrij, sed quia maior est deus ad protegendum, quam diabolus ad impugnandum, maior est fortitudine, & potentia. Job 20. Si fortitudo quæretur, robustissimus est. Rom. 9. Voluntati eius quis resistet. Item sapientia. Psalm. 146. Sapientia eius non est numerus. Item in ipso enim sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi. Coloss. 2. Item bonitate, dicitur Mat. 10. Nemo bonus, nisi solus deus. [Qui in vobis.] id est intra vos, scilicet deus, quia solus humano cordi illabitur, vt ait Isidorus. [Quam qui in mundo.] id est in mundi amatoribus, scilicet diabolus, qui est princeps huius mundi. Ioan. 12. Ipsi quasi in hoc cognosci possunt, quia [Ipsi.] scilicet heretici, vel ipsi antichristi scilicet. [De mundo sunt.] id est de numero eorum, qui terrena sapiunt, quia cælestia ignorant: vt dicit glos. Vnde mundus est eorum patria, & hereditas, sicut sanctorum calum. [Ideo de mundo loquuntur.] id est de mundanis. [Loquuntur.] id est docent errorem, persuadendo rationibus mundanis. Glos. Ratione mundanæ sapientiæ probant, non posse deum hominem fieri, mortuum suscitari, hominem mortalem in cælis habere mansionem, & alia huiusmodi. Ioan. 3, Qui de terra est, de terra loquitur. Matth. 19. Galileus es: Nam loquela tua te manifestum facit. [Et mundus eos audit.] Mundus, id est mundani homines & carnales. Eos audit, id est doctrina eorum obediunt, & sequuntur eos. 2. Pet. 2. Multi sequuntur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphematur. Glos. Quia spiritualium corda non possunt auertere. [Nos ex deo sumus.] Hic est quartum signum, scilicet contemptus Apostolicæ doctrinæ: ita illi sūt de mundo. Sed qui habemus charitatem, ex deo sumus: quia dei filij & dei nuntij. [Qui nouit deum.] Notitia fidei & approbationis. Non sic illi, de quibus ad Titum 1. Constituntur se nosse deum, factis autem negant. [Audit nos.] Aure obedientia, obediendo veritati fidei. Psalm. In auditu auris obediuit mihi. Qui non est ex deo. [Per imitationem & gratiam, sed ex diabolo per culpam.] Non audit nos, id est nostram predicacionem. Ioan. 8. Propterea vos nō auditis, quia ex deo non estis. [In hoc cognoscimus spm veritatis & spiritum erroris] Quia vt ait glos. Qui audit nos, habet spiritum veritatis. Qui non audit habet spiritum erroris.

Charissimi diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo est. Et omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit deum. Qui non diligit, nō nouit deum, quoniam deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mundum, ut viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

Hic suadet catholicorum dilectionem. Vbi primò hortatur ad charitatē. Secundò ad charitatis perfectionem, ibi, Deum nemo vidit vnquam. Terrò ad perfectionis manifestationem, ibi, In hoc perfecta charitas. Monet autem ad charitatem inuitans, primò ex dilectionis præconio: secundò ex dilectionis exemplo, ibi, In hoc apparuit charitas, &c. Tertio ex dilectionis debito, ibi, Charissimi. Si deus dilexit nos, &c. Ponit autem duplex præconium. Primò quia charitas à deo est, secundò quia charitas deus est, ibi, Qui non diligit. In secunda parte tangit diuinam dilectionis ad nos duplex exemplum. Primò ex opere. Secundò ex modo operadi, ibi, In hoc est charitas dei. Dicit ergo. [Charissimi,] quasi dicat, Ex deo sumus. O charissimi, fide, spe, mihi inuicti. [Diligamus inuicem.] scilicet vnus alterum. Glos. Verbo & opere. Rom. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Et hoc debemus. [Quoniam charitas ex deo est.] Vt proprium & speciale donum eius, in quo dantur omnia bona charitatis, tam increata, id est spiritus sanctus, quam creata, id est virtus. [Notandum autem quòd charitas creata est à deo infundente. Iacobi 1. Omne datum optimum, & omne donū perfectum desursum est, &c. Item à deo præcipiente. Ioan. 14. Hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicem, &c. Item exemplo inducere ad hoc. Infra eodem, ibi, In hoc apparuit charitas dei in nobis, &c. [Et omnis qui diligit.] scilicet ex charitate. [Ex deo natus est.] per adoptionem gratiæ. Quia secundum Aug. Ipsa est proprium donū filiorum. Ipsa est quæ diuidit inter filios regni, & filios perditionis. [Et cognoscit deum.] Notitia familiaritatis vel experimentalis cognitionis, quia necessatio docet eos. Supra 1. sed econtra, [Qui non diligit.] scilicet deum & proximum ex charitate. [Non nouit deum.] Notitia experimentalis quia bonum huiusmodi cognitione cognosci non potest nisi diligatur. Quia in malivolam animam non introibit sapientia dei, id est experimentalis cognitio dei. Dicitur enim sapientia quasi sapida scientia non nouit ergo sapientia experimentalis, quantumque cognoscat notitia simpliciter. [Quoniam deus charitas est.] increata, ad cuius notitiam non peruenitur, nisi per charitatem creatam, vt tangit Glos. Qui simile suo simili cognoscitur. Et verè charitas deus est. [In hoc enim.] velut certissimo signo. [Apparuit charitas dei in nobis] id est ostensa est erga nos. [Quoniam filium.] Non seruum. Gregorius, Nonne ineffabilis est dilectio cha-

ritatis, vt seruum redimens, filium tradidit? [Suum.] Sibi consubstantiali, proprium, naturalem, non adoptiuum. [Vnigenitum.] non ex multis vnū, [Misit deus] deus pater, scilicet qui tantus est ad tantillos. [In mundū.] immo pro mundo saluando. Ioan. 3. Non enim misit deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. [Vt viuamus.] Glos. Prius mortui. [Per eum.] Glos. Resuscitati. Ephe. 2. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos, &c. [Et nota quòd tangit quatuor rationes, quare donum debet esse gratū & acceptum. Prima est ex parte dantis quando ille qui dat, dat ex magno amore & dilectione: vnde aliquando nō tantū curatur de hoc quod datur, quàm de affectu personæ dantis. Et certè istud donum datum est nobis ex maxima dilectione seu charitate patris. Hæc ratio notatur, cum dicitur, In hoc apparuit charitas dei, &c. Secūda ratio est ex parte dantis, siue misit. Quando illud quod datur, est magnum & pretiosum, debet esse multū gratū & acceptum, & placitum. Et certè istud fuit maximum quod notatur, cum dicitur, Filium suū vnigenitum. Tertio ratio est ex parte recipientis, quando ille cui datur donum, multū indiget eo. Et certè multū indiget eo. Et certè multū indigebamus tali dono, quòd, scilicet nos resuscitaret, quia mortui eramus, quòd notatur, cum dicitur, Vt viuamus per eum. Quarta ratio est ex parte deferentis illud donum. Aliquando enim propter gratiam personæ deferentis illud donum, vt pulchra placet puellæ deferre donum. Et ita ob pulchritudinem & gratiam virginis deferentis debet istud donum nobis esse acceptum, quod intelligitur, cum dicitur, Misit deus filium suum. Constat autem quòd misit per virginem. Galat. 4. Misit deus filium suum natum de muliere, &c. [In hoc.] id est in hac missione. [Est charitas] manifesta: tunc enim dicitur res fieri, vt ait Augustinus, quando innotescit. [Non quasi nos dilexerimus deum,] iante filij missione, & sic eum mitti meruerimus. Rom. 8. Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius. [Quoniam ipse,] scilicet deus, [Prior dilexit nos,] prædestinando, vocando, iustificando. Et in hoc ostenditur gratuita eius dilectio. Et quòd non est mercenaria, quia amantem amare naturæ est. Amare autem non amantem, gratia est. [Et misit filium suum] in experimento dilectionis. [Propitiationem,] id est hostiam, vt deus pater nobis redderet propitius. [Pro peccatis nostris] tollendis. Glos. destruentis. Alia litera habet, propitiatorem, id est sacrificatorem. Ro. 3. Neque quem proponit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Vnde significatur per propitiatorium de auro mundissimo quod erat super arcam domini, id est super vniuersalem ecclesiam. Ex quo propitiatur dominus. Ex od. 25.

Charissimi, si deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de spiritu sancto suo dedit nobis. Et nos vidimus & testificamur, quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus, & credimus charitati quæ habet deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo.

Hic inuitat nos ad dilectionem ex dilectionis debito. Si sic deus dilexit nos, vt patet ex præmissis, tantus tantillos, creator creaturam iustos iniustos. Job. 7. Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis, &c. Et nos qui sumus fratres & pares & non conformes, [Debemus inuicem diligere,] exemplo eius. Ioan. 13. Exemplum dedi vobis, &c. Et ad Ephe. 5. Estote imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Glos. Sicut deus nō expectauit, vt eum diligeremus: sic nos non expectemus, vt alij nos diligat, sed prius diligamus. Nota alibi multiplicè rationem, quare inuicem nos diligere debemus. [Deum nemo vidit vnquam.] visione scilicet corporali. Non ostenditur ad charitatis perfectionem quam faciunt duo. Primò mansio dei in affectu per nimiam dilectionem. Secundò mansio dei in intellectu per Christi fidem & confessionem, ibi, Quisquis confessus fuerit. In prima parte, primò dei mansio ostenditur. Secundò per quod mansio cognoscitur, ibi, In hoc cognoscimus. Tertio per quid probatur, ibi, Et nos vidimus. Dicit ergo, [Deum,] quasi dicat, Debemus nos inuicem diligere & deū quia si diligimus, licet non eum videamus, tamen eum habebimus. [Deum] in essentia propria, non creatura sua. Sic enim vidit Iacob Genesis 22. Vidi dominum facie ad faciem, &c. Et Esai. 6. Vidi dominum sedentem. &c. [Nemo.] nullus homo vtēs sensu corporeo. Ex od. 23. Non videbit me homo & viuere. Vidit tamen Paulus extra sensus corporis raptus, 2. Corint. 12. [Vidit] inquam visione, scilicet corporali, vel visione aperta intellectuali: licet aliquatenus hic videatur per fidem in futuro autem per spem. 1. Corint. 13. Videmus nunc per speculum, & in ænigmate, &c. [Si diligamus inuicem] quasi dicat licet videri nō possit in præsentia, tamen [Si diligamus inuicem] Ex charitate glo. Sincera charitate non remissa & desidio sa. [Deus in nobis manet] per gratiam in habitantem: manet enim sicut in templo suo. 1. Corint. 3. Templum dei sanctum & cætera. Glos. Manet enim inspiciendo bona aspectu approbationis non solum notitiæ simplicis. [Et charitas eius,] qua scilicet eum diligimus. [In nobis perfecta est.] Perfectione sufficientiæ, & tendit ad perfectionem excellentiæ. Tūc enim est charitas dei perfecta in nobis, quando eum diligimus non solum in se, sed & in sua imagine. Glos. Incipit diligere, incipit deus in te esse: cresce in dilectione, & amplius habitando in te faciet te perfectum vt eum diligas & etiam inimicum: sicut & ipse inimicos dilexit. [In hoc cognoscimus] Glos. Quòd deus, in nobis manet tali experimento probamus, in hoc scilicet si dilectionem habeamus. [Cognoscimus.] inquam cognitione coniecturæ probabilis non omnimodæ certitudinis, secundum illud Job 19. Si venerit ad me, non videbo eum. [Quoniam in eo manemus] per charitatem qua deum diligimus. [Et ipse in nobis.] per charitatē qua deus nos diligit. Infra eodem. Qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. [Quoniam de spiritu sancto suo] ab ipso, scilicet procedente. [Dedit nobis.] Vel donatione visibili vt fiebat in primitiua ecclesia, Actuum 2. Vel inuisibili, per gratiam. Roma. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, & cætera. [Notandum quòd non dicit, spiritum, sed de spiritu,] quia ipse datus est spiritus totaliter. Ioan. 3. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Nobis verò particulariter non secundum se, qui est impartilis, sed secundum dona. 1. Corint. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Ipse autem spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij dei. Roma. 8. Et sic per ipsum cognoscimus, quòd deus manet in nobis. Et nos in ipso. Aug. Inuicem in se habitant, qui continet, & qui

Quatuor sunt quibus donū efficitur gratum.

Nemo deum in vita videre potest.

Spiritus sanctus totus fuit in Christi, in nobis per partes.

continetur: habitas in deo, sed vt continearis: habitat in te, sed vt contineat ne cadas, nō cadet quem deus continet. P[er] psalm. 117, Impulsus euerfus sum, vt caderem, &c. [Et nos vidimus.] Glossa, Per hoc probamus q[uo]d spiritu suo dedit nobis. [Quia vidimus.] Glo. Per confortantem spiritū nouimus & testificamur. Hęc autem, vt dicit Glossa, non faciunt hi qui spiritū non acceperūt, hęc. s. vidimus. [Et testificamur quoniā pater misit filium suum.] Glossa, Ad cognitionem hominum. s. in carne visibilē. [Saluatorem mūdi.] p[er] passio nem: Tādem mittet eum, vt iudicem. Glo. Modō saluatorē, quādoq; iudicem. Io. 3, Nō enim misit deus filiū suum, vt iudicet mundum, &c. Bed. Tantū meminerit quicquid quōd idem filius dei, qui venit vt mitis saluaret, venturus est, vt directus iudicet. [Quisquis confesus fuerit] Glo. Non solum in nobis deus manet, sed etiam in omnibus qui consententur eum. Quisquis, inquam, cōfessus fuerit. Hic agit de misionē intellectu: vbi primō ostendit deum manere in corde credentium: secūdo ostendit eos esse de numero illorū, ibi, Et nos cognouimus. Tertio innuit in eis deum manere, ibi, Deus charitas est. Quisquis, inquam, confesus, confessione scilicet perfecta cordis, oris, operis, non solius vocis. Ad Titum 1, Cōfitentur se nosse deū, factis autem negant. [Quoniam Iesus est filius dei.] Identitate personę, scilicet quōd eadem est persona, in vtraque natura, & idem est filius dei & filius hominis. [Deus in eo manet.] vt in templo suo. 1. Corinth. 3, Templum dei estis vos. [Et ipse in deo.] vt in refugio. Psalm. 88, Domine refugium factus es nobis. [Et nos cognouimus] hoc scilicet quōd Christus est filius dei. [Et credimus charitati,] id est affectui charitatis, scilicet misioni filij in mūdum, quę fuit ex maxima charitate. Ioan. 3, Sic deus dilexit mundū, &c. [Quam] charitatem deus pater [Habet in nobis,] id est ad nos, filium suū nobis dando. Ro. 8, Qui proprio filio suo non pepercit, &c. [Deus charitas est.] quasi dicat, Pater quōd ipse habet charitatē ad nos: quia & ipse deus charitas est. Idem, vt ait glo. sup[er]ā dixit, vt amplius commendat, & vt alium effectum charitatis adiungat. sup[er]ā dixerat, per charitatem factum esse primū aduentum filij in mundum ad salutem mundi. Hic per eandem charitatem annuntiat salutem fidelium, in secūdo aduentu in die iudicij. Deus, inquit, charitas est: hoc antonomasticē dicitur propter magnitudinem charitatis. Ad Ephes. 2, Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, &c. Secundum August. dicitur hoc per essentia, non per causam. Per hoc enim quod dicit Ioannes, Deus charitas est, simpliciter, non autem in ea, vult Augustinus, quōd charitas essentialiter sit deus & quod ait, ex deo est, vult August. quōd charitas est deus ex deo. Per hoc autem quod addit, Quōd charitas in deo nos manere facit. Et sup[er]ā dixerat quōd per spiritum quem dedit, cognoscimus, quōd in ipso manemus: vult quod charitas, quę est deus, ex deo faciens nos manere in deo, est spiritus sanctus. Hic opinat[ur] est magister Petrus Lombardus, quōd charitas, qua nos deus diligit, & nos deum diligimus, nō esse aliud quā spiritus sanctus. Sciēdum quōd charitas qua deum diligimus, duplex est. Vel qua elicitiuē & formaliter, hoc est habitus creatus: vel qua effectiuē & exemplariter hoc est spiritus sanctus, [Et qui manet] perseverat[ur], [In charitate, in deo manet.] vt ab ipso contineatur, secundum glo. [Et deus in eo,] vt ipsum contineat, secundū glo. Vicissim enim in se manent, qui continet, & qui continetur. Bernardus, Deus charitas est: Quid ergo charitate melius? Et qui manet in charitate, in deo manet. Quid ergo charitate securius, & deus in eo. Quid ergo charitate iocundius. Ex hoc enim quod dicit, Qui manet in charitate, in deo manet, videtur cōtinuari opinio magistri Petri: sed intelligendum est de charitate infusa, qui enim manet in ea, manet in deo, Est enim talis natura, quōd non potest esse, nisi ad presentiam suę causę, scilicet dei influentis, sicut lamē in aere non potest esse nisi ad presentiam influentię solis. Item per charitatem eius in fusam sumus membra eius: & ideo sumus in illo tanquam membra in corpore. 1. Corinth. 12, Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.

Deus charitas dicitur antonomasticē.

Error Petri Lombardi reprobatur.

In hoc perfecta est charitas dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor p[en]am habet. Qui aut timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum: quoniam deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo deum & fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo qui diligit deum, diligit & fratrem suum. Hic hortatur ad perfectionis manifestationem: primō ex parte diligentis: secūdo ex parte diligendorum, ibi, Nos ergo diligimus. Ex parte diligentis dupliciter: primō per spei securitatem, secūdo per timoris p[en]alis exclusionem, ibi, Timor non est in charitate. Ex parte diligendorum per dilectionem dei & proximi, non alterius tantum. Vbi primō ostendit quōd diligendus est deus: secūdo quōd non potest diligi deus nisi diligatur proximus, ibi, Si quis dixerit, quoniam. Tertio quōd de vtroque diligendo mādātum habemus, ibi, Et hoc mādātum. Dicit ergo, [In hoc,] quasi dicat, An aliquis perfectus sit in charitate, per hoc signum probare potest secundum Glossam. [In hoc perfecta est,] id est perfecta esse ostenditur. Tunc enim dicitur res fieri, quando innorescit, secundum Augustinum. Et loquitur de perfectione, non solum sufficientiā, sed & excellentiā. [Charitas,] inquam, [Nobiscum,] vt fiduciam habeamus in die iudicij, nō timorem. Glossa. Vt non timeatis apparere in die iudicij. Et alia glossa, Per hoc ostendimur perfectē diligere deum, si non timeamus aduentum iudicis. Qui timet, non est perfectus in charitate. Quando veniam, & apparebo ante faciem domini. Ad Philippenses 2, Cupio dissolui & esse cum Christo. Augustinus, Non est perfecta charitas, nisi cum cōperit dies domini desiderari. Contrā, Amos 5, Vā desiderantibus diem domini, & cetera. Responso, Est desiderare ex p[re]sumptione, & istud desiderium est dere stabile. Et est desiderare ex charitate, vt faciunt qui desiderant amplexus sponsi indissolubiles: & hoc commendabile seu laudabile. Psalm. 41, Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, & cetera. Vt habeamus, inquam, fiduciam, & cetera. [Quia sicut ille est] charitate plenus sanctus & iustus, ita [Et nos sumus,] vt dicit glossa interlinearis, Sicut non æqualitatem, sed quandam similitudinem, dicit [In hoc mundo,] quod difficile est. Glossa, Per huiusmodi fiduciam, imitatur perfectionem dilectionis eius in mundo amādo amicos & inimicos, sicut ille pluit super iustos & iniustos, & inimicos, perfecta est charitas. Nam timor non est in charitate, scilicet seruilis, & car. ¶ Notandum quōd quadruplex est timor. vnus est seruilis,

seruilis qui est solius gehennę, alius initialis qui est timor gehennę, & offensę diuinę. Alius est filialis, qui est timor solius offensę diuinę. Quartus est reuerentię, qui est solius reuerentię maiestatis diuinę, qui respicit in suam propriam paruitatem. Primus non est in charitate, sed preparat ei locum, & eam tandem introducit sicut seta, vel acus filum, vt dicit Augustinus. Secundus non est in perfecta charitate, de qua loquitur hic secundum glossam. Tertius maior est in magis perfectis, quia magis perfecta charitate via, sed nō patrię. Quartus manet cum charitate perfecta patrię, de qua P[er] sal. 18, Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. [Sed perfecta charitas] perfectione excellentiā non solum sufficientiā [Foras mittit timorem] gehennę, scilicet initialē. Aliud est enim timere deum ne te in gehennam mittat, aliud ne te deserat, vt ait Augustinus [Quoniam timor] huiusmodi gehennę [P[en]am habet] tormentum conscientię. Glo. Torquet cor conscientia peccatorem cum nondum facta est iustificatio, scilicet perfecta & integra [Qui autem timet] supplicium gehennę, vel qui timet timore dominante, secundum Augustinum. Vel qui timet aliquā p[en]am, vel periculum temporale, vel separari a deo [Non est perfectus in charitate] perfectione superabundantię, licet sit perfectus perfectione sufficientiā. Perfectus erat ille qui dicebat Roma. 8, Quis nos separabit a charitate Christi, an tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, &c. ¶ Sed contra hoc obiicitur de Christo qui timuit, Mat. 26, Cōcepit Iesus pauere & timere. Viri etiam sancti timent iudicium. Io. 1, Quando recordatus fuero pertimesco. Iterum Hieronymus, Prudenter timetur quicquid accidere potest. Responso, Loquitur de timore initiali non naturali. Christus verō timuit timore naturali. Quod obiicitur de sanctis. Responso, Timor est offensę non gehennę [Nos ergo] quasi dicat, vt perfecti sumus nos qui in deum credimus [Diligamus deum] dilectione perfecta non imperfecta, quę sit cum timore. Et hoc debemus [Quoniam] ipse [Deus prior dilexit nos] quā nos ipsum. Nam, scilicet adhuc inimici eramus, Roman. 5, Augustinus, Prior dilexit nos, & dedit nobis diligere: dilexit impios, vt faceret pios. Dilexit iniustos, vt faceret iustos, dilexit agros vt faceret sanos. Idem etiam Augustinus dicit, Anima scda per iniquitatem amando deum, pulchra efficitur. Pulchri erimus amando deum qui semper est pulcher, quantum in te crescit amor, tantum in te crescit pulchritudo, quia ipsa charitas est anima pulchritudo [Si quis dixerit,] quasi dicat, An diligamus deum, sic cognosci potest [Si quis dixerit quia diligo deum] quilibet enim interrogetur, v[er]it[er] Gregorius, prompta mente responderet, diligo [Et fratrem suum odit,] qui est dei imago, [Mendax est] & verbo & facto. Verbo quidem quia dicit se diligere, vnde quod dicit verbo dissonat corde. Si enim diligit deum, habet conformem charitatis voluntatem cum deo. Sed voluntas dei est, vt diligat proximum. Cum ergo non diligit proximum, mendax est dicendo se diligere deum. Item mendax est facto, quia odit, vnde implicatur contradictio, & talis mendax est. Et verē mendax est [Qui enim non diligit fratrem suum quem videt] vnde plenius & facilius cognoscit eum [Deum quem non videt]. Et ideo minus cognoscit [Quomodo potest diligere] inuisa quippe, vt ait Augustinus, diligere possumus, incognita nequaquam. Ratio ergo talis est, plus diligit bonum visum, quā non visum. Si ergo frater visus non diligitur, quomodo deus nō visus diligitur? Glo. Frater tuus imago dei est. Si non diligis imaginem, nec eum diligis cuius imago est. Et hoc, ne quis audeat dicere, Diligere possumus deum, etiam si non diligamus fratrem, addit [Et hoc mandatum habemus a deo] De vtroque enim mandatum est. Vnde Mat. 22, Hoc maximum & primum mandatum, secundum est simile huic [Vt qui diligit deum] propter se [Diligit & fratrem suum] propter deum. Duo enim sunt mandata charitatis, scilicet dei, & proximi. Nec potest vnus diligi absque altero. Augustinus, Quis est qui dicat, Diligo Imperatorem, sed odit leges suas? Imperatoris enim mandatum est, Mandatum nouum do vobis, &c. Ioan. 15.

Quadruplex est timor.

Christus timorem habuit naturalem non initialē.

Mendax est qui non diligit proximum.

Caput 5.

Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus, ex deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit: diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei cum deū diligamus, & mandata eius faciamus. Hac enim est charitas dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius faciamus. Hac enim est charitas dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius faciamus. Hic ostendit quibus credendum, quia Christum confitentibus, allegans primō fidei efficaciam & virtutem. Secundō veritatis attestacionem, ibi, Spiritus est qui testificatur. Tertio, credentium vtilitatem, ibi, Hac scribo vobis. Huius autem efficaciam & virtutem ostendit. Primō respectu dei, secundō, respectu mundi, ibi, Quoniam omne quod natum est. Respectu dei, tripliciter. Primō, quia facit natum dei. Secundō, quia facit diligere natos dei, ibi, Omnis qui diligit eū. Tertio, quia facit seruare mandata dei, ibi, Hoc est enim charitas dei. Dicit ergo [Omnis, &c.] Glo. Verē qui diligit deum diligit fratrem suum. Nam & qui diligit genitorem, diligit & genitum [Omnis,] scilicet secundum triplicem statum fidei, videlicet, incipientis, proficientis, & perfectę [Qui credit] inquam fide formata non informi. Glo. Credit qui sic viuere quomodo Christus pręcepit, qualiter & demones non credunt, Iacobi 2, [Quoniam Iesus est Christus] Messias, scilicet in lege promissus [Ex deo natus est] natiuitate, scilicet spirituali per fidem, non carnali per carnalem. Ioan. 1, Dedit eis potestatem filios dei fieri. Et talis diligendus est, quia [Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo] Hoc exponit dupliciter, vel de generatione aeterna, vel temporalis. De aeterna sic, Qui diligit eum, scilicet patrem qui genuit filium aeternaliter, diligit eum qui natus est ex eo. i. filium aeternaliter a patre genitum. Sed qui diligit filium, diligit membra eius. Ergo qui diligit deum patrem, & filium naturalem, diligit & membra filij, scilicet filios adoptionis. Ergo fides quę facit membra dei sine filios, facit diligendos. De temporalis sic, Omnis qui diligit eum qui genuit, per fidem. s. de qua generatione dicitur Iacob. 1, Voluntarię genuit nos verbo veritatis. Diligit eum qui natus est ex eo, scilicet in fide, & sic iterum nasci ex fide facit diligere deum. Isto duplici modo legit Glo. Augusti. [In hoc, &c.] q. d. Quis autē verē diligit? In hoc, scilicet affectu, vel signo [Cognoscimus,] id est, cognoscere possumus [Quoniam diligimus natos dei] scilicet fratres nostros qui sunt nati ex deo per fidem. Cum] deum patrem eorum [Diligamus] affectu. Mat. 22, Diliges dominum deum tuum, &c. [Et mandata eius faciamus] in effectu. Ioan. 15, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Hoc est secundum Glossam hęc cōiungo vt diligamus, & man-

data eius faciamus, quia aliter nō est dilectio. Greg. Probatio enim dilectionis exhibitio est operis [Hæc est enim] .i. esse ostenditur [Charitas dei] .i. qua deus diligitur. Io. 15. Si diligitis me mādāta mea seruate. Glof. Non diligit regem qui eius negligit legē, ex amore enim regis, eius lex debet impleri. Vel sic [Hæc est charitas dei] .i. talis efficaciam in nobis [Ut mādāta eius custodiamus.] .i. quod facit nos custodire dei præcepta [Et mādāta eius graua non sunt.] .i. difficilia. Et ideo vt dicit Glo. libet custodiēda sunt. Mar. 11. Iugū enim meū suauē est. &c. Glof. Quæ natura sunt dura & aspera, amor dei & spes præmiū facit leuia. Si quis graua ea esse dicat, infirmitatē suā accutat, quia forti sunt leuia. Ideo reputat ea minima. Mat. 5. Qui soluerit vnū de mādātis istis minimis, &c. Vel graua nō sunt. i. pōderosa & deprimētia. Glof. non trahunt deorsum vt talentum plumbi, &c. Zacha. 5. Sursum peruehit, & excelsos facit custodia mādatorum.

Mandata deuota.

Quoniam omne quod natum est ex deo, vincit mundum: & hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius dei? Et sic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnū sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: hi tres vnū sunt.

Vincere mundum continetur dupliciter.

Vtraque manus pugnat in nos hostis a...

Hic ostendit efficaciam huiusmodi fidei, & virtutem respectu mudi, ostendens primò, q̄ per fidē mundus vincitur. Secūdo per quā fidem vincitur, quia diuinitatis Christi, ibi, Quis est autē qui vincit. Et humanitatis, ibi, Hic est enim qui venit per aquam. Dicit ergo [Quoniam omne] .i. omnis vir vel mulier. Neutrū tamē ponit, quia in generatione spiritali distinctio sexus nihil facit. Ad Gal. 4. In Christo Iesu nō est masculus neque fœmina [Quod natū est ex deo] natiuitate spiritali per fidem & charitatē. Glo. Nascitur ex deo qui diligit deū & proximū [vincit mundū] Glo. Contēnit blandimenta, vel aduersitates seculi. i. mundi prospera & aduersa, & ipsam mortē corporis, & quæ sursum sunt quarit. Io. 15. Confidite (ait filius) quoniam ego vici mundū [Et hæc est] Glo. ne quis sua virtute cōfidat se posse vincere mundū, subdit [Hæc est] Glo. demonstratiuē quasi digito ostēdit, fidē tanquā consistētē & permanētē, secūdu illud. Ad Heb. 11. Est autem fides substantia sperandarum rerum, &c. [Victoria] causaliter virtus efficiens. Victoria, inquit [Quæ vincit mundum fides nostra] Ad Heb. 12. Sancti per fidē vicerunt regna, &c. Glo. Illa fides quæ per dilectionem operatur, Gal. 5. non fides hæreticorum aut peccatorum. Sed obicitur de hoc quod dicit, Omne quod natū est ex deo vincit mundum, quia iste imperfectus natus, natus est ex deo, non tamen vincit mundum: quia vincere mundum est abrenuntiare mundo quod perfectorum est. Responso, Vincere mundum dupliciter dicitur, Subiiciendo vel abstinento, siue abiiciendo. Primo modo vincunt imperfecti, secundo modo perfecti.

[Quis est autem] Determinat quæ fides vincit mudi, quia fides Christi [Qui vincit mundum] Mundi pro-

coeternus, consubstantialis patri. q. d. Quis est qui vincit mundum nisi is qui habet fidē de diuinitate Christi? Mundus enim quasi duplici manu pugnat contra nos scilicet dextera prosperitatis, per prospera nos alliciendo. Et sinistra aduersitatis nos per aduersa terrendo. Et certē qui bene crederet Christum esse filium dei, de facili vinceret mundi prospera & aduersa. Si enim Christus est filius dei, ergo sommē bonus: ergo in ipso non fuit defectus veri boni, nec præsentia veri mali. Cū ergo temporalis prosperitas in ipso defuerit, & aduersitas affuerit, tunc temporalis prosperitas nō est verē bona, & ita non est appetenda, nec aduersitas est verē mala, & ita non est timenda. Augu. Omnia bona terrena cōtempserit homo Christus, vt cōtempnenda monstraret, & omnia mala terrena sustinuit quæ iustitiam præcipiebant, vt nec in illis quæreretur foelicitas, nec in istis timeretur infœlicitas. Vnde ad Heb. 11. Fide grandis effectus Moyes, negauit se esse filium filie Pharaonis, &c. [Hic est qui venit] Glof. Et quia sola fides diuinitatis non sufficit, addit de humanitate [Hic est Iesus Christus] Iesus nomen proprium, Christus nomen appellatiuum [Qui Venit] qui erat æternus apud patrē, venit ad homines, sicut dicit Glof. ad salutē & peccatorum remissionem [Per quam] Glo. Baptismi [Et sanguinem] Glo. passionis. In aqua venit, vt vim regeneratiuam ex contractu suæ mundissimæ carnis aquis conferret, & sic baptisma consecraret in sanguine, & nos redimeret. Et significatum fuit Io. 19. vbi dicitur, Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuū exiuit sanguis & aqua [Iesus] .i. saluator, Christus, id est, vnctus [Non in aqua] baptismatis [Solum] ad abluendum [Sed in aqua & sanguine] In aqua baptismatis ad abluendū, & sanguine passionis ad redimendum. Aqua enim solum non lauaet nisi à sanguine virtutem haberet [Et ipse est qui testificatur.] Hic allegat veritatis attestatiōem, allegans primò testium sufficientiam & idoneitatem. Secūdo testimoniorum recipibilitatem, ibi, Si testimonium hominum, &c. Testium inquam sufficientiam & idoneitatem. Primò allegat de diuinitate & humanitate: secūdo specialiter de diuinitate, ibi, Tres sunt qui testimonium dant in celo. Tertio, specialiter de humanitate, ibi, Et hi tres vnū sunt. Dicit ergo [Et spiritus est] Glo. licet secundum hominem sit passio, tamen [Spiritus est qui testificatur] vel Spiritus sanctus qui visus est super eum in specie columbæ. Luc. 3. Vel spiritus. i. doctor spiritalis, vtroque modo exponit Glo. [Quoniam Christus est veritas,] id est, verē in duabus naturis, id est, habens veritatem in vtraque natura non apparentiam siue existentiam, quod esset si haberet carnem phantasticam, & corpus phantasticum sicut posuit Manichæus. Io. 14. Ego sum via, veritas & vita. Hoc testimonium perhibuit eis Spiritus sanctus. Mar. 3. & Luc. 3. Quando descendit super eum. Et Ioan. 1. Quando descendit super baptizatum, & in specie columbæ requieuit, &c. Item, Super quem videris spiritū descendētem super eum, hic est qui baptizat [Quoniam tres sunt, &c.] Glo. Per hoc apparet quod Christus est veritas, i. verus deus, & verus homo, quia de vtroque certum habemus testimonium. Quoniam tres sunt personæ scilicet. Quærebant enim olim hæretici, qui tres? Et responsum est eis, Tres personæ, vt dicit Augu. Non vt illud diceretur, sed ne omnino taceretur [Qui testimonium] de veritate Christi, secundum Glof. [Dant in celo] vel materiali. quia in magis relucet opera trinitatis. Vnde ibi per quandam appropriatiōem dicitur esse deus, Psalm. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Vel in magis relucet a-nima facta ad similitudinē eius. Elata vlti. Cælum mihi fedes est, vel in celo, id est, de celo. Quia vox patris de celo audita est, Tu es filius meus dilectus, &c. Et spiritus apparuit de celo. Luc. tertio, Apertum est

cælum, & descendit spiritus sanctus corporali specie. Ipsum etiam verbum de celo missum est, Psalm. Assummo celo egressio eius. [Pater.] Glof. Pater dedit testimonium deitatis Christo, cū dixit, Hic est filius meus dilectus, Luc. 3. [Verbum] .i. filius. Glo. Ipse filius dedit testimonium, quādo in monte transfiguratus personā deitatis, & speciem æternæ beatitudinis ostendit. Luc. 9. [Et spiritus sanctus.] Glof. Spiritus dedit testimonium quādo super Christum baptizatum in specie columbæ requieuit. Luc. 3. Vel quādo ad inuocatiōnem nominis Christi corda credentium repleuit, Act. 1. Item pater dat testimonium quod erat deus, dās ei potestatem faciendi miracula: Filius dans sapientiam docendi vtilia: Spiritus sanctus dans bonitatem perfectam, & operandi meritoria: [Et hi tres vnū sunt,] in testimonium. Et ideo magis eis credendum. Glof. de eadem re testātes. Vel vnū sunt in essentia, quia vnus deus. quod figuratum fuit Genes. 23. vbi legitur quod Abraham tres vidit, & vnū adorauit. [Et tres sunt,] scilicet testes, [Qui testimonium,] de humanitate Christi, secūdu Glof. [Dant in terra,] ad literā, hoc est in hac inferiori parte mudi. Vel in terra. i. de humanitate, quæ est terra ratione carnis. Et ponitur pars humanitatis pro toto. Vel in terra. i. in terrenis humanitatem Christi consentibus. ¶ Et notandum q̄ vbi est testimonium de diuinitate, dicitur in celo. Vbi autem de humanitate dicitur in terra: quod valde congruit vt de celo detur testimonium de diuinitate: de terra autem testimonium de humanitate. [Spiritus.] Glof. anima humana quam emisit in passione. Luc. 23. Pater, in manus tuas, &c. [Aqua,] quæ fluxit de latere. Ioan. 16. [Et sanguis,] qui similiter fluxit de latere iam mortui, Ioan. 19. Vel de toto corpore viuētis gutta sanguinis perfluens. Luc. 22. Item in flagellatione, & in cruce, Matth. 27. & Ioan. 19. Vel aqua in cunabulis ab eo emissa præ fletu. Sapient. 7. Primam vocem similem omnibus emisit plorans. Item in suscitatiōe Lazari, Ioan. 11. Item in ascensu ad Hierusalem. Item in cruce, Ad Hebr. 6. Cū clamore valido & lachrymis exauditus, &c.

Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est. Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est, quoniam testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium quod testificatus est deus de filio suo.

Hic allegat testimoniorum recipibilitatem, ponens primò testimonium de filio naturali, Secūdo testimonium de filiis adoptiuis, ibi, Et hoc est testimonium. Testimonium de filio naturali ostendit esse recipibile: primò ex parte testificantis: secūdo, ex parte rei testificatæ; ibi, Quoniam hoc est testimonium dei: tertio, ex parte suscipientis, ibi, Qui credit in filium dei: quarto, ex parte recusantis, ibi, Qui non credit. Dicit ergo, [Si testimonium hominum,] Glo. quasi ista certa testimonia debemus accipere. Quia si testimonium hominum [Accipimus,] mentiri scilicet possunt. Et dicit hominum in plurali. Quia Deutero. 19. dicitur, In ore duorum vel trium stabit omne verbum. Vel sic, Si testimonium hominum, id est prophetarum qui de Christo testificati sunt, [Accipimus,] id est acceptamus & recipimus [Testimonium dei maius est.] Et ideo magis accipiendum. Est enim deus verax, omnis homo mendax: vt habetur Rom. 3. Glof. Si creditis hominibus prænantibus Christum venturum esse, credite & patri testificanti venisse. Magnum quippe fuit testimonium Dauid, vt ait Glof. dicentis, Dicit dominus domino meo, sede à dextris meis. Magnum testimonium præcurforis, qui ait Matt. 3. Ego baptizo vos spiritu sancto. Sed maius testimonium patris, qui ipsum visibiliter misit. Et verē maius, & ideo magis accipiendum, [Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est.] Testimonio hominum, quoniam non est deus sicut homo, vt mentiat: vt habetur Numer. 23. [Quia testificatus est de filio suo] naturali. f. Christo, q̄ est filius eius, dicendo in baptismo, Hic est filius meus dilectus, &c. Luc. 3. Et in trāsfiguratione. Matt. 17. [Qui credit in filium dei] quasi dicat, Ita pater testificatus est de filio suo, qui autem credit in filium dei. Non ait filio vel filium, sed in filium. Difert enim secūdu Augu. Credere deo, credere deum, & credere in deū. [Habet testimonium dei patris in se] .i. consentit quod testimonium dei de filio suo sit verum. Vel sic, Habet testimonium dei patris in se. i. approbat diuinum testimonium quod pater perhibuit de illo, & sic intelligit ipsum esse veracē in testimonio de filio. Econtrario. [Qui non credit in filium dei.] Glof. Qui dicit eum non esse filium, vel minorem patre. [Mendacem facit eum] Quātum in se est, quia non reputat credibile quod dicit eum, scilicet deum patrem. Glof. Qui non credit, dicit patrem esse mentitum. [Quoniam non credit in testimonium.] Illud scilicet. Hic est filius meus. Luc. 3. [Quod testificatus est deus de filio suo.]

Et hoc est testimonium quoniam vitam æternam dedit nobis deus, & hæc vita in filio eius est. Qui habet filium dei, habet vitam æternam: qui non habet filium dei, vitam non habet. Et scribo vobis vt sciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine filii dei. Et hæc est fiducia quam habemus ad deum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius audit nos. Et scimus, quia audit nos, quicquid petierimus.

Hic ponit testimonium de filiis adoptiuis: & primò ostēdit quale sit testimonium. Secūdo qualiter verifi cādum, ibi, Qui habet filium. Dicit ergo, [Et hoc est.] q. d. Non solum testatur de filio naturali, sed etiā de filiis adoptiuis. Vnde Glof. De filio testatus est, & etiā de nobis filiis adoptiuis, quod vitam æternā daret illis. Et hoc est testimonium patris de filiis, cui credendum est, [Quoniam vitam æternam dedit nobis] Deus, nobis scilicet apostolis vel filiis adoptiuis: hic in spe, tandem in re: & hoc potest haberi eo quod dicitur. Matt. 17. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Ipsum enim audire, est vitam æternam habere: hic in spe in futuro in re. Ioan. 6. Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes. Et in eodem. Verba, quæ ego loquor vobis spiritus & vita sunt. Et hæc vita æterna [In filio eius est.] id est per fidem filii. Ioan. 9. Omnis qui crevit in me, habet vitam æternā. Vel in filio eius. i. in filii visione. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, &c. Ipse enim est fons vitæ. Psalm. 35. Quia apud te est fons vitæ. [Qui habet filium.] Glof. Credēdo & imitādo. [Habet vitam æternam.] Iam in spe, tandem in re. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit filio, &c. Io. 5. Ecce. [Qui non habet filium.] nec credendo, nec imitādo, [Non habet vitā.] Nec in spe habet, nec in re habebit. Ioan. 3. Qui incredulus est filio, nō videbit vitā æternam sed ira dei manet super illum. ¶ Et nota quod Christ⁹ multa habuit testimonia: primò à patre suo. Ioan. 8. Testimonium perhibet de me pater, qui misit me. Secūdo à seipso. Ioan. 8. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum, verū est

Christus multum habuit testimonia V ij

Tertio à spiritu sancto. Ioan. 15. Cum venerit paracletus, ille testimonium perhibebit de me. Quarto à scripturis sanctis. Ioan. 5. Scrutamini scripturas, & illa sunt quae, &c. Quinto de operibus bonis. Ioan. 10. Opera quae ego facio ipsa testimonium, & cetera. Sexto à miraculis. Plal. 35. Mirabilia testimonia tua domine, Septimo à turbis. Ioan. 11. Testimonium prohibebat turba, quae erat cum eo, &c. Octavo ab apostolis. Act. 4. Virtute magna reddebant apostoli testimonium de omnibus his. Plal. 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. [Hæc scribo vobis vt sciatis, &c.] Hic allegat credendum vtilitatem triplicem. Prima est futuræ beatitudinis certitudo. Secunda petitionum exauditio, ibi, Et hæc est fiducia, &c. Tertia est à peccatis cõseruatio, ibi, Scimus, quia omnis, qui natus est, &c. Quarta dei veri cognitio, ibi, Et scimus, quoniam filius dei venit, &c. In secunda parte ostendit, primò qualiter per fidem exaudiuntur orantes pro seipsis. Secundò qualiter orantes pro aliis, ibi, Qui scit fratrem suum, &c. In prima parte, primò dat impetrandi fiduciam. Secundò fiduciam ostendit causam, ibi, Scimus quoniam habemus petitiones. Dicit ergo, Hæc scribo vobis. Glos. Hic debetis adhibere fidem, quia vt certi sitis de vestra beatitudine futura. Hæc scilicet prædicta scribo, non tantum prædico ad maiorem certitudinem, [Vt sciatis,] certitudine fidei & spei, [Quoniam vitam æternam habebitis] In futuro, [Qui creditis] In presenti, [In nomine filii dei.] Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet. [Et hæc est fiducia.] Glos. Non tantum in futuro sperare debemus caelestia, sed etiam in hac vita impetramus quicquid salubriter petierimus, & hæc est fiducia spei. [Quam habemus ad deum.] Non ad hominem. Plal. 124. Qui confidit in domino, sicut mons Syon &c. Hebr. 4. Ad eam cum fiducia ad thronum gratiæ eius. [Quia quocumq; petierimus secundum voluntatem eius.] Non secundum desideria nostra carnalia. Ideo dicitur Matth. 26. Non mea voluntas, sed tua fiat. Secundum voluntatem eius petitur dupliciter, secundum Glos. vno modo, vt quod velit, rogemus. Alio modo, vt quales nos esse desiderat ad rogandum inueniamur. [Audiet nos] Petitionis affectum dando, aliter nõ, vt patet in Paulo, 2. Corinth. 12. Et dicit audiet nos, vtendo futuro tempore ad significandum quod tale debet esse quod petitur, quod in futuro accipiatur, & ad futurum ordinetur. Vnde temporalia non sunt petenda, nisi prout sunt ad vitam æternam ordinata. [Et scimus,] id est certi sumus ex promissione eius. Ioan. 15. Si quid petieritis patrem in nomine meo, & cetera, [Quia audit nos quicquid petierimus,] scilicet vel ad votum vel ad meritum. ¶ Et nota quod dicit quicquid, scilicet substantiale in solidum, quod est quid, non accidentale sicut bonum temporale. Matth. 7. Primum querite regnum dei, & cetera. Nota si aliquis peteret a rege Franciæ vnã guttam aquæ, vnã picam multum indignaretur.

Scimus, quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum non ad mortem.

[Scimus.] inquit. Hic ostendit per quid scire possumus, quia scilicet audiet nos. Ideo scilicet [Quoniam] petitiones habemus nobis à deo traditas. Vcl traditione manifesta, quãdo docuit orare discipulos, dicẽdo. Pater noster qui es in caelis. Matth. 6. Vel traditione occulta, quãdo docuit quid petendum. Nam quid petamus, prout oportet, nescimus, vt habetur Romano. 8. [Quas postulamus ab eo.] Glosa. Nihil petamus quod ei sit aduersum, nisi quod nos docuit, quod nobis inspirauit, petamus. Et si in aliquo erramus, statim corrigamur. Argumentum quod maior sit cõfidentia exauditio in oratione dominica, quã in aliis. Vnde frequentius & libentius dicitur. [Qui scit fratrem.] Hic ostendit qualiter exaudiuntur orantes pro aliis. Vbi primò ostendit pro quibus est orandum. Qui scit fratrem [suum peccare] peccatum. Quasi dicat. Quia orantes exaudimur. Qui scit per confessionem vel alio modo. Fratrem suum catholicum de ecclesia numero & merito existentem, peccare peccatum. [Non ad mortem.] Glosa. De quotidianis & leuibus peccatis, quæ sicut difficile vitantur, ita de facili curantur. Nõ ad mortem, vt dicitur quis peccare, secundum Glosam, qui peccat non criminaliter, vel non vsque ad mortem. Est enim veniale peccatum, quoddam per naturam propriam, quoddam per penitentiam subsecutam. Tertio etiam modo peccatum nõ ad mortem potest dici, quo non impugnatur gratia fraterna, [Petat,] scilicet pro eo. Glosa. Si dicto seu verbo, aut cogitatione vel obliuione, vel ignorantia peccasti, confitere fratri, & postula vt pro te interueniat. Porro si graue peccatum fuerit, induc presbyter eos ecclesiæ, & ad illorum examen castigare. [Et dabitur ei vita peccanti non ad mortem.] Glosa. Non criminaliter, vel non vsque ad mortem. Sed cum per veniale non amittatur vita gratiæ, quomodo dicit, quod dabitur vita gratiæ maior. Vel dabitur vita offerendo occasionem, scilicet veniale quod occasionaliter ducit ad mortem, quia diminuit feruorem charitatis. [Est peccatum ad mortem, nõ pro illo dico vt roget quis.] Ad euidẽtiam literæ, queritur quid sit peccatum ad mortem. Et dicit Glosa, qd peccatũ ad mortem est quod separat animã à deo, sicut mors animã à corpore, sed quodlibet mortale hoc facit: ergo quodlibet mortale est peccatũ ad mortem. Si dicatur qd peccatum ad mortem plus se parat qd mortale. Cõtrã, magis & minus nõ diuersificat speciem: ergo secundum hoc peccatũ ad mortem, & nõ ad mortem nõ differunt specie. Responso, Peccatũ ad mortem dicitur dupliciter: Generaliter, & specialiter. Generaliter sic, Quo dlibet peccatũ mortale dicitur peccatũ ad mortem. Specialiter dupliciter, vel quo impugnatur gratia fraterna, & quãdo aduersus gratiam qua reconciliatus est inuidis faucibus agitur, vel quo agnita veritas impugnatur, vel ipsa finalis impõnitentia: Et hoc dupliciter, vel per propositũ nõ penitẽdi finaliter, vel protractiõne peccati vsq; ad mortem inclusiue. Primo modo est peccatũ generale: secundo & tertio modo est peccatũ speciale: quarto modo circumstãtia cuiuslibet peccati mortalis, in quo homo decedit. Et secundũ hoc diuersimodẽ exponitur illud quod sequitur, [Nõ pro illo dico vt roget quis.] Nam si peccatũ ad mortem dicitur primo modo, scilicet quodlibet peccatũ mortale, sic exponitur, Nõ pro illo dico vt roget quis. i. qualiscũq; sed solũ iustus: iniustus enĩ nõ potest ei impetrare primã gratiã, qua in tali statu existens, nõ est dignus exaudiri. Si autẽ dicatur peccatũ ad mortem: secundo modo vel tertio modo, scilicet peccatũ in spiritu sanctũ tuc exponitur sic, Nõ pro illo dico vt roget quis. i. qualiscũq; iustus, sed pfectus: quia nõ quicũq; iustus sufficit impetrare tali gratiã propter peccati immanitatem, secundum quod peccatum ad mortem dicitur. Quarto

Peccatum nõ ad mortem quid sit.

Quid sit peccatum ad mortem.

domo, scilicet peccatum in quo homo decedit, sic exponitur, Nõ pro illo dico, vt roget quis, id est aliquis, vel paruus, vel magnus, quia nihil valeret ei. Istomodo negatio cadit super hoc verbum roget. Alius modus super hoc verbum, dico, [Omnis iniquitas,] verè orando pro peccantibus non ad mortem: quia multis peccatis occupatur omnes, & nullus potest esse sine peccato. Quia omnis iniquitas, id est inæqualitas vitæ. Virtus enim est æqualitas vitæ, rationi vndique consentiens, vt ait Tullius. [Peccatum est.] supra 2. Omne peccatum est iniquitas. [Et est.] Glos. Super alia peccata, [Peccatum ad mortem,] animam à deo separans, vel vsque ad mortem duras, vel fraternæ charitati directè oppositum, sicut illud quod fit ex certa malitia, quod est peccatum in spiritum sanctum.

Scimus, quia omnis qui natus est ex deo, non peccat: sed generatio dei cõseruat eum, & malignus non tanget eum. Scimus quoniam ex deo sumus, & mundus in maligno positus est.

Hic ponitur vtilitas tertia, vbi primò ostendit quod adepti fidei cõseruat à peccato. Secundo quod ipsi sunt de adoptiuorum numero, ibi, Scimus quoniam ex deo sumus. Dicit ergo, [Scimus.] Ostendit qui sunt illi pro quibus orandum est, quia pro fratribus. [Quia omnis qui natus est ex deo.] Natiuitate fidei formatæ, de qua Ioannis 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri. [Non peccat,] Peccato ad mortem: sed nunquid hæretici & mali Christiani in baptismo fidei dei facti fuerunt? Responso, intelligendum est, per se in quantum natus est deo, vel coniunctim, id est dum seruat natiuitatem, vel quandiu natus non peccat mortaliter, scilicet vel peccato ad mortem. [Sed generatio dei,] id est gratia regenerans, [Cõseruat eum] à peccato ad mortem. Et non solum dicit, seruat, sed cõseruat, Quia nõ solum seruatur à gratia, sed à libero arbitrio cooperante. [Et malignus] id est diabolus malo igni incensens. Plal. 14. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Vel malignus, id est homo malus igne malo inflammatus. Sapien. 5. In malignitate nostra cõsumpti sumus. Vel malignus, id est mūdus, in maligno, id est in malo igne positus, [Non tanget eum,] id est immutando, & in se conuertendo. Quæ enim se tangunt, immutatur, præcipuè si sint actiua & passiuæ adiunctæ. Licet enim diabolus tenter interius, & mundus exterius, & amatores mundi persequantur, non tamen immutantur à stabilitate sua. Non ergo tangit trahendo à stabilitate sua. Sapien. 3. Iustorum autem animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ, id est peccati mortalis. [Scimus.] Glosa, Qui natus est ex deo, nõ peccat: nos autem sumus de illis. Scimus, inquam, certitudine fidei, [Quoniam ex deo sumus,] Per fidem, non per carnem. Ioã. 3. Oportet vos nasci denuo. Et scimus, inquam. [Quia mundus totus in maligno positus est.] Mundus, id est mundi amatores. In maligno, id est in malo igne triplici consumentis scilicet, diuitiarum, deliciarum, & honorum, de quibus supra 2. Omne quod est in mundo, &c. Vel secundum Glosam. In maligno, id est in maligni hostis subiectione, Vnde dicitur princeps mundi. Ioã. 12. Vel mundus in maligno positus est, id est in malo anno, dicitur vulgo, de aliquo quod est positus in malo anno, quando quilibet accipit ab eo quicquid boni potest accipere. Quilibet enim capit & accipit à mundo quicquid boni potest. Vnde in maligno positus est, Vel totus mundus materialis in maligno positus est, id est in malo igne, scilicet libidinis & peccati. Et maxime in igne triplici, scilicet luxuriæ: de qua Iob 31. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans. Item superbia. Iob 1. Ignis dei descendit de caelo, & cunctas oues pueròsque consumpsit. Item auaritiæ. Hiere. 7. Filii colligunt ligna, & patres succedunt ignem, & mulieres conspergunt adipem.

Et scimus, quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus deum verum, & simus in vero filio eius. Hic est verus deus, & vita æterna. Filioli, custodite vos à simulachris.

Hic ponitur vtilitas quarta, vbi primò ostenditur quod per fidem cognoscunt verum deum. Secundò monet nõ redire ad culturam simulachrorum, ibi, Filioli custodite, Dicit ergo, [Scimus.] certitudine fidei. [Quoniam filius dei,] id est Christus, qui est filius secundum diuinitatem. [Venit,] Per assumptam humanitatem, non locum mutando, sed in assumpta humanitate, mundo visibiliter apparendo, Vnde non dicitur venisse, quod esset vbi prius non erat, qui vbique erat: quia fuit alio modo quã prius. Prius enim erat in vtero virginis per potentiam, præsentiam, & essentiam. Postmodum verò fuit per vnionem naturæ assumptæ. [Et dedit nobis sensum.] spirituales fidei & sapientiæ, & intellectus, & huiusmodi donorum ad cognitionem spectantium. Rom. 12. Reformamini in nouitate sensus vestri. Aliter non potest haberi sensus, nisi à deo detur. Sapien. 9. Sensum autem quis scit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis. [Et cognoscamus deum verum,] patrem scilicet credendo. [Et simus in vero filio eius] Glosa. amando. [Et dicit, vero,] ad differentiam filiorum adoptiuorum. Simus in filio eius, sicut membra in corpore, & hoc vt viuamus. Actuum 17. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Item vt fructificemus. Ioan 13. Sicut palme non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: ita nec vos, nisi in me manseritis. [Hic,] scilicet filius dei. [Est verus deus,] Per essentiam. Ioan. 1. Et deus erat verbum. [Et vita æterna,] Per causam. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, & cetera. [Filioli.] Glosa, Et quia verum deum cognoscitis, & vitam æternam expectatis. Filioli, inquam, Sic eos vocat affectus tenerritudine, & eorum obediẽtiæ præceptitudine. [Custodite vos,] id est intellectum vestrum & affectũ, [A simulachris,] secundum glosam, A cultura idolorum: vel à simulachris hypocrisis hæreticorum, qui speciem sanctitatis assumunt cum non habeant. Et ideo vocantur simulachra, quia habent speciem viuientium, & tamen vita carent. Vel ab

auaritiã, quæ est seruitus simulachrorum. Qui enim mundum deo præponunt, idola sunt. Ad Galatas 5, Quæ est idolorum seruitus, & cetera.

Hæretici dicuntur simulachra.

B. IOANNIS APOSTOLI EPISTOLA
CANONICA II.

Caput 1.



Senior Electa domina, & natis eius quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatem propter veritatem fidei, quae permanet in vobis, & vobiscum erit in aeternum: Sit vobiscum gratia, misericordia, & pax à deo patre, & à Christo Iesu filio patris in veritate & charitate.

Hæc est secunda canonica Ioannis: cuius author Ioanes Apostolus esse ostenditur, vt pater per similitudinē, & in verbis, & in assertionē fidei & charitatis. Non Ioanes presbyter, vt quidā dixerūt. Persona autē cui scribit, est quādā matrona Babilonica, Electa, nomine. Per quā, vt ait glossa, Designatur vniuersalis ecclesia. Cuius intentio, secundum glossam, est monere ipsam & natos eius, ne propter hereticos desistant à proposito fidei. Differt autem à præcedenti epistola, quia ibi actū est de affectu & effectu dilectionis ad deum & proximū communiter. Hic autem ad deum specialiter magis. Primò ergo pramittit salutationem. Secundò captans beneuolentiā ostendit affectionem, ibi, Gauisus sum valde. Tertiò subiungit principalem scribendi causam, siue rationem, ibi, Quoniam multi. Quartò de hoc quod tam breuiter scripsit, ponit suam excusationē, ibi, Plura habes vobis scribere. In salutatione verò, primò tangit personam suam. Secundò personam salutatam, ibi, Electa domina. Tertiò causam salutadi, ibi, Quos ego diligo. Quartò formā salutationis, ibi, Sit vobis gratia, & cætera. Dicit ergo, [Senior,] tam ætate, quàm moribus vel sapientia, quinetiam officij autoritate, quia presbyter & episcopus. Sapientię 4, Senectus vix merabilis, non diuturna, & cætera. Non ait, Ioanes & Apostolus, vel quid huiusmodi. Scripturus enim mulier, ponit illud quod magis caret suspitione, & plus habens securitatis & credulitatis. [Electa domina,] proprium nomen est cuiusdam matronæ Babilonicæ, de Babilonia Aegypti, hæc erat Electa, nomine. Electa etiam re, quia erat deuota. [Et natis eius.] Glossa, Tam natura, quàm fide, quia etiam catholici erant filij ei. [Quos] scilicet matronam & natos. [Ego diligo in veritate,] id est verè, non fictè. Glossa, Vero amore: secū dum illud 1. Ioan. 3, Non diligamus verbo, neque lingua, & cætera. Vel in veritate, id est in Christo, qui est veritas. Vel in veritate, id est ad veritatem habendam, scilicet vitam æternam, vbi est plena veritas, & nulla falsitas. [Et nō ego solus,] scilicet diligo vos. [Sed & omnes,] Glossa, Vt maior autoritas sit. [Qui cognouerunt veritatem,] id est omnes fideles, qui cognouerunt Christum, qui est veritas, Ioan. 14. Loquitur autem de cognitione approbationis, quæ est per fidem formatam, de qua Psalmo. 94, Ipsi verò non cognouerunt vias meas, & cætera. [Propter veritatē fidei,] scilicet, [Quæ permanet in vobis,] id est perfectè manet. Vel perseveranter manet Glossa, Non ob aliam causam vos diligimus nisi propter veritatem fidei, quæ in æstimabilis perdurat. [Et vobiscum erit in æternum.] Glossa, Vique in finem vitæ, vel durans in æternum. Sed quomodo veritas fidei erit in futuro, cum fides euacuetur. 1. Corinthiorum 9. Responso, intelligit de veritate fidei, quæ creditur, id est articulo: non qua creditur, id est ipsius habitus. vnde erit in æternū ratione visionis, quæ eis succedet. [Sic vobiscum.] Constructio sic ordinatur, Senior ego Electa domina, & natis eius quos ego diligo, & cætera. Scribo sic supple, Sit vobiscum [Gratia] culpam delens, [Misericordia] poenam indulgens, [Et pax] deo reconcilians. vnde optat remissionem culpæ, relaxationem poenæ, cautelam diuinæ offensæ. Vel gratia illumina intellectum contra errores hereticorum. Misericordia purgās affectum à reliquiis peccatorum. Et pax, id est mentis tranquillitas contra reciduum, ne amplius deum & fratrem offendat. Similiter salutat Apostolus ad Romano. 1, Gratia vobis & pax. [A deo patre,] Qui totius boni est author, Iacob. 1 [Et à Iesu Christo,] Qui totius boni est mediator. Per quem scilicet pater omnia operatur. Ioan. 1, Omnia per ipsum facta sunt. Tangit autem naturam humanam, dicens, à Christo Iesu: diuinam, in [Filio patris.] Spiritus autem intelligitur, vt nexus in extremis. indiuisa enim sunt opera & dona trinitatis. [In charitate,] vt scilicet proficiatis in charitate dei & proximi, quæ affectum purgat. [Et veritate] fidei, quæ intellectum illuminat. Glossa, In veritate fidei quam in baptismo promissistis. Promittit autem charitatem, quia charitas dat fidei perfectionem. Iacob. 2, Fides sine operibus mortua est. Vel notatur hic quibus optat prædicta, sub hoc sensu, Gratia vobiscum, & cætera. In charitate & veritate, id est vobis existentibus in charitate dei & proximi, & in veritate fidei. Per primum perficitur affectus: secundum intellectus.

Gauisus sum valde, quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus à patre. Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum. Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius, Hoc enim est mandatum, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis.

Hic beneuolentiam captans, ostendit ad eos suam affectionem: primò ad filios: secundò ad matrem, ibi, Et nunc rogo domina. Dicit [Gauisus sum,] quasi dicat, Opro vobis gratiam, misericordiam, & pacem, & c. Gauisus sum, inquit, valde, [Quoniam inueni de filiis tuis.] Quoniam inueni tanquam sollicitè tales quærens, & rarò inueniens, [De filiis tuis,] aliquos non omnes, [Ambulantes,] id est de bono in melius proficientes. Glo. quotidie. Psal. Ibunt de virtute in virtutem, & c. [In veritate,] scilicet fidei. Ad Ephes. 5, Vt filij lucis ambulate. Ioan. 12, Ambulate dum lucē habetis. Vel in veritate. i. in charitate à qua omnes virtutes veræ sunt. Ad Ephes. 5, Ambulate in dilectione, & c. Solent enim perfecti multū gaudere de profectu proximorū & maxime subditorum. i. ad Thes. 2, Vos estis gloria nostra & gaudium nostrum. Et Prover. 10, Filius sapiens lætificat patrem. Sic ambulantes, inquam, [Sicut mandatum accepimus,] id est in eā perfectione. quia mandatum fuit nobis, [A patre] scilicet per filium. Matr. 5, Diligite inimicos vestros. Et Ioan. 12, Ambulate dum lucem habetis. [Et nunc rogo te domina,] Hic ostendit suam affectionem, ad matrem, & ideo monet

CAPVT I.

eam ad bene agendum. Secundò ad proficiendum, ibi, Et hæc est charitas. Tertiò ostendit quòd proficere est necessarium, ibi, Hoc est enim mandatum. Et nunc rogo te domina, Glossa, per eam quam habes fidem iam certificatus, de cætero confidenter rogo vt rem non debitam, licet res debita sit, tamen nō impero, sed rogo [Vt diligamus alterutrum,] id est vnus alterum. & cætera [Non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio] à prioribus partibus, vel ab initio fidei, & vestræ conuersationis, quasi dicat, Sic hortando non nouum mandatum propono. Sed contrā: Ioannis decimotertio, Mandatum nouū do vobis, & cætera. Responso, Mandatum de charitate, & est vetus & est nouum. Vetus ratione substātie, quia ab antiquo scriptum in corde rationis & in codice legis, sed nouum ratione circumstantiæ, qui in euāgelio addit nouum modum. Lex dicit, diligite amicos: euangelium, diligite inimicos. Item nouum ratione efficacitæ, quia spiritualiter hominem innouat [Et hæc est charitas,] id est, in hoc esse ostenditur, & apparet [Vt ambulemus] passibus morum, non corporum de bono in melius proficiendo [Secundū mandata eius] ea custodiendo. Ioannis decimotertio, Si diligitis me mandata mea seruare [Hæc est enim] quasi dicat, Debemus ambulare secundum mandata [Hoc est enim mandatum,] scilicet dei [Vt quemadmodum audistis ab initio] nostræ fidei, vel nostræ conuersationis, vel nostræ prædicationis [In eo ambuletis,] assidue proficendo & perseverando.

Quoniam multi seductores exierunt in mundum qui non consentiunt Iesum Christum venisse in carnem. Hic est seductor & antichristus. Videte vosmetipsos ne perdati que operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Christi, deum non habet. Qui permanet in doctrina, hic patrem & filium habet.

Hic subiūgit causam principalem & intentionem, scilicet propter hereticos, quorum primò monet cauere errorem. Secundò vitare communionem, ibi, Si quis venit ad vos. Vitando errorem monet primò ex parte hereticorum: secundò ex parte ipsorum, ibi, Videte vosmetipsos: tertio ex parte vtrorumque, ibi, Omnis qui præcedit. Dicit ergo [Quoniam multi] Glossa, Necessè est vt perseveretis, quoniam multi per vanas lectas sunt diuisi [Seductores,] id est, seorsum à via veritatis ductores, Isti seductores sunt heretici qui prædicant cōtrariū veritati [Et exierunt in mundū,] Glossa, ad amorē & doctrinā mūdi, scilicet. Vnde Glo. de vestri confortio. Et nota, quòd boni exeunt de mūdo, primā Corinthiorum quinto, Alioquin debuera- ris de mundo exisse. Mali verò exeunt in mundum. i. Ioannes quarto, Multi pseudopropheta exierunt in mundum [Qui] scilicet seductores [Non consentiunt,] Glossa, nec doctrina nec vita [Christum] Magistrum & normam sanctitatis [Venisse in carnem] Alia litera, venisse in carnem, id est, saluatoris aduentum qui venit in carnem quando conceptus est, in carne quando natus [Hic] quicumque talis [Est seductor] hominum [Et antichristus,] id est, Christo contrarius. Vel antichristus, id est, Christo contrarius. Vel antichristus, id est, membrum antichristi. Dicitur autem seductor ob doctrinam peruersam: antichristus propter operationē prauam. Doctrina enim eius ad alios seducendum, operatio praua contra Christum. Talis autē dicitur anti- christus non in persona, sed in officio. Sicut Ioannes Baptista, dicitur Helias, Matthæi vndecimo. [Videte] ne seducamini ab eis, ac sollicitè & diligenter attendite [Vosmetipsos] ne scilicet à fidei veritate declinetis, & ne eis fidem adhibeatis. Matthæi vigesimo quarto, Videte ne quis vos seducat. Bernardus, Multi multa sciunt, & seipos nesciunt, alios aspiciunt & seipos negligunt. Ne perdati] de fide [Quæ operati estis.] Gloss. Illam mercedem quā bene operando meruistis. Ecclesi. 10, Qui in vno offendit multa bona perdet [Sed videte inquam potius] Vt mercedem plenam accipiatis] verā scilicet gloria, quæ replet animam, non vanā vt hypocrita. Matthæi septimo, receperunt mercedem suam. Vel plenam, quia remunerabit supra merita, & merita sunt hic semiplena, & non sufficiunt ad tantam gloriam. Sed pro operibus semiplenis da- bitur merces plena. Psal. 117, A dimplebis me læticia cum vultu tuo. Hæc autem impletio erit in tribus quā- tū ad animā. Rationabilis implebitur limpidissima cognitione, irascibilis sublimitate gloria & honoris, concupiscibilis iocundissima & vera dilectione. Item quo ad corpus in quinque, quia natiuitas humanitatis implebitur immortalitate, vacuitas passibilitatis impassibilitate, obscuritas claritate, pōderositas agilitate & subtilitate. De his omnibus, primā Corinthiorū decimoquinto, Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria, & cætera [Omnis, & car,] quasi bene dico ne per- datis, Omnis enim, siue de maioribus, siue de minoribus, siue de mediocribus [Qui recedit,] alios præcedit, id est, se alios præcedere dicit sicut heresiarcha alios sibi præcedere veditur præsumptione sapientiæ, quòd fit per inuentionem noui dogmatis vel erroris [Et non permanet in doctrina Christi] Glossa, ex superbia discedit ad humili prædicatione Christi Deum [non habet] in se per inhabitantem gratiam, nec in futuro per gloriā, sed [Qui permanet,] id est, perfectè & perseveratè manet in fide & moribus [In doctrina] scilicet Christi, siue dei, Glossa, manet in euāgelica doctrina, quæ secundum eam sapit & agit, separat se ab illo qui aliter sapit & agit [Hic & filium & patrem habet] In præsentī per gratiam, in futuro per gloriā. Qui enim perseverauerit vique in finem, hic saluus erit, Matr. 24. Habet autem simul vtrunque, quia vnus ab altero non separatur. Ioan. 14, Non credis quia ego in patre, & pater in me est. Præponitur autem hic filius patris, quia ad patrem non venit, nisi per filium.

Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non offert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dixit illi aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die domini non confundamini.

Hic monet communionē hereticorum vitare. Primò ostendit modum vitandi. Secundò, peccatū non vitantis, ibi, Qui enim dicit aue, Tertio commodum vitantis, ibi, Ecce prædixi vobis. Dicit ergo [Si quis] Ita qui permanet in doctrina Christi habet filium & patrem. Et ideo vt permaneat. [Si quis venit ad vos] visi- tandos vel docendos [Et hanc doctrinam,] scilicet de Christo [Non offert] imò offert contrariam [Nolite recipere in domum] participando in facto. Gloss. Non tantum non assentiatis, sed & nec recipiatis [Nec ei dixeritis aue] participando in verbo, Ad Tit. vltimò, Hereticum hominem post vnam & secundam admo- nitionem deuita. Secundò, quia subuersus est qui huiusmodi est. ¶ Notandum autem quòd in quinque vitā- dus est hereticus peruersus, in loco orationis, item in mensa dominica, item in priuata mēsa, item in osculo

Mandatum de charitate & non nouum est.

Homo adim- platur laci- dia in tribus.

In quinque vitandus est hereticus.

An quilibet peccatore vitare sit preceptum.

pacis & salutacione priuata. Comprehenduntur autem in hoc quod dicit, Nolite eum recipere in domo, id est, in ecclesia ad orandum, vel communicandum. Vel in domo, id est, in hospicio ad mensam priuatam. Duo vltima in hoc quod dicit, Nec aue ei dixeritis. Solent enim hac se concomitari: vnde vno remoto remouetur & aliud. Glossa, quia videtur signum consensus erroris. Hoc enim dicimus amicis, quorum opera nobis placent. Sed videtur quod non solum de praescito sit intelligendum, sed etiam de quolibet peccatore notorio. i. Corinthiorum quinto, Si quis frater nominati inter vos, & est fornicator, aut auarus, aut idolis feruens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, aut eiusmodi nec cibum sumere, &c. Responso, Praescitos debemus vitare propter praecceptum ecclesiae. Notorios vero propter scandalum infirmorum, vel ne detur eis audacia peccandi, vel ne corrumpantur consortio eorum. i. Corinthiorum decimoquinto, Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Qui enim dicit illi, aue, salutando sicut amicum & fratrem [Communicat] id est, communicando vitur, nam huiusmodi salutatio, vt ait Glossa, comunione cum eo ostendit. Alioquin simulatio est, quae in Christianis esse non debet. [Operibus eius malignis] quod prohibetur. Ephsios. 4., Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. [Ecce praedixi vobis,] scilicet, vt eos non respiciatis seu recipiatis. Gregorius, Minus iacula feriunt, quae prauidetur [Vt in die domini] Dies domini est dies iudicii. Psal. Cum accepero tempus, &c. Hoc vero tempus dicitur dies hominum. Lucae decimonono, Et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi [Non confundamur] Christum nunc negando, & inde tunc confusionem habendo. Luc. 9., Qui me erubuerit, &c.

Plura habens vobis scribere, volui per chartam & atramentum, spero enim mes futurum apud vos, & os ad os loqui, vt gaudium vestrum plenum sit. Saluans te filii sororis tuae Eleetae.

Hic excusat se quod tam breuiter scripsit, vbi se primo excusat, postea salutatur, ibi, Salutant te. Et primo salutat ex parte aliorum. Secundo ex parte sua, ibi, Gratia tecum. Dicit ergo [Plura habens vobis scribere] pertinentia ad vestram instructionem, scilicet de aliis documentis, vel diffusus de istis [Nolui per chartam & atramentum] Glossa, per scripturam. Scriptura enim non adeo commouet, sicut vox viva & praesentia magistri. Et subdit causam [Spero enim] de gratia dei, non de me praesumo [Me futurum,] id est, me venturum [Apud vos, & os ad os loqui,] & [Os] meum spero [Ad os] vestrum. Et haereticorum obstruendum [Loqui, id est, praesentialiter loqui vobiscum, & vos mecum vt plenius vos instruat. Hieronimus, Haber nescio quid latentis enargiae viae vocis actus, & in auditoris aures de authoris voce transfusa fortius sonat] Vt gaudium vestrum plenum sit. [Glossa, Haereticis confusus, & vestra fides confirmata] Salutant te, id est salutem optant [Filii sororis tuae Eleetae] illa dicebatur Eleeta sicut & ista cui scribit, cuius filii eam salutabant. Vel filii sororis tuae Eleetae, id est, alterius ecclesiae. Vnde Glossa, Vos ad literam, vel forsitan filii alterius ecclesiae metropolitanae [Gratia tecum] Glossa, Ego ex parte mea dico [Gratia tecum] Bona societas, prima Corinthiorum decimoquinto, Non ego, sed gratia dei mecum. Gratiam inquam operans ad peccatum delendum, cooperans ad bene faciendum, tecum ad perseverandum. Amen] Confirmatio est praedictorum.

FINIS.

B. IOANNIS APOSTOLI EPISTOLA CANONICA III.

Caput 1.



Senior Cayo charissimo quem ego diligo in veritate. Charissime de omnibus orationem facio, prospere te ingredi & valere, sicut prospere agit anima tua. Gaius sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuae, sicut tu in veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.

Hac est tertia epistola Ioannis, cuius author fuit ipse Ioannes apostolus, non Ioanes presbyter, vt quidam putarunt. Quod patet ex similitudine sermonis & affectionis. Hanc autem scribit, scilicet Cayo Corintho, instruens eum de operibus charitatis, & monens vt in charitate perseveret. Differt autem a duabus praecedentibus. Quia in prima egit de charitate ad deum, & proximum comuniter. In secunda de charitate ad deum specialiter. Hic agit de charitate ad proximum etiam specialiter. Modus agendi est. Quia primo praemittit suam salutacionem. Secundo ponit suam ad deum affectionem, ibi, Gaius sum valde. Tertio subdit eius ad bonum, quod incepit continuandum, exhortacionem, ibi, Charissime fideliter facis. Quarto ponit suam excusacionem, ibi, Scripsissem forsitan ecclesiae. Dicit igitur [Senior] ego scilicet aetate, vel moribus, vel sapientia, vel dignitate, quia presbyter Graecae, senior latine [Cayo] scilicet scribit. Iste Caius dicitur fuisse Corinthus, de quo prima Corinthiorum primo, Neminem baptizauit nisi Crispum & Caium. Et Romanos vltimo, Salutat vos Caius hospes meus. Hic vt ait Glossa, Fide suscepta dedit se hospitalitati, & susceptioni praedicatorum [Quem ego diligo in veritate] non ficta. Glossa, Non temporalium bonorum gratia, sed aeternorum causa [Charissime] Merito vocat eum charissimum, quia operibus charitatis deditum [De omnibus] Glossa, quae facis [Orationem facio] Glossa, Hoc a domino crebris precibus exopto, vt quod bene agis bene perficias. Simile ad Romanos primo, Sine intermissione memoriam vestri semper facio in orationibus meis, &c. Et instruitur praelatus,

quod debet semper orare pro subditis [Prospere te ingredi.] Dicit Glossa, de bono in melius. Profectum autem viri iusti vocat ingressum, ad significandum quod homo quantumcunque sit bonus semper se debet reputare in ingressu & inchoatione, & nunquam in consummatione vt dicat cum Psalmista, Et dixi nunc cepit haec mutatio, &c. Eccl. 18., Cum consummaverit homo tunc incipiet [Et valere] vita spiritali [Sicut,] id est, ita [Prospere agit anima tua] Glossa, proficiendo in animarum operibus. Et alia Glossa. Vt sicut valet anima, sic valet corpus. Operat & enim ei prosperitatem anima bonam, non quae est contra animam. De qua Proverbio. 1., Prosperitas stultorum perdet eos [Gaius sum valde, &c.] Hic ostendit affectionem circa eum. Primo ex gaudio de fama eius. Secundo, ex gaudii magnitudine, ibi, Maiorem horum. Dicit ergo [Gaius] ita pro te oro, sed & gaius sum gaudio spiritali, non carnali [Valde] quia gaudio interiori & exteriori [venientibus] Glossa, a te [Fratribus] Glossa, peregrinis [Et testimonium perhibentibus veritati tuae] Glo. Vere charitati quae non cessat ab opere. Veritati enim testimonium reddendum est. Ioannis 18., In hoc ego natus sum mundo, vt testimonium perhibeam veritati [Sicut tu in veritate ambulas.] Glossa, Tam studiose reddunt testimonium, quam studiosus tu es ad bene operandum. Et vere gaius sum [Maiorem enim horum] Glossa, ad me venientium [Non habeo gratiam] Glossa, Quando fratres veniunt ad me in nullo facto eorum vel verbo, magis gaudeo [Quam vt audiam] eis mentientibus [Filios meos] Glo. Quos praedicando vel baptizando genui. i. Corint. 4., Per euangelium in Christo Iesu vos genui [In veritate ambulare] glo. In veritate verae fidei, & bonae operationis obseruare. Sed quomodo istum baptizando genui, quem Paulus baptizauit. i. Corint. 1., Nisi Crispum & Caium. Responso, Genui hunc praedicando, non baptizando, vel filius eius erat imitatio Pauli. Quando enim loquitur de generatione loquitur de filii generaliter, sed glo. specialiter.

Charissime fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos qui testimonium reddiderunt charitati tuae in conspectu ecclesiae, quos benefacias deducens digni deo. Pro nomine enim eius profecti sunt: nihil accipientes a gentilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: vt cooperatores simus veritatis.

Hic ponit principale causam quae est exhortare eum ad hospitalitatem, quod facit, primo laudando factum. Secundo, commendando personas, quibus sit, ibi, Pro nomine enim eius. Tertio, monstrando meritum, ibi, Nos ergo debemus. Dicit ergo [Charissime] Glossa, Ideo non debes proficere ab hospitalitate [Fideliter facis] scilicet secundum quod vera fides exigit, & veram fidem tuam operibus ostendis. Iaco. 2., Ostende mihi ex operibus fidem tuam [Quicquid operaris in fratres] subueniendo scilicet eis, a quibus nihil expectas temporale, vt dicit glo. Vnde ad Galat. 6., Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei [Et hoc in peregrinos] scilicet maxime, quos scilicet non nosti. Deut. 10., Deus amat peregrinum, & dat ei victum & vestitum. Et vos amate peregrinos [Qui,] scilicet fratres maxime peregrini [Testimonium reddiderunt charitati tuae] Glossa, operibus misericordiae. Caritas autem hic intelligitur non charitatis habitus vel affectus, sed effectus, non solum in secreto, sed [In conspectu ecclesiae,] id est, in praesentia fidelium, vt sic exemplo tuo alij excitentur ad hospitalitatem. Matthaei quinto, Sic luceat lux vestra, &c. [Quos,] scilicet peregrinos [Benefacias] Glossa, dum apud te sunt [Deducens] ad alia loca ad quae ire volunt [Digne deo,] id est ad honorem dei, quem honoras in suis membris, qui dicit Matthaei decimo, Qui vos recipit, &c. Et subdit tantum [Pro nomine enim eius,] id est, pro fide & honore, & praedicatione nominis eius [Profecti sunt] a patria sua exules. Glossa, Alienati a rebus propriis [Nihil accipientes a gentilibus] Glossa, contribulibus suis, quia nihil dabant eis, vt ait, vt sic a pietate famis cogerebantur fidem negare, non quin liceret accipere. Dicitur enim i. Corinthiorum 1., Si quis infidelium vocat vos ad carnem & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate [Nos ergo] Glossa, Qui possumus supplere indigentiam eorum. Sed nunquid ipse erat pauper. Matthaei decimonono, Ecce nos reliquimus omnia, & caetera. Quomodo ergo se diuitibus connumerat? Responso Bedae in Glo. sua, Hoc ideo facit vt alacriores eos reddat & promptiores ad miserandum pauperibus, vel quia omnia bona ecclesiae in manu sua erant [Debemus suscipere] nam seminantibus spiritalia debemus carnalia. i. Corinthiorum quarto, Nostra abundantia in opiam illorum suppleat [Huiusmodi] Fratres nomine Christi praedicantes. Vt ideo scilicet [Cooperatores simus veritatis] necessaria eis ministrando. Veritas inquam, cuius illi sunt ministri eam praedicando, quasi dicat, Nos qui non praedicamus debemus necessitate praedicantibus ministrare, vt sic simus cooperatores veritatis, & socij mercedis. Matthaei decimo sexto, Qui suscipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Sed nunquid hospes praedicatorum eandem mercedem recipiet quam recipit praedicator? Responso, Accipiet similem mercedem aurae coronae, sed non aureolae.

Scripsissem forsitan ecclesiae, sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc si venero comone eius opera quae facit, verbis malignis garruens in nos. Et quasi non ei ista sufficiant: neque ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt, prohibet, & de ecclesia eicit. Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui bene facit ex deo est, qui male facit non videt deum. Demetrio testimonium redditur ab omnibus & ab ipsa veritate, sed & nos testimonium ei perhibemus, & nosti quoniam testimonium nostrum verum est.

Hic ponit suam excusacionem. Primo de hoc quod nihil scripsit ecclesiae. Secundo de hoc quod tam breuiter scripsit ei, ibi, Multa habui scribere tibi. Causa autem quia non scripsit ecclesiae, fuit praesentia cuiusdam haeretici verba sua non recipientis cui fauebant. Primo ergo illum reprehendit & redarguit, scilicet Diotrephen nomine: & illum notat. Secundo Cayo illius imitationem vetat, ibi, Charissime noli. Tertio alterum, scilicet Demetrium ad imitandum proponit & laudat, ibi, Demetrio testimonium. Notat autem illum, scilicet Diotrephen. Primo de ambitione. Secundo, de detractione, ibi, Propter hoc si venero. Tertio, de in hospitalitate, ibi, Et quasi ei ista non sufficiant. Praedicit ergo [Scripsissem forsitan] de hac materia epistolam ecclesiae, id est, toti congregationi fidelium [Si is qui amat primatum gerere,] id est, vsurpat sibi principatum. Matthaei vigesimo tertio, Amant primas cathedras in synagogis, & caetera. [In eis,] id est, inter eos qui nunc erant in ecclesia illa [Diotrephes] Nomen proprium cuiusdam haereticarum [Non recipit nos,] id est, nostra mandata & verba. Glossa, Nostram authoritatem. Matthaei 10., Qui vos spernit me spernit [Propter

Temporalibus praedicatoribus nomen Christi debetur.

hoc] Glossa, quia deprauat scripturam] Si venero] dubitatiuè ponit propter dubium euentus] Commonea] Glossa, id est, in omnium notitiam manifestius arguendo deducam] Opera eius quæ facit] quorum exemplar à nobis non habuit, sed noua adiuuenit mendacia] Verbis malignis] Malo igitur, scilicet inuidiæ accensus. Psal. Supercecidit ignis & non viderunt solem, scilicet claram veritatem] Garricus] falsis rationibus ad similitudinem auis, quæ est animal irrationale & garrulosum] In nos, id est, contra nos. Et dicit opera quæ facit verbis malignis ad significandum quod verba quandoque faciunt multa mala. Ecclesiasti. 28, Plaga linguæ comminuet ossa, Multi ceciderunt in ore gladij, sed multi etiam interierunt per linguam suam] Et quasi non ei ista] Glossa, quod mihi detrahit, quod hospitalitatem diluadet] Sufficiant] Glossa, ad damnationem] Neque ipse suscipit fratres] Glossa, indigentes, cum tamen dominus in ipsis suscipiatur. Matthæi 25, Hospes etiam & collegistis me, & carere. Et Matthæi decimo, Qui vos recipit me recipit. Cum enim aliquod bonum sit alicui membro puta pedi, os quod est in capite dicit, tu mihi facis bonum] Et eos qui suscipiunt prohibet, scilicet ne suscipiant, quod est contra illud. Proverbio. 3, Noli prohibere illum qui potest benefacere, si pores & ipse benefaciat. Et de ecclesia eiciit] Glossa, Non de consortio fidelium, sed de loco in quo conueniunt, quasi dicat, non tantum prohibet suscipere, sed & suscipientes, & susceptos eicit de ecclesia, ut dicit glossa. Hæc excommunicatio manifestum errorem continens non ligabat. Talis erat excommunicatio Iudæorum. Ioannis 13, Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis Christum confiteretur extra synagogam fieret] Charissime] quasi dicat, quidquid ille dicat] Noli imitari malum] scilicet eius doctrinam, vel malum, id est, malam eius operationem. Psal. 37, Noli æmulari in malignantibus, &c.] Sed quod bonum est] ad Galat. 4, Bonum æmulamini in bono semper, & debes bonos imitari. nam] Qui benefacit] Non solum bonum ex genere operis, sed & ex intentione operantis. ita qui ex timore implet præceptum, & dicit Augustinus, bonum est, sed non bene facit] Ex deo est] imitatione, vnde Lucæ 6, Estote misericordes, sicut pater vester, non propagatione, sed imitatione] Qui autem malefacit non videt deum] Et intelligenda sunt hæc per se, quia in quantum bonum facit, ex deo est. Quia homo non facit bonum à se, sed à deo. Ioannis 15, Si ne me nihil potestis facere. Et in quantum malum facit non videt deum, Nec visione fidei formata in præfenti, nec spei in futuro. supra 1. Ioan. 3, Qui non diligit non nouit deum] Demetrio] Glossa, illud verbum, quod velit imitari aperit] Testimonium] scilicet boni de operibus pietatis & charitatis] Redditur ab omnibus] Glossa, ad cum venientibus vel ab eo recedentibus] Et ab ipsa veritate] Glossa, à deo qui est veritas. 1. Ioan. 5, Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est] Sed & nos] apostoli veritatis nuntij] Testimonium ei perhibemus] Glossa, Ad commendationem hospitalitatis] Et nostri] per experimentum glossa. Per alia testimonia, quæ probasti esse vera] Quoniam testimonium nostrum verum est] Ioan. vlt. Qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.

Multi habui tibi scribere, sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre, & os ad os loquar. Pax tibi. Salutant te amici. Soluta tu amicos nominatim.

Hic excusat se de hoc quod tam breuiter scripsit, Et primò ostendit quod in proximo videbit eum corporaliter. Secundò ut moram patientius sustineat, Salutatur eum multipliciter, ibi, Pax tibi. Dicit igitur] Multi habui tibi scribere] ad commendationem, glossa, de commendatione elemosynæ & aliis] Sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi, id est, per scripturam quæ fit cum calamo & atramento. Sed per vocem viuam. Efficacior enim est vox viuam quam mortua, quæ scripta est in pargameno, & subdit causam] Spero autem te protinus videre] personaliter] Et os] meum] Ad os] tuum] Loquar] vel ad os Diotrepe] pis obstruendum] Pax tibi] glossa, Ab illo Diotrepe, & ab omnibus malis] Salutant te, id est, salutem tibi optant] Amici, id est, fideles, qui sunt nobiscum] Saluta tu] ex parte mea] Amicos] Fideles amicos tuos & nostros. glossa, Amicis gratias pacis & salutis mādāt, ut inimicos veritatis à salute monstret esse extra nos, sicut & Paulus expresse facit. 1. Corinthiorum 15, Si quis non amat dominum Iesum Christum, & cetera. [Nominatim] singulos, quod dicit, ut ostendat specialem ad singulos dilectionem. Sed quæritur de hoc quod dicit, Sed nos testimonium perhibemus, quare testimonio veritatis adiungit suum testimonium cum omni testimonio veritatis sit credendum? Responsio, Et si testimonium veritatis erat verissimum non tamen certum.

Et ideo addit suum testificans testimonium.

FINIS III.

B. IVDÆ APOSTOLI EPISTOLA
CANONICA

Capitulum I.



Idas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi his qui sunt in deo dilectis, & Christo Iesu conseruatis & vocatis. Misericordia vobis & pax & charitas adimpleatur.

Hæc est quarta pars huius libri & vltima, in qua ponitur epistola Iudæ apostoli. Huius epistolæ author fuit Iudas Thadæus frater Iacobi minoris Alphæi: scribit autem non gēti, nec personæ specialiter, sed generaliter omnibus fidelibus. Cui materia est de fide & charitate ut rangit Glossa. Intentione verò est comonere fideles, ne consentiant hereticis eos à fide & charitate retrahētibz. Ordinatur aut vltimo eius epistola, quia vel vltimo edita: vel quia minoris famæ, & dignitatis erat ceteris. Modus aut agendi est. Quia primò ponit salutationem. Scdò subdit scribendi causam & rationem, ibi, Charissimi omne sollicitudinē. Tertio prosequitur principalem intentionem, ibi, Comonere autem vos volo. In salutatione: Primò describitur persona salutans. Secundo ponuntur personæ salutatae, ibi, His qui sunt, &c. Tertio forma salutationis, ibi, Misericordia vobis, &c. Dicit ergo] Iudas] id est, confitens verbo & facto. Non addit Thadæus, licet sic cognominaretur. Quia fortè à religio sitate sua hoc nomen ab hominibus erat ei impositum. Interpretatur corculus, id est, cordis cultor. Ad vitandum igitur iactantiam dixit Iudas tantum se esse] Iesu Christi seruus] qui secundum Gregor. in glossa super illud Romano primo, Seruus Iesu Christi, &c. Cui seruire regnare est. Non enim dicit apostolus causa humilitatis. [Frater autem Iacobi] Glossa, Natura, fide, doctrina, vita, Iacobi, scilicet minoris, qui erat primus episcopus Hierosolymitanus, qui dictus est Iacobus Alphæi. Hoc autem dicitur ad differentiam Iudæ proditoris. Et notandum quod Iudas bene dicitur frater Iacobi, quia Iudas confitens, Iacobus supplantator interpretatur. Et significat confessionem & satisfactionem per quæ vitia supplantantur. Iudas inquam talis scribit] His] scilicet, fidelibus & non infidelibus. Qui sunt in deo patre] tanquam filij per fidem & imitationem, per quam sunt filij patris. Ioannis primo, Dedit eis potestatem filios dei fieri. [Dilectis] Per charitatem & bonam operationem, & æternam prædestinationem. Malach. primo, Iacob dilexi, &c. [Et Christo Iesu] filio dei. [Conseruatis] ab errore infidelium. [Et vocatis] Ad hanc dignitatem fidelium: vocat enim, ut ait glossa, conseruat, dirigit: & diligit filios, & membra facit. [Misericordia vobis] In peccatorum condonatione quo ad culpam. [Et pax] In inimicorum perfecta reconciliatione quo ad penam debitam. [Et charitas] In donorum infusione per gratiam. [Adimpleatur] Per finalem perseverantiam. Hæc tria hic inchoantur, sed in futuro adimplebuntur.

Charissimi: omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis deprecans supercertari semel tradita sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines qui olim præscripti sunt in hoc iudicium impij domini nostræ gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem & dominum nostrum Iesum Christum negantes.

Hic ponit scribendi causam & rationem. Prima est, in ipsis sollicitudinem hereticorum subintroductio, ibi, Subintroierunt enim. Secunda, ibi, Impij domini nostri gratiam, &c. Dicit ergo] Charissimi] Charitate mihi coniuncti, [Omne sollicitudinem faciens] Glossa, Omnia quæ pertinent ad sollicitum sollicitudine spirituali quam sancti habent. 2. Corinthio. 11, Sollicitudo omnium ecclesiarum, &c. [Scribendi vobis] Epistolam supple continentem doctrinam] De communi vestra salute] Glossa, De fide quæ est tam mea salus, quam vestra & omnium fidelium, scilicet fides quæ per dilectionem operatur: de hac salute 1. Petri 1. De qua salute exquiserunt atque scrutati sunt prophetae, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt. [Necesse habui] vrgente mea sollicitudine interius, & periculo vestro exterius. [Scribere vobis] De pertinentibus ad salutem vestram, & hoc ratione officij, [Deprecans] Non imperans. Quod facit, vel quia non habeat generalem authoritatem super eos quibus scribebat, sed persuasionem. Vel ex hoc innuens seruitutis Christi libertatem & suam humilitatem. [Supercertari] vos, scilicet, glossa, vsque ad mortem certari. Eccles. quarto, Pro iustitia agonizate vsque ad mortem. Et dicit, Super certari. Certamini enim interiori quo captiuatur intellectus, oportet addere certamen exterius, quo confundatur hereticus. Primò pertinet ad credulitatem cordis. Secundum ad effectum oris. Romano. 10, Corde creditur ad iustitiam, &c. [Fidei] id est, super fidem cordis addere oportet certamen confessionis, quasi dicat, Rogo vos ut pro fide seruanda certatis. [Semel tradita vobis] id est, perfecta. Et dicit semel propter fidei veritatem. Epheso quarto, Vnus deus vna fides. Vel semel tradita à Christo, & ab Apostolis. [Sanctis] alij libri habent [Sanctæ fidei] vel [Sanctis fidei] hoc accidit, quia est de Christo deo & homine, qui est sanctus sanctorum. Item quia à sanctis Apostolis est tradita. Item quia sanctificat corda. Actuum 15, Fide purificans corda eorum. [Subintroierunt enim quidam homines] Ideo necesse est, quia subintroierunt. Glossa, Sub specie religionis, qui quasi fidem Christi prædicent. In quo notatur eorum dolositas, quia sub specie boni prætentunt ministrare venenum. Matthæi 7, Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem, &c. [Quidam inquit] particulares, ab vniuersali ecclesia diuisi] [Homines] ab humo, quia carnales. 1. Corinthio. 2, Cum sit inter vos zelus & contentio nonne carnales. glossa, humana tantum sapientes. Qui olim præscripti sunt] glossa, Ab æterno dei præscientia præuisi. [In hoc iudicium] præsentis, scilicet reprobationis. Glossa, ut fordescerent, & alios in fordes præcipitent, & postea iudicium fieret damnationis. Alia litera habet. In hoc iudicio, & legitur sic. Qui olim, id est, ab æterno præscripti, id est, à deo præuisi, in hoc, id est, ut fordescant & alios in fordes præcipitent iudicio dei, scilicet iusto] [Impij] glossa, Ipsi dico impij diuina scriptura dolo aburentes & ad subuertendum cultum dei. Hic ergo pietas accipitur cultus dei, non compassio proximi. Vel impij generaliter, quia sui ipsius non miserantes. Vel impij pietate proximorum carentes, & eos ad peccatum

trahentes. Prouerbio 12, Iter impiorum decipiet eos. [Domini nostri] scilicet Christi, qui est deus omnium generaliter per creationem, sed Christianorum specialiter per cultum, deuotionem, & gratiam. [Gratiam transferentes in luxuriam] Beda, Legis duriciem quæ dicit, oculus pro oculo, &c. Temperat gratia euangelij, purgantur per penitentiam. Hanc gratiam transtulerunt in occasionem luxuriam, quia ut dicit glos. Tanti licentius peccant, quanto vident se minus asperitate legis de facinoribus examinari siue puniri. Galatas 5, Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasione detis carnis. [Et solum dominatorem] omnium generaliter. Glosa tam volentium quam noleantium. [Et dominum nostrum] Christianorum singulariter, qui ei soli seruiunt, & secundum hoc dominator dicitur à potestate dominandi Dominus ab actu. Vel dominator à dominatione naturali, Dominus à gratuita, per hoc à quo Christus solus dicitur dominator & dominus, non excluditur pater & spiritus sanctus, quia dictio exclusiva addita termino essentiali non excludit personam, Sic canit ecclesia, Tu solus altissimus, &c. [Iesum] glos. Saluatorem [Christum] glos. regem. [Negantes] corde, ore, & opere. Hic est triplex negatio, quam significat triplex negatio Petri Matth. 26.

Commonere autem vos volo scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans, secundo eos qui non crediderunt perdidit. Angelos vero qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicio magni dei vinculis æternis sub caligine reseruauit. Sicut Sodoma & Gomorra & finitima ciuitates simili modo exornate, & abeuntes post carnem alteram, facti sunt exemplum, ignis æternam penam sustinentes. Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant.

Hic scribit principalem exhortationem de cautela hereticorum Christum negantium & blasphemantium, quos detestandos ostendit, propter eos qui negant potestatem. Secundò propter ipsorum qui eum negant peruersitatem, ibi, Ut illis qui in via Cayn. Potestatem ostendit, Primò exemplo Aegyptiorum. Secundò exemplo dæmonum, ibi, Angelos verò, &c. Tertiò exemplo Sodomorum, ibi, Sicut Sodoma. Quartò exemplo bonorum angelorum, ibi, Cùm Michael. Dicit igitur [Commonere] Glosa, Quia illi negant & volunt vos inducere, ut negetis, ideo Commonere vos volo, id est, semel omnes monere cõtra illos: vos dico [Scientes semel] id est, perfecte [Omnia]. Glos. Arcano fidei, & non haberis opus recentia quasi fametiora à nouis audire magistris: ideo ego commoneo, quia non indigetis noua instructione, sed iam auditis commonitionem. Vnctio enim in baptismo semel accepta docet vos de omnibus primæ Ioannis secundo [Quoniam Iesus] non solum filius Mariæ, sed dominus noster. Aliis enim conuenit hoc nomen nuncupatiuè, sed ei solum substantialiter. Matth. 2, Vocabis nomen eius Iesum, [Populum suum] Glosa. Humiles: vnde nomine populi eos appellat. [Saluans] primus, scilicet Psal. Saluauit eos de manu odientium. [De terra Aegypti] educendo. Exod. 12. [Secundo] glos. postea. Proprium enim eius est misereri & parcere: Irasci verò non est ex sua principali intentione, sed ex nostra culpa prouenit. [Eos] glos. murmuratores, de quibus Nume. 17. Quando desiderabant carnes. Exod. 16. De Dathan & Abyron. [Qui non crediderunt] verbis Moysi in deserto. [Perdidit] Per serpentes. Numeri 21. Et aliis modis, quia multis modis interierunt. Quidam igne. Numeri 11. & 16. Quidam deuoratione terræ. Numeri 16. Quidam morte communi, scilicet omnes à viginti annis, & supra, exceptis Iosue & Caleph. Numeri 14. Saluauit ergo populum suum. Primò per misericordiam: sed puniuit malos per iustitiam. Præmittitur autem de salute, & sequitur de punitione, quia promptior est dominus ad misericordiam, quàm ad puniendum. Item dicit secundo, ad significandum, quòd primò punit eos pœna temporali, secundo æterna. Et quia nunc & in futuro malos perdit: vnde glos. Secundo, id est, bis perdidit, quia malos & nunc, & postmodum puniit. Nam quos presentia mala nõ corrigunt, ad sequentia perducuntur. [Angelos verò] quasi dicat, Non solum homines: verum & sed glos. quorum natura & potentia maior est. [Qui nõ seruauerunt] glos. per humilitatem & obedientiam [Suum principatum] quo per gratiam dei principabantur aliis sibi subiectis spiritibus. Ex ista glosa videtur, quòd habuerunt gratiam, sed debet intelligi de gratia gratis data, non de gratia gratum faciente. [Sed dereliquerunt] Per superbiam [Suum domicilium] glos. Cælestem habitationem vel visionem dei spiritualem, non visionem gloriæ, sed contemplationis internæ: non enim voluerunt esse cõtenti domicilio sibi assignato. Esaiæ 14, Ascendam in cælum, &c. [In iudicium magni dei] glosa. venturi ex tunc grauius puniantur. Vnde & ipsi dicunt, Mat. 11, Quid venisti ante tempus perdere nos. Dies verò iudicij dicitur magnus ob magna, quæ ibi fient. Iohel. 2, Dies domini magnus & horribilis. Vel magni dei, glos. Cui resistere vel aliquid occultate non potuerunt. Vnde magnus est potentia & sapientia. Et in signum huius precedet ignis ante ipsum, qui habet duo, scilicet lucere & ardere: ratione lucis patet quòd nihil eum latebit, ratione ardoris quòd scientia sua erit crudelis. [Vinculis æternis] Ligatos supple, secundum glos. Vincula æterna vocat, vel eorum superbiam, vel impenitentiam, vel diuinam sententiam, vel cupiditatem rerum cupitarum infimarum qua vinciti non possunt ad superiora reuerti. [Sub caligine] glos. Huius aeris caliginosi: vnde dicuntur retores tenebrarum harum ad Ephes. 6, [Reseruaui] id est, iterum seruauit sub caligine huius aeris, iam damnatos grauioribus reseruat pœnis. Simile supra. 2. Petri 2. Si deus angelis peccantibus non pepercit, sed trudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, &c. In iudicium reseruari. [Sicut Sodoma & Gomorra] Has duas nominat, quia celebriores & peccato deteriores, [Et finitima ciuitates] alie tres, scilicet [Simili modo exornate] Simili modo sicut Sodoma & Gomorra, quia exemplo earum ad hoc inducunt. Exornate. Glos. Extra materiam debitam relicto naturali vsu scemina. [Et abeuntes] longè à deo euntes in regionem dissimilitudinis cum filio prodigo, Luca 15. [Post carnem alteram] id est, sequentes concupiscentiam. In carne altera, id est, in carnem masculorum, quæ est altera, & in debita concubitu. Caro enim viri cum carne mulieris est. Genesis 2, Sed caro masculi est aliena & diuersa ab illo opere. Ille inquam ciuitates. [Factæ sunt exemplum ignis æterni] glos. Aeternæ combustionis, sicut enim exarserunt igne libidinis æternæ combustionis: ita exarserunt igne materiali, igne sulphureo, quoniam non fuit purgatorius, sed initium pœnæ & signum ignis futuri. 2. Petri 2. Ciuitates Sodomorum & Gomorrorum in cinerem redigens euersione damnauit. In exemplum eorum, qui impie acturi sunt. [Pœnam sustinentes]

*Pœna iþpoua
lis Sodomita
rũ iustitiũ fuit
æterna.*

temporalis ignis. Genesis 19, Pluit dominus super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem. [Similiter & hi] glos. Sicut Sodomitæ sunt damnandi. [Qui carnem quidem maculant] propriam vel aliorum, sicut Sodomitæ. Fornicatio enim corpus maculat. 1. Corinthio. 7, Qui fornicatur in corpus suum peccat. [Hi inquam] damnandi sunt pœna æterna. Habræo. vltimo, Fornicatores & adulteros iudicabit deus, id est, condemnabit, secundum glos. [Dominationem autem spernunt] id est, autoritatem principum & prælatorum Christianorum per inobedientiam & propriæ excellentiæ appetitum, quod est contra illud Rom. 13, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit propter deum. [Maiestatem autem dei blasphemant] glos. Angelos vel sanctos vel deum, quod est peccatum grauisimum. Matthai 12, Spiritus blasphemiam nõ remittetur, &c. 2. Petri 2, Sectas verò non metuunt introducere blasphemantes, quod faciunt dũ de deo patre & filio & spiritu sancto indigna dicunt. Ex his patet quòd heretici damnabuntur, qui carnem maculant per luxuriam, dominationem spernunt per superbiam, maiestatem blasphemant, per doctrinam erroneam.

Cùm Michael archangelus cum diabolo disputans altercatur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiam, sed dixit, Imperet tibi deus. Hi autem quæcumque quidem ignorant, blasphemant: quæcumque autem naturaliter, tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.

Hic ostendit Christum non esse blasphemandum, exemplo angelorum bonorum. Et primò tangit angeli in verbo, sobrietatem. Secundò hereticorum in verbis, præcipationem, ibi, Hi autem quæcumque. Dicit ergo [Cùm Michael archangelus, &c.] Blasphemant enim deum heretici sicut dæmones, quod nullatenus debet fieri exemplo angeli boni. Cùm enim Michael, &c. Sicut dicit glos. de quibus scripturis hoc testimonium accepit Iudas apostolus non est certum: tamen credibile est quòd mortuo Moise subtraxit dominum misso angelo corpus Moysi. Ita vt nullus sciret eius sepulturam, vt habetur Deutero. vltimo. Et hoc ne Iudæi ad idololatriam prouincum colerent, vt deum. Angelus verò volebat occultari eius sepulturam. Diabolus verò volebat eam manifestari, vt faceret Iudæos idololatrare. Et hæc contrarietas vocatur altercatio eorum. Bonus verò angelus non maledixit nec blasphemauit eum quasi malæ creaturæ, sed modestè compefcit eum per diuinum imperium inuocatum. Hæc verò altercatio, vt ait glosa, vbicumque facta fuerit diligenter aduertendum est, quòd si Michael aduersanti sibi diabolo dicere blasphemiam noluit, sed modesto sermone compefcit, multò magis blasphemiam est cauenda, & maximè in creatorem, sed econtrario. [Hi] scilicet heretici. [Quæcumque ignorant] glosa, Blasphemanda esse, scilicet spiritualia dei arcana [Blasphemant] glosa, Ex sola superbia, non ex alia causa. Simile habetur. 2. Petri 2, In his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt: ita & in his quæ ignorant, blasphemant. [Autem] pro sed. In his quæ sciuntur, aliter se habent. [Quæcumque autem naturaliter] id est, nature instinctu. [Nouerunt tanquam muta animalia] sine ratione existentia, glos. Solo appetitu carnis sicut bruta nulla ratione ab aliis discreta. [In his corrumpuntur] implendis, scilicet glos. Torum affectum ad hoc inclinât: peccatum enim est corruptio modi, speciei, & ordinis, vt ait Augustinus. In hoc autem quod dicit, Quæcumque norunt tanquam animalia muta inuunt quòd non solum affectu brutali inclinantur ad illicita, sed ex propria malitia, ex corruptione. 2. Excecauit eos malitia eorum. Excellit enim homo animalia bruta in ratione, sed ratio deordinata vergit in malitiam. Vel in his corrumpuntur, id est, compurescunt, & in frequentia. Iohelis secundo, Compu truerunt iumenta in stercore suo.

Ut illis qui in via Cayn abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chore perierunt. Hi sunt in epulis suis macule conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes.

Hic distinet imitari hereticos ob peruersitatem ipsorum, vbi Primò describit ipsorum conuersationem. Secundò diluadet imitationem, ibi, Vos autem charissimi. Conuersationem eorũ describendo primò exprimit culpam. Secundò prædicat pœnam, ibi, Prophetauit autem de his, &c. Tertiò ostendit pœnæ iustitiam, ibi, Hi sunt murmuratores. In prima primò describit peccata spiritualia: secundo, carnalia, ibi, Hi sunt in epulis. In prima, primò describit peccatum inuidiæ. Secundò auaritiæ, ibi. Et errore Balaam. Tertiò superbiam, ibi, In contradictione. Dicit ergo [Ut illis] Et quia tales sunt, ut illis. scilicet prædicis hereticis, glosa. Damnatio erit illis [Qui in via Cayn abierunt] glos. Viam Cayn abeunt qui propter inuidiam meliorum Christianorum, nomen doctorum vt honorificentur sibi assumunt, & fratres suos præ inuidia spiritualiter & etiam corporaliter aliquando occidunt. Vel in viam occidunt, qui gladio suæ peruersæ doctrine, fratres suos interficiunt. Cayn interfecit fratrem suum gladio materiali, isti gladio spirituali. Psalmus, Exacerunt vt gladium linguas suas: de hac materia. Genesis 40. [Et errore Balaam] id est, errore simili Balaam glosa. Errore Balaam pereunt, qui pro amore terrestrium commodorum veritatem quam nouerunt impugnant. De hoc Numeri 23, [Mercedem] id est, pro mercedis appetitu [Effusi sunt] aliqua re gratiæ diuine. Eccle. 26, Gratiæ fatuorum effunduntur. Et vç illis supple [Qui in contradictione Chore perierunt] glos. Contradictione Chore perierunt, qui increpatione sanctæ ecclesiæ nolunt emendari: sed appetitu indebiti primatus ab unitate ecclesiæ se diuidunt. De hoc Numeri 16. Tangit ergo triplicem causam motiuam, scilicet inuidiæ ecclesiasticæ sollicitatis, auaritiæ terrenæ cupiditatis, superbiam & ambitionem honoris. Hi sunt in epulis suis] Hic describit peccata eorum carnalia, scilicet gulæ & luxuriæ [Macule conuiuantes] Glosa, Non solum in comestationibus & ebrietatibus, & pereunt & maculantur: sed etiam sunt macule aliorum. Et dicuntur macule ad maiorem expressionem, & causaliter, quia alios maculant [Sine timore] omnia mala cum multo contemptu facientes. Eccle. 1, Qui sine timore est non poterit iustificari [Semetipsos pascentes] Glos. non pauperes Christi. Ezechiel. 32, Vç pastoribus qui pascent semetipsos. Dicuntur ergo maculae quo ad im pudicitiam: conuiuantes quo ad crapulam: sine timore, quo ad ineptam letitiam: pascentes semetipsos, nõ pauperes, quo ad mensam.

Nubes sine aqua quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia: quibus procella tenebrarum seruata est in æternum.

Hic describitur eorum malitia ex carentia, siue ex priuatione boni. Primò doctrinæ. Secundò vitæ, ibi,

Arbores autumnales. Dicit inquam [Nubes sine aqua] id est, prædicatores sine diuina sapientia. Prædicatores enim dicuntur nubes. Esaia 40, Qui sunt isti qui ut nubes volant, &c. Dicuntur enim nubes, quia à terra eleuantur, & aqua sapientia replentur. Cum verò sunt sine diuina sapientia, sunt nubes sine aqua glossa. Comparatur se prædicatoribus pluentibus iustitiam, & choruscantibus per miracula, & ipsi sunt nubes solem obscurantes, in cælum os suum ponentes, peruersè & superbè docentes [Quæ à ventis circumferuntur] Glossa ad suggestionem spirituum immundorum in diuersos errores rapiuntur. Ephes. 4. Non circumferamur omni vento doctrinæ [Arbores autumnales] Glossa. Tardè ferentes fructum bonum sicut arbores in autumno plātate. Vel quia tunc folia & fructus cadūt. Vel si supercrefcit fructus, adulterinus & est inutilis. Sed si quid faciunt quod bonū videatur non bono intentione agunt, sed vt bona in aliis exuperent. Matth. 7, Non potest arbor mala fructum bonum facere [In fructuosa] Glo. Nullam vtilitatem sibi vel aliis ferentes. Mat. 7, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, &c. [Bis mortuæ] in ramis & in radice. In ramis quidem bonorum operum, & radice bonarum voluntatum [Eradicatæ] id est, extra radicem charitatis extractæ & fundatæ. Vel sic, bis mortuæ. Primò peccatum originale: secundò, per peccatum apostasiæ. Eradicatæ inquam à deo. Deus enim est locus animæ, primæ Ioannis 4, Qui manet in charitate in deo manet, &c. In hoc notat quòd omnis dispositio & habilitas ad bonum priuata est in eis, sicut in arbore eradicata dispositio ad fructificandum. Dicuntur ergo arbores autumnales propter foliorum causam, id est, verborum varietatem. In fructuosa propter operum inutilitatem. Bis mortuæ propter apostasiæ crimen. Eradicatæ propter schismatis præuentionem [Fluctus feri maris] id est, crudeliter & amarè alios inquitantes, Esaia 57, Impii quasi mare feruens quod quiescere non potest. Interli. Semper iniqui, tumidi, tenebrosi, amari, stabilitatem ecclesiæ impugnant [Despumantes] id est, admodum iniqui spumantes [Confusiones suas] id est, in quietudinem suam ostendentes, vnde erit eis confusio. Vel in spuma notatur eorum elatio. Sapient. 5, Tanquam spuma gracilis quæ à vento spargitur, ad quam elationem sequitur confusio. Vnde dicitur confusiones suas: quidam exponūt sic, Despumantes confusiones suas, id est, spuma gula & luxurie suam immunditiam manifestantes. 1. Petri 2, Post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulat [Sidera errantia] sidera ob lucem veritatis quam prædicant se habere. Errantia, id est, fundamento veritatis vel fidei non fixa. Glossa. In hoc apostatas significat. Et ideo tales sequentes seducunt in errorem nec sunt imitandi. Nautæ enim non dirigunt naues secundum stellas erraticas, sed fixas. Ipsi sunt de illis stellis, quarum tertiam partem traxit secum draco. Apocalip. 12. [Quibus] hæresiarum [Procella tenebrarum] id est, magnitudo pœnarum infernalium [Conseruata est in æternum.] Glossa, non ad tempus, vt hæretici dicunt infernum post iudicium non fore: contra quos Matthæ 25, Ite in ignem æternum, &c. Per hoc quòd dicitur procella, intelligitur pœna sensu. Per hoc quòd dicitur tenebrarum, intelligitur pœna damni, id est, carentia visionis diuinæ. Hæ tenebræ significatæ sunt Exo. 10. Vbi dicitur quòd factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti. Per hoc quòd dicitur, Conseruata in æternum, intelligitur æternitas vtriusque. Esaia vltimo, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Sic igitur hæresiarum comparantur nubibus, arboribus, fluctibus, sideribus. Nubibus propter fidei instabilitatem, scilicet quo ad ipsos arboribus propter operum sterilitatem: fluctibus propter eorum turbationem: sideribus errantibus propter doctrinæ falsitatem.

AP

Et etiam dicitur ista erratica.

Prophetauit autē & de his septimus ab Adam, Enoch, dicens, Ecce veniet dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes: & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, & de omnibus duris quæ locuti sunt contra eum peccatores impij. Et sunt murmuratores querulosi: secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superbiam, mirantes personas quæstus causa. Vos autem charissimi memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, Quoniam in nouissimis temporibus venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos animales, spiritum non habentes. Vos autem charissimi, superadificantes vosmetipsos sanctissime nostræ fidei, in spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Et vos quidem arguite iudicatos, illos verò saluate de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes eam quæ carnalis est maculata tunicam. Et autem qui potens est vos conseruare sine peccato, & conseruare ante conspectum gloriae suæ immaculatos in exultatione, & in aduentu domini nostri Iesu Christi, soli deo saluatori nostro per Iesum Christum dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omnia secula, & nunc & in omnia secula seculorum, Amen.

Expressa eorum culpa, hic prædicat eorum pœnam. Et primò ostendit eos in iudicio arguendos & puniendos. Secundò de quo sunt arguendi, &c. ibi, De omnibus operibus. Dicit igitur [Prophetauit] Glossa, non solum auctoritate mea probo quòd puniendi sunt, sed etiam auctoritate prophete, quia prophetauit verbo [De his] id est, de eorum punitione & perditione hæreticorum: hoc quod prophetauit de damnatione impiorum [Enoch septimus ab Adam] scilicet vtroque computatio. Genesis 5, Iste Enoch fuit de stirpe Seth, qui in paradysum fuit raptus, vt habetur Sapient. 10. [Dicens, Ecce veniet] id est, in proximo est aduentus eius. Mat. 24, Scitote quia prope est in ianuis. Vel hoc dicit ad denotandum quòd presens est sibi iudicium. 2. Petri 3, Mille anni coram domino quasi vnus dies [Dominus] Dicit dominus absolute, quia ipse est dominus dominorum, Apocalip. 19, Et dicit ex hoc quòd veniet potenter & terribiliter [In sanctis milibus suis] id est, cum innumerabili multitudine sanctorum. Esaia 3, Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. In hoc autem quòd dicitur, in milibus, notatur consummata perfectio sanctorum [Facere iudicium] condemnationis. Glossa, pœnas inferendo [Contra omnes] glossa, malos [Et arguere] dāscipulando cum illis, dicendo, Esuriui & non destistis mihi manducare, &c. Matth. 25, Et Iohel. 3, Congregabo omnes gentes, & adducam illas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis. Vel arguere, glossa, Conuincere eos qui prius latebant secundum illud Ephesi. 5, Omnia quæ arguuntur in lumine manifestabuntur [Omnes impios] id est maiores & minores, & mediocres impios qui carent pietate, quæ est cultus dei, & pietas in proximum. Iacobi 2, Iudicium fiet sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam [De om-

nibus operibus.] Hic ostendit de quo punientur & arguentur in iudicio: primò in generali: secundò in specialibus, ibi, Hi sunt murmuratores. In prima primò tanguntur peccata operis: secundò oris, ibi, Et de omnibus duris, &c. Dicit igitur de omnibus operibus [Impietatis eorum] quibus impiè egerunt, siue occultis, siue manifestis. Et accipitur opus large, siue sit interius, siue exterius: siue sit cõmissionis, siue omissionis, scdm quod quædam Glossa dicit super epistolam ad Romanos, Quòd non operari & operari partes sunt ad operari, secundum quod vulgariter dicitur, Bene fecisti, quia non fecisti. Ecclesia. vltimo, Cuncta quæ fiunt, adducet dominus in iudicium pro omni reatu, siue bonū, siue malum. [Et de omnibus duris.] scilicet verbis, immo & de otiosis. Matth. 12, Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, & cætera. [Quæ locuti sunt contra deum.] id est de omnibus verbis blasphemia. Glo. Blasphemantes maiestatem. [Peccatores] in moribus, [Impij] in cultu fidei. Vel peccatores in homines. Impij in deum. [Notandum autem vt ait Glossa, quòd sententia hæc vera est quòd dominus arguet impios & de operibus, & de verbis. Sed liber de quo assumptis hoc testimonium, est apocryphus, ab alio quodam sub nomine quodam compositus: in quo libro multa incredibilia cõtinentur. Vnde hæc epistola Iudæ, quæ de apocrypho habet testimonium, præcis temporebus à plerisque reieicitur: sed iā auctoritate & veritate, & vsu meruit vt inter sanctas scripturas cõputeretur. Maxime, quia tale testimonium de apocrypho sumpsit, quod non apocryphum & dubium, sed vera luce esset perspicuum. Licet enim de apocryphis testimonium veritatis allumere. [Hi sunt murmuratores.] Contra dei dispositionem. Et hoc in aduersitate: contra quos. 1. Corinth. 10, Neque murmuraueritis: sicut quidam murmurauerunt, &c. Vel murmuratores & [Querulosi.] Glossa, Si fratribus aliquid boni contigit, murmurant, vel cõqueruntur quasi sua felicitas est de eorum prosperitate murmurare, & fama eorum minuatur. Vel querulosi, id est, conquiri affluet quæcunque sibi contingant secundum Glossam. [Secundum desideria sua ambulantes.] id est, de peccato in peccatum ruentes, secundum desideria sua carnalia, contra illud Galat. 5, Spiritu ambulare, & cætera, Et Ecclesiast. 15, Post concupiscentias tuas ne eas, & cætera. [Et os eorum loquitur superbiam,] id est verba superba. Glossa, lactant se nullo timore dimissuros quæ agunt, se solos deum cognoscere. Alia glossa, Alios contemnunt, [Mitantes.] Glossa, Honorantes, in quo notatur excessus honoris, qui solet inducere admirationem. [Personas.] Glossa, Diuitum, pauperes verò contemnunt: vnde sunt acceptores personarum. Contra quod Leuitic. 19, Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. [Querulus causa.] Glossa, non dilectionis. Prouer. 19, Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. 1. Tim. 7, Aestimantes quælitum pietatem [Vos autem charissimi] scilicet catholici. [Memores estote.] Glossa, verbo & opere. [Verborum quæ prædicta sunt] nobis [Ab Apostolis] Glossa, Quoniam fuerunt nuntij præteritorum, & prophete futurorum. [Domini nostri.] quo ad diuinitatem. [Iesu Christi,] quo ad humanitatem. [Qui dicebat nobis.] Glossa, Spiritu sancto illuminatis. Spiritus enim loquebatur in eis. Mat. 10, Non enim vos estis qui loquimini, & cætera, [Quonia in nouissimis temporibus] Glossa, Tempore Antichristi cuius isti sunt præambuli. [Venient] propria vsurpatione, nõ dei missione. Hierem. 23, Non mitebas eos & ipsi currebant. Et Ioan. 10, Quotquot venerunt, fures sunt & latrones. [Illusores] veritatis per doctrinæ erroris. [Secundum desideria sua ambulantes] per cõsuetudinem in operibus carnalitatibus. Glossa, Quos tali signo potestis cognoscere quòd gulosi & luxuriosi. Et dicitur ambulantes scilicet de malo in peius proficientes. 2. Timoth. 4, Nulla proficiet in peius. Psalm. 1, bunt in adinventionibus suis. Ambulates, inquam, [In impietatibus.] non in pietate, scilicet cultus diuini, quia corrupti in moribus & in fide. 2. Tim. 3, Homines corrupti mente, reprobi circa fidem. De aduentu talium hæreticorum dictum est supra. 2. Petri 3, In diebus nouissimis instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipfos amantes. [Hi sunt] scilicet hæretici, [Qui segregat.] id est separant per hæreses & schisma ta. [Semetipsos] Glossa, Diuidunt enim tunicâ domini incõsulitem, quod milites facere noluerunt. Ioan. 19, [Animales] vita & sensu. Glossa, Animæ concupiscentias sequentes. [Spiritum non habentes.] Glossa, scilicet spiritum sanctum, quo ecclesia congregatur, & spiritalis efficitur. 1. Corinth. 2, Animalis homo non percipit ea quæ dei sunt. [Vos autem charissimi.] Hic monet ad bonorum operum superadificationem. Primò quo ad se. Secundò, quo ad alios, ibi, Et hos quidem arguite. In quo primò hortatur ad operationem boni. Secundò ad perseuerantiam in operationem, ibi, [Expectantes misericordiam, & cætera.] Dicit ergo [Vos autem charissimi,] ita segregati ab ecclesia fidelium, sed fidei [Superadificantes vosmetipsos] In edificio spiritali per bonam operationem tanquã lapides viuos. 2. Pet. 2, Et ipsi tanquam lapides viui, superadificamini, & cætera. [Sanctissima nostræ fidei.] quasi fundamentum. Ephes. 3, Superadificati super fundamentum Apostolorum, & prophetarum, & cætera. Quæ fides dicitur sanctissima, quia purgat ab omni contagio erroris, carnalitatibus & terrenitatibus. Vos, inquam, dico, non errantes. Glof. Non de vestris meritis præsumentes, & per vos saluari putantes: sed [Orantes,] id est, diuinum auxilium implorantes, [In spiritu sancto,] id est in vestro spiritu sanctificato. Vel in spiritu sancto monente ad orandum, & docente quid orandum. Rom. 8, Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus [Vosmetipsos in dilectione dei seruate.] Non tantum alios, vt multi, de quibus 1. Corinth. 13, Factus sum velut as sonans, & cætera. Aliter enim saluari non poteritis, immo necesse est perire. Deuter. 4, Custodi temetipsum, & animam tuam sollicitè [Expectantes] spei certitudine. Palmista, Expectas expectaui dominum, & cætera. [Misericordiam,] id est misericordiæ effectum in peccatorum remissione, & donorum collatione. Et enim bonum est prætolari cum silentio saluari, [Domini nostri] secundum deitatem [Iesu Christi] secundum humanitatem in vitam æternam ducentis. Misericordia enim Christi ducit [In vitam æternam.] [Eccles. 16, Omnis misericordia facit locum vnicuique secundum merita sua. Ad Titum. 3, Non ex operibus iustitiarum quæ fecimus nos, & cætera.] [Et hos quidem arguite.] Vos quidem superadificate vos, vt fidei radicati, in fide, spe, & dilectione. Et hos quidem, inquit, id est obstinatos hæreticos fidè impugnantes, [Arguite.] Glossa, id est, vtilitatem eorum & vestram. 2. Timot. 4, Argue, obsecra, increpa. [Iudicatos.] Glossa, Certissime diuino iudicio iam damnatos. Ioan. 3, Qui non credit, iam iudicatus est. [Illos verò,] id est, alios qui non sunt de hæresi obstinati, tamen sunt in ardore peccandi. [Saluate,] scilicet in quantum in

Ex Apocryphis licet testimonium trahere.

vobis est, vt saluentur orate, & cetera. Et subdit modū, dicens, [De igne.] scilicet peccati. [Rapientes.] quasi quadam violentia extrahentes. Prouerb. 23, Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare eos non cesses. [Aliis] autem pœnitentibus pro peccatis, [Miseremini.] adiuvando, & pro eis orando, & eorum labores supportando. Iob. 19, Miseremini mei saltem vos amici mei. Vel aliis, quos in peccato videris, vt dicit Glossa. Miseremini condolendo, quod non potestis eos saluare, vt dicit Glossa. Hoc vltimum ad tria illa pœdicta iungendum est. Nam & apostatas cum quisquis arguit, & damnabiles ostendit, debet [In timore] arguere, ne forte simile sibi suisque aliquid tale contingat. Qui de incendio vitiorum alium castigare cupit, timeat ne & ipse tentetur: & qui pœnitenti proximo miseretur, circumspectat ne forte plus iusto, vel seuerus existat vel pius. Et nota quod quidā sanctus homo dicebat, quod multum debet esse securus in se qui alium vult eripere de periculo submersionis. [Odientes eam quæ carnalis est maculatā tunicam.] Odientes, inquit, odio scilicet perfecto, quo separatur vitium à natura. Psalm. 134, Perfecto odio oderam illos. Eam tunicam. Glos. Corpus mortale & passibile quo velatur anima. Glos. Quæ concupiscentiis carnis polluitur. Et alia glossa, Non corpus, sed maculatū, aut maculā odire debemus, vt immaculatam reddamus, vt de carnali spirituale efficiatur. Vel odientes eam tunicam maculatā, id est, conuersationē carnalibus desiderijs immundam. [Ei autem qui potens est.] Hic monet ad dei de vtroque glorificationē, tangens primo glorificationis causam. Secundo modo, gloriā, & magnificētiā. Dicit igitur [Ei autem.] Glos. Quia hic non nostra potestate, sed gratia dei perficiendum est. Rectē subiungitur [Ei autem.] scilicet deo patri, [Qui potens est.] imò omnipotens. Cui potentia appropriatur. Exod. 15, Omnipotens nomen eius. [Vos cōseruare.] Glo. in pœsenti [Sine peccato.] scilicet mortali. Glossa. In omnibus operibus nostris. [Et constituere nos.] Glossa, in futuro. [Ante conspectum gloria suæ.] Glossa, coram angelis, qui contemplantur dei gloriā. Iuxta illud Matth. 18, Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui, & cetera. Vel ante conspectum gloria suæ, id est in pœsenti à domino glorificati, quod desiderabat David, dicens, Quando veniam & apparebo ante faciem dei mei. Hoc erit quando boni videbunt dominum gloriosum in humanitate & diuinitate. Psalm. 16, Satiabor cum apparuerit gloria tua. [Immaculatos.] Glossa, ab omni sordē peccati veniali & mortali. [In exultatione] laudis & gratiarum actionis. Psalm. 149, Exultabunt sancti in gloria. [Id est exultabimus & letabimur in te.] [In aduentu] tendentes ad occurrendum ei, [Domini nostri Iesu Christi,] in aduentu, inquam, &c. id est in die iudicij, in quo erit exultatio sanctis, & tribulatio reprobis. 1. Pet. 1, In quo exultabitis modicum, nunc si oportet contristari. Et Ioan. 16, Vos quidem nunc tristitiam habetis, & cetera. [Soli deo.] id est patri qui solus creator & saluator omnium est, mittendo filium. Non per hoc excluditur filius, vel spiritus sanctus, quia cum ipso patre filius & spiritus sanctus vnus est deus. [Saluatori nostro.] omnium maximē fidelium. 1. Ad Timo. 1, Qui est saluator omnium, maximē fidelium [Per Iesum.] salutis mediatorem, per quem pater omnia operatur. Per Iesum Christum, ratione humanitatis: dominum nostrum, ratione diuinitatis. [Gloria, Et magnificentia] in operatione. [Imperium] in regimine [Potestas.] in malorum coercionē. Vel secundum Glossam, Purā fidei & conscientie, Et magnificentia in operatione. Imperium, super infirmitates vel demones. Et potestas, resistendi vitijs & tortoribus [Ante omnia secula.] id est qui sit ab æterno, sicut dicit Glossa. [Et nunc & in omnia secula.] Id est qui erat & qui venturus est, id est ante mundi constitutionem, in mundi cursu, post mundi consummationem. [Amen.] Confirmatio est. ¶ Sed queritur de hoc quod dictum est, Expectantes misericordiam dei in vitam æternam. Ex hoc enim videtur quod vita æterna detur ex misericordia. Contrā, Cum detur ex meritis, videtur quod detur ex iustitia. Responso, Vita æterna datur ex misericordia & gratia. Ex iustitia & ex misericordia datur quantum ad radicem meriti, quæ est gratia. Et quo ad mensurā remunerationis quæ est supra: de qua Rom. 8, Non sunt condignæ pœsiones huius temporis quo ad opera non facta ex conuentione operantis cum operarijs ex denario diurno, detur ex iustitia. Queritur & de hoc quod dicitur, Et hos quidem iudicatos arguite. Glossa, scilicet damnatos. Contrā, Nullius videtur esse vitilitatis argutio damnatorum. Responso, Licet argutio non valeat eis, valet tamen alijs. Vnde ipsi sunt arguendi, ne alij imitentur ipsos. Deo gratias: Qui est benedictus in secula.

EX BESELEEL SEQV VNTVR ALIQUA dicta, per modum epilogationis omnium pœcedentium Canoniarum, ad pœdictarum Epistoliarum & earum authorum commendationem.



Ecit & Bezeleel lucernas septem, cū emūctorijs: & vasa, vbi quæ emuncta sunt, extinguuntur, ex auro purissimo seu mūdissimo, Exodi 37, Licet iuxta Psalm. de quolibet scē scripturæ verbo, verum sit illud, Lucerna pedibus meis verbum tuum. Veruntamen super Exod. 25, Exponit Glos. partem pœdictorum verborū, de apostolica doctrina, cuius pars magna pœmanibus est. scilicet Epistola Cononica, quas Petrus, Iacobus, Iohannes, & Iudas apostoli Iesu Christi tam mysticas q̄ succinctas ediderūt & scripserūt. Nec mirū si eorū doctrina, Lucerna dicitur, quib⁹ dixit domin⁹, Mar. 5, Vos estis lux mūdi. De hac igitur doctrina septē epistolā cōgruē accipitur quod dictū est, Fecit Bezeleel septē lucernas. Bezeleel enī interpretatur vmbra culū dei, vel vmbra culū diuinū. Et significat Christū dominū in quo humanitas quasi vmbra culū, & tabernaculū [quod nequaquā rāsferri poterit] fuit diuinitatis, vbi ita vmbra fuit diuinitas: vt de ea dicatur illud Esaiæ 45, Verē tu es de⁹ absconditus, scilicet sub vmbra humanitatis. Quæ fecit has septem lucernas, sicut Psalm. accordat. Licet apostoli sint ministri, & coadiutores extiterint, iuxta verbum beati Pauli. 1. Corinth. 3, Vbi dicit dominus a- uerarij vestri Septem autem lucernæ, septem sunt epistolæ, quæ in tabernaculo militatis ecclesiæ super can- delabrum doctrinæ euangelicæ, vel fidei Christi positæ per manifestationem & expositionem totam eccle- siam illuminant & illustrant. Si enim sub legis medio aut in abscondito solis Iudææ populis doctrina apo- stolica tradita extitisset, & non super candelabrum, Christum scilicet, vt ista lucernæ Christum non pœdi- carent, sed legis iustitiam, nec omnibus lucerent quæ in domo ecclesiæ sunt, nec emunctoria sunt. Vnde se- quitur, cum emūctorijs suis. Ipsæ epistolæ, quæ lucernæ sunt doctrina veteris testamenti clarius nobis lu- cent: Exempli gratia, Cū dicit apostolus ad Galat. 5, Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit. E- munctum est quo ad literalem obseruatiā lychnum circumcisionis. Sunt nihilominus ipsæ epistolæ emun- ctoria vitæ humanæ, ab ipsa vt clarius luceat omnem superfluitatem peccati resecantes. hoc emūctorio, vel forcipe quod idem est, sublatus fuit calculus de altari, quo tacta sunt labia Esaiæ propheta. In quo im- munditia labiorum & peccatum eius ostendit mundatum fuisse. vt habetur Esa. 6, Habent nihilominus hæ septē lucernæ sua emunctoria, scilicet expositiones sanctorum: quibus quod in eis obscurum est, quasi e- mungitur in vasis sacre scripturæ, aqua salutaris sapientie plenius, quodammodo quod emunctum est, ex- tinguitur, cum per sacram scripturam sic exponendam mirantur. Vnde & sequitur, Quæ emuncta sunt, extinguuntur. Hæc eadem vasa, ipsa epistolæ sunt. Sic enim emuncta sunt, vt in seipsis eas extinguunt: & spiritualiter seruandas declarant in moribus quibus nos instruunt, & informant: verbi gratia, 1. Pet. 2, Offerre spirituales hostias, aut. Ecce quomodo carnales emungit & extinguit cum spi- rituales offerendas dicit. Alijs enim foetidum odorem viderentur emūta reddere, si ita lex destrueretur, vt non spiritualiter replemur, cū dicat, Matt. 5, Non veni soluere legem, sed adimplere. Hinc autem om- nia vasa de auro purissimo non solum sunt ad illuminandum, immo etiam ad defendendum & resistendū contra hostem & insidias diaboli. Cui resistendum est, & fugiet à nobis, vt dicitur Iaco. 4, Vnde sunt scuta, quæ fecit Salomon de auro purissimo, 3. Reg. 10. Ideo dicitur Pro uer. 9, Omnis sermo dei ignitus, clypeus omnibus sperantibus in se. Sunt nihilominus vasa epulatoria, in quibus continetur spiritualis refectio, quia in domo. Salomonis erant omnia vasa aurea, & vniuersa vasa saltus libani de auro purissimo. Sunt enim va- sa luminaria, quia citra credenda, agenda, fugienda, nos illuminant. 2. Timo. 3, Omnis scientia vel scriptura &c. Sunt hæc vasa noua, quæ p̄fert de thesauro suo, vbi omnes thesauri sapientie, & scientie sunt abscon- diti. Paterfamilias Christus ecclesiæ pater & sponsus & dominus. Vetera enim ptulerat legis antique, nūc noua faciens omnia noua extulit. Ista vasa sunt de auro, per quod sapientia designatur, quia sapientiam do- cent & continent. In illis epistolis quadruplex fructuosa sapientia contra quadruplicem secularium perni- ciosam sapientiam continetur & docetur. Sapientia enim seculi in quatuor continetur. Primò in amore cor- poralis proprietatis, de hac dicitur Baruch 3, Filij Agar exquiserunt prudentiam, quæ de terra est, negotia- tores terræ & Theman. Theman interpretatur Aulter, per quem notatur prosperitas mundana. Secūdo in inconstantia aduersitatis, de qua Hier. 8, Confusi sunt sapientes, perterriti, & capti sunt verbum enim do- mini proiecerūt & sapientia nulla est in eis. Tertio in amore singularitatis & excellentie singularis, de qua Esa. 5, Vc qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Quarto in amore carnalis voluptatis, Rom. 8, Prudentia carnis mors est. Cōtra istam perniciosam sapientiam est quadruplex sapien- tia spiritualis, quæ ab Apostolis, epistolis istis traditur & docetur. Prima consistit in contemptu tempora- lis prosperitatis & amote perpetuæ felicitatis, de qua dicitur Ecclesi. 4, Melior est puer pauper & sapiens rege stulto & sene, qui nescit p̄uidere in posterum quod de carcere carnisque interdū quis egreditur ad regnum. Hinc beatus Iacobus docet, & in epistola sua hortatur ad cōtemprium mundanæ felicitatis, vt di- cit in prima canonica, Beatus vir qui sufferit tentationem: cū probatus fuerit, accipiet coronā vitæ, quam repromisit deus, &c. Secunda consistit in sustentia aduersitatis obtentu perpetuæ quietis. Prouerb. 24, Vt vir sapiens, fortis, vir doctus, robustus & validus. Ecclesi. 4, Cor sapientum vbi tristitia. Ista docet bea- tus Petrus dicens, 1. Pet. 5, Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis, &c. 2. Petr. 2, Nouit deus pios de tentatione eripere. Tertia consistit in amore fraternitatis, ex consideratione ce- lestis vnitatis, de qua Eccles. 1, Dilectio dei honorabilis sapientia & Eccles. 3, Filij sapientes ecclesia iusto

Septē canonice epistolæ sunt lucernæ septem.

Quadruplex sapientia mūdana.

Quadruplex sapientia spiritualis.

PER ORATIO

rum. Iſtam docet beatus Ioannes, 1. Ioan. 4. Chariffimi, ſi deus dilexit nos, & nos debemus inuicem diligere. Et ibidem, Diligamus inuicem, & cætera. Quarta conſiſtit in fuga carnalis voluptatis præ deſiderio delectationis futuræ in fruitione deitatis contra amorem carnalitatis: de qua Prouer. 29. Vir qui amat ſapientiam lætificat patrem ſuum: qui autem nutrit ſortum, perdet ſubſtantiam. Prouer. 23. Audi fili mi, & eſto ſapiens, Noli eſſe in conuiuiis potatorum. Iſtam docet beatus Iudas vnde, dicit, Væ illis qui in via Cayn abierunt. Et paulo poſt dicit, Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantibus ſine timore, ſemetipſos paſcentes. Si ergo patet quid in iſtis vaſis aureis continetur. Sunt enim vaſa iſta de auro puriſſimo, quia omnia diuinæ ſapientiæ puriſſima ſunt, quia nihil falſitatis, nihil vanitatis, nil erroris aut malitiæ admixtum habet. Aliæ autem ſcientiæ ſunt, vel ad vanitatem vt philoſophicæ, vel ad falſitatem vt hæreticæ, vel ad peruerſitatem vt magicæ, mixtam habent. Vnde & ſi aliquid ibi, de auro ſapientiæ & argento eloquentiæ, & Salomonis tēpore non eſſe reputandum habetur, & impurum & corruptum eſt. Non autem ſic in diuina ſapientia, quæ ſcilicet dicitur In pſal. 111. Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum, terræ purgatum ſeptuplum. ¶ Et nota quod iſta luminaria, in tabernaculo & auſtrali parte poſita, Aquilonarem illuminabant: ſic & iſta doctrina ab Apoſtoliſ & contra Iudæos ſcita & edita fuit, ſed eccleſia, quæ de Gentibus ſumpta eſt, vera eſt menſa & propoſitionis panum latera, ſcilicet Aquilonis. In quo notantur & commendantur authores proximi harum epistoſarum, ſcilicet Apoſtoli. Et illi quibus miſſæ ſunt, ſpecialitèrque Iudæis. Notatur autē, vt viſum eſt, primus author, & principaliter Beſeleel. Materia in auro. Modus verò, illuminatione intelligitur quàm planus & exhortatorius eſt, in quo patet vtilitas: ſinis autem deſignatur, per lucernarum, emunctiorum, & aliorum vaſorum nomen. Quæ, inquam, vtilitas eſt illuminatio & inſtructio eccleſiæ maximè in agendis. Teneamus igitur chariſſimi has lucernas ſeptem in manibus noſtris, vt illuminati ad vitam & claritatem æternæ patriæ valeamus peruenire. Ad quam nos perducat dominus Ieſus Chriſtus, qui cum patre & filio & ſpiritu ſancto viuut & regnat, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

